

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36

ANNALIVM  
ECCLESIASTICORVM  
C A E S. B A R O N I I  
TOMVS QVARTVS.


DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. C. N.



ANNALIVM  
ECCLESIASTICORVM  
CAES. BARONII  
TOMVS QVARTVS.

DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. C. N.





ANNALES  
ECCLESIASTICI,

AVCTORE  
CÆSARE BARONIO  
SORANO  
EX CONGREG. ORATORII  
S. R. E. PRESBYTERO CARD.  
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI  
ET  
SANCTÆ APOSTOLICÆ SEDIS  
BIBLIOTHECARIO.

Tomus Quartus.  
*Editio nouissima.*

ANTVERPIÆ  
Ex officina Plantiniana,  
M. D. CI.

IN PETRA EXALTAVIT ME ET NVNC EXALTAVIT CAPVT MEVM SVPER INIMICOS MEOS.

*es Libreria Collegio Real Mayor de Granada*



SANCTISSIMO  
AC BEATISSIMO PATRI  
ET D. N. CLEMENTI VIII.  
PONTIFICI MAXIMO

CÆSAR BARONIVS CONGREGATIONIS  
ORATORII PRESBYTER SEMPITERNAM FELICITATEM.



IVINO planè nutu factum esse videtur, Beatissime Pater, vt qui tempore Sixti Quinti sanctæ memoriæ Pontificis Maximi Annales nostri in lucem prodire cœperunt, eorundem Tomus quartus, quarto tibi eiusdem in sede Pontificia successor iure debitus persoluatur; & quidem auspiciis felicissimis, afferens secum sua tractatione quatuor illos Orientalis Ecclesiæ vertices, sanctissimos Episcopos atque Doctores, Magnum Athanasium, Basilium itidem Magnum, Gregorium Theologum summum, & Ioannem eloquentia maximum cognomento Chrysostrum; cùmque iis adducens quatuor Occidentalis Ecclesiæ culmina, fidei columnas, luminaria magna, Orbis miracula, Hilarium, Hieronymum,

Ambrosium & Augustinum; tantorum Patrum  
corona cingens thronum tuum, ipsis quoque An-  
gelis venerandum. Præclaris igitur hisce comiti-  
bus animosior offert sese sacro conspectui tuo quar-  
*Genes. 27.* tus hic mihi genitus partus; tibi verò primogeni-  
*Genes. 49.* tus, expetens vti primogenitus à te benedici, nec  
non quarto loco nato filio impertitam à Iacob be-  
nedictionem accipere: sed nimirum vtilius tua  
Sanctitas ad declinandam inuidiam, duas hasce be-  
nedictiones vna illa compensabit, qua cælestia ea-  
démque perennia tribuuntur. Hanc vt consequi  
merear, oro cupiòque ijdem apud te existant tan-  
ti proceres intercessores: quos ista tua erga me be-  
neficentia tibi concilians, aliisq; demerens offi-  
cijs, magna ab eis exigere poteris beneficia, ha-  
biturus eos tibi iugiter assistentes in rebus difficil-  
limis consultores, consolatores in aduersis, in ad-  
uersarios propugnatores, & adiutores in pastorali  
onere sustinendo; tantòque vallatus agmine bea-  
torum, omnia bene ccepta felicioribus successi-  
bus prosequaris, vt Ecclesiæ gaudium impleatur:  
Quæ quidem post innumerabiles clades, pòstque  
tot Romanorum Pontificum breui temporis spatio  
funera, ad electionem tuam diuinitus inspiratam re-  
spirans tandem, lugubria vestimenta deposuit, ac-  
*Isai. 61.* cipiens à Domino, secundùm diuinum oraculum,  
oleum gaudij pro luctu, pro cinere coronam, &  
pro spiritu mæroris pallium laudis; ad spem quo-  
que

que maiorem erecta, vt in te quod sequitur implea-  
tur; nimirum, deserta à sæculo ædifices, ruinas anti-  
quas erigas, & dissipatas ciuitates instaures, ipsas  
nempe Ecclesias ad fidem restituas iam ab impie-  
tate prostratas. Maiore verò perfunditur gaudio,  
cùm tantæ erigendæ molis iacta iam videat funda-  
menta, & optata diu surgere mœnia à terra, eri-  
gíque super bases suas ingentes columnas, dum ad  
summos honores optimos quosque prouehis. Ac-  
cedit ad lætitiæ cumulum, quòd aspiciat diu ex-  
torrem restitui Ecclesiasticam disciplinam, vigila-  
re morum censuram, reuiuiscere sui obseruantia  
leges, sacrosque canones pristino nitore florescere,  
cohiberi improborum audaciam, postliminio re-  
uocari exulem probitatem, sacrarúmque rerum  
scientiam excoli vehementiùs.

Ingens planè se hîc aperiret curriculum oratio-  
ni meæ, si vellem eam per amplissimum campum  
virtutum tuarum laxatis quasi habenis immittere;  
sed illas vt contraham, facit perpetua atque admira-  
bilis modestia tua, qua soles laudes existimare iacu-  
la, & hostes credere laudatores. Sed quando hoc  
mihi nulla ratione conceditur; reliquum est, vt (se-  
cundùm illud Apostoli: Siue excedimus, Deo: si-  
ue sobrij fumus, vobis) quoniam cogitur oratio per  
tuas laudes transilire ieiuna; eandem concitatam  
semel, sinam effuso cursu prorumpere in laudes  
Dei, & vberes gratiarum actiones, in quibus nul-  
lam

lam timere possit inuidiam, nec suspensionem adulationis incurrere, cum & impellatur religione, atque virgeatur ex debito. Etenim quis impiè & ingratiè nimis tot tantaque Dei dona tibi pro salute omnium attributa duxerit esse obuoluenda silentio & iniqua obliuionis veluti nube obscuranda, ac non potius pro illis Deo optimo maximo omnium bonorum auctori immortales immensasque gratias & agendas & habendas esse censuerit? cum vel ab ipsis incunabilis sua prouidentia ( vt vna Prophetæ sententia cuncta complectar ) te circumduxerit & docuerit, & custodierit vt pupillam oculi sui: parentem illum in primis tribuens, maximum nostri sæculi decus; qui cum sapientia polleret ac rerum scientia, duabus hisce alis te sicut aquila prouocans ad volandum pullum suum, docuit suo ductu ima despiciere, ac sublimia petere quàm celerrimo volatu: Sed citò nimis altiùs se efferens, & sese in cælestibus abdens, ab oculis subductus est tuis: verùm reliquit tibi, quem sequeris ducem præuium, morum magistrum, virtutum viuum exemplar, Ioannem clarissimæ memoriæ germanum fratrem tuum, magnum illum S. R. E. Cardinalem quauis laude maiorem: qui prouidum agens aurigam creditæ sibi quadrigæ, quatuor fratres summa concordia moderatus, dignos Apostolicæ Sedis dignis obsequiis mancipauit: te verò præcipuè propensiore cura atque soler-

tiore

tiore industria, veluti præsciis futurorum ad perfectiorem imaginem probitatis excoluit, ad hoc à Deo tamdiu cæli ciuis agere permissus in terris, donec susceptum opus absolueret: Qui ex hac vita recedens, amplissimi te patrimonij reliquit heredem, sapientiæ scilicet ipsius fidei à Deo commissæ, in te postea plenè atque integrè transferendæ; quæ indiuidua tibi semper focia iungeretur & comes, confessura tecum in eminentioribus Ecclesiæ tribunalibus, progressura pariter ad remotiores prouincias in Romanæ Ecclesiæ honestissimis functionibus, conciliatura tibi Reges & Principes, ac cuncta denique dexterè confectura: qua item duce tandem tu, quasi alter Dauid, fratrum tuorum natu minimus, Maximus Pontifex exorirere: vt meritò gratias Deo referens, illud ipse eiusdem Dauidis vsurpare possis: Tenuisti manum dexte- Psalm. 72. ram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.

Cum igitur pro his donis à Deo tibi communi hominum bono concessis diuinæ bonitati ab omnibus sint gratiæ agenda: mihi certè id potissimum incumbit ex munere, quòd in te Clemente Deus optimus maximus summum illum Clementem Petri Apostoli successorem mihi præstitit rediuuum, cum eundem quem refers nomine, præteferas exemplo, insistensque tanti præcessoris vestigijs, sicut ille ad scribendas res gestas Notarios septem delegit,


a 5

delegit,

Aug. de vera  
relig. c. 7.

delegit, ita tua sanctitas æquè sciens tantam haud negligendam esse prouinciam (quam S. Augustinus expendens, magna fiducia dixit, Christianæ religionis sectandæ esse caput historiam) ad proseguendos cœptos Annales Pontificia munificentia opus vrgerè non cessas. Quo quidem nomine maximas Deo Patri luminum gratias agere debeo, qui ad lucubrationum mearum lucem, tantam lucernam latentem sub modio super candelabrum constituit, illudque meis chartis per obscuris admo- uit, quo tanto fulgore illustratæ splenderent: Ad cuius lumen elucubraturum quartum hunc eorundem Annalium tomum tibi ipsi, vt Christi Vicario, tuis aduolutus pedibus, libens do, dono, dicoque. Tu verò, Summe Sacerdos (quod sacri muneris est) oblatum manipulum ad Deum ele- ua, vt consecretur, vt sic in eo reliqua messis benedicatur. Vale Beatissime Pater, téque in omni- bus vijs tuis Dominus feliciter antecedit.

Leuit. 23.



OCTA-

OCTAVIO PARAVICINO  
S. R. E. PRESBYTERO  
CARDINALI AMPLISSIMO  
CÆSAR BARONIVS FELICITATEM.



RECTE sanè atque ordine, Cardinalis amplissime, antiquo iure sancitum est, vt cederet terræ arbor, in qua primùm emisit planta radices. Qua ratione ius aliquod tibi quæsitum esse in nostris Annalibus vendicandis, æquè consentio: etenim quos modò vides in arborem excreuisse, olim extitit pusillus surculus in tuo solo plantatus, cum apud te degerem adolescens. Verùm cum tēpus adfit, vt & tu exigas & ego reddam fructus ex arbore: ecce quartum affero Annalium tomum. In cuius oblatione intelligas velim, ve ex hac parte nihil esse, quod queri possis, eos qui antè custos acceperunt, tibi esse prælatos: cum diuina lege constet, quar-<sup>Leuit. 9.</sup> ti anni arborum fructus esse omnium præstantissimos, dignosq; solos habitos qui Deo darentur, inferrenturque diuino conspectui: Vt hanc etiam ob causam, cum exhibeam potiora, cunctationem hanc non ingrati animi, sed propensioris studij indicem esse sentias: cum alioqui recorderis te puerum olim decerpisse eorundem tenella manu primitias, dum in candidum illum cupidumque discèdi animum tuum res gestas sanctorum Patrum quotidianis sermonibus instillarem, quas in nostri Oratorij auditorio mira venustate atque lepore, magna audientium voluptate ac plausu consueuisti annis pluribus recitare, admirantibus cunctis in puerili ætate senilem in dicendo maiestatem atque facundiam, iunctamque cum simplicitate prudentiam. Talibus namque tantisque primordijs tua meruit pueritia consecrari: cum & non vnus Chironis manus, sed certatim plurium sanctissimorum virorum sedulitas, summa industria, & assidua sollicitudo, longo tempore ad pulcherrimū virtutis exemplar te cōponere atque efformare studuerint. At cum adoleuit ætas maiore incremento propagata virtutum: optimè accidit, vt antequam conijcere posset in te oculos Ægyptia petulans; virgo illa castissima non ha-<sup>Genes. 39.</sup> bens maculā neque rugam, Dei Ecclesia te suis præuenerit optatis amplexibus, arctoque amoris nodo deuinxerit, cum sacris ordinibus obligauit, astrinxerit verò tenaciùs, cum vt primùm per ætatem licuit, te sibi adiunxit in sponsum spiritualium foedere nuptia-

nuptiarum: cuius sacri cōnubij pronubum esse voluit magnum illum Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopum, S. R. E. Cardinalem dignæ memoriæ, Carolum Borromæum.

Cum verò in ea functione tibi ipsi, & ei qui te summo initiaverat sacerdotio, cumulatè respóderes, & numeris omnibus satisfaceres: quòd exiguus palæstræ locus ad experimētum virtutū visa sit vna Alexandrina Ecclesia; Sixtus Quintus sanctæ memoriæ Pontifex Maximus ad latiorē te campū perduxit, & difficiliora certamina præparavit, cū ad Heluetios Nuntium misit, comprouincialiumq; Ecclesiarū Apostolicā visitationē adiūxit. Quot autē hic mihi facta, & quāta tui cū laude, quæ à te vtroq; in munere exierūt, recensenda essent, nisi scirē me epistolā scribere, & non encomiū texere? Quid demum? Agentē tanquam Abraham in Montanis, operi instantē, atque laboribus insudantem, ex inopinato quasiuit te tui cupida diu purpura, non tu illam; ornauit te, quo ipsa tuis virtutibus ornaretur, cum religiosæ memoriæ Gregorius Papa xiv. cooptauit te in sacrū Senatū, allegens in numerum S. R. E. Cardinalium. Talē verò cum te hoc tēpore conueniant, inueniantq; Annales nostri, quāta nos putas gestire lætitia? quæ etiam gratior atque iucundior efficitur memoria tristium. Etenim totius vitæ tuæ in hāc vsque diem transactæ periodo quandā mihi imaginē repræsentas Iacob ob pacem volūtariè exulantis, atque tandē ad propria cum cōiugibus & liberis magna cū gloria reuertētis, cum te spōte ob tranquillitatē extorrem, duplicis dignitatis splēdore cōspicuum, Deo reduce, receperimus; in quarū altera Lię fœcunditatē, in altera Rachelis pulchritudinē contēplemur. Hæc cuncta adeò grādia Dei beneficia haud otiosè ob oculos ponere, & in mentē tibi reuocare putauimus, scriptisq; nostris omnibus testata relinquere, quo scias plures magnarū rerū tibi exactores imminere, Deum in primis atq; homines, addā etiam & te ipsum: etenim nemo abs te importuniùs exiget, quàm exstimatio ipsa tua tecū à pueritia parata, in diesq; incremētis maioribus aucta, cui nō satis sit præstare communia, cū singularia quædā atque adeò mirifica postulet; licet de exactione secura, non quærat de fide tua dubitans fideiussorem. Ceterum quod mearum partium reliquum est, rem paucis absoluam, quòd non verbis, sed rebus mihi tecum transigendum sit. Age iure tuo, vtque tua vendica tibi mea cuncta: nihil enim iustius contingere poterit, quàm si quæ Cæsaris labore parantur, debeantur Octauio augustiora conanti. Vale.

STANIS-

# STANISLAI CARNCOVII ARCHIEPISCOPI GNESNENSIS

METROPOLITANI REGNI POLONIÆ

## Epistola ad Auctorem

DE TRANSLATIONE ANNALIVM  
in linguam Polonam.

ADMODVM REVERENDE IN CHRISTO PATER  
nobis carissime & obseruandissime.



FFICIVM fraterna caritatis, qua Christiana fidei religionisque communionē colligimur, hoc à me (licet tibi de facie non sim notus) iure quodam suo postulat, vt tibi commune in Christianam Rempublicam abs te profectum bonum gratuler, Annales nempe Ecclesiasticos nuper abs te editos, gaudiūque meum non vulgare, quo sum ex hoc laborum tuorum fructu eximie affectus, apud te expromam. Cum enim primum atque alterum eorum Annalium volumēn auidē perlegissem (sero enim in manus meas peruenerunt) egi tantas, quantas animus meus capere potuit, Deo bonorum omnium auctori gratias, qui in necessarijs Ecclesia sua prouidit opportuno tempore, tibi que non modo mentem & voluntatem indidit ad opus arduum, difficile, propēque immensi laboris, in quo annos, vt scribis, triginta desudasti, suscipiendum, sed etiam vires facultatēque prastitit ad perficiendum. Tuam verò pietas plenum pietatis & amoris in Deum, plenum omnis doctrinæ ac scientiæ, absens, absentis tanquam presentis, dum libros euoluere cupidiſsimè sum exosculatus, atque incredibili tui studio accensus. Natura enim ipsa optima duce, cupide firimur in eorum amorem, qui insigni vna aliqua virtute excellunt: in eorum verò qui pluribus, cupidius: qui autem non modo pleni ipsi sunt caelestibus istis diuinisq; dotibus, sed & alios iisdem locupletare solent, hos vti vasa diuini Spiritus, eiusque donorum à Deo electa, omnium maximè suspicimus & veneramus, capimurque summo & admirabili eorum amore. Iampridem ego de te multa à nostris hominibus, qui te in nostram gentem suauiter effusum narrabant, mea magna cum voluptate audieram, perspexerāque emendato Martyrologio tuam pietatem, & studium Dei gloriæ propagandæ, eiusque Ecclesia ornandæ. Sed cum Annalium volumēn pri-



mum, ac postea alterum in manus nostras venisset, hac mihi in te tanto illustrior visa sunt, quanto es vastius pelagus non modo ingressus, sed prope emensus. Ac repenti quidem mihi memoria divina bonitatis consuetudinem, quam in Ecclesia istius militantis regimine ab ipsis eius incunabulis retinet, videntur semper novis morbis nova remedia fuisse subministrata. Ita (ut recentiora, & quae sub aspectum nostrum venerunt, tantum attingam) cum Lutherus haeresis sua virus effundere coepisset, quo maxima Europa pars infecta fuit, quodque sectas inimicas inter se admodum dissectas peperit: excitatus fuit clarissimus Societatis Iesu ordo, qui cum alijs pro Ecclesia laborantibus, hac pestifera lue mortalium animos liberaret: ex qua cum alij plurimi viri Dei spiritu pleni, omnique genere scientia ac doctrina instructi, tanquam ex equo Troiano prodierunt, tum nuper Robertus Bellarminus prodijt, quem tu inexpugnabilem adversus haeresim turrim, editis in lucem disceptationibus de fidei nostra controversijs, extraxisse scribis. Ita cum Centuriatores, fragmentis mendacisque suis, historijs Ecclesiasticis tenebras offudissent: te potissimum elegit Dominus, qui tenebras istas depelleres, lumenque clarissimum Orbi uniuerso afferres; totumque Ecclesiasticum aedificium, tecta nimirum, parietes, & fundamenta, atque adeo Hierarchiam ipsam, non modo vallo, muroque inexpugnabili, historia nimirum veritate, cingeres & munires, sed etiam armatura adversus haereses, dum controversas quaestiones doctissime pertractas & explicas, cumulatè instrueres. Ostendisti igitur, uti optimus artifex, augustissimi aedificij, militantis nimirum Ecclesia origines, pugnas, victorias, trophaea, & incrementa: ostendisti perpetuam & non interruptam Romanorum Pontificum à Petro Apostolorum principe successionem: ostendisti denique summa nostra fidei firmamenta, utpote traditiones Apostolicas, fidei dogmata, Petri in Ecclesia primatū, SS. Romanae Ecclesia maiestatem, Conciliorum auctoritatem, vetustissimamque sanctorum Patrum de diuinis Scripturis sensum: quibus omnibus Catholica fides magnopere firmatur, omnisque impietas & haeticorum fragmenta ita deficiunt, sicut deficit fumus, & sicut fluit cera à facie ignis, sic illa quoque peribunt & evanescent. Iam si tua narrationis modum, genisque dicendi, quo ego magnopere delector, depradicem; principium facilius quam finem inueniam; tuque ipse fortasse, quamlibet verissima scriberem, assentari me tibi putares. Sed vere tibi à me dictum velim credas, admirari me in hoc immenso opere magnarum variarumque rerum in te scientiam, multarum linguarum peritiam, historiarum tam sacrarum quam profanarum cognitionem, accuratamque & exa-

etiam

etiam antiquitatis inuestigationem, siue ex veterum lectione, siue ex numismatibus, siue denique ex vetustissimis arcuum triumphalium, columnarū, porticum, templorum, aliarumque vetustissimarum aedium inscriptionibus: quae omnia ita historia tua accommodas, ut manifestum sit, necessarias eas res unicuique fuisse ad texendum tantum opus. Igitur tam magna & ampla talenti tibi crediti lucra atque proventus, honorumque omnium studia, qui pro tua incolumitate mecum una Deum optimum maximum precantur, ex animo gratulor. Et ut alia omnia quae restant, volumina, quaque te facturum editurumque promittis, quam citissime nobis prodas, ad Iesu Christi gloriam ex animo opto, atque abs te maximum in modum peto: operamque tibi meam & facultates omnes, tanta quanta sunt, ad eam rem polliceor & defero. Et si permittes, curabo, ut in Collegio Patrum Societatis IESU Calisij, nuper à me fundato & erecto, in linguam nostram Annales isti transferantur, ut tu veluti civis Polonus de uniuersa Republica Ecclesiastica optime meritus, nostro nobiscum idiomate loquaris. Data ex Arce nostra Louiciei. V. Mensis Augusti, Anno Domini M. D. XCII.

Reu. P. V.

Studiofils. amicus & frater

Stanislaus Carnouius, Dei gratia Archiepiscopus Gnesnen.  
Legatus Natus, Regni Poloniae Primas, Primusq. Princeps.



ILLV-

ILLVSTRISSIMO


AC REVERENDISSIMO

D. STANISLAO CARNOVIO

ARCHIEPISCOPO GNESNENSI, LEGATO NATO,

REGNI POLONIÆ PRIMATI,

PRIMOQUE PRINCIPI. S. P.



LITTERARVM tuarum ipsa demtaxat inspectione, Praesul amplissime, magna admiratione affectus sum, ubi eas à viro tanto datas ad me novi, nempe ab Archiepiscopo Gnesnense, Legato, Polonia totius Primati, primoque Principe, natalibus praefecturisque ad eum nobilitato, & quod ceteris praestat, ob res praclare gestas, egregiae vitae meritis summa gloria insignito: qui regalis sacerdotij functione, & sacerdotalis principatus ministerio, sacerdotem simul agens & Principem, principem locum in utroque sis facile consecutus; dum Archiepiscopi sedulam vigilantiam, Legati sollicitum fidumque ministerium, Primatis praecipuam diligentiam, ac denique Principis robur indefessum, inuictumque animum in omnibus quam absolutissime exhibes: adeo ut perditissimis his deploratisque temporibus, maximo Dei beneficio, cum quatuor hisce numeribus factus sis plurimis causa salutis, de te Propheticum illud occidere iure liceat: *Quadruga tua saluatio: itémque faustis vocibus acclamare: Currus Israël & viriga eius: qui & una simul quadripartito munere, quatuor munia expleas personarum, Moysis, Aaron, Hur, atque Josue, sicq; insint quatuor facies tui, dum quorum personam geris, eorundem quatuor virtutes reddas, officiaque persoluas. Ad hac, inquam, adeo admiranda, ipso primo tuarum litterarum intuitu, immenso fulgore praestriatis oculis, pallens obstupui: verum ipsas perlegens, mox excusso pallore, erubescere coepi, ubi inspexi immensas, quas mihi laudes aggeras, exaggerasque dicendi facundia, cum me illis longè imparem ac prorsus immeritum esse sentirem. Sed caue, ne exactius cuncta scrutatus, inuenias (quod est in fabulis) pro Virgine cervam, vel si ex divinis Scripturis petatur exemplum, conspicias pellitum pro Davide simulacrum; suffundarisque ipse rubore, dum ab illa imagine abhorre me senseris, quam finxeris tibi animo, atque stylo formaueras. Sed est planè, ut hoc quoque nomine immortales tibi gratias agam; quod probe intelligam, vehementer*

hementem amoris vim, quo me prosequeris, haud patientem angustis arctari limitibus, redundantia quadam in plures laudationum exitus erupisse, fluxisque magno impetu in flumina beneficentiae, cum adeo liberaliter non solum operam tuam spondeas, sed & facultates, tanta quantae sunt, ut ais, sponte offeras. Verum liceat illud Apostolicum usurpare: *Quaro vos, non vestra.* In his enim quae opus sunt, satis abunde suppeditat mihi Romani Pontificis Clementis munificentia. Ceterum quod ad tuam amplitudinem spectat: plus quam satis abs te meis rebus consultum erit, si me inter clientes tuos annumeres; si vero & inter amicos, summum adijcies gratia cumulum, generoso animo tuo dignum.

Quod autem à me exigis, impartiri tibi licentiam, ut Annales nostri in Polonorum linguam vertantur, ipsaque Polonus effectus, cum Polonis communi idiomate loquar, cum id existimes ad expugnandos haereticos haud leuiter profuturum: imitari planè visus es mihi fidei patrem Abraham, qui ad debellandos quinque Reges, satis sibi putavit armare vernaculos; & sequi Davidem, qui regis neglectis armis, rusticis telis est progressus ad pugnam: quippe qui probe noueris, noua bella Dominum elegisse, in quo qui est infirmior, ille potentior habeatur. Accurro igitur summa alacritate tanto classico excitatus ad bellum, inharens tibi strenuo ac pugnandi perito, ut armiger Ionathas. Annuat votis Deus, ut tuos labores ac studia, diuina aspirante potentia, lata victoria consequatur: concedatque mihi Evangelica promissione, ut qui lingua locuturus sum noua, serpentes pariter tollam. Sciant velim Poloni mei, omnia nostra patere ipsis: nec id quidem recens, sed imprudem ipsidem nostros oppignoratos esse labores, cum olim Roma iaciebantur Polonorum Collegij fundamenta. Sed quod ille planè visus est ad experiendas vires amoris nostri erga Polonos angustus palaestra locus: ecce vocati in latum campum, lati progredimur, non paucis tantum, sed uniuersa prouincia profuturi, sub tanto ductore fortes, licet vires nostras pertenuis formidemus. Quod vero per viros religiosissimos, eosdemque eruditos ac maxime pios, affirmas nostros Annales fore reddendos lingua Polona: nihil hoc potuit nunciari gratius atque incun- dius. Si enim Doctor Gentium Paulus, aduentu Titi, quo utebatur interprete, magno affectus est gaudio: quanta ego debeo gestire latitia, tot simul nactus Apostolicos viros interpretes? Porro huius adeo grata petitionis tuas ipsas litteras, testes futuras posteris perpetuum monumentum, nostri qui sub praelo est quarti Annalium tomi frontispicio perspicuas cunctis assignandas curabimus, vocalem titulum, & semper loquentem inscriptionem praegrandidibus signatam notis summa tua erga me

me benevolentia. Quin & has nostras eisdem subijciemus litteras, qua pro foribus eorundem Annalium veluti ianitores excubent, patentes indices non concessionis solum, sed & mei erga amplitudinem tuam studij & observantia: qua itidem cunctis ingredientibus notum faciant, & qua intus sunt, & omnia denique nostra, nostris exposita esse Polonis, ipsis dicata, ipsorum semper inseruitura commodis: Quibus bene precamur, ac cupimus acceptam eos à maioribus Catholicam fidem integram illibatamq. servare, utpote digito Dei scriptam, cum innumeris ipse eam miraculis confirmavit: agnoscantq. pastorem suum, sanctorum Antistitum legitimum successorem, & verag. fidei & paternarum traditionum heredem, earundemque acerrimum defensorem: cuius Apostolatus vos ipsi credentes (quos appello) signa estis in Domino, qui ab eo pastorali studio evocati estis ad caulas; & cum essetis oves errantes, iam conversa fuistis ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum, quod pro magno miraculo sit posteris commendandum: cum, ut taceam alia multa, in amplissima civitate, ubi duos Catholicos vive fuerat reperiri, agrè totidem nunc hæreticos numerari contingat: ut hac ex parte sit Magno illi Thaumaturgo Gregorio comparandus, ne temere dicere videar, preferendus: nam ille & plures numero Christianos reperit; diemque obiens, totidem Gentiles, nempe septemdecim post se reliquit.

At tu ipse, validum Ecclesia Catholica propugnaculum, vale: tibi que iam atate longano concedat Deus, ut instar sanctissimi Simeonis, antequam ex hac vita recedas, exoptatam, diuque expectatam plenam videas redemptionem Israël, uniuersum inquam Polonorum populum fidei Catholica restitutum. Roma. Prid. Kal. Octobr. M. D. XCII.

Illustrissimæ ac Reuerendiss. D. V.

Seruus addictissimus Cæsar Baronius.



FRAN-

# FRANCISCI BENECII

E SOCIETATE IESV,

AD TOMVM QVARTVM ANNALIVM

ECCLESIASTICORVM R. P. CÆSARIS BARONII.



VIS tibi tam validas, CÆSAR doctissime, & vires  
Sufficit, & tantis cumulat pia pectora donis,  
Vt, quoties nouus annus init, nouus exeat à te  
Fructus, & in messem pariter noua gramina crescant?  
Vnde tibi tam letus ager? quis temperat auræ,  
Et tempestiuo pluuia discriminat æstu,  
Maturis ne forte calor, neu frigora defint  
Frugibus, ut primum iacto de semine terra  
Spem segetis cupida arripens sub viscera condit?  
Tertius ingenij partus se fuderat anno,  
Et saclo attulerat miranti gaudia: quartum  
Surgit opus, quinto affecto: dein ordine sextum  
Instat: ut ex uno sint talia pensa quotannis,  
Qualia non annis alius queat omnibus, uno  
Non valeant anno coniuictis viribus omnes.  
Mens adèò secunda boni, facundaque mentis  
Lingua effert arcana sua: mox pagina solers  
Excipit, ut nullo celebrentur fine per orbem.  
Non opis humana hoc, CÆSAR: maiore magistro  
Res agitur: Deus ipse animos & viréque secundas  
Subijcit, affatu Matris: tu namque vocare  
Hanc solitus, dubijq. tuis exposcere rebus:  
A qua principium, cui desinis. Ergo age, quando  
Iamdudum Annales, quos & labor annuus equat,  
Cum fructu assiduo commendat plurimus usus:  
Illam etiam supplex ora, tibi proroget æuum,  
Omnia dum possis annorum euoluere sacra.  
Ipse sua labor æternum se sponte propagat:  
CÆSARIS Annales ut nulla obliteret ætas,  
Dum referent sese voluentia sacra per annos.



# ANNNALES ECCLESIASTICI.

Quartus Annalium Tomus incipit  
à Iuliano Apostata Imperatore,  
perduciturque vsque ad obitum  
Theodosij Augusti: continet an-  
nos trigintaquatuor.

**R**

VERSUS reuocatur ad opus, & absque intermissione laboris, vix edito tertio Annalium tomo, quartum suscipimus inchoandum: PRAEFATIO AUCTORIS CVM IMPLORATIONE NUMINIS. praesidio, haud tamen inuiti recurrimus, attingentes iam in iisdem conscribendis Annalibus numerum voluminum quaternarium, quo & sacra Euangelica historia ceteris eminentior diuino mysterio consecratur, consignata mirifica illa quatuor animalium visione <sup>a</sup>, ex <sup>1</sup> *Ezech. 1.*

qua alij, qui sacras res gestas conscripturi essent, complura quae discerent, inuenirent. Etenim quod eadem animalia plena <sup>b</sup> erant oculis ante & retro, quodq; ibant & reuer- <sup>b</sup> *Apocal. 4.* tebantur in similitudinem fulguris <sup>c</sup> coruscantis, symbolicis veluti formulis instituumur <sup>c</sup> *Ezech. 1.* (vt sensus omittamus abstrusiores) oculatam atque in omnibus circumspexam tractationem Ecclesiasticarum rerum esse debere, pluribusq; oculis cuncta perspicere, antequam conspicienda aliorum oculis exponatur, atque reciproca discussione veritatis fulgore corusca, fulguris instar, potens sit aduersarias munitiones, Agiomachorum turres penitus demoliri. At talia tantaq; praestare, haud humanarum virium, sed eius solius est facultatis, qui fulgura in pluuiam fecit <sup>d</sup>: qui, inquam, facto olim repente de caelo so- <sup>d</sup> *Psal. 134.* no <sup>e</sup>, dispersit linguas tanquam ignis pluit super Apostolos; quibus ipsi armati fulmi- <sup>e</sup> *Act. 2.* nibus discerunt cuncta pietati obstantia munimenta, omnia consilia (quod ait Apo- stolus <sup>f</sup>) omnemq; altitudinem destruentes extollentem se aduersus scientiam Dei, & <sup>f</sup> *2. Cor. 10.* in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi; verbi Dei pluuiam Ecclesiam irrigarunt. Vt autem tam grandia tamq; sublimia consequamur, eminentior illa atque praecelsior, terrae caeloq; miranda, Dei mater Maria Virgo sanctissima nobis à Deo precibus impetret: Quae cum pulchra vt Luna, electa vt sol <sup>g</sup> ab Ecclesia praedicetur, <sup>g</sup> *Cantic. 6.* iisdemq; apud nos signis expressa colatur, ac praetutela & patrocinio operis in superliminari cuiusque tomi pro titulo ponatur impressa: ipsa sic duplici decora fidere, vt duo illa clarissima caeli astra ipso exordio rerum ac temporum <sup>h</sup>, quarto primum illuxere <sup>h</sup> *Genes. 2.* dici; quartum hunc nobis Annalium tomum elaborantibus, die noctuq; gemina luce resplendeat; donec vespere & mane, tamquam diei vnus clausa periodo, totum hoc operis quod conamur, sit feliciter consummatum; aggredientibus iam illud nobis à vespere, nempe à tenebris Iuliani, perducentibusq; ad sequentis lucis occasum, nimirum ad obitum vsque Theodosij Imperatoris.

IESV CHRISTI  
ANNVS  
361.

LIBERII PAP.  
ANNVS  
10.

IULIANI IMP.  
ANNVS  
1.

TRECENTESIMVM sexagesimum primum Christi annu, Tauro & Florentio IULIANVS SOLVS IMPERAT. Consulibus, Fastis adscriptum, prosequimur potius, quam auspicamur, inchoatum iam tomo superiori, productumq; ad Constantij obitum, & Iuliani Imperii: cuius anni Annal. Eccl. Tom. 4. **A** **RES**

res gestas, quæ reliquæ sunt, exacto ordine conscribamus. Cùm igitur (vt dictum est) A Constantius Imperator hoc anno, tertio Nonas Octobris, extremum clausisset diē: Flavius Claudius Iulianus cognomento Apostata, Romanum Imperium, iam antea, vi- uente adhuc Constantio, fauore militum tyrannicè occupatum, solus atque securus ob- tintuit: idq; in Dacia, vbi cum exercitu morabatur, opperiens de Constantij exitu certos nuncios: quos cum accepisset, per Thraciam peruenit Constantinopolim: Vbi (inquit Ammianus<sup>a</sup>) exceptus est tertio Iduum Decembrium, verecundis Senatus officijs, & popularium consonis plausibus: stipatusq; armatorum & togatorū agminibus, velut acie ducebatur instructa: omnium oculis in eum non modo contuitu destinato, sed cum ad- miratione magna defixis. ] Hæc & alia de eius ingressu Constantinopolim Ammianus. Et Zosimus<sup>b</sup>: Omnes, inquit, cum faustis acclamationibus excipiebant, ciuem & alum- num appellantes, velut in ea vrbe natum & educatum. Eadem de patria Iuliani habet B Mamertinus Consul in Panegyrico: Hæc tibi, inquiens, nominis noui, sed antiquissi- mæ nobilitatis ciuitas est patria, hic primum editus. ] Sic ipse de Iuliano, quem narum diximus Consulibus Pacatiano & Hilariano, anno à Christo D. trigesimo secundo supra trecentesimo, Imperij Constantini vigesimo septimo: qua ratione, eum hoc anno fuis- se ætatis annorum vndetriginta, dicere opus est. Qui igitur præ impietatis scelere à Christianis omnibus luctu excipiendus erat, nulla de his in præsentiarum habita ratio- ne, ab eisdem vt conciujs officijs frequentatur, atque cumulat obsequiis.

<sup>a</sup> Ammianus lib. 22.  
IULIANI ADVENTVS CONSTANTINOPO- LITANI.  
<sup>b</sup> Zosim. lib. 3.  
Mamertia. in Panegyric. dicto Iulian. no.

DEORVM CULTVM IULIANVS RESTITVIT. RECONA- TVR.

<sup>a</sup> Ammianus lib. 22.  
<sup>b</sup> Ica

<sup>a</sup> Socrat. lib. 3. cap. 1.

<sup>f</sup> Greg. Naz. orat. 1. in Iu- lianum.  
IULIANVS CHRISTIA- NITATEM ADDICAT. RITVS O- LEMNI.

At qui, vt vidimus, huius anni primordiis iam acclamatus Imperator, cùm in Illyri- cum vnà cum exercitu peruenisset, exuens Christianam religionem, quam in gratiam Constantij simulauerat, impietatem, qua apprimè imbutus erat, palàm profiteri cœpisset: nactus iam liberam habenas Imperij, nihil antiquius habuit, quàm collapsum sub C Constantino & eius filio Constantio deorum cultum in priorem statum reponere, ac magis magisq; pro viribus illustrare. Id quidem cum Ethnici scriptores, tum nostri testan- tur. In primis enim Ammianus hæc affert<sup>d</sup>: Quamquam, inquit, à rudimentis pueritiæ primis inclinatio erat erga numinum cultum, paulatimq; adolefcēs desiderio Dei<sup>e</sup> fla- grabat: tamen agitabar quædam ad Deum, vel ad rem pertinentia, quantum fieri pote- rat occultissime. Vbi verò abolitis quæ verebatur, adesse sibi liberum tempus faciendi quæ vellet aduertit, sui pectoris patefecit arcana, & planis absolutisq; decretis aperiri templa, arisq; hostias admouere deorū statuit cultū. ] hæc Ammianus: eadem Socrates<sup>e</sup>: additq; ex hoc tempore, cùm aperiri iussa sunt tēpla & sacrificia immolari, cœptos quo- que fuisse festos dies vbique ritu Gentium celebrari. Quod enim deorum, vt existima- bat, beneficio, affectum se affirmare soleret Imperium: vt debitas illis rependeret gra- tias, nihil officij, quo eosdem sibi cōciliatos in omnibus redderet, voluit prætermis- sum: cùm præsertim sic illi suum erga ipsum spondidissent auxilium (vt ipse testatus est litte- ris ad Maximum scriptis, superius recitatis) si tamen haud segniter erga numina se ges- sisset. Quid autem post hæc pro cultu deorum restituendo statuerit, suo loco dicemus.

Rursum verò Imperij Iuliani primordia, summa impietate famosa, à S. Gregorio Na- zianzeno ex Ethnicis itidē (vt ipse ait) scriptoribus describuntur. refert enim, ipsum ex abdicatione Christiani cultus Imperium auspicatum esse, cùm scilicet sanctum Baptis- mum, quod olim religione Christiana initiatus susceperat, abstergere à se & abolere pe- nitentis conatus est. Hæc autem narrantur his verbis<sup>f</sup>: Vix enim Imperij hæreditatē adire cœperat, cùm impietatem palàm libereq; profiteretur, perinde atque hoc nomine erube- scens, quod Christianus aliquando fuisset, ac ea de causa Christianis succensens, quibus E nominis societate iunctus fuerat. Atque hinc quidem facinora sua auspicatur, que ma- modum narrant qui ipsius arcanis gloriantur (proh superi, in quos sermones incurrere cogor!) impuro & nefario sanguine lauacrum extergit, initiationi nostræ execrabilem iminationem opponens: sus videlicet in cœno prouoluta (sicut est in prouerbio) manusq; suas profanat, vt nimirum eas ab increuento illo sacrificio, per quod nos Christo, ipsiusq; passionibus & diuinitati cōmunicamus, elueret ac repurgaret. ] Hæc Gregorius de apo- stasia illius solemniter facta, cum sanguine victimarum putauit delere potuisse signacu- lum, quod Baptisma sacrum impresserat, & eodem manus illas abluere, quibus sacram Eucharistiam, ori eam admoturus acceperat: moris namque fuisse in Ecclesia olim, vt communicantes manibus sumerent à sacerdote oblatam Eucharistiam, eamq; ori admo- uerent suo, superius pluribus dictum est. Porro quot annos Christianam religionem conse-

A consecratus fuerit, & se addiderit Ethnicismo, ipsemet Iulianus in epistola ad Alexan- drinos, quam suo loco descripturi sumus, docet his verbis: Dum Iulianum, inquit, au- scultaueritis, qui illa (nempe quæ Christianæ religionis sunt) viginti iam sæcuis fuit annos: nunc verò deorum ope, duodenarius agitur annus, hanc gradimur viam. ] Isthæc ipse ad eos anno vltimo (sui Imperij: vt ex his appareat, iam ante decennium, ipsum à Christiana religione desciuisse, cùm tamen ob metum Constantij nonnisi secretò numi- na coleret.

Qui igitur Christianitatis abdicatione palàm facta, & sacrorum Gentilium initiatio- ne impius studuit apparere, & illud addidit, vt more maiorum Imperatorum, vnà cum Imperio amplissimam Sacerdotij dignitatem, ipsum summum Pontificatum acciperet, non quidem (quod fecerant qui antecesserant Christiani Imperatores) nomine tenus, vt B ius tantum illud contingeret omnium præstantissimum: verum vt qui nouus progredi- tur sacrorum Romanorum Gentilium restitutor, vindex, & propagator, nec quid mini- mum passus est præteriri veteris obseruantia in re præsertim tanta, quæ omnium potis- sima haberetur, initiatione videlicet summi Pontificatus. sed quibusnam impuris ac risu dignis ritibus peragi soleret, occurrunt à Prudentio, qui cùm hæc agerentur, puer ætate erat, vt ipse profiteretur his versibus<sup>a</sup>:

*Principibus tamen è cunctis non defuit vnus,  
Atque puero, vt memini, ductor fortissimus armis, &c.]*

Ritus ergo illos profanos, quibus summus Pontifex initiandus fuit Iulianus, ab eodem hunc in modum graphice descriptos, in ignominiam perfidi desertoris, se tauri sanguine ad abstergendum Christi signum proluentis, hic prodimus<sup>b</sup>:

C *Summus sacerdos nempe sub terram serobe  
Alta in profundum consecrandus mergitur  
Mirè insulatus, festa vittis tempora  
Nexus, corona tum repxus aurea,  
Cinctu Gabino sericam fultus togam.  
Tabulis superne strata texunt pulpita  
Rimosa vari pagmatas compagibus,  
Scindunt subinde, vel terebrant aream,  
Crebroq; lignum perforant acumine,  
Pateat minutis vt frequens hiatus.  
Huc taurus ingens fronte torua, & hispida,  
Sertis reuinctus, aut per arcos floreis,  
Aut impeditus cornibus, deducitur:  
Nec non & auro frons coruscant hostia,  
Setasq; fulgor bractealis inficit.  
Hic vt statua est immolanda bellua,  
Pectus sacro diuidunt venabulo:  
Eructat amplum vulnus vndam sanguinis  
Ferventis, inq; texta pontis subditi  
Fundit vaporum flumen, & late astuat.  
Tum per frequentes mille rimarum vias  
Illapsus imber tabidum rorem pluit  
Defossus intus, quem Sacerdos excipit,  
Cutias ad omnes turpe subiectans caput,  
Et veste & omni putrefactus corpore,  
Quin os supinat, obuias offert genas,  
Supponit aures, labra, nares obijcit,  
Oculos & ipsos perluit liquoribus,  
Nec iam palato parcat, & linguam rigat,  
Donec cruorem totus atrum combibat.  
Postquam cadaver sanguine egesto rigens  
Compage ab illa Flamines retraxerint,  
Procedit inde Pontifex visu horridus,  
Ostendat vltimum verticem, barbam grauem,*

<sup>a</sup> Prudentius in Apotheosi. SUMMO PONTIFI- CII IV- LIANVS INITIA- TVR.  
<sup>b</sup> Prudent. Pe- riphys. in Cor. gmm. 10.

Vittas madentes, atque amictus ebrios. Hunc inquinatum talibus contagiis Tabo recentis sordidum piaculi Omnes saluant, atque adorant eminus, Vils quod illum sanguis & bos mortuus Fædis latentem sub cauernis lauerint.

IULIANVS TVRPIS SACRIFICVS. Greg. Naz. or at. l. in Iulianum.

hactenus Prudentius de initiatione summi Pontificis, quam hisce versibus deridendam proposuit. Quoniam pacto, quæso, hæc adeo cultui necessaria prætermisisse potuit Iulianus, qui & quæ longè abhorrent ab Imperatoria dignitate, religionis tamen intuitu summa præstare soleret obseruantia? vt inter cetera de eo Gregorius Nazianzenus, summum deridens Sacerdotem, sic narrat: iam sufflationes, & resufflationes, quas eximius ille vir, doctrinæq; nostræ sugillator vetulis mulierculis per contentionem ostentabat, altaris ignem accendens, quo tandem orationis loco ponemus: Quam verò præclarum, Imperatoris Romani maxillas indecorè inflatas cernere, risumq; multum non extraneis tantum, sed iis etiam, quibus eam rem gratam fore putabat, excitantes? &c.] Hæc Gregorius, exempli causa hic recitata ad insinuandam Iuliani in adsciscendo sibi summum Pontificatum exactam obseruantiam.

Eunap. Vir. Philosoph.

Ceterum quamuis summum Sacerdotium Gentilicæ superstitionis consecutus, tamen quod omnium esset supersticiosissimus, voluit pariter Eleuimiorum sacrorum Pontifex creari: quod ipsi à prædecesore Antistite fuisse prænunciatum, docet Eunapius his verbis: Palamq; testatus est, illum à sua morte Antistitem fore, tamen si nefas esset Antistitis solium conscendere, quisquis alienigenis diis deuotus fuerat, & initiatus, iisq; sacrosanctè iuratur inferuire: aiebat tamen Præsidentem sacrorum futurum, quamuis Athenarum indigena non esset. ] hæc Eunapius de Iuliano in Maximo.

IULIANVS CREAT PONTIFICVS, ACCERSIT MAGOS.

Quod autem creatus ipse iam antea esset culturæ deorum Pontifex maximus, minores Pontifices creat, quos in diuersas prouincias mittat, ac primū omnium ex illis vnum in Græciam amandauit. id quidem Eunapius Sardonius testatur his verbis: Post destructam Constantij tyrannidem, dimisit Iulianus Antistitem in Græciam: qui pro Deo illis illuxit, & quæ veller, pro arbitrio impertit, addidit regalia dona cum comitatu prouocandis Græciæ templis, sacrisq; ] hæc ipse: subditq; creasse in Lydia primarium Pontificem Chrysanthium philosophum Ethnicum magiæ peritissimum, qui vna cum Maximo ab eo vocatus, prohibentibus auspiciis, venire renuit. de quibus hæc idem auctor refert: Mox vt liberum imperium nactus est, litteris euocauit Maximum, & Chrysanthium, in eandem sententiam conscriptis. ] erat hic ille Maximus philosophus, atque magus, quo (vt superiori Annalium tomo dictum est) vsus in philosophicis facultatibus præceptore, impietate pariter ab eodem imbutus erat; eo enim quem magis coleret & obseruaret, habuit neminem. Accersit etiam Iulianus & præscum philosophum. meminit de his idem Eunapius, cum ait inferius: Ambo seorsum accersiti fuerunt, Priscus è Græcia, & Chrysanthius Lydiæ Sardibus. Ita namque pendebat à Maximi consuetudine diuinus Iulianus, vt ad vtrumque ceu necessarium & amicum scriberet, obsecrans suppliciter perinde ac deos, vt ad se venirent. ] hæc ipse. Porro quoniam aduentus Maximi contigit anni sequentis exordio, de eo suo loco agendum erit.

Iulianus ad Hermog. epist. 23. IULIANVS AD HERMOGENEM EPISTOLA.

Rursus verò, quod spectat ad reliquas à Iuliano res gestas hoc anno: vt primū post Constantij obitum accepit Imperium, ad Hermogenem Præfectū Ægypti sic scripsit: Permite mihi iuxta Poetas dicere: O me præter spem seruatum! ô nuncium præter expectationem allatum, quod euaserim! Non me hercle hydræ multorum capitum fratrem meum Constantium (fuit is qualis fuit) sed belluas ipsius comites, quæ oculis vnumquemque petebant, quæq; illum reddebant atrociorum, qui per se non admodum clemens erat, licet multis esse videretur. Verum illi, quandoquidem à vita iam excessit, terra (vt aiunt) sit leuis. Istos autem iniuste pati quicquam nolim; scit Iuppiter: Sed quia accusatores nacti sunt multos, in Curiam aduola: videre enim te medijsidius cupio. & nunc, cum te saluum esse, libentissimè audierim, venire te iubeo. ] Hactenus ad Hermogenem Præfectum Iulianus: ex quibus planè detegitur, infensissimo animo ipsum fuisse tum in Constantium, tum irem aduersus Constantij aulicos & magistratus; de quibus idem in Antiochenos: Vtinam vobis solis ex omnibus Romanis dent dii multos Constantios, vel potius amicorum eius rapinas experiri. ] qua ratione factum est, vt qui

Iulian. in Nisifog.

A qui ob impietatem aliàs execrandus videri potuisset, idem Iulianus hac ex parte etiam Christianis optatissimus videretur. Vnde Mamertinus in gratiarum actione de suo Consulatu hæc habet: Exhaustæ prouinciæ non minus exitialibus, quam pudendis Præfidentium rapinis, vltro opem Imperatoris expotcerent. ]

Magna planè Dei prouidentia factum est, vt tale monstrum prodierit Imperator in vltionem Constantij magistratum, atque domesticorum, qui in gratiam eiusdem Imperatoris fauentes Arianae hæresi, magnis molestiis Catholicos affecissent; vt inter alios Taurus anni huius Consul ordinarius, qui impietate Consulatum promeruit, dum vocatus ex vniuerso orbe Occidentali Catholice Ecclesiæ Episcopos ad Ariminense Concilium, tyrannicè detentos afflixit. Quid autem tum hic, tum collega Florentius; quid in primis Palladius Magister officiorum, & Euagrius Comes, quorum mentio est apud Athanasium; quid Eusebius ille eunuchus Præfectus cubiculi, qui omniū cladum, quæ ab Arianis in Catholicos illata sunt, auctor extitit, vel fautor accessit, quidve alij passi sint, Ammianus accuratè recenset: ac primum de horrisco tribunali ad hoc Chalcedone constituto, his verbis:

IULIANVS IVDICIO SVBIECIT MAGISTRATVS CONSTANTII.

Breui deinde Secundo Sallustio Promoto Præfecto Prætorio summam quæstionum agitandarum, vt fido, commisit, Mamertino & Arbetione & Agilone atque Neuita adiunctis, itidemq; Iouino Magistro equitum per Illyricum recens Præfecto. Qui omnes transgressi Chalcedona, præsentibus Iouianorum, Herculianorumq; Principibus, & Tribunis, causas vehemētius æquo, bonoq; spectauerunt, præter paucas, in quibus veritas reos nocentissimos offerebat. Et Palladium primum ex Magistro officiorum in Britannos exterminarunt, suspicione tenus infimulatum quædam in Gallum composuisse apud Constantium, dum sub eodem Cæsare officiorum esset Magister. Deinde Taurum ex Præfecto Prætorio in exilium egere Vercellum: cuius factum apud Iudices iustorum & iniustorum distinctores videri potuit vini plenum: quid enim deliquit, si ortum turbinem veritus ad tutelam Principis sui confugit? Et Acta super eo gesta non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium: Consulatu Tauri & Florentij, inducto sub præconibus Tauro. ] & paulo post: Iniquitate simili Florentius tunc Magister officiorum Nigriani filius contrusus est in insulam Dalmatiam, Boas, alter enim Florentius ex Præfecto Prætorio Consul etiam tum, rerum mutatione territus subita, cum coniuge periculis exemptus diu delituit, nec redire ante mortem potuit: capitis crimine tamen damnatus est absens. Pari sorte Euagrius Comes rei priuatæ, & Saturninus ex cura Palatii, & Cyrinus ex Notario, portati sunt in exilium. ] subdit de morte damnatis, nempe Vrsulo Comite largitionum, Apodemio Agente in rebus, & Paulo cognomento Catena, viuis combustis: ac demum de Arianorum patrono Eusebio Præfecto cubiculi hæc habet:

Ammianus lib. 21.

Eusebium super his, cui erat Constantiani thalami cura commissa, alrè spirantem addixere & dirum pœna: letali: quem ab ima sorte ad vsque iubendum Imperatori pendelatum; ideoq; intolerabilem humanarum rerum spectatrix Adrastia, aurem (quod dicitur) vellens, monensq; vt castigatius viueret, reluctantem præcipitem tamquam è rupe quadam egit excelsa. ] hunc tandem finem fortitus est impius erga Deum, & aduersus sanctos Episcopos contumeliosus, cuius in Catholicos, Catholicamq; fidem patrata scelera tertius Annalium tomos continet. Subdit deinde Ammianus: Conuersus post hæc Princeps ad Palatinos homines omnino, qui sunt, quiq; esse possunt, non vt Philosophus veritatis indaganda professor: laudari enim poterat, si saltem moderatos quosdam, licet paucos, retinuisset, morumq; probitate compertos. Namque fatendum est, pleramq; eorum partem vitiorum omnium seminariū effusus aluisse; ita vt Rempub. inficerent cupiditatibus prauis, plusq; exemplis, quam peccandi licentia læderent multos. Passi enim ex his quidam templorum spoliis, & lucra ex omni odorantes occasione, &c. ] plura subdit de corruptis horum omnium occasione moribus sub Constantio, hæcq; hoc anno ante sequentes Kalendas Ianuarias à Iuliano gesta refert, quo aulici omnes Constantij ab eodem vel capite malè multari iussi, vel eieciti fuerunt: in quos audiuius atque retulimus superiori tomo querelas sanctorum Episcoporum, potissimum verò Athanasij in eunuchos maximè Palatinos, quibus ne quis suffragator accederet, sancita lege eundem Iulianum vetuisse, idem auctor affirmat. Eadem de nece Eusebij, & pulsus eunuchis Socrates tradit; additq;: Lege sanciuuit, vt illis, quibus ab eunuchis

EVSEBIVS PRÆFECTVS CUBICVLI SVB PLEBICIVM, ET ALTORVM ARTANQ. RVM.

Annal. Eccl. Tom. 4.

A 3

facta

Socras. lib. 3. cap. 1.

facta fuisset iniuria, facultates inique abreptæ redderentur, & ea potissimum, quæ iisdem A ex deorum fanis expilatis sibi vendicassent.

His quidem rebus gestis, Iulianus animos omnium, etiam Christianorum, sibi deuinxit, quos auaritia, & sæuitia magistratuum à Constantio abalienauerant: atque alia pleaque addidit, quibus plurimum conciliauit sibi gratiam subditarum prouinciarum (quod Mamertinus publica oratione laudauit) nimirum cum ciuitates tributis exhaustas, ac penè desertas, mœnibusq; orbatas, sua liberalitate crexit, in pristinumq; splendorem restituendas curauit, ex arario collata pecunia. Vnde Mamertinus in Panegyrico: Illud verò cuius miraculi est, neminem vllum in tanto rerum paratu sensisse dispendium? in omnia pecuniam ab Imperatore deproxi, & quoddam versa vice prouinciis pendit tributum? illinc ad vniuersos fluere diuitias, quo prius vndique confluebant: vt in maxima quæstione sit, à quo accipias, Imperator, qui sic omnibus largiaris. Sed qui vitæ B præbet parsimonia tua, Auguste, vesticigal: quicquid enim alij in prodigas cupiditates prodigebant, id omne nunc in vsus publicos referuatur.] hæc & alia Mamertinus, pluribus recensens immoderatos luxus Constantij, & ministrorum eius, quibus aded exhaustiebantur collata tributa, vt noua essent iugiter inferenda. In eandem quoque sententiam, quid hoc item anno cū tōsore Constantij actum sit, Ammianus narrat<sup>a</sup> his verbis:

<sup>a</sup> Ammianus lib. 22.

IULIANVS INVTILES & SPENSAS RESERCAT.

Euenerat iisdem diebus, vt ad sumendum Imperatoris capillum tonsor venire præceptus, introierit quidem ambitiosè vestitus. Quo viso, Iulianus obstupuit: Ego, inquit, non Rationalem iussi, sed tonsorem acciri. Interrogatus autem ille, quid haberet ex arte compendij: vicenas diurnas, respondit, annonas, totidemq; pabula iumentorum, quæ vulgò diducuntur capita, & annuum compendium graue absque fructuosis petitionibus multis. Vnde motus, omnes huiusmodi, cum cocis, similibusq; alijs, eadē accipere penè confuetos, vt parum sibi necessarios, data quo velint eundi potestate, proiecit.] hæc Ammianus: quæ quidem, & alia id genus plura, vt Philosophus, ostentabat, eaque plurimum valuerunt, vt qui ob impietatem videri posset intolerandus, etiā diligeretur à multis. Nam & Romanæ vrbi hoc anno summa penuria periclitanti, licet longè absens, mira celeritate subuenit. Rem summa laude dignam Mamertinus sic narrat: Quemlibet alium à subueniendi conatibus grauissima famas, tristissimum Reip. periculum deterruisset: Sed stipendijs prouinciarum, & patrimonij sui fructibus vndique comportatis, vsque ad opulentiam, abundantiamq; esurientem iam Urbem referit. Dicit aliquis: Quomodo tam multa, tam breui tempore, & rectè? Sed Imperator noster addit ad tempus, quod otio suo detrahit: Nihil somno, nihil epulis, nihil otio tribuit: ipse se naturalium necessariumque rerum vsurpatione defraudat, totus commodis publicis vacat. sic ipse.

EPISCOPI EXVLES RELAXATI.

<sup>b</sup> Hierony aduers. Lucifer. tom. 2.

Sed & magnam inde sibi laudem comparauit apud optimos quosque, quod exulem diu pacem Catholicæ Ecclesiæ restituit ab acerbissima illa tot annis per Arianos persecutione fugatam: nam quicumque fuerant à Constantio Episcopi exilio condemnati, eosdem, abolitis per Iulianum damnationis illorum tabulis, ad suas Ecclesias postliminio redire permisit. hæc enim de his S. Hieronymus testatur, cum ait<sup>b</sup>: Periclitabatur spei: Dominus excitatur, imperat tempestati, bestia moritur, tranquillitas redit. Manifestius dicam: omnes Episcopi, qui de proprijs sedibus fuerant exterminati, per indulgentiam noui Principis ad Ecclesias redeunt. Tunc triumphatorē suum Athanasium Ægyptus excepit.] Ceterum quando hi, qui hoc anno sunt ab exilio relaxati, proprias repperint Ecclesias, inferius dicturi sumus. Eadem de Episcoporum exulum restitutione habent Socrates<sup>c</sup>, Sozomenus<sup>d</sup>, atque Theodoretus<sup>e</sup>.

<sup>c</sup> Socrat. lib. 3. cap. 4.

<sup>d</sup> Sozom. lib. 5. cap. 2.

<sup>e</sup> Theod. lib. 3. cap. 4.

ZENONEM LIBERAT ARTIS GRADUM PERVENISSE, CIQ; PAREM MORUM, AC VITÆ TEMPERANTIAM ADIUNXISSE: tum vniuersam in te conuertis: tantum tuo discessu aculeum tamquam apis reliquisti, nec sanè immerito, præclare enim Homerus:

*Vir medicus par est multorum millibus vnus.*

Tu

A Tu verò non tantum medicus es, verum etiam magister omnibus, qui eius artis studio ducuntur: vt propemodum quod medici sunt populo, hoc ipse sis medicis. Hæc autem causa te liberat exilio, & quidem magnificè. Nam si propter Georgianam factionem Alexandria excessisti, non iure excessisti: iustissimè autem reuertipoteres. Redi igitur cum honore, & dignitate pristina: nobis verò gratia sit apud vtrumque, & quia Zenonem Alexandrinis, & quia Zenoni Alexandriam restituimus.] hæc Iulianus. Ceterum quod Georgium Episcopum Arianum Alexandria non solum constat exagitasse Catholicos, sed etiam Gentiles, vt superius est demonstratum Annalium tomo tertio: fuerit ne hic Zeno Christianus, an Ethnicus; vel ille, cuius meminit Suidas, item Alexandrinus patria, qui & Iudaicæ genti suæ nuncium publicè remisit, vel quem genere Cyprium, & arte medicum hoc tempore vixisse tradit Eunapius, haud affirmari posse videretur.

B Verum quòd ab eodem Iuliano diximus restitutos esse Catholicos: id quidem ille haud Catholicæ veritatis amore fecisse videretur, sed in odium Constantij, & regionum quorum auctoritate Catholici vexati fuerant, ministrorum. etenim nulla habita ratione exulum Episcoporum, qui nam vera fide præstantes, quive hæretici essent, sed Arianis haud in omnibus assentientes, atq; ob eam causam proscripti, ex æquo omnes iussit exilio relaxari. Ita enim impium Aetium hæresiarcham eadē poena iure damnatum, magno honore, datis ad eum litteris, non solum liberauit, sed & in Regiam accersiuit. litteræ autem sunt huiusmodi:

IULIANVS REVOCAT ETIAM HÆRETICOS EXVLES.

Iulianus Aetio Episcopo.

Ceteris omnibus, qui à Constantio vita defuncto ciecti patria fuerant propter attentionem Galilæorum, exilium condonauit. Te autem non solum ea poena libero, verum etiam memor pristinae cognitionis, atque amicitia nostræ, horror vt ad nos venias. Vteris autem vehiculo publico vsque ad nostram cohortem, & vno parhippo.] sic ad Aetium Iulianus, qui homine impio, & ad mala omnia egregiè comparato noluit caruisse. Hæc eadem Sozomenus<sup>a</sup>, qui & de illis, quæ ab eodem concessa sunt Nouatianis, hisce meminit verbis: Addit his, inquit, Eleusium Episcopum Cyzici, cui simili de causa in mandatis dedit, grauissima multa ei præscripta, vt suis sumptibus, intra bimestre spatium, ecclesiam Nouatianorum, quam imperante Constantio diruerat, denuò ædificaret.] hæc Iulianus, officiis demereri studens sectarum omnium Christianos, impendens illis quæ poscerent beneficia. Porro ædificatæ Nouatianorum ecclesiæ nomen esse inditum, Anastasia, quasi quæ exciderat resurrexisset, alibi idem affirmat<sup>b</sup>. Ceterum quantumlibet isti extra Catholicæ fidei septa agerent: tamen quod in his, quæ spectant ad Filij Dei diuinitatem in Nicæno Consilio confirmatam, iisdem ea ipsa sentirent, atque Catholici, vt dictum est, Arianos infestos habuere; cuius rei causa ab Eleusio Nicænae fidei aduersario passi sub Constantio fuerant suæ ipsorum iacturam ecclesiæ.

<sup>a</sup> Sozom. lib. 5. cap. 5. in fine.

NOVATIANORVM ECCLESIA REPARATA.

<sup>b</sup> Sozom. lib. 4. cap. 18.

Rursum verò, vt hoc ipso Imperij exordio omnes conciliaret sibi fideles, publica edita sanctione, non tantum qui fuerant in exilium pulsii, vt diximus, reuocauit: Sed (inquit Sozomenus<sup>c</sup>) proscriptis lege sua bona restituit: quin etiam populo præcepit, ne quis quemquam Christianorum vel iniuria afficeret, vel contumelia; neve ad immolandum eos inuitos traheret. Qui autem eorum sua sponte ad aras fortè accederent, vt hi primum demones, quos Gentiles *δαίμονες*, id est, depulsores malorum, vocant, placarent, iussit, & expiationibus, quibus ipsi vti solent, purgarentur.] isthæc primum ipso in Imperium ingressu statuit Iulianus, veritus (vt creditur) cum illis aperto Marte pugnare, quos sciret multitudine implese Romanum Imperium.

<sup>c</sup> Sozom. lib. 5. cap. 5.

E Insuper, vt hac ex parte etiam videretur præstare Constantio, & Christiani gauderent se in eo inuenisse, quod in illo frustra desiderarant, gessit se inter Christianæ religionis Episcopos conciliatorem, pacisq; sequestrem: quos tamen cum vt in vnam eandemque sententiam conuenirent, frustra tentasset; suo ipsorum omnes, vt quæ vellent sentirent, reliquit arbitrio. testatur hoc Ammianus, cum ait<sup>d</sup>: Vtq; dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum Antistites cum plebe discissa in Palatium intromissos monebat, vt ciuilibus discordiis confopitis, quisque, nullo verante, religioni suæ feruiret intrepidus. Quod agebat aded obstinatè, vt dissensiones augente licentia, non timeret vna minantem postea plebem, nullas infestas hominibus bestias, vt sunt sibi feralibus plerisque Christianorum expertus: saepeq; diducitabat: Audite me, quem Alemanni au-dierunt, & Franci.] hæc Ammianus de Iuliano, inde captante occasionem Christianis detracta-

IULIANVS LABORAT PRO PACE ECCLESIAE.

\*vnaniman-tem

detrahendi, quod adeo pugnaciter inter se altercarentur: in quos etiam illud exprobra- A  
re non desinebat, quod quæ erant ad cultum deorum spectantia dissipasset: Unde ad  
Artabium, hæc his temporibus scripsisse reperitur<sup>a</sup>:

<sup>a</sup>Julian. epist.  
7. ad Artab.

IULIANI  
EPIST. AD  
ARTABIVM.

Ego, per deos, neque interfici Galilæos, neque cædi præter ius & æquum, neq; mole-  
stia quicquam perpeti volo: sed tamen iis pios, & sanctos viros præferendos esse, vel ma-  
ximè cenfeo. Etenim Galilæorum amicitia propemodum omnia affixit & perdidit, cum  
deorum benevolentia omnes salui simus. Quare tum deos colere, tum pios, & viros, &  
populos honorare debemus.] ita Iulianus, eiusmodi ad construendam impietatem ia-  
ciens fundamenta, reddens nimirum Christianos Galilæorum nomine contempribiles,  
& expilatione iam facta templorum exosos: Gentiles verò, dum eos pios, ac sanctos no-  
minat, & dignos honore prædicat, sic proposuit imitandos; existimans fore Imperatoris  
sententiam ad idololatram capeffendam illecebram. Quæ insuper præstitit officia, vt B  
deorum cultum iam collapsum in integrum restitueret, Sozomenus<sup>b</sup> tradit his verbis:  
Vbi solus est Imperio potitus, in Oriente Gentilium delubra aperire; quæ eorum negle-  
cta corruerant, reficere; quæ autem deturbata fuerant, denuò ædificare; quin etiam aras  
erigere mandauit: atque ad has res perficiendas multa tributa excogitauit. Vetera præ-  
terea, & patria ciuitatum instituta, atque sacrificia renouare, ipseq; palam in loco publi-  
co idolis immolare, offerre illis libamenta, & eos qui harum rerum studiosi erant, magno  
in honore habere cœpit. Horum autem sacrorum professoribus, sacerdotibus, interpre-  
tibus, & statuarum cultoribus pristinos honorum gradus reddere, rata facere ea quæ ve-  
teres Imperatores de his sancuerant; decernere illis immunitatem ministeriorum, &  
rerum quoque aliarum, sicut ante habuerant: frumentum congruaria. Aditus ablata resti-  
tuere: iubere vt à profanis esculentis se puros conferuent, & abstineant ab illis, quatenus C  
conuenit iis, qui ad prædicta mysteria iure suo (vt Gentiles loquuntur) accedere possunt.  
] at hæc cœpta hoc anno maioribus in dies accessionibus aucta fuerunt. Quibus præterea  
artibus sensim in Christianam religionem insurrexerit, dicemus opportunis suis locis  
ordine temporum definitis.

<sup>b</sup>Sozom. lib.  
5. cap. 3.

STVDIVM  
IULIANI  
IN RESTI-  
TUENDO  
DEORVM  
CVLIV.

MYTATIO  
MAGISTRA-  
TVVM, ET  
CONSILIA  
IULIANI.

Satis namque sibi visum, his Imperij adepti primordiis, magistratibus à Constantio  
prouinciis Imperij Romani præfectis, & aliis publicis adscriptis muneribus, abrogatis,  
alios ex animi sui sententia in locum ipsorum subrogasse; qui, quod scirent gratum sibi  
esse, perficerent. Quibus in hunc modum ad securitatem Imperij stabilitis, omnia ver-  
sare consilia, meditari vias, excogitare modos, adhibere conatus, & iungere studia, qui-  
bus Christianam religionem funditus posset euertere, non prætermisit. Non deerant ad  
opus vires, vt potest Imperator, & solus, à cuius arbitrio cuncta penderent, nec dolosæ mo-  
litiones, & cum astutia elaborata consilia, quod Philosophus esset, atque magus: nec ab-  
esse poterat obstinata perfidia ab eo, qui impius esset apostata: adeo vt omni ex parte ce-  
teris persecutionibus ab alijs Imperatoribus olim illatis hæc acerbior videri posset, si li-  
cuisset; quod periculosior illa sit pugna, quæ infertur ab hoste, qui cuncta quæ sunt ad-  
uersariorum habeat explorata; & atrocius soleat moueri bellum, & vindicta crudelior  
expeti ab aduersario, qui plurimis antea fuerit cõtumelijs lacessitus, & damnis affectus:  
qualis profecto videri poterat Iulianus, qui res cunctas Christianæ religionis haberet ex-  
ploratissimas, & acerbissimo in Christianos odio moueretur, à quibus sciret idola esse  
contrita, templa diruta, vel expilata saltem & clausa, sacraq; deorum verita, & tot annis,  
armis & legibus publicè priuatimq; omni ex parte cuncta ferme quæ essent patriæ su-  
perstitionis eueria. At quæ ab eo gesta sunt anno sequenti, pluribus dicturi sumus. E

QVI sequitur trecentessimus sexagesimus secundus Christi annus, Ecclesiæ admo-  
dum ærumnosus, Consulatu Mamertini, atque Neuietæ adnotatus habetur. Quod  
ad Mamertinum spectat, ad Cõsulatum adscitum indignissimè, Ammianus his docet:  
Mamertinum ad Consulatum euegit, nec vita, nec splendore, nec usu, nec gloria horum  
cuiusquam similem, quibus magistratum detulerat amplexissimum Constantinus; contra  
inconsummatum, & subagrestem, & quod minus erat ferendum, cella in potestate cru-  
delem.]

<sup>a</sup>Ammianus  
lib. 21.

Adelem.] Hæc ipse. Extat eiusdem Mamertini Consulis de sui Consulatus gratiarum actio-  
ne oratio panegyrica, luculenta quidè, qua laudes noui Imperatoris mirificè prædicauit.

Cumq; ex more ab eodem Consule publica munera ederetur, ac die quodam (inquit  
Ammianus<sup>a</sup>) causa eius spectandi venisse nunciatus esset ex Asia philosophus Maximus  
(hunc ab ipso Iuliano litteris accersitum anno superiori diximus) exiliuit Imperator indeco-  
rè, & qui esset, oblitus, effuso cursu è vestibulo longè progressus, osculatum, susceptumq;  
reuerenter secum induxit, per ostentationem intempestiuam nimis captator inanis glo-  
riæ visus, præclari illius dicti immemor Tulliani, quod tales notando ita relatum: Ipsi illi  
Philosophi etiam in his libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscri-  
bunt, vt in eo ipso quod prædicationem nobilitatemq; despiciunt, prædicari de se & no-  
minari velint.] Hæc Ammianus. Sed in diiudicandis in excipiendi Maximo affectibus

<sup>a</sup>Ammianus  
lib. 22.

IULIANVS  
EXCIPIIT  
MAXIMVM  
PHILOSOP-  
HYM.

B Iuliani, in diuersam potius, quàm ab ipso Ammiano assertam sententiam pedibus imus:  
atque putamus, eo inopinato euentu Iulianum, licet ostentantem Philosophum, erum-  
pentes tunc erga maximum affectus suos cohibendi, & Philosophicis infrenandi habe-  
nis, minimè tatum virum habuisse. Etenim ipsius diuinationibus Imperium acceptum  
ferebat, immo & ex eo quàm plurimi faciebat hominem, quod à Christianorum religio-  
ne, quam putabat insaniam, reuocatum se ad cultum deorum esse sciebat. Qui enim re-  
citatas tertio Annalium tomo eiusdem Iuliani litteras ad ipsum Maximum datas, & alia  
id genus superius recensita reuoluerit, nos haud vanos eiusdem Iuliani affectuum conie-  
ctores & interpretes esse cõperiet; memor quid de Iuliano addicto Maximo Eumapius<sup>b</sup>  
tradat, qui & hæc inter alia: Ab eo rotus pendit, & vniuersam viri doctrinam mordicus  
retinuit.] Quantum autem expecterit Iulianus aduentum Maximi, etiam cum adhuc  
C in Galliis ageret, litteræ ad eum anno præterito datæ declarant. sed & quàm obseruan-  
tissimus hominis esset, aliæ rursus ad eundem in hæc verba conscriptæ significant:

<sup>b</sup>Eumap. vit.  
Philosoph.

<sup>c</sup>Iulian. epist.  
15. ad Max.

Alexandrum Macedonem, aiunt, Homeri carminibus indormire solitum, vt noctes  
dieq; in bellicis eius signis versaretur. At nos cum tuis epistolis tamquam pæoniis me-  
dicamentis dormimus, easq; assidue tamquam recentes & nouas iteramus. Quare si tua-  
rum litterarum colloquium, id est, tuam imaginem nobis repræsentare vis, scribe, & assiduè  
scribe, vel potius, diis iuuantibus, veni tibiq; persuade, quàm diu abfueris, nos vita  
frui non posse dicere, nisi eatenus, quo ad litteras tuas legimus.] Hucusque epistola Iulia-  
ni ad Maximum, ex quo iam olim totus impietatis fons erumpens, in eum effluxit. Cyni-  
cum secta hunc fuisse Philosophum, quas idem Iulianus priores dederat, litteræ non  
obscure illis verbis ostendunt: Cum prope abessem ab hac vrbe, nempe Vicentione, vir  
D quidam Cynicus cum pera & baculo mihi occurrit. Eum ego cum eminens aspexissem,  
te ipsum esse putavi, &c.] Spectatus quidem erat habitus Cynicus baculo & pera, veluti  
quibusdam ornatus insignibus. At ne cui ex nomine & secta errandi tribuatur occasio,  
diuersus hic est Maximus Cynicus ab illo alio item Maximo Cynico, qui sub Theodo-  
sio S. Gregorio Nazianzeno negotium facessit: ille quippe patria fuit Alexandrinus, hic  
autem Smyrnæ natus Ephefius dictus est, quod ibidem diutius, vt de eo testatur Euna-  
pius<sup>d</sup>, egerit; qui & sub Valente Imperatore necatus est, de quo suo loco pluribus agendum.

QVANTI  
FECERIT  
MAXIMVM  
IULIANVS.

MAXIME  
CYNICI  
DVQ.

<sup>d</sup>Eumapius  
in Maximo.

Curauit præterea Iulianus, quos sciret eruditione clarissimos esse viros, eosdem ad se  
vocatos nobilibus decorare præfecturis: nam Themistium philosophum Urbis Præfe-  
ctum creauit; Libanium celebrem eius temporis oratorem quæstura, & alios aliis magi-  
stratibus insigniuit. Hinc Mamertinus<sup>e</sup>: Sed multo multoq; facilius est ratio honorum  
E petendorum. Quisquis, inquam, capere magistratum voles, auri atque argenti negli-  
gens esto, nullas ostiatim potentium ades obito; nullius pedes, nullius genua comple-  
ctitor. Adhibeto tantum tibi gratuitas & paratu facillimas comites, iustitiam, fortitudi-  
nem, temperantiam, atque prudentiam: vltro ad te maximus Imperator accedet, & vt  
capeffas Rempubl. flagitabit: otioso tibi & alia curanti prouinciæ, præfecturæ, fasces,  
fella curulis, atque insignia omnia magistratum perferentur.] Hæc ipse: qui & paulo  
inferius sic in eadem sententiam: Tu, tu, inquam, maxime Imperator, exulantes rele-  
gatasq; virtutes ad Rempubl. quodam postlimino reduxisti: tu extincta iam litterarum  
studia flammasti: tu philosophiam paulo autè suspectam, ac nedum spoliatam honori-  
bus, sed accusatam & ream, non modo iudicio liberafisti, sed amictam purpura, auro gem-  
misq; redimitam in regali folio collocafisti.] Hæc Mamertinus, sed encomiastice potius,  
quàm historice, immò adulatorie atque mendaciter: nam quales præcipuos Imperij  
admi-

<sup>e</sup>Mamertin.  
in Panegy.

PHILOSOP-  
PHIS COL-  
LATI MA-  
GISTRA-  
TVS.



administratos habere consueverit, & quibus compositos moribus prouinciarum Praefectos elegerit, S. Gregorius Nazianzenus, sincerissimus cultor & custos veritatis, qui cuncta & intuebatur oculis, & manibus atrectabat, declarat his verbis<sup>a</sup>:

<sup>a</sup> Greg. Naz. orat. 2. in Iulianum. QVALES ELECTI AD MAGISTRATVS.

Atque haec, vt grauissima illius crimina, maximeque propria, dicendo sum profecutus; non alioquin nefcius, duobus aut tribus aulicis assentatoribus, eiq; impietate paribus (alios enim consulto praetereo) tantam impietatis mercedem persolutam esse, vt nulla res obstitura fuerit, quo minus ipsi breui temporis spatio terras omnes & maria Romanorum Imperio subdita expilarent, nisi rebus secundior finis citius contigisset. Aded latrocinii & auaritia priores illos Centimanos excedebant, Briareos scilicet. Prouinciarum vero imperia non moderatissimis, sed crudelissimis hominibus mandabantur, atq; ad magistratus & praefecturas vnum suffragium erat perfidia, Christianissimiq; desertio: ab eoq; beneficia consequerentur, qui sibi ipsi sceleratissime consulissent. ] Atque post haec, de his quos ad se accersisset, & elusisset, sic subdit: Non possum in eo non mirari: nam cum multos eorum, qui ex Asiaticis potissimum studiis, literariisq; gymnasiis ipsi nori familiarisq; fuerant, summo studio accersiuisset, quasi mirabilibus quibusdam beneficiis eos ornaturus; eximiaq; spe ob veterum pollicitationum memoriam animos eorum extulisset: vt ad eum venerant, hoc illud videlicet calculorum impostura, & oculorum ludificationes: hos enim hoc modo, illos alio eludens, quosdam etiam mensa comiter accipiens, ac multum illud, Sodalis, propinans, instarq; alius cuiusdam illecebrae suauiter fundens, infectis tandem rebus dimittebat, haud satis constitutum habentes, illius fraudem magis, an suam ipsorum leuitatem accusarent. ] haec Gregorius.

Ceterum haud in omnes eiusmodi exercebat iocum, vt vacuos vocatos remitteret, sed eos tantum eiusmodi comediae catastrophe delusit, quos ad suam ipsius affectandam impietatem imparibus votis intelligeret respondere: siquidem non Gentiles tantum, sed & Christianos consuetudine litterarum sibi optime notos, datis ad eos litteris, accersit; vt inter alios S. Basilium Athenis olim, cum illic Iulianus ageret, egregia eruditione spectatum. Extant eiusmodi litterae, quas ad eundem, ab eo ante probe admonitus, reddidit his verbis<sup>b</sup>: Non bellum denuncias (ait vetus verbum) at ego addam etiam illud comediae veteris: O nuncium verborum aureorum! Age igitur istud re ipsa ostende, & ad nos quam primum aduola. certe amicus ad amicum venies. Assidua cura Reip. molesta est iis, qui negligentius in ea versantur, at qui diligentia & industria vnumur, aequi sunt mea quidem sententia, & prudentes, omninoq; ad omnia idonei. Quare ipse mihi opportunitatem hanc comparauit, vt sine vlla Reip. negligentia, non nihil quoque spatij ad relaxationem animi sumam. Etenim adhuc ita viuimus, vt aulicis simulationis nihil ferè retineamus (quam quidem tu fortasse adhuc expertus fuisti: qua qui laudant, maiore odio prosequuntur, quam inimicissimos) sed honesta moderataq; libertate, cum opus est, nos mutuo accusamus atque reprehendimus: neque tamen propterea minus inter nos amamus, quam qui maxime amici sunt. Ex eo accidit (quod sine inuidia dicere liceat) vt dum relaxamur, seria agamus: & dum haec agimus, minime cruciemur, & securè dormiamus: quoniam cum vigilarem, non tam pro me ipso, quam pro ceteris omnibus, vt par est, vigilauit. Haec forsitan apud te nugatus sum leuitate quadam animi, & insolentia: me ipsum namque, sicut Atydamas, collaudauit. Verum tamen vt intelligeres multo magis tuum conspectum, sapientis videlicet hominis, nobis profuturum, quam impediementi allaturum, haec scripsi. Propterea igitur, vt dixi, & publicis equis vteris. Cumq; apud nos, quantum tibi videbitur, fueris; tum à nobis honestè, & vt decet, dimissus, quo voles, proficisceris. ] Haec Iuliani litterae redditae ad Basilium.

<sup>b</sup> Basilivs IULIANO REFRAGATVR.

<sup>c</sup> Concil. Nicen. 2. sess. 3.

Alias etiam interuenisse inter eos epistolas; certum exploratumq; ex eo redditur, quod ipse Basilius absens, nec ad eum iam impietate omnibus notum venire consentiens, ab eodem inuitatus, ac prouocatus ad impietatem, per litteras fidem Christianam magno animi robore confessus est: cuius quidem epistolae fragmentum recitatum habetur in Nicano Concilio posteriori à Legatis Apostolicae sedis, ex scripto codice, ex quo Demetrius<sup>c</sup> diaconus ita legit: Ex epistola beati Patris nostri Basilij ad Iulianum Imp. Apostatam: Quemadmodum à Deo Christianam & inculpabilem nostram fidem veluti hereditario iure accepimus, sic confiteor, & in ea maneo. Credo autem in vnum Deum Patrem omnipotentem, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum: vnum Deum haec tria adoro & glorifico. Confiteor etiam Filij incarnatam oconomiam: Deinde S. Ma-

A. S. Mariam, quae secundum carnem illum peperit, hanc Deiparam vocans. Suscipio enim S. Apostolos, Prophetas, & Martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quo per illorum intercessionem propitius sit mihi Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis à sanctis Apostolis non est prohibitum; sed in omnibus Ecclesiis nostris eorum historias erigimus. ] Hucusque ibi ex dicta epistola Basilij ad Iulianum, quam Hadrianus Romanus Pontifex itidem citat, eademq; ferme verba ex ea recitat, quae extat etiam inexta in eiusdem septimae Synodi actione secunda. Quidnam autem post haec Basilij egerit, quidve ea de re cum Gregorio Nazianzeno captarit consilij, inferius dicturi sumus. Constat quidem, aequè ac Basilium, conatum esse Iulianum blanditiis sibi deuincire Gregorium; quem tamen acerrimè sibi ob pietatem expertus Best aduersantem. Ipse enim Gregorius in fine posterioris inuentionis testatur, se vna cum Basilio Cyclopeo honore ab eodem Iuliano affici solitum: verum cum aded obnitentes eos inuenisset, constat sanè illos ab ipso esse reiectos, quos & idem Iulianus, vt acerbissimos aduersarios, seuisimo odio infectatus, post bellum Persicum (si licuisset) referuauit ad necem. Sed de Gregorio rursus postea.

Qui verò agebat Constantinopoli tunc temporis Caesarius frater Gregorij Nazianzeni, philosophicis facultatibus nulli secundus, iam antea à Constantio Imperatore questus, & in Senatum amplissimum coopatus, ab eodem Iuliano Augusto nobili praefectura donatur, nempe Thesauri custodia, quo munere functus erat, qui hoc anno Constantio ordinarius creatus est, Mamertinus, vt ipsemet testatur<sup>a</sup>. Id cum audissent patres ipsius Gregorius Senior Episcopus Nazianzi, & eius germanus Gregorius, aliisque cognatione vel familiaritate coniuncti, necnon externi, indigno animo acceperunt: quin & ipse Gregorius frater mox ad eum eiusmodi grauissimas dedit litteras<sup>b</sup>:

<sup>a</sup> CAESARIO HONORATVR A IULIANO.

<sup>b</sup> Mamert. in Panegyri. dicto Iulian.

<sup>c</sup> Greg. Naz. epist. 17. GREGOR. NAZIANZENSIS REVOCAT A IULIANO CAESARIUM.

Magnopere tua causa erubui. Nam quod maiore affectu fuerimus, quid scribere necesse est tibi utique hoc omnium maxime persuasum habenti: Etenim (vt de nobis nihil dicamus, nec quanta maestitia, addam etiam timore nos fama ea, quae de te peruagatur, impleuerit) vellem, si fieri posset, sermonibus iis, quos alij de te tam familiares & necessarij, quam externi quoquo modo nobis cogniti, dum tamen Christiani, & quidem omnes vno ore ferunt, interesset: quandoquidem libentius cupidiusq; in alienis rebus, quam in suis, mortales philosophari solent. Instar alicuiuspiam declamationis haec verba ipsi fuerunt: Nunc Episcopi filium militare, nunc externam potentiam & gloriam expetere, nunc pecunias seruire, quando pecuniarum communis ignis accensus est, atque in salutis animaeq; periculo versantur homines: ac non potius vnam hanc gloriam & securitatem & opes exilimare, nimirum fortiter & strenuè sese tyrannidis turbini opponere, & quam longissimè se ab omni scelere & piaculo remouere. Quoniam autem modo Episcopi alium admonere queant, ne se à tempore distrahi sinat, idolisque commiserit? Quoniam modo eos, qui aliud quoddam flagitium admittunt, obiurgare possint ipsi à lae libertatem loquendi non habentes? Haec nos, hisque plura & grauiora quotidie audientes partim ab his qui amico animo fortasse ac beneuolo loquuntur, partim ab iis, qui inimicè & maleuolè nobis imminet; quo tandem modo affici, & quem animum habere putas: nos, inquam, qui Deo seruire proposuimus, nec vllum aliud bonum esse iudicamus, quam vt futurae vitae scopum collimemus? Ac dominum quoque patrem nostrum sermones hos impatientissimè ferentem, atque à vita ipsa abhorrentem, E quoquo modo solor & demulceo, de tua voluntate illi spondens, atque confirmans, te nequaquam nobis diutius molestum fore. Dominam autem matrem, si quicquam de tuis rebus resciscat (nam ad hanc vsque diem multis artibus eam celauimus) ita velim existimes, eam tantum dolorem habituram, vt nullo omnino solatio mitigari possit, vt pote parui animi feminam, & alioqui ob pietatis magnitudinem modum in huiusmodi rebus tenere nequeuntem. Quamobrem, si quam & tui & nostri rationem habes, melius tutiusq; tibi consule. Nam proculdubio facultates nostrae ad vitam liberaliter degendam sufficiunt, homini utique non nimis inexplebili, nec immodica plus habendi cupiditate flagranti. Quin etiam ad constituendas vitae tuae rationes haud video quoddam tempus expectabimus, si hoc nobis effluere siuerimus. Quod si in eadem persistas sententia, & praè animi proposito atque impetu parua omnia existimas; aliud quidem acerbis proloqui non libet. Hoc tantum praedico & denuncio: è duobus alterum esse,

esse; vel ut germanus Christianus manens, contemptissimæ ipsius classi adscribatis, indignèq; viuas & te ipso & spe, quam concepisti; vel honorum desiderio æstuans, in capitale fraudem incidas, fumique saltem, si non ignis fias particeps.] Hucusque ad Cæsarium Gregorius.

<sup>a</sup> Paulus ad  
Hebr. 11.  
<sup>b</sup> Psal. 85.  
CÆSARI  
REVM  
STATVS.

Paruit sapientissimo fratri Cæsarius, cuiusque consilio prætulit ignominiam <sup>a</sup> Crucis opibus & honoribus Pharaonis, magisq; delegit abiectus esse in domo Domini, quã habitare (quod est in Psalmo <sup>b</sup>) in tabernaculis peccatorum: cuius rei causa indignantis Principis iram meruit, à quo & exagitatus, summa gloria Christum confessus est. Porro egregium tunc Cæsarij certamen pro fide Christi tuenda, ab eodem eius germano exactè descriptum, suis hic à nobis reddetur verbis: in oratione enim in funere ipsius habita in hunc modum rem gestam aggreditur: Cum in eum magni quotidie honores conferrentur, maioribus tamen, ac iam iamq; affuturis dignus habebatur tum ab ipsis B Imperatoribus, tum ab omnibus iis, qui proximè iis dignitatis locū tenebant: quodque maximum censendum est, nec à gloria, nec ab iis quibus circumfluebat deliciis, animæ illius nobilitas nunquam labefacta est. Quin potius qui in multis magnisq; dignitatibus florebat, hoc tamen ad decus & gloriam præcipuum ducebat, vt & esset & diceretur Christianus: idq; tanti æstimabat, vt præ hoc vno reliqua omnia in vnum congesta ludè & nugarum instar haberet.] Et paulo post: Atque vt alia omnia præmittam; propinquorum nempe, qui fortunæ iniuria facultatibus lapsi erant, curam & patrocinium; factus contemptum; æquitatem eam, qua cum amicis ita versabatur, vt nihil sibi præter ius arrogaret, libertatem loquendi, qua apud Principes utebatur, certamina, quæ pro veritate suscepit; disputationes, quas per multas & sæpenumero, & cum plerisque habuit non argutas solum, sed etiam admodum pias & ardentes: facinus vnum pro omnibus C referam, quo in tota illius vita nihil est illustrius, magisq; peruulgatum.

IULIANVS  
QUALIS IN  
PERSE-  
QUENDO  
FIDELES.

Furebat aduersum nos infandus Imperator, & cum in se ipsum primum per Christianæ fidei repudiationem infansset, iam aliis quoque intolerabilis erat, nequaquam ceterorum Christi hostium more, magno & strenuo animo impietatem profitens, verum clementiæ obtutu persecutionem cælans, atque instar flexuosi illius serpentes, qui ipsius animum obsidebat, omni genere machinarum ad barathrum suum miseris callidè pertrahens. Ac ne eos honores, qui Martyribus haberi solent, consequeremur (hos enim Christianis homo egregius inuidebat) prima illius fraus ac versutia hæc fuit, vt qui Christi causa excruciantur, non vt Christiani, sed vt facinorosi supplicio afficerentur: altera, quod huic rei, non tyrannidis, sed persuasionis nomen imponebat, scilicet vt maior eorum infamia, quàm periculum esset, qui sponte ad impietate proruebant. Cumq; D alios pecuniis, alios dignitatibus, alios promissis, alios variis honorum generibus, quos ne regiè quidem, sed per quàm seruiliter inspectantibus omnibus deferebat, omnes denique verborum præstigiis, suoq; exemplo ad se alliceret, tandem Cæsarium quoque adoriri instituit. O vesanum hominem, si futurum sperauit, vt & Cæsarium & fratrem meum, & his parentibus natum deprædaretur! Verum vt in hoc sermone aliquantum moræ faciam, animumq; hac narratione oblectem, quemadmodum spectaculo delectati sunt qui tum assuerunt: Ingrediebatur vir generosus Christi signo communitus, clypei que vice magnum Verbum obtendens, ad hominem rei militaris peritissimum, & dicendi facultate præstantem: nec verò illius aspectum contremiscebat, nec per adulationem de animi magnitudine quicquam remittebat: verum promptum se paratumq; pugilem ostendebat, siue rebus, siue verbis ipsis cum eo dimicandum esset, qui utroque E armorum genere decertare poterat. Ac tale quidem erat theatrum, talisq; pietatis propugnator: certaminis etiam præses hac ex parte Christus passionibus suis pugilem ad pugnam instruens, ex illa grauis tyrannus tum verborum illecebris deliniens, tum potentia magnitudine perterrire studens.

CÆSARI  
CORAM I  
LIANO  
CONFES-  
SIO.

Quin etiam vtrinque spectaculum erat, partim eorum qui in fidei pietate adhuc perstabant, partim eorum quos secum ille abripuerat: qui vtraque ex parte obseruabant, quonam illorum certamen propenderet, magisq; solliciti & anxij erant, vtrius futura esset victoria, quam illi ipsi, quos spectabant. Num extimuisistis, ne quid Cæsario accidat huiusmodi animi alacritate parum dignum? At bono estote animo: victor enim discedet, iuuante Christo mundi victore. Ac nihil quidem malle, quàm vt ea, quæ dicta sunt & propoita, singillatim explicare possem. Nam & eruditas aliquot verborum captio-

A captiones & argutas meo quidè iudicio memoratu non iniucundas ea disputatio complectitur: verum intempestiuum hoc foret, & ab oratione alienum. Vt autem Cæsarius, cunctis verborum illius nexibus, conatibusq; omnibus tam apertis, quàm obscuris, ludi cuiusdam instar, propulsatis, magna & clara voce, Christianum se esse, semperq; fore, pronunciauit; nec sic quidem prorùs eicitur: etenim mirè Imperator Cæsarij doctrinà frui atque exornari gestiebat. Quo etiam tempore celeberrimum illud, cunctis audientibus, prolocutus est: O felicem patrem! ô liberos infelices! Nam nos quoque ignominia societate honorandos duxit, quorum eruditionem pietatemq; Athenis cognouerat. Verum ad secundam expeditionem reseruatus (commodè enim illum aduersus Persas armabat diuina iustitia) se ad nos recepit exul beatus, & victor incruentus, atque ob ignominia clarior, quàm ob pristinam gloriam, nominisq; splendorem. Hanc B ego victoriam magna illius potentia & sublimi purpura & insigni diademate longè superiorem excellentioremq; esse censeo: hac narratione magis efferor, quàm si vniuersum Imperium cum illo partitus esset. Malis igitur temporibus cedit, in eoq; legi nostræ obtemperat, quæ præcipit, vt oblata quidem occasione, veritatis causa periculum adeamus <sup>a</sup>, nec fidei pietatem per animi ignauiam deseramus. Ceterum quamdiu licet, <sup>a</sup> Matth. 10 pericula ipsa ne excitemus: siue id ea ratione præscribat, quod animabus nostris metuat: siue quod eorum exitio occurrendum putet, à quibus nobis periculum vitæ creatur.] Hactenus Gregorius de certamine fratris cum Iuliano, quo euexit de impietate prostrata triumphum, erexitq; de superato Apostata Imperatore trophæa, & quidem perennia, posteris semper dignis laudibus prædicanda. At hæc tanta Cæsarius, tanti patris ac fratris, toriusq; domesticæ ipsorum Ecclesiæ precum præsidio consecutus est dona.

C Verum non eadem animi constantia in fractus permansit aduersus aurea tela, ipsa inquam mellita Iuliani verba, Ecebolius rhetor magni nominis, idemq; Christianus: qui turpiter manus dedit Apostatæ, factusq; est Christianæ religionis desertor. Erat hic infertuens tempori, & pro Principum religione fidem ipse quoque mutabat: de quo Socrates <sup>b</sup>: Ex his vnus erat Ecebolius <sup>a</sup> sophista Constantinopolitanus (*dicebantur autem eo quoque nomine rhetores vt Libanius*) qui quidè se ad Imperatorum ingenia ac naturâ conformans, dum Constantius regnabat, se ardentè fidem Christianam amplecti simulauit: dum Iulianus potiebatur Imperio, Gentilitatè magnopere colere prætulit: Iulianoq; mortuo, religionem Christianam denuò profiteri in animum induxit. nam ante portam Ecclesiæ se pronium abiiciens, sic vociferatus est: Me quasi salem infarnatum pedibus consulcate.] hæc Socrates. Verum cum hic in gratiam Constantij Christianissimum professus dicatur, proculdubio eiusdem perfidia Ariana, qua Imperator imbutus erat, fuisse sectator, affirmari posse viderur. At quod ab hæresi ad Ethnicismum prolapsus esset, fuit Iuliano percarus: quilibet enim transfuga, ex hostium castris deficiens, ab aduersariis vultu hilari, & grato excipitur animo. Quæ porro extat Iuliani ad Ecebolium scripta epistola, quanti ipse virum fecerit, aperte significat, cuius est exordium: Pindarus argentæ Musas esse vult, &c. Subinfensus tamen, cum ille causam ageret pro Ariana Edessæ commorantibus, Iulianus ad eum has litteras dedit: <sup>a</sup> Iulian. epist. 43 ad Ecebol.

Equidem de Galilæis omnibus aded clementer & humaniter statui, vt nemini vis inferatur, neque in templum trahatur, neque alia de re vlla præter voluntatem suam contumelia afficiatur. At qui sunt de Ecclesia Arianorum luxuriantes opibus, in Valentinianos inuasert, eaq; apud Edessam perpetrarunt, quæ nunquam in ciuitate bene instituta accidissent. Quare quod ipsis à lege admirabili, nempe *Euangelio*, imperatum est, quo facilius in regnum cælorum veniant: nos ad id hominibus opem tulimus eorumq; pecunias omnes ab Edessenorum Ecclesia tolli iussimus, vt militi diuidantur; & facultates, vt nostris priuatis attribuantur: quo illi pauperes facti sapiant, neque regno cælesti, quod nunc etiam sperant, priuentur. Iis autem qui Edessam incolunt, edicimus, vt seditione pugnaq; omni abstineant: ne si nostram humanitatem commouerint, vos ipsi pro communi omnium intemperie ac insolentia pœnas luatis, gladio, exilio, igne mulctati.] hactenus Iulianus, mordacibus hisce salibus irridens Christianam religionem, quæ dispendio rerum terrenarum docet speranda esse bona cælestia, secundum illud <sup>a</sup>: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni & sequere me.]

Coluit præterea Iulianus mirificè Oribasium Pergamenum, quem (inquit Eunapius <sup>a</sup>) *Ennapi. Vir. Philosoph.*

IULIANVS QVOS CO- SVIT VEROS DISERTOS.

cum eius illustris esset ab adolescentia fama, idem Iulianus ad Casaris titulum viam af- A sectans, artis nomine secum abrupit medicum: qui tantum in ceteris, quoque excelluit virtutibus, vt ad Imperium etiam Iulianum euexerit: quæ res in Annalium historia ex- dius perscripta est. ] Hæc de Oribasio Eunapius, qui inter ceteros huius temporis Philo- sophos cum plurimum celebrat. Obseruauit etiam Iulianus Aristomenum Philoso- phum, ad quem hæc extant ipsius litteræ illum vocantis. Sed ante hos omnes, Li- banium sophistam Antiochenum, cuius supetiùs mentio facta est, in honore habuisse vi- detur, cuius scriptis plurimum delectabatur, vt perbreuis illa epistola ad eum scripta demonstrat, quæ sic se habet:

Iulian. epist. 14.

QVID IV- LIANVS AD LIBANIVM.

Iulian. epist. 16.

Eunap. in vit. Philo- soph.

IULIANVS MAGOS ET AVGVRES ALIT.

Gregor. Nazian. orat. 1. in Iul.

Chrysof. orat. aduer- sus Gent. IULIANI DOMV. QVI BVS REFER- TA.

IULIANI STIPATORIS MERETRI- CES, ET CI- NAEDI.

Legi hesternò die orationem tuam magna ex parte ante prandium, pransus verò sine villa intermissione reliquum absolui. O te felicem, qui ita possis dicere, aut sentire po- tius! O orationem! O mentem! O prudentiam! O partitionem! O argumenta! O dispo- sitionem! O aditus! O verba! O numerum! O compositionem! ] Hucusque ad Libanium Iulianus. Fortasse hæc illa fuit oratio in laudem ipsius Iuliani conscripta, cuius Suidas meminit. Ceterum inter omnes, quos penes se habebat, Maximus à Iuliano deligitur, qui scriptas à se lucubrations cognosceret, & pro arbitrio emendaret: nam ad eum scri- bens hæc habet inter alia: At tibi nos, tamquam Mercurio eloquentiæ deo, scripta no- stra offerimus: vt si aures tuas sustinere possint, tu pro arbitrio tuo statuas, an in vulgus euolare debeant: sin minus, ea continuo proicias tamquam à Musis aliena, aut flumi- ne obruas vt adulterina. ] Coluit & Nymphidianum & Claudianum Maximi fratres.

Laude sanè digna hæc videri poterant in Iuliano, eruditorum virorum consuetudine delectari, nisi complures ex illis (vt superius est demonstratum) sic foris Philosophos age- rent, vt tamen magos & haruspices intus gererent. nam præter illa quæ de his dicta sunt, hæc addit Gregorius Nazianzenus: Haruspicinis autem & sacrificiis Imperialem au- lam constituit, malis mali Imperij consiliariis vtens. ] At istæc omnia condonari fortè il- li ab aliquibus poterant, vt Ethnicò homini, & superstitioni addicto: & non mirum aded esset, si ipse præcipuus impietatis artifex haberet secum eiusdem professionis ar- tifices, iuxta illud poeticum: Tractant fabrilia fabri. Verùm quid cum Imperatore phi- losopho, lenones, meretrices, atque cinædi? abhorruerunt hæc certè à Marco illo Im- peratore philosopho. At horum omnium, quæ ab aliis silentio sunt prætermissa, & sine grauiissimo auctore fidem haud inueniant, testem adducam, qui ea præsens spectauit ocu- lis, fidemq. suam probatissimam reddit attestacione virorum qui adhuc superstites erant, quæ & egregia oratione, omni probationis genere consignata, posteris commendauit. Is est Ioannes Chryostomus Antiochenus, tunc professor rhetoricarum facultatum An- tiochiæ sub Libanio, cuius nuper mentio facta est: Hic enim nequaquam aliorum testi- ficacione, quæ tradit, affirmat, sed quæ frequentissimè, cum Iulianus ageret Antiochiæ, spectare sibi contigit. Ipse igitur ab Imperij eius exordio auspicatus orationem, quibus- nam aulicis referta Iuliani regia esset, declarat his verbis:

Diulgato per vniuersum terrarum orbem mandato, vt idolorum templa instaura- rentur, aræ excitarentur, pristini honores dæmonibus redderentur, magni item illis pro- uentus variis ex locis suppeterent. Quo ex mandato, magi continuo, incantatores, au- gures, haruspices, menagyræ, id est, menstrui viatores, seu præcones, denique omni- faria imposturæ artifices vndique ab vniuerso orbe confluxerunt. Hic cernere quidem licebat Regiam ipsam infamibus, abiectis, ac profugis hominibus refertam: nam quot- quot vsquam fame tabescentes, quotquot ob veneficia ac maleficia conuicti, quotquot publicæ custodiæ addicti, atque ad metalli opus detrusi, denique quotquot sordidarum artium artifices vix inde vitare possent, cum se ipsi derepentè sacerdotes esse profite- rentur, mirum est, quanto in honore, quanto in pretio habiti omnes fuerint. Hic Impe- rator duces ipsos ac militum præfectos contemnere, assis vnus non æstimare: contra ma- res meritorios, & meretrices è fornicibus suis excitatas, vnà secum per totam vrbe[m], per angiportus omnes circumducere: cum interim regius quidem equus, omnesq. Præ- toriani ponè multo interuallo sequerentur: lenones autem & meretriculæ antecambu- lonum loco, & vniuersus meritoriorum adolescentum chorus Regem medium stipan- tes, per forum inambularent, sermones eos proferentes, atque cachinnos attolentes, quos par erat huiusmodi homines farina attollere. Quæ ipsa certè non nescimus talia tamq. absurda fuisse, vt posteris fide maiora futura sint. neque enim priuatorum quis- quam

A quam, eorumve qui humile pudendumq. viuendi genus instituerint, velit tam turpis, tamq. indecorus publicè videri.

Sed eis sanè, qui adhuc vita sunt superstitite, oratione nulla opus est: qui enim adfue- re, & ea quæ fierent spectare, hi & quæ hic à me dicuntur, nunc exaudiunt: propterea enim superstibus etiam nunc testibus hæc scribo, vt ne quis vetera recensentem me in- ter eos qui rei ignari sint, magna licentia mentiri existimet. Ex his enim, qui ea viderint, supersunt adhuc & senes: quos omnes obsecro & obtestor, si quid à me histo- riæ adiectum fuerit, in medium prodeant, meq. redarguant. Sed scilicet tantum abest, vt me de meo adiecisse quicquam sint redarguturi, vt deprehensuri etiam sint multa, certè à me prætermissa. Neque enim fieri potuit, vt oratione turpitudinis illius immen- sam magnitudinem representarent. Posteris verò qui credituri isthæc non sunt, vnum id dictum esse velim: dæmonem vestrum, quem Venerem appellatis, nequaquam pudere id genus administris vti. Itaque mirum nemini esse debet, si miser ille, qui prorsus dæmo- num ludibrio sese addixerat, ea minimè dissimularet, propter quæ dii ij, quos coleret, magnopere sibi dolerent. ] Hæc de Iuliani turpitudine, quam fouebat ille religionis obtu- tu, Chrystostomus. Etenim sicut (vt vidimus) Constantinus Magnus turpissimos eiusmo- di impudicissimos Veneris cultores vnà cum eorum sacris ac templis penitus abolere cu- rauit, ita amplissimus iste temporum & sacrorum atque Aeditum restitutor, cum ob- sceno numine, sacrificiisque obscænis, personas obscænas pariter reuocauit: de quibus & Gregorius Nazianzenus sic ait: Propinationes portò & potationes, quas meretricibus ob omnium oculos propinabat, vicissimq. propinabantur, mysterij prætextu obsceni- tatem lasciuiaque obtegens, quis non laude & admiratione profèquatur? ] Sed & de his Ammianus: Culpabatur, inquit, hinc oppotunè, cum ostentationis gratia vehens licenter pro sacerdotibus sacra, stipatusq. mulierculis lætabatur. ]

Ceterum quænam aliquando portenta acciderint, cum Iulianus sacrificaret, S. Gre- gorius Nazianzenus sic describit: At quoniam haruspicarum mentionem feci, super- stitionisque, aut, vt commodius loquar, diabolicæ velaniæ, qua ad rem huiusmodi ser- uatur, nondum satis constitutum habeo, literis ne hoc miraculum, quod omnium ser- mone celebratur, mandare, an narratibus fidem abrogare debeam. Etenim ipse ancipitis & perplexi sum animi, nec vtiàm in partem propendam; habeo, vt pote mixtis iis quæ fidem mereri queant, cum iis quæ fide carere videntur. ] & paulo post: Ferunt igitur, cum ipse sacris operam daret, extra animalium coronatam Crucem edidisse. Quæ res alios quidem horrore, summaq. sollicitudine & anxietate affecit, coque adduxit, vt potentiam nostram persentirent: at impietatis magistro animum videlicet addidit, tamquam circumscripti atque vndique conclusi essemus: sic enim Crucem & circumlunum ex tempore interpretatus est. Atque hoc sanè est, quod miraculi instar habeo: quod si falsum est, in auras abeat: si autem verum, rursus Balaam vaticinatur, & Samuel per ventriloquam trahitur, aut trahi videtur, & dæmones Iesum inuiti consententur, ac per contraria, quo plus fidei atque auctoritatis habeat, veritas demonstratur. At fortasse his rebus id agebat Prouidentia, vt illius impietatem compesceret: multas enim & mirabi- les salutis vias Deus inquirato modo aperire nouit, ad humanitatem & misericordiam propendens. ] Ita Gregorius: quibus vt veris certisque adstipulantur Sozomenus, Nice- phorus, & alij recentiores. quæ autem posthæc sequitur enarrare, euenisse ea diximus cū sacris Eleuthinis Athenis initiatū ipsum narrauimus, antequam Imperator creatus esset.

E Quid verò acciderit, cum iam Imperator diis victimam immolaret, adessetq. vna cum aliis sacrorum ministris Christianus adolescens, creditus esse Gentilis, Prudentius, qui tunc (vt ipse fatetur) puer erat, egregiè hisce versibus cecinit, post alia quæ breuitatis causa omittimus, quibus Gentilitij sacra illa describit, ab improuiso sacerdotis teitrore illo auspicatus:

Cum subito exclamat media inter sacra sacerdos Pallidus: En quid ago? Minus, Rex optime, minus Nescio quod nimen nostris interuenit aris, Quam sufferre queant spumantiæymbia lacte, Casarum sanguis pocendum, verbena, corone. Actias video longè dispergier umbris. Territa Persephone vertit vestigia retro,

HORRENT DÆMONES PRAESEN- TIAM CHRIS- TIANI.

*Extinctis facibus, tracto fugitiua flagello.  
 Nil agit arcanum murmur, nil Theſſala profunt  
 Carmina, turbatos reuocat nulla hoſtia manes.  
 Nonne vides vt thuribus frigentibus ignis  
 Marceat, vt canis pigreſcat pruna fauillis?  
 Ecce Palatinus pateram retinere miniſter  
 Non valet, eliſa deſtillant baſama dextra.  
 Flamen & ipſe ſuas miratur vertice laurus  
 Cedere, & incertum fruſtratur victima ferrum.  
 Neſcio quis certe ſubrepsit Chriſticoliarum  
 Huc inuenim: genus hoc hominum tremuit inſula, & omne  
 Puluarum diuum. Lotus procul abſit & vnctus:  
 Pulchra reformatis redeat Proſerpina ſacris.  
 Dixit, & exanguis collabitur: at velut ipſum  
 Cernebat exerto minit antem fulmine Chriſtum,  
 Ipſe quoque exanimis poſito diademate Princeps  
 Pallet, & aſtantes circumſpicit: ecquis alumnus  
 Chriſmatis inſcripto ſignaret tempora ſigno,  
 Qui Zoroaſtraeos turbaret fronte ſuſurros.  
 Armiger e cunco puerorum ſtaucicomantum  
 Purpurei cuſtos lateris deprenditur vnus:  
 Nec negat, & gemino gemmata haſtilia ferro  
 Proicit, ac ſignum Chriſti ſe ferre fatetur.  
 Proſiluit pauidus, deiecto Anniſtite, Princeps,  
 Marmoreum fugiens, nullo comitante, ſacellum:  
 Dum tremefaſta cohors, dominiq; oblita ſupinas  
 Erigit ad calum facies, at que inuocat Ieſum.]*

hucusque Prudentius .at de Iuliani ſacrificijs haecenus. Iam vero de excitata in Chriſtianos perſecutione agamus.

Longè diſpar haec perſecutio fuit ab alijs per Ethnicos Imperatores illatis: cum illi Chriſtianitate verita, aduerſus eius cultores ſancirent ac promulgarent edicta, quibus & fideles omnes dijs ſacra facere acerbiffimis pœnis impellerentur: Iulianus autem; vt ex eiusdem ſuperius recitatis litteris ſatis exploratum habetur, colendi deos vim nemini adhibendam eſſe putauit, nec fieri quemquam inuitum cogebat Chriſtianæ fidei deſertorem. Quamobrem nec inter perſecutiones hanc recensendam eſſe, complures exiſtimant. At vero S. Auguſtinus contrarium planè ſentit, cum ait: Deinde quid reſpondent etiam de Iuliano; quem non numerant inter decem? (*perſecutores ſcilicet*) An ipſe non eſt Eccleſiam perſecutus, qui Chriſtianos liberales litteras docere ac diſcere vetuit? Sub quo Valentinianus maior, qui poſt eum tertius Imperator fuit, fidei Chriſtianæ conſeſſor extitit, militiaq; priuatus eſt: vt omitam quæ apud Antiochiam facere cœperat; niſi vnus fideliffimi & conſtantiffimi iuuenis, qui, multis, vt torquerentur, apprehenſis, per totum diem primus eſt tortus, inter vngulas cruciatuſq; pſallentis libertatem atque hilaritatem miratus exhoruiſſet, & in ceteris deformius erubeſcere timuiſſet. ] hæc ſanctus Auguſtinus, de quibus vberius ſuo loco dicturi ſumus. Ceterum quod non exerto palam gladio furens perſecutio, vt priores illæ ſuprà memoratæ, graſſaretur, inde cœhit, Et vt S. Ioannes Chryſoſtomus dicat, in pace Eccleſiæ martyres illos paſſos eſſe, qui Iuliani tempore fidei cauſa ſunt necati: vt cum agens de Iuuentino & Maximo ſub eodem Imperatore martyribus, de quibus & nos ſuo loco, hæc præſatur:

Hi enim tanto amore Dei flagrabant, vt etiã extra perſecutionis tempus corona martyrij redimiti fuerint, abſque pugna triumphum retulerint, abſque prælio victoria potiti ſint, abſque theatri certamine brauium rapuerint. Et quo modo hoc? ego dicam: ſed ſerte me rem paulo altius enaſſant. Erat Rex quidam etiam noſtro æuo, omnes qui ſe præceſſerunt, impictate vincens, de quo & heri à me dictum: qui cum videret res noſtras martyrum morte clariore fieri, & ea cauſa non ſolum viros, ſed & teneros pueros, virgineſq; nondum nubileſ, & in ſumma ex omni ſexu & ætate quofdã pro religione ad mortem proſilire, cruciabat, & dolebat. Ceterum mouere bellum manifeſtè volebat: Omnes

PERSECUTIO IULIANI IN DIVERSA AB ALIIS.

Auguſt. de Ciuit. Dei, li. 18. cap. 52.

Chryſoſt. ſer. de ſanctis Iuuent. & Maximo.

IULIANVS INVIDET MARTYRI GLORIAM CHRISTIANIS.

**A** Omnes enim, dicebat, ad martyrium, quaſi ad aluearium apes, volabunt. Hæc autem non à ſemetipſo habebat, ſed à progenitoribus ſuis didicerat. Etenim, & illi, vt pote tyranni, Eccleſiam infeſtarunt: & populi quoque in nos inſurrexerunt, cum adhuc parua religionis ſcintilla eſſet: eam tamen non expugnarunt, neque confregerunt, ſed ipſi potius contracti ſunt. Augebatur quotidie ſcintilla hæc, ferebaturque in ſublime, & omnem vndique orbem inuadebat. Cum occiderentur, adurentur, ſuſpenderentur, præcipitentur, beſtijs obicerentur fideles; carbones ſicut lutum calcabant, mare & fluctus ſicut pratum intuebantur, ad gladium ſicut ad diadema & coronam currebant, omniaque tormentorum genera ita contemnebant, vt ea ſolum generosè & fortiter ferrent, ſed & alacriter & volupè. Enimvero ſicut palmæ rigaræ magis creſcunt, ita & fides noſtra oppugnata magis florèt, & ſeditione agitata, incrementa maiora ſumit. Neque horti aquis irrigati ita geminant & **B** fecundi ſunt, vt Eccleſiæ, ſi martyrum irrigentur ſanguine. Hæc omnia atque plura cum Rex ille ſciret, meticuloſior erat, quàm vt manifeſtè cum nobis conſpiceret. Non, inquit, triumphos, & victorias, & coronas mutuo parabimus. Sed quid faciet? Vide, oro, malignitatem. Medicos, & milites, & oratores omnes, vel à profeſſionibus ſuis diſcedere, vel fidem ſuam abiurare iubet. Excitauitque in hunc modum contra noſtros bellum, tela eminus mittès: vt ſi à fide deſiſterent, ridiculè vinceretur, vt pote qui fidem opibus non præferrent: ſi generosè perſeuerarent, & vincerent, neque ſic egregia foret victoria, neque inſignis triumphus: nihil enim magnū, artem vel profeſſionem pro pietate cõtemnere. Neque is ſeuitiæ eius finis erat. Nam adhuc, ſi quis ſuperioribus annis, cum adhuc pij Reges rerum potirentur, vel altaria demolitus fuiſſet, vel templa ſuffodiſſet, vel oblationes diripiſſet, vel aliud tale quiddam egiſſet, rapiebatur ad tribunal, & occidebatur etiam in ſons, & dumtaxat delatus. Fingebant quoque & alias varias cauſas, ita vt piè viuientium nemo non lugeret. Agebat autem hæc, vt obſcuraretur, contemptaque eſſet martyrij corona, & nihilominus cædes & ſtrages fierent. ] hucusque de Iuliani perſecutione Chryſoſtomus, quam ipſe oculis eſt proximè contemplatus.

Quaſnam autem alias impius excogitarit artes ad faceſſendum Chriſtianis negotium, & occultis vijs quaſi cuniculis, omnes ingenij vires adhibens, ſuffodere & conuellere penitus religionem Chriſtianam conatus ſit; Sanctus Gregorius Nazianzenus, & ipſe ſui temporis reſ geſtas conſcribens, ſumma fide & obſeruantia veritatis enarrat: atque in primis de animi eius conſilio, cur non palam, vt Gentiles alij Imperatores, ſed clandeſtine atque dolosè egerit inuidens illis martyrij coronam, in eandem cum Chryſoſtomo ſententiam multa locutus, hæc addit: Turpiter admodum & ignauè pietatem vexat, animique **D** fraudes & verſutias perſecutioni, quam aduerſus nos excitabat, inducit. Quocirca cum potentia in perſuaſionem & coactionem diuiſa ſit, ita ſe comparauit, vt, quod inhumanius erat, nimirum vim atque tyrannidem populari turbæ ciuitatibuſque permitteret, vt quarum veſana audacia intolerabilior ſit propter temerarios animi motus, atque præcipites ad omnia imperus; idque nequaquam publico edicto; verum ex eo quod imperum audaciamque minimè reprimebat, velut propoſita quadam lege non ſcripta, ſe id velle promulgans. Quod verò lenius atque humanius erat, magiſque Imperatorem decebat, id ſibi videlicet aſſumit, nempe ſuadendi atque illiciendi partes: nec tamen id quidem vſquequaque retinuit: non enim natura ferebat, vt vel pardus diſtinctas macularum notas, vel Æthiops nigrorem, vel ignis ardorem, vel diabolus homicidij crimine iam inde ab ipſa mundi origine conſtrictus hominis odium, vel iſte improbitatem, qua aduerſus **E** nos impellebatur; abiceret: Verum quemadmodum chamæleonem aiunt in quidiſ facile mutari, atque omnes ſubinde colores, candore vno excepto ſuſcipere (fabuloſum enim illum Proteum Ægyptium ſophiſtam prætereo) ſic etiam ille Chriſtianis præter clementiam in quidiſ ſe vertebat, ac perquam crudelis erat ipſius lenitas, & violenta perſuaſio: atque huiusmodi benignitate acerbitati crudelitatiſque ſuæ excuſationem quaerebat, vt non ſine cauſa vim afferre videretur cum blandiendo & alliciendo nihil profeciſſet. Idque ex eo perſpicuum, quod non multum ſuaſione utebatur, ſed plus violentiæ cõfeſſum ſequēbatur: vt quemadmodum in venatione, aut laqueis, aut perſecutionibus caperemur, atque alterutro omnino modo nos in poteſtatem redigeret. ] hæc Gregorius: ſubditque cuiusmodi perſecutionis genere primū omnium domesticos infeſtari cœpiſſe, ceteros illiciendo, fortiter reſiſtentes occidendo, alios expellendo: quo in certamine Caſarium ipſius Gregorij germanum primas tuſiſſe, ſuperius dictum eſt: additque de alijs, alijs coloribus quaſiſis, domo exactis: cū, vt ipſe putabat, in hunc modum Regiam expurgauit.

IULIANVS AGIT VI, ATQUE PER SVASIONE, Greg. Naz. orat. i. in Iul.

Tunc etiam Helpidium insignis nominis Christianum, quem superiori anno ( ut diximus ) Constantius Imperator ob egregiam spectatamq; hominis virtutem decorarat praefectura Praetorij, cum eum in his quae religionis sunt, constantissimum comperisset, praefectura exutum redegit in ordinem; postea vero alia occasione quaesita, ut Imperij perduellem dire necandum praecipit: consignatum enim est & ipsius & sociorum martyrium, tum apud Graecos, tum etiam Latinos, in Ecclesiasticis monumentis hoc titulo: Sextodecimo Kalendas Decembris Natalis sanctorum martyrum Helpidij, Marcelli, Eustachij, & sociorum: ex quibus Helpidius cum esset ordinis Senatorij, & coram Iuliano Apostata Christianam fidem constantissime profiteretur, primum equis indomitis cum sociis alligatus atque protractus, deinde in ignem iniectus gloriosum martyrium consummavit. ] Post haec in milites eandem persecutionem conuertit, de qua sic ipse Gregorius <sup>a</sup>:

<sup>a</sup> Gregor. orat. in Jul.

PERSECUTIO IN MILITIBUS QVAELIS.

<sup>b</sup> 3. Reg. 19. Daniel. 3. Num. 20.

Milites etiam, partim per se ipse, partim per eos qui magistratibus fungebantur, allicit, B quippe quos leuiore magisque credulos arbitrabatur, alios honoribus capiens, alios animi simplicitate distrahens, nimirum eos, qui nullam aliam legem, quam Principis voluntatem agnoscebant. Immo si rectius loquendum est, militum partem non minimam ad se pertraxit, & quotquot ex eis aegros & labescentes inuenit, temporisque & tum & iam antea seruos: quos partim subegerat, partim subacturum sperabat. Non enim omnes pertraxit, nec tantum ille aduersum nos dedit, qui per eum persecutionem excitabat: verum plures septem hominum millibus reliqui fuerant, qui non flexerunt genu coram Baal <sup>b</sup>, nec auream imaginem adorauerunt, nec a serpentibus icti & vulnerati sunt, quod serpente illum suspensum, Christi que passionibus oppressum atque confectum intuerentur: multi scilicet praefecturis, altissimisque dignitatibus ornati, quos mirum etiam minus fuisset tum periculorum metu, tum bonorum spe cedere, & manus dare: multi etiam plebei C ordinis & numero solo cogniti, quos cum adortus fuisset, non aliter repulsus est, quam leuis quaedam machina tormentaria a firmissimo muro. Ceterum eo erat animo, ut non magis angeretur propter eos qui ipsi elabebantur, quam ( utpote furore percitus ) ob eos qui capiebantur, praefideret; voluntasque ipsa, id quod spe conceptum erat, quasi iam manibus teneretur, representabat.

IULIANVS MUTAT LABARVM.

<sup>c</sup> Sozom. lib. 5. cap. 16.

Quin eo quoque audaciae prorupit, ut aduersus magnum illud vexillum praecipis ferretur, quod simul cum Cruce magnifice & insigni pompa exercitum ducit in sublime euectum, quod laborum soluendorum vim habet, ab eoque apud Latinos nomen trahit, principatumque, ut ita dicam, in reliqua omnia vexilla tenet, tam quae Imperatorum imaginibus atque passis texturis in variis tinctionibus litterarumque picturis illustrantur, quasi que gestiunt, quam quae horrendis draconum hiatibus super summas hastas elatis inuolantia, ac per tractatus contextis squamis distinctos ventilata iucundissimum simul & formidolosum spectaculum oculis praebent. ] haec de mutatione Labari Gregorius: in quam autem formam illud mutauerit, ita Sozomenus: Signum quod Constantinus diuino mandato ( uti supra commemoratum est ) in insigne Crucis commutauerat, ad veterem effigiem & figuram traducere decreuit: nam dedit operam, ut in publicis imaginibus iuxta ipsum Iuppiter depingeretur, velut e caelo apparens, coronam & purpuram, quae sunt Imperij insignia, ipsi praebens: Mars item & Mercurius in eum intuentes. & tamquam obtutu oculorum testificantes, quod vir esset tum in dicendi arte, tum in re militari spectatus. ] haec ipse.

At licet eiusmodi signis causa Iuliani numismata minimè reperire licuerit: reddemus tamen, quae his simillima, magna adhibita diligentia, naesti sumus, nimirum Iuliani vultum cum inscriptione Serapidis, cui a sinistris inhaeret effigies Iulidis; quibus imaginibus apud Aegyptios Sol atque Luna representari solebant.

<sup>d</sup> Acceptum à Philippo V. gno Louanensi.



Nec

A Nec est quod vel minimum dubites, eundem, quem Serapidis nomine, vultum vides inscriptum, esse ipsissimum Iuliani, si conferas cum reliquis eiusdem Iuliani antiquis nummis, in quibus eundem planè Iuliani vultum inuenies, quem hic titulo Serapidis habes inscriptum. Sed & ut haec facilius assequaris, describemus hic pariter, quae de Iuliani imagine ab Ammiano inuenimus litteris commendata, cum ait <sup>a</sup>: Figura talis utique memororum, mediocri erat staturae, capillis tamquam plexisset \*, mollibus, hirsuta barba in acutum desinente, vultus venustate oculorum micantium flagrans, qui mentis eius angustias indicabant, superciliis decoris, & naso rectissimo, ore paulo maiore, labro inferiore diuiso \*, opima & incurua ceruice, humeris vastis & latis, ab ipso capite vsque ad vnguium \* demisso summitates lineamentorum recta compage; vnde viribus valebat & cursu. ] haec Ammianus, quibus videas respondere in numismatibus vultus expressos, quantum tamen licuit B representari ab illorum temporum crassae mineruae sculptoribus atque fuforibus, quarum facultatum artes magna erant ex parte collapsae.

<sup>a</sup> Ammianus lib. 25. pexisset

Sed quod ad idem numisma spectat: quam ex aduerso latere illi coniunctam eiusdem prorsus effigiei geminam intueris imaginem, duplicem Iulidem representare non dubites: duas namque fuisse Iulides nonnulli tradiderunt <sup>b</sup>, quorum sententiam his vides signis <sup>c</sup> optime comprobari. At quod Aegyptij simulacra Iulidis aspidum sertis coronata capita representabant, eadem forma hic vides expressa signa, alaque in eis volucris, quod vultures Iulidis dicatae essent, nouaculam porro gestare dextera, quod eius sacerdotes cunctis abasis corporis pilis, & virilibus praecitis, eidem ministrarent.

<sup>b</sup> Consult. Liliam de diis Gentium syn. pag. 12. in fine

At non primus id Iulianus facere aggressus est, ut Serapidi vultum suum conformem redderet, sicut Commodus Hercules, sed more maiorum suorum atque potissimum Hadriani Imp. fecisse, antiquum numisma docet; quod formis expressum hic tibi reddendum curauimus. Eum accepimus à Laelio Pasqualino viro disertio: in quo effigiatum Serapidem similem Hadriano, coma excepta, quae in Serapide mysticum quid significabat, probe intelligi potest.




Quod vero Sozomenus tradit, impium Iulianum, sublato à Labaro Crucis signo, illud in pristinam redegeisse figuram: quo nam modo sub Iuliano Labarum inueniatur expressum, quae hic tibi è scripto libro Pyri Ligorij qui in Farnesiana bibliotheca Romae custoditur, expressa numismata reddimus, satis poterunt indicare:



Ita quidem ipse secundum pristinam Romanorum consuetudinem Labarum restitutum curauit: sed non id sibi satis, qui in odium Christi, loco eius nominis & Crucis signi, quae in Labaro à Constantino mutato intexta erant, siue suam imaginem, quae in dextro

CHRISTI  
362.LIBERII PAPAE  
II.IULIANI IMPERATORIS  
2.

dextro Labaro hic, haud satis exactè reddita est, siue serpentis (vt in sinistro Labaro vides) A  
expressit, atque loco Crucis hastas ancilibus exornauit, & inter vtrumque Aquilam, præ-  
cipuum apud Romanos militare signum, voluit collocari.



Hæc de imaginibus Iuliani & vultu eius præferente Serapidem deum, atque eius mi-  
litariibus signis satis. Addit ad hæc Sozomenus<sup>a</sup>:

Ista quidem, & alia quæcumque ad cultum Gentilitium spectabant, imaginibus admif-  
ceri imperauit, ad eum finem, vt non modò simulatione honoris Imperatori decreti, sub-  
iectos laenter venerari cogeret res vna depictas, verùm etiam vt veteribus institutis ad  
suam libidinem abutens, omni solertia & mentis acumine adhibito, voluntates subdito-  
rum clam in fraudem induceret. Nam sic cogitabat: si hoc illis persuaderet, se multo fa-  
cilius quæ in animo habebat, de cetero effecturum esse: sin repugnare animaduertent,  
in illos, vt pote nouas res contra Romanorum instituta molientes, & cum in Rempublicam  
tum in Imperium peccantes, absque vlla venia vindicaturum. Quare pauci profes-  
sæto erant, qui dolum eius intellèxere, qui quidem, cum (vt moris erat) adorare renuerent,  
pœnas dedere. Multitudo autem (quod fieri solet) præ ignoratione & mente simplici, le-  
gi veteri se omnino parere putauit, & ita inscitia decepta ad imagines colendas accessit. ]  
hæc Sozomenus.

IMAGINES  
IMPERATORIS  
CVLTV TE-  
CTA IDOLO-  
LATRIA.

Intelligis ex his, puto, lector, sic Imperatoris imaginem renuisse venerari prudentiores  
fideles, quod cum illis deorum quoque Gentilium iunctæ essent effigies, quibus si vexilla  
caruissent, vt erant signa illa, quæ vidimus nuper ex Gregorio) expressas puras habere so-  
lebant Imperatorum imagines, minime cunctari fuissent debito ac consueto prosequi cul-  
tu. Si igitur piè sanctæque absque vlla idololatriæ suspitionis labe Christiani milites & alij  
venerari soliti erant Imperatoris imagines: quis nefas esse putarit, Christi, Deiparæ, at-  
que Sanctorum imagines pari saltem cultu prosequi, nisi qui reges Christo ipsi Sanctisque  
præstulerit? Ceterum veneratio illa imaginum Imperatorum non adeo erat penes Chri-  
stianos effusa, vt diuino eas honore prosequerentur: quamobrem cum illis thus (vt pera-  
gi consuevit, cum milites donatiuum acciperent) offerendum esset, resiliabant omnino:  
quod & sub Iuliano iidem, qui præstantiores essent, summa constantia præstiterunt, prout  
Sozomenus<sup>b</sup> ibidem eiusmodi rei gestæ narratione declarat:

<sup>a</sup> Sozom. lib.  
5. cap. 16.

Verùm Imperator nihil ne ex hoc quidem conatu perfecit. Ac tamen hæc eius astu-  
tia perspicue deprehensa est, tamen nihil de contentione animi ac studio remisit, sed om-  
nem (vt dicitur) mouit lapidem, vt subiectos ad parem secum religionis modum se-  
quendum deduceret. Atque quamquam quod tum moliebatur, ab eo quod supra dixi-  
mus, penitus non discrepauit; tamen & magis omnibus apparuit, & maiore cum violen-  
tia susceptum est, & causa fuit nonnullis, qui in aula militabant, maioris constantiæ &  
fortitudinis. Vbi enim tempus aduenit, vt Imperator milites remuneraret (quod qui-  
dem Kalendis apud Romanos & diebus festis natalibus tum Imperatorum tum prima-  
rum vrbiū Imperij fieri solet) cum secum consideraret, quàm simplex natura, quam-  
que insulsum esset militum genus, & quàm facile propter consuetam auaritiā, quæ in eo  
in esse solet, pecunia vinci posset: & singulis, qui ad munus accipiendum accedebant,  
datum esset in mandatis ab his qui Imperatori astabant, vt incensum offerrent (in proxi-  
mo enim erat & thus positum & ignis) perinde quasi olim hoc fuisset apud Romanos  
decretum: ibi tum alij absque metu præstantiam animi & magnitudinem declararunt,  
neque incensum offerre voluerunt, & donum ab Imperatore accipere prorsus re-  
nuerunt.

THYRIFI-  
CATIONE  
PROBATA  
MILITES  
CHRISTIA-  
NI.

Alij

CHRISTI  
362.LIBERII PAPAE  
II.IULIANI IMPERATORIS  
2.

Alij simulatione legis & antiquitatis confisi, se deliquisse neutiquam in animum in-  
duxerunt: alij autem vel lucro, quod proponebatur, veluti inescati, vel metu & pertur-  
batione propter supplicium, quod eminebat, percussi, licet intelligerent se iam ritum  
Gentilium exequi, minimè tamen isto scelere sese obstringere detrectarunt. Eorum au-  
tem, qui præ ignoratione in hoc peccatum inciderebant, nonnulli dicuntur, cum amicè  
inter se epularentur, sibi mutuo (vti in potando fieri solet) propinantes, Christum super  
poculis nominasse: quemdam autem è conuiujs interpellasse eos, ac dixisse, permirum  
esse, illos voluisse nomen Christi inuocare; quem paulo antè denegauerant, eo scilicet  
tempore, quo dono ab Imperatore accepto, thus in ignem imposuissent. Quod simul vt  
audiuere, intellexereque quod facinus consciuissent, illico inde properè egressi, palam  
per plateas cursitare, clamare, lachrymas fundere, Deum ipsum & omnes homines re-  
stari, se Christianos esse, & in ea fide permanere, atque ignoratione illius quod factum  
erat (si verum omnino dicendum esset) solam manum, animo prorsus repugnante,  
Gentilitatis labe pollutam fuisse. Verùm vbi ad Imperatorem veniunt, proiecto ad pe-  
des eius quod dederat auro, valde constantibus & generosis animis postulant, vt suum  
ac proprium munus recipiant, hoc est, vt necem subirent: nam rem planè esse, cuius  
iplos nunquam pœniteret, si pro scelere, quod inconsideratè admississent, toto corpore,  
idque propter Christum, pœnas persoluerent. Imperator verò, licet ea re grauiter commo-  
tus, noluit tamen eos interficere, quod inde illis honos tribueretur martyrij, sed è mi-  
litum numero exemptos, aula sua exturbauit. ] hucusque Sozomenus: at Gregorius Na-  
zianzenus<sup>a</sup> rem paulo diuerius recensere viderur, dum ait:

PROFANA-  
TIO IN NO-  
MINE  
CHRISTI.

MILITES,  
QUI THVS  
OBTULIS-  
SENT, RES-  
PISCUNT.

<sup>a</sup> Greg. orat.  
1. in Iulian.

Ferunt, quosdam eorum, qui ad hoc nefas errore atque ignorantia prolapsi fuerant,  
postquam eo admisso, domum se recepissent, sodales conuictoreque suos mensæ partici-  
passe habuisse: deinde conuiuio ad consuetam frigidæ potationem progresso, non secus  
ac si nihil grauius ipsis accidisset, ad aquæ poculum sublatis oculis, Christum cum Crucis  
signo appellasse. ] & cetera supra relata, quæ breuitatis causa hic omittimus.

Hanc ipsam historiam describens Theodoretus<sup>b</sup>, hæc præterea addit, quæ in Sozome-  
no desiderantur: Cum eiusmodi querela & clamore contendunt ad Regiam: contra ty-  
ranni fallacias vociferantur: postulant in ignem conici, vt igne inquinati, igne denudè  
expientur. Hæc & alia his similia locuti, scelerati tyranni animum ad insaniam adege-  
runt. Itaque primum capita ceruicibus abscindi iubet. Quos ad supplicium subeundum  
extra urbem adductos per magna populi multitudo secuta est: quæ quidem & magnitu-  
dinem animorum, & loquendi in tuenda pietate libertatem, quæ in illis elucebat, suspi-  
xit atque admirata est. Vbi autem ventum est ad locum, in quo malefici puniri solent:  
qui erat inter eos natu maximus orat carnificem, vt primum minimum natu securi per-  
cutiat, ne ille aliorum cædem intuens, præ timiditate succumbat. ] Romanorum verò  
legibus<sup>c</sup> (quod alias dictum est) sicut in quæstionibus inchoandum à minimo, sic in sup-  
plicio inferendo, à maiori incipiendum esse, cautum est. Verùm quid post hæc contige-  
rit, subdit Theodoretus: At simul vt iste humi posuerat genua, & carnifex ensē vagina  
eduxerat, nuncius quidam accurrit, illis veniam indicaturus: qui cum longo intervallo  
à loco abisset, clamore vetuit eadem fieri: Tum ille natu minimus moleste ferens se  
cæde liberatum: Romanus, inquit (sic enim vocabatur) nequaquam dignus erat, qui  
Martyr Christi appellaretur. Atqui maliciosus ille tyrannus tamen eadem athletis illis  
inferri idcirco prohibuit, quod inuidia inflammatus illos voluit martyrij gloria priuare,  
tamen non fuit eos suas ipsorum incolere ciuitates, sed ad extremas Imperij Romani  
oras relegauit. ] hæc Theodoretus.

<sup>b</sup> Theod. lib.  
3. cap. 16.

<sup>c</sup> L. unius ff. de  
Panis.

De militibus itidè Christianis sub Iuliano militantibus agens S. Augustinus hæc ait<sup>d</sup>:  
Iulianus extitit infidelis Imperator: nonne extitit apostata, iniquus, idololatra? Milites  
Christiani seruiebant Imperatori infideli. Vbi veniebat ad causam Christi, non agno-  
scebant nisi illum, qui in celo erat. Quando volebat, vt idola colerent, vt thurificarent:  
præponebant illi Deum. Quando autem dicebat: Producite aciem, ite contra illam gen-  
tem: statim obtemperabant. Distinguebant Dominum æternum à Domino temporali:  
& tamen subditi erant propter Dominum æternum etiam domino temporali. ] hæc ipse  
de militibus Christianis in castris militantibus: quorum qui dicebantur Prætoriani, qui-  
bus salus ipsa Imperatoris potissimum concredita erat, hos omnes voluit Iulianus deo-  
rum esse cultores: id quidem sic testatur Socrates<sup>e</sup>: Porro ab Imperatore Iuliano man-  
datum

<sup>d</sup> Aug. de Ci-  
uit. Dei lib.  
18. cap. 33.

P R A E T O -  
R I A N I A  
I V L I A N O  
P R O B A N -  
T V R .  
<sup>e</sup> Socrat. lib.  
3. cap. 11.

datum est, ut qui nollent Christianam religionem deserere, in Palatio militum Prætorianorum munere minimè fungerentur, itemque ut omnes simulacris sacrificare præterent, Christiani in prouinciis nullos magistratus gererent: Nam lex illorum, inquit, vetat gladio utendum contra eos, qui scelera digna morte admiserint; & propterea non sunt ad regendum idonei. Nonnullos autem assentatione & muneribus ad immolandum allexit. Extemplo igitur tum qui erant verè Christiani, tum qui speciem Christianorum præferebant, tamquam in theatro locati, se palam omnibus patefecerunt. Nam qui recta voluntate Christianam fidem profitebantur, propenso animo balteum pro fidei defensione deponere, omniaque cruciamentorum genera subire maluerunt, quam Christum Saluatorem denegare: in quorum numero fuere Iouianus, Valentinianus, & Valens, qui postea sunt Imperij gubernaculis potiti. Alij, qui animo parum sincero Christianam amplexabantur religionem, qui que diuitias & honores verè beatitudini anteferebant, abiecta cunctatione, ad immolandum se dederunt. Subdit postea de Ecebolio (de quo nos superius) qui Christo nuncium remittens, Ethnicorum superstitioni adhæsit.

<sup>1</sup> Theod. lib. 3  
cap. 5.  
<sup>2</sup> Sozom. lib. 6.  
cap. 6.  
VALENTINIANI, VALENTIS, ET IOVIANI CONFESSIO.

<sup>3</sup> Sozom. lib. 6.  
cap. 6.

<sup>4</sup> Socrat. lib. 3.  
cap. 9.  
<sup>5</sup> Socrat. lib. 4.  
cap. 1.

<sup>6</sup> Sozom. lib. 6.  
cap. 6.

<sup>7</sup> Sozom. lib. 5.  
cap. 4.  
MARKES  
EPISCOP.  
QVID IN IULIANVM.

At qualis fuerit Valentiniani gloriosa confessio, à Theodoro<sup>1</sup> in hæc verba describitur: Valentinianus, qui post obtinuit Imperium, id temporis militum hastatorum in Palatio merentium Tribunus (nempe, ut ait Sozomenus<sup>2</sup>, Iouianorum, & Herculanorum, his nominibus dictæ cohortes, quæ imperatorem stipare consueverunt) singulare studium, quo erga pietatis defensionem flagrabat, manifeste declarauit. Nam cum amens ille & stupidus tyrannus Iulianus in fanum Fortunæ choreas ducens ingrederetur, & Aeditui utrinque ad ianuas confisterent, ut introeuntes aqua lustrali (ut ipsi opinabantur) expiarent: Tribunus Valentinianus Imperatorem præcedens, qui huius rei gratia utrumque Imperium consecutus est, ubi videt guttam aquæ suæ læuæ aspersam, pugnis cædit Aedituum, seque inde non expiatum, sed turpi labe pollutum ait. ] Sozomenus<sup>3</sup> hanc ipsam recensens historiam, hæc addit, Dicunt præterea, Valentinianum, Imperatore Iuliano inspectante, tantum vestis suæ cum ipsa gutta excidisse, abiectis seque, quantum gutta madefecerat. ] pergit Theodoretus: Quod factum execrabilis tyrannus conspicatus, cum ad castellum in solitudine situm relegauit, ibique vitam degere iussit. At Valentinianus, anno & paucis mensibus interiectis, imperium tãquam mercedem suæ confessionis obtinet. Nam Deus iustus iudex pietatis studiosos non in illa vita beata solum honore & gloria afficit; verum etiam spem de præclaris illis præclarorum laborum remunerationibus, quæ in cælo expectantur, conceptam, etiam donis in hac vita suppeditatis, planè confirmat. ] hæc tamen Theodoretus de Valentiniani confessione.

Hæc autem Constantinopoli gesta esse videntur, ubi in ipsa Regia Imperator aram Fortunæ statuerat, ut Socrates<sup>4</sup> tradit, qui de Valentiniani confessione pluribus agit<sup>5</sup>, necnon de Valente eius germano, qui Imperatori adhærebat domesticus Comes, meminit & Iouiani: quos omnes licet fidei Christianæ professionis amore baltea deposuisse tradat, nequaquam tamen militiæ gradu priuatos esse affirmat, cum de iisdem addit: Valentinianum atque Valentem minimè Imperator Iulianus, quoniam eos tales esse homines intelligeret, quales Reipubl. plurimùm possent cõmodare, de militaris honoris gradu deiecit, quemadmodum neque Iouianum, qui illi successit in Imperio. ] hæc Socrates, cui potius assentimur, de Iouiano præsertim, quem constat vnà cum ipso Iuliano in expeditione aduersus Persas militasse: quod verò spectat ad Valentinianum atque Valentem, secus, utpote quos Sozomenus etiam tradat<sup>6</sup> exulasse ea de causa Melitinæ Armeniæ ciuitatis; solutos autem ab exilio ab ipso Iouiano Imperatore, atque ipso extincto assumpsisse Imperium, Nicæam antea reuocatos. Hallucinatus tamen in eo videtur esse Sozomenus, cum ait hæc contigisse in Gallia: nam ibi dum fuit Iulianus, semper Christianum præferulisse, superius satis perspicuè demonstratum est: verum hæc omnia Constantinopoli ad ædem Fortunæ facta esse, reliquæ æquè consentiunt.

Quid autem in Iulianum Fortunæ sacrificantem dixerit Episcopus Chalcedonensis, idem auctor docet his verbis<sup>7</sup>: Ferunt, Marin Chalcedonis Episcopum eidem Iuliano Constantinopoli Fortunæ sacrificanti accessisse, palam, ut impium, contumeliis affecisse; & deor, id est, auersum à Deo, & desertorem fidei appellasse: Iulianum autem ei solam cæcitatem probri loco obiecisse: venerat enim, utpote senex, & suffusione oculorum laborans, alterius manu ductus. Sed ubi irridere etiam, & in Christum, ut solet, blasphemiam

A sphemiam loqui cœpit, dicereque Iulianus: Non te Galilæus tuus sanabit: Marin respondisse: At ego gratiam Deo meo habeo, quòd cæcus sum, ne te, qui à pietate excideris, oculis aspiciam. Imperatorem verò, nullo dato responso, eum præterisse: putasse enim eo pacto religionem Gentium multo magis roboraturum, si se populo Christiano; præter omnium expectationem, patientem & mansuetum ostenderet. ] hæc Sozomenus. At egregium senis facinus obscuratur Ariana ipsius professione: etenim licet ipse recantaret cum Arias ceteris in Nicæno Concilio palinodiam; tamen vnà cum iisdem postea factus est (ut suis locis tertio Annaliũ tomo sæpius diximus) illius hæresis defensor acerrimus, inhærens Arianorum parti illi deterrimæ, cuius princeps erat Acacius: id quidem etiam ex eodem Sozomeno<sup>1</sup> atque Socrate<sup>2</sup> constat.

Quod verò spectat ad patientiam ac mansuetudinem Iuliani, quam ait Sozomenus<sup>3</sup> ad illecebram impietatis plurimum affectasse: in eandem sententiam Ammianus<sup>4</sup> plurè adducit, quæ suo loco relaturi sumus. Verum adulatorem eum esse Principi potius; quàm (quod decebat sincerum historicum) puræ consuliisse veritati, satis perspicuum reddit quod de hoc scribit Gregorius Nazianzenus<sup>5</sup>, qui hominem Athenis probè cognitum habuit; & quæ à fratre suo Cæsareo aliisq; accepit, summa fide conscripsit. apponã hic eius verba: Quemadmodum, inquit, Ætneum ignem narrant Ætnæ radicibus abscondi, infernè exundantem, violenterque retentum atque compressum, siue hoc aliud quidpiam est, siue anhelitus excruciatu gignitur (utitur enim ea de gigante fabula Gregorius, quod comparationi, quam texi de Iuliano, probè conueniat) de more quidem horrendum quemdã sonum ex ima parte edere, fumũque propinqui mali indicem vertice suo euomere: quod si fortè exuberantior fuerit, nec iam vi vlla retineri queat, tum verò finibus suis æstu vehementi extrusum, fursumque tendentem, ac supra foramina sua sese effundentem, nonnullas quoque subiacentis terræ partes incredibili illo & horribili fluxu peruaflare: Eodem quoque modo illum, Iulianum scilicet, reperire licet, aliquantisper quidem sibi ipsi imperantem, ac sophistici edicti impostura res nostras grauibus incommodis afficientem: ceterum si quando iræ impotentia exuberantior esset, tum ne animi quidem peruersitate premere, tectamque habere posse, verum aduersus pium diuinumque ordinem nostrum nuda & aperta persecutione grassari. Ut enim edicta aduersus ædes sacras tum publicè proposita, tum priuatim expleta, & donariorum ac pecuniarum deprædationem, non magis ab impietate, quàm ab auaritia manantem; & supellestilis sacræ direptionem profanis manibus indignè contumelioseque tractatæ præteream: ut etiam fileam & præfules & subditos, qui pro his rebus extrahebantur, grauissimeque torque-

bantur: ut præteream columnas cruoris plenas; horum manibus atque complexu, dum virgis conciderentur, per orbem cinctas: ut etiam sagittarios per regiones & vrbes discurrentes, atque ipso etiam edictorum auctore acriores & immaniores (quo nos videlicet pro Persis, & Scythis, aliisque barbaris, subiugaret) ut hæc omnia prætermittam: Ecce ignota est Alexandrinorum crudelitas, qui præter multa alia, quæ aduersus nos designarunt, licentia temporis immodicè vsi, plebs etiam alioqui turbulenta & furiosa, hoc quoque impietatis suis adiecit feruntur, ut sacrosanctum templum nostrum duplici cruore implerent, victimarum, & hominum; idque Imperatorij cuiusdam Philosophi ductu atque auspicio perpetrasse (Pythiodorus is erat) ab his tantum facinoribus nominis famam consecuti? Eccei seditiosa Heliopolitarum coitio incognita est: eccei Gazæorum immanis audacia? qui apud eum in admiratione & honore erant, siquidem ipsius magnificentiam luculenter experti sunt. Eccei Arethustorum furor, prius quidem obsecrorum, ceterum ab eo tempore admodum etiam clarorum atque insignium occultus lateret? &c. ] At hæc singula ab ipso Gregorio aded breuiter tacta potius, quàm recensita, ut fufius pro ut gesta sunt enarrantur, iure exigitur: agemus de singulis inferius, secundum ordinè temporum. Verum quid rursus post multa superaddat de Iuliani præcipiti iracundia atque infano furore, ad sugillandam affectatam interdum ab eo philosophicam patientiam, hic in medium adducamus.

Gregorius igitur hæc de eo per ironiam<sup>6</sup>: Illud verò an non in philosophi huius doctrina laudabile, quod aded ab ira alienus, animiq; perturbationibus superior erat, Principumque, eorum similis, qui constantiæ tranquillitatisq; laude aliquando floruerunt, nec etiam si quid molestiæ ipsis accidisset, vultum tamen quicquam immutarunt, atque vultum commoti animi signum dederunt: ut quod ludicis munere fungens, aulam clamoribus

<sup>1</sup> Sozom. li. 4.

<sup>2</sup> Socrat. lib. 2.

<sup>3</sup> Socrat. lib. 2.

<sup>4</sup> Ammianus lib. 22.

<sup>5</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>6</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>7</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>8</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>9</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>10</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>11</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>12</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>13</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>14</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>15</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>16</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>17</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>18</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>19</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>20</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>21</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>22</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>23</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>24</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>25</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>26</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>27</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>28</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>29</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>30</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>31</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>32</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>33</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>34</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>35</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>36</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>37</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>38</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>39</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>40</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>41</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>42</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>43</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>44</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>45</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>46</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>47</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>48</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>49</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

<sup>50</sup> Greg. Naz. ora. 1. cõ. 141.

QUALIS IV-  
LIANVS IN  
AVDIENDO  
ET IUDICAN-  
DO.

<sup>a</sup> Nectar. ora.  
apud Lipo-  
man. tom. 5.

<sup>b</sup> Exstat apud  
Lip. tom. 5. ex  
Metaphr. die  
17. Febr.

IULIANVS  
DOLO AGIT  
CVM CON-  
STANTINO-  
POLITANIS

ribus ac pedum strepitibus impleret, non aliter ac si ipse iniuria & damno affectus esset, A  
ac non aliis potiùs hæc patientibus succurreret, ne oratione quidem completi velimus.

Hoc autem eccui ex omnibus ignotum est, quòd multos etiam è rusticioribus, qui ad  
eum accedebant, vt eorum quæ homines ab Imperatore petere, precibusque postulare  
ac contendere solent, aliquid consequerentur, ita mulctabat palàm pugno feriens, cal-  
cibusq; petens, vt præclarè secum actum putarent qui atrocius aliquid non pertulissent? ]  
hæc Gregorius ad fugillationem ostentatæ, & prædicatæ ab Ethnicis patientiæ Iuliani,  
quod soleat omne fucatum nequaquam diutiùs perdurare, & affectatum atque ad fal-  
lendum compositum minimè fieri diuturnum. Præter hæc enim, quæ obiter à Grego-  
rio Nazianzeno de Iuliani furore & immanitate dicta sunt; Nectarius quoque Episcopus  
Constantinopolitanus, ea oratione quam habuit in exordio Quadragesimalis ieiunij,  
detestatus tyranni sæuitiam recenset illata eius voluntate in Christianos cruciamen- B  
ta, & crudelissimas neces, nempe ventris & viscerum sectiones, virginum publicas ver-  
berationes, oculorum effusiones, dentium eiectiones, linguarum & manuum præcisiones,  
tibiæ contractiones, excogitatas & adhibitas craticulas, lebetes, subulas, sartagine-  
s, & alia genera cruciamentorum recenti vsu iterum innouata. ita tamen (quod  
sæpiùs diximus) huiusmodi in Christianos supplicia adhibebantur, vt alia quauis potiùs,  
quàm pietatis causa, ab eodem & eius Præsidibus ingeri fingerentur.

Porro qui ad eò immaniter in Christianos, aliis præteritis causis, clanculum sæuebat:  
artes præterea varias excogitauit, quibus posset in iis quæ foris essent, populum, inui-  
tum licet, absque publicis quæstionibus, idololatriæ reddere obsequentem. Nam cum  
primùm (vt dictum est) in erogatione publici donatiui, thuris oblatione fidem totius  
exercitus explorasset; noua quadam excogitata nequitia, vniuersæ Constantinopolita- C  
næ vrbs populum aggreditur pertentare. quidnam hoc fuerit, idem qui supra Nectari-  
us egregiè litteris commendauit, licet eius orationem ab aliquo ex Græcorum recen-  
tioribus deprauatam esse, facile existimari, quod Episcopus Constantinopolitanus,  
Patriarcha dictus habeatur, eidemque per visum apparuisse dicatur Theodorus martyr,  
commonuisseq; cum de insidiis Iuliani: quam quidem apparitionem cuiuspiam alij potiùs  
quàm Episcopo factam esse putamus, quòd Eudoxius tunc præses Ecclesiæ Constanti-  
nopolitanæ, hæreticorum omnium scelestissimus. Res autem sic se habuit. Auspicianti-  
bus Christianis consueto animi ardore sollempne ieiunium Quadragesimæ, auertantibus-  
que magis ac magis Iuliani impietate, contrariisq; studiis exhibere se in omnibus Chri-  
stianos elaborantibus: exacerbatus ipse nonnihil propensioribus ipsorum officiis, dolo-  
sum huiusmodi consilium iniit, conficio & administro vrbs Præfecto Themistio. D

Cuncta cibaria, quæ venum publicè in foris exponi solerent, sacrificiis diis immolatis  
infecit ac polluit, vt sic illi omnes cibis cogerentur vesci immolatiis, nisi fame confici  
penitus vellent. Cum oraculo Theodori martyris, quonam modo consulendum esset  
fidelibus fame periclitantibus, fuit diuinitus demonstratum, nempe vt tunc loco panis,  
cocto omnes frumento vterentur in cibum. Tunc enituit Christianorum, qui ditiores  
essent, charitas erga egenos; qui, ne pauperibus pateret occasio idolothytis illis publicè  
expositis necessitate vescendi, coctum frumentum sunt omnibus largiter imperriti:  
quod illi tanquam à martyre Theodoro collatum religiosè sumpserunt; idque per totam  
hebdomadam illam. Quando Iulianus desperans penitus perficere posse, quæ tot die-  
bus frustra tentasset: cibos puros absque aliqua labe contactos in foris, vt antea, apponi  
iussit, iam Christianorum continentia victus atque constantia. Placuit verò fidelibus, vt E  
tam gloriosa de Apostatæ impietate parta victoria perpetuis monumentis consignata  
dimanaret ad posteros, nimirum vt in honorem martyris Theodori, anniuersaria die, ciues  
Constantinopolitani coctum frumentum erogarent in pauperes. Quòd autem hæc ipsa  
describens incertus auctor addiderit, eadem Antiochiæ facta esse, certo certius errasse  
constat: nam cum ista de loco Nectarij testimonio fulciantur; ea item potissima ratio-  
ne mendacij auctor redarguitur, quod cum hæc Quadragesimæ tempore contigisse ipse  
æque consentiat, Constantinopoli potiùs quàm Antiochiæ id actum constat. Nam cum  
<sup>a</sup> Zosim. lib. 3.  
<sup>b</sup> Ammianus  
lib. 22.

Zosimus auctor sit, Iulianum decem integros menses Constantinopoli commoratum esse,  
certumque pariter habeatur ex Ammiano d (quod dictum est anno superiori) tertio Idus  
Decembris ipsum ingressum esse Constantinopolim: affirmare necesse est, ibidem eum  
egisse vsque ad tertium Idus Octobris: quod & confirmant data Constantinopoli non-  
nulla

A nulla eiusdem Imperatoris rescripta. Addit Suidas a, à Iuliano terra obrorum sanctissi-  
mum Crucis signum, quod Constantinus felicitatis vrbs illius significandæ causa, in ca-  
pite eiusdem vrbs simulacri exculperat: sic namque impius, ne scilicet Christi virtuti  
tribueretur gloria amplissimæ ciuitatis.

Ceterum quòd Constantinopoli natus esset, erga conciuces suos vniuersos voluit vide-  
ri munificus, ad eò vt à priuilegiis illis concessis excludi noluerit Christianos: quod & re-  
scriptum ab eo ad ciues datum planè significat: est verò eius titulus: Iulianus Byzantiis. ]  
sic enim, quod maluit in odium Constantini ciuitatem illam veteri nomine, quam Con-  
stantinopolim nominari. Rescriptum autem sic se habet b:

Senatores omnes vobis reddimus, & Patroclus, siue in Galilæorum religionem se de-  
derint, siue aliud quiduis egerint, vt curiam effugiant; extra eos, qui in vrbe primaria  
publico munere præfuerunt. ] hæc ipse.

B Commoratus Iulianus Constantinopoli ad decem (vt dictum est) menses, Antiochiam  
profecturus, transgressus fretum (inquit Ammianus c) Chalcedonem ex aduerso littore  
positam venit. Vbi naclus Legatos à Rege Persarum missos, quid in eos contra ius gen-  
tium Iulianus egerit, Nicéphorus d paucis his narrat: Afflixit quoque Oratores Persas,  
qui ad eum Chalcedonem venerant, Manuel, Sabel, & Imael, propterea quod Christia-  
nam colerent religionem: neque in eis Legatorum ius, contra receptum omnium gen-  
tium morem, violare est veritus. ] hæc ipse.

Porro hos ignominia ab eo affectos, atque neci traditos esse, eorum martyrij Acta e si-  
gnificant: sed quod ab Alemundaro Rege missos perperâ habent, cum constet hoc tem-  
pore Persis præfuisse Saporem, planè à veritate dissentiant. Dum verò capitali sup-  
plicio eos affectis Iulianus dicitur, ea causa affertur, quod inuitati ad sacrificium, magnis  
animis renuerunt: in eos enim tamquam impios & contemptores Persarum numinum  
nempe Solis, Lunæ, & Ignis, quasi vindex legum Persarum, iussit animaduerti. Horum  
autem memoria in publicos indices relata, decimas septima Iunii, qualibet anni periodo,  
tam apud Græcos, quàm Latinos in Ecclesia celebratur.

Post hæc verò Iulianus cum Chalcedone recessisset (inquit Ammianus f) Nicomediã  
venit, urbem ante hæc inclytam, ita magnis retro Principum amplificatam impensis, vt  
ædium multitudine priuararum & publicarum rectè noiscentibus regio quædam vrbs  
æstimaretur æternæ. cuius mœnia cum vidisset in fauillas miserabiles concidisse, ang-  
orem animi tacitis fletibus indicans, pigriori gradu pergebat ad Regiam: hoc maximè  
ærumnis eius illachrymans, quod ordo squallens occurrit populi nimium quantum an-  
te hæc florentissimus. Et agnoscebat quosdam ibidem ab Eusebio educatos Episcopo,  
quem genere longius contingebat ] nempe materno. At diuinæ planè vindictæ (quod  
tertio diximus tomo) de impietate ibi coalita hæresis Ariana, exemplum extitit Nico-  
mædia, in qua & nunc Zeno martyrio coronatur. Prosequitur Ammianus Iuliani iter  
per Nicæam in Galatiam. Sed antequam res ibi ab illo gestas recensamus; quid his tem-  
poribus ab eo actum sit Casaræ in Cappadocia, narrare aggrediamur. id enim his ver-  
bis postteris tradidit Sozomenus g:

Sub idem tempus Imperator iste Casaream ad montem Argeum sfram urbem amplam,  
locupletem, regionis Cappadociæ primariam ex numero ciuitatum deleuit, & Casaris  
priuauit nomine; quod quidem nomen, regnante Claudio, cum Mazaca iam ante ap-  
pellata fuisset, obtinuerat. Nam contra ciues eius ciuitatis dudum grauissimum odium  
conceperat, tum quod omnes fidem Christianam profiterentur; tum quod olim fana  
Iouis vrbs patroni, & patrij Apollinis diruissent: quin etiam vniuersæ ciuitati grauius  
succensuit, iratusque est, quod templum Fortunæ, quod solum eo regnante supererat, à  
Christianis euersum esset: atque Gentiles, qui in ea vrbe pauci numero erant, valde  
ineulsit, quod non illud facinus vlti fuissent; & si fortè calamitatis aliquid ideo subi-  
eundum esset, quod non libentibus animis pro Fortuna subiissent. Omnes præterea  
opes, omnemque pecuniam ecclesiarum tum in Casaræ, tum in confinibus eius posi-  
tarum, diligenter vestigari, atque in medium afferri, atque statim trecentas libras  
auri arario publico solui, & clericos omnes in numerum militum, qui Præfecto il-  
lius regionis parebant, adscribi iussit: quæ res & plurimum sumptus requirit, & in  
exercitiis Romanis magno probro ducitur. Itemq; multitudinem Christianorum vnâ  
eum vxoribus & liberis censeri, & non aliter atque in pagis fieri solet, tributa pensitare  
man-

<sup>a</sup> Suidas verbo  
militior.

<sup>b</sup> Iulian. epist.  
ad Byzanti. 11

<sup>c</sup> Ammianus  
lib. 22.  
<sup>d</sup> Quid Iulia-  
nus Chal-  
cedone.  
<sup>e</sup> Niceph. lib. 10  
c. 11.

<sup>f</sup> Metaphr. dia  
17. Iunij.

<sup>g</sup> Ammianus  
lib. 22.  
<sup>h</sup> A DVENTVS  
IULIANI IN  
COMEDIA.

<sup>i</sup> Sozom. li. 3.  
c. 4.

<sup>k</sup> Quid Iulia-  
nus Casar-  
e in Ariem-  
ses.



mandauit. Atque cum iureiurando minatus est, neque ab ira se, neque ab affligenda ciuitate temperaturum, neque permissurum Galilæis (sic enim per contumeliam Christianos appellare solebat) capita sua ceruicibus retinere, nisi delubra idolorum quam primum de integro extruerent. Cuius minæ fortasse re ipsa impletæ fuissent, nisi celerius ipse è vita migrasset.] hæc Sozomenus.

Greg. Naz.  
ora. 1. in Iul.

Laudatur à Gregorio Nazianzeno Cæsariensium animi magnitudo, quod eo tempore, quo Gentilium res florent, & templa vbique aperirentur & instaurarentur collapsa; ipsi tunc impetu facto, quod reliquum fuerat Fortunæ delubrum fuerint demoliti; etenim Iulianum irridens, hæc ait: Nam quæ in Cæsarienses nostros admisit, hos, inquam, animi magnitudine, flagrantiq; erga pietatem studio præstantes, ita ab eo iactatos, contumelioseque vexatos, fortasse ne obicere quidem æquum fuerit. Etenim iusta indignatione succensus ob Fortunam melioris fortunæ tempore infortunatam, calamitateque oppressam; ad hanc vltionem progressus esse videbatur; quandoquidem iniustitiæ dominant nonnihil concedendum est. At verò quis est nescius, cum promiscua plebs furenter in Christianos impetum fecisset, multaq; cæde perpetrata, plura etiam comminaretur; gentis Præfectum, quoniam media via inter temporis tyrannidem & leges incedens (vt enim tempori seruiendum putabat, ita etiam leges quoque mediocriter verrebatur) multis Christianorum abductis, de nonnullis etiam Gentilibus supplicium sumpsisset, orta postea occasione, ad Imperatorem ductum esse, ac præfectura ignominosè abdicatum, huius rei iudicium subiisse: cumq; se legibus, iuxta quas iudicandi sibi prouincia commissa fuerat, tueretur; nihil proprius factum esse, quam vt ad mortem raperetur: ad extremum autem Imperatoris clementia exilio dumtaxat multatum esse? Porro quam præclara & humana sententia! Quid enim graue (inquit iustus iudex, minimeq; Christianos persequens) si decem Galilæos manus vna Græciana sustulit? Hæc verò an non perspicua crudelitas? an non persecutionis edictum, & quidem iis quæ publicè proponuntur, multò expressius & formidolosius? Quid enim interest, periculū Christianis edicas atque promulges, an præferas te Christianorum persecutoribus delectari; magniq; criminis loco ducas, moderatione quadam vti? Velle enim Imperatoris, lex est non scripta, imperij & potentia patrociniō subnixæ, & quidem scriptis legibus, quæ potentia non fulciuntur, longè firmiter atque valentior.] hæc Gregorius, pluribus redarguens eos, qui à persecutoris nomine vindicare Iulianum niterentur, eo quod persecutionis aduersus Christianos minimè promulgasset edicta: ostendens exemplis pluribus & rationibus, tum ex his quæ tunc per suos ageret, tum quæ meditaretur perficere, si per vitam licuisset, eam omnium acerbissimam dicendam fore persecutionem. Ceterum quod spectat ad leges ab ipso Iuliano sancitas, quibus Christiana religio maxima esset detrimenta passura, aliasque si datum fuisset, proximè sancendas, paulo post dicturi sumus. Prosequamur modò institutam semel de rebus Cæsariensium orationem.

QVID IULIANUS IN NAZIANZENOS.

Greg. Naz.  
ora. in funere patris.

Qui incensi Fortunæ templi à Cæsariensibus Christianis exarsuabat ira Iulianus, in ecclesias illas Christianorum, quæ erant in Cappadocia, furorem conuertit, sagittariis militibus in eas immisissis: quibus inuadentibus eâ, quæ nobilissimè Nazianzi nuper erecta erat, illius Episcopus, Gregorius nominatus, Gregorij cognomento Theologi pater, magna animi constantia infracto robore, quantumlibet summa senectute confectus, fortiter resistit. Hæc autè quo modo se habuerint, ab ipso eius filio Gregorio<sup>b</sup>, qui præsens fuit, accipiamus: luculenta enim oratione est omnia profecutus, nonnullaq; prælocutus de impia eiusmodi Iuliani persecutione sic ait: Hunc porro, nempe Imperatorè Apostatam, E qui magis aut contempserit, aut opprèsserit, ecquis tandem reperietur? At contemptio- nis quidem cum multa alia signa proferrî queunt, tum argumento etiam esse possunt sagittarij illi, eorumq; Præfectus, quos in ecclesias nostras immiserat, vt eas vel voluntate sibi adiungeret, vel armis subigeret. Nam cum plerisque aliis oppugnatis, huc quoque cum eadem animi ferocia venisset, ac pro imperio & potestate templum sibi dedisset: tantum absuit, vt quidpiam eorum quæ cupiebat, perficeret, vt nisi patri meo vel suoapte consilio, vel cuiusdam admonitu protinus cessisset, calcibus etiam cælus discessurus fuisset. Ita in illum templi sacerdos furore & zelo æstuabat.

Pestem autem & exitium qua tandem ratione quispian illi magis conlasse videri queat, quam & publicè coniunctis totius populi votis & orationibus impiū fundens ac profligans, ac ne temporis quidem turbinem reformidans, & priuatim aduersus eū no-

ctur-

A sturnam aciem opponens, hoc est humili cubitatione seniles; & roseidas carnes conficiens, & lachrymarum fonte pauimentum proluens, in annum etiam ferme integrum; idq; eo solùm, cui res occultæ perspectæ sunt, arbitro faciens; ac propter pietatem ab ostentatione, sicut ià diximus, aliena, sedulo adnitens, vt nos ea res lateret, atque omnino latuisset, nisi ipse aliquando ex improviso cubiculū ingressus, humilisq; decubitus signa conspicatus, atque ex quodam ipsius famulo, quidnam hoc esset, percontatus, noctis arcum intellexisset.] pergit deinceps Gregorius agere de electione Episcopi Cæsariensis tunc facta, cum Iulianus Cæsareæ esset, remque gestam in hunc modum aggreditur enarrare.

Alteram eiusdem temporis, eiusdemq; fortitudinis narrationem accipite. Cæsareæ ciues de Archiepiscopi creatione inter se contendebant: nam alter clauiculū se abduxerat, alter requirebatur (qui se subduxerat, Basilius fuit, qui requirebatur, Eusebius) acrisq; seditio erat, cōpressuq; atque sublato nequaquā facilis. Præter id enim, quod in hac re præsertim ob fidei feruorem natura sua ad tumultus excitandos procliuus est, ea ciuitas: cathedræ insuper illius splendor & gloria contentiois acrioris causam afferebat. Atque hoc statum res erat, ac nonnulli Episcopi aderant, Archiepiscopum electuri. Sed eū in plures sententias popularis multitudo distraheretur, aliq; alium proponeret, quemadmodū in huiusmodi negotiis fieri consuevit, prout quisque vel cuiuspiam beneuolentia, vel Dei pietate mouebatur: tandem plebs tota, vno consensu, primarij ordinis virū vnum, eximia illum quidem vitæ probitate præditum, riondum tamen diuino Baptismo consignatum, inuitum & repugnantem corripientes, simulq; militaribus copiis, quæ tum in urbem venerant, opem afferentibus, in sublimi sede collocarunt, Episcopiq; obtulerunt, ab iisq; petere insisterunt, vt eum saluari aqua tingerent, atque Archiepiscopum nominarent: suasioni interim vim admiscentes, non id quidem admodum grauitè & moleste, admodum tamen piè atque ardentè. nec enim cuiusquam virtus, aut pietas, oblata occasione, clarijs emicuit. Sed quid tum factū est, quodq; progressus est tumultus? Coacti sunt, rore purifico hominem perfuderunt, Antistitem pronunciarunt, in throno collocarunt, manibus tamen potius, quâ voluntate, sinceroq; animi affectu, sicut postea declaratum est.

Electio  
Eusebii  
violenta.

Ut enim volentes lubentesq; discesserunt, ac quæ vellent, liberè decernere potuerunt: consilium inter se inuicem, haud scio an spirituale, sed inuicem tamen, atque omnia quæ gesta fuerant, abrogare stârunt, eamq; institutione, vt minus legitime factam, pro irrita haberent vim ei, cui non minor vis illata fuerat, obicentes, ac sermones quosdâ petulantè magis quàm sapienter eo tempore iactatos, argentes. At magnus Episcopus noster, æquusq; rerū aestimator, nec cum iis, qui huiusmodi consilium inibant, abductus est, nec eorū sententiam comprobauit, sed constans atque inuictus permansit, haud minus, quàm si nullam omnino vim perpelessis fuisset. Nam cum vtriusque vis allata fuisset, vel vicissim accusandos eos esse dicebat, si ipsum accusarent, vel culpa soluendos, si ipsum culpa soluerent; vel, quod iustus erat, ne absolucndos quidè, tamen ipse crimine solueretur. Si enim ipsis venia deberetur, vtique & illi: sin illi vllò modo parcendum esset, multo minus iis delicti veniam esse sperandam. Longè enim ipsis honestius tum futurum fuisset, periculum subire, atque omni ratione obistere, quàm insidias postea moliri, eo præsertim tempore, quo veteres inimicitia potius essent deponenda, quâ nouæ excogitanda: sic enim se res habet. Aderat quippe Imperator aduersus Christianos fremens, atque hanc electionem irato infestoq; animo ferens, grauesq; in eum, qui Archiepiscopus institutus fuerat, minæ iactabantur, atque in nouaculæ acie sitæ res ciuitatis erant, ab eo ne die in rerum natura esse desineret, an seruarietur, atque elementia humanitatisq; nonnihil impetraret. Ad eum enim dolore, quem ob Fortunam secūdioris fortunæ tempore solutam, euerfamque, capiebat, noua hæc atque insolens Præfulis electio accedebat, quàm publici iuris contuisionem atque euerfionem interpretabatur.

Gregorius  
Episcopi  
sententia  
de electio  
ne Eusebii

Quin ipse quoque prouincia Præfectus rationes conquirebat, quibus temporis atrocitati obsequi, & eum malo aliquo posset multare, ne erga eum quidem alioqui amicè & beneuole affectus, sed quia aduersus in Repub. partes tuebatur, inimicè atque infensè. Quocirca eos, à quibus electus fuerat, velut accusatores illius futuros, per litteras accersibat, non iam leniter & remisè, sed minis etiam quibusdam additis, rāquam hoc Imperator flagitaret. Cum igitur pater de ea re epistolam accepisset, sine vllò metu ac cunctatione vlla, responsum huiusmodi dedit, ex quo animaduerrere licet quæ in eo libertas

Gregorius  
senior ob  
stitit  
Præfecto

animi fuerit, quove spiritu acta. Nos, inquit, optime Praefecte, res omnia, quae ge- rantur, censores unum ac Regem habemus, qui tunc armis propugnatur. Is & praesentem electionem expendet, quam nos rite ac legitime, atque ex ipsius voluntate fecimus. Vobis autem tamen vim afferre, si ita tulerit animus, in proclivi sit: id tamen nunquam extorquebitis, quin ea quae facta sunt, ut recte iusteque facta patrocinio nostro defendamus: Nisi hanc vobis legem promulgare libeat, quibus ne limis quidem oculis res nostras aspicere fas est. Hanc epistolam Praefectus ipse admiratus est, tamen ad Brene aliquod tempus stomachatus, mirifice suspexit, quemadmodum ex multis intellectum est, qui res illius perfectissimas habebant. Atque hoc & Imperatoris represit impetum, & civitatem periculo, atque ad nos dedecore atque infamia liberauit. hoc civitatis exiguae, cathedraeque summissioris Episcopus praestitit. ] haec Gregorius Nazianzenus de rebus Caesareae gestis, cum ibi Iulianus adesset.

EUPSYCHII MARTYRIS VITA. Sozom. lib. 5. c. 10.

Niceph. lib. 10. f. 10. Menologii, et Roman. Martyrol. die 9. Apr.

Ammianus lib. 22.

Ceterum has omnes contumelias, quibus a Caesariensibus affectus est Iulianus, tum supplicio aliorum, tum nece nobilissimi civis Euppsychij nomen reddentis antiquioris martyris Euppsychij, qui sub Hadriano ibidem fuerat passus, videri voluit, de quo Sozomenus: Fertur item, Basilium presbyterum Ecclesiae Ancyrae, & Euppsychium ex patriciis Caesareae Cappadociae oriundum, qui nuper duxerat uxorem, & etiamnum velut sponsus novus erat, eodem tempore per martyrium a vita migrasse. Euppsychius quidem, quantum coniectura assequi possum, propter sanum Fortunae, quo id temporis diruto, Caesareae civis (ut supra demonstravimus) ad unum omnes in Imperatoris odium incurrerant. Qui autem ad illud demolendum manus ipsi admouebant, penas dederunt, partim multati morte, partim exilio condemnati. ] haec Sozomenus: eadem quoque Nicephorus, & alij. Quod vero, cum non vnus Euppsychius, sed alij complures ea de causa subierint mortis supplicium, ipse tamen solus tam a Graecis, quam a Latinis publicis tabulis reperitur inter martyres recensitus; aliqua alia forsasse accessit ad Euppsychij martyrium causa, quae desiderari videretur in reliquis: nisi & illorum; & complurium aliorum martyrum memoria excidit. Ceterum, quod ad Euppsychium pertinet, quem Ethnici inclamauerint incendiarium: iustissimam intercessisse causam martyrij, diximus in nostris ad Romanum Martyrologium Notis. Profecturo post haec in Syriam Iuliano Celsus prouinciae Praefectus occurrit, eumque est Tarsum vsque comitatus. de eo enim haec Ammianus: Itineribus itaque emensis cum Iulianus ad Pylas venisset (qui locus Cappadocas discernit, & Cilicias) osculo susceptum Rectorem prouinciae, nomine Celsum, iam inde a studiis cognitum Atticis, adscitumque in confessum vehiculi, Tarsum secum induxit. ] haec ipse. hunc autem Celsum ab eodem Iuliano in exiliu pulsum fuisse, Sozomenus tradit, quae vero a Iuliano gesta sunt, postquam a Cappadocia recedens, Syriam versus direxit iter, inferius enarrabimus.

BASILII ET GREGORII VITAE INSTITVTVM.

Gregor. Nazian. orat. in laudem Basilij.

Nunc autem in rebus Caesariensibus versetur oratio, & pertaesa iam prolixioris Iuliani rerum in Christianos gestarum narrationis, tamquam otium captatura, ad res Basilij Caesariensis, & amantissimi eius sodalis Gregorij Nazianzeni hoc anno transactas haud inuita opportunè se conferat, ad ea quae reliqua sunt de Iuliano postea reuersura. Accidit in hisce turbis Caesareae occasione violentae creationis Eusebij Episcopi excitatis, ut licet iidem Episcopi persuasi a Gregorio seniore (ut dictum est) ratam eam electionem habuerint, monachi tamen illi, quibus praerat S. Basilius, ea occasione sese ab Eusebij communicatione diuellerent; atque ea & aliis de causis idem novus Episcopus parum aequo in ipsum Basilium animo esset. Quibus obortis simultatibus, paci consulturus idem Basilij in Ponticas solitudines secessit: praesentia enim conflabat aduersariorum inuidiam. At audiamus haec ab ipso eius collega Gregorio, qui a reditu Athenis in patriam hunc in modum auspicatur orationem: Domum, inquit, reuersi, cum mundo ac scenae non nihil inseruissimus, haecenus scilicet, ut plerorumque hominum desiderio vteumque satisfaceremus (nam ipsi quidem ab ambitione & theatri quadam ingenij ostentatione procul abhorrebamus) ad nos ipsos quam primum redimus, atque ex imberbibus inter viros profiteri coepimus, viriliter iam ad philosophiam progredientes, non iam corpore (haud enim permittebat liuor) sed desiderio & amore coniuncti. ] Quod autem hic Gregorius dicat, post suum ipsorum reditum ex imberbibus profiteri coepisse inter viros, metaphoricè potius (ut moris eius est saepius loqui) sunt haec accipienda: nam grandioris eos fuisse aetatis, ex his quae superius dicta sunt, facile potest intelligi.

Sed

A. Sed pergit de Basilio dicere: Ille a Caesariensi ciuitate, ut alter quispiam conditor & conseruator retinetur: ac deinde quoniam me non perfruebatur, necessarias quasdam peregrinationes, minimeque a proposito sibi philosophiae scopo alienas iniuit. ] putat interpretes, in Seleuciam ad S. Theclae ciuimodi Basilij peregrinationem contigisse, quo pietatis ergo frequens erat accessus: sed mea quidem sententia fallitur: nam cum non peregrinationem, sed peregrinationes Gregorius dicat, manifestè significasse vult esse peregrinationes illas, quas ad visendos monachos Aegypti, Palestinae, Syriae, & Mesopotamiae, instituit: cum eorum inflammatus exemplo, reuersus in patriam, idem viuendi genus consecutus est, ut declarat ipsemet scribens ad Eustachium, quae hic paulo post redditur sumus. Prosequitur deinde de se ipso Gregorius: At me & parentum pietas, & senilis aetatis curatio, & incurstantes calamitates ab illius consortio abstractum tenuerunt, haud rectè quidè ac iuste forsasse, sed tenuerunt tamen. Atque haud scio, an mihi hinc quoque omnis vitae difficultas, asperitasque fluxerit, quodque incommodum ac salebrosum ad philosophiam iter habuerim, ne cupiditate mea animique proposito satis dignum. Sed rerum quidem nostrarum status, quo Dei voluntas tulerit, feratur. ] haec de se Gregorius, quod haud liceret tam cito (vt exoptauerat) in solitudine, quam diutius fuerat meditatus, vitam monasticam exercere. De Basilio autem subdit:

BASILII PEREGRINATIONES.

BASILII INITIATVS PRESBYTERI.

Hunc verò multiplex Dei erga genus humanum beneficentia & protidentia in multis ante muneribus exploratum, ac quotidie elariorem illustrioremque compertum, in sacrae presbyterorum ordinem adscribit, luculentamque Ecclesiae faciem memorabilemque proponit, ac per vnica Caesariensem ciuitatem vniuerso terrarum orbi praeuocet. In quo etiam hanc rationem tenuit, ut minimè repente eum ad huiusmodi gradum subueheret, nec eodem temporis momento salutaris aqua tingeret, ac sapientia instrueret, quemadmodum plerisque eorum accidit, qui nunc ad praefecturas inflammati cupiditate rapiuntur, verum ordine ac spiritalis progressionis lege hoc eum honore afficeret. ] & inferius in prauum illum morem pluribus inuectus, quo non virtute, meritisque in sacerdotium prosilitur, quo digniori deferendum esset, addit: Nunc autem, inquit, periculum est, ne ordo in toto Christianismo sanctissimus, in toto Christianismo maximè sit ridiculus. Non enim virtute magis, quam malitia & fraude sacerdotij dignitas paratur, nec meliores ac digniores, sed potentiores thronis insident. ] & paulo post: Cuius nec medicij, nec pictoris nomen quisquam obtineat, nisi prius morborum naturas expendierit, aut multos colores miscuerit, variasque formas penicillo expresserit: Antistes contra facile inuenitur non elaboratus, sed recens quantum ad dignitatem, simul satus ac prouectus, quemadmodum gigantes poetae finxerunt. Vno die sanctos fingimus, eosque sapientes & eruditos esse iubemus, qui nihil didicerunt, nec ad sacerdotium quicquam antea conulerant, praeterquam velle, ac is quidem inferiori sede quiescit, humilisque fiat, qui sublimem promeretur, &c. ] Alludens nimirum ad Eusebium, de quo nuper, & ad Nestoriani qui item ex catechumeno ad Episcopatum sedis Constantinopolitanae postea euectus est. Deplorata haec a Patribus delinunt aliqua ex parte bonorum dolorem, cum his similia, vel forte deteriora aliquando peragi vident in Ecclesia Dei, dum faces Christianorum (sic illos dixerim, qui honoribus inhiant atque diuitiis ex sanguine Christi captandis) absque vlla probitatis & scientiae facultate in sublimes Ecclesiae thronos prouehi contemplantur, & miscent cum sanctis crebra, ex intimo cordis dolore hausta suspiria. At non (mox subdit Gregorius) eadem Magnae egregiaeque Basilij ratio fuit: quin potius ut aliarum omnium virtutum; sic etiam moderationis in his rebus tenenda: aliis exemplar se praebuit. Nam cum prius sacrosanctos libros populo lectitasset, qui & eorum explanator erat, factus est presbyter ab Hermogene Episcopo Caesariensi, qui praecessit Eusebium, de cuius ordinatione hoc anno habita egimus: de quo & haec habet Gregorius.

E. Cum Basilio, similitatem quandam is, qui proximus ante eum Ecclesiae praerat, exercebat: quibus autem de causis, aut quo modo, silentio praeterire satius est. ceterum exercebat vir in reliquo quidem non ingenerosus, atque eximia pietate praeditus, ut persecutio tum temporis exorta, & acris aduersus eum suscepta contentio perspicue declarauit, sed tamen in Basilio humani aliquid passus. Neque enim viles tantum & plebeios, sed etiam praestantissimos quosque viros Mōmus attingit: ut solius Dei sit, omni peccato atque animi perturbatione vacare. Ergo aduersus eum concitatur Ecclesiae pars selectior, & sapientior: si modo sapientiores habendi sunt, quam reliquum mortalium vulgus, qui se

EUSEBIUS CVM BASILIO SIMILITATE.

Annal. Eccl. Tom. 4.

C 2

iplos

ipfos à mundi confortio segregarunt, ac vitam suam Deo consecrarunt: Nazaraeos nostras dico, atque in huiusmodi res præsertim maxima animi intentione incumbentes: qui turpe & indignum esse arbitrati, principis sui contumeliam, repulsaq; iniuriam dissimulante ferre, periculosum facinus aggrediuntur. ] Intelligit more suo Gregorius per Nazaraeos, monachos: quorum cum dicit principem fuisse Basilium, plane significat iam ante hoc tempus, cum adhuc Cæsariensis Ecclesiæ presbyter esset, arripuisse vitæ monasticæ institutum, quod postea ( vt dicemus ) perfecit in Ponticis solitudinibus.

Quid autem iidem monachi in Eusebium infensi moliti sint, mox subdit: A magno & seditionis experte Ecclesiæ corpore deficere, seque abrumpere constituunt: non exiguam quoque multitudinis eius partem amputantes, tam eorum qui plebeio ordine censebantur, quam eorum qui magistratus gerebant. Id autem ob tres causas, easq; firmissimas, perfacile erat. Primum enim Basilium tanta apud omnes veneratione erat, quanta haud scio an quisquam nostræ ætatis philosophorum, eamque vim habebat, vt cohorti suæ, si voluisset, animos ac fiduciam afferre posset. Deinde qui negotium illi facebat propter tumultum in ipsius electione coortum, ciuitati suspectus erat, vt non magis ritè ac legitime, quam tyrannicè præfecturam consecutus. Postremo aderant Episcopi quidam ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant. ] Intelligit Gregorius de Eusebio Vercellensi Episcopo, & Lucifero Calaritano, qui cum tunc essent in Oriente exules, Iuliani indulgentia in Constantij odium liberati, Apostolica functione eos qui in Arianam hæresim lapsi essent, ad Ecclesiam Catholicam reuocare, prouincias circum-euntes satagebant. Quid autem in tanta rerum perturbatione præstitit Basilium, idem Gregorius institutam prosequens orationem docet his verbis:

Quid igitur præclarus ille & Pacifici discipulus? Nec enim iis qui contumeliam ipsi inferebant, aut qui ipsius partibus studebant, obluçtari poterat: nec illius erat dimicare, aut Ecclesiæ corpus lacerare, alioqui etiam bello vexatæ, atque ab hæreticis, penes quos tum summa rerum erat, in periculum adductæ: simul etiam consultoribus nobis, sincerisque monitoribus ea in re vsus, nobiscum hinc profugus in Pontum secedit, pietatisque gymnasia, quæ in illis locis erant, moderatur, atque cum Helia & Ioanne summis philosophis solitudinem amplectitur. ] Hæcenus Gregorius de transmigracione sua atque Basilij in Ponticas solitudines, de quorum vitæ instituto agemus anno sequenti. Cum igitur ex his liquido constet, non nisi post creationem Eusebij Episcopi Cæsariensis Basilium & Gregorium petiisse Ponticas solitudines, erroris arguitur Gregorius presbyter in vita Gregorij Nazianzeni, dum ait, id Constantij Augusti temporibus contigisse. Interea vero cum Eusebius Basilio infensus Gregorium demulcere studeret: haud his acquiescens

QVAS MONACHOS IN AFRICA.

BASILII ET GREGORII PRO-FUGIUM IN PONTUM.

Greg. ep. 20

GREGORII EPISTOLA AD BASILIUM.

GREGORII ABDAR-GVIT EVSEBIUM.

Gregorius, quæ esset ea in re animi sui sententia, hæc datis ad eum litteris libera fronte significauit: Quoniam mihi cum eo viro sermo est, qui nec mentiri amet, & in altero mendacium omnium acutissime deprehendat, quantumuis callidis multiplicibusq; labyrinthis obuoluatur. Atque insuper ne mihi quidem fucus & simulatio placet ( dicam enim, etiam molestius sit ) tum à natura ita comparato, tum à Scriptura instituto atque informato. Idcirco quæ animo occurrunt, scribo. Actum meam dicendi libertatem in bonam partem accipias, velim: aut certè parum æquus in me eris, libertatem mihi adimens, cogensq; conceptum merorem velut morbum quemdam malignum & supputridum in me ipso me continere. Ornari quidem me abs te, lætor ( siquidem homo sum, vt prius dixi, quispian ) atque & ad Concilium & ad conuentus spirituales vocari. Verum contumeliam E charissimo fratri Basilio à tua pietate illatam esse, atque etiam num inferri, molestè sero, vt pote quem & vitæ & studiorum, excellentissimæq; philosophiæ focium & iam elegi, & nunc habeo, nec quicquam ob iudicium de eo meum succensèo: sic enim parcius loqui præstat, ne alioqui ipsius virtutes prædicans, me ipsum laudare videar. Tu verò, dum eo contemto, nos honore prosequeris: perinde mihi facere videris, ac si quis vnus viri caput altera manu demulceat, altera malam feriat, aut etiam conuulsis domus fundamentis, parietes depingat, atque externas partes exornet. Proinde si quid mihi obsequendum putabis, hoc facies: vt autem obsequaris, abs te peto atque contendo: æquum est enim, si illum, vt par est, colueris, ipse quoque ab eo vicissim obseruaberis. nos autem sequemur, quemadmodum vmbra corpora, vt pote parui, & ad pacem præclares. Non enim ita misero statu res nostræ sunt, vt cetera quidem philosophari, partique excellentiori ad-

iungi

A iungi velimus: ceterum dilectionem, quæ totius doctrinæ nostræ caput est, contemnamus, ac pro nihilo ducamus: idque erga virum sacerdotio insignem, tantaque virtute præditum, quem & vitæ & doctrina & ætate, omnium quos nouimus, præstantissimum esse censemus. neque enim mæror, quo affecti sumus, veritati tenebras offunder. ] Hæcenus Gregorius ad Eusebium: & quidem Christiani philosophi libertate hæc sunt digna: quæ tamen in deteriore partem ab illo accepta esse, posteriores eiusdem Gregorij datæ litteræ significant.

Quod verò ad Basilium spectat, haud inuitus oblatam arripuit occasionem secedendi in solitudinē, quam diutius exoptasset: de suo enim mentis proposito, & quo modo veluti quibusdam passibus atque vitæ gressibus, ad summum hoc Christianæ vitæ culmen peruenerit, ipse in epistola ad Eustachium scripta declarat his verbis, totius vitæ suæ vsque ad illud tempus veluti epitomen texens: Ego, inquit, postquam multum temporis vanitati impendissem, & omnem prope iuuentutem inani studio attriuissem, quo tenebar, cum apprehendendis infatuatæ à Deo sapientiæ disciplinis immorabar: tandem aliquando, vbi velut ex græui somno expergefactus, ad Euangelicæ veritatis admirabile lumen respexi, agnouique inutilitatem sapientiæ principum huius sæculi, qui abolentur, deplorata plurimum miserabili vitæ mea, ductorem mihi dari optabam, qui ad pietatis me dogmata introduceret: & cum primis hoc mihi curæ, vt morum correctionem aliquam instituerem, quos per diutinam consuetudinem cum improbis cõtractam pernerteram. Lecto itaque Euangelio, animaduersusq; illic, quod plurimum occasionis & momenti afferat ad perfectionis studium, si quis bona sua vendat, deque illis egenis fratribus communicet, & profus nulla teneatur huius vitæ cura, nec patiatur mentem suam aliqua rerum præsentium affectione turbari: optabam dari aliquem ex fratribus, cui istud vitæ genus arideret, quo cum vna profundum vitæ huius pelagus superare liceret. Inueni sanè multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Ægyptum: deinde & alios in Palæstina, & in Cælo Syria, & Mesopotamia, quorum admiratus sum tum in seruanda dieta temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam, ad quorum obstupui precandi vigorem & constantiam: cum obseruarem, quo pacto nec somno victi, nec aliqua alia naturæ necessitate deflexi, sublimentem semper & inuictum animi sensum in fame & siti, in frigore & nuditate seruarent, nec corporis rationem habentes ipsi, nec ab aliis aliquid illi curæ impendi sustinentes; sed quasi in aliena carne degerent, ipso opere ostendentes, quid sit in rebus vitæ peregrinum esse, & conuersationem in cælo habere. Cum illa admirarer, vitamq; virorum illorum ob id beatam iudicarem, quod ipso opere se mortificationem Iesu circumferre declararent: cupiebam & ipse, quantum mihi possibile esset, illos æmulari.

Huius itaque gratia vbi videbam quosdam in patria mea illorum institutionem sectari ccepisse: commoditatem aliquam reperisse me ratus, inuisibilem animi affectum in his quæ videri possunt, experimentum cepti. Quoniam igitur quæ in vnoquoque nostrum occulta sunt, dignosci nequeunt, satis indicij ad declarandam animi humilitatem esse putavi, si humili veste induerer, sufficereque mihi ad faciendam eius rei fidem, crassum ac rude pallium, & zonam, & è rudi corio calciamenta, &c. ] Porro tunc credimus Basilium lustrasse Ægypti solitudinem, cum postquam Athenis reuersus est in patriam, conuenturus Eustachium Christianum philosophum, Alexandriam venit, vt ipse in epistola ad eum scripta testatur.

E Qui igitur cum quæretur ad Episcopatum Cæsariensem, improvisa fuga sibi consuluit, & creato Eusebio Episcopo sibi parum æquo, vnà cum Gregorio Nazianzeno petiit Ponti siluas, à suis Cæsariensibus magnis studiis, re comperta, litteris reuocatur: cum ipse apologeticam ad illos dedit de sua discessione epistola, in qua hæc in primis ad eos: Sæpenumero admiratus sum, quidnam animos vestros erga nos affecerit, & unde sit quòd tantopere à nostra mediocritate tam modica & exili, nullaque in re amabili, superamini, vt scriptis nos per amicitia & patriæ commemorationem adhortemini, & vt profugos filios assolent parentes, paternis ad vos viscibus reuocare conemini. Ego quidem nos profugos esse factos, fatcor, neque negauerim: causam autem fugæ iam ipsi nostis, si quidem cupitis. Ea verò potissima est, quod tum cum essem apud vos ex inopinato percussus, quemadmodum si quispiam repentinis terræ motibus consterneretur, animi considerationes haud cohibui, sed procul aufugi, multumque temporis mansi separatus à vobis.

Greg. Naz. ep. 169. edit. noua. Phrif.

Basil. ep. 79

BASILII VITAE MONASTICAE IN ÆGYPTO RATIO.

Basil. epist. 165.

BASILII EVSEBIO RATIO

Basil. epist. 144.

LIBANIUS LAUDAT BASILIUM.

EXIIT APUD BASILIUM EPIS. I. 3. EPISTOLA LIBANI AD BASILIUM.

GREGORIUS NAZIANZ. SEQUITUR BASILIUM.

Greg. Naz. in carmine de vita sua.

Greg. Naz. epist. II. CAUSA SVSCEPTI PRESBYTERIATVS.

vobis. Postea vero subiit animum meum desiderium quoddam diuinorum dogmatum, & quae circa illa versatur philosophia. Quo enim aliquo pacto possem: quo, inquam, aliquo pacto possem ego vna nobiscum inhabitantem domare malitiam? O si mihi datur Laban quisquam, qui me liberet ab Esau, ducatq; ad caelestis vitae philosophia, &c.] haec Basilius de fuga sua & secessionis in eremum ratione: cum alioqui iamdiu ante, Caesarea cum esset, vt diximus, vitam monasticam excoluisset: quod & ex iis patet, quae ad eum scripsit Libanius sophista, qui (vt dictum est) summa pollebat apud Iulianum aestimatione: cuius pariter litteris significatur, praestantem virtutibus etiam in adolescentia semper viguisse Basilius, secundum ea quae de ipso testatus est quoque Gregorius Nazianzenus. Vt intelligas, quae ab ipso ad Eustachium scripta modo retulimus, magna animi summissione esse locutum: vt qui putauerit, omnem superioris vitae suae institutionem, comparatam sublimiori illi Angelorum vitae haud impari in eremo viuendi generi, fuisse penitus solutissimam.

Sed reddamus hic verba Libani ad Basilius haec post alia scribentis: Ego, namque, quem tui putas oblitum, iam olim te, cu adhuc adolescens esses, dilexi, propterea quod te viderem temperantia ita praeditum, vt cum senibus quoque decertares: idque in ea ciuitate quae voluptatibus scateat: deinde & disciplinarum iam magnam esse partem consecutum. Quoniam vero operapretium esse putas, vt & Athenas videres, idq; & Celfo persuaseras: gratulabar Celfo, quod amicitiae tuae esset coniunctus.] hunc illum puto intelligendum esse Celfum, cuius nuper ex Ammiano meminimus, qui Athenis Iuliano probe notus, ab eodem insignitus fuerat amplissima praefectura provinciae Cappadociae. Sed prosequitur Libanius: Posteaquam vero reuersus esses & in patria constitutus: ad me ipsum. Quid nunc, aiebam, molitur nobis Basilius, & ad quod vitam genus sese contulit: An in forensibus actionibus versatur, veteres illos rhetores amulatus: vel diuitum liberos in rhetorica instituit: Cum vero venissent quidam nunciantes multo te potiore viam ingressum esse, hocque spectare magis quomodo Deo reddaris amicus, quam quomodo diuitias colligas: & te felicem esse dicebam, & Cappadocae: te quidem, quod malueris talis esse: illos vero, qui talem potuerint exhibere ciuem.] haec Libanius, licet Ethnicus, laudator tamen arrepti vitae propositi a Basilio: quem quanti fecerit atque coluerit, dicturi sumus inferius. Iam puto, ex his quoque intelligas, quanto deteriores sint Ethnicis haeretici nostri temporis vitae monasticae detrahentes.

Quod vero ad eius sodalem & in eremo collegam Gregorium spectat, ipse quoque, qui hoc diutius meditatus erat, sed tamen parentibus cum assideret senibus (vt ipse testatur) fuerat detentus & impeditus: mox liber, illis relictis, Basilius est consecratus: nam inde ei peropportuna manauit occasio, quod germanus eius Caesarius, relicta praefectura, qua fuerat a Iuliano donatus, recedens ab aula (vt supra explicauimus) nobilitati purpura, nempe confessione decorus, in patriam remeauerat: in quem Gregorius mox sui familiaris parentumq; curam reiecit. Sed & nec passus est teneri se Gregorius vinculo spirituali, quo patereum deuinxerat, nempe sacro ordine presbyterij, cuius ipse meminit illis versibus:

Nam me pater, quamuis nosset plane meam Sententiam (qua causa motus, nescio: Paterni amoris forsam beneuolentia: Vehemens potestati iunctus est amor) Et vinculis me spiritualibus constringeret: Bonis, me participem faceret, maxima Vi permouens solio secundo collocat, &c.]

narrat deinde suum accessum post haec in solitudinem. Contigisse plane videtur eiusmodi initiatio Gregorij eodem tempore cum ordinatione Basiliij: nam ad eum tunc scribens haec ait: Ac tu quoque captus es, quemadmodum nos quoque qui haec scribamus: quando quidem in presbyterorum ordinem inuiri adscripti sumus: nec enim a nobis expectabatur: nam vterque alteri, si alij quiquam, locupletes esse testes possumus, quam nobis cordi esset pedestris philosophia, humiq; depressa. Verum hoc non fieri fortasse quidem praestitisset (quoniam alio verbo vtar, incertus sum, quoadusque Spiritus sancti consilium dispositionemq; perspectam habuero) quoniam autem factum est, ferendum mihi videtur, ac praestitum propter hanc tempestatem multas nobis haereticorum linguas inue-

EA

Greg. in car. de Vita sua. GREGORIUS DE BASILIO DESIDERIVM.

Greg. ors. in funero patrie.

Greg. epist. 4. EPISTOLA GREGOR. AD BASILIUM.

Ruffin lib. 2. cap. 9.

PRIMA SECTIO GREGORII. Greg. Naz. orat. in plag. grand.

Basil ep. 64.

VIDE GREG. AD BASILIUM LV. DENIS.

Greg. epist. 6 recentioris editionis.

A inuicentem: nec eorum, qui nobis fidem habuerunt, spes fallenda, nec superior vita nostra dedecoranda.] haec Gregorius.

At licet hisce spiritualibus compedibus teneri videretur adstrictus: haud tamen va-

luit retardari, quin Basilius sequeretur: quod ipsemet his versibus indicat: Verum hanc moleste adeo tuli tyrannidem (Nequeo enim eam appellare alio nomine), Sanctus quidem velim mihi ignoscat Spiritus) Vt mox amicis derelictis omnibus, Parentibus, cognatis, atque patriis, Instar bonis flagello forte perciti, In pontum abirem, quae siturus remedium Doloris ex amici consuetudine) Plane viri diuini, qui istic cum Deo Sub nube agebat, vt alter Moyses: Hic erat Basilius, viuens cum Angelis modo.]

B

haec Gregorius: quibus etiam significatur, praecessisse Basilius, ipsum vero Gregorium postea subsecutum; detentum nimirum matris Nonnae periculosa aegritudine, ex qua tandem (vt ipse pluribus tradit) miraculo plane conualuit. Cum vero a Basilio, vt aduentum suum maturaret in Pontum, sollicitaretur, sic ad illum rescripsit:

Vt expleatur quod iubes, partim in nobis situm est, partim autem, & quidem potissimum, vt opinor, in tua pietate: in nobis quidem cupiditas, animiq; promptitudo: nam nec alias vquam congressum tutum, societatemque fugimus, sed semper consecrati sumus, & nunc cum ardentius expectamus: in tua autem sanctitate, vt res nostrae melius constituantur. Assidemus enim dominae matri, graui iam pridem morbo laboranti. Quod nisi eam ancipiti vitae statu deserturi simus, tua praesentia, mihi crede, diutius non carebimus. Tantum precibus tuis partim illius valetudini, partim itineri nostro succurre. haec ad Basilius Gregorius. Exigebat id ille importunus, & quidem ex pactis conuentis olim, cum ambo simul essent Athenis. At ex his omnibus, aliisque eorundem epistolis in primis redarguitur erroris Ruffinus, cum ait, per Gregorium Basilius e cathedra publice profitentem abstractum atque perductum in solitudinem: cum exploratissimum habeatur, primo Basilius, inde Gregorium saepe ab eo vocatum, Ponticam solitudinem petiisse: Ceterum vt migrationis vtriusque certior ratio habeatur: quantum ex epistolis inter se vltro citroque datis colligere licet, illud in primis reperimus, Gregorium primo secessisse in rus paternam, nomine Arianzum, locum sui natalitij, qui quidem locus, vt auctor est Niceas eiusdem Gregorij interpret, situs erat in ea regione provinciae Cappadociae, nomine Tiberina. Quo tempore Basilius ob tumultus occasione Eusebij Episcopi Caesariensis obortos, Caesarea recedens, Neocaesarea in Ponto ciuitatem quasi ad portum confugit, inde in proximam commigraturus eremum. Erat namque ciuitas paternum solum, vbi a cunabulis assueuerat. testatur id ipse ea epistola, quam ad ciues Neocaesareae scripsit, vbi inter alia: Ego cum propter loci huius consuetudinem, qua illi a puero assueui (hic enim a nutrice mea educatus sum) tum propterea quod postea quoque saepenumero hoc in loco versatus sum, quem, cum vrbanos tumultus fugerem, & propter solitudinis silentium ad philosophiae studium commodum illum esse scire, complures continuos annos incolui, & propter iam inhabitantium securitatem, breuem aliquam in negotiis, quibus distinebamur, respirationem adeptus, cum gaudio solitudinem hanc accessi, non vt alius hinc quicquam negotij facerem, sed vt desiderio meo morem gererem.] hucusque Basilius.

D

Ceterum vt migrationis vtriusque certior ratio habeatur: quantum ex epistolis inter se vltro citroque datis colligere licet, illud in primis reperimus, Gregorium primo secessisse in rus paternam, nomine Arianzum, locum sui natalitij, qui quidem locus, vt auctor est Niceas eiusdem Gregorij interpret, situs erat in ea regione provinciae Cappadociae, nomine Tiberina. Quo tempore Basilius ob tumultus occasione Eusebij Episcopi Caesariensis obortos, Caesarea recedens, Neocaesarea in Ponto ciuitatem quasi ad portum confugit, inde in proximam commigraturus eremum. Erat namque ciuitas paternum solum, vbi a cunabulis assueuerat. testatur id ipse ea epistola, quam ad ciues Neocaesareae scripsit, vbi inter alia: Ego cum propter loci huius consuetudinem, qua illi a puero assueui (hic enim a nutrice mea educatus sum) tum propterea quod postea quoque saepenumero hoc in loco versatus sum, quem, cum vrbanos tumultus fugerem, & propter solitudinis silentium ad philosophiae studium commodum illum esse scire, complures continuos annos incolui, & propter iam inhabitantium securitatem, breuem aliquam in negotiis, quibus distinebamur, respirationem adeptus, cum gaudio solitudinem hanc accessi, non vt alius hinc quicquam negotij facerem, sed vt desiderio meo morem gererem.] hucusque Basilius.

E

Gregorius igitur cum ageret in Tiberina, Basilius sollicitabat, vt ad se veniret, ac quam condixerat vitam Christianae philosophiae conciliatricem ibi vna simul agerent. Basilius contra ioco agens, laudatam a Gregorio Tiberinam falsis iocis est infectatus: lutosam namque esse, & velut in barathro constitutam, scriptis ad eum litteris infamabat: idq; eo plane consilio, vt e patrio solo Gregorium diuellere posset, atque ad Ponti deserti loca pelliceret. Desiderantur illae quidem eo argumento a Basilio scriptae litterae: verum ex iis quas ad ipsum Gregorius reddidit, quales fuerint, facile assequi possumus: quae cum perbreues sint, eas hic in gratiam lectoris reddere, dignum duximus, sunt autem huiusmodi:

Non

Non fero mihi Tiberinam obici, atque huius loci glaciem & hiemes (o vir luti admō-  
dum expers, summisque pedibus incedens, & tabulas calcans, ac pennare & pendule, si-  
mulque cum Abaridis sagitta delate) ut cum Cappadocia patriam habeas, Cappadociam  
fugas. An vero iniuriam vobis facimus, quod cum ipsi palleatis, atque angustū quid-  
dam spiretis, Solemque ad certum modum accipiat: nos contra pingues & nitidi sumus,  
& saturamur, nec vilius loci angustiis circumscribimur? At vero hæc vestra sunt. Deli-  
cious enim indulgetis, & opibus polletis, & in foro versamini. Hoc minime probo. Quo-  
circa vel lutum nobis exprobrare desine (nec enim tu vrbē condidisti, nec nos hiemem)  
vel nos tibi pro luto caupones offeremus, & quicquid turpe & improbum vrbes ferunt.]  
Hactenus ad Basilium Gregorius.

Cum verò è Neocæsariensi in Ponto ciuitate, in ipsam Ponti montium solitudinem se  
Basilium contulisset: ut Gregorium adhuc in Tiberina regione commorantem inde di-  
uelleret, & ad se alliceret, illam tunc ad eum dedit epistolam<sup>a</sup>, qua locum ipsum ad  
commorandum delectum cum describit, ac velut in tabula pingit, pluribus laudibus ce-  
lebrat, adeoque ad institutum accommodatum, ut nihil sit, quod possit Tiberina cum illo  
aliqua saltem ex parte conferri, vnde & illud habet in fine: An non igitur animaduert-  
tis, quos periculi ego stultus venerim, cum huiusmodi sedem cum Tiberina, hoc est orbis  
barathro, commutare studerem? ] hæc idcirco Basilium, quod illi iam penè Gregorius  
suasisset, vnā secum in Tiberina vitam ducere solitariam. Sed Basilium ei, ut Tiberinam  
relinqueret, persuadet, & in eremum Ponticam commigraret. Gregorius verò hisce iocis  
asperam cum Basilij epistolam accepisset, resertas iocis itidem ad eum litteras reddi-  
dit<sup>b</sup>, quibus veluti Pausonij conuersa tabula, eundem à Basilio descriptum Ponticæ eri-  
mi locum delectum, horridum, asperum, sterilem, ac ferarum potius quam hominum,  
vel damnatis præscriptam sedem ad habitandum, esse demonstrat. Extant quidem am-  
bæ ipsorum eadē tum scriptæ litteræ, quas licet sæpè perlectas rursus legens magnam  
ex eis capio animi voluptatem. Ceterum de loco à se ad monasticæ vitæ institutum de-  
lecto, haud falsa videri potest iactasse Basilium. vbinam autem in Ponti regione locus il-  
le siticus, cum diu peruestigarem, reperi tandem fuisse ad ripam Iris fluminis haud  
ignobilis: nam ipse Basilium ad Eustathium scribens, hæc habet<sup>c</sup>: Sæpenumero nos, vbi  
ad fluuium Iridem degebamus, inuisisti, cum mecum esset Deo dilectissimus frater  
Gregorius, & ad eundem mecum vitæ scopum contenderet. ] locus autem ille, vbi  
consecravit Basilium, Mataza nomine dicebatur, de quo ipsemet<sup>d</sup> meminit ad eundem  
Gregorium scribens.

Porro quales esse solent regiones, quas Iris amnis interluit, satis erit vno teste<sup>e</sup> Stra-  
bone, hic referre: qui cum fluminis ortum in Pontica regione, & ad mare Euxinum exi-  
um accuratè describit, hæc de ipsis, quas allabatur, regionibus: Hac de causa, inquit, pla-  
nities hæc semper rosca est, & herbis viret, sufficitque alendis bouum & equorum ar-  
mentis, sementem plurimam excipit elymi atque milij, atque adeò numquam frugibus  
destituitur: nam aquarum copia quauis siccitate est valentior. Itaque fames numquam  
ad istos homines pertingit, cum montana etiam tantam abundantiam præbeant sponte  
sua nascentium & siluestrium fructuum vitis, pyri, mali, & eorum quæ sunt de genere  
nucum: ita ut toto anni tempore largiter decerpere fructus possint, qui in siluas eunt:  
cum alij etiamnum de arboribus pendeant: alij in foliorum, quæ defluerunt, strue co-  
piofa & densa, iacencia inueniantur, omnis etiam generis venationes in frequentissimo  
sunt vsu ob fertilitatem soli. ] hactenus Strabo: ex quibus apparet, potiora fuisse iura  
Basilij, quam Gregorij. Ceterum erant hæc omnia amantium cauilli, dulcedine magna  
compositi, iocisque festiui periucundo lepore conditi: cum nihil penes Gregorium anti-  
quius esset, quam ipsum Basilium conuenire, atque vnā cum illo (quod in optatis diu  
fuit) reliquum vitæ tempus insolubili nexu transigere, & disciplinam monasticam pro-  
fiteri, nec amplius aliquo casu ab illo diuelli. Quod & incunctanter præstitit, ut dixi-  
mus, ipsum euestigio consecutus. Nam ut in oratione in laudem Basilij scripta testatur,  
adeò modico temporis interuallo post ipsum Basilium eandem Ponti eremum petiit, ut  
vnā cum ipso eo se profectum esse testetur, cum ait: Consultoribus nobis, sincerisque; mo-  
nitoribus ea in re vsus, nobiscum hinc profugus in Pontum secedit, pietatisque; gymnasia,  
quæ in illis locis erant, moderatur. ] hæc ipse: ex quibus illud intelligas, etiam ante Ba-  
silij illuc aduentum, apud Ponti solitudines iam quædam esse cepisse habitacula mo-  
nacho-

BASILIUS  
ABEREMO  
PONTICA  
VOCAT GRE-  
GORIVM.  
<sup>a</sup> Apud Greg.  
epist. 6.

<sup>b</sup> Greg. epist. 7.

LOCVS ER-  
MIS BASI-  
LII.  
<sup>c</sup> Basil. epist.  
79.

<sup>d</sup> Apud Basil.  
epist. 120.

<sup>e</sup> Strabo li. 12.

A nachorum: quod & Basilium ipse testatur ea epistola, quam scripsit ad Eustathium<sup>a</sup>. Sed  
de his postea dicturi sumus.

Rursus verò, quod etiam ad tempus spectat horum profectio in Pontum: & illos  
quidem errare, certum est, qui dixerunt eam contigisse viuente adhuc Constantio Impe-  
ratore: nam cum nonnisi post Eusebij electionem id factum sit, liquidò constat non an-  
te Iulianum Imperatorem extitisse, cuius tempore certum est, Eusebium ad Episcopa-  
lem Præfecturam fuisse euectum. Quæ autem attinent ad ipsorum vitæ institutum, in-  
ferius explicabimus. Nunc ad res gestas Iuliani in diuersas Ecclesias debacchantis redca-  
mus, denuò opportuniori tempore Gregorium & Basilium inuisuri.

Quid interim in vicina Cappadocia prouincia Galatia actū sit aduersus Basilium An-  
cyræ presbyterum, operæpretium est enarrare: refert sic Sozomenus<sup>b</sup>: Basilium, inquit  
B religionis Christianæ persequens, quadiu regnauit Constantius, tamdiu Arianis dum-  
taxat impugnantis operam nauauit, & eam ob causam sententia & decreto Eudoxiano-  
rum contentus agere, prohibitus est. Sed vbi Iulianus solus administrabat Imperium, va-  
ria circuiuit loca, quò sedulo hortaretur Christianos, ut suæ religioni mordicus adhære-  
scerent, & ne Gentilium victimis se & libamentis polluerent, proq. nihilo ducerent ho-  
nores ab Imperatore sibi delatos: eos enim ad tempus solū durare, & ad extremum  
mercede sempiterni exitij remuneratum iri. Dum ista sedulo molitur, non in suspicio-  
nem solū à Gentilibus, sed etiam in odium vocatur. Stansque in loco publico, & videns  
eos hostias immolantes, grauer ingemiscit: orat Deum, ut nullus Christianus illo er-  
rore capiatur. Ob quam causam illicò comprehensus traditur Præsidi prouinciæ: atque  
in singulis certaminibus multa perpeffus tormenta, constanti animo ac virili martyrium  
sustinuit. Atque tamen ista quidem hoc modo præter Imperatoris Iuliani sententiam  
acciderunt (haud enim patiebatur gloria martyrij adeò celebris decorari Fideles) tamen  
constat, alios non paucos, eoque generosos viros, eo regnante, atque adeò volente, mar-  
tyrio occubuisse. De quibus omnibus, licet variis temporibus martyrium subierint, vno  
tamen loco, quo planior feret historia, pariter disserimus. ] hucusque Sozomenus.

Porro Basilij presbyteri Ancyranus, tam Græcis, penes quos passus est, quam Latinis  
anniuersaria diei natalis, vndecimo Kalendas Aprilis, publicis scripta tabulis in Eccle-  
sia memoria perseuerat. Et ne quæpiam vel leuis suspicio tangat de eius gentili: Basili-  
o item dicto, eiusdem Ancyra ciuitatis Episcopo, quæ Arianae blasphemæ fuisse acer-  
rum defensorem; Tertio Annalium tomo sæpius demonstratum est: meminisse de-  
bes, lector, cuiusmodi serupulum nos dimouisse in Notationibus ad Romanum Martyro-  
logium, vbi Sozomeni<sup>c</sup> auctoritate demonstrauimus, post obitum Iuliani, tempore Io-  
uiani Imperatoris ipsum Basilium Episcopum fuisse superstitem, atque recantasse pali-  
nodiam vnā cum aliis, oblato Iouiano Imperatori libello, quo professus est se Nicænae  
fidei assertorem. ex quo perspicuum redditur, hunc Basilium presbyterum longè alium  
esse ab illo Ariano Episcopo Ancyrano. Passi quoque eodem Iuliani tempore Ancyra  
Melasippus, Antonius, & Carina leguntur: quorum dies natalis septimo Idus Nouem-  
bris, tam Græcis, quam Latinis est nota<sup>d</sup>.

Nobile etiam in eadem Galatia prouincia certamen exegit Philoromus presbyter, de  
quo hæc Palladius<sup>e</sup>: Hic eo tempore, quo Iulianus infelix tenebat Imperium, seculari-  
bus renunciauit rebus: magnaque idem interrogatus ab eo cum auctoritate respondit.  
Quem tunc ille, caluitie eidem prius facta, iussit à pueris verberari. Qui supplicium pla-  
garū patientissimè ferens, maximas ei gratias egit, sicut postea nobis & ipse referebat. ]  
ita de eius confessione Palladius: plura autem addit de vita monastica ab eo suscepta,  
mira ciborum abstinentia, suorumque animi motuum moderatione: quem adhuc, cum  
ea ipse scriberet, fuisse superstitem annos natum octoginta, tradit, cum iam obiisset re-  
ligionis causa longam satis peregrinationem: de qua sic ait: Pedestre iter omne confi-  
ciens, Romam vsque peruenit, atque in ecclesia S. Petri Paulique orationibus factis, rur-  
sum ad Alexandriam pedestris reueauit, vbi iterum preces fudit in basilica martyris  
Marci. Hierosolyma: verò secundo fuit pro honore sanctorum locorum, propriisque  
semper sumptibus & pedibus martyres sanctos in omnibus sufficienter honorauit. qui  
& ad nostram ædificationem sæpè dicebat, non se meminisse, quod vnquam sensibus  
suis à Deo fuerit separatus. ] hæc Palladius.

At Iulianus, qui absque villo Catholicorum aut hæreticorum delectu Christianum  
nomen

<sup>a</sup> Basil. epist.  
79.

IULIANI  
PERSCV-  
TIO IN GA-  
LATIA.  
<sup>b</sup> Sozom. lib. 5  
cap. 10.

BASILIUS  
ANCYRANI  
MARTY-  
RIVM.

DVO BASI-  
LII ANCY-  
RANI.

<sup>c</sup> Sozom. li. 6.  
c. 4.

<sup>d</sup> Memog. &  
Marty. Rem.  
ea dic.

<sup>e</sup> Pallad. in  
Lausiac. c. 31.  
PHILORO-  
MI CERTA-  
MEN.

nomen ubique infectaretur in omnibus; omnes cuiusvis sectæ Christianos in se prouocauit: atque adeo, vt hæretici quoque ei obniti magnis animis sæpè studuerint. Nam præter Marin Chalcedonensem Episcopum, de quo dictum est (ne digrediamur à Galatia, de cuius rebus tum gestis agimus) præclara admodum extitit Busris hæretici Enkratitæ confessio: de quo hæc Sozomenus<sup>a</sup>: Aiunt præterea Busrim Ancyrae, quæ est vrbs Galatiæ, nobile ac strenuum pro fidei confessione certamen confecisse: quem tum quidem hæresis Enkratitæ vocatum fautorem, Præses Prouinciæ illius, quod iuueniliter in ritus Gentilium insultauerat, comprehendit, cædereque verberibus constituit; atque in publicum locum ad equuleum deducens, sublimem suspendi iubet. Tunc Busris manibus ad caput sublatis, sua nudauit latera, & ad Præsidem dixit: non esse opus, vt lictores in ipso tum in equuleum tollendo, tum inde rursus deponendo, laborem frustra susciperent: se enim absque eorum opera, quo ille vellet modo, latera sua præbere torribus, paratum esse. Quam eius pollicitationem licet Præses admiraretur, tamen in experiendo multo magis obstupuit. Nam cum latera eius vnguibus tantisper lacerarentur, dum visum esset Præsidi; manibus ad cælum sublatis, patienter admodum tolerauit. Ac plagas libenti animo excipiens, in vincula postea coniectus est. Non diu autem post, cum nunciatum esset, Iulianum interfectum esse, inde dimissus est, & ad Imperium vsque Theodosij vitam propagauit, condemnataque sua priore hæresi, se ad Ecclesiam Catholicam recepit.] hæc Sozomenus.

<sup>a</sup> Sozom. lib. 5. cap. 10. BUSRIS CONFESSIO

<sup>b</sup> Ammianus lib. 22.

ADOLESCENS CHRISTIANVS CONTEMPTOR IDOLI. <sup>c</sup> Greg. Naz. orat. in Iulian.

Venerat Iulianus in Galatiam hoc anno circa mensem Septembrem, indeq; Pefinuntem Phrygiæ ciuitatem, memoria Matris deum apud Ethnicos celebrem: Vbi (inquit Ammianus<sup>b</sup>) venerato numine, hostiisq; litato & votis, Ancyram rediit. Eumq; exinde progredientem vltèrius multitudo inquietabat, pars violenter abrepta sibi reddi postentium, alij querentes consortiis se curiaru addictos iniuste, &c.] fuisse has querelas Christianorum constat ex iis quæ dicentur inferius, cum de promulgatis ab eo in Christianos legibus agemus. Quid autem in famosum idolum per Iulianum restitutum contumeliosè quidem, sed pie egerit Christianus adolescens; quæve tum ipse tum alter passi fuerint; & specimen inuidiæ constantiæ ediderint, Gregorius Nazianzenus narrat his verbis<sup>c</sup>: Nec his quidem iuuenibus sumus abiectiones, qui te imperante floruerunt. Ex quibus alter cum ob deorum tuorum Matrem contumeliosè vexatam, aramque dirutam, in iudicium quasi capitis reus abductus fuisset, vt victor ingressus est, purpuramque tuam & sermones tuos vt inanes & futiles effuso risu profecurus, cum maiori libertate & fiducia egressus est, non secus ac si à cœna & luculento conuiuio rediisset. Alter cum vngulis toto corpore altissimè impactis laceratus esset, vulneribusque oppressus ac penè confectus: D ab eo tamen tantum absuit, vt tormentis frangeretur, aut presentium dolorum quicquam graue & acerbum existimaret, vt posteaquam partem aliquam corporis à vulneribus intactam illæsamq; perspexisset, carnifices etiam ipsos accusaret vt contumeliosos, nec totum corpus decorantes, sed aliquod non concisum profanumque relinquentes: simul etiam tibiam ostenderet, velut solam vngularum expertem; cosque vt ne huic quidem parcerent, hortaretur.] hucusque Gregorius. Existimauit interpres, posteriorem hunc fuisse Theodorum, de quo, cum agemus de rebus Antiochenis, dicturi sumus. Sed quod plures sub Iuliano inuidiæ animi constantiæ specimen ediderint, nec in Theodoro quicquam huiusmodi legatur: vt hæc illi potius quam reliquis adscribantur, nulla quidem specialis ratio suppetit.

DE CALIXTINE SACERDOTE. <sup>d</sup> Iulian. epist. 21.

Quod rursus spectat ad Pefinuntis Matris deorum sacra: cum primum illa restituit E Iulianus, creauit in eis sacerdotem Calixenem, antea Cereris sacerdotio insignitam, summe laudatam inter ethnicas mulieres; ad quam extat hac de re eiusdem Iuliani<sup>d</sup> epistola, in cuius fine post alias laudes hæc habet: Tu, inquit, noli paruas has laudes ducere, pro quibus & dij omnes tibi meritas gratias relaturi sunt, & nos pro parte nostra te duplici sacerdotio ornamus, atque ad illud, quod antea habebas cum Cereris sanctissimæ, tum magnæ Matris Phrygiæ deæ in sacra Pefinunte sacerdotium adiungimus.] hæc ad eam Iulianus.

<sup>e</sup> Sozom. lib. 5. cap. 13. <sup>f</sup> Ammachius

Sed quid eodem ferme tempore in Phrygia itidè gestum sit, sic refert Socrates<sup>e</sup>: Erat quidam Meri vrbs Phrygiæ prouinciæ præfectus, nomine Amachius<sup>f</sup>: qui delubrum in ea ciuitate extinctum aperiri, sordesque in eo iam longo tempore coaceruatas expurgari mandauit, simulacraque in eo cultu & obseruantia profecutus est. Quod illius factum Christi-

A Christianorum animis acerbum incussit dolorem. Idcirco Macedonius, Theodulus, Tamar-  
titanus, zelo pietatis Christianæ inflammati, istam ægritudinem ferre non poterant; sed ha-  
granti erga virtutem studio præditi, noctu in delubrum irruunt, simulacra confringunt.  
Quo quidem facinore cum Præses grauius animo esset commotus, & propterea complu-  
res in ciuitate, qui criminis omnino erant expertes, neci dare contenderet: auctores faci-  
noris vltro se illi obtulere, proque veritate ipsi mortem multo maluerunt oppetere, quam  
ferre, vt alij ipsorum causa vitam amitterent. Quibus comprehensis, Præses mandatum  
dat, vt pro facinore ab ipsis admissio, se, simulacris immolando, purgarent: minaturque se  
illos, si istud facere recusarent, acerbis multaturum supplicio. Illi, vtpote excelsis & ma-  
gno animo præditi, neglectis eius minis, ad omnem cruciatum sufferendum se paratos  
ostenderunt: malueruntque multo magis vitam deserere, quam se sacrificiorum labe ipsos  
polluere. Præses igitur, vbi alii omnibus tormentorum generibus eos exercuerat, ad ex-  
tremum craticulis imponit, ignemque subdi iubet. quo quidem cruciatu oppressi, è vita  
migrare. Et quo rebus tam fortiter pro veritate abs se gestis insigne quasi fastigium im-  
ponerent; hæc sunt verba ad Præsidem elocuti: Si cupiditate duceris, Amachie, carnes  
affas degustandi, verte nos in altera latera, ne in ipso gustu tibi semiaffi videamur. Hunc  
isti vitæ habuerunt exitum.] hæcenus Socrates: eadem planè Sozomenus<sup>a</sup> & alij. Quorum  
memoria annua natali die perpetuo consecrata, pridie Idus Septembris, qualibet anni  
periodo Græcis & Latinis<sup>b</sup> publicè in Ecclesia agenda recurrit.

Antequam autem Iuliani profecionem Antiochiam persequamur (ne quid retrò re-  
linquamus intactum) de reliquis rebus tum in Propontide, tum in Thracia gestis profe-  
quamur orationem. Cyzicus in Propontide ciuitas commixta erat Christianis atque Gen-  
tilibus: Hi (inquit Sozomenus<sup>c</sup>) de rebus suis & de perficiendis deorum delubris Lega-  
ros ad Imperatorem mittunt: quorum curam ac studium in rebus sacris positum laudat  
ille quidem, & sua ipsis postulata concedit omnia. Eleusium autem illius vrbs Episcopum  
(quem inter Semiarianos profitentem diximus) in carcerem concludit, vtpote qui illorum  
fana vastasset, delubra affecisset contumelia, parasset ædes ad viduas alendas, monasteria  
sacris virginibus extruxisset, & Gentiles ad ritus patrios contemnendos induxisset. Inter-  
dixit præterea Iulianus Christianis peregrinis, qui cum eo erant, vrbs Cyzici introitu: cau-  
famque artulit, quod esset verisimile, eos religionis ergo seditionem concituros: quippe  
cum Christiani, qui in ciuitate habitabant, quique idem de Deo sentiebant, subsidio es-  
sent illis futuri, quorum nonnulli lanificio publico operam dabant, alij eudendæ monetæ  
artem exercebant. Qui cum essent quamplurimi, in duas numerosas classes diuisi erant,  
& ex veterum Imperatorum mandato vnâ cum liberis & vxoribus domicilia sua Cyzici  
collocabant, atque certum tributum quotannis arario publico pensabant, alij chlainy-  
des militares, nouam recentemque monetam alij.

Quamquam autem omnino secum statuerat Iulianus religionem Gentilium stabilire;  
tamen incitatus putauit esse, populum, qui victimas immolare noller, vel cogere vi, vel sup-  
plicio afficere. Tanta enim erat eorum multitudo, vt magistratus cuiusque ciuitatis ægre  
illorum numerum subducere, & in tabulas referre potuerint. Porro eos neque in vnum  
conuenire, neque pro arbitrio preces facere vetuit. Certò enim nouerat, res, in quibus  
conficiendis libera voluntate opus est, per vim numquam posse rectè geri. At verò cle-  
ricos & ecclesiarum Antistites vrbbus exigere maturauit: quorum ab ecclesiis absentia  
(dicam equidem quod verum est) moliebatur populi conuentus dirimere: ita vt ne-  
que conuenirent in vnum, neque doctores haberent, neque sancta perciperent myste-  
ria, denique vt temporis diuturnitate in suæ ipsorum religionis obliuionem venirent.  
Illudque simul considerabat, quod clerici populum ad dissidium inter se inducere pote-  
rant. Itaque cum in hunc modum perfecisset, vt neque seditio facta esset, neque vlla  
fieri expectaretur; Eleusium, & eos qui cum ipso erant, Cyzico exire iussit.] hæc Sozo-  
menus.

In Thracia autem ciuitate Hadrianopoli passi sunt Philippus Episcopus, Seuerus præ-  
sbyter, Eusebius, atque Hermes, qui post carceres & flagella incendio cremati sunt: quo  
gloriæ titulo natalis dies ipsorum penes Latinos ac Græcos in publicas Ecclesiæ tabulas  
relatus est, vndecimo Kalend. Nouembris<sup>d</sup>. His iungimus Æmilianum, de quo Theodo-  
retus<sup>e</sup>: Præterea Dorostoli, quæ est insignis vrbs Thraciæ, Æmilianus, inuictus Christi  
athleta, à Capitolino totius Thraciæ Præfecto in rogam coniectus est.] Meminit eiusdem  
Annal. Eccl. Tom. 4. D Æmi-

MARTY- RES PHRY- GIES.

<sup>a</sup> Sozom. li. 5. <sup>b</sup> Menolog. <sup>c</sup> Mart. <sup>d</sup> Rom. ea die.

QVI D IN CYZICE- NOS IULIANVS.

CONATUS IULIANI IN CHRIS- TIANOS.

MARTYRES THRACES <sup>e</sup> Rom. Mart. <sup>f</sup> Menolog. <sup>g</sup> Theod. lib. 3. cap. 6.

Æmiliani S. Hieronymus in Chronico, aitque, Æmilianus ob ararum subuersionem Do- A  
 rostoli à Vicario incenditur. ] sed paulo fufius Græci in Menologio his verbis: Hic fuit  
 feruus cuiusdam Græci, temporibus Iuliani Apostatae, & Capitolini Præfidis: Cum verò  
 Christum coleret, & idola infectaretur, nactus opportunum tempus, arrepto malleo, in-  
 gressus in templum, idolorum simulacra omnia contriuit, & sacrificia disperfit, adiensque  
 Præfidem, seipsum denunciauit. quocirca verberatus, & in fornacem iniectus, spiritum  
 Deo commendauit. ] hætenus ibi. Ad hunc planè allufisse videtur S. Ambrosius<sup>a</sup>, cum  
 scribens ad Theodosium ait: Quot se offerre habent, tali optioni, cum meminerint, tem-  
 pore Iuliani, illum qui aram deiecit, & turbauit sacrificium, dānatum à iudice fecisse mar-  
 tyrium? ] hæc ipse. Quòd enim impudentia Iuliani in restituendo deorum cultu, erigen-  
 dis simulacris, instaurandisq; sacris, vbique feruefecerit, Spiritus Domini ad tam grandia  
 peragenda, procacitatemque Apostatae retundendam, complures Ierobaales<sup>b</sup> effecit, & ad  
 aras destruendas armauit.

<sup>a</sup> Ambros. epist. 19.

<sup>b</sup> Iud. 6.

<sup>c</sup> Zosim. lib. 3. IULIANVS VENIT AN TIOCHIAM. <sup>d</sup> Ammianus lib. 22.

<sup>e</sup> Zosim. lib. 3.

<sup>f</sup> Ammianus lib. 22.

<sup>g</sup> Zosim. lib. 3.

<sup>h</sup> Greg. Naz. orat. 2. in Iul. MISOPOGON IULIANI.

<sup>i</sup> Socrat. lib. 3. cap. 5.

At iam ad res Antiochenas transeamus, quæ hoc pariter anno gestæ esse noscuntur. Iu-  
 lianus igitur cum mensibus decem Constantinopoli (vt testatur Zosimus<sup>c</sup>) commoratus  
 esset, iam cogitans bellum Persicum, hiemare statuens Antiochiæ cum exercitu, illuc iter  
 tendens, recedit Constantinopoli: quam (inquit Ammianus<sup>d</sup>) reliquit incrementis maxi-  
 mis fultam: natus enim illic, diligebat eam, vt genitalem patriam, & colebat. ] Potestatem  
 enim (ait Zosimus<sup>e</sup>) vrbi fecit habendi Senatus, vt in vrbe Roma. Simul portum ei maxi-  
 mum struxit, qui naues ab Austro periclitantes ab iniurijs defenderet; vna cum porticu,  
 quæ Sigma litteram potius quàm directam formam refert, & ad portum deducit. Itidem  
 ædificata in regia porticu bibliotheca, & in ea repositis libris, quotquot habebat, ad geren-  
 dum Persicum bellum sese parabat. Vbi decem totos menses Byzantij commoratus esset, C  
 Hormisdam & Victorem Duces constituit, eisque cohortium Præfedis & exercitibus tradi-  
 cis, Antiochiam profectus est. Quanta quidem cum tranquillitate ac religione eorum  
 hoc iter confecerint milites, non est necesse dicere. ] redigit ipsum iter Ammianus<sup>f</sup>. Zosi-  
 mus<sup>g</sup> autem hæc addit: Antiochiam ingressum perbenigne populus excepit: sed quòd  
 idem natura spectandorum ludorum cupidus esset, magisq; voluptatibus, quàm serijs ne-  
 gotijs deditus: non abs re prudentiam & modestiam Imperatoris in rebus omnibus ægre-  
 ferebat, qui & de theatris se subduceret & raro ludos, nec toto die spectaret. Itaque por-  
 tentosis quibusdam vocibus iactatis, eum pungebant. Imperator semet vlcifisci non  
 facto, pœna eis vlla irrogata, sed oratione quadam vrbanißima tam in ipsos, quàm vrbem  
 composita, quæ tantam in se cum irrisione continet acerbiter, vt vbique terrarum de-  
 ridendis Antiochenorum probris suffecerit. ] hæc Zosimus.

Hanc quidem orationem idem Iulianus (vt auctor est Gregorius Nazianzenus<sup>h</sup>) Mi-  
 sopogonem, & Antiochicam appellauit: in hoc vltimo titulo Dionem imitatus, qui ex  
 locis, vbi dictæ essent, nomen apposuit orationibus: quod factitarunt & alij: Qua (in-  
 quit ipse Gregorius) quid apud Christianos abiectius & contemptius? cui tum quidem  
 purpura magnitudinem afferebat, & palpones illi, qui tua omnia laudibus in cælum fe-  
 rebant. Nunc autem barba corrupta est & raprata, simulque cum ijs, à quibus elabora-  
 ta est, irrisa. ] intelligit, puto, Libanium rhetorem Antiochenum, scriptorem Iuliani (vt  
 dictum est) cognitorem & arbitrum: cum tamen & ipse Libanius eodem argumento duas  
 scripserit orationes, de quibus hæc Socrates<sup>i</sup>: Ex qua re Libanius sophista (hoc enim quo-  
 que nomine rhetores dicebantur) ansam ad scribendum arripens, tum orationem illam,  
 quæ ἀπεθεωτοῖτο: inscribitur, id est, qua Imperatorem pro Antiochenis exorauit, tum eam, E  
 quæ, Oratio ad Antiochenos de ira Imperatoris aduersus illos, dicitur, composuit. Fer-  
 rur, sophista illum has quidem confecisse orationes, in vulgus tamen minimè protulisse:  
 Imperatorem autem non re ipsa in eos, qui contumelijs ipsum affecerant, vindicando,  
 sed dicteria solùm retorquendo, iram suam posuisse: Nam oratione illa, quæ, Antiochica,  
 siue Misopogon, id est, Odium barbæ, inscribitur, ab ipso composita, ciuitati Antiochenæ  
 contumeliæ notas inussisse ad perpetuitatem. ] hæc Socrates. At secus accidit: nam sum-  
 mam inde Antiocheni laudem sunt consecuti. Sed quòd eadem oratione Iulianus nihil  
 aliud conatus sit, quàm philosophum ostentare: idcirco hæc mox Gregorius affirmat his  
 verbis: In qua, inquit, oratione tu quidem nomine valde intumescis, ac velut admirandum  
 quiddam profers, quòd in corporis cultu frugalitatem colueris, nec vllam vquam ex  
 ingluuie cruditatem contraxeris. quòd autem Christianos adeò acerbè infectatus sis,  
 tantamque

A tantamque gentem, tamq; sacram oppresseris; atque confeceris, consulto præteris. ] hæc  
 Gregorius de Misopogone.

Cur autem id fuerit ab eo nomen inditum orationi, & quibus ipse ad eiusmodi confi-  
 ciendam scriptionem impulsus fuerit, dicendū est. Cum enim Antiochena ciuitas Chri-  
 stianis referta esset, atque in Iulianum ob impietatem insensibilissima: vt primum illum  
 cum exercitu venientem excepit: quod aliter contemptum diuinum numen vindicare  
 ciues non possent: deridere eum scommatibus, dicteriisque profcindere aggressi sunt: at-  
 que in primis ab ipsius vultus specie, nempe à philosophica promissa barba aucupati sunt  
 ludibrij argumentum: vt eam ob causam illum nominarent hircum, vt pote præferen-  
 tem barbam hircinam, ex qua funis intorquendus esset: his addentes pleraque alia, qui-  
 bus eius impietas falsis derideretur dictis ac iocis. De quibus omnibus Ammianus<sup>a</sup>: Post  
 quæ, inquit, multa faceret in se dicta comperiens, coactus dissimulare pro tempore, ira  
 sufflatur interius. Ridebatur enim, vt Cecrops, homo breuis, humeros ostentans angu-  
 stos, & barbam præferens hircinam, grandiaq; incedens, tamquam Oti frater & Ephri-  
 altis, quorum proceritatem Homerus in immensum tollit; itidemq; victimarius pro Sa-  
 cricola dicebatur, ad crebritatem hostiarum alludentibus multis: & culpabatur hic<sup>b</sup> op-  
 portune, cum ostentationis gratia vehens licenter pro sacerdotibus sacra, stipatusque mu-  
 lierculis latabatur. & quamuis his, paribusq; de causis indignaretur; tacens tamen, mo-  
 tumq; in animi retinens potestate, solemnia celebrabat. ] sic ipse: atque hæc de barba &  
 alia quædam, iam cum iunior esset, & in Gallis militaret, ab aulicis Constantij obiectari  
 illi solita erant. vnde idem auctor superius<sup>b</sup>: in Palatio adulandi professores iam docti,  
 rectè consulta prospereq; completa vertebant in deridiculum, talia sine modo strepentes  
 insulse: In odium venit cum victorijs suis capella, non homo: vt hirsutum, Iulianum car-  
 pentes, appellantesque loquacem talpam, & purpuratam simiam, & litionerem Græcum,  
 & his congruentia plurima atque vernacula. ]

<sup>a</sup> DICTERIA IN IULIANI NVM.

<sup>b</sup> Ammianus lib. 22.

<sup>c</sup> Ammianus lib. 17.

Addit præterea Gregorius Nazianzenus<sup>c</sup>: Quid, inquit, prohiberet, quo minus nos  
 quoque Romanorum atque adeò Orbis vniuersi (quemadmodum ipse demonum frau-  
 de circumuentus existimabat) Imperatorem, eodem ludo vlciscentès, Idolianum voce-  
 mus, & Pysæum, & Adonæum, & Tauricremum, vt iam nonnulli quoque nostrum le-  
 pidi & festiui homines appellarunt (quandoquidem mira est huius rei facilitas) aliisque  
 omnibus nominibus, quæ vel inflectenda & commutanda, vel creanda, ac verè ipsi obii-  
 cienda nobis historia porrigit? ] hæc ipse. Porro dictum esse Iulianum Pisæum à Ioue Pi-  
 sæo, qui colebatur in Elidis, & Adonæum ob Adonidis festa, quæ ipse cum mulierculis  
 Antiochiæ celebrabat, omnes facillè intelligere existimamus. Tauricremum verò appel-  
 latum esse ob tauros plurimos ab eo immolari solitos, nemo non intelligit: Imperatorem  
 enim (inquit Socrates<sup>d</sup>) vt pote superstitione admodum obligatum, tauros ad simula-  
 crorum aras creberrimè exsacrificasse constat, & ob eam causam iussisse, vt ara & taurus  
 in ipsius numismate inciderentur. Quin etiam aliud eiusdem numisma taurum conti-  
 nuisse, ibidem Socrates tradit, qui mundum cornibus expugnaret. Sed huiusmodi nu-  
 mismata videre minimè licuit: quod verò reperimus tauro signatum, hic tibi formis  
 reddendum curauimus.

<sup>d</sup> Gregor. Naz. orat. 1. in Iul. NOMINA IULIANO IMPOSITA.

<sup>e</sup> Socrat. lib. 3. cap. 15.



<sup>f</sup> Acceptum numisma ab Angelo Brentano Rapinensi.

At hæc omnia & alia his similia, publica voluisse oratione refellere, & contra vulgi bla-  
 terationes dissera, vt sibi videbatur, oratione disserere, nec philosophi quidem, nec Im-  
 peratoris fuit officij: quorum alterius id fuisset muneris contemnere, deridere: alteri-  
 us verò dissimulare, & alia occasione populum ad seria quæque alia cogitanda neces-  
 sitate

frate compellere. At quid hic luculenta illa praestitit oratione? nihil prorsus, nisi (quod Ammianus ait) ut eos ad haec crebrius inculcanda & alia his addenda prouocaret: cum ea sit natura vulgi, ut in altercando minimè patitur verborum iaculis superari. effecit & illud egregie, ut quae iactata in auras inanes, si non aliter, temporis saltem spatio oblivione delenda forent, ex ea ab ipso conscripta oratione remanserint monumentis perpetuis consignata.

<sup>a</sup> Ammianus lib. 22.

<sup>b</sup> Iulianus in Misopog.

QVID DE SIA BARBA IULIANVS.

<sup>c</sup> Iulianus in Misopog. QUERELAE IULIANI IN ANTIOCHENOS.

<sup>d</sup> Iulian. ibid.

<sup>e</sup> Iulian. in Misopog. STVDIA ANTIOCHENORVM IN IULIANVM.

Quibus enim verbis se putauit abluere, illis se ipsum deformis infecisse, quis dubitat? ut cum peregre in eodem Misopogone de barba ait ironice: Me verò si maximè laudare vellem, non possem; at vituperare infinitis modis potero: & primum à persona ordiar. Huic enim, quòd, ut arbitror, natura non multum pulchritudinis ac venustatis dedisset, ipse morositate quadam & acerbitate animi longam istam barbam addidi, quasi poenas ab ea exigens, nulla quidem alia de causa, nisi quòd natura elegantior non fuisset. Ideo discurrentes in ea pediculos perfero, tamquam feras aliquas in silua: neque largè edendi & bibendi mihi potestas est: cauendum enim esse arbitror, ne imprudens pilos vnà cum panc deuorem. Nam de accipiendis dandisque osculis nihil laboro: tamen ad cetera & illud incommodi habere videtur barba, quòd non sinit pura puris eoque suauioribus (ut opinor) labris labra adiungere: quod olim etiam quidam vsurpauit, qui Panc & Calliope propitiis in Daphnem fecit poemata. At vos etiam funes ex ea neeti oportere dicitis. Equidem id vobis perlibenti animo concedam, modò pilos possitis extrahere, neque eorum asperitas vestras molles & delicatas manus offendat. ] sic ipse, qui & pluribus inuehitur post haec in glabros ac tonsos. Et inferius: Cum ad urbem liberam venirem, quae capillorum squallorem ferre non potest, veni ad eam cum longissima barba & intonsus, quasi copia rōforū deesset, iudicasses profecto te Smicthinem videre, aut Thrasyleonta, &c. ]

At illud magis tetigit Iulianum, cum iudem Antiocheni subobscuris quibusdam diebus ipsum execrari, Christi verò nomen & memoriam celebrare, & Constantium in Iuliani impietatis vltionem expetere declararent: vnde idem inferius: Deinde ex barba mea funes neeti oportere: postremò me, x, Chi, bellum indixisse, & κ, Cappa, desideratis (per x, Christum, per κ, Constantium intelligentes) Vtinam dij custodes huius vrbs id vobis duplex largiantur (nempe, x, & κ,) quoniam ciuitates finitimas, quae & diis mecum seruiunt, & sanctae sunt, calumnia vexastis, quasi quae in me composita sunt ab illis profecta essent; quem, scio, magis amant, quam suos liberos: qui deorum templa quamprimùm restituerunt; sepulchra verò atheorum omnia, signo à me nuper dato, euertent, ita elati & erecti animis, ut scelera eorum, qui deos violarunt, acrius etiam quam mea ferebat voluntas, vindicarent. Quod verò ad vos attinet, plerique vestrum erectas olim aras euertent, quos mea lenitas vix adhuc potuit ad sanitatem & quietem adducere. ] Ac rursùm superius eandem ingerit ænigmaticam in se Antiochenorum querelam his verbis: At enim, inquit, x, Chi, & κ, Cappa nihil ciuitati nocuerunt. Hoc sapientiae vestrae ænigma quale sit, difficile est intelligere. Nos tamen quosdam vestrum interpretes nacti, didicimus his litteris nominum quorundam initia significari, altera littera Christum, altera Constantium declarari. Simite igitur me liberè quod sentio dicere. Vna in re tantum iniuriam vobis fecit Constantius, quòd me cum Casarem fecisset, non vita priuauit. Nam quod ad reliqua attinet, vtinam vobis solis ex omnibus Romanis dent dij multos Constantios, vel potius amicorum eius rapinas experiri. ] & paulò post de Christo: At inquit, Christum amatis, & quasi numen tutelare colitis pro Ioue, & Daphnao, & Calliope, quae vestram captionem explicauit. An verò Emeseni Christum amabat, qui Galileorum sepulchra incenderunt? &c. ] sed de Emeseni inferius.

Fuit & illa expositio Iuliani, quòd Christiani Antiocheni ad sepulchra martyrum preces ad Deum frequentarent, rogantes eripi à tyrannide Iuliani: meminit horum ipse in eadem oratione, cum ex illorum persona sic ait: Odiosam istam seueritatem septimum iam mensum perpepsi, vota quidem & preces, quo tantis malis eriperemur, ad vetulas dimisimus, quae circa sepulchra mortuorum assidue versantur. ] Subinfert clamores in se Christianorum, cum ipse templa adiret, & alios secum duceret. Ceterum & illud accessit, quo Iulianus magnopere commotum se fuisse, eadem oratione testatur: quòd scilicet Antiochenorum culpa Apollo Daphniticum templum deseruisset, & matrus prorsus redditus esset. testatur id ipse, cum eadem oratione haec ait: At mihi quidè videtur Deus multò ante conflagrationem templo excessisse: etenim primò statim introitu statua ipsa

A ipsa id mihi indicauit: atque huius rei testem appello magnū Solem aduersus eos, qui nolunt credere. ] id verò ipsorum ciuium culpa accidisse, innox subdit: Enimvero, inquit; alia mihi deinceps erga vos offensio commemoranda est: deinde me (quòd adhuc feci) conuictis ostentabo, deque ea me ipsum criminabor & vituperabo. Decimo fere mensè, ut vos numeratis (is, opinor, Loue à vobis nominatur) patrium festum est huius Dei, nempe Apollinis Daphnaei, & magnò studio ad Daphnem concurretur. Ego igitur ab Ioue Cassio illuc aduolauì, existimans me ibi maximè vestras opes & magnificentiam spectaturum: atque iam tacitus apud me magnificam aliquam pompam fingebam, & quasi somnians victimas, libationes, choreas in deum, thura, pueros in templo tum animis dignissime deo compositos, tum veste candida elegantiq; illustres intuebar. Ingressus autem in templum, neque thura, neq; placentam, neque victimam vllam reperi: itaque continuo miratus sum, vosque extra templum esse suspicabar, sed honoris causa signum à me, tamquam Pontifice, expectate. Percontatus autem de sacerdote, quid esset ciuitas in solemnibus illis feriis deo sacrificatura: Ego, inquit ille, dono auferem istum deo affero: ciuitas enim nihil hoc tempore apparuit. ] haec ibi.

Verum antequam vltèrius progrediat̃ oratio, hic admonendum lectorem putamus, praeposito ordine rem ab Ammiano narrari, ex verbis Iuliani conuicti, dum ille primo accessum Imperatoris in Daphnem, templique exustionem contigisse narrat; postea verò profectioem ad Casium Iouem (est mons Casius in Arabia, putaturque idem cum Sina) cum tamen ea oratione Iulianus ipse testetur, se Ioue Casio reuertente ad Daphnis sacra illa se contulisse. Cum verò apud Iouem Casium esset, illuc ad eum profectos ait Ammianus rhetores Aegypti, atque de inueniendò Api spem Iuliano iniecit. Sed ad Iulianum redeamus, qui cum Daphnitica sacra adeò frigida inuenisset: Hic, inquit; ego (o me pacis & gratiae inimicum) cum Senatu grauib; verbis exposulaui: quae non sit fortasse incommòdum hoc tempore referre.

<sup>a</sup> Ammianus lib. 22.

<sup>b</sup> Iulian. in Misopog.

Grave profecto (inquam ego) videtur, tantam ciuitatem sic deos contemere, ut ne in extremis quidem Ponti sinibus vicus vllus faceret: & cum agrum infinitum possideat, instantibus patrij dei solemnibus feriis, dissipata à diis impietatis nebula, auem pro se minime attulisse, cum deceret eam in primis boues tributum immolare. Quod si vni difficile erat; at certe vniuersa ciuitas debuit & potuit deo taurum offerre. Vnusquisque vestrum priuatim in contiuuis & feriis Matumae pecuniam effudit: pro vobis autem ipsis & communi salute, neque priuatim, neque publice sacrificatis: solus sacerdos, qui ex multitudinè vestrorum victimarum debuit auctus parte aliqua domum redire, sacrificauit. At dij sacerdotibus tantum honestam ac virtuti consentaneam vitam pro omni cultu imperant, itemque ut sacra munera, ut decet, obirent. vestrum autem erat, ut opinor, publice priuatimque sacrificare. Nunc verò vnusquisque vestrum mandauit uxori, ut omnia Galilaeis largiatur: quae vbi pauperes facultatibus vestris aluerunt, egregium impietatis miraculum egentibus, quorum plena sunt omnia, ostentant. Vos autem primùm cum Dei cultum honoremque contemnitis, nihil offendere arbitramini. Nemo autem afferat res ad sacra necessarias: quod, credo, non sit ei vnde alatur. Cum quispiam vestrum dat natalitia, magnificum apparat conuictium, & amicos lautissimis mensis accipit: & tamen in feriis deorum solemnibus nemo oleum in dei lampada, nemo libamentum, non thūs, non victimam attulit. Ego verò, quemadmodum haec à bonis viris illic accipiantur, nescio: illud credo, diis ea minime placere. ] hucusque de his

IULIANI ORATIO AD SENATVM ANTIOCHENVM.

EVGENIUS ET MACARIVS IULIANO RESTITERUNT.

<sup>c</sup> Ammianus lib. 22.

<sup>d</sup> Apud Metast. die 20. Octob.

<sup>e</sup> Theod. lib. 3 cap. 17.

E ad Senatum Antiochenum oratio Iuliani. Sed quid accidit? Restiterunt tunc & Iuliano inter alios Christianos duos presbyteri Antiocheni, spectatae virtutis homines, eum coram arguentes: fuerunt hi Eugènius & Macarius, quorum res gesta & mitum aduersus Iulianum certamen expressa habentur in Actis Artemij martyris, qui hoc quoque tempore Antiochia martyrium consummauit; licet Ethicus auctor Ammianus eum obscurare nitatur (ut Gentiles assolent) criminum obiectorum calumniis: nam ait: Tunc & Artemius ex Duce Aegypti, Alexandrinus virgentibus, atrocium criminum mole supplicio capitali multatus est. ] haec Ammianus. Passus quidem ille, cum à Iuliano accessit Antiochiam venisset, ut martyrij eius Acta restantur. At quatenam fuerint Artemio obiecta scelera, quorum causa Iulianus in eum animaduerti iussit, Theodoretus paucis his explicat: Idem potè tyrannus Artemium militum in Aegypto merentium Ducem, propterea quod illum magistratum Constantij



temporibus nactus plurima simulacra confregerat; non solum exiit bonis, verum etiam A obtruncavit, hæc sunt mansuetissimi illius & iræ temperantissimi, nempe Iuliani (ab impiis his nominibus appellatur) egregia facinora. Hæc Theodoretus. Hicce igitur criminibus, quod aduersus simulacra deorum Artemius bellum acere gessisset, tamquam impius defertur ad Iulianum.

ARTEMII, CERYAMEN PRO FIDE.

Erat Artemius vnus ex militibus iis, qui sub Constantino Magno in bello aduersus Maxentium tyrannum gesto meruerant, præsensque tunc fuit, oculisque spectauit vna cum aliis qui aderant in exercitu Crucis signum, quod tunc in expeditione posito eidem apparuit Constantino; id enim ipse coram Iuliano magna animi alacritate professus est, cum illi suam ipsius exprobraret atque obieceret impietatem. Defuncto autem Constantino, Constantius emeritæ militiæ virum, ætate senem, nobilissimum præfecturis honestauit, militique nouissime in Ægyptum cum amplissimo magistratu, quem sciret Imperio Romano fidum, & aduersus idola Gentium summo ardore animi æstantem. Hunc ergo cum exercitu agentem in Ægypto, sub prætextu expeditionis belli Perfici Iulianus, datis ad eum litteris, Antiochiam ad se venire iussit. Sed opportunè accidit, vt cum Antiochiam peruenisset, reperit Imperatorem de duobus illis presbyteris Antiochenis Eugenio atque Macario quæstionem habere. Hæc ipse spectans Artemius, magna animi libertate Iulianum impietatis arguit, multaque in eum de falsitate deorum cultus, & Christianæ religionis veritate testatur voce libera inculcauit, eoque adegit ipsum Imperatorem verborum & consilij inopem, vt post alios exhibitos cruciatus, eum capite truncari iusserit, non quidem vt Christianum, sed, quod diximus ex Ammiano, tamquam immanium scelerum conuictum reum: quod accidit, vt eius Acta significant, vigesima mensis Octobris, quæ dies tam apud Græcos, quam Latinos, natalis eius annua celebritate notatur. Quæ autem post auditam Artemij necem secuta est Alexandriæ cædes Georgij Episcopi Ariani, dicemus inferius, cum de rebus Alexandrinis agemus. Ceterum Eugenium & Macarium, quod magnis animis aduersus Iulianum pro Christiana religione steterant; ipse, ne eos palam occidendo illustraret corona martyrij, in Oasis Ægypti solitudinem omnium famosissimam relegari mandauit, secretò tamen ministris iubens, vt eum eos illuc perduxissent, gladij animaduersione necarent, quod & præstiterunt. hoc eodem anno vigesima mensis Decembris, qua eorum anniuersaria memoria tabulis Ecclesiasticis commendata, annis singulis, tum Græcis, tum Latinis ex maiorum instituto recurrit: in Arabia autem eorundem cultus celebris extitit.

ARTEMII, EUGENII, ET MACARII MARTYRIUM.

Mennolog. Martyr. Rom. en die.

Mennolog. Martyr. Rom. en die.

Cum verò quæstio de Artemio haberetur, deportarenturque confessores presbyteri in solitudinem Oasenam, exustum esse Apollinis templum in Daphne, eadem acta significant. Ceterum quod Ammianus ait, conflagraisse templum Apollinis vndecimo Kal. Nouembtris, biduo post Artemij martyrium accidisse oportuit: nam eius Acta habent, passum illum esse decimotertio Kalendas Nouembtris. Porro ante incendium obmutuisse idolum ipsemet Iulianus in Misopogone testatur: qui tamen causam dissimilandam, immo penitus contegendam esse putauit, aliam asserens, nempe iratum Apollinem in Antiochenos contemptores deorum. de his enim agens hæc habet: Talia me tum dixisse commemorari: meamque orationem Deus testimonio suo confirmauit. Quod vtinam nunquam fecisset, neque præsidium tam multis annis seruatum deseruisset, ac potius in illa tempestate ac procella mentes potentiorum auertisset, manusque cohibuisset. Hæc tunc ipse ea oratione. Ceterum quod satis perspectum haberet, ex propinquitate reliquiarum S. Babylæ martyris, Episcopi olim Antiocheni, idolum obmutuisse: iussisse ipsum inde eas transferri, eadem superius indicat oratione, cum ait: Postquam verò Daphnes mortuum remisimus, quidam è vobis paulò verecundiores erga deos, us qui demortui reliquis irati fuerant, templum Daphnæ dei attribuerunt: alij verò siue imprudentia, siue non, templum inflammârunt, horrendumque exteris spectaculum, populo autè vestro per iucundum, Senatui vsque in hanc diem neglectum præbuerunt. At mihi quidem videtur deus multo ante conflagrationem templo excessisse. Etenim primo statim introitu statua ipsa id mihi indicauit: atque huius rei testem appello magni Solem aduersus eos, qui nolunt credere. Hæc Iulianus de translatione facta eius iussu reliquiarum S. Babylæ martyris, deoque templi Daphnæ conflagratione. Quæ quidem tunc tanquam scientibus, vt qui eam spectassent, summatim ab eo enarrata, latiori nunc indigent oratione.

CAUSA IRA RYM IULIANI.

Audiamus hæc in primis ab Ammiano scriptore pariter Ethnico, erga gentilem suum pro-

A propensiori: indeque narrationem auspicemur, qua ipse demonstrat, Iulianum, vt contempti dei sui iacturam resarciret, innumeram hostiarum multitudinem immolasse, ait enim: Hostiarum tamen sanguine plurimo aras crebritate nimia perfundebat; tauros aliquoties immolando centenos, & innumeros varij pecoris greges, ouesque candidas terræ quæsitæ & mari: adeo vt in dies penè singulos milites carnis distentiore sagina victantes inculcius, potiusque auiditate corrupti, humeris impositi transeuntium, per plateas ex publicis adibus, vbi vindicandis potius quam cedendis conuiujs indulgebant, ad sua diuersoria portarentur, petulantes ante omnes & Celta, quorum ea tempestate confidentia creuerat ultra modum. Augebantur autem cerimoniarum ritus in modice cum impensarum amplitudine antehac inusitata & graui. Et quisque (cum impædite liceret) scientiam vaticinandi professus, iuxta impetus & docilis sine fine vel præstitutis ordinibus oraculo- rum permittebatur scitari responsa, & extrispicia nonnumquam futura pandentia: officinamque & auguriorum & omnium fides, si reperiri vsquam posset, affectata varietate, quærebatur. Hæc Ammianus.

Ammianus lib. 22. IULIANI IMMENSA SUPERSTITIO.

Quam autem creber in templis & sacris esse soleret Iulianus, ipsemet in Misopogone docet his verbis: Sacrificauit semel Cæsar in templo Iouis, deinde in Fortunæ, deinceps ter iur ad Cereis; neque enim quoties ad Daphes templum ierit, memoria teneo, proditum quidem illud custodum negligentia, delerum autem impiorum hominum audacia. Veniunt Syrorum Kalendæ: Cæsar rursus ad Iouis Philij. Venit publicum festum: Cæsar contumax ad templum Fortunæ: intermisso verò die nefasto, rursus in ædem Iouis Philij more maiorum vota suscipit. Et quis ferat Cæsarem tam sæpe ad templa ventitantem, cum liceat semel atque iterum dis molestiam exhibere? Hæc & alia Iulianus ex persona Antiochenorum in se ipsum insultantium, seque deridentium. Subdit præterea Ammianus: Hæcque dum ita procedunt more pacis, multorum curiosior Iulianus, nouam consilij viam ingressus est, venas faridicas Castalij recludere cogitans fontis: quem obstructum, Cæsar dicitur Hadrianus mole saxorum ingenti, veritus ne vt ipse, præcipientibus aquis, capessendam Remp. comperit, etiam alij similia docerentur. Ac statim circumhumata corpora statim exinde transferebat, quo Athenienses insulam purgauerant Delon, Eodem tempore die vndecimo Kalendarum Nouembrium, amplissimum Daphnæ Apollinis sanum, quod Epiphanes Antiochus Rex ille condidit iracundus & saeuus; & simulacrum in eo Iouis Olympici imitamenti: æquiparans magnitudinem, subita vi flammarum exustum est. Quo tam atroci casu repente consumpto, id ad vsque Imperatorem ira prouexit, vt quæstiones a girari iuberet solito acerbiores, & maiorem ecclesiam Antiochiæ claudi: suspicabatur enim id Christianos egisse stimulos inuidia, quod idem templum inuiti videbant ambitioso circumdari peristyllo.

IULIANUS CREBER IN SACRIS.

TEMPLI DAPHNÆ CONFLAGRATIO.

Ferebatur autem, licet rumore leuissimo, hac ex causa conflagraisse delubrum, quod Aiclepiades philosophus, cuius in Actis Magnentij meminimus, cum visendi gratia Iulianus ad id suburbanum venisset, deæ Cælestis argenteum breue figmentum quocumque ibat secum solitus efferre, ante pedes statuit simulacri sublimes, accensisque carreis exussisset: vnde mediæ noctis emensa, cum nec adesse quisquam potuit, nec iuare; voluitantes scintillæ adhæserè materis verustissimis, ignesque aridis nutrimentis euecti, omne quicquid contingi potuit, licet discretum celsitudine, concremarunt. Hæc Ammianus post Iulianum. Ex quibus licet rem gestam narratam habeamus, quam Orienti & Occidenti notam dissimulare minime potuissent: tamen instar furum, qui cum furto deprehensi, vbi nullus sit amplius negandi locus, rem esse alienam non inficias eunt, sed aliquo excogitato titulo sibi rem vendicant, vel alia se excusatione à facinore reddunt immunes: haud secus iidem quoque auctores, ad defensionem idoli virtute martyris superati, incensi Apollinis, templique diuinitus è celo igne demisso combusti, vera causa obuoluta silentio, alias ad excusationem asserre maluerunt.

ALIA CAUSA CONFLAGRATIONIS TEMPLI.

At cum multi sint veteres historici, qui eodem sæculo res gestas Iuliani scripsere, vnus nobis pro cunctis in testimonium adducendus est sanctus Ioannes Chryostomus, qui si de certa ceteros antecellens, utpote patria Antiochenus, tunc sub Libanio sophista discipulus, cuncta præsens inspexit, atque luculenta oratione in Gentiles conscripta, publica fide, testibus compluribus eorum quæ scripsit adhuc viuientibus, consignauit: quos & prouocat ad redarguendum quod minus certum exploratumque illis videri posset: vt nefas sit vel leuiter suspicari, latum quidem vnguem ipsum à recto veritatis tramite deflectisse.

flexisse: cuius sinceræ fidei, tanquam sacræ anchoræ, ut reliqui omnes scriptores illorum temporum tuto ac firmiter inhaerescant, necesse est. Habuit eam orationem Chryso- stomus post annos viginti ( ut ipse testatur ) ex quo facta fuere: quæ enim adolescens spectauit, iam vir Ecclesiastica tractans; aduersus Gentiles edidit: confirmat autem eam quæ dicit, huiusmodi adiecta contestatione: Exiis inquit, qui ea viderunt, supersunt adhuc & senes, & iuuenes; quos omnes obsecro & obtestor, si quid à me historia adie- ctum fuerit, in medium prodant, meque redarguant, &c. ita Chryso- stomus ex cuius ver- bis plane dignoscitur, quomodo fide digna esse quæ ab ipso referuntur. At quod primum spectat ad loquacis idoli silentium: quænam causa præcesserit, liberius eam ipse dæ- mon laticis in statua professus est; quàm Iulianus vel Ammianus rem silentio obuolue- runt: licet quod verbis Iulianus erubuit profiteri, factum egregie demonstrat; dum ut idolo muto loquendi tribueret facultatem, ossa Babylæ martyris proximè posita, quasi ipsa obstruxissent os dei sui, inde asportari præcipit. Sed istæc primò narratam Ioa- nem Chryso- stomum audiamus; qui agens de translatione Babylæ corporis per Gallum

Chry- ostomus contra Gent. tom. 5.

CAUSA OB- MUTES CEN- TIS IDOLI.

Chry- ost. encl. opus. c. 6. c. 2. tom. 5. DE BABY- LAE RELI- QUIIS.

Greg. Naz. orat. in h. MAGNA VER- TUS RELI- QUIARUM SANCTORUM.

CVR STVIT O RACVLVM DAPHNES.

Cæsarem; de qua nos tertio tomo Annalium egimus, hæc habet: Verum antequam ad exactionis modum veniam, quoniam modò scilicet è delubro illo expulsi sit demon, illud vos adnotare postulo: Babylam non statim, ubi aduenit, demonem eiecisse, sed manentem eum otiosum, inertem, agendis quæ rebus inceptum red- didisse. Illi enim os ita obstruxit, ut vel lapidibus ipsis magis mutus redderetur. Et qui- dem manentem ibi demonem superauisse, non minus fuit, quàm si eumdem de loco exe- gisset: cum qui loci illius accolis omnibus fucum prius faceret, ne eximeti quidem Ba- bylæ cineres contueri sustineret. Ea est enim sanctorum potestas, ut illorum supersti- tum demones ne umbras quidem aut vestes, vita autem sanctorum & loculos quoque reformident: Itaque si quis illis, quæ ab Apostolis facta fuisse prædicantur, fidem non habet, is tandem memoria huius miracula intuitus, ab impudentia sua desistat: nam qui de omnibus olim Gentilibus victoriam reportabat, à martyre tanquam ab heroe in- crepitus suppressa voce, latrare desit. hæc ipse. At hic opportunè coniungimus quod Gregorius Nazianzenus in eundem Iulia- num acri illa inuectiua vehementer exaggerat, cum agens de ingenti vi sanctorum martyrum ita loquitur: Non victimas pro Christo casas reueritus es? nec magnos pu- giles extimuit, Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, An- dream, Theclam, ac eos qui & post illos & ante illos capitis sui periculo veritatem pro- tegerunt? qui cum igne & ferro & belluis & tyrannis & presentibus malis & denuncia- tis atroci animo velut in alienis corporibus, immò quasi corporum expertes dimicauerunt: D cur? ne pietatem, rectamque doctrinam etiam verbo tenus proderent: quibus præclari- he mores & festa constituta: à quibus demones propelluntur, & morbi curantur: quo- rum sunt apparitiones & prædictiones: quorum vel sola corpora idem possunt, quod animæ sanctæ, siue manibus contrectentur, siue honorentur: quorum vel solæ sangui- nis guttæ, atque exigua passionis signa idem possunt quod corpora: hæc non collis, sed contempnis & aspernatis? &c.] hucusque verba Nazianzeni. reuertantur ad Chryso- stomum, qui de idolo dicere ita pergit:

At primum quidem videbatur mutus esse (dæmon scilicet, ille qui colebatur ut deus) quod sacrificiorum & aliorum id genus cultuum particeps minimè fieret. Dæmonum enim mores, ij sunt, ut dum mortales nidore, fumo, sanguine eos inuitant & allecunt, tanquam canes cruore auidi & helluones, bibendi, absorbendi que eius causa præsto ad- E sint: rursus verò dum nemo est, qui ea offerat, quasi fame quadam pereant. ] & post non- nulla eodem argumento per scripta, hæc addit: Primum igitur videbatur hic dæmon hæc, quam diximus, ratione obtutescere: postea autem conuictus fuit violenta neces- sitate præpeditus id faceret: metus enim, quo quasi indito in os freno cogebatur, impe- dimentum fuit illi, quo minus solita contra homines impostura abuteretur. Vnde hoc liquet? Sed ne tumultu emini: id enim demonstrabo, atque ita demonstrabo; ut ne il- lis quidem, quibus maxima curæ semper fuit impudenter omnia assecerare, in poste- rum ea impudentia abuti liceat, quoties sermo incidit vel de veterum illorum dæmo- num, vel de istius dæmonis infirmitate. Neque enim mihi coniecturis opus est: neque id attinet planum facere probabilibus quibusdam rationibus: sed ipsum dæmonis hæc de re testimonium adhibebimus. Ipse enim vobis letalem plagam inflixit (Gentiles enim

alloqui.

A alloquitur) vestramque omnem fiduciam in libertatem concidit. At vos ne illi succenseatis: neque enim prudens, sed à maiori quadam potestate coactus tyrannidem ipse suam de- leuit. Quo modo autem id acciderit eodem imperante Iuliano, & plurimis hostiis fal- sum illum deum vocalem facere ipse conatus sit, sic enarrat:

Chry- ost. lib. cont. Gent. tom. 5.

Daphnem itaque hic idem Imperator, grauitatem ore præferens conscendit, mul- tisque cum donariis & sacrificiis, manante etiam sanguinis torrente, quem mactatarum pecudum cædes effecerat. Tum à dæmone magna instantia oraculum poposcit, postu- lans sibi ille iis de rebus responsum ut daret, quas animo agitabat. Ibi strenuus ille sci- licet, qui pelagi motum, & qui arenæ numerum nouit, qui mutum capit & surdum, qui intelligit idem, ut de se ipso profiteretur, bellè admodum cauit, ne in eum sermonem deueniret, ut aperte testaretur, per S. Babylam & vicinorum virtutem obstructum sibi

EXCVAT SE- LENTIVM DÆMON.

B esse os, ac propterea loqui nequaquam posse, nimirum veritus, ne cultoribus suis ridicu- lus fieret. Ceterum cum idem adumbrare vellet viriui suarum à Babyla deuictarum conditionem, eum taciturnitatis titulum aperuit, per quem ridiculus magis reddeba- tur, quàm si prorsus tacuisset: tacens enim imbecillitatem tantummodo suam detexis- set; nunc verò & imbecillitatem & turpitudinem & impudentiam declarauit, studens ea adumbrare, quæ adumbrari minimè queunt. Quis enim color hic esse potest? Daph- nes, inquit, locus cadaueribus scæter: id quod oraculum arcet. Et quanto præstabat, pel- sine dæmon, martyris virtutem non dissimulare, quàm titulum tam impudentem præ- texere? Et hæc quidem dæmon.

Imperator autem mente alienata cum esset, perinde ut in scena ludens, fabulamque agens, euestigio ad beatum Babylam fertur. Quamquam, o nequam ac nequissime, nili

C vobis ipsis mutuo verba daretis, inque aliorum exitium colluderetis: quam tandem ob causam tu quidem suppressis manibus, atque in genere de cadaueribus loqueris? tu ve- rò quasi certi alicuius cadaueris nomen exaudisses, aliis intactis, Babylæ vnus cadauer mouendum tibi fumis? oportebat enim iuxta dæmonis sententiam, conditoria ea om- nia, quæ in Daphne essent, effodere, & terriculum à deorum aspectu quam longissimè abducere. At non de omnibus, inquis, mortuis dæmon verba fecit. Cur igitur id non aperte professus est? nempe tibi imposturæ fabulam agenti ænigma istud reliquit. Equi- dem cadauera (inquit) tibi dico, ut ne palam fiat, me victum esse: nam & alioqui reformido Babylam nominatim designare: at tu intelligito quod à me dictum est, atque vnum pro omnibus martyrem amouero: ille enim est, per quem muti efficiuntur. Tantæ cer- tæ dementiæ dæmon cultores suos à se damnatos esse voluit; ut tam apertam impostu- ram capere nequirent. Nam ut mente alienata atque insana omnes essent, tamen nec sic quidem ignorare debebant; quod victum sese dæmon fateretur: tam ea res manife- sta, tam aperta futura erat. Nam si hominum cadauera inquinatum quiddam (quod tu esse vis) & execrabile sunt, multo magis brutorum cadauera; & tanto certè magis, quanto brutorum genus humano genere contemptibilius est. multorum enim canum, simiarum, asinorum ossa proximè templum defossa sunt, quæ potius mouenda fuerant: nisi fortè censes homines simili viliores. Vbi nunc sunt, qui Solem pulchrum (quem dicunt Apollinem esse, cuius illic templum erat in Daphne) Dei opificium, & ad no- strum ministerium creatum, contumelia afficiunt, & dæmoni astrum attribuant, & hunc illum esse affirmant? Sol enim in tanta etiam cadauerum in terra iacentium copia per vniuersum orbem diffunditur, nec vllò loco neque radios neque radiorum ef- ficaciam propter ipsas locorum iniquationes contrahit. ] hæc & alia Chryso- stomus, ad insinuandam dæmonis illius ex reliquiis Babylæ confractam potentiam, ac de Iulia- no rursus sic infra:

BABYLAE POTENTIO- REM SE DAR- MON FATE- TVR.

Hæc igitur vbi audiuit fabulæ ipsius auctor Imperator, iubet statim capsulam detur- bari, quo omnibus dæmonem victum esse innotesceret. Etenim si dixisset ille: Per S. Babylam loqui impedi- teris conturbetis: nimirum ea res dæmonis modo cultoribus innotuisset: illos enim puduisset factum id ad alios deferre. Nunc verò quasi ipsius infirmitatem traducere ad- laboraret Imperator, sic nihil non fieri coegit, quo ne volenti quidem factum adumbra- re licebat: neque enim iam simulatio salua atque integra esse potest, propterea quod non alius mortuus, sed solus Babylas illinc translatus est. Nec solum qui urbem & sub- urbium & agros item incolebant, sed qui remotissimè etiam habitabant, in rem præsen-

RELIQUIAS BABYLAE ASPORTARE IBVENTVR.

CCXX

tem cum venirent, capsulamque non amplius illic esse viderent, quæstia causa statim edocebantur, dæmonem ab Imperatore rogatum vaticinari, respondisse id se præstare non posse, nisi beato Babyla à se procul amoto.] hæc & alia ipse.

Sed & de translatione facta in civitatem cum pompa, sic idem inferius: Trahebatur enim capsula per totam viam: reuertebatur autem martyr, athleta alicuius exemplo, coronam alteram in suam urbem ferens, in qua & priorem coronam reportarat. Quam obrem si quis est forte, qui mortuorum resurrectionem neget, cum videat martyris nostri facta illustriora post obitum esse, in posterum erubescat: qui martyr strenui alicuius bellatoris more trophæis trophæa coniunxit, magnis maiora, & mirabilibus mirabiliora. Tum enim, cum scilicet accepit coronam martyrij, certamen illi cum Imperatore solo fuerat; nunc cum Imperatore pariter & dæmone. Tunc Imperatorem à sacro templi ambitu exegerat: nunc ex omnibus Daphnes locis pestilentissimum humani generis hostem expulit; non manum admouens, quemadmodum & prius fecerat, sed virtute inuisibili inuisibilem virtutem debellans.] hæc de his Chrysostronus, aliaque plura adiungit.

TRANSLATIO BELLIQVIARVM BABYLAE. Chrysostronus ad orat. cot. Genes. 5.

Sozom. lib. 3. c. 18. 19.

Psal. 96.

THEODORUS CESARIENENSIS

Ruffin. lib. 2. c. 36. Sacrat. lib. 3. c. 16.

Gregor. Naz. orat. 2. in Iul. & Aug. de Civitate Dei lib. 18

C. 52. CVR IULIANVS CVM HONORE PATIVR TRANSFERRI BELLIQVIAS. Chrysostronus. Genes.

De hac eadem translatione agens Sozomenus hæc ait: Itaque Christiani in unum congregati, loculum circiter quadraginta stadia in urbem trahunt: ubi iam martyr in loco, qui ab eo nomen accepit, repositus iacet. Ferunt eo tempore, viros & mulieres, iuvenes & virgines, senes, & pueros, mutua ipsorum cohortatione incitatos, per totum iter psalmos cantasse. Qui quamvis simularent, se, quo labores itineris leuarent, cecinisse: tamen canebant re vera ardenti studio, & propensa erga pietatem voluntate incensi, propterea quod Imperator aliter omnino atque ipsi de Deo sentiebat. Psalmos autem ordiebantur hi qui eos canere accuratè norunt: multitudo autem simul voces fudit cum concentu, huncque versum addidit: Confundantur omnes qui adorant sculpsilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Ob hanc causam Imperator, perinde quasi contumelia affectus fuisset, ira exardescere cepit, & propterea constituit supplicia Christianis irrogare. Verum Salustius eius Præfectus, licet professione Gentilis, illud quidem consilium non probavit: sed tamen cum resistere non posset, mandatum Imperatoris re ipsa exequitur: & postridie multos comprehendit Christianos, & in vincula coniicit. Ac primum omnium adolescentem quemdam, cui nomen erat Theodorus, in medium productum, ad equuleum applicat. Ille diu acutis testis suffossus, neque tormentis succubuit, neque Præfecto supplicem se præbuit; sed ita se gessit, ut nihil videretur sentire doloris: quin etiam velut spectator cruciamentorum sibi inflictorum, toleranter & placidè plagas exceperit, psalmumque cecinit rursus eundem, quem pridie cecinerat, nempe: Confundantur qui adorant sculpsilia, &c. atque ita ostendit, quam non curavit ea, pro quibus in iudicium adductus fuisset. Præfectus autem constantiam adolescentis admiratus, cum venisset ad Imperatorem, res ab eo gestas illi exposuit: dixitque nisi celerius ab instituto desisteret, fore ut & ipsi omnibus haberentur ludibrio, & Christiani plus inde laudis & gloriæ colligerent. quod consilium cum magis approbaretur, qui erant comprehensi, vinculis liberantur. Dicitur porro, Theodorum, cum à quibusdam rogatus esset, num dolorem sensisset tormentorum? respondisse, se non omnino sensu doloris caruisse, verum adolescentem sibi adstitisse, qui doloris morsus sedasset, tenuissimo linteo absterfisse sudores, aqua frigidissima corpus perfudisse, qua & ardores restinxit, & ærumnas subleuavit. Viderur quidem certè mihi hoc non solum esse hominis quantumvis generosi, ut corporis afflictionem aded contemnat, nisi qui fortè robore & vi diuina adæutus fuerit.] hæc Sozomenus. Porro Ruffinus eandem scribens historiam testatur se Antiochiæ eundem Theodorum vidisse, & quæ dicta sunt, audire ab eo, ipsum rogasse. Eadem habet Socrates, & alij. Eiusdem quoque ante eos visus est meminisse S. Gregorius Nazianzenus, & S. Augustinus.

Quod verò Iulianus infensus in Babylæ ossa, non ea diffici, longèque dissipari, comburri, aliterve consumi, & in nihilum redigi iusserit, sed cum honore in civitatem à Christianis reduci permisit: facta quæ præcesserunt terribilia adversus ipsius auunculum, Iulianum item nomine, necnon in Felicem Præfectum ærarij, eum exterruerant, admoverantque cum Christianis mitius agendum. Quo modo hæc autem se habuerint, Chrysostronus recenset, qui sic rem ab eadem obiectione exorditur: Cur, inquit, capsulam in mare demergi neque dæmon iussit, neque posterior hic Imperator voluit? cur non attriuit

Attriuit & exussit? cur non in vastam aliquam solitudinem deserti eam amandavit? Nam si ea piaculum & scelus fuisset, si eam abominans ac potius reformidans illinc dimouisset, non intra urbem piaculum deducere, quin potius in montes quospiam vel saltus transferre oportuit. Sed scilicet perditio huic Imperatori, æquè atque Apollini, Babylæ virtus, & quam cum Deo haberet fiducia cognita erat: ob id formidabat, si hoc fecisset, ne fulmen diuinum, neve aliquem alium morbum in se ipse prouocaret: multa enim habebat Christi virtutis tum in ijs qui ante se imperauerant, tum in ijs qui vna secum Imperium administauerant, spectatae argumenta. Nam ex superioribus Imperatoribus ij qui similia attentauerunt, multis, ijsque intolerabilibus calamitatibus acceptis, scæda & miserabili morte interierunt: ita ut cuiusdam, dum adhuc viueret, sponte ex oculis pupillæ exilierint; Maximinus hic fuit: alius autem furore, nempe Diocletianus: alius alia id genus calamitate vexatus, mortem cum vita commutavit.

Ceterum ex ijs qui tum cum ipso erant, auunculus (Iulianus pariter nomine) cum licentiosius insaniam suam contra nos prodidisset, ausus impuris manibus sacra vasa contingere: hoc etiam scelere non contentus, sed contumelia ulterius progressus (vasis enim ijs inuersis, & super pavementum collocatis, atque extensis, ita super ea desedit) cuestigio illegitimæ huiusce sessionis pœnas luit. Illius enim verenda corrupta vermiculos generavit; ita ut morbum diuinitus illatum constaret: ad quem curandum medici aues pingues, easque peregrinas interficiebant; quibus ad putrefacta membra admotis, vermiculos euocabant: illi verò loco cum non mouerentur, putridis partibus mordicus inhærebant, atque illum ita demum multis diebus absumptum perdiderunt. Alius porro regij ærarij Præfectus (Felix nomine) antequam aulæ regie lumen transcenderet, de repente medius crepuit, & ipse id genus impietatis cuiusdam pœnas luens. Hæc sanè & his plura: neque enim omnia enumerare, temporis huius est.] sed quæ? alibi idem auctor attingit: his enim enarratis, quæ Iuliano auunculo, & Felici ærarij Præfecto contigerunt, mox subdit: Tunc etiam, inquit, regionis nostræ fontes, qui prius flumina ipsa cursu inundante vincebant, subito in se resiliendo fugerunt: numquam hoc antè perpeffi, nisi postquam loca illa sacrificijs & victimis Iuliano inquinavit. Quid verò memorem famem toto prorsus orbe terrarum cum impio Rege dominatam? &c.] eadem ipsa idem habet Chrysostronus homilia quarta in Matthæi Evangelium.

Fuit autem hic Iulianus Præfectus Orientis, frater matris Iuliani, antea Christianus, sed in gratiam nepotis Imperatoris Apostatae & ipse est factus Apostata, prout Artenuij Acta testantur. At quæ hic obiter Ioannes Chrysostronus de eodem Iuliano auunculo, datque Felice Præfecto ærarij, cursimque perstringit, paulo latiore indigent oratione; ut quæ ipse prætermisit, à nobis hic intexantur: ac primum quæ à Sozomeno his verbis scripta leguntur: Memoriae proditum est, cum id temporis seridè moliretur Iulianus auunculus Imperatoris, preciosissima monumenta ecclesiæ Antiochenæ in Syria positæ, quæ quidem plurima erant numero, in Imperatoris æraria transferre, & ecclesias quoque occludere: omnes illius clericos fugæ se mandasse solumque Theodoritum presbyterum minime ab vrbe secessisse: quem, quoniam thesaurum istum (utpotè eius cultos) indicare poterat, Iulianus primum apprehendit, deinde verberibus grauiter cædit: postremo cum, quaestione de illo omni tormenti genere habita, forti animo & virili respondisset, seque in confessione fidei præclarum virum ostendisset, securi feriri mandauit.] hæc de nece Theodoriti Sozomenus. Porro hunc cum tam Græci, quam Latini inter martyres recensuerint: E fateri necesse est, eum fuisse Catholicæ communionis presbyterum, atque cum ecclesia illa Catholicis vsui esset, eum illo munere functum esse; vel (quod de multis accidit) in ipso martyrio derestatum esse hæresum Arianam. Constat enim Dominicum illum Aureum, ita nominatam ecclesiam Antiochenam, fuisse sub ditione Arianorum. Porro Beda hæc amplius habet de Theodorito in Martyrologio: Post equulei pœnam & multos ac durissimos cruciatus, etiam lampades circa eius latera appositæ sunt: sed his diuina virtute restinctis, cum milites, qui eas tenebant, Angelorum aspectu terri ruisent in faciem, & credentes in Christum, impium ministerium recusarent; iussit Iulianus pelago immergi, quibus beatus Theodoritus ait: Præcedite fratres: ego verò superans inimicum, sequar Dominum. sicque occisione gladij martyrium consummavit.] hæc ipse ex eius Actis. ad quorum finem hæc scripta erant: Nos, qui Antiochiæ in Palatio eramus, & cum eo, nempe Iuliano, in perfidia fuimus: licet peccatores, serui Dei, hæc quæ gesta

PRODIGIA IN CONTEMPTORES CHRISTIANAE RELIGIONIS.

Chrysostronus in laud. Pauli homil. 4. 10. 30.

Sozom. li. 5. c. 17. THEODORITI CERTAMEN.

Die 23. Octob.

Theodorus

gesta sunt circa Dei famulum Theodorum x. Kalend. Nouembris, vera cōscripsimus.] A

<sup>a</sup>Theodor. lib. 2. c. 11. 12.

IULIANI COMITIS FELICIS, ET ELPIDII SACRILEGIVM.

Quæ autem post direpta atque ignominia affecta sacra vasa, secuta sunt, à Theodoro sic enarrantur: Tyrannus item sacra vasa in ærarium regium inferri, & portas ecclesiarum, quam Constantinus edificauerat, obserari mandat; quo nullus aditus illis, qui in ea conuentus agere solerent, omnino pateret. Hanc ecclesiam id temporis occupabant Ariani. In sacrosanctum autem templum, ad vasa sacra auferenda, simul ingrediuntur Iulianus Præfectus Orientis, Felix regij thesauri Quæstor, & Elpidius priuatarum pecuniarum procurator, quem Romani Comitum rerum priuatarum appellare consueuerunt. Felicem verò & Elpidium, cum essent Christiani, quo impio Imperatori gratificarentur, à vera religione ac pietate desiuisse ferunt. Iulianus autem cum esset in templo, aduersus sacram mensam minxisse dicitur, atque Euzoio eum prohibere conanti, colaphum infregisse, dixisseque, res Christianorum diuina cura & prouidentia prorsus destitutas esse. Felix sacrorum vasorum magnificentiam conspicatus (Constantinus enim & Constantius splendide & ample ea conficienda curauerant) Ecce, inquit, quam sumptuosius vasis filio Mariæ ministratur. sed quam pœna Iulianus ob numinis cōtemptrum multatus diuinitus fuerit, idem narrat, atque addit quod à sancto Ioanne Chryostomo prætermittitur, dum ait:

IN IULIANVM SVPERBLICIVM DIVINITVS ILLATVM.

Sed isti tyranni pro his impijs & insanis facinoribus non diu post pœnas persoluerunt. Nam Iulianus auunculus confestim in grauem morbum dilapsus, visceribus putredine exesis, interiit: atque stercus non amplius per partes illas corporis, per quas naturaliter egeri solet, emisit, sed sceleratum eius os, instrumentum blphemiarum, partis illius ad stercus euacuum natæ locum obtinuit. Ferunt eius vxorem, mulierem ob fidei constantiam egregie nobilitatam, hæc ad maritum dixisse: Debes meritò, mi vir, Christum Saluatorem laude prædicare, quòd tibi hac castigatione suam potentiam ostenderit. Nam quem oppugnasses, planè te præterisset, nisi consueta sua lenitate vsus has plagas tibi diuinitus inflixisset. Miser igitur partim coniugis oratione, partim cruciatu sibi imposito, morbi causam perspicens, orat Imperatorem, vt ecclesiam iis, quibus erat ablata, redderet. Sed neque hoc ei persuasit: & ipse extemplo migravit à vita. hucusque de vindicta diuinitus in Iulianum immissa Theodoretus. De Felice autem hæc adiungit:

FELIX A DEO PVNITVS.

Felix verò repente flagello etiam cælitus impacto oppressus, sanguinem dies noctesque ex ore fudit. Quippe sanguis ex omnibus vndique corporis (vt ita dicam) vasibus, quibus continebatur, ad eam partem confluit. Itaque vniuerso eius sanguine in hunc modum exhausto, statim extinctus est, & æternæ morti traditus. De eodem rursus Felice, quem Comitum sacrarum largitionum Ammianus appellat, repentina morte ex sanguinis profuuiio, necnon de Iuliano Comite Orientis & ipso morte absumpto, hæc habet Ammianus: Felice, inquit, largitionum Comite profuuiio sanguinis repente extincto, eumque Comite Iuliano secuto, vulgus publicos contuens titulos Felicem, Iulianum, Augustumque pronuntiabat. at hæc non repugnant iis quæ dicta sunt ex Chryostomo de Felice interitu, quod crepuerit medius: immò maximè consentientia sunt: nam quod disruptis visceribus, ore vomens sanguinem, continuò expirauit, visus est medius crepuisse: corrigendus tamen videtur tum ex Ammiano, tum ex Ioanne Chryostomo Theodoretus, dum ait, dies noctesque sanguinem euomuisse; cum repentino exitu, Dei vindicta esse sublatum, constet. Porro ad hunc ipsum Felicem comitem sacrarum largitionum extat eiusdem Iuliani aduersus (vt puto) Christianos hoc anno iisdemque Consulibus huiusmodi datum rescriptum:

<sup>c</sup>L. c. de bonis proscript. cod. Theod.

Imp. Iulianus A. ad Felicem Com. S. L. Quidam sceleratè proscriptorum facultates occultant. Hos præcipimus, si locupletes sint, proscriptioe puniri: si per egestatem abiecti sunt in faciem vilitatemque plebeiam, damnatione capitali debita luere detrimenta. P. P. Rom. v. i. Id. Mart. Mamertino & Neucta Coss. peculiare namque erat Iuliano (vt superius vidimus) bona Christianorum auferre: ad quod faciendum si quando aliqua non posset causa legitima fingi, illam ex Euangelio captabat, quod in ipsis Fidelibus abdicatio rerum temporalium commendetur.

DE ELPIDIO DESERTORE. <sup>d</sup>Nicephar. li. 10. c. 19.

Elpidium quoque Comitum rerum priuatarum ex Christiano factum desertorem infelicissimè diem extremum clausisse, Nicephorus auctor est. Ac tertius, inquit, Elpidius, qui blasphemus quoque in Christum fuerat, tardius ille quidem quam alij, pœnas luit: sed tamen inter eos qui tyrannidem affectarunt, deprehensus, bonis omnibus exutus,

exutus, grauesque ærumnas alias in carcere perpeffus, turpiter vitam finit, execrandus & detestandus ab omnibus iudicatus.] hæc Nicephorus. Quid præterea alius tunc acciderit, qui fidem Christianam deseruissent, ita recenset: Sed & Heronem illum Thebis Aegyptiis ortum, qui Episcopus creatus, casu quodam ad Græcam superstitionem desererat, subita putrida inuasit ægritudo, quæ totum illius corpus depasta, abominationem eum omnibus reddidit. Qua propter rebus omnibus desperatis, in viam est proiectus, nullam prorsus à quopiam miserationem consecutus. Christiani namque, perinde atque piaculum, omnibus modis eum auersati sunt: Græci autem hætenus tantum eum, quòd se errori & fraudi eorum subiecisset, agnouerunt. Et Heron quidem acerbissimè & miserimè ita è vita excessit. Alius autem, Theotecnus scilicet quidam, & ipse à nostra in Græcam religionem prolapsus, carne eius omne putrida carie consumpta, vermium materia factus est, & oculis illorum mortibus amissis, moriens, per insaniam, quæ eum corripuit, sua sibi dentibus conscissa & deuorata lingua, è grauius tormentis ad longè deteriores maioresque cruciatus migravit. Sed & alij insuper talia quoque atq; condigna sceleribus suis tulere supplicia. Eiuscemodi multa eo tempore diuinum numen exhibuit miracula, commertis iustisque ab eis, qui impudenter & aperte veram pietatem oppugnarunt pœnas exigens.] hætenus Nicephorus. Porro ad hæc alluissse Chryostomus viuis est, dum enarratis quæ accidissent Iuliano & Felici Præfectis, mox illa subdit verba: Hæc sanè, & his item plura (neque enim omnia enumerare, temporis huius est) animo iustrans impius Imperator, verebatur temeritatem suam vltèrius promotere.]

QVTD IN HERONEM ACTVM ET ALIOS APOSTATAS.

THEOTECNA SVPLICIVM.

<sup>e</sup>Chryf. aduers. Gent. tom. 5.

Ceterum quod spectat ad tempus suppliciorum Iuliani Comitum Orientis, & Felicis Comitum sacrarum largitionum, diuinitus irrogatorum: cum ex sententia Ioannis Chryostomi ea spectantis Antiochiæ, constet ante translationem Babylæ sacrarum ossium, & templi Daphnetici conflagrationem, contigisse: perperam ab Ammiano & alij ordine præposito recensentur: his enim admonitam Iulianum, atque exterrefactum suorum Præfectorum supplicia, testatur ipse Chryostomus, pepercisse reliquis Babylæ, ne eas in cineres redigeret, in ventum spargeret, vel in mare demergeret, aut in desertum & inaccessum locum penitus ablegaret; sed fuerit è Daphne Antiochiam cum honore deduci, atque loco honestissimo collocari, & intra templum, vt ait, recondi, intra quòd prius erant, antequam Daphnem translata fuissent. Quid verò mox acciderit, vt capsula Babylæ Antiochiam delata est, licet superius attigerimus: tamen ex Chryostomo est fufius enarrandum, qui rem gestam recenset his verbis:

<sup>f</sup>Chryf. ubi supra.

At malignus dæmon statim edoctus est, frustra sibi fraudis sua artificia confecta, seque non se modò, sed omnes quoque dæmones fortitudine superaret. Is enim, nempe Babylas, Deum deprecatus ignem in templum vt cælitus demitteret, totum illius tectum exussit, ipsoque idolo ad extremos vsque pedes delato, eodemque in cinerem ac puluerem reducto, ab omnibus parietibus, qui ipsi integri adhuc stant, abstinuit. At si quis nunc illo accesserit, nunquã vti que dixerit, factum id ignis opus esse. Neque enim incendium id non ex composito factum, neque ex materia inanimi natum, sed tanquam manu quadam ignem circumagente, atque indicante à quibus abstinere, quæ porro absumere oporteret: tanta certè concinnitate, tanto artificio ipsum templum detectum est, nec simile quidem iis quæ casu ac temeritate incendio conflagrasse videmus, verum iis, quæ parietum ambitum integrum cum habent, tecto tamen carent: cetera enim omnia, & columnæ item omnes, tam ex quæ templi culmen, quam quæ vestibulum sustinebant, adhuc extant, præter vnam, quæ ad posteriorem templi partem stabat: & hæc tamen non temere perfracta est, sed ea de causa, quam postea dicturi sumus. ] hæc ipse: quæ euenisse tradit, simulac Babylæ ossa Antiochiam perlata sunt. Qualem autem de incendio templo Iulianus adhibuerit quæstionem aduersus Ædituum, idem auctor ita prosequitur.

TEMPLVM CYM APOLINE CONFLAGRAT.

Hoc incendium vbi accidit, statim dæmonis sacerdos in carcerem rapitur (hunc illum puto, qui solus gratus deo suo ex omnibus Antiochenis, dictus est ex oratione Iuliani, anserem immolasse) sic coniectus in vincula, incendij auctorem indicare coactus: qui vbi non habuit quem accusaret, intortis cubitis, multis flagris vapulauit, in sublime raptus, ac latera vndiq; cæsus: quanquam nec sic quidem ex eo quicquam didicerit. Reiq; huius euentus similis erat illi, qui in Christi resurrectione accidit: tum enim dispositi fuere milites, qui

SACERDOS OB INCENDIVM TEMPLI TORQVETVR.

Annal. Eccl. Tom. 4.

E corpus

corpus Iesu custodirent, neque possent eius discipuli furto illud auferre. ceterum is fuit A rei ipsius euentus, vt nulla vel impudens species iis relicta fuerit, qui resurrectionis eius fide eleuare ac calumniari vellent. Atque hic distrahebatur miser sacerdos, quo testificaretur factum id non diuina ira, sed humano maleficio accidisse. Is autē contortus ac fœdè laceratus; cum neminem haberet quem proderet, ignem de cælo delapsum testatus est, vt maleuolis atque impudētibus nullus iam calumniæ locus relictus fuerit. Sed quod nos paulo ante dicere volentes in alium locum reiecimur, id ipsi hic tēpestiue dicemus.

Quidnam verò id esse potest? Certè martyr noster Babylas eo vsque Imperatorē terruit, vt furori ille suo superederet. Neq; enim ipsum quidem sacerdotem, eumq; quem tanto honore prosequeretur, tot malis, recti exusti causa affecit, & immaniùs quam fera crudelis dilaniauit: à cuius etiam vorandis carnibus fortasse non temperasset, nisi res ea detestanda, omnibusq; abominabilis visa fuisset. Babylam autem, per quem dæmon os B fufum obstruxerat, rursus in urbem ea de causa transtulit, vt maior illi honos ab omnibus haberetur. Etenim idem Imperator si minus prius, hoc est quo tempore victum se esse dæmon factus est: at certè post ipsum incendium omnia subuertisset ac perdidisset, capsulam exuisset, vtrumque item monumentū, tum quod Daphne, tum quod in vrbe erat, nisi metus in eo maior, quam ira fuisset, ac nisi eius mæsticiæ timor imperasset. Solemne enim permultis esse videmus; cum eos ira ac dolor corripuerit, etiam si affectuum eorum auctores non nanciscantur, in obuios quosque ac suspectos iram effundere. Non procul autem ab hac suspitione Babylas erat: nam simul vt in urbem peruenit, statim ignis in templum inuasit. ] hæc Chrysofomus.

INCENDIUM CHRISTIANIS ADSCRIPITUM.

Ceterum Iuliani furor simul cum malitia grassabatur: nam ne verum esse ab aliis crederetur, quod sacerdos vi tormentorum confessus esset, templum cælitus igne immisso C conflagrasse, quasi à Christianis id facinoris perpetratum fuisset, eosdem in crimē adducens, dirissimam quæstionem in eos exercuit. Par est quidem credere, qui nec sibi carissimo sacerdoti pepercisset, sed sæuissimè cruciasset: in Christianos conuersum, in eos acerbis defæuisset, scq; tunc philosophum esse oblitum, quem tantopere affectabat. At licet id fecerit; à nullo tamen, quod optabat, potuit tale mendacium extorquere, ac tantæ falsitatis astipulatorem habere: cum nihilominus ipse in vulgus, facinus à Christianis esse patratum diffamarit, quod & apud Gentilium nonnullos fidem inuenit. Ceterum Artemius martyr, de quo dicturi sumus, qui tum erat Antiochiæ, coram Iuliano exprobrauit<sup>a</sup>, non ab hominibus fuisse templum incensum, sed igne cælitus misso. Quin etiam & de rusticis proximè habitantibus, atque testantibus fulmen è cælo se vidisse super templum delatum, Theodoretus affirmat<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Acta Artemij martyris die 20 Octob. Metaphr. & <sup>b</sup> Theod. lib. 3 cap. 10. Sozom. lib. 5 cap. 19. IULIANVS IN SANITATE IN TEMPLA MARTYRVM.

D At qui virtutem exhorruit Babylæ martyris, in cuius reliquias nequicquam vel leuiter peccare ausus est: in martyres longè positos vindictam de templi conflagratione & incensi Apollinis conuertisse, sic Sozomenus tradit<sup>c</sup>: His rebus in Daphne propter Babylam martyrem à Deo confectis, Imperator (credo, cum certior factus esset, ecclesias quasdam in honorem martyrum esse prope Apollinis Didymei fanum, quod est pro Mileto situm, ædificatas) scripsit ad Præsidem Cariæ, vt si tectum iam & mensam sacram haberent, eas incenderet: sin earum ædificia ex dimidia parte dumtaxat perfecta essent, fundamentis disturbatis, solo æquaret. ] At non inultam suam reliquere iniuriam martyres, quorum precibus paucos post menses, impius qui talia præcepisset, miserando exitu è vita sublatus est. sed de his pluribus suo loco.

<sup>c</sup> Chrysof. cont. Gen. tom. 5.

E Cui autem non ipsum integrum Daphnes templum comburi, sed partem eius Deus E intactam permanere permiserit: idem Chrysofomus inferius tradit<sup>d</sup> id accidisse; vt parietes qui remanserant, atque columnæ, tamquam vocalia monumenta, dæmonis imposturam, deorumque Gentium imbecillitatem, & veri Dei summam potentiam posteris inelamarent. nam & post multa de his philosophatus, hæc addit: Ecce iam vicefimus ex eo annus agitur: nec tamen ædificij ab igne relicti pars vlla deleta est; sed quæ partes flammæ euaserunt, eæ solidè ac firmiter stant, suntque etiam nunc sic validæ, vt vel ad centenos, ducentenosque & multo item plures annos durare possint. Id verò qui mirum videri debet, si ex columnis nulla prorsus ab altera auulsa ad solum deciderit? Columnarum enim earum, quæ ad posteriorem templi partem erant, vna tantum tum pertacta, nec ea quidem corruit, sed à sua sede mota, ad murum dum caderet inclinata sic mansit: cuius quidem columnæ partes sunt duæ, quarum altera à basi ad sectionem

CVR PARS DAPHNARI TEMPLI IN TEGRA REMANSIT.

A sectionem obliquè muro incubuit, altera à sectione eadem ad capitulum supina constitit, & ea ab inferiori parte suffulta. Quamquam autem & venti loco illi sæpè incubuerent, & terramotibus crebris terra fuit concussa; ignis tamen reliquæ inconcussa manserunt, quæ ipsæ firmiter stant, propemodum clamitantes sese ad posterorum emendationem seruatas esse. Et quidem quod templum ipsum totum non conflagrauit, hanc dicere possumus causam esse.

Quod autem Imperator fulmine percussus non fuerit, aliam, si quæsieris, causam reperies ex eodem bonitatis & benignitatis Dei fonte manantem. Propterea enim Deus ignem ab Imperatoris capite amouit, eundemq; in templi tectum iaculatus est, vt alieno ille malo edoctus pœnam sibi referuatam effugeret, pœnitentiâ compunctus, & errore liberatus. Illi enim neque hoc solum, neque primum virtutis suæ signum Christus dedit, sed & alia item multa hoc ipso non inferiora. Nam auunculus eius, & Quæstor æarius, sic, vt dixi, vterque vitam finientes, præterea & fames in urbem statim vna cum ipso inuadens, & aquarum penuria numquam antea visa, quàm ab eo sacrificia in ipsis fontibus facta fuissent, & multa præterea alia, tum ea quæ in ipsius castris, tum quæ in urbibus euenerunt, huiusmodi certè fuere, vt vel sæxam animam fletere possent, non ob id quidem quod permulta essent, neque ob id quod omnia pariter ederentur, ac deinceps & post ipsa statim scelera perpetrata, vt quondam Ægyptiorum Regis tempore: sed quod quæ edebantur miracula per sese talia erant, vt ad eorum, qui ea cernerent, emendationem aliud alio nõ egeret, verù vnum illorum quodque hoc ipsum per se præstare posset, &c. ]

SÆPE STAGNIS ADMONITVS IULIANVS.

At acerbissimum casum, incomparabile damnū, iacturam famosissimi templi, dispendium oraculi celeberrimi, omnes æque luxere immenso luctu Gentiles, ac potissimū ipse restitutor deorum Iulianus Apostata, qui tantopere laborauit, vt Castalios latices expurgaret, & murtum deum suum vocalem redderet. Quamobrem Antiochenus sophista, ob consolationem mærentium Ethnicorum, threnos, lugubremq; naniam edidit, cuius aliquot à S. Ioanne Chrysofomo recitata fragmēta, hic in vnum compæcta reddam animi causa, vt ex tam præclari auctoris luctu lector comparet sibi risum. Sed licet Chrysofomus, quismā iste fuerit, minimè nomine referret: tamen ex patria, professione, titulo orationis ipsius, loco, & tempore, nõ alium quidem fuisse, quàm Libanium, certum est: eum enim patria extitisse ciuem Antiochenum, Eunapius tradit, quem & claruisse hoc tempore, dictum est, & Antiochiæ apud Iulianum egisse, nullus dubitat: orationem verò de Daphne ipsum magna diligentia elucubrassè, auctor est ipse Iulianus in epistola anno sequenti in procinctu belli Persici in itinere ad ipsum scripta: in ea enim hæc leguntur<sup>a</sup>:

LIBANI LVCIVS DE INCENSO APOLLINIS TEMPLI.

D Sed de Daphne scripta est à te oratio, qualem nemo alius eorum qui nunc viuunt hominum, quamuis maximè contenderet, possit perficere; veterum autem non multos perfecturos fuisse existimo. Quid igitur ego de ea nunc scribam, cum tua tam luculenta extoret oratio? ] hæc Iulianus<sup>b</sup>. At qualem illam iudicarit Chrysofomus, videamus: vt pariter vna cum ipso & hominem & superstitionem Ethnicorum derideamus. ait enim: Ipsa hic ego lamenti & naniæ eius, quam ciuitatis sophista in dæmonem conscripsit, verba apponam. sic enim habet naniæ initium:

<sup>a</sup> Iul. epist. 28.

<sup>b</sup> Chrysof. cont. Gen. tom. 5.

Viri, quorum oculis æquè ac meis caligo offusa est, in posterum neque pulchram neque amplam ciuitatem hanc vocemus. Deinde cum nonnulla attigisset, disseruissetque de Daphnes fabula (neque omnem illius orationem huic nostræ inferere tempus paritur, ne longiores, quàm par est, simus) Persarum, inquit, Rex, olim ciuitate hac capta, templo pepercit. verba porro ipsa sunt hæc: Ille quidem ducto contra nos exercitu, præstare putauit, si templum integrum esse sineret: ac certè statuat decot barbaricæ iræ præualuit. Nunc autem, ô Sol, ô Terra, quisnam & vnde hostis hic? qui citra omne auxilium equitum, citra omne præsidium & grauis & leuis armaturæ militum tenui scintilla omnia absumpsit? ] sed rursus de Persarum Rege idem sophista: Persarum Regem, eius qui nunc nobiscum bellum gerit ex maioribus vnum, urbem proditione captam cum exuisset, & ad Daphnem concederet idem facturus, dæmon sic immutauit, vt face, quam manu teneret, abiecta, Apollinem adoraret: ad eò eius animum delinuit. ] sed his derisis, hæc vbi supra de Libanij oratione Chrysofomus: Postea vbi declarauit Babylam dæmone superiore fuisse, tum cum Gentilium res victimis ac sacrificiis maxime florent: Et nostrum inquit, templum, ingens illud diluuium non disturbauit: in sudo autem, atque ad eò cum nubes ipsa præteruisset, deiectum est: nimirum


NAENIÆ LIBANI I SOPHISTÆ.

nubem & diluuium appellans Imperatoris eius, nempe Constantij in idola infensissimi, qui A præcesserat, tempus. Rursum oratione paululum proiecetus id ipsum amarulentius deplorat his verbis: Ad hæc cum aræ tuæ sanguinem sitirent, sedulus Daphnes custos, vel contemptus cum esses, permansisti, ô Apollo, aliquoties etiam iniuria laceffitus, atque externo spoliatus ornatu, patienter tamen tulisti: nunc verò multis ouibus, multis item bobus ad aram tuam maclatis, postquam sacrosanctum Imperatoris os pede excepisti, intuitus quæ prædicebas, visus liberatus esse mortuo quodam, quem tu iudicaueras malum tibi vicinum esse, ac tibi obstrepere: de medio statim cultu solum vertisti. Vnde nam hoc tempore gloriabimur apud eos, qui memores sunt factorum, statuarumq; tibi erectarum? ] post multa aduersus hæc deliramenta cum differuisset lepidè quidem Chrysostomus, ad nœnias Libanij reuocat lectorem, hæc subdens:

QVAE  
CHRYSO-  
STOMVS IN  
LIBANIVM.

Sed enim suspensa hic à vobis oratione nostra, interim rursus exaudiamus sophistæ B huius lamenta: misso enim Apolline ad Ioueni his verbis quæstus suos conuertit: Quale, ô Iuppiter, laborantis animi laxamentum perdidimus? Quam Daphnes regio tumultibus vacua erat: quanto etiã templum ipsum magis vacuum, utpote in quo natura ex se se quasi portum in portu fecerat, ambobus quidem admodum tranquillis, altero tamen maiorem tranquillitatem præstante. Quis non ibi mortem, quis non ibi timorem, quis non ibi luctum deposuisset? Quis propterea Fortunatas insulas inibi desiderasset? Ad hæc Libanij verba Chrysostomus multa loquutus de contagio prauorum morum & scelerum, quo illuc accedentes inficerentur. post multa rursus ad sophistæ verba reuocat orationem, cum ille vecors in commendationem sui Apollinis sic rursus exclamat: O dexteram malignam, ô iniquum ignem, quoniam primum dilapsus est? quodnam mali huius exordium? Num à recto exortus, ad reliqua deinceps serpsit? ad illius caput, ad faciem, ad phialam, ad cydarim, & talarem vestem? Vulcanus enim ignis arbiter non comminatus est igni huic detrimentum afferenti, cum beneficio deuinctus Apollini deberet, ob indicium olim sibi ab illo factum? Sed neque Iuppiter, qui imbrium habenas tenet, aquam in ignem dimisit, præsertim qui olim Lydorum Regi periclitanti pyram extinxerit, &c. ] illa verò de Vulcano ex turpi fabula & obscœnis actibus Veneris cum Marte mutuarum sophistam Chrysostomus ludibrio insectatur.

At post hæc rursus sophista de idoli forma: Viri, trahitur mihi mens ad dei Apollinis speciem, ac mihi ob oculos cogitatio typum ipsum repræsentat, formæ lenitatem, colli mollitiem, idque in lapide, cingulum, quo aurea tunica circa pectus sic colligebatur, ut partim subsideret, partim subsurgeret. Breuiter, totius dei habitus, cuius iram vel feruentem non sedauisset, ut qui similis esset cantilenam occinenti? & hercule audivit hunc D olim aliquis (ut aiunt) in meridie cithara ludentem: aures beatas! Ceterum cantus erat terræ laudatio, cui quidem de aureo cyatho libare mihi videtur, quod puellam occuluerit dehiscens, ac sese deinde contrahens. ] hæc tenus descriptio imaginis Daphnitici Apollinis ex Libanio à Ioâne Chrysostomo recitata: quam quidem eandem esse reperi cum illa, quam in antiquo numismate expressam hic tibi reddendam curauimus. accepimus illud à Philippo Vuinghio nobili Louaniciensi, iuvene erudito, ac rerum antiquarum studiosissimo, quarum causa patrio solo relicto Romæ versatur: miroque affectus est gaudio, dum eandem, quam are expressam tunicati Apollinis imaginem ostendebat in nummo, nos stylo Libanij egregiè descriptam inspiciendam proposuimus in Chrysostomo. Quam verò cernis ad pedes Genij dimidiã desuper terram eminentè imaginem, Daphnem puellam esse scito, cum à terra dehiscitur, secundū ea quæ ex Libanio sunt recitata. E



Quod

A Quod verò ex lapide efformatum simulacrum illud fuisse, idem sophista tradere videatur; erroris arguendus est auctor in Actis Artemij martyris, dum illud ex ligno vitis compactum fuisse docet, ipsum haud fideliter in omnibus ita describens: Imago autem Apollinis erat hoc modo constructa. Ei ex vite erat corpus compositum admirabili quadam arte ita compactum, ut præferret speciem vnus adolescentis: auro autem illius totus quo induebatur amictus, nudatis & non auratis ceteris corporis partibus, ostendebat quamdam, quæ dici non potest, pulchritudinem. stanti verò erat in manibus cithara, & eam videbatur pulsare: comæ autem & lauri corona auro florebant permixto, ut magna effulgeret gratia spectatoribus: duoque magni hyacinthi implebant ei figuram oculorum in memoriam Hyacinthi pueri Amyclei. Et gemmarum pulchritudo & magnitudo imaginum maximum afferebat ornatum, adeo ut quamplurimis in eo decipi contingeret, ut qui propter apparentis formæ pulchritudinem inescarentur ad eum adorandum: quod quidem ipsi quoque Iuliano eucnerat: maiorem certè ei cultum exhibebat, quam aliis omnibus imaginibus, ex singulis generibus ei sacrificans, & ab eo expectans responsa. ] hæc ibi auctor, qui ut Christianus homo, haud eum inspexisse putatur, sed ab alio relata, sic ut se habent, haud in omnibus fidelia memoriæ commendauit. Sed iam cetera prosequamur.

Post hæc (inquit Chrysostomus<sup>a</sup>) pauca admodum ad incendium pertinentia questus, Clamabat viator, flamma erumpente: turbabatur per lucum Daphnes inquilina sacerdos dei: planctus autem pectorum, & vlulatus ingens per locum arboribus densum percurrens, ad urbem vsque vehemens atque horrificus peruasit. Imperatoris oculus vix somnum capere incipiens, amaro illo nuncio audito, è lecto surrexit. Ipse furore percitus, C Mercurij talaria peruestigans, ad mali istius originem indagandam pergebat, æquè intra se flagrans ac templum ipsum. Trabes ferebantur deorsum ignem ferentes, id omne, quod ignis comprehendisset, absumentes; ipsum scilicet statim Apollinem, tamquam à recto non admodum distantem, mox & alia Musarum ornamenta, signa inibi extantia, lapillorum fulgura, columnarum pulchritudinem. Vulgus autem circumstantans lugebat, auxilium tamen ferre minime valens: id quod vti venire solet iis, qui de terra naufragium spectant, quorum vnus superest auxilium, casum ipsum lacrymis prosequi. Nymphæ certè è fontibus suis egressæ ingentem luctum excitarunt; ingentem item & Iuppiter, haud procul confidens, eiusmodi illum, verisimile est, labefactatis filij honoribus, concitasse: ingentem autem sexcentorum dæmonum in luco agentium turba: neque sanè minorem è media vrbe Calliope, vbi extabat templum eius, præside Musarum Apolline ignis iniuriam sentiente.

Postea verò idem delirans Libanius sic sub finem ait: Præsta te mihi talem Apollo, qualem te reddidit Chryses, dum Græcis imprecaretur, ita plenum, & nocti ad similem: quandoquidem tibi ornamenta cum redderemus, & quicquid olim de templo tuo ablatum fuerat restitueremus, præceptum est quod colamus simulacrum, haud aliter, quam si sponsum aliquis, interim dum corollæ contexitur, moriatur. ] hucusque nœniæ. Subdit Chrysostomus: Et sophistæ quidem nostri lamentatio hæc fuit, seu potius paræ quædam lamentationis partes hæc. Mihi verò succurrit admirari, qui factum est, ut ob quæ illum præ pudore se auertere oportebat, ob ea ipse placere sibi putet, ut qui Apollinem eundem intemperati atque obscœni iuuenis ritu per meridiem cithara personantem inducat, dicatque illi cantilenæ argumentum amasiæ esse, au res autem eas beatas vocet, E quibus obscœnum id carmen exaudire contigerit. ] hæc ipse & alia refert planè ridicula. Tantum valuit adulatio, ut nobilis ingenij sui vires adhæc laudada, quæ obruenda potius erant silentio, Libanius sophista penitus exhauriret. Sed hæc omnia Christianæ religionis cessere triumpho, quæ de idolo famoso combusto, templo incenso, Orbisque totius Imperatoris studijs superatis, & dæmonis potentia Babylæ vnus ossium virtute prostrata, dicta sunt.

Ad hæc ipsa credimus spectare oraculum, quod ex Oribasio, Iuliani medico, de quo dictum est superius, recitatur in Actis Artemij martyris, his verbis<sup>b</sup>:

Dicite vos Regi: Pulcherrima corruit aula,  
Non tectum pulcher, non laurum vatibus aptam  
Phæbus habet, fontisq; extincta est lympa loquentis. ] hæc ab oraculo Delphico.

Sed ad hæc insuper, quæ spectant ad Apollinis Daphnitici cultū, addimus corollarium

Annal. Eccl. Tom. 4.

E 3

de

<sup>a</sup> Apud Me-  
saphrast. die  
28 Octob.  
habet sur.  
tom. 5.

de filio Sacerdotis eius templi, inuito parente ad Christianam fidem perducto. Rei gesta A  
series diligentissime à Theodoro describitur in hunc modum: Per id temporis, inquit,  
adolescens quidam filius sacerdotis, in impia educatus religione, se in numerum piorum  
aggregavit. Nam mulier quædam illustris ob pietatem & diaconatus munere dignata,  
matri huius adolescentis perfamiliaris, eum cum matre aduentantem (adhuc quidem  
valde adolescens erat) fortè salutans, magnopere est ad veram pietatem cohortata. Mor-  
tua verò matre, venit ad eam adolescens, & consuetam ab ea disciplinam perdidit: at-  
que firmè defigens in animo eius consilia, percontatur magistram, qua via possit supersti-  
tionem patris deuitare, & veritatis, quam illa prædicabat, compotem fieri. Cui illa: Opor-  
tet, inquit, patrem deserere, & illi tuum & illius fabricatorem præponere, & alteram pe-  
tere ciuitatem, in qua potes latitare, & impij tyranni manus effugere. pollicitabaturque  
se ei rei prospecturam. Tum adolescens: At, inquit, deinceps veniam ad te, & tibi meam B  
animam committam. Paucis interpositis diebus, Iulianus Daphnem contendit, publi-  
cum epulum celebraturus: cumque eo vna proficiscitur sacerdos adolescentis pater, qui  
Imperatorem comitari consueuerat.

FILII SA-  
CERDOTIS  
CONVERSIO  
AD CHRIS-  
TIANAM  
FIDEM.

Adolescens erat cum patre, & frater vna: isti namque in cibo Imperatoris aqua lustra-  
li expiando, Aedituorum munere fungebantur. Septem dies festum Daphnes agi solet.  
Primo die adolescens, vbi toro astans Imperatoris, opsonia aqua lustrali expiauerat, con-  
fuctoque scelere polluerat, curriculo currit Antiochiam: & ad eximiam illam mulierem  
recta profectus, Ego, inquit, venio ad te, vti à me promissum est. tu ergo saluti tam corpo-  
ris, quam animæ consulito, promissumque præstato. Quamobrem illa consurgens ex-  
templo adolescentem deducit ad Meletium (hic erat partis Catholicorum Christiano-  
rum, qui Antiochiæ erant, Episcopus) qui eum in superiori parte ædium, in quibus habi-  
tabat, commorari iussit. Pater autem quærere adolescentem, perlustrareque vndique  
Daphnem, atque ad urbem contendens, circuire plateas & angiportus, circumferre in  
omnes partes oculos non cessat: quod quidem fecit magno illius inueniendi desiderio  
incensus. Vbi ventum est ad eum locum, in quo erant ædes Meletij, oculis sublati videt  
eum ex tabulato despicientem: ad quem accurrens, inde abstraxit, abduxitque. Atque ei  
domum reducto, primo permulta inflixit verbera, deinde verucula candentia manibus,  
pedibus, & dorso impegit; postremo conclusit in cubiculo, ostio foris obserato, ipseque  
Daphnem reuertitur. Ista ille ipse, cum ætate iam admodum exacta erat, mihi narrauit:  
addiditque etiam, se numine afflatum, & diuina repletum gratia, omnia patris simulacra  
confregisse, eorumque irrifisse imbecillitatem.

Postea verò complexum animo facinus, quod conscuerat, cepit patris aduentum per-  
timefcere, orasseque Christum Dominum, vt ipse ferret auxilium, seras perumperet, &  
ostia patefaceret: Nam tua causa, inquit, hæc & perpeffus sum, & admisi. Quæ cum di-  
xisset, excidisse seras & ostia aperta esse. Inde igitur recurrisse ad magistram: quæ eum ve-  
ste induit muliebri: & postquam in camera collocasset, iterum ad Meletium deduxit:  
Meletium verò Cyrillo, qui tum Hierosolymorum fuit Episcopus, ipsum commisisse, &  
ita noctu iuisse Palæstinam. Post mortem autem Iuliani iste adolescens patrem ad veram  
traduxit religionem. Etenim cum istud, tum alia nonnulla ipse nobis narrauit. Quare isti  
hoc modo ad Dei cognitionem adducti, veram salutem consecuti sunt.

Theod. lib.  
3. cap. 14.

CIBARIA  
OMNIALIA  
BEIDOLO-  
LATRIAE  
FOEDATA.

1. Cor. 10

Iulianus<sup>b</sup> verò liberius, immò verò impudentius aduersus verum Dei cultum arma  
ferre: & quamquam personam induebat modestiæ, tamen retia parare, & tendere plagas  
cepit, quæ homines errore deceptos in impietatis perniciem inducerent. Nam primum E  
fontes, tum quæ in vrbe erant, tum quæ Daphne, sceleratis victimis contaminare, quo  
singuli qui aquam gustarent, tetra nequitiae labe inficerentur. Deinde quæ in foro expo-  
nebantur, eadem sceleris macula inquinare: nam panes, carnes, fructus, olera, & alia om-  
nia esculentia, aqua lustrali aspergebantur. Quæ cum viderent Christiani, etsi non po-  
terant non gemere, lamentari, & scelera illa impensè detestari: tamen eisdem vescuntur,  
legi Apostoli<sup>c</sup> obsecuti, ita iubenti: Quicquid in macello venditur, comedite; nihil  
interrogantes, propter conscientiam. ] hæc Theodoretus. Porro fontes istos, sic sordide  
sacrificiorum pollutos diuino miraculo exsiccatos esse, superius assertionem Chrysofomi  
dictum est: quod & alij confirmant historici. Ceterum quod ad cibos pertinet: etsi  
vidimus Constantinopolitanos Christianos his laudabiliter abstinuisse esculentis Genti-  
litia superstitione pollutis: haud tamen damnandos esse Antiochenos, Theodoretus  
Apostoli

A Apostoli auctoritate confirmat, iuxta illud eiusdem Apostoli<sup>a</sup>: Vt quid iudicatur ab alie-  
na conscientia: si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? ]  
& illud<sup>b</sup>: Qui non manducat, manducantem non spernat. ] & rursum: Qui mandu-  
cat, Domino manducat, & gratias agit Deo. ]

Tunc quoque accidit, vt Eusignius miles emeritus, annum agens ætatis ceterisimum de-  
cimam, cum in Iulianum exprobraret Magni Constantini fidem, sub quo militauerat, &  
atque præterea patriæ pietatis desertorem nuncuparet, virilique animo redargueret: vt  
maiestatis reus ab eodem Apostata gladio amputari capite sit iussus: cuius triumphus  
præclaro notatus<sup>c</sup> est titulo in tabulis Ecclesiasticis tam Græcis, quam Latinis, memoria  
anniuersaria repetendus.

Quo etiam tempore martyrium subiisse duos illos Christianos milites, Iuuentinum  
Barque Maximum, idem post hæc Theodoretus affirmat. Nos autem rem gestam, à sancto  
Ioanne Chrysofomo, qui tunc temporis aderat Antiochiæ, petimus, quam his verbis de-  
scribit<sup>d</sup>: Accidit, vt milites quoddam conuiuium haberent (hoc puto epulum illud publi-  
cum à Iuliano paratum, cuius superius mentio facta est) in quo & martyres, quos hodie col-  
limus, erant. Ceterum, vt conuiuorum mos est, cum varij sermones hinc inde dicerentur,  
aliique alia tractarent, martyres nostri mala sui sæculi inter se deplorabant, longè potiora  
fuisse superiora tempora asserentes: dicebantque & inter se, & ad sodales: Quem iuaret  
vltra viuere, vel spirare, vel solem intueri, sacris legibus ita conculcatis, pietate ita violata,  
creaturarum omnium Domino ita contempto: Omnia nidore plena sunt & fimo, om-  
nia sacrificiis immundis referta. Proh neque purum ærem spirare possumus. Dicta hæc  
ne perfuntorie transeas: & considera, quando ea locuti sunt, & quanta pietate. Nam si in  
militari symposio, vbi regnant ebrietas & intemperantia, vbi certatur de prodigalitate,  
vbi agon est stuporis & insipientiæ, sic ingemiscebant & lugebant: quales erant domi,  
cum soli inter se agerent: quales erant in precibus ac ieiunijs, qui deliciarum temporè tam  
humiliati & tam Apostolica præferebant pectora? Gaudebant alij, hi verò lugebant:  
impie agebant alij, hi verò zelo vrebantur. Sanè ipsi ob fratrum valetudinem, suam  
sanitatem non sentiebant. Sic docebant, & lacrymabantur in malis, quæ tunc fiebant, quasi  
vniuerso mundo tutores dati essent. Neque clandestinum fuit, talia eos dixisse. Nam  
ex sodalibus & conuiujs adulator & irrisor quidam obsequium Regi facturus, omnia vt  
dicta erant, detulit. Rex, accepta occasione diu quæsitæ, causatus est ex verbis illis affec-  
tam tyrannidem, vt ita martyrij corona priuaret: & iussit, confiscatis facultatibus eorum  
omnibus, nudos eos in carcerem conieci. Illi autem gaudebant, & exultabant, dicentes:

D Quid nobis diuitijs, pretiosaque veste opus? Si & indusium intimum, nempe caro, pro-  
pter Christum exuendum est: non obluetabimur, sed sponte concedemus. Et oculus dicto,  
scripti sunt libelli indices, confiscataque omnia. Porro vt homines in patriam migraturi,  
substantiam omnem in pecuniam commutatam præmittunt: ita & illis accidit. Quoniam  
erant in cælos transituri, inimicis ipsis negotium agentibus, & in hoc ministrantibus,  
opes suas ante se miserunt. Non enim illæ tantum opes, quas elemosynæ nomine dispen-  
dimus, transferuntur in cælum, sed etiam quascumque nobis hostes fidei, piorumque per-  
secutores rapiunt, alibi thesauri erunt: est enim hoc non minus, quam illud. De hoc audi  
quid Apostolus<sup>e</sup> dicat: Et rapinam, inquit, facultatum vestrarum cum gaudio tulistis, &  
scientes vos habere meliorem substantiam & manentem in cælis.

Vt autem ingressi sunt carcerem, confluit ad eos omnis ciuitas: tametsi multis terro-  
ribus, minis, & periculis interdixtum erat, ne quis ad eos accederet, vel eis loqueretur,  
vel quouis modo communicaret. Atqui timor Dei efficiebat, vt non curarentur ea Prin-  
cipis mandata. Vnde multi ob consuetudinem, quam cum martyribus habebant, facti  
sunt & ipsi martyres. Multi enim, contempta præsentis vita, frequenter eos visitando, sa-  
cras apud eos vigilas continuis psalmis perficiebant. Erant familiaritates illæ spiritualis  
eruditionis & consolationis plenæ. Et clausa quidem tunc est ecclesia: carcer autem Ec-  
clesia facta est. Neque hi solum qui eos visebant, sed & qui intus cum eis tenebantur,  
veram patientiam & virtutem à patientia & fide eorum discabant. Rex vt hæc audiuit,  
valde stomachatus est: cupiens tamen eos supplantare, & ab alacritate sua destituere, aua-  
ros quosdam homines & impostores subornauit, qui si quando priuatum colloquium se-  
se offerret, eos accederent, non vt à Rege missi, sed quasi singulari compassione & pro-  
prio consilio id agentes, & adhortarentur, vt à religione desistant, & ad impietatem  
ua:iscant

1. Cor. 10.  
Rom. 14.

EVSTONIX  
MARTY-  
RIVM.  
Menolog. &  
Martyrol.  
Rom. die 5.  
August.

Chrysof.  
orat. in SS.  
Martyros Iu-  
uent. & Maxi-  
m. 3.

CERTAMEN  
IUVENTINI  
ET MAXIMI  
MARTY-  
RIVM.

Hebr. 10.

TENTAN-  
TVR MAR-  
TYRES.

<sup>1</sup>Daniel. 3.

FALSVS  
PRAEBE-  
XIVS CAR-  
DIS MAR-  
TYRVM.

<sup>2</sup>Genes. 39.

MARTY-  
RIVM IV-  
VENTINI  
ET MA XI  
MI.

<sup>3</sup>Matth. 14.

<sup>4</sup>Act. 6.

MARTYRES  
POST MOR-  
TEM QVA-  
LES.

<sup>5</sup>2. Reg. 1.

EVLTVS RE-  
LIQVIA-  
RVM MAI-  
TYRVM.

transeant. Dicebant enim: Sic non solum imminens periculum effugietis, sed maiori dignitate honestati, maiorem quoque principatum adepturi estis, Regis ira feliciter placata. Nonne vidistis & alios vestri ordinis id ipsum fecisse? Quibus illi responderunt: Atqui nos hac potissimum ratione viriliter stabimus, & pro illorum ruina nosmetipsos in sacrificia offerimus: benignus & misericors nobis Dominus est. solet etiam vno accepto sacrificio, toti orbi conciliari. At sicut olim tres pueri dixerunt: Non est in tempore hoc princeps & propheta & dux, neque sacrificium, neque incensum, neque holocaustum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam: sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur, quasi in holocaustis arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium. Ita & illi videntes altaria subuersa, clausas ecclesias, sacerdotes fugatos, Fideles omnes in exilium actos, studebant, vt pro omnibus offerrentur Domino, relictisque militaribus signis, angelicis sese choris adiungerent. Quocirca & dicebant: Quid etiam si nunc non morimur, moriendum tamen omnino est non multo posthac. Satius igitur fuerit mori pro Rege Angelorum, quam pro Rege tam impio. hic etiam moriatur pro Rege quis, nihil accipiet a Rege sua dignum fortitudine: Et quid posset defuncto praestare, vel si maximè vellet? atqui eis saepenumero ne sepultura quidem contingit, & non raro a canibus deuoratur. Quod si pro Rege Angelorum mortui fuerimus, certi sumus, nos accepturos corpus multo gloriosius; maiori gloria conspici erimus, longè nobis maiora erunt laborum praemia. Proinde arripiamus arma spiritualia: non opus iaculis & sagittis: sufficit pro omnibus lingua: sunt enim & sanctorum ora pharetrae, è quibus diabolico capiti continui & crebri ictus inferuntur.

Nunciata sunt hæc atque similia Regi: qui nec desistit, sed illecebrarum escis iterum atque iterum illos tentauit. Ita autem mandauit, quod si cederent victi, sub omnium oculos producerentur: sin fortes perseverarent, vt perduellionis rei educerentur, & occiderentur, neque vlla Christianæ professionis, ob quam tenebantur, mentio fieret. At qui reuelat profunda & abdita, non permisit, vt machinationes illæ occultæ manerent, ignota insidiarum. Nam quemadmodum olim mulier Ægyptia Iosephum in lecto apprehendens, licet speraret factum suum clam fore omnibus hominibus; non fuit tamen occulta vel oculo illi soporis nescio, vel posteritati: quippe quod absque arbitro illa Iosepho dixit, id toto vbique mundo canitur: Ita & ea, quæ per subornatos illos consiliarios dolosus Rex agebat, sperans occulta fore, nequaquam manserunt occulta. Didicerunt enim posteri omnes & insidias dolosas, & triumphantium victorias. Denique cum multo tempore exacto alacritatem eorum non solum non frangeret multitudo dierum, sed potius studium & ardorem excitaret, æmulatoresque multos faceret: iussit tandem media nocte in barathrum eos abduci. Ducebantur itaque in densas tenebras luminaria, & decollabantur. Ceterum capita detruncata tunc diabolo magis terribilia erant, quam cum adhuc vocem darent: sicut & caput Ioannis non tantum terrebat cum loqueretur, quantum cum disco mutum afferretur. Habet enim & sanctorum sanguis vocem suam, quæ non per aures auditur, sed occidentium conscientiam inuadit & perstringit. Post beatam autem illam cædem, quidam etiam cum salutis periculo athletas illos optimos rapuerunt, etiam ipsi viui martyres, vt eorum reliquias curarent decenter: nam quamuis non occidebantur, optabant tamen mori potius, quam vt corpora illa relinquerent inhumata: ita ad venationem eorum festinabant.

Dicunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens occisa videre datum fuit, quod iacentibus simul illis in sepulchro, talis quadam ex eorum oculis & vultu gratia resplenderit, qualem in Stephano Iudæis responsuro fuisse Lucas dicit: neque vllus est, qui non pio quodam horrore illis adstiterit: adeo aspectus ille afficiebat omnes. quin & omnes clamabant in laudem eorum id quod à Dauide dictum: In vita sua non sunt separati, & in morte non sunt diuisi. pariter enim confessi sunt: pariter carcerem inhabitauerunt: pariter in barathrum abducti sunt: pariter capite mulctati: & vnus vtriusque corpora tumulus tenet: & vnus quoque tabernaculum in cælis eos excipiet, quando ad maiorem peruenturi sunt gloriam nempe immutandi. ] & paulo post, hæc de eorundem martyrum reliquiarum cultu: Idcirco sæpe eos inuisamus, tumulos adornemus, magnaque fide tumulos eorum contingamus, vt inde benedictionem aliquam assequamur. Etenim sicut milites, vulnera in præliis sibi inflicta Regi monstrantes, fidenter loquuntur: ita & illi in manibus abscisa capita gestantes, & in medium afferentes, quæ voluerint, apud Regem

A Regem cælorum impetrare possunt. Proinde magna fide, promptitudineque huc veniamus, quo & visis sanctorum monumentis, & consideratis eorum præmiis, inde varios thesauros vndeque colligamus, &c. ] hæc Chrysostomus. Horum verò natalis dies tam in Oriente, quam in Occidente à Catholica Ecclesia annua celebritate recolitur vigesima quinta Ianuarij. qui enim huius anni vltimo tempore confessi sunt, in carcere detenti, ad illum diem delati, martyrium magna omnium Fidelium gloria consummarunt. Pari quoque certamine & perfimili martyrio coronati sunt Romæ hoc anno Ioannes & Paulus, de quibus inferius pluribus agendum erit.

Quod rursus pertinet ad res Antiochenas: haud profuit Iuliano luculenta illa oratione de barba hircina refellisse, nec fortissimis militibus necem clanculo intrulisse: quin Christiana libertate Fideles sicut Christi gloriam prædicarent, ita falsitatem deorum Gentilium probis insedarentur: vsque adeo, vt feminæ quoque Christianæ id ipsum summa constantia, animoque inuicto præstiterint. Inter quas enituit magna laude veneranda matrona, nomine Publia, cuius egregium certamen in hæc verba à Theodoretis describitur: Hoc loco præterea historiam de femina quadam præstantissima planè memorabilem narabo: nam feminæ etiam diuino pietatis amore ac studio armata, huius tyranni rabiem prorsus contempserunt. Publia femina illis temporibus nobilissima, & propter virtutis suæ præstantiam plurimorum celebrata sermonibus, matrimonij iugo aliquandiu copulata, fructum Deo dignum sanè admiratione obrulit. Nam Ioannes, qui longo tempore presbyteris Antiochiæ præfuit, & sæpe ad primatum Apostolicum suffragiis delectus, semper illum honoris gradum recusauit, ex eius ventre tamquam admirabili solo editus est. Hæc mulier chorum virginum perpetuam castimoniam professarum secum habens, Deum omnium opificem ac Saluatorem hymnis assidue celebrare solebat. At cum Imperator illac prætergrederetur, virgines inter se mutuo clariori voce canunt, raræ illum consecretum tyrannum contemnendum esse, & omnium irrisione ludendum. Canebant autem illos potissimum psalmos, quibus debilitas simulacrorum scitè derideretur, & cum Dauide dicebant: Simulacra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. At postquam versus, qui illa sensus omnis expertia esse pronunciant, recitauerant, istum adiungebant: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

His Iulianus cum maxima animi ægritudine auditis, iussit, vt eo progrediente conticescerent. At Publia eius leges parui æstimans, maiori cum alacritate chorum virginum in vnum coëgit, & illo prætereunte, denuò cantare mandauit: Exurgat Deus; & dissipentur inimici eius, &c. Itaque tyrannus grauiter commotus, iubet magistram chori ad se adduci: quam cum anum propter ætatem ingrauescentem eum primis venerandam cerneret, tamen neque canicie corporis ad misericordiam illius capiendam, neque animi virtute ad honorem ei tribuendum adducitur, sed satelliti cuidam dat mandatum, vt vtramque malam verberet, & genas cruentet manibus. Illa hanc contumeliam profummo honore ducens, domum reuertitur, & tyrannum, vt solebat, spiritualibus cantilenis perstringit, non aliter quam ipse psalmorum scriptor & magister Dauid, qui malignum spiritum, quo Saul agitabatur, compressit. Etenim iste tyrannus, vbi sceleratos demones sibi familiares reddiderat, Corybantum more facere & contra verum Dei cultum rabiem exercere non desistit. ] hæc tenus de confessione Publiæ Theodoretus.

Cum autem hanc fuisse Ioannis matrem, idem auctor affirmet: ea apud Græcos sententia inualuit, vt hæc fuerit parens Ioannis Chrysostomi: id quidem ipsi profitentur publicis monumentis, cum de Publia agunt in Menologio, die decima mensis Octobris. Quod quidem haud ita exploratum habetur, vt firmiter affirmari possit: cum multa sint, quæ repugnent: atque in primis quod ipse ait Theodoretus, Ioannem illum Publiæ filium nunquam adigi potuisse, vt sedem Episcopalem capesseret: cum tamen Ioannem Chrysostomum fuisse constet Episcopum Constantinopolitanum. Sed & cum Theodoretus eam nomine Publiam dictam ferat: Chrysostomi quidem matrem Anthusam appellatam tradunt. Rursum verò, quod me magis ab ea sententia distrahit, illud est: quod idem Theodoretus tradit, Publiam hanc anum fuisse iam ingrauescentis ætatis: cum tamen constet matrem Ioannis Chrysostomi fuisse hoc Iuliani tempore iuniorem; ipsum verò Ioannem eius filium, puerum. ita profecto inuenitur, si ætas tum filij tum matris reducat ad calculum. Quem enim vixisse annis quinquaginta duobus & mensibus octo



Chrysof. ad Vid. iunior. epist. 1. tom. MATRIS IOANNIS CHRYSOSTOMI SPECTATA VIRTUS ET ALIAS.

octo Ioannem Chrysofomum tradunt Leo Imp. Zonaras, Georgius, & alij, obiisseque A diem, Honorio septimum & Theodosio secundum Coss. anno Domini quadringentesimo septimo, natum cum esse oportuit anno Domini trecentesimo quinquagesimo quarto, Constantio septimum & Gallo tertium Coss. sicq; hoc eodem anno ipsum Ioannem fuisse annorum ætatis octo, quem liquet à matre genitum adolescentula, quæ anno suæ ætatis vigesimo orbata viro, magna cum laude in viduitate permansit. Id quidem testatur ipse Chrysofomus, dum scribens ad Viduam iuniorem, hæc de Libanio, cum ipse ab eo adolescentior imbuebatur rhetoricis disciplinis: Ego aliquando cum essem iunior, doctori meo (erat autem ille omnium hominum maximè superstitiosus) animaduerti matrem meam præ multis magnam excitasse admirationem. Nam cum eos, qui sibi assidebant, more suo interrogasset, cuius ego essem, ac responsum esset, me viduæ mulieris esse filium: de me quæsiuit ætatem matris, & viduitatis tempus. Cum primum verò audivit quadraginta annos natam esse, vigesimum verò iam annum agi, ex quo patrem meum amiserit; obstupuit valdè, atque ad eos, qui aderant, conuersus clara voce exclamavit: En quales mulieres apud Christianos sunt! Tanta non modò apud nos, sed etiam apud Gentiles viduitatis laus est & admiratio. ] hæc ipse. Ex his igitur satis liquet, ea quæ de Publica à Theodoro scripta sunt, minimè aptari posse matri Ioannis Chrysofomi: nisi dixerimus eum in ætate eiusdem errasse, eandemque duplici nomine Publicam Anthusiam dictam esse. Hæc de matre Chrysofomi, cuius patrem tradunt dictum fuisse Secundum nomine. Porro non ab anu femina tantum Iulianus illusus est, sed & delusus insigniter à mimo, Porphyrio nomine: qui vt Christianam religionem risui exponeret, baptismo per iocum initiatus, serid exinde Christum confessus, summa constantia persans in sententia bilem Principis mouit, adeò vt oblitus se esse philosophum, in eum continuò animaduerti iusserit: qui ex mimo martyr effectus, inter martyres relatus, anniuersario honore colitur decimo septimo Kalendas Octobris.

Sed & senex centum & decem annorum, Eufignius nomine, viridi animi robore fregit Iuliani procaciam, exprobrans illi desertam, in qua educatus fuerat, pietatem: Constantinum Magnum contra mirificè ex religione commendans, at sic sidenter insultantem sibi hominem minimè passus est Iulianus, sed abductum delirantem (vt aiebat) senem, vt eum curaret delirio, capite plecti iussit, quasi maiestatis reum; vtpote qui licet imbellis viribus, lingua tamen potens iuuentutem in Imperatorem sollicitaret. recensitus ergo & ipse inter martyres, anniuersaria commemoratione Ecclesiæ lætus redditur Nonis Iunij, quibus reliquiarum ipsius translatio facta videtur.

IULIANVS VEXAT ANTIOCHE- NOS.

Socrat. lib. 5. cap. 15.

Zonar. An. mul. tom. 3. Quid TARSI IULIANVS.

His omnibus exagitatus Iulianus Apostata, grauibus Antiochenos affecit incommodis, atque in eo potissimum, quod exercitum ad bellum Persicum comparatum, ibidem in hybernis continuit: ad quem alendum, adegit ciues Antiochenos vili vendere annam, quam ipsi caro ob penuriam pretio emissent: adeò vt ea ex re complures à mercatura destiterint, eamq; ob causam magis magisq; caritas rerum omnium creuerit. Hæc quidem Socrates tradit, additq; eundem ira percitum inde recedentem Tarsum concessisse, sed illinc, paratis quæ opus erant, citius abiisse. Quid autem actum sit, cum Tarsi Iulianus esset, Zonaras declarat his verbis: Persis bellum illaturum Iulianum Tarsi illustri vrbe Ciliciæ conuenit Artemius sacerdos Æsculapij, cuius templum Argis erat, celebri & ipsa eiusdem prouinciæ vrbe, columnas ab eo petens, quas Christianorum primarius sacerdos ex ea æde abstulisset, atque suam ædem sacram illis inædificasset, eodem restitui. Id desertor fidei ille statim sumptibus Episcopi fieri iubet. Pagani cum magnis sumptibus & laboribus vnam columnam demoliti essent, & vsque ad limen ianuæ ecclesiæ cum machinis pertraxissent, ac longo tempore vterius promouere non possent, ea relicta, discesserunt: quam Episcopus post Iuliani interitum facillimè leuatam, in pristinum locum reposuit. ] hæc Zonaras.

ANTIOCHE NI DIRE VEXATI A IULIANO. Greg. Naz. orat. 1. in Iul.

Sed quia hic modico tempore Iulianum commoratum esse constat: nam vidè digressus fuerat, Antiochiam reuersus est: nos quoque ad res ab eo Antiochiæ gestas redeamus. vbi licet quæ palam egit, magno fuerint ciuibus detrimento; quæ tamen clanculum facta est ibi ab eo hominum cædes, magnopere ciuitatem afflixit: sed non nisi eo mortuo, iacturam, quam passa est, ciuitas sensit. hæc quidem Gregorius Nazianzenus his paucis perstringit: Quis mihi Herodoti & Thucydidis otium linguamque suppeditabit, vt istius improbitatem ætati futuræ transmittam, atque huius temporis historiam quasi

A quasi in columna sculptam posteris relinquam? Tacebo Orontem (fluvius hic est, qui præterluit Antiochiam) & nocturnos mortuos, quos hic tum Imperator occultabat, & cadauerum acruis compressis, atque obscure contrucidatis: hoc enim loco Poëtæ verbis vti commodius est. Præmittam etiam concauas, semotissimasq; & abditißimas aulae partes, quæque etiam in lacubus & puteis & fossis, malis thesauris, mysteriisque scatebant, non modò dissectorum puerorum & virginum ad animarum euocatione & diuinationem, sacrificiaq; minimè legitima, sed eorum etiam, qui pro pietatis rectæque doctrinæ defensione periclitabantur. ] hæc Gregorius: eademq; Ioannes Chrysofomus, dum ait: Iam verò quis enumerauerit necromantias? quis puerorum cædes? Nam victimæ illæ, à quibus homines ante Christi aduentum non abstinebant, post eius apparitionem repressæ, de integro renouabantur; non iam quidem in propatulo: nam tamen Imperator esset, ac licentiosè omnia ageret, tamen tanta erat earum rerum impietas, vt ea Imperatoriam etiam licentiæ magnitudinem superaret: victimæ enim illæ de integro renouabantur. ] hæc ipse: eadem quoque & Socrates.

Ioan. Chrysof. orat. cõr. Gent.

Socrat. lib. 3. cap. 11.

IULIANVS SE ERGA ANTIOCHE- NOS BENIGNVM EXHIBET.

Iulian. in Misopog.

Ceterum licet tam dira & execranda, Antiochiæ cum esset, Imperator Apostata perpetraret: nihilominus quibusdam iisdem Antiochenis concessis, voluit videri erga illos animo esse propensiore. Testatur quidem Zosimus, post has cum Antiochenis altercationes Iulianum cum iisdem conciliatum esse, atque in signum inita cum illis gratiæ, eisdem complura indulisse, multosque ciues Decurionatus dignitate donasse, data insuper facultate eandem dignitatem in posteros propagandi. At hæc ipsa idem Iulianus in Misopogone iisdem Antiochenis visus est tamquã ingratis exprobrasse, cum ait: Quenam igitur causa vestra in nos offensionis atque inuidiæ? Ego enim scio, nihil à me in vos commissum esse durius aut grauius, neque priuatim in singulos, neque publice in vniuersos vilo genere maledicti, immo & laude affecti, quantum visum est conuenire: ac de Christo quidem concessi tantum, quantum erat æquum ei qui pro viribus cupit de multis bene mereri. ] At quid visus est sibi Iulianus Christianis indulisse de Christo: nihil profectò, nisi quod non cogeret (vt alij fecerant persecutores) eos palam ad Christum negandum, cum tamen dolo vim compensare soleret. Sed & subdit de remissis eisdem aliqua ex parte tributis: Fieri, inquit, non potest, vt & iis, qui vedaigalia pendunt, omnia condonentur, & qui accipere consueuerunt, dentur omnia. Cum igitur videat publicas largitiones, quas regius sumptus facere consuevit, nihil immiuisse, tributa autem vobis non pauca remississe: nõne res admirabilis, atque ænigmati similis videatur? Sed quæ fuerint nostra in omnes ciues merita, nihil attinet hoc tempore referre. ] & inferius: Multum vobis auri & argenti, multa vedaigalia peculiari beneficio præter alias ciuitates remissi: præterea Senatorum numerum ad ducentos auxi, neque vlli rei pepercit: id enim vnum spectabam, vt ciuitatem vestram maiorem ac potentiorẽ redderem. ] hæc & alia in eos Iulianus, necnon de collato eis frumento tempore famis. At in his blanditiis hostis insensissimus Christianis se habuit tamquam scorpio, dum sic brachiis complexi ac demulcere videtur, vt tamen cauda pungat, & lethale venenum inferat: quod quidem in pluribus, cum oblata occasio fuit, exitus declarauit.

Per id tempus cum Iulianus ageret Antiochiæ (inquit Socrates) Persarum Legati ad Imperatorem aduentarunt, postularum, vt bellum palam indiceret, denunciaretq;. Ille eos remisit, hæc solùm locutus: Me ipsum breui videbitis; & propterea Legatos hac de re ad vos mittere, non est opus. ] at de rebus Antiochiæ hoc anno gestis iam satis. Age modo ad eiusdem Iuliani persecutionem in vtriusque Syriæ ecclesiis orationem conuertamus, indeq; ad res Alexandrinæ recenfendas stylum admoveamus. Atque primum quid in ciues Constantiæ ciuitatis in litore Palæstino sitæ prope Gazam admiserit, ex Sozomeno recitandum est, ait enim:

Socrat. lib. 3. cap. 16. LEGATI PERSARVM AD IULIANVM.

Sozom. lib. 5. cap. 30.

Porro ciuibus Constantiæ, quæ est vrbs Palæstine, non dissimilia obiectabat crimina (nempe quod cultum deorum deseruissent, & Christum colerent) eorumq; ciuitatem ciuibus Gazæ tribut. Ista namque vrbes Constantiam, sicut ex superiore sermone didicimus, cum esset nauale Gazæ ciuitatis, & Maiuma vocaretur, Constantinus simul vt intellexit eam religioni Christianæ in primis esse deditam, ciuitatis honore decorauit, filiiq; Constantij appellauit nomine (Eusebius autem, ab ipsius Constantini Imperatoris serore fuisse denominatam, tradit) atque dedit mandatum, vt sui iuris esset, suisq; legibus ipsa se gubernaret: arbitratus sanè iniquum esse, vt ditioni Gazæ vrbs superstitioni Genti-

Euseb. vit. Constant. lib. 4. cap. 38.

CONSTANTIA  
ADIV-  
DICATA GA-  
ZENSIBVS.

Gentilium supra modum addictæ pareret. Verùm vt primum Iulianus ad Imperium A regendum accessit, ciues Gazæ Constantiæ ciuibus litem intendebant. Atque Iulianus constitutus Iudex, Constantiam, quæ Gaza abest circiter viginti stadia, Gazæ adiudicauit. Quæ ex eo tempore suo priore nomine orbatæ, pars vrbs Gazæ maritima nuncupatur. Magistratus autem ciuiles, belli duces, respublica vtrisque communis est: soloque ecclesiæ statu & gubernatione duæ videntur hoc tempore ciuitates distinctæ. Nam vtraque seorsum suum habet Episcopum, suum clerum, celebres quoque dies festos martyrum, memorias Episcoporum, qui in ipsis ecclesiis rexerint, distinctos denique agrorum vndique iacentium fines, quibus etiam altaria ad vtrumque Episcopatum spectantia distinguuntur. Itaque quidam Episcopus Gazæ, qui hac nostra vixit ætate, Episcopo mortuo, qui ante ecclesiam Maiumatensem administrauerat, laborauit, vt vterque clerus sibi subiiceretur: Non enim fas est, inquit, vt vni vrbi duo præficiantur Episcopi. At cum B Maiumatenses huic rei refragarétur: Concilium gentis illius in vnum locum coactum, causam cognouit, alterumque creauit Episcopum. Nam iniuam omnino existimauit, vt qui ob pietatem priuilegia ciuitatis recepissent, ij tametsi iudicio Gentilis Imperatoris statum (sacerdotij) mutatum haberent, ordine Ecclesiastico & honoribus sibi olim tributis penitus spoliarentur. ] hæc de Constantia ciuitate Sozomenus.

Sozom. lib.  
5. cap. 8.

Quid autem Gazenses in Christianos, qui apud se essent, admiserint, idem auctor post multa sic narrat: Sed quoniã huc nostra prouecta oratio est, & de Georgij atque Theodoriti nece differimus: tempus iam videretur postulare, vt de Eusebio, Nestabo, & Zenone fratribus mentionem faciamus: quos populus Gazæ eodem tempore odio persecutus domi occultatos comprehendit, ac primum coniecit in carcerem, flagrisque cædit: deinde omnes ad theatrum conuenire, & contra eos grauiter propterea vociferari ceperunt, quod sacra ipsorum profanassent, eisdemque ad religionem Gentilium delendam, afficiendamque contumelia superioribus temporibus abusi fuissent. Qui partim clamando, C partim se inuicem incitando, ira succensi, in eorum necem auidè feruntur. Atque ipsi se mutuo instigantes (quod à populo in seditione fieri solet) ad carcerem concurrere: eosque inde deductos, modò pronos, modò supinos trahere, interdum ad terram allidere, iam cædere alij saxis, lignis alij, alij alijs rebus fortuito oblatis, sicque crudelissimè interfecerunt. Accepi etiam, mulieres è tetrinis egressas radijs illos confodisse: quin etiam coqui in foro, pars lebetes aqua feruenti ebullientes è focis arripere, inque illos effundere, pars veribus transfigere. Vt verò eos discernerent, & capita eorum confregerant, vt cerebrum in terram efflueret, extra urbem deducunt ad locum, in quo animalia expertia rationis mortua proici solent. Atque accenso rogo, eorum corpora comburunt: reliqua D autem ossa, quæ ignis nequiquam absumpserat, ossibus camelorum & asinorum, quæ ibi proiecta erant, admiscens, adeò vt perdifficile esset ea inter tot ossa reperire. Attamen non diu sic latuerunt. Siquidem mulier quædam Christiana, quæ non ex vrbe Gaza orta fuerat, sed ibi suum domicilium collocauerat, iussu diuino ea noctu ex alijs ossibus selegit, atque in ollam iniecta Zenoni eorum consobrino seruanda dedit: nam ita Deus ei mandauerat in somnis, & virum etiam mulieri indicarat, quo in loco ætatem degeret, & antequam ad eum veniret ostendebat; quandoquidem ei ignotus erat, & propter persecutionem, quæ recens concitata fuerat, in occulto latitabat: nam parum aberat, quin ipse quoque à Gazæ ciuibus comprehensus trucidatus fuisset: qui, dum populus in consobrino eius necandis occupatus teneretur, nactus tempus idoneum, profugit Anthedonem urbem maritimam, quæ Gaza aberat circiter viginti stadia, quæque id temporis similiter superstitioni Gætili dedita erat, & cultu ac veneratione statuarum cæcata.

RELIQUIAE  
MARTY-  
RVM DIVI  
NIYS IN-  
VENTAE.

Vbi verò per Iudices ibi Christianus cognoscitur, grauiter virgis ab Anthedonis tergo cæsus, eiicitur vrbe, & ad Nauale Gazæ profectus, ibi absconditus delituit. Quo in oppido mulier in illum forte incidens, reliquias dedit: qui cas ad tempus domi seruauit. At vbi Episcopatum illius ecclesiæ ad tempus fortè cepit (quod quidem accidit regnante Theodosio) extra urbem extruxit ecclesiam, & altare in ea erexit, martyrumque reliquias ibi reposuit prope reliquias Nestoris confessoris, qui cum istis Zenonis consobrino, dum viuerent, vna versatus fuerat, atque simul cum illis à populo comprehensus, vinculorum factus erat & plagarum focus. Quem cum inter trahendum, qui eum trahabant, pulchrum habere corpus viderent, eius miserti sunt, & ante portas vrbs adhuc spirantem quidem, expectantem tamen breui monturum proiecerunt. Quem quidam inde subla-

NESTORIS  
MARTY-  
RVM.

tuum

atum ad Zenonem deportabant: apud quem dum vlcibus eius & plagis adhibita sunt curationes, è vita migravit. Ciues autem Gazæ, dum facinoris à se admissi considerant magnitudinem, supra modum extimescere incipiunt, ne Imperator ipsos inultos minimè relinquat. Iam enim fama emanauerat, quod agre admodum ferebat, & decimum quemque è populo necare constituerat. Sed hoc perspicue falsum erat, & rumor solum (vt credibile est) popularis, qui multorum animos conscientia maleficiorum exterritos occupauerat. Nam Imperator hoc facinus à ciuibus Gazæ perperratum (quemadmodum profcelere, quod contra Alexandrinos à Gentilibus in Georgium commissum esset, fecerat) ne litteris quidem coarguit, sed solum eum, qui illius gentis tum Præfectus erat, magistratu abdicauit, habuitque pro suspecto: & in iudicium adducens, humanitatis officium esse duxit, eum morte nequiquam condemnare. Eum tamen vehementer incufabat, quod B quosdam ex ciuibus Gazæ, qui seditionis & cædis auctores dicebantur, in vinculis tenuerat, eo consilio, vt secundum leges pœnas persoluerent. Nam quid causa erat, inquit, vt ad supplicium abducerentur hi, qui paucos Galilæos pro iniurijs, quas ipsis sæpe ac deis intulerant, probè vlti fuissent? hæcenus de his Sozomenus.

IULIANVS  
QVOMODO  
DIRE PER-  
SEQUITVR  
CHR. STIA-  
NOS.

Peculiare namque hoc erat Iuliano dicitare, atque ad Præfectos rescribere, quotiescunque accideret Christianos à Gentilibus vi publica & grauatione necari. Nam quæ hic habet Sozomenus de Gazensibus, eadem refert Gregorius Nazianzenus, de Cæsariensis (de quibus superius egimus) cum Iulianus cædem Christianorum per Gentiles factâ derideret: de quo illud ipsius Gregorij hic repetendū: Quam præclara, inquit, & humana sententia! Quid enim graue, inquit iustus Iudex minime Christianos persecuens, si decem Galilæos manus vna Græcica sustulit? Hæc verò an non perspicua crudelitas? an non persecutionis edictum? &c. ] Hæc Gregorius, iure existimans, huiusmodi licentiam & impunitatem occidendi Christianos, concessam a Iuliano, æqui pollere cuius acerbissimo persecutionis edicto. Quidnam enim prætermississent Gentiles in Christianos patrare sceleris, quod certo scirent non tantum à Principe inultum relinqui, sed & laudari?

Greg. Naz.  
or. 1. in iul.

Quo modo insuper Gazenses quæserint ad necem S. Hilarionem in suo ipsorum agro degentem, idem Sozomenus narrat, sic scribens: Per idem tempus Hilarion etiam monachus à populo Gazæ quæsitus, profugit in Siciliam. Ibi ligna in desertis montibus colligens, & humeris portans, quadam in vrbe ea vendidit, eoque pacto quantum sat erat ad quotidianum victum sibi comparauit. Verum tandem à viro quodam dæmone agitato, quo ipsum liberauerat, quisnam & qualis esset, indicatus, concessit in Dalmatiam. Qua in regione quoque cum maxima miracula diuina virtute edidisset, adeò vt mare eius precibus recessu prohibitum aridam vndique inundatione obruisset, inde denuò secessit. Nam ci haud volupe erat, apud eos qui ipsum laudarent, commorari. Itaque loca subinde commutando, obscurus esse, & celebrem famam de se peruagatam crebris migrationibus delere laborauit. Postremo Cyprium præteruictus, Paphum appulit: atque rogatu illius, qui tum Cypri erat Episcopus, ibi commorari contentus est: inque loco, qui Charbyris dicitur, monasticum vitæ genus excoluit. Quod autem martyrio iste non occubuerit, fuga in causa fuit. Atque fugiebat, propterea quod sanctum Euangelij præceptum est, vt persequentes nos non expectemus: Quod si qui comprehensi fuerint, vt animò excelsò sint & robusto, vimque & violentiam à persecutoribus illatam strenuè euincant. ] hæcenus Sozomenus.

Sozom. lib.  
5. cap. 9.  
HILARI-  
ON EVGII  
PERSECU-  
TIONEM  
GAZEN-  
SIVM.

Quæ licet vera omnia sint, diuerso tamen tempore contigisse fugam Hilarionis à perfectione eiusdem in Siciliam, S. Hieronymus, qui eius res gestas exactissimè est profecutus, facillè monstrat, dum hoc Iuliani tempore eum petiisse Oasenam Ægypti solitudinem, atque demum ipso defuncto reuersum, profectumque esse in Siciliam tradit: qui de fuga Hilarionis hæc habet: Vrbs autem Gaza, postquam profecto de Palaestina Hilarione, Iulianus in Imperium successerat, destructo monasterio eius, precibus ad Imperatorem datis, & Hilarionis & Hefychij mortem impetrauerat, amboque vt quærentur, toto Orbe scriptum erat. Egressus ergo de Brutio, per inuiam solitudinem intrauit Oasam; ibique anno plus minus exacto, quia illuc quoque sua fama peruenerat, quasi iam in Oriente latere non posset, vbi multi illum & vultu nouerant, ad solas nauigare insulas cogitabat, vt quem terra vulgauerat, saltem maria celarent. Eodem fermè tempore Hadrianus discipulus eius de Palaestina superuenit, dicens Iulianum occisum, &c. ] hæc Hieronymus de fuga Hilarionis à Gazensibus eum ad necem quærentibus. Quod autem tanto studio iidem eius necem expectassent, ea potissimum causa intercessit, nimirum quod

Hierony. in  
vita S. I. Ila-  
rion. tom. 1.  
S. GA. HILA-  
RIONIS IN  
OASIM.

idem S. Hilarion apud eos agens, insignia cum miracula edidisset, vno ex illis in theatro A facto perspicuo, ab omnibus fuerat acclamatum, Marnam Gazensium deum esse superatum a Christo. quodnam verò hoc fuerit, prætermisissis ceteris, hic ex eodem Hieronymo recitemus, qui rem gestam ita describit:

Italicus eiusdem oppidi municeps Christianus, aduersus Gazensem Duumvirum Marnæ idolo deditum, Circenses equos nutrebat: hoc siquidem in Romanis urbibus iam inde seruatur à Romulo, vt propter felicem Sabinarum raptum, Conso, quasi consiliorum deo quadrigæ septeno currant circuitu, & equos partis aduersæ fregisse, victoria sit. Hic itaque æmulo suo habente maleficum, qui dæmoniis quibusdam imprecationibus, huius impediret equos, & illius incitaret ad cursum: venit ad beatum Hilarionem, & non tam aduersarium lædi, quam se defendi, obsecrauit. Ineptum visum est venerando seni in huiusmodi nugis orationem perdere. Cumque subrideret, & diceret: Cur enim non B magis equorum pretium pro salute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respondit, functionem esse publicam: & hoc non tam se velle, quam cogi: nec posse hominem Christianum vti magicis artibus, sed à seruo Christi potius auxilium petere, maximè contra Gazenses & aduersarios Dei, & non tam sibi quam Ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus ergo à fratribus, qui aderant, scyphum fictilem, quo bibere consueuerat, aqua iussit impleri, eique tradi: Quem cum accepisset Italicus, & stabulum & equos & aurigas suos, rhedam, carcerumque repagula aspersit. Mira vulgi expectatio: nam & aduersarius hoc ipsum irridens diffamauerat: & fautores Italici sibi certam victoriam pollicentes exultabant. Igitur, dato signo, hi aduolant, isti præpediuntur. Sub horum curru rotæ feruent, illi præteruolantium, terga vix cernunt. Clamor sit vulgi nimius, ita vt Ethnicici quoque ipsi concrareparent: MARNAS VICTVS A CHRISTO EST. Porro furentes aduersarij Hilarionem maleficum Christianorum ad supplicium poscere. Indubitata ergo victoria & illis & multis retro Circensibus, plurimis fidei occasio fuit. ] hucusque de his S. Hieronymus: quibus Gazenses magna ira perciti, tanto studio Hilarionem, cum licuit per Iulianum, vt eum necarent, peruestigarunt.

IN CIRCE-  
SIBVS AC-  
CLAMATVR  
VICTORIA  
CHRISTI.

Ceterum adeo furens fuit Gazensium in Christianos persecutio, vt non tantum Hilarion cogeretur captare fugam, sed & alij omnes qui debebant in eorumdem Gazensium ditione, fuga pariter atque latebris sibi consulere sint coacti. nam de maioribus suis hæc Sozomenus<sup>a</sup> posteris commendauit: Huius fugæ cum alij complures eorum maiorum, tum auus meus particeps fuit: propterea quod cum patre Gentili natus esset, & ipse cum vniuersa familia, & hi qui erant genere Alaphionis orti, primi in Bethelia pago, ditioni Gazensium subiecto, multis hominibus frequentato, & delubra habente, tum ob verum statem, tum ob structuram magno ab habitatoribus in honore habita, & maximè omnium illud quod Pantheon vocabatur, supra cliuum quemdam hominum manu factum, velut supra arcem positum, & toto pago vndique eminens; & quantum coniectura assequor, locus inde nomen traxit, & ex Syriaca lingua in Græcam translatum, Domicilium deorum, propter illud delubrum, Pantheon appellatum est. Ferunt autem illis, qui ex eorum familia fati sunt, Hilarionem monachum, religionis Christianæ recipiendæ causam & auctorem extitisse. Nam cum Alapion iste dæmonio ageretur, & quidam tum Gentiles, tum Iudæi incantationibus ad dæmonem eiciendum, & alijs quibusdam superstitiosis ineptiis crebro multumque vsi, nihil proficerent: Hilarionem, inuocato nomine Christi, dæmonium expulisse, & hominem ad finem Christi adduxisse. Meus autem auus in sacris litteris interpretandis magnam laudem est adeptus. Vir erat ingenio-

a Sozom. lib.  
3. cap. 14.

ALAPHIO-  
NIS CON-  
VERSIO EX  
EVGA.

E scriter institutus, ita vt arithmetica expers non esset. Quamobrem Christianis qui Ascalonem, Gazam, & loca finitima incolebant, perquam carus erat, propterea quod ambiguas sacrarum litterarum sententias & ad religionem aptè & apertè facillè ad omnium intelligentiam dissoluere poterat. Virtus autem eorum, qui ex altero genere orti sunt, vix à quoquam oratione explicari potest: nam primi hoc in loco & ecclesias & monasteria fundarunt, eaque tum vitæ integritate, tum benignitate in peregrinis & egentibus excipiendis ipsi exornarunt. ]

b Theod. lib.  
3. cap. 6.

Sed quo tandem progressa sit eorumdem Gazensium & Ascalonarum in Christianos scuitia, Theodoretus narrat, cum ait: Quæ autem maleficia, hi qui falso simulacrorum cultu tenebantur obstricti, id temporis admiserint, quamquam permulta sunt, & opus separa-

A separatum postulant: ego tamen ex multis pauca sumam mihi ab commemorandum. Ascalone & Gaza, quæ sunt vrbes Palæstinae, primum virorum sacerdotij dignitate exornatorum, & mulierum perpetuam virginitatem professarum ventres discindunt; deinde farciunt ordeo; ad extremum eos porcis deuorandos obiciunt. Sebaste in Palæstina item, quæ est vrbs ditioni gentis, de qua supra dixi, subiecta, Ioannis Baptistæ tumulum aperit: ossa tradunt igni absumenda, & eorum cineres passim dispergunt. ] hæc Theodoretus. At ex his planè ipsi videant, atque iudicent Nouatores hæretici, isthæc sæpius perpetrantes, num sub Christi, an sub Iuliani Apostatæ recensendi sint disciplina. Hæc quidem iubente ipso Iuliano patrata esse, idem ipse in Misopogone haud obscurè testari videtur, dum ait de Ethnicis ipsis Syris: Deorum templa restituerunt, sepulchra verò atheorum omnia (sic nominat sacra conditoria martyrum) signo à me nuper dato, euerterunt, ita B clati & erecti animis, vt scelera eorum, qui deos violarunt, acrius etiàm quam mea ferebat voluntas, vindicarint. ] hæc Iulianus, ad ea planè alludens, quæ facta sunt in Palæstina. At non Ioannis Baptistæ tantum ossa, sed etiam Elisei prophetæ eadem fuisse affecta contumelia, Nicephorus<sup>a</sup> & alij tradunt.

a ARVITIA  
GRNTILIVM  
IN CHRIS-  
TIANOS.

Ruffinus<sup>b</sup> de his agens, quo modo ex tali iactura lucrum fecere monachi Hierosolymitani, quos diuina prouidentia tum direxit illuc, rem gestam narrat his verbis: Iuliani temporibus, velut relaxatis frenis efferebatur in omnem scuitiam feritas Paganorum. Ex quo accidit, vt apud Sebastem Palæstinae urbem, sepulchrum Ioannis Baptistæ, mente rabida & funestis manibus inuaderent, ossa dispergerent, atque ea rursus collecta, igne cremarent; sanctos cineres pulueri immixtos, per agros & rura dispergerent. Sed Dei prouidentia factum est, quosdam de Hierosolymis ex monasterio Philippi hominis Dei, orationis illuc causa per idem tempus venisse. Qui cum tantum nefas, humanis quidem manibus, sed ferina mente fieri viderent, mori gratius habentes, quam huiusmodi piaculo funestari, inter eos, qui ossa ad exurendum legebant, mixti, diligentius, in quantum res patiebatur, ac religiosius congregantes, sursum se vel stupentibus vel insipientibus subtraxere, & ad religiosum patrem Philippum venerandas reliquias pertulere. Ille supra se ducens, tantum thesaurum proprijs seruare vigilis; ad Pontificem maximum tunc Achanasium hostiæ immaculatæ reliquias per Iulianum diaconum suum, post etiam Palæstinae vrbs Episcopum, mittit. Quas ille susceptas, paucis arbitris, sub cauato sacrarij pariete inclusas propheticis spiritu profuturas generationi posteræ conseruauit. Quibus nunc, deicctis & prostratis idololatriæ vestigijs, in ædibus quondam profanis aurea tecta confurgerent, &c. ] illatas enim tradit in nouum illud super Scapidem erectum augustissimum templum eiusdem Sancti reliquias. Vt planè & in hoc demonstrata fuerit veritas verborum Christi dicentis: Nolite timere eos qui occidunt corpus, post hæc autem non<sup>c</sup> habent amplius quid faciant. ]

a Niceph. lib.  
10. cap. 13.  
Metaphrast.  
die 20. Octob.  
in Act. Arre-  
nij mart.  
b Ruffin. lib.  
2. cap. 18.  
c RELIQUIAE  
S. IOANNIS  
BAPT. COL-  
LECTAE.

Nihil planè est, quantumlibet impictas vesana grassetur in reliquias sanctorum martyrum, quod imminuat gloriam, qua eorumdem animæ potiuntur in cælo; sed nec ob eam causam obscurare possit honorem, quo perfruuntur in terris: vt planè de Ioannis reliquijs cernimus esse factum. nam & qui erat Sebaste eius tumulus, idem maiori auctus gloria in posterum perseuerauit: & licet inde eius reliquiæ ablatae fuerint, tamen in earum memoriam, disiectis deorum templis, præclare fuerunt erectæ basilicæ. Ceterum siue ex collectis ac repositis ibi cineribus, siue ex carne ipsa, quæ temporis diuturnitate ossa deseruerat, & in sepulchris remanserat, mortuo Iuliano, ipsa eorundem cum Ioannis tum Elisei monumenta, eadem qua prius, immo maiori celebritate & veneratione, ob miracula ibidem edi solita celeberrima claruerunt: vt merito acciderit quod ex Gregorio Nazianzeno<sup>d</sup> dictum est superius: Sanctorum vel solæ sanguinis guttæ, atque exigua passionis signa idem possunt, quod corpora. ] Accedit his locuples testis S. Hieronymus, qui in epitaphio Paulæ<sup>e</sup> hæc habet ad Eustochoiū de ipsius matre in Palæstinam ad loca sancta peregrinate.

Luc. 12.

RELIQUIAE  
SANCTO-  
RVM MA-  
GNO IN  
HONORE  
HABITAE.

Vidit, inquit, Sebaste, id est, Samariam, quæ in honorem Augusti ab Herode, Græco sermone, Augusta est nominata: ibi siti sunt Eliseus & Abdias prophetæ, & quo maior inter natos mulierum non fuit, Ioannes Baptista. Vbi multis intremuit consternata miraculismamque cernebat variis dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulchra sanctorum vltulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum, alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensisque pede feminis veltes desfluere in faciem, &c. ] hæc Hieronymus: qui & in Abdiam<sup>f</sup> ait:

d Greg. Naz.  
orat. 1. in Iul.

e Hier. epist.

f Hieron. in  
Abdiam, c. 1.

<sup>a</sup> Hieronym. in Michæ. x. tom. 5.

<sup>b</sup> Theod. lib. 3. cap. 6. Quid Heliopolitani in Christianos.

<sup>c</sup> Sozom. lib. 5. cap. 9. Quid Heliamarethysi in Christianos.

<sup>d</sup> Greg. Naz. orat. in Iul.

<sup>e</sup> Sozom. lib. 5. cap. 9.

MARCI EPISCOPI ARETHUSI CERTAMEN.

Sepulchrum eius vsque hodie cum Mausoleo Elisei prophetae, & Baptistæ Ioannis, Sebaste venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. ] & in Michæam<sup>a</sup>, de Samaria: Erat quippe in montibus sita, vbi nunc Sebaste est, in qua & S. Ioannis Baptistæ ossa sunt condita. ] hæc S. Hieronymus, cum tamen illa aliò translata fuisse, alij tradant.

Sed prosequamur quæ in aliis Palæstinæ ciuitatibus à Gentilibus aduersus Christianos patrata sunt, execranda facinora. Theodoretus enim hæc scribit<sup>b</sup>: Scelus autem ab illis in Phœnicia patratum, quis est, quæso, qui sine lachrymis possit commemorare? Nam Heliopoli, quæ est vrbs Libano finitima, execrabiles isti Gentiles recordati facinoris Cyriilli diaconi, qui regnante Constantino diuino quodam zelo accensus, multa simulacra, quæ in ea vrbe colebantur, confregerat: non modo eum interfecerunt, verum etiam, dissecto ventre, iecur eius degustare non sunt veriti. Verum hoc Deum omnia contemplantem celare non poterant, sed debitas sui maleficij pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labe inquinati sunt, primum amiserunt dentes, qui pariter omnes ad vnum excidebant: deinde linguas perdiderunt, quæ putredine labefacta ex ore effluiebant: postremo oculis orbatii sunt: quorum calamitatibus veræ pietatis vis clarè prædicata est. Emesæ item vrbs vicinæ Baccho Mulicroso ecclesiam nuper à Christianis edificatam dedicauerunt, statuatque planè ridiculam, sexum vtrumque, virile n̄ scilicet & muliebrem, representantem in ea collocarunt. ] hæc pauca de Emesensis Theodoretus.

At res cum ab Heliopolitanis, tum etiam ab Arethusijs eodem tempore gestas Sozomenus<sup>c</sup> fufius describit: narrans eadem ab illis factitata, quæ ex Theodoro ab Ascalonitis & Gazensibus aduersus virgines perpetrata fuisse diximus. Porro rem gestam refert his verbis: Qui Heliopolim ad Libanum sitam, & Arethusiam Siria incolunt, hos, nempe Gazenses & Alexandrinos, crudelitate longè superasse videntur. Nam isti virgines sacras (incredibile quidem dictu, nisi quidam eorum qui eodem tempore vixerunt, idem ipsum narraffent) quæ à populo conspici minimè solent, in loco publico veste nudatas, tum ad commune omnium qui eas intueri volebant, spectaculum, tum ad ipsarum contumeliam consistere cogebant: atque vt primum eo quo libitum erat modo in eas insultarant, ad extremum illarum capillum tondebant. Quin etiam eas dissecabant bifariam, & ad illarum intestina deuoranda porcos prouocabant, viscerum extremitate consueto illis alimento operta, quo porci non tam facile ea internoscerent, sed consueta alimentum necessario appetentes, carnes etiam humanas discerperent. Ad hanc quidem contra sacras virgines crudelitatem, vt conuicio, Heliopolitani adacti sunt ex eo, quod vetitum ipsis fuerat, ne virgines suas, sicut patrius mos ante tulerat, homini fortuito occurrenti prius stuprandas traderent, quàm cum viris, quibus desponsatæ erant, congrederentur. Nam Constantinus, sano Veneris Heliopoli diruto, primus apud eos ecclesiam edificauerat, legeque prohibuerat, ne consueta stupra admitterent. ] hæc Sozomenus de Heliopolitanis. eadem habet Gregorius Nazianzenus<sup>d</sup>: qui & addit, non porcis tantum carnes virginum exposuisse, sed etiam ipsos easdem depastos esse, & earum se hepatibus crudis ingurgitasse.

Porro etiam Arethusi (subdit Sozomenus<sup>e</sup>) Marcum suum Episcopum iam admodum senem, canicie & vita piè acta venerandum, miserabiliter occiderunt. Quippe contra eum iam pridem odium conceperant: tum quod Gentiles eius impulsu multo alacrius, quàm suafu Imperatoris Constantij, se ad fidem Christi transtulerant: tum quod delubrum apud eos longè augustissimum, magnificentissimeque extructum, ab illo deturbatum fuerat. Vbi verò Imperium Iuliano delatum est, videns populum in se concitatum, simulque Imperatoris edicto, vel vt pecuniæ summam, quæ satis æstimaretur ad delubrum de integro extruendum, persolueret, vel ipse idem denuò ædificaret, condemnatum: animoque complexus neutrum à se posse fieri, atque præsertim posterius, quod ne Christiano quidem fas erat, nedum Episcopo: primo tempore fuga suæ vitæ consuluit. Verum vt intellexit, multos propter se in discrimen venire, tum distractionem membrorum, tum iudicia, tum tormenta cum his coniuncta subeundi, rediit Arethusiam, & sua sponte se populo tradidit, vt quod libitum erat, in ipsum ederent. Illi verò ob id ipsum factum, quod vt homine verè pio & sapiente dignum laudare debuerant, ab eo se contempti arbitrati, omnes gregatim in eum irruere per plateas, trudere, vellere, singuli denique membra promiscuè ferire cœperunt.

In hoc facinus non viri solum, sed mulieres etiam, & alij omnes, cuiuscumque ætatis

A etatis, studio alacri, & ira quoque incensi, acriter incumbant: adeo vt etiam aures eius tenuibus quibusdam funiculis auellerent. Pueri præterea, qui scholas frequentabant, factum hoc pro ludo habuerunt: quin etiam eum in sublime elatum instar globi inter se voluere vitro citroque, tum ab se proicere, tum denuò excipere stylis, quibus eum acerbè & crudeliter pupugerunt. Vbi verò corpus vulneribus vbique deformatum erat, & ipse nihilominus adhuc spiritum ducebat: illum melle & liquamine vngunt: imponunt in sportulam, quæ tota ex iuncis contexta erat: in sublime denique suspendunt, quo quidem tempore cum vesperæ & apes ad eum aduolarent, carnemque eius exederent, ferunt eum Arethusijs dixisse, se in sublimi positum esse, videreque eos infra humi repentes. quare ea quæ tum sibi, tum eis post ventura essent, præsignificasse dicunt. Traditur etiam præterea, eum qui tum illius loci Præfectus erat, virum scilicet superstitioni Gentilium in primis deditum, moribus tamen alioqui adeo præstabilem, vt etiam adhuc celebris fama de eo percrebesceret, Marci constantiam & patientiam admiratum, liberè Imperatorem tum admonuisse, tum incussisse: propterea quod ipsis ab vno sene, qui tot & tam grauibus tormentis adeo magno & forti animo se opposuerat, deuictis, turpis merito nota inureretur dedecoris: & tum ipsi omnibus ridiculi, tum illi, contra quos eiusinodi facinora ediderant, illustres & gloriosi viderentur. Itaque beatus iste Marcus tam generosa mente Arethusiorum furori & multiplicibus tormentis ab illis sibi inflictis resistit, vt etiam sit ab ipsis Gentilibus magnam laudem consecutus. ] hucusque Sozomenus. Describit eadem pluribus Gregorius Nazianzenus<sup>a</sup>: addiditque Arethusios, quo se victores gloriari possent, extorquere conatos à sene etsi non integrum templi diruti pretium, perpaucam saltem pecuniæ summulam, quam persolvere facile potuisset, at numquam voti compotes factos esse, propterea quod non pro pecunia, sed pro pietate certamen susceptum illud esset: sed ne passum quidem esse, eam ab alijs persolui, qui miserati senis descriptionem, erogare parati erant.

Rursus verò idem Gregorius ad fugillandam Iuliani Imperatoris cum crudelitate ingratitude, hæc addit: An verò hæc lenitatis & clementiæ argumenta, an contra furoris & crudelitatis signa sint, nobis exponant qui philosophum Imperatorem suscipiunt & admirantur. ipse quidem neminem fore existimo, cui iusta sit & vera defutura responsio. Necdum illud adieci: hunc Marcum, Arethusij Episcopum scilicet, ex iis vnum fuisse, qui impurum illum & nefarium, Iulianum videlicet, tum cum genus ipsius totum periclitaretur, seruauerat, furtimque subduxerat: quo etiam solo nomine merito fortasse hæc perpetiebatur, ac plura perpeti merebatur, quod tantum malum vniuerso terrarum orbi imprudens seruasset. ] hæc Gregorius. Sed & illud magis inficit nomen Marci (nam istud humanitatis officium, erga puerulum exhibitum, laude dignum videri poterat) quod ex his quæ sæpe ac pluribus de eo dicta sunt tertio Annalium tomo, probatur manifestè ipsum stetit à partibus Arianis, etiam post palinodiam recantatam in Nicæno Concilio: nam & in Arianorum conuentu Sirmiensi reperitur esse subscriptus impiæ professioni tunc editæ, quam Theodoretus<sup>b</sup> & alij recitant. Epiphanius<sup>c</sup> autem Marcum Arethusium inter eos allegit hæreticos, qui Semiariani dicebantur, de quibus satis superque superius actum est. Ceterum quod omnes historici, cum eius egregiam in patiendo constantiam narrant, hominem pietate insignem prædicent: sed & (quod pluris æstimari debet) ipse Gregorius Nazianenus eum appellet virum eximium, ac sacrosanctum senem: par est credere, illum post tantam dogmatum conflictationem sese ad castra Fidelium Orthodoxorum, ab hæreticis deficientem transtulisse.

Tunc temporis quoque Scythopoli in Palæstina, eadem ex causa, qui ibi erant Gentiles, in ossa Patrophili ubi diu perfuncti munere Episcopatus, & qui haud pridem ex hac vita decesserat, debacchati sunt: effodientes enim illa è sepulchro, dissiparunt; caput verò in sublime elatum omni contumeliæ genere affecerunt. Hæc quidem de eo Nicephorus<sup>d</sup>. At dignè sanè Patrophilus ista commeruit pari, licet pro pietate, in pœnam tamen impietatis, qui ad vltimum vsque spiritum nefariæ hæresis Arianae patronus permanfit: cuius crudelitas aduersus Eusebium Episcopum Vercellensem apud ipsum exulem in primis innotuit. Bostreni quoque Christiani à Iuliano ad persecutionem aduersus Episcopum suum excitati sunt. est Bostra ciuitas Phœnicæ ad mare posita, cui tunc Titus præerat Episcopus, quem in primis ipse Iulianus exurbare conatus est: Nâ (inquit Sozomenus<sup>e</sup>) ciuibus Bostre per præconem publicum madauit, vt Titum tum illius Ecclesiæ Episcopum

<sup>a</sup> Greg. Naz. orat. in Iul.

IULIANUS TAXATVR INGRATI-TUDO ET CRVDELITAS.

<sup>b</sup> Theod. lib. 2. cap. 24. 25. <sup>c</sup> Sozom. lib. 5. cap. 5. <sup>d</sup> Epiphani. lib. 75.

PATROPHI- LI OSSA DI- SPERSA. <sup>d</sup> Niceph. lib. 10. cap. 13.

QUID BOSTRENI IN TITVM EPISC. <sup>e</sup> Sozom. lib. 5. cap. 14.

fua ciuitate pellerent. Ac postquam minatus fuerat, tum eum, tum clericos eius in crimen A vocaturum, si à populo vlla conflaretur seditio: Titus libellum ad eum misit, estque testa- tus, quòd quauis Christiani Gentilibus aduersarij essent, tamen quietè & tranquille se ge- rerent, & suis hortationibus inducti nihil omnino seditiosum concitarent. Quibus ex ver- bis cum Titum plebi inuisum & odiosum reddere pararet, scripsit Iulianus ad ciues Bos- træ litteras, eumque vt populi accusatorem apud illos insinulauit: nimirum quòd dixe- rat, populum non sua sponte, sed suis hortationibus se à seditione temperasse. Itaque po- pulum incitauit, vt illum velut sibi infensum è ciuitate exturbaret. ] hæc Sozomenus. Sed reddamus hic ipsam Iuliani epistolam tunc ea de causa ad Bostrenos datam.

Iulian. ad Bostrenos epist. ad finem edita Græcè.

IULIANI EPISTOLA AD BOSTRE- NOS IN TI- TVM EPI- SCOPVM.

Iulianus Bostrenis. Opinabar quidem Galilæorum Præsules maiorem mihi gratiam habituros, quàm meo prædecessori. Contigit enim sub illo plerisque exulasse & vinculis detentos fuisse; plerosque etiam eorum, qui hæretici dicuntur, interfectos fuisse, vt Samo- B faris, Cyzici, & in Paphlagonia, Bithynia, Galatia, & aliis plerisque prouinciis: vici passim depopulati, & eueriti fuerunt. Nobis verò Imperatoribus, è contra: qui enim exulabant, redierunt, & iis, quorum bona fisco fuerant applicata, omnia reddita sunt. Hi autem ad tantam insaniam & rabiem deuenerunt, vt parum absit, quin tyrannidem exerceant, & quæ adinuicem quondam factitabant, aduersus nos pios nunc faciant: nos irritantes, om- nem mouent lapidem, & populos concitare audent, ac seditiones moliri, aduersus deos impiè se gerentes, nostrisque mandatis, quamuis ita humanis, non obtemperantes. Nemi- nem enim ipsorum inuitum ad idolorum aras trahi permittimus: immò palam ipsi si- gnificauimus, quòd si quis sua sponte nobiscum sacrificiorum & libaminum particeps esse voluerit, eum prius expiationes diis offerre oporteat, deosque rogare tutelares: ita procul absumus, vt aliquem impiorum velimus vel cogitemus nostrorum piorum sacrificiorum C participem esse, antequam animam quidem precibus ad deos, corpus verò expiationi- bus purget.

Populi itaque ab his, qui clerici dicuntur, decepti, proculdubio ablata sibi illa priori licentia, seditiones concitant. Qui enim tantam antea exercebant tyrannidem, non so- lum non sunt contenti quod eorum quæ malè egerunt non soluunt pœnas, sed priorem desiderant principatum & Imperium, & cum non illis liceat ius dicere, testamenta con- dere, & alienas sibi adscribere hereditates: omniaque sibi vt antea tribuere, omnem tur- pitudinis lapidem mouent, & (vt fertur) ignem igni addunt, & prioribus malis maiora ad- hibere audent, in dissidia populos adducentes. Visum itaque mihi fuit, omnibus populis indicare, & hoc mandato manifestum facere, ne cum clericis contendant, neque ab illis persuadeantur, vt lapides tollant, & Principibus non obediant: sed vt conueniant quo- D cumque voluerint, & orationes quas velint, per se ipsos orent. Si verò eos persuaserint, vt sua causa contendant, amplius ne conueniant, sed & sæuas pœnas dabunt.

DOLVS IULIANI, VT POPVLVM ADVERSVS SVVM EPI- SCOPVM CONCITA- RET.

Hæc autem præcipue Bostrenorum ciuitati significare volui, propter accusationes, quas Episcopus Titus & clerici aduersus vestrum populum exhibuerunt . . . . . hortan- tes populum, ne seditiones excitarentur, dum in confessionem cum impetu mouentur. Verba verò, quæ Episcopus scribere ausus est, huic mandato inserere præcepi, quæ sunt huiusmodi: Quamquam Christianis Ethnici sint aduersarij: cum tamen nostris moni- tis adducti, flagitiosè viuere abstineant, &c. rursum: Cum tamen memoria teneant nostra monita, nemini licere flagitiosè viuere, &c. Habetis vestri Episcopi verba. Videte, quo modo vestram rectè ordinatam vitam, non ex vestra proficisci sententia, asserat: cum in- uiti, & (vt ipse dicit) per eius monita à malis abstineatis. Vos autem è contra non inuiti E eum, vt vestrum accusatorem, ab vrbe pellite: & vt populus inuicem conueniat, curate: & nullus opponatur, neque iniuriam faciat: neque hi qui à vera religione errauerunt, iis qui rectè ac iure Deum colunt, insultent, iuxta eas quæ à sæculo tradita sunt traditio- nes: neque deorum cultores contamine mini in domibus eorum, qui ignorantia potius quàm ex consilio decepti sunt. ratione enim adduci & instrui homines decet, non plagis vel iniuriis, neque corporis supplicio. Vos itaque iterum atque iterum moneo, qui veram pietatem estis amplexi, vt nullam inferatis populo Galilæorum iniuriam, neque illis in- sidiemini, qui in maximis rebus malè agunt. Maximum bonum est pietas, sicut è contra maximum malum est impietas. Contigit autem hoc edici iis, qui mortuos & cadauera transtulant, vt hanc soluant impietatis pœnam. Quapropter compatimur iis, qui alicuius peccati sunt rei: iis verò qui liberi & absoluti sunt, in diis gratulamur. Data Kal. Aug. Antio.

A \* Antiochia: ] hæcenus epistola Iuliani. Ceterum conuincitur mendum irrepsisse in- mensem datæ epistolæ Antiochiæ: cum non nisi mense Octobri illuc Iulianum se contu- lisse, Ammianus<sup>a</sup> asserat: nisi potius ex data huius epistolæ idem auctor sit arguendus erroris. Accepimus hanc epistolam translata à Federico Metio Græcas litteras Ro- mæ publicè proficente; quæ desideratur inter Latinè redditas epistolas Iuliani, sicut & illa data ad Alexandrinos pro Athanasio rogantes, quam suo loco inferius descripturi sumus.

<sup>a</sup> Ammianus lib. 22.

Porro quod ad hanc ad Bostrenos conscriptam epistolam spectat: eius sanè argumen- ti & artificij est, vt vix quidem satis rimari quisquam queat, quot vna epistola Iulianus contexerit dolos atque fallacias: qua cum specimen edere videatur optimi Principis, & de omnibus benemerentis, clam tamen insigat aculeos, cum non alio tendat totius episto- B læ argumentum, quàm vt populum in clericos concitet, ab ipsorumque diuellat Episco- po. Sed & cum quos constat fuisse Catholicos, & dira sub Constantio passos, plerisque in locis hæreticos nominet; quodammodo Arianorum in eos persecutionem instaurasse vi- deri potuit. Tali quidem nomine Iulianum appellare consueuisse Catholicos, quæ ex eius verbis in epistola ad Alexandrinos dicuntur inferius, manifestissimè declarabunt. Dum- que etiam collata à se in Episcopos beneficia ostentat, & se à Christianorum persecutione longè abhorreere significat, nomen persecutoris ea arte vitare voluit. Sed & cum Episco- porum inuicem temeritatem, quasi in tyrannidem erumpentem, inensos eos reddere po- pulis laborauit, vt eo pacto soluto inter pastores & greges vinculo charitatis, sic diuulsos abinuicem, eos in uadendi faciliior pateret accessus: verum in eo potissimum insistere vi- fus est, ne cum clericis populus coiret, quod veluti edicto sancito prohibuit. Id genus pla- C nè & aliæ esse noscuntur eiusdem Iuliani epistolæ de Christianis eodem argumento con- scriptæ, nempe vt extrinsecus summam præferant optimi Principis humanitatem, in- trinsecus autem laqueos & gladios contineant inuolutos.

IULIANI ARTES AD- HIBITAE IN CHRISTIA- NIS.

At iam memorabile illud in Syriæ prouincia Phœnicia gestum recolamus, quo tum summa Iuliani aduersus Christum temeritas & audacia declarata; tum diuina in vindi- cando potentia est facta perspicua: quod à Sozomeno his verbis describitur<sup>b</sup>: Illud por- rò, inquit, dicitur à me, quod etiam regnante Iuliano accidit: quod quidem vt Christi po- tentiam planè indicat, ita iram diuinam aduersus Imperatorem accensam euidentè osten- dit. Cum certior factus esset Cæsarea Philippi (est ea quidem vrbs Phœnicia, quam Pa- neadem vocant) præclarum esse Christi statuam, quam mulier, quæ sanguinis profluuio laborabat, cum esset morbo liberata, ibi collocauerat: eam deturbauit, suamque in eo lo- D co posuit. Quo factò, ignis violentus de cælo delapsus statuam illam circiter pectus perc- cuit, caputque vnà cum collo in terram deiecit, atque in faciem humi ea in parte defixit, quæ fuerat à pectore diuulsa. Ex quo quidem tempore ad hodiernum diem atra atque fulminis ictu ambusta manet. Id temporis igitur Gentiles statuam Christi tanta cum vio- lentia trahebant, vt eam confringerent. At Christiani postea eius fragmenta cum colle- gissent, in ecclesia posuerunt, vbi etiam adhuc seruantur. Ex basi, supra quam hæc statua locata erat, herba quædam (vti narrat Eusebius) quæ morbis cuiusque generis mederi so- let, enascebatur: quæ quidem cuius generis esset, nemo nostrorum medicorum, qui vel scientia valebant medendi, vel experientia, omnino nouit. ] hæc Sozomenus: eademque habent Artemij Acta<sup>c</sup>, Nicephorus, atque alij. Sed quanto iustius, dicit aliquis, in ipsum Iulianum fulmen illud cælitus fuisse intortum! At recordetur, quod scriptum<sup>d</sup> est: E Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malum. ] Hanc autem voluit in Christi statuam Iulianus exercuisse vindictam de compluribus deorum simulacris à Christianis tempore Constantini atque Constantij toto Orbe con- fractis: Sed malum conuersum est in caput ipsius, vlciscente quamprimum numine: nam tantum prodigium fulminis, quod eius statuam mediam scidit atque prostravit, ex Aru- spicum, quos colebat atque obseruabat, sententia, Romani Imperij cladem, atque eius- dem Iuliani portendit interitum.

<sup>b</sup> Sozom. lib. 5. cap. 20.

COMME- NTVM IULIANO CHRISTI STATVA.

<sup>c</sup> Apud Me- taphrast. die 20. Octobr. cap. 30. <sup>d</sup> Niceph. lib. 10. <sup>e</sup> Prover. 16

His de rebus gestis in Syria, Palæstina, atque Phœnicia enarratis: iam ad res Ægypti decurrat oratio, quæ hæcenus complexa est complurium prouinciarum persecutionem sub Iuliano grassantem: quod enim quæ simul acta essent, non valuerit simul eadem nar- ratione complecti, discretione prouinciarum ipsam dicendi seriem partita est, ordinem- que distinxit, nimirum cum narrauit quid Constantinopoli cum primum Iulianus venit

PERSECU- TIO IULIA- NI IN ÆG- YPTO.

venit

CHRISTI  
362.LIBERII PAP.  
II.IULIANI IMP.  
2.

venit in Thraciam, quidve in Bithynia, Cappadocia, Galatia, Phrygia, quid etiam in Syria, ac potissimum Antiochia, ubi diutius commoratus est, & in Palaestina, atque adiacente Phœnicia actum sit: qua ratione reliquum esse videatur, ut res in Ægypto gestas ordine profectur. Vexaram quidem fuisse Ægyptum persecutione Iuliani, Apollonij sanctissimi monachi Acta fidem inter alia faciunt: in quibus cum multa de eo præclare gesta narrentur, quæ hoc potissimum tempore Iuliani ipsum pati contigerit, his verbis descripta ab Euagrio<sup>a</sup> referuntur: Hic cum audisset, Iuliani, ut supra diximus, temporibus, fratrem quemdam ad militiam comprehensum detineri in carcere (cogebat impius clericos & monachos militare) in carcere venit ad eum consolandi gratia, ut moneret eum in necessitate tenere constantiam, atque imminetia contemnere ac deridere pericula. Tempus enim ait, certaminis adest, in quo Fidelium mentes tentationibus probandæ sint & noscendæ. Cumque his & alijs verbis adhortaretur animum adolescentis, superuenit Centurio, & indignatus cur introire ausus esset, claves intrinsecus carceri imposuit: ipsum quoque, & omnes qui cum eo venerant, pariter conclusit, quo scilicet etiam ipsi similiter ad militiam detinerentur officium: constituens quoque custodes quamplurimos, abcessit. Medio autem noctis astare visus est Angelus ingenti luce resplendens, & obstupefactis perterritisque custodibus, carceris claustra patefecit. Tunc vero ipsi custodes aduoluti ad pedes sanctorum, rogabant eos discedere, dicentes, melius sibi esse mori pro his, quam diuinæ virtuti obfistere, quæ eorum curam gerebat. Mane vero etiam ipse Centurio cum principalibus viris festinus ad carcerem venit, rogans ut discederent omnes, qui teneri videbantur. Dicebat enim, domum suam terræ motu magno concidisse, & electos quoque famulorum suorum peremisse. Sancti vero his auditis, hymnum Deo laudesque cecinerunt, & regressi ad cremum erant in vnum positi, secundum Apostolorum exemplum, habentes cor vnum & animam vnã.] hæc ibi.

<sup>a</sup> Euag. in Vit.  
part. in Apoll.  
tonio. c. 7.

APOLLONIVS  
MO-  
NACHVS ET  
SOCII AB  
ANGELO  
LIBERAN-  
TVR.

GENTILES  
ÆGYPTI.  
ORGIA CE-  
LEBRAN-  
TES QUID  
PASSI.

Rursum vero quid tunc temporis acciderit, cum daretur Gentilibus soluta licentia Orgia celebrandi, & alia à Christianis Principibus vetita, liberè faciendi, post nonnulla sic ibidem describitur: Erant aliquando in circuitu S. Apollonij positi decem circiter Gentilium vici, apud quos dæmoniaca, superstio summo studio colebatur. Templum erat ibi amplissimum, atque in eo simulacrum: quod moris erat circumferri à sacerdotibus, bacchantium ritu, cum reliqua multitudine circumueuntibus, & quasi pro aquis impetrandis profana mysteria peragentibus. Contigit autem sub eo tempore, quo huiusmodi ab eis Orgia gerebantur, iter facere beatum Apollonium per ipsa loca cum aliquantis fratribus. Et cum vidisset infelicium turbas quasi dæmone quodam agi, debaccharique per campos, miseratusque errorem eorum, fixis genibus inuocabat Dominum & Saluatorem nostrum: & omnes eos qui caerimoniis dæmoniis agebantur, cum simulacro suo stare fecit immobiles, nec progredi omnino vsquam posse. Atque ita per totam diem rapidissimis aduisti æstibus permanserunt, ignorantes, unde eis herere vno in loco immobiliter contigisset.

Tunc sacerdotes eorum dicebant, quemdam Christianum in regionibus vicinæ eremi commorantem, Apollonium nomine, præstitisse hæc sua opera: qui nisi esset exoratus, eis periculum permanfurum. Ut autem ad rei tantæ miraculum conuenerunt vndique qui audierant, & percunctantes, quæ tanti causa extiterat monstri, ignorare se penitus fatebantur: suspicionem tamen dari sibi dicunt supradicti viri: quem & exorari pro se deposcunt. Tunc quidam ex ipsis, verè eos opinari ait: nam & vidisse eum illo itinere prætereuntem confirmat. Attamen adhibere, quæ putabant prodesse auxilia, non morantur. Adducunt boues, quorum virtute videretur posse moueri simulacrum. Sed cum nec sic quidem aliquid profecissent: omni auxilio frustrati, legatos ad hominem Dei mittunt, pollicentes, si eos resoluat ab his vinculis, pariter quoque erroris vincula dissolui. Hæc ubi nunciata sunt ei, sine mora descendit ad eos: & oratione sola ad Deum fusa, omnes resoluat. At illi sine dilatione vnanimiter omnes confugiunt ad eum, Saluatori Deo nostro credentes, & gratias referentes. Simulacrum vero, quod erat ligneum, continuo igni tradunt: ipsi autem secuti sunt hominem Dei, atque edocti ab eo fidem Christi, Ecclesiæ Dei sociati sunt: plurimi vero ex eis cum ipsis manserunt, & etiam nunc in monasteriis degunt. Facti tamen huius mirabilis fama vbique diffusa est: & multi per hoc ad fidem Domini conuertebantur, ita ut in regionibus illis nullus iam penè Gentilis remaneret.] hæc tamen de his Euagrius.

Satis

CHRISTI  
362.LIBERII PAP.  
II.IULIANI IMP.  
2.

A Satis quidem constitit, & pluribus sanè exemplis, quod cum ab impio Apostata radi- citus Christi fides conuelli penitus tentaretur, tunc fortior Dei virtus per adeò ingentia miracula & signa manifestè reddita est; eoque in loco potissimum, ubi sedes vignisset impietatis: ut planè satis aperte significaretur, frustra conari hominem demoliri, quod manu Dei intelligeretur erectum, eiusque semper auxilio maiori fulciri, cum vehementiori impietatis impetu quassatur. Sed iam ad res Alexandriæ gestas adiuuamus stylum, non quidem ad res martyrum recensendas, sed ad supplicium diuina sententia irrogatum in Georgium Episcopum Ariarium. At quod in primis ad tempus attinet, cum constet ex Ammiano<sup>a</sup>, non antea sublatum de medio esse Georgium, quam cum Artemius Dux Ægypti, à Iuliano accersitus, ab eodem supplicio capitis damnatus est: necesse quidem esse videtur asserere, Georgij necem hoc potius anno quam superiori contigisse. De quo quidem aduri; in primis quid Ammianus Ethnicus auctor scriptis prodidit, hic reddemus. cuius hæc sunt verba:

Cum autem à morte Artemij tempus intercessisset exiguum: Alexandrini, Artemij interitu, quem verebantur, ne cum potestate reuersus (id enim minatus est) multos læderet ut offensus: itam in Georgium verterunt Episcopum, viperæ (ut ita dixerim) morsibus ab eo sapius appetiri: qui in Fullio natus (ut ferebatur) apud Epiphanium Cilicis oppidum, auctusque in damna complurium, contra vtilitatem suam, rei que communis, Episcopus Alexandriæ est ordinatus in ciuitate, quæ suo pre motu, & ubi causæ non suppetunt, seditionibus crebris agitur, & turbulentis, ut oraculorum quoque loquitur fides. His efferatis hominum mentibus Georgius quoque ipse graue accesserat incentium, apud patulas aures Constantij multos exinde causans, ut eius recalcitrantes imperio, professionisque suæ oblitus, quæ nihil nisi iustum suadet ac lenè, ad delatorum aulæ ferahæ descisceret. Et inter cetera dicebatur id quoque malignè docuisse Constantium, quod in vrbe prædicta ædificia cuncta solo coherentia à conditore Alexandro magnitudine impensarum publicarum extructa emolumentis ætatis proficere dicunt<sup>b</sup> ex iure. Ad hæc mala id quoque addiderat (vnde paulo post eiectus est in exitum præceps) reuersus ex Comitatu Principis, cum transiret per speciosum Genij templum multitudine stipatus ex more, flexis ad eadem ipsam luminibus: Quamdiu, inquit, sepulchrum hoc stabit? Quo audito, velut fulmine sunt perculsi: metuentesque, ne illud quod tentaret, euertiret; quicquid poterant in eius perniciem clandestini concitabant.] hæc ipse de causa necis illatæ Georgio.

At non hæc vna tantum, sed plures aliæ extiterunt causæ, quibus Georgius Ethnicos Alexandrinos (ut taceamus de Catholicis Christianis) in se concitauit: quas adducit Iulianus in epistola ad ipsos scripta, quam paulo post hic describemus: sed & alias recenset Epiphanius, hic pariter inferendas. Reddamus autem modò eam, quam Socrates<sup>c</sup> refert his verbis: Locus, inquit, erat in ea ciuitate iam ab antiquis temporibus desertus & neglectus, multaque sordium colluione redundans: in quo ritibus & caerimoniis in honorem Mithræ celebratis, homines pro victimis sacrificare Gentilibus mos erat. Illum, vtpote iam antea nulli vsui seruientem, ecclesiæ Alexandrinæ addixit Constantius. Georgius autem habens in animo ecclesiam ibi ædificare, locum purgari iubet. Quo purgato, adytum repertum est ingentis altitudinis, in quo Gentilium mysteria recondebantur: ubi erant multæ hominum caluariæ cum adolescentum, tum senum: quos fama est, olim cum Gentiles diuinationibus, quæ per exta intestinaque fiebant, utebantur, magicalique obirent victimas, quo hominibus aciem animorum perstringerent, maculatos fuisse. Quibus rebus in adytis Mithræ repertis, ab Christianis laboratum est, ut Gentilium mysteria palam haberentur ludibrio. Nudas igitur mortuorum caluarias quam mox in apertum proferunt, quo populo exhiberent ad intuendum. Quæ cum Gentiles, qui Alexandriæ habitabant, conspicerentur, facinorisque admissi contumeliam iniquo animo ferrent: graui iracundiæ æstu exardescere, & armis quæ fortuito illis obuenerant, in manus arreptis, impetum in Christianos facere cœperunt, & complures ex illis nullo non mortis genere afficere: nam hos gladiis, illos fustibus, alios lapidibus vsque ad mortem cedere, alios funibus strangulare, quosdam cruci suffigere: hocque necis genus ad probum Crucis illis inferre: plurimos fauciare. Tandem, sicut in eiusmodi tumultu euenire solet, ne ab amicissimis quidem manus abstinere: sed amicus amicum verberare, fratrem fratrem, parentes liberos: denique alter alteri ad eadem vim afferre. Proinde Christiani

<sup>a</sup> Ammianus  
lib. 22.

<sup>b</sup> Ammianus  
lib. 22.

ALEXAN-  
DRINI  
QVID IN  
GEORGIVM  
EPISCO-  
PVM ARIA-  
RIVM.

<sup>c</sup> debent

REFOSSA  
GENTILI-  
VM AEGYPTI.  
ARCANA  
SACRA.  
<sup>c</sup> Socrates. lib.  
3. cap. 2.

GEORGIUS EPISCOPVS ARIANVS DIRE N- CATVS.

Herodot. in Euterpe.

Socrat. lib. 3. cap. 2. Greg. Naz. orat. in laude Athanas. Epiphani. har. 76. Sozom. lib. 5. cap. 7. 1. Pet. 4.

Epiphani. har. 76. GEORGIUS MINIME DICENDVS MARTYR.

stiani à Michreio adyto perpurgando desistere. ] hæc Socrates: addens eosdem in Geor- gium ipsum esse grassatos. sed quando id contigerit, Ammianus prosequitur, dicens:

Ecce autem perlato letali nuncio indicante extinctum Artemium: plebs omnis gau- det inperato, vocibus horrendis infrendens Georgium petit, raptumq; diuersis multan- di generibus proterens, & conculcans, diuaticis pedibus: cumq; eo Dracontius Mone- tæ Præfectus, & Diodorus quidam veluti Comes, iniectis per crura funibus, simul exani- mati sunt, ille, quod arcam in Moneta, quam regebat, recens locatam euertit; alter, quod dum ædificandæ præesset ecclesiæ, cirros puerorum licentiùs detondebat, id quoque ad deorum cultum existimans pertinere. ] Quod de attonsiõe puerorum Ammianus sub- obfcurè ingerit, tonsuram illam, qua prima clericatus initiatio peragi solet, significare vo- luiffe videtur: licet Gentilis scriptor, Gentilitio more locutus, ad deorum cultum illud dicat pertinere putasse. Nam quo modo, quæso, ad cultum deorum id potuit attingere: B cum teste Herodoto\*, in Ægypto sacerdotes, non capillos tantum, sed pilos totius cor- poris tertio quoque die deraderent: Numquid hostis deorum (quod Iulianus exprobrat) in gratiam deorum potuit puerorum totondisse capillos: vel si fecisset, reprehendendus ob id à Gentilibus esset? Sed subdit Ammianus: Quo non contenta multitudo imma- nis, dilaniata cadauera peremptorum, camelis imposita inuexit ad lacus, iisdemque sub- ito igne crematis, cineres proiecit in mare: id metuens, ne collectis supremis, ædes illis extruerentur cum reliquis, qui deuiare à religione compulsi pertulere cruciabiles pœnas ad vsque gloriosam mortem intemerata fide progressi, & nunc Martyres appellantur. Poterantque miserandi homines ad crudele supplicium ducti Christianorum adiuuen- to defendi, nisi Georgij odio omnes indiscretè flagrassent. ] hucusque Ammianus de exitu Georgij & sociorum, sub huius anni Consulibus.

Eoque modo Dei vindicta, licet serò, respexit tandem in scelestissimum omnium ho- minum, & tot tantarumque cladum aduersus Catholicos pluries immissarum auctorem. Qui enim Præfectorum (vt dictum est) amplissimo comitatu ad eò gloriosa pompa Epi- scopus olim ingressus est Alexandriam: modò discerptus & extinctus, instar sarcinæ funi- bus cum Præfecto & Comite complicatus, super camelum per mediam urbem sublimis conspicuus omnibus est sublatus ad lacus. dignum planè ac sibi congruens fastigium ac- cepit impietas, nempe cameli tergum: quòd quidem animal aliàs hero proficuum, gesta- tione Georgij ad eò contaminatum putatum est, & redditum execrandum, vt ipsum cum Georgio ac sociis (vt habet Socrates<sup>b</sup>) iidem simul combusserint. Hæc eadem de nece Georgij Gregorius Nazianzenus<sup>c</sup>, Epiphanius<sup>d</sup>, Sozomenus<sup>e</sup>, & alij ferme omnes.

Ceterum quod non defuerint Ariani Georgij sectatores, qui eum sic à Gentilibus ca- D- sum vt martyrem coluerint; S. Epiphanius de eiusdem miserando exitu agens, eum mi- nimè dignum esse nomine martyris tradit, illaque tantum nititur ratione, quam Petrus Apostolus docuit, excludendum nimirum esse è martyrum classe, qui licet Christianus sit, ob scelus tamen admissum dignas pœnas perfoluit, cum ait: Nemo vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. ] Epiphanius<sup>e</sup> itaque enarrata crudeli cæde Georgij, subdit: Dixerit autem fortasse aliquis de eo, qui sic mortuus est: Igitur martyr factus est, qui à Græcis, nempe Ethnicis, hæc passus est. Et si quidem pro veritate fuisset ipsi hoc certamen, & hæc accidissent ei à Græcis propter inuidiam, & ob confes- sionem in Christum: re vera inter martyres, eosque non paruos locatus esset. Non erat autem causa propter confessionem in Christum, sed propter multam violentiam, quam E-

in suo appellato Episcopatu in ciuitatem & populum exercuerat, aliquando heredita- res hominibus à parentibus relictas diripiens. Et vt ne calumniemur virum; multa enim sunt, quæ ab illo Alexandrinis sunt facta: Quo modo nitrum omne excepit? Quo modo paludes papyri & calami, & stagna salis gubernare & ad se ipsum afferre exco- gitauit? Nam omnis turpitudine vitæ, quæstus gratia permultas artes, vsque ad vilissi- mas res ab ipso non negligebatur. Etenim & lecticas excogitauit corporibus eorum, qui effertur, ad numerum centum facere; & sine his quæ ab eo ordinatæ fuerant, non ef- ferebatur corpus mortuum, maximè peregrinorum; non propter hospitalitatem, sed (vt dixi) quæstus gratia. Si quis enim sceleratissimus per se ipsum corpus, periculum subibat: sic autem à singulis qui efferebantur, lucri aliquid ipsi accedebat. At omitto de his dice- re, quæ vir ille in deliciis & crudelitate & aliis accipiebat. Propter hæc igitur omnia Ale- xandrini

IULIANI SOLITATI- MVLATIO. Ammianus lib. 22.

Socrat. lib. 3. cap. 3. IULIANI LITTERAE AD ALEXANDRI- NOS.

A xandrini in eum ira perciti, & maximè Græci, hæc ipsum morte multarunt. ] hæc Epi- phanius: qui cum subdat, id ab Alexandrinis perpetratum, statim audita morte Constan- tij; hoc potius anno accidisse, enarratæ ab Ammiano res gestæ per Consules persuadent. Ceterum etsi non criminum causa, qui criminosisimus erat, sed propter Christi confes- sum nomen Georgius necatus esset: haud tamen dignus martyris titulo videri poterat, qui extra Catholicam communicationem fidemque ob hæresim, & inuasionem alic- næ sedis, foris ab hæreticorum partibus staret: cum (quod pluribus dictum est se- cundo Annalium tomo) extra Catholicam Ecclesiam atque fidem non sit reperiri mar- tyrium.

Iulianus autem ad omnem simulationem & improbitatem probè compositus, audita dira morte Georgij & sociorū, licet (quod de cunctis Christianis Episcopis contigisse op- tasset) summo gettoret gaudio: tamè qui extrinsecus agebat tamquàm in scena philosophum, se facinus ægro accepisse animo, simulauit, & scelus vicisci velle monstrauit, sed ab amicis placari, passus libenter est. Vnde Ammianus de eo\*: Hoc comperto, Imperator ad vindicandum facinus erectus, iamque expetiturus pœnas à noxiis vltimas mitigatus est; le- nientibus proximis: missoque edicto acri oratione scelus detestabatur admissum, mina- tus extrema, si deinde tentatum fuerit aliquid, quod iustitia vetet & leges: ] hæc Am- mianus. Porro ipsæ Iuliani tunc ea de re scriptas litteras ad Alexandrinos recentè So- crates his verbis<sup>b</sup>:

Imp. Cæsar Iulianus Max. Aug. Populo Alexandrino S. Quod si ita sit, vt nulla reue- rentia vel erga Alexandrum vestræ urbis conditorem, vel (quod maius est) erga Deum il- lum magnum sanctissimum Serapidem in vestris animis resideat: tamen miror vos nullam rationem habuisse communis naturæ humanitatis, decoris, addo etiam nostræ personæ, cui cum alij omnes dij, tum magnus ille Serapis in primis orbis terrarum Imperium largiri dignatus est: ad quam quidem vestrarum partium fuisset, iniuriarum, quibus improbi vos affecissent, cognitionem ac iudicium reseruasse. At iracundia fortassis, & feruor mentis, rationis cæcauit oculos: qui quidem cum animum de statu suo dimoue- rit, crudelia facinora edere solet. Et quamuis perturbationis impetus, qui subito per- peram adhibitus erat, paululum repressus fuerit: postea tamen in legum contemp- tum irrupit. Vos igitur cum in numero populi habeamini, nullus pudor reprimere poterat, quo minus ea tentaretis, de quibus iustum odium contra illos animis conce- pissetis.

Verum dicite mihi per Serapidem, quænam fuerunt illæ iniuriæ, quæ vos contra D Georgium ad iracundiam prouocarunt? Dixeritis fortasse, quòd Constantium beatif- simum Imperatorem aduersus vos concitauerat: quòd exercitum ad sacram vestram ur- bem deducendum curauerat: quòd Præfectus Ægypti sanctissimum dei delubrum oc- cupauerat: quòd imagines, ornamenta, & ornatum ad sacra spectantem inde abripue- rat: quòdque cum vos istud facinus ægrè ferretis, deumque vestrum propugnare, im- mo dei ornamenta custodire, non sine causa niteremini, idem Præfectus iniuste, inique, impieque armatos in vos immiserat: qui sanè Georgium magis quam Constantium veri- tus, eo pacto se ipsum conseruare volebat: nam iam olim non tyrannico, sed modesto admodum & facili animo erga vos se gesserat. Quibus de causis in Georgium deorum inimicum iracundiæ incendio inflammati vestram sacram ciuitatem scelere contami- nastis: id adeò, cum liceret illum ad iudicium adduxisse. nam ea ratione facinus neque ad cædem neque ad iniquitatem prorupisset, sed fuisset summa transactum æquitate, quæ vos planè infontes seruasset: quæ eum, qui scelera intoleranda nequiter conscii- fect, multasset supplicio: qua denique repressisset alios omnes, qui non solum deos con- temnunt, verum etiam eiusmodi ciuitates & populos tam florentes in nullo numero ducunt, sed crudelitatem aduersus illos vsurpatam quasi accessionem suæ potestati ad- iungunt.

Conferte igitur hanc meam epistolam cum illa, quam ad vos iam dudum misi; & quantum inter eas interit, diligenter considerate. in illa enim priore plurimum laudis vobis tribui: in hac autem per deos immortales, cum vos laudare (vti debeo) aggre- dior, scelus admissum mihi est planè impedimento. Audet ne populus instar canum, ho- minem discerpere? An non eum pudet tam indigni facinoris? Est ne hoc, manus adeò puras & integras seruare, vt eas nulla cruoris labe pollutas ad deos supplices tendatis?

At Geor-

At Georgius ista pati commeruerat. Ipse etiam fortasse dicerem, eum istis longè grauiora acerbioraque subire debuisse. At etiam propter vos, dixeritis: & illud vobis asientior. Sed si dicatur, quod à vobis pœnas luere debuisset, hoc nullo modo possum concedere. Sunt enim vobis leges, quæ sanctè coli, & ab omnibus tum priuatim tum publicè amari debent. Verùm enim verò quamquam vsu venit, vt nonnulli sigillatim delinquant: tamen communem Reipublicæ statum ritè temperare, legibus morem gerere, & ea quæ ab initio præclare sancita fuerint, minimè violare, consentaneum est. Illud putatote, ô Alexandrini, prospere & feliciter cecidisse, quod me regnante tale facinus à vobis admissum sit: quippe qui tum ob reuerentiam erga deum, tum ob pietatem erga auum meum & gentilem, qui Ægypto vestræque ciuitati præfuit, vos fraterna quadam beneuolentia complecti non desino. Nam Princeps, qui se contemni non vult, & magistratus etiam seruus accuratusque non debet huiusmodi facinus à populo admissum negligere, ne tamquam morbum grauem difficiliore acerbiorisque medicina curare opus fuerit. Verùm ego ob eas causas, quas modò citavi, curationem facillimam, mitissimamque nempe admonitionem verbaque benigna vobis seruandis adhibeo: quibus certè equidem scio, si modò sitis (vti audio) ex vetere Græcorum stirpe oriundi, & adhuc eximia illa atque egregia nobilitatis nota in vestris mentibus (in vestris, inquam, qui estis Alexandrini ciues mei) inque omnibus vitæ officiis impressa appareat, perfacile estis obtemperaturi.] hæc Iulianus ad Alexandrinos.

Ex quibus illud in primis obseruatione dignum, Iulianum aded addictum fuisse Ægyptiorum idololatriæ, vt cum tot coleret deos patrios, vno tamen Serapidi (vt ait) ipsum Imperium acceptum ferret. Hinc quoque accidisse potuit, vt ipse vel vna cum vultu Serapidis in numismatibus voluerit effigiari, vel solus, nomine eiusdem Serapidis inscripto, tamquam ille ipse esset, vt superius expressis formis demonstratum est, quas iterum spectandas hic tibi subiiciamus.



Exrant eiusdem Iuliani duæ aliæ epistolæ datæ post extinctum Georgium ad magistratus Ægypti de libris eiusdem Georgij magna diligentia perquirendis: quarum prior ad Ecclicium Præfectum Ægypti his verbis conscripta habetur:

*Julian. epist. 9.*  
IULIANI  
EPISTOLÆ  
DE LIBRIS  
GEORGII  
PERQUI-  
RENDIS.

Quidam equis, alij auibus, nonnulli feris delectantur: ego verò inde vsque à pueritia librorum cupiditate arsi. Quare absurdum est, has opes iis relinquere, quorum auaritia nequit auro expleri, præsertim cum facile videar eas illis posse detrahere. Quocirca mihi priuatim beneficium dabis, vt Georgij scripta omnia reperienda cures. Multa enim apud illum philosophica, multa rhetorica, multa de Galilæorum doctrina, quæ velim penitus

A penitus extincta esse: sed ne cum his illa quoque pereant, omnia diligenter exquiri volo. Dux autem tibi esto ad inquirendum librarius ipsius Georgij: qui si fideliter in eam curam incubuerit, præmium sibi libertatem esse sciat: sin autem malitiosè & astutè rem gesserit, quæstionem de se habitum iri. Mihi enim, cum in Cappadocia essem, quædam describenda dedit, quæ ad eum postea remissi.] hæc ad Ecclicium. Ad Porphyrium autem Catholicum (erat huius nominis magistratus, cuius superius tomo tertio aliàs facta est mentio) in hæc scripsit verba:

Georgij magna sanè & copiosa bibliotheca fuit, & philosophorum & historicorum omni genere referta, sed de Galilæorum maximè doctrina permulti & varij commentarij extabant. Quare totam eam bibliothecam perquire, & Antiochiam mitte. Scito autem, te quoque grauiissimas pœnas esse daturum, nisi omnem diligentiam in inquirendo adhibueris. Et quos suspicio erit quacumque ratione libros aliquos interuertisse, tum argumentis omnibus, tum iureiurando multiplici, tum multo magis seruorum quæstione, nisi queas conuincere, saltè vi cogas eos in medium proferre.] hæc ad Porphyrium: quam etiam epistolam Suidas descriptam habet.

Post sublatam dira morte Georgium, Magnus Athanasius emerfus è latebris, & è sepulchro, in quo sicut mortuus viuens diu permanerat, veluti è mortuis resurgens, perspicuus cunctis Alexandriam venit, vbi magna susceptus est gloria. Sed quod ad tempus spectat, æquius videretur eius reditus collocandus anno superiori, quo Iuliani edicto Episcopi ab exilio relaxati, omnes ad propria remearunt: quia tamen constans est assertio Nazianzeni affirmantis, nonnisi post extinctum Georgium, Athanasium Alexandriam rediisse: hic ea de re agere peropportunum videtur. De cuius reditu hæc in primis sanctus Hieronymus: Dominus excitatur, imperat tempestati, bestia moritur, nempe Constantius: tranquillitas redit: manifestius dicam: Omnes Episcopi, qui de propriis sedibus fuerant exterminati, per indulgentiam noui Principis ad Ecclesias redeunt. Tum triumphatorem suum Athanasium Ægyptus excepit, &c.] hæc Hieronymus. Sed quali triumpho ab Alexandrinis Catholicis Christianis idem fuerit honoratus, præstat hæc audire à Gregorio Nazianzeno, qui in primis eius reditus tempus describens, nonnisi post extinctum Georgium ipsum Alexandriam rediisse, testatur, cum ait: Licentiam itaque rursus doctrina veritatis accepit, atque ij qui vexati & oppressi fuerant, solutam libertatem, zelo nempe iracundiam aciente. Quod etiam ipsum Alexandrinis accidit, qui vt in eos à quibus contumelias affecti sunt, acerbissimi esse solent, importunam hominis audaciam indignissimis animis ferentes, tum nouo mortis genere peruersitatem, tum noua contumelia mortem notandam atque infamandam duxerunt. Notus est vobis camelus ille, atque insueta sarcina, & noua magnitudo, primaque illa, ac nisi me opinio fallit, sola circumductio, quæ etiamnum contumeliosis hominibus minaciter denunciatur.

Posteaquam autem illa iniustitiæ tempestas, illa pietatis labes & corruptela, ille mali spiritus præcurfor huiusmodi supplicio mulctatus est, meo quidem iudicio haud laudando (nec enim quid eum pati, sed quid nos facere decebat, spectandum fuit) sed mulctatus est tamen, totiusque populi impetum atque iracundiam subiit: Tum verò athleta ille nobilis ex præclara peregrinatione (sic enim ipsius fugam pro Trinitate & cum Trinitate cõceptam appello) in urbem redit, atque ita lætos & alacres omnes offendit, immo etiam vniuersam propè Ægyptum vndiquaque in vnum concurrentem, atque ab omnibus editis locis; vt alij sola Athanasij voce, alij forma & aspectu ad satietatem fruerentur, alij (quod de Apostolis prædicatur) ex vmbra saltem ipsa, nouaque corporis figura, sanctitate imbuerentur: vt cum multis iam sæpenumero ex omni hominum memoria honores habiti sint, multis etiam obuiam proditum sit, idque non Præfectis tantum publicis, & Episcopis, sed necessariorum quoque suorum amplissimis quibusque & clarissimis: nullius tamen occurssionis maior frequentia & splendor memoretur: vnum dumtaxat Athanasium, eumque honorem, quo ad priorem vrbis ingressum ornatus fuerat, cum eadem fuga & ob eandem causam iniata Alexandriam repeteret, cum ea comparari posse. Quin & de honore illo huiusmodi quispiam sermo circumfertur: dicam enim (superuacaneus licet videri possit) ac velut condimentum, aduentitiumque florem orationi adiungam.

Post illius aduentum vehabatur in urbem quidam, alteram iam præfecturam gerens



FREQVENS  
OCCVRSVS  
POPVLII A-  
THANASIO.

(nosfer hic erat, quippe Cappadox, vir clarus & illustris: nec dubium est, quin Phila- A  
grium illum à me nominari sentiat.) Ea porrò ciuium erga illum amoris flamma, vt  
nec vlla alia similis, nec erga alium: honor autem (vt rem totam paucis verbis ob ocu-  
los ponam) amoris magnitudini respondens, cui etiam vrbs administratio, tum ciuium  
deprecatione, tum Imperatoris calculo & sententia, rursus demandata fuerat. Tum igitur  
è vulgo quispiam, cui infinita multitudo videbatur ac velut pelagus quoddam ne-  
quaquam oculis circumscriptum, ad amicum quemdam & familiarem (vt in huiusmo-  
di rebus accidere solet) ita locutus esse, fertur: Dic mihi, vir optime, tantam ne vni-  
quam populi multitudinem vidisti, tamque concordibus animis ad vnum hominem or-  
nandum effusam? Minimè, inquit iuuenis, ac ne Constantium quidem ipsum pari ho-  
norificentia exceptum fuisse opinor: tamquam videlicet per Imperatoris nomen sum-  
mus honoris vertex significaretur. Tum ille perquam suauiter arridens: Quid ais, in- B  
quit, quasi magnum aliquid & admirandum dicens? Immo Magnum quoque Athana-  
sium pari honore introductum fuisse, vix adduci possum vt credam. Simulque iusiuran-  
dum quoddam ad id quod dixerat confirmandum adiunxit. Eo autem hic sermo spe-  
ctabat, quemadmodum etiam vobis perspicuum esse arbitror, vt Imperatori quoque  
ipsi Athanasium anteferet. Tanta erat viri huius apud omnes veneratio: tanto stupore  
ingressus eius memoria hominum mentes etiamnum defixas tenet. Nam secundum  
genera, artes, artesque diuisi erant: solet enim maximè ciuitas illa ad hunc modum in-  
strui, cum publico honore afficiendum aliquem suscipit.

Quoniam verò modo spectaculi huius magnitudinè oratione referre queam? Fluiuius  
vnus omnes erant: Nilum etiam poëta quispiam diceret, illum verè aurifluum & spicis  
vberem ab vrbe ad Chareum retracto cursu fluentem diei vnus itinere atque amplius. C  
Liceat mihi per vos, quæso, paululum adhuc in hac narratione lasciuiare: illic enim ani-  
mus versatur, nec sermonem ab ea solemnitate reuocare facile possum. Pullus ipsum ve-  
hebat (ac peto à vobis, ne me amentia accusetis) non secus ferè ac Iesum<sup>a</sup> meum pullus  
ille, siue Gentilis populus, quem ignorantia vinculis solutum peropportune conscendit,  
siue quid aliud nobis hoc sermone designetur. Ceterum hoc vnum inter vtramq. pom-  
pam interfuit, quod Christum rami susceperunt, & varia indumenta, multipliciq. florum  
genere constrata ante ipsum proiecta & subiecta sunt; excelsò autem & magifico Atha-  
nasio nihil tale factum est; in eoque vno impares honoris partes habuit. Iam hic quoque  
aduentus Christi expressam imaginem videre licet, quod erant etiam, qui ante ipsum cla-  
marent, pompamque agerent, nisi quod non puerilis dumtaxat turba faustis illum accla-  
mationibus excipiebat, verum etiam omnis lingua, concurs, & aduersatrix, hominum se-  
se mutuo superare contendentium. Nam quid publicos plausus commemorem, & vni-  
uentorum profusiones, & totam urbem lumine coruscantem, publica item & priuata  
conuiuia, ceteraq; quibus argumenta lætitiæ ciuitates edunt, quæ tum illi abundè & su-  
pra quàm par erat conferebantur? Sic vir eximius & cum tali pompa & celebritate ciui-  
tatem suam ingreditur.] hæc & alia Gregorius.

Et sanè quidem ex hoc ipso vetus illud de Aman & Mardocheo representatū in Geor-  
gio & Athanasio spectaculum vides: cum alter è summo fastigio honoris & dignitatis ad  
infame turpissimumq. supplicium reperiatur addictus; alter verò è faucibus mortis er-  
ptus, ad regium triumphum conspiciatur euectus: apparuitque quàm facile sit in conspe-  
ctu Domini subitò honestare<sup>b</sup> pauperè: patefactumq. est, quo honore affectus sit, quem  
summus omnium Rex statuerit honorare. & pro miraculo planè habendum, digito Dei E  
in Ægypto innouante iterum signa, vt in ciuitate Gentilibus & Arianis conferta, omni-  
bus his aduersariis Athanasij, & sub Pharaone, nempe Iuliano tyranno, eiusque Ægypti  
Præfectis odio habentibus Pastores ouium, Athanasius ipse adeo præclarum, ac ne ipsis  
quidem Imperatoribus aliquando impertitum triumphum egerit: cum præsertim con-  
stet ex Socrate<sup>c</sup> atque Sozomeno<sup>d</sup>, Arianos Alexandrinos nequaquam ob necem Geor-  
gij sui Episcopi demisisse animos, sed mox in locum eius Lucium suffecisse, & de Gètili-  
bus liqueat, eos Imperatoris gratia elatos, in Christianos eorumq. Episcopos insolentius  
debauchatos. Porrò Gregorij Nazianzeni temporis sui res scribentis auctoritate Sozo-  
menus redarguitur, qui ignorauit hæc à Gregorio scripta, dum ait<sup>e</sup>, Athanasium, mox  
nunciata morte Constantij, noctu in Alexandrina ecclesia comparuisse.

Athanasius igitur Alexandriam ingressus, ecclesiam adiens, primum omnium cunctis  
eam

ATHANA-  
SII TRIUM-  
PHALIS IN-  
GRESSVS.  
<sup>a</sup>Matth. 21  
Ioan. 12.

RETRACTO  
LVM DE  
TRIUMPHO  
ATHANA-  
SII.  
<sup>b</sup>Eccles. 11.

<sup>c</sup>Socrat. lib.  
3. cap. 4.  
<sup>d</sup>Sozom. lib.  
5. cap. 7.

<sup>e</sup>Sozom. lib.  
5. cap. 6.

<sup>a</sup>Gregor. Na-  
zian. orat. in  
laud. Atha-  
nasy.  
ATHANA-  
SII CON-  
CILIUM  
CONVOCAT.

<sup>b</sup>Socrat. lib.  
3. cap. 4.

<sup>c</sup>Hilar. fra-  
gment. lib. 1.  
pag. 37. 38.  
LITTERAE  
LIBERII  
PAP. AD  
ITALIAN  
EPISC.

A eam Ariana hæresicos expurgat inquinamentis, ac sordibus diluit: non tamen vitur fla-  
gello: sed (quod ait Gregorius Nazianzenus) veritatis argumentis ad persuadendum ma-  
ximè comparatis, tum inter eos qui dissiderent, pacem conciliat, oppressosque tyrannide  
liberat: & quo nihil antiquius habuit, prolapsam, inquit<sup>a</sup>, fidei doctrinam erigit, ac li-  
bere rursus Trinitas prædicatur super candelabrum posita, splendidoq; vnus diuinitatis  
lumine animas omnes collustrans. Leges etiam rursus orbi terrarum præscribit, atque  
omnium mentes ad se conuertit, aliis epistolas mittens, alios accersens, nonnullos etiam  
vitro accedentes erudiens, &c. ] hæc scribens Gregorius, planè allusisse videtur ad Conci-  
lium tunc temporis Alexandriæ congregatum, cum eius iussu ad Ecclesiæ statum colla-  
psum restituendum, aliarum Ægypti Ecclesiarum Episcopi, qui sub Constantio in exi-  
lium (vt vidimus) acti sunt, iidem ad proprias restituti sedes, statim necessitati Ecclesiæ  
B Catholicæ consulturi, sese ad antesignanum & propugnatorem fidei Athanasium Ale-  
xandriam contulerunt, quorum nonnullorum nomina conscripta habentur in Synoda-  
li epistola eiusdem Alexandrini Concilij ab iisdem tunc celebrati. Contulit etiam sese  
tunc Alexandriam ad Athanasium S. Eusebius Episcopus Vercellenfis, qui in Palæstina  
primùm, deinde in variis locis Arianorum opera exulauit; tunc verò in Ægypto exulem  
ipsum morari contigit: in superiores namque Thebas vltimo exilio amandatos fuisse Eu-  
sebius & Luciferum Calaritanum Episcopos, auctor est Socrates<sup>b</sup>, indeque solutos, li-  
bertatem consecutos esse. Porrò non inuisendi tantum modo Athanasij, omnes illos Epi-  
scopos accidit Alexandriam proficisci, sed & (quod dictum est) Synodi habendæ causa;  
qua rebus Catholicæ Ecclesiæ tot annis dira persecutione exagitata, communi iusto  
consilio, consulere possent.

C Porrò horum omnium primum auctorem & architectum fuisse Liberium Romanum  
Pontificem, paulo inferius hoc eodem anno aperietur. Ipse enim primus Ariminensè nau-  
fragium reparare sollicitus, indulgentiæ vexillum erexit, ne qui decepti & Arianorum  
fraudibus circumuenti fuerant, & timore perterriti, minis cesserant Imperatoris, Nicææ  
confessionem visi fuerant deseruisse, in magnum Ecclesiæ detrimentum, extra Ecclesiam  
diutius vagarentur, fierentq. interea lupis præda, si quæ inuiti fecissent, volentes iam obsti-  
nate defenderent. His inquam bene consulturus Liberius Pontifex, primum omnium iis  
qui in Italia lapsi erant, Episcopis erroris pœnitentibus, subueniendum putauit, & in  
Orientem respiciens, bene vsus occasione illos ipsos, qui erant illic fidei causa exules Oc-  
cidentales Episcopi magni nominis, Eusebium Vercellensem Episcopum, & Luciferum  
Calaritanum Episcopum in Sardinia legatos Apostolicæ Sedis creat, quorum alteri, nem-  
D pe Lucifero, Ecclesiæ Antiochenæ, ab Arianis diu possessæ curam delegat. Dicturi de his  
singulis, primum omnium hic eiusdem Liberij litteras recitemus, quas eodem argumen-  
to dedit ad Italiæ Episcopos. nacti sumus eas ex Petri Pithoci antiquitatum prompua-  
rio, eisdemq; nuper à viro sincerissimæ fidei Nicolao Fabro editas accipere, vt se habent  
iam nimia vetustate corrosas<sup>c</sup>.

Liberius Episcopis Catholicis in Italia consistentibus, in Domino æternam S.

Imperitiæ culpam obliterat respiciens. Hoc autè & de Scripturis sanctis aduertere est. LITTERAE  
Pietatem ad omnia vtilem esse legimus, cui cedit corporalis exercitatio, quamuis & ipsa  
utilitatis retineat fructus: quam sectandam nobis etiam ratio temporis præsentis ex-  
poscit. Non enim si aliqui fortè qui hoc studij gerunt, ratione prouisam destruere im-  
prudenter sæuiori censura hoc aestimauerint, & non à re, quòd iam ex Apostolica aucto-  
ritate munitum est<sup>d</sup> de pietate cum dictum est, non esse parcendum his qui apud Arianum  
ignorantes egerunt, quibus nescire illicitum fuit captum errori incidere<sup>e</sup>, idcirco veri-  
tas repedanda est. Sed mihi cui conuenit, omnia moderatè perpendere, maximè cum &  
Ægyptij omnes & Achiui accusati sententiam receperunt, multis parcendum quidem  
his, de quibus supra tractauimus: auctores verò esse damnandos, qui obliqua & maligna  
subtilitate & caligine offenderunt innocentium sensus, per quæ velamen obducerent ve-  
ritati, tenebras lucem, & lucem tenebras venditantes.

Igitur si quis ignorationis captum<sup>f</sup> respiciens sermonis nostræ aduocationis breuissi-  
ma illud virus in se pestiferum Ariani dogmatis subdolum ac tenebrosius fuerat exper-  
tus, reparatus exhauriat, condemnet, vehementiusque in auctores eius infuuiat, quos  
in se violentos expertus est, totumque se fidei Apostolicæ & Catholicæ vsque ad Nicænæ  
Synodi conuentum de integro mancipet. Per quam professionem, etiam si quibusdam  
leue

leue & remissum videtur, recuperet id quod per astutiam recitatis amiserat. Verum si aliquis tam stolidæ mentis (quod haud credo) fuerit inuentus, qui non solum nolit conuerteri, antidotum recipiens sanitatis, venenum virusq; noxius sese vindicare crediderat, & ratione vincetur, & auctori perfidiae perditæ deputatus, Ecclesiæ Catholica spiritali vigore plectetur. ] Haecenus Liberij ad Italiam Episcopos littere, qui dicto obaudiens Saluatoris, cum Petro dixit: Tu aliquando conuerteris confirma fratres tuos. ] non tam praesentes in Italia existentes, sed etiam in Oriente longè positos colligere studuit, curans de his vna cum Athanasio haberi Synodum Alexandriæ: quod feliciter per Eusebium Vercellensem Episcopum Apostolicæ Sedis legatum, & Athanasium praesentum est. Quid verò ab eis gestum sit, paulò inferius dicturi sumus.

Inter hæc autem Lucifer Episcopus Calaritanus, & ipse exul fidei causa (vt tomo tertio fusiùs dictum est) qui acerbissimis in Constantium scriptionibus cum in se præ ceteris concitauerat; simul ac exilio solutus est, suppetias laturus Catholicis Antiochiæ commorantibus, iam ab exilij Eustathij tempore ab Arianis longa persecutione concussis, illuc festinus accessit; missis interim Alexandriam ad futuram Synodum duobus suis diaconis, Herennio & Agapeto. Quid porrò ipse Antiochiæ egerit, Ruffinus docet, rem ab exordio auspiciatus, in hunc modum: Lucifer autem cum exoraretur ab Eusebio (quia vtrique in partibus vicinis Ægypto fuerat relegatus) vt ad videndum Athanasium Alexandriam pergerent, communiq; tractatu cum his qui superueuerant sacerdotibus, de statu Ecclesiæ decernerent: praesentiam sui abnegans, Legatum pro se diaconum suum mittit ] immò duos Legatos diaconos, quos recensimus, qui Alexandriani Concilij Synodali epistolæ reperiuntur esse subscripti: Atque ipse Lucifer (subdit Ruffinus) intento animo Antiochiam pergit: ibique dissidentibus adhuc partibus, sed in vnum tamen reuocari posse sperantibus, si sibi talis eligeretur Episcopus, erga quem non vna plebs, sed vtraque gauderet: præproperus Catholicum quidem & sanctum virum ac per omnia dignum sacerdotio Paulinum Episcopum collocavit; sed tamen in quem acquiescere plebs vtraque non posset. ] hæc Ruffinus de electione Paulini, à quo statim ad Synodum Alexandrinam duo Legati diaconi missi sunt, Maximus, & Calimeirus, qui subscripti habentur Synodalibus eiusdem Concilij litteris, quas recitat Athanasius. Ceterum ante electionem Paulini, non inter Catholicos tantum & Arianos dissidium agitabatur; sed etiam inter ipsosmet Catholicos: quandoquidem qui dicebantur Eustathiani, quiq; perpetuò fidem Catholicam defendissent, nequaquam Meletio & eius sectatoribus (vt ait Socrates) communicare voluerunt, tum quòd Meletius ab Arianis fuisset electus; tum etiam quod qui eum sectarentur, ab Arianis baptizati essent.

Eiusmodi tunc erat status Ecclesiæ Antiochenæ, vt iam tres essent Episcopi in vna ciuitate: nempe Euzoius, qui Arianis præerat; Meletius, qui Orthodoxis, quocum haud omnes communicarent Catholicis, quòd aliquando Arianis consensisset, licet ab iisdem recedens egregium pro fide Catholica specimen edidisset (vt tertio tomo superius diximus:) Paulinus verò tertius haberetur, à Lucifero sic (vt vidimus) institutus, quòd nulla vquam vel tenui suspitione pollutæ fidei Catholica laborasset, sed eam magna laude inter tot tantaq; discrimina propugnasset. At subdit post hæc Ruffinus de Eusebij Alexandriam profectioe his verbis:

Pergit interea Eusebius Alexandriam, ibique confessorum Concilio congregato, pauci numero, sed fidei integritate & meritis multi, quo pacto post hæreticorum procellas & perfidiae turbines, tranquillitas reuocaretur Ecclesiæ, omni cura & deliberatione discutunt. Aliis videbatur fidei calore feruentibus, nullum debere vltra in sacerdotium recipi, qui se vtrumque hæreticæ communionis contagione maculasset. Sed qui, imitantes Apostolum, quærebant non quod sibi vile esset, sed quod pluribus, vel qui imitarentur Christum, qui cum esset omnium vita, pro salute cunctorum humilians se descendit in mortem, quo scilicet inueniretur & in mortuis vita: dicebant, melius esse humiliari paululum propter cecotos, & inclinari propter elisos, vt eos rursum erigerent: nec sibi solis puritatis merito caelorum regna defenderent, sed esse gloriosius, si cum pluribus illuc mererentur intrare. Et ideo rectum sibi videri, vt tantæ perfidiae auctoribus amputatis, reliquis sacerdotibus daretur opus, si forte velint abiurato errore perfidiae, ad fidem Patrum, statutaq; conuertere: nec negare aditum redeuntibus, quin potius de eorum conuersione gaudere: quia & ille Euangelicus iunior filius, paternæ depopulator substan-

LYCIFER PROFICIS- CTVR AN- TIOCHIAM.

Ruffin. lib. 1. c. 27.

ORDINA- TIO PAULINI EPISCOPI AN- TIOCHIAE.

Socrates lib. 1. cap. 24.

TRIS EPI- SCOPI AN- TIOCHIAE.

Ruffin. lib. 1. c. 20.

CONCILIUM ALEXANDRIANVM HABITVM.

substantia, sed in semetipsum reuersus, non solum suscipi meruit, sed & dignus paternis complexibus deputatur, & annulum fidei recipit, & stola circumdatur: per quam quid aliud, quàm sacerdotij declarantur insignia? nec probabilis extitit apud patrem senior filius, quod inuidit recepto: nec tantum meriti habuit non delinquendo, quantum notæ contraxit non indulgendo germano. ] hæc de primo Synodi decreto Ruffinus.

Magni momenti quaestio inter Patres agitata fuit: num scilicet lapsi in hæresim Episcopi, vel quomodolibet hæreticorum cõmunicatione scõdati, sic ad Ecclesiam Catholicam recipiendi essent, vt in Episcopatu, quem gesserant, agere sinerent. Seuerior in his illa olim præcesserat Parrum disciplina, vt lapsi tempore persecutionum Episcopi sic reciperentur, vt laica tantum cõmunionem impertirentur: id enim sæpiùs Cyprianus (vt vidimus) suis inculcat epistolis. Ceterum Patres, iudemq; magni nominis viri, qui priori Concilio Antiocheno interfuerunt, in quo damnata est hæresis Pauli Samosatani Antiochenæ ciuitatis Episcopi, eundem Paulum licet nefandissimæ hæresis hæresiarcham sic receperunt poenitentem, vt etiam in eadem sede Episcopum permanere cõcesserint. Sed & liquet, Melchitadem Romanum Pontificem eadem sententia allicere conatù esse schismaticos Donatistas ad Catholicam vnitatem: quæ omnia suo loco superius pluribus dicta id aperte declarant. Verum & sacrosanctum Nicænum Concilium ita cum Nouatianis Episcopis transigisse constat, vt qui inter eos essent Episcopi, ad Ecclesiam redeuntes, in eadem quoque dignitate & munere permanerent, nisi in ea ciuitate alium contingeret fuisse Catholicum ordinatum Episcopum: tunc enim ille, ne duo Episcopi essent vnius Ecclesiæ (quod haberetur pro monstro, duo inesse corpori vni capita) iubetur à Synodo Corepiscopus in eadem Ecclesia ordinari, vel saltem presbyter perseuerare. His, puto, exemplis magna maturitate consilij in hoc conuentum fuit à Parribus, vt Episcopi in hæresim lapsi, cum ad Catholicam reuerrerentur Ecclesiam, in eodem honoris gradu, quo insigniti fuissent, reciperentur. Suberat & magna ratio, quòd multiplex illorum numerus esset, qui in Occidente interfuerat Concilio Ariminensi, nescientesq; damnasse visi erant, abdicatione nominis consubstantialis, Nicænum Concilium: de quibus inferius pluribus dicturi sumus. Porrò ita his indulgere Patres, vt tamen vigorem Ecclesiasticæ disciplinae nequaquam inflecti sint passi in illis qui fuissent hæresim inuenciores.

Huius quidem canonis S. Hieronymus meminit videtur, cum post longam de his disputationem habitam, hæc demum verba subdit: Vt dicere cõperamus, post reditum confessorum in Alexandrina postea Synodo constitutum est, vt exceptis auctoribus hæreseos, quos error excusare non poterat, poenitentes Ecclesiæ sociarentur: non quòd Episcopi possint esse qui hæretici fuerant, sed quòd constaret, eos qui reciperentur, hæreticos non fuisse. Assensus est huic sententia: Occidens, & per tam necessarium Concilium è Satanæ faucibus creptus est mundus. ] hæc Hieronymus, cuius verborum ille sensus videtur esse germanus, vt S. Synodus nequaquam absque delectu generatim statuerit, vt omnes Episcopi lapsi in hæresim, absque vlla discretionem, cum honoribus, quibus fungebantur, in Ecclesiam reciperentur; sed ij tantum qui vel ignorantes visi essent, vel vi adhibita, Arianis consensisse. Id enim ita se habere, declarat S. Athanasius in epistola ad Ruffinianum, quam suo loco inferius recitabimus. Hæc quidem ipse Hieronymus ad defensionem restitutionis eorum, qui in Synodo Ariminensi lapsi esse videri poterant, quod tacuissent nomen consubstantialitatis, retentis aliis vocibus, quæ satis videri poterant ad insinuandam Christi diuinitatem, & eo modo Arianis consenserant: qui tamen (vt idem ait S. Hieronymus, & nos pluribus suo loco diximus) nequaquam verè dici possent hæretici; sed quòd illa cum Arianis cõmunicatione & consensione scõdati essent, ab aliis iure reiiciendi viderentur: quos S. Synodus Alexandrina, cum his humaniter agens, in Ecclesiam recipiendos esse, & ante adepto dignitatis honore potiri debere, concessit. Quid præterea in eodem Patrum conuentu statutum fuerit, videamus.

Agens Socrates de eiusmodi Alexandrino Concilio, aduersus Eunomium, Macedoniam, & alios Semiarianos negantes diuinitatem Spiritus sancti, nec non tunc recens emergentem hæresim, quæ postea dicta est Apollinaris, perfectam Christi incarnationem diminuentem, nempe animam ab homine detrahentem, noua Patres tradidit sanxisse decreta. nam ait: Spiritus sancti diuinitatem stabilire, eumq; in Trinitate consubstantiali comprehendere: & Filium hominem factum, non tamen solum carnem, sed etiam animam sumpsisse, affirmare sicut antiquis viris Ecclesiasticis visum fuit, &c.]

QUARSTIO DE EPISCO- PIS LAPIS.

Concil. Nicæ. can. 8.

Hieron. aduers. Lucif. tom. 2. CANON DE RECIPIEN- DIS LAPIS EPISCOPIB.



Consensionem ea de re sanctorum Patrum, qui precefferunt, fuisse, pluribus citatis te- A  
stibus docet. & post hæc de controuersia in Synodo agit de substantia & subsistentia; vn-  
deque ea emerferit, ita declarat:

Porro autem Episcopi, qui in Concilio Alexandrino aderant, hanc de *ουσια*, & *υποστασις*,  
substantia & subsistentia, seu persona, controuersiam excusserunt. Nam Osius Episcopus  
Cordubæ ciuitatis Hispaniæ, cuius antea fecimus mentionem, ab Imperatore ad tur-  
multum ab Ario concitatum sedandum missus, dum Sabellij Atri dogma explodere cogi-  
tauit, de *ουσια*, idest, essentia, & *υποστασις*, idest, substantia, seu persona, disceptauit:  
vnde materia alteri contentioni suppeditata est. Verum id temporis in Concilio Nicæ-  
no de controuersia illa ne verbum quidem factum est. At postquam cœpere de ea non-  
nulli digladiari, ob eam causam in hoc Concilio de *ουσια*, idest, essentia, & *υποστασις*, idest,  
substantia, seu persona, ista deciderunt. ] hæc Soerates. At quomodo occasione Nicænæ B  
fidei eiusmodi iam olim oborta sit controuersia, S. Basilius \* docet, cum sic ait:

Nonnulli ex illis, qui impietatem Sabellij Libyci sectantur, hypostasim & vsiam idem  
esse arbitrati, illinc argumenta ad tuendam blasphemiam suam trahunt, quod in ea fi-  
de ( nempe Nicæna, quam paulo post recitat ) ita scriptum est: Si quis verò ex alia essentia, vel  
hypostasi, idest, subsistentia, Filium Dei esse dixerit, hunc anathemate reicit Catholi-  
ca, & Apostolica Ecclesia. Non enim idem esse dixerunt Patres illi essentiam, & hyposta-  
sim, hoc est, substantiam: si enim voces istæ vnâ eandemq. significationem haberent,  
quid alterutram ponere opus fuisset? Sed liquet, ideò positas, quod alij quidem Filium  
esse ex Patris essentia negabant: alij verò & ipsi non esse ex Patris essentia Filium dicebāt,  
adiiciebant autem, ex alia quoque esse subsistentia quadam. Atque ita vtramque opi-  
nionem, tamquam alienam à sensu Ecclesiastico, à sanctis Patribus reiectam esse. Alio-  
qui vbi mentem suam simpliciter declararunt, ex Patris essentia Filium esse dixerunt, C  
nec adiecerunt, & ex illius hypostasi. Itaque illud quidem ad reprobandum malum sen-  
sum positum est: hoc verò declarationem habet salutaris dogmatis. ] hæc Basilius. At non  
mireris, sanctissimos Patres in definienda Filij Dei vnâ cum Patre substantia, vsos esse  
pro substantia, verbo illo, hypostasis: nam cum tam vsia, quam hypostasis, significarent  
ambæ hæ voces, substantiam, tamen penes Græcos vsitatus vsurpari solitam hypostasim,  
quam vsiam, pro substantia, maiores tradunt. Vnde Marius Victorinus in libello de ho-  
mouiso recipiendo, sic ait: Græci *ουσια*, vel *υποστασις* dicunt, nos vno nomine Latine sub-  
stantiam dicimus, & *ουσια* Græci pauci & raro, *υποστασις* omnes: Scriptura diuina Græcè  
*υποστασις* sæpè dixit, & Latine substantiam. ] hæc ipse.

Ceterum quòd ad hypostasis vocem spectat: inter Catholicos, non autem hæreticos D  
(quod testatur S. Hieronymus\* scribès ad Damasum) de eius proprietate, cum in re idem  
sentirent, non leuis oborta est controuersia: cum tamen sic contententes inter se contra-  
riæ partes, altera alteram hæresis insimularet; impingens hæc illi Arianismum, huic  
verò illa Sabellianismum: cum alioqui re vera ambæ Catholicae essent, idemque senti-  
rent. Quas quidem adeò deformes altercationes S. Synodus, auctore Athanasio, conata  
est consopire atque penitus tollere. de quo sic Gregorius Nazianzenus\*: Quòd verò in  
ipso Athanasio mihi maximè mirari subit, quodque non citra damnum silentio præteriri  
potest, hac præsertim tempestate, qua multæ contentiones, dissidiaque gignuntur, hoc  
superioribus adiciam. nam his quoque, qui nunc viuunt, documento esse queat hæc  
actio, si ipsum nobis imitandum proponamus. ] & paulo post: Cum essentia vna, &  
tres hypostases à nobis piè dicerentur, quod alterum diuinitatis naturam, alterum per- E  
sonarum trium proprietates declarat; ac simili quidem modo apud Romanos intelli-  
gerentur; ceterum ob linguæ illius angustiam, verborumque inopiam, hypostasim ab  
essentia distinguere non possent; eamq. ob causam in illius locum, Personarum induxif-  
sent nomen, ne tres substantias admittere viderentur. ] & inferius:

Quid postea? Cum parua quadam, vt in contentione fieri solet, molestia causa  
semper accederet, eo tandem res adducta est, vt periculum esset, ne orbis terrarum fi-  
nes vnâ cum syllabis à se inuicem distraherentur & abrumperentur. Quæ cum beatus  
ille vir, & verè homo Dei, magnusq. animarum œconomus, oculis auribusq. perciperet,  
tam stultam & absurdam Orthodoxæ fidei sectionem dissimulandam ac negligendam  
sibi nõ putauit, verum medicinam morbo quamprimùm infert. Quonam autem modò  
id facit: Vtraque parte leniter & humaniter accersita, verbo rumque sententia diligenter  
& accu-

DE HYPO-  
STASIBVS  
ET PERSO-  
NIS QUAR-  
STIO.

\*Basil. epist.  
78.

HYPOSTA-  
SIS PRO  
SUBSTAN-  
TIA.

\*Hier. epist.  
57.

CONTR-  
V. RIJAIN-  
TER CA-  
THOLICOS.

\*Gregor. Na-  
zian. orat. in  
laud. Athan.

ATHANA-  
SIS CON-  
CILIATIN-  
TER SE CA-  
THOLICOS.

A & accuratè perpenfa, posteaquam concordés comperit, neque quo ad doctrinam quic-  
quam inter se dissidentes, ita negotium transegit, vt nominum vsium ipsis concedens,  
rebus eos constringeret. ] hæc Gregorius, plane alludens ad hanc de qua agimus Syno-  
dum, vbi diremptè discordia, & de nominum proprietate fuit inter partes dignè iusteq.ue  
transactum, prout ex epistola Synodali tunc scripta demonstratur, quam sumus infe-  
rius reddituri.

At licet inuenta sunt ambæ partes in vnâ eandemque conuenire sententiam, reli-  
ctumq. tum Latinorum tum etiam Græcorum arbitrio, suo quosq. idiomate vri, nec cu-  
randum esse de syllabis ( vt dictum est ) dummodo nulla esset in re ipsa discrepantia: ta-  
men nequaquam videtur placuisse posteris Latinis vox, hypostasis, vsurpari loco perso-  
næ, quæ videretur significare substantiam. Vnde S. Augustinus hæc ait\*: Essentiam dico,  
B *ουσια* Græcè dicitur, quam vsitatus substantiam vocamus. Dicunt quidem & illi hy-  
postasim: sed nescio quid volunt interesse inter vsiam, & hypostasim: ita vt plerique no-  
stri, qui hæc Græco tractant eloquio, dicere consueuerunt, *ουσια* *ουσια*, *ουσια* *ουσια*, quod  
est Latine, vnâ essentiam, tres substantias. Sed quia nostra loquendi consuetudo iam  
obtinuit, vt hoc intelligatur, cum dicimus essentiam, quod intelligitur cum dicimus sub-  
stantiam, non audeamus dicere vnâ essentiam, tres substantias; sed vnâ essentiam,  
vel substantiam, tres autem personas: quemadmodum multi Latini ista tractantes & di-  
gni auctoritate dixerunt, cum modum alium aptiorem non inuenirent, quo enuncia-  
rent verbis, quod sine verbis intelligebant. ] hæc Augustinus: qui tamen nequaquam  
eam ob causam illos damnandos putat, quòd scilicet differentiam constituerent inter  
essentiam & substantiam, quam discriminationem Latini penitus ignorarent.

C Quenam autem hæc esset differentia à Græcis allata inter substantiam & essentiam,  
S. Basilius\* ad Terentium scribens, rem exactè declarat paucis his, quibus ait: Quam ha-  
bet rationem id quod commune est ad id quod proprium, hanc habet essentia ad hypo-  
stasim, hoc est, substantiam, siue subsistentiam. ] sed pluribus de his agit in epistola seu  
potius commentario ( sic enim ipse appellat ) eo argumento conscripto ad ipsius fratrem  
Gregorium Nyssenum, vbi pluribus docet, sicut species ab indiuiduo, & commune à  
proprio, differre substantiam à subsistentia: adeò vt hac sententia iudem piè dicerent, tres  
personas in Trinitate, esse proprias substantias, vel subsistentias.

Sed & apud Theodoretum<sup>d</sup> rogat Eraniſtes: Est ne, inquit, aliqua differentia inter  
substantiam & hypostasim? *Orthodox.* Si externa quidem spectetur sapientia, nulla est.  
Nam & substantia, seu essentia, idem significat, & id quod subsistit, est hypostasis. Sed  
D si Patrum doctrina attendatur, quam habet differentiam commune & proprium, vel ge-  
nus & species ac indiuiduum, eandem habet substantia & hypostasis. ] hæc Theodore-  
tus, qui eadem pluribus explicat, ad quem reuicimus lectorem vberiora quærentem.  
At licet hæc ita à Græcis rectè proprieque dici viderentur: horrebant tamen Latinorum  
aures ( vt vidimus ) cum tres in diuinis audirent dici substantias. Vel si & ipsi dicerent:  
tunc ad euitandum Arianismum, non tres personas, tres esse substantias; sed ( vt idem  
Basilius vbi supra testatur ) tunc more Græcorum dicerent & voce Græca, vsiam vnâ, &  
hypostasies tres, siue subsistentias: nec è contrario ponerent vnâ substantiam, absque  
trium addito nomine personarum, ne eadem cum Sabellio sentire viderentur, quòd Græ-  
ci acciperent ( vt dictum est ) vocem hypostasis, nempe subsistentia, pro substantia. Cete-  
rum quantumlibet hæc rectè definita essent in Synodo Alexandrina, de qua agimus;  
E rursus tamen eadem controuersia temporibus S. Hieronymi resuscitata est, qui huius quo-  
que Concilij decreti meminit, cum ait\*: Nunc igitur ( proh dolor ) post Nicenam fi-  
dem, post Alexandrinum iuncto pariter Occidente decretum, trium hypostasium ab  
Arianorum præfule & Campensibus nouellum à me homine Romano nomen exigi-  
tur, &c. ] At de his suo loco dicendum.

Actum præterea est in eadem Synodo Alexandrina, vt professio illa fidei ab Arianis ti-  
tulo Concilij Sardicenis promulgata, esse spuria, publica testificatione demonstraretur,  
atque pariter declararetur, in eodem Sardicensi Concilio nihil fuisse additum ad Nicæ-  
nam confessionem. De quibus omnibus scripta est epistola Synodalis, quæ apud Athana-  
sium reperitur esse descripta his verbis\* ad Antiochenos, cum iam, vt dictum est, Pauli-  
ni ordinatio facta esset:

Carissimis & optatissimis sacrorum comministris Eusebio, Lucifero, Asterio, Cy-  
matio,

QVOD PER  
HYPOSTA-  
SIM GRÆC-  
CI ET LA-  
TINI.  
\*Aug. de Tri-  
nit. lib. 5. c.  
8. 9. tom. 3.

\*Aug. de Tri-  
nit. lib. 7. c. 4.

\*Basil. ad Te-  
rent. in addit.  
DIFFEREN-  
TIA INTER  
ESSENTIAM  
ET SUBSI-  
STENTIAM.

\*Theod. in  
Immit. dia-  
log. 1. tom. 2.

\*Hieron. epist.  
57. tom. 2.

\*Apud Atha-  
nas. ad An-  
tioch. ep.

SYNODALIS  
EPIST. CON-  
CIL. ALE-  
XANDRI-  
NI.

matio, & Anatolio, Athanasius, ceterisque Episcopi, qui Alexandria ex Italia, Arabia, Ægypto, & Libya hic adsunt, Eusebius, Asterius, Gaius, Agathus, Ammonius, Agathodæmon, Dracontius, Adelphius, Hermeon, Marcius, Andreas, Paphnutius, Marcus, Zoilus, Mynias, Georgius, Lucius, Macarius, reliqui deinceps in Christo salutē plurimam. ] Quod autem ad huiusmodi inscriptionem spectat: sicut & in ipsius contextu epistola, necnon in subscriptione, menda illa irrepsisse noscuntur, cum modo ad Eusebium & Asterium & alios Episcopos eadem epistola scripta dicatur, modò autem ab ipsis potius vna cum Athanasio data ad alios Antistites appareat: hæc non aliter restituenda putamus, quam vt ex sententia antiquorum ferè omnium historicorum affirmemus, Eusebium Episcopum Vercellensem huic Synodo præsentem fuisse, eandemq. epistolam, sicut ab Athanasio atque aliis collegis, ita etiam ab eodem Eusebio. fuisse conscriptam. Reddemus nos eam, vt apud Athanasium legitur, in hæc verba:

Peruasum habemus, vos, cum sitis ministri Dei, ac Domini dispensatores, idoneos aptosque esse ad Ecclesiæ negotia temperanda. Ceterum quia ad nos allatum est, plurimos superiori tempore per contentionem disgregatos à vobis, pacem iam optare, plurimos item à vecordi Arianorum seclia deficientes, vobiscum communionem affectare: necessarium visum est, ea quæ à nobis, nostrisque dilectis scripta essent Eusebio & Asterio, vestræ bonitati insinuare, qui & ipsi estis dilecti, & verè nobis desideratissimi factorum comministri: nimirum lætos quidem nos esse de hac fama, sed tamen magnopere cupere, vt eos qui adhuc in schismate hærent segregati à vobis, quiq. cum Arianis coctus faciunt, resilire curetis ab istiusmodi infamia, vt omnes omnibus in locis prædicent vnum

psal. 132.

Dominum, vnam fidem. Quid enim est tam pulchrum, prout Psalmographus inquit, aut quid ita delectabile, quam habitare fratres in vnum? Nam ita quoque fieri arbitror, vt Deus nobiscum habitet, cuius hæc verba sunt: <sup>b</sup> Habitabo in eis, & versabor inter eos, & illic habitabo, quoniam elegi eam. ita quoque quodammodo fit, vbi vna fides & religio prædicatur.

2ezech. 43.

Vellemus equidem nos Ægyptij vna cum dilectis fratribus nostris Eusebio & Asterio multis de causis istuc venire, & in primis eius rei gratia, vt vestros affectus complecteremur, fruere murq. in communionem istiusmodi pace & concordia. Verum quia, vt in alia epistola indicauimus, & ex comministris nostris intelligere potestis, detinemur magnopere Ecclesiasticis necessitatibus, idq. non sine dolore nostro: idèd voluimus comministros nostros in rebus sacris Asterium & Eusebium in vicem nostri istuc pergere, ac vos inuifere. Gratiarum igitur ago eorum pietati, quòd cum ipsis liceret properare ad suas diceceses, istam tamen profectionem ad vos omnibus rebus suis anteposuerunt, idq. in vsum vrgentis Ecclesiastici negotij. Cum igitur istud inter nos decretum esset, memetipsum non parum consolatus sum, quasi illis istic præsentibus, ego quoque vna istic præsens interessem.

DE RECIPIENDIS REDEVENTIBUS SADECCIASIAM.

Omnes igitur, qui vobiscum pacificè agere volunt, in primis autem illos, qui in veteris Ecclesiæ communiōne fuerunt, deinde qui ab Arianis redierunt, allicite ad vos, eosq. vt patres assumite, & vt magistri & tutores recipite, coaptantes vos interim dilecto nostro Paulino, eiusq. sociis: nihilq. amplius ab illis exigatis, quam vt execrentur Arianorum hæresim, confiteanturq. sanctorum Patrum in Nicæna fidem. Execrentur item eos, qui dicunt Spiritum sanctum esse creaturam, & diuisum ex substantia Christi. Id enim verè est resilire à scelerata factione Arianorum, si non diuidas sanctam Trinitatem, nec dicas aliquid eius esse creatum. Nam qui simulanter sese iactant de confessione Nicænae fidei, atque interim audent blasphemias dicere contra Spiritum sanctum, nihil aliud præstant, quam quod Arianam hæresim verbis inficientes, animo sensuq. retineant. Anathemate quoque inuratur Sabellij & Pauli Samosatani impietas, Valentini item & Basilidis infamia, & Manichæorum stoliditas. quod si fit, omnis apud omnes suspicio delectbitur, & sola Catholice Ecclesiæ fides pura apparebit.

RETICTIVR FIDEI CONFESSIO NOMINE SARDCONC. EDITA.

Quòd autem hanc fidem tenemus nos, & qui perpetuò nobiscum communionē vsurparunt; nec vos, vel alium quemquam latere arbitrabamur. Ceterum quia cum volentibus volupe est coniungi, & quidem libenter cum omnibus, ita verò in primis iis qui in veteri ecclesia conuentus agebant; & quia potissimum Dominum glorificamus, cum de omnibus, tum præcipuè de hoc eximio proposito: visum est nobis, vos cohortari, vt sub istis conditionibus inueatur concordia; ita vt nihil vterius, quam dictum est, vel illi, qui

EX VC.

ex veteri ecclesia sunt, à vobis flagitent; vel illi, qui cum Paulino sunt, aliud, præterquam quod inter Nicæni Concilij decreta reperitur, adiciant: & tabellas, quas nonnulli iactant, quasi ex Sardicenti Synodo de fide conscriptas, ne legi quidem semel aut proferri sinatis. Nihil enim tale Concilium definiuit. Quamuis enim certi homines nonnulli, quasi quæ deessent, Nicæno Concilio adscribere vellent, idq. acriter contenderent: sancta tamen Synodus, quæ Sardicæ conuenit, indignè id tulit, decretoque sanciuuit, ne quid vterius de fide scriberetur; & sese contentos esse Nicæna fide, declarauerunt, vt cui nihil deesset, & in qua integra & solida fides contineretur: neq. edendam esse aliam professionem fidei, ne illa, quæ Nicæna scripta est, suos numeros non habere videretur; neve illis, quibus libido est semper noua statuere, occasio huiusmodi suppeditaretur, vt iterum atque iterum de fide definiant. Quapropter si quis hæc aut aliud quidpiam cauillabitur, compescite illum, & ad studium pacis inducite: nihil enim est quòd in his agnoscere possumus, nisi solam contentionem.

Illis enim, qui nonnullos inculcabant, vt trium hypostaseon affirmatores, cum huiusmodi voces in Scriptura non reperirentur, ac proinde suspecti videri possent; auctores fuimus, ne amplius in Nicænam confessionem inquirerent. Sed tamen de istis ob perniciam rixandi quæstio est habita: interrogatiq. sunt, num pro Arianorum sententia alienas, peregrinasque, ac diuersæ à se inuicem substantiæ personas esse velint; & vnamquamque hypostasim per se ac seorsim diuisam esse, pro ratione ceterarum creaturarum, eorumque qui ex hominibus nascuntur, existiment? An sic intelligant diuersas res, quale est aurum, argentum, as? An, vt alij hæretici, sub istis vocibus tria principia, & tres maximos deos constituent? Ceterum illi affirmabant, se ita nec dixisse, nec sensisse. Percunctantibus autem nobis, qua ratione ista dicerent, aut cur omninò istiusmodi vocabulis vterentur? Responsum dederunt, sese in Trinitatem credere, non quæ nomine tenus Trinitas, sed quæ verè Trinitas esset, & subsisteret: & Patrem, vt qui verè esset & subsisteret: & Filium, vt existentem & subsistentem: & Spiritum sanctum, vt subsistentem & existentem agnoscere: Non tamen se dixisse tres deos, aut tria principia: immò ne toleraturos quidem, si quis tale quidpiam aut dicat, aut sentiat: Sed se scire, esse sanctam Trinitatem, vt tamen vna sit Deitas, & vnum principium: & Filium se agnoscere esse coessentialem suo Patri, vt dixerunt Patres: & Spiritum sanctum non creaturam, neque alienum, sed proprium & indigregatum ab essentia Patris & Filij.

QUID PER NOMEN PERSONARUM CATHOLICE INTELLIGANT.

Approbatum igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, vicissim quoque & eos examinauimus, qui ab istis in culpam deuocabantur, quasi dicerent, esse vnam hypostasim: sciscitantes ab illis, num pro Sabelliano dogmate ea mente loquerentur, vt sublato vellent in Trinitate Filium & Spiritum sanctum, quasi Filius essentia careat, aut Spiritus sanctus non subsisteret? Qui & ipsi quoque affirmarunt, neque ita se dicere, neque se ita sensisse vquam, sed eos intelligere idem esse cum se: vnam autem ideo sese hypostasim intelligere, partim quia Filius ex essentia Patris sit, partim quia in tribus sit identitas naturæ: vnam enim sese Deitatem, & vnam naturam credere; neque aliam Patris, aliam Filij, aliam Spiritus sancti esse naturam. Quinimmo & illi, qui eo crimine postulati erant, quòd tres hypostases inducerent, cum istis in eandem sententiam conuenerunt: vicissimque illi, qui vnam hypostasim asseuerarent, istorum interpretationi acquieuerunt: & ambæ factiones pariter Ariam execratae sunt, vt Christi hostem: Sabelliumque & Paulum Samosatensem, vt impios; Valentinum item & Basilidem, vt alienos à veritate; Manichæum quoque, vt malorum machinatorem. Omnes denique Dei gratia post huiusmodi verborum interpretationem optimam & exactissimam, quæ Nicænae Patres instituisent, fidei esse approbarunt, eiusdemque fidei verba sufficere, ac ante omnia in vsum esse deducenda, constituerunt.

QUID PER HYPOSTASIM PERSISTENT.

Quinimmo de negotio dispensationeq. carnis nostri Saluatoris, cum super ea quoque re nonnulli cum aliis contentionem mouerent: & hos & illos examinationi subiecinus; & quod isti profitebantur, hoc & illi quoque suffragio assensuque profecuti sunt: nempe non ea ratione, qua ad Prophetas factum est verbum Domini, factum esse Verbum & aduenisse in Christum sub finem sæculorum, sed ipsum Verbum carnem esse factum: & cum esset in forma Dei, formam serui assumpsisse; & ex Maria (quantum ad carnem attinet) hominem esse genitum, hominum gratia: eoq. modo solide & integrè humanum genus liberatum à peccatis in ipso, & viuificatum à morte, introduci in regnum caelorum.

DE VERBI INCARNATIONIS RECTA FIDES.

CHRISTI  
362.LIBERII PAP.  
II.IULIANI IMP.  
2.

lorum. Et hoc quoque itidem confitebantur, quod non corpus inanimatum, aut cogitationis aut mentis expers Saluator habuerit. Nec enim possibile erat, ut Domino propter nos homine facto, corpus eius sine mente existeret: non enim corpori dumtaxat, sed & anime quoque nostræ per ipsum Verbum salus est conciliata. Idemque cum verè esset Filius Dei, filius hominis factus est: & cum esset unigenitus Dei Filius, factus est primogenitus in multis fratribus. Quapropter non alius erat ante Abraham, alius post Abraham, neque alius dum Lazarum excitaret, neque alius cum interrogaret de eo ubi situs esset: sed idem ille ipse erat: corporaliter quidem ut homo expuens: diuinitus verò ut Dei Filius oculos aperiens eius, qui à natiuitate cæcus fuerat: & carne quidem patiens (ut Petrus dixit) diuinitus tamen monumenta aperiens, & mortuos excitans. Ex quibus, omnia quæ in Euangelio sunt, intelligentes, affirmauerunt se idem sentire de incarnatione & humana natura à Dei Verbo assumpta.

Rom. 8.

I. Petr. 4.

AV PACEM  
EXHORTATIO.

Cum igitur istiusmodi illorum fuerit confessio; adhortamur vos, ne eos qui ita confitentur, talemque interpretationem suæ confessioni accommodant, temere damnare, aut reiicere velitis; sed potius admissa illorum excusatione, recipiendos putetis. Eos è contrà, qui talem confessionem non edunt, neque tali interpretatione in istis verbis vtuntur, arcere vos vellemus, & auerfari ut suspectæ mentis homines. Ceterum cum istos tolerandos non censebitis, consuletis illis qui rectè interpretantur, & rectè sentiunt, ne vltior vlla inter vos adhibeatur disquisitio, neve verborum pugnis studeatis ad nullâ profus vtilitatem: sed sensus cogitationesque pietatis exhibete. Nam qui ita affecti non sunt, sed tantummodo super istiusmodi vobis contentiosè rixantur, & aliud quidpiam, præterquam quod Nicææ scriptum est, requirunt; hi profectò nihil aliud agunt, quam quod proximis suis turbidam subuersionem propinant, ut inimici, & discordiarum schismatumque, æmulatores. Sed vos, ó boni & fideles serui & dispensatores Domini, eos qui scandala & peregrina inferunt, compescite & arcete, & præ omnibus anteponite istiusmodi pacem, quæ sanæ fidei est. Forsitan Dominus miserus nostri coaptabit quæ sunt hiulca & diuisa, atque vnum ouile reformabit, quo vnum habeamus ducem Dominum nostrum Iesum Christum.

Hæc quidem nos, tum quia nefas est quicquam vltra Nicænum Concilium requirere, aut contentiosas sententias recipere, tum vel ob pacem solum, & ne qui rectè sentiunt, pro reiectis habeantur, ad istum modum censuimus; & eorum confessionem qualis fuerit, nos qui relictus sumus Alexandria, paucis indicauimus; idque in commune vnà cum reliquis comministris sacrorum Asterio & Eusebio: nam reliqui ex nostris quisque ad suas prouincias abierunt. Vos rursus in commune, vbi soletis conuentus agere, ista iubebitis peruulgari; eoque omnes euocate. Æquum est enim, ut in eo loco primùm epistola recitetur, ibidemque omnes qui pacem amant, inter se concilientur: ac deinde vbi conciliati fuerint, vbi cumque populis videbitur, præsentè quoque vestra humanitate, Synaxis celebretur, & Dominus publicè ab omnibus glorificetur. Saluant vos fratres illi, qui mecum hic agunt. Bene valete, & nostri memoriam in Domino facite. ] hætenus epistola Synodalis ad Antiochenos primùm, inde ad alias Orientis Ecclesias perferenda: cui in hæret subscriptio aliquot Episcoporum, atque in primis ipsius Athanasij, his verbis:

SUBSCRIP-  
TIO EPI-  
SCOPORVM.

Ego Athanasius, ceterique Episcopi in hoc conuentu præsentés, epistola subscripsimus: idemque ab aliis factum est, qui huc Legati venerant: inter quos à Lucifero Sardinia insula Episcopo diaconi duo Herennius & Agapetus, à Paulino verò Maximus & Calimerus, qui & ipsi diaconi sunt. Aderant & aliquot monachi Episcopi Apollinaris in hoc ipsum missi. Episcoporum nomina, ad quos epistola scripta est, sunt hi: Eusebius Vercellarum ciuitatis Gallia, Lucifer Sardinia insula, Asterius Petra Arabia, Cymatius Palati Coelefyria, Anatolius Euboia. Ceterum qui epistolam scripserunt, sunt isti: Papa Athanasius, & qui cum illo Alexandria fuerunt: ipse quoque Eusebius inter eos est, Asterius item; reliqui, Gaius ex Parathonio proximo Libya Phragonis, & partis alterius Elearchia Egypti, Ammonius, Pacnemuncus, & ex reliqua Elearchia Egypti, Agathodamon Schedia & Menclaiti Episcopus, Dracontius parua Hermopolis, Adelphius Nuphæos, quæ est in Lychnorum, Hermion Taneos, Marcus Zygorum proximè ad Libyam, Theodorus Achrybeos, Andreas Arsenioæ, Paphnutius Saos, Marcus Pylorum, Zoilus Andromena Antiphron. His etiã Eusebius Latine subscripsit, quorum hæc inter-

CHRISTI  
362.LIBERII PAP.  
II.IULIANI IMP.  
2.

A interpretatio, ex Græco iterum Latine reddita. Ego Eusebius Episcopus, secundum exactam vestram vtriusque partis confessionem, qua in eandem sententiam inuicem conuenistis, quantum attinet ad hypostasés, fateor me quoque idem statuere: neque in id solum calculum meum addo, sed etiam in incarnationem Saluatoris nostri consentio, eum videlicet, cum Filius Dei esset, hominem esse factum, & excepto peccato, omnia quæ veteris erant nostræ humanitatis assumpsisse: idque prout habet epistolæ argumentum, meis suffragiis confirmo. Deinde quia fama apud externos increbuit de tabella Sardiceni Concilij, ne ea vltra Nicænam fidem decreta esse putetur, meo suffragio denuncio, quo nihil luxamenti aut noxæ Nicænae fidei inde oboriatur; neque eam ea de causa proferendam censeo. Valere vos omnes in Christo exopto. Ego Asterius superioribus scriptis ad stipulor, & vos in Christo bene valere precor.

B Postea quoque & ipsi subscripserunt absentes, scilicet: Ego Paulinus (Episcopus Antiochia hic erat) ita sentio, quemadmodum accepi à Patribus, Filium esse, & subsistere perfectum: subsistereque Spiritum sanctum, eumque perfectum esse. Quapropter approbo superiorem interpretationem de tribus hypostasibus, & vna hypostasi siue essentia: & eos qui ita sentent, veros habeo; cum pium sit sentire & confiteri, Trinitatem in vna Deitate consistere. Et de incarnatione Verbi Patris propter nos facta, ita decerno, quemadmodum scriptum est secundum Ioannem, Verbum carnem esse factum: non autem secundum impiissimos homines, mutationem sui Verbum passum esse: sed nostri gratia hominem esse factum, & ex Maria Virgine Spiritu sancto genitum: & nequaquam inanimatum, aut absque sensu, aut sine mente corpus Saluatorem nostrum habuisse: quippe cum impossibile sit, Dominum propter nos hominem factum corpus habere sine mente. Idemque anathemate prosequor eos, qui confessionem fidei Nicænae vilipendunt, & qui negant Filium ex substantia Patris, & coessentialem Patri existere. Execror item eos, qui dicunt, Spiritum sanctum propter Filium, creaturam esse factum. Præterea Sabellij, Photini, omnemque hæresim anathematizo, incedens secundum Nicænam fidem, & secundum omnia superius scripta. Valere vos opto ego Cartherius. ] hætenus subscriptiones.

Quod autem in damnatione hæresis Apollinaris, nulla de eodem Apollinari ea sententia condemnato mentio habeatur: alterum de duobus contigisse oportuit; vel eam hæresim vulgatam nondum fuisse nomine Apollinaris, sed incerto auctore prodiisse; vel ipsum Apollinarem iam ante Synodum visum esse eandem abdicasse sententiam per monachos, qui Synodo interfuisse dicuntur. Nullam planè factam esse in hac Synodo Apollinaris mentionem, ex eo quoque potest intelligi, quod S. Basilius, etiam Valentis Imp. tempore, iure se putasse dicat, cum Apollinare communicare potuisse, quem nescisset errasse, ut suo loco inferius dicturi sumus.

At quod de rebus haud parui momenti actum videretur in Synodo, de his omnibus, ut par erat, S. Athanasius reddidit certiorum Liberium Romanum Pontificem: quarum quidem litterarum illud tantum fragmentum superest, quod spectat ad incarnationis mysterium, & perfectam Filij Deitatem, cetera autem quæ in Synodo gesta sunt, desiderantur. Cuius quidem scripti cum ille sit titulus: Athanasij rescriptum ad Liberium Episcopum Romanum ] planè declaratur, ipsum Liberium Alexandrinæ cogendæ Synodi fuisse auctorem, de quæ ea re ad Athanasium dedisse litteras, atque eius auctoritate illuc conuenisse Eusebium Episcopum Vercellensem & Luciferum Calaritanum Legatos: cuius pariter iussu tanta iidem sibi sumpserint; nempe ut Lucifer, ceteris explosis, crearet E Paulinum Episcopum Antiochenum (non enim id negotium erat vnus ciuitatis Sardinia insula Episcopi, sed Præfulis summa potestate fungentis) utque Eusebius functus sit legatione ad restituendas collapsas totius Orientis Ecclesias: nequaquam enim hæc ipsos iura accepisse à Concilio illo Alexandrino, quis dicere iure poterit: nam quid iuris iidem Occidentis Episcopis in res Ecclesie Antiochenæ, & in Syriam, Asiam, & Cappadociam, aliasque regiones, ad quas Eusebius tantæ restitutor cladis Legatus profectus est? Extat & ipsius Liberij Papæ epistola ad Athanasium fragmentum; quo idem Pontifex Rom. præmissa fidei suæ Catholica confessione, eandem ab ipso Athanasio exigit. Id enim à Liberio exposci videbatur ob suspectam redditam olim fidem ipsius ex inita (ut dictum est) cum Arianis comunione. Quam & ipse exigit ab Athanasio post tot annorum latebras: ab eo namque tempore vsque ad Constantij mortem nulla potuit inter eos esse ex litterarum consuetudine communicatio, nisi sub Iuliano, cum ipse Liberius ad eundem

EUSEBIUS  
CONFESSIO  
ET SVB-  
SCRIPTIO.PAULINI  
CONFESSIO  
ET SVB-  
SCRIPTIO.LIBERTVS  
PAP. AV-  
GT. R. GRÆ-  
DITVR SYN-  
ODI ET  
LEGATIO-  
NVM.

eundem Athanasium eam scripsit epistolam, cuius eiusmodi tantum apud eum fragmentum reperitur, quod sic se habet<sup>a</sup>:

<sup>a</sup> Apud Athanasium  
existit.

FRAGMENTUM  
FIDEI  
LIBERII  
PAPAE.

Est igitur nostra confessio, optatissime Athanasi: Verbum Dei Filium, secundum naturam ex Deo eodemque Patre suo genitum esse, non creatum, semper in imperio collegam Deo & Patri, & indefinenter regnum obtinere in infinita saecula; Amen. Spiritum quoque sanctum verè ex Deo naturaliter Deum, indiuisibilem à Deo secundum diuinas Scripturas: ut sit verè Pater, verè Filius, & verè Spiritus sanctus: neque transferri debere vnumquodque nomen à suo significato, cui assignatum est, quo vera sit Trinitas sub vna Deitate, sub vna potestate, & vna substantia. Non enim dispertitur Filius aut Spiritus sanctus à Patris substantia, quæ implet caelum & terram. Est igitur, ut dixi, Trinitas vna substantia, non diuisa, sed per essentiam vna, Deitate vna, potentia vna, & regno vna, vna quoque gloria, vna item imagine, vna denique spiritu: spiritus enim non diuiditur. Anathema igitur dices Sabellij & Arii dogmata, & supra annotatas hæreses ad æternam pœnam secundum Saluatoris vocem. Huic igitur confessioni, frater Athanasi, quæ vera fides in Catholica & Apostolica Ecclesia censetur, si mecum sentis coram iudice Deo & Christo, quæso subscribas: quo certiores reddamur, num eiusdem nobiscum suffragij sis, eademque status de vera fide: ut & ego securior efficiar, tuamque mandata indefinenter obcam. Id tibi quoque cognitum velim, carissime: filios veritatis confiteri impatibilem esse Deitatem: & de aduentu Verbi & Dei in carne ita sentire: Verbum scilicet genitum ex Patre Deo, hominem perfectum absque peccato assumpsisse ex Maria Virgine secundum Euangelia in Christo Iesu. Amen.] Hactenus quod extat fragmentum ex epistola Liberij ad Athanasium. Porro multa in ea desiderari, nemo non affirmauerit: nam nulla in his mentio fit de personis & hypostasibus in Trinitate, quarum occasione inter Latinos & Græcos concitatas esse controuersias, dictum est. Sed & alia plura deesse videntur, quæ spectabant ad Synodum celebrandam, & restituendum statum Ecclesiæ Orientalis.

Eius autem, quam diximus, reddita epistolæ Athanasij ad Liberium, carentis salutatione atque exordio, eiusmodi tantum superest fragmentum, quo summa Catholicæ fidei habetur expressa in hæc verba:

Vnus Deus immortalis, inuisibilis, impalpabilis, eo quod Deus sit spiritus, idemque loco incomprehensibilis: neque vspiam est regio vbi non existat. Huius Verbum immortalis Sapientia est, incorruptibilis, inuisibilis, idemque Filius primogenitus, operum socius, principio carens, impalpabilis, cui nullum ætatis aut inipium aut finis: per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Hic est qui finxit hominem: hic est qui rationem fabricandæ Arcæ ostendit: hic est qui pollicitationes Abrahamæ fecit: hic est qui descendit, ut populum saluaret; qui Moyse legem dedit: hic est Deus Abrahamæ, Isaac, & Iacob, qui in Prophetis locutus est: hic est qui composuit nouum & vetus Testamentum. Qui in vltimis diebus carnem ex Virgine mortalem assumpsit, cum ipse interim immortalis esset, eademque imbecillum ipse minimè imbecillis, obnoxiam morti ipse nulli obnoxius, visibilem ipse inuisibilis. Illa, inquam, caro suspensa est in Cruce, non ipse: in illa omnes humanas passiones ut homo sustinuit, non ipse. Ipse est enim Dei virtus, hoc est Deus, qui infernum expugnauit, & imperiū diaboli demolitus est: qui Deus in descendendo, Deus in ascendendo, corpus suum à morte excitatum Patri representauit, ac vindicauit à morte, sub cuius imperio tenebatur. In Filio Patrem intelligimus, cum vnus cum eo sit Deitate, potentia, essentia, gloria, Dei appellatione. Et in Patre Filium quoque cognoscimus. Hic est, qui vbi assumpsit carnem, Iesus vocatus est, quatenus homo fuit: hoc est assumpsit hominem in seipso, in quo omnis plenitudo Diuinitatis habitat corporaliter. Hunc existimamus non segregatum à Patre aut sancto Spiritu: neque tamen ita, ut dicamus Patrem descendisse, & in homine fuisse. Ita vnus Deus Pater omnipotens à nobis creditur. Ideoque fides nostra est in vnum Deum Patrem omnipotentem, & eius Filium Dominum nostrum, & in Spiritum sanctum: eosque in vnitatem vna, potentia vna, substantia vna, essentia vna, gloria vna, dominatione vna, regno vno, imagine Trinitatis vna, consubstantiales esse credimus\*: Per quem facta sunt omnia. Ita quoque in carnis resurrectionem credimus: hoc est, corpus nostrum (secundum sacras scripturas) ex corruptibili mortali que in incorruptibilitatem & immortalitatem à Deo mutandum esse. Amen.] Hactenus quod extat epistolæ Athanasij ad Liberium Papam fragmentum.

\*

Scri-

A Scripsisse quidem Athanasium, atque collegas Episcopos, qui interfuerunt Concilio Alexandrino, ad eundem Liberium de cunctis rebus gestis in Synodo, idem ipse Athanasius disertis planè verbis testatur ea epistola, quam postea scripsit ad Ruffinianum: qua pariter declarat, quæcumque in eadem Synodo acta sunt, fuisse confirmata ab ipsa Romana Ecclesia: qua item epistola decretum de recipiendis lapsis in hæresim, plenius explicatur: & ne de fide eius dubites, scias eam fuisse perlectam atque recognitam probatamque in Nicæno Concilio secundo; ex quo quidem loco (quod desideretur hætenus inter eiusdem Athanasij opera) hic eam describendam putauimus: sic enim se habet eius aeditio in œcumenica tunc Synodo facta:

CONFIRMATA  
SYNODI  
DVS  
ROMANO  
PONTIFICI  
C.  
Concil. Nicæni.  
cap. 11.

Monachi dixerunt: Si iusserit sancta Synodus, afferatur ad Ruffinianum beati Patris nostri Athanasij epistola, & legatur. Sancta Synodus dixit: Satisfiat petitioni religiosorum monachorum. Stephanus præfatus monachus ferens in manibus librum, legere cœpit: Sancti Athanasij ad Ruffinianum. Domino dilecto & desideratissimo comministro Ruffiniano Athanasius in Domino salutem. & post alia: Quandoquidem studiosè & Ecclesiasticè (hoc enim tuæ pietati iterum conuenit) de his qui necessario redacti sunt, nec per improbam fidem sunt corrupti, inquisiisti, eaque de re ad Synodos & alios scribere voluisti, ut animi sententiam de his explicarent: velim, mi domine desideratissime, sic habeas. In primis cum à vi cessatum esset, Synodusque præsentium & eorum qui longinquas regiones incolebant Episcoporum haberetur, nec modò comministris qui per Græciam passim habitant, verum etiam in Gallijs & Hispania] intelligit per hos Athanasius Eusebium Vercellensem, & Luciferi Calaritani Episcopi Legatos. sed subdit:

EPISTOLA  
ATHANASII  
AD RUFFINIANUM.

Communi decreto placuit, ut hic, & vbique gentium quicumque lapsi fuissent proprio arbitrio, & antesignani fuissent impietatis, si respicerent, ignoscendum quidem illis, verum non restituendos in cleri numerum. Qui verò non auctores, sed necessitate & violentia compulsi fuissent, visum est illis quidem ignoscendum, & in cleri locum restituendos: maxime cum probabilem defensionem & excusationem dederint. Atque hoc quoque œconomicè & rationabiliter factum videtur. Nam ipsi quidem animo statuerant, non velle ad impietatem delabi. Verum quoniam impijissimi quidem eorum causa statum Ecclesiæ ad seditionem trahebant, duxerunt longè satius esse, vi compulso se concurrere, & onus gestare, quam populum perdere. Hæc cum afferrent, visi sunt nobis non absurda respondiisse, quando & in occasionem facti exemplo Aaron fratris Moyses se defendere, qui in cremo populi transgressionibus acquieuit, defensionem habens, ne populus in Ægyptum reuerfus, idolorum cultui iterum se manciparet. Videbat enim, si in eremi vastitate substitisset, futurum, ut paulatim ab impietate regrederetur: in Ægypto autem nullam esse ad pietatem regressus viam. Hac de causa clero per ea tempora ignotum est. Qui verò in errorem seducti erant, & violentia huc compulsi, data quoque ijs communio est. Quemadmodum hæc & Romani scripta sunt, Romanorumque Ecclesiam omnia comprobasse constat. Hæc quoque tuæ pietati confidenter scribo, & significo, quo tua pietas, ea quæ decreta sunt hoc modo, amplectatur.] hucusque lectum ex ea Synodo, in qua hæc ad declarationem eiusdem decreti subiecta leguntur:

Sabas & qui cum eo aderant monachi dixerunt: Non hæc solummodo Sancti Athanasij vox est, verum etiam Synodorum: propterea quod inquit idem Pater, ipsos quoque Romanos totamque Græciam idem comprobauisse. Desinit autem eos, qui ex hæresi ad pristinam mentem redeunt, suscipiendos ad pœnitentiam: verum sacerdotij dignitatem minimè illis restituendam. Tharasis beatissimus Patriarcha dixit: Non de quouis hæretico ad mentem redeunte recipiendo beatus Pater hæc statuit, sed de eorum principibus & antesignanis, qui que in sua hæresi veluti deliciae & se oblectant, verbisq; artificiosis veritatem ipsam fucare student, haud aliter ac Orthodoxi cum libertate solent, ipsi autem sententiam Scripturæ peruersè explicant. Verum iterum recitetur eadem epistola ad Ruffinianum. Epistola eiusdem Patris. Lecto autem loco, in quo beatus Pater lapsis veniam dat impietatis: sed qui præcipui hæreticorum fuerunt, negat restituendos in ordinem sacerdotalem: Qui verò antesignani non fuissent, sed vi & necessitate ad impietatem coacti, ignoscendum quidem illis, & in cleri locum restituendos, quod iustam excusationem afferrent. Venerabiles monachi dixerunt: En quemadmodum in principio diximus, sic est: siquidem beatus Pater eos, qui ex hæresi reuertuntur, in sacerdotij dignitatem non recipit. Tharasis sanctissimus Patriarcha dixit: Videmini mihi mentem Pa-

DECRETUM  
DE RECIPIENDIS  
LAPSIIS  
CIRCA  
CIRCA.

Annal. Eccl. Tom. 4.

H tris

tris non intelligere: quandoquidem eos qui nō fuerunt auctores hæreseos, vi autem compulsi sunt, recipit ad pristinam dignitatem: solummodo verò præcipuos, atque ad eō parentes, siue auctores hæresum à dignitate sacerdotali recipienda excludit: rectè profectò iusteque id pronuncians, &c. ] hæc ex Synodo secunda Nicæna ad perfectam elucidationem huiuscemodi decreti excerpisse volumus, necnon ad assequendum germanum sensum verborum S. Hieronymi, quæ superius citata sunt:

Ruffin lib. 7. cap. 29.

LEGATIO EUSEBII IN ORIENTEM.

Greg. Naz. orat. in laud. Basil.

Socrat. lib. 3. cap. 7.

Idem cap. 6.

Socrat. lib. 3. cap. 7.

DISCORDIA INTER LUCIFERUM ET EUSEBIUM.

LUCIFERUS SEGREGATVS A COMMUNIONE EUSEBII ET ECCLESIAE.

Theod. lib. 3. cap. 1.

Quòd autem in eadem Synodo auctoritate (vt dictum est) Romani Pontificis decretae sunt legationes ad restituendas collapsas à fide Catholica Ecclesias, earumque ministros: erroris in primis arguendus est Ruffinus<sup>a</sup>, dum ait procurationem Orientis iniunctam fuisse Asterio, Eusebio verò Occidentis. Nam constat, eundem Eusebium eius rei causa suscepisse in Orientem peregrinationem, Antiochiamque (vt dicemus) profectum esse, indeque etiam in Cappadociam peruenisse. quod quidem sententia illa S. Gregorij Nazianzeni superius recitata redditur manifestum, cum ipse agens de turbis illis, Iuliani tempore, in Cappadocia electionis Eusebij Episcopi Cæsariensis occasione excitatis, hæc addit<sup>b</sup>: Postremo, inquit, aderant Episcopi quidam ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant. ] quæ quidem nonnisi de Eusebio Episcopo Vercellensi & alijs qui cum eo erant, possunt intelligi. nam Asterius (vt sæpe diximus) in Arabia erat Episcopus. Affirmat id ipsum Socrates, dum ait<sup>c</sup>: Eusebius partes Orientis peragrans, infirmos fide, instar præstantis medici, ad integram valetudinem restituit, doctrina Ecclesiastica instruxit, erudiuitque. ] Addit autem post hæc omnia Socrates: Eodem tempore Athanasius orationem apologeticam, quam in suæ ipsius fugæ defensionem iam pridem confecerat, coram illis qui aderant, perlegit. ] ea quidè ratione, quòd liuore tabescentes Ariani adhuc carperent ipsum velut ignauium, quòd non posuissent ex Domini sententia animam pro ouibus, sed perinde ac mercenarius, euestigio solum vertisset. Recitat idem Socrates<sup>d</sup> ex ea nonnulla: sed nos lectorem reiicimus in ipsum integrum, qui adhuc extat, commentarium. At de Alexandrina Synodo hæctenus.

Quæ porro Synodum mox subsequuta sint, Socrates ita recenset<sup>e</sup>: Eusebius verò Vercellarum Episcopus, statim post Concilium Alexandria decedens, Antiochiam contendit. Ac cum Paulinum à Lucifero Episcopum designatum, populumque in duas factiones partitum offenderet (nam Meletij fautores separatim conuentus fecere) vehementer propterea animo conturbatus fuit, quòd electioni Paulini minimè ab omnibus esset assensum. Nam intra suam ipsius cogitationem factum illud damnauit ille quidem, sed præreuerentia erga Luciferum rem tacitam habuit: & vt primum promiserat, se Episcoporum Concilio conuocato, illis rebus rectè prospecturum, inde recessit: postea verò quamquam admodum laborabat, vt partes dissentientes ad concordiam adduceret, tamen nullo modo illud poterat efficere. Nam Meletius ab exilio reuersus, vbi eos qui cum illo consentiebant, conuentus seorsum agere reperiēbat, se illis ipse præfecit. Quin omnibus fere ecclesijs, quæ ibi erant, Euzoii Arianae sectæ patronus præfuit: Paulinus autem vnā tantum obtinuit ecclesiam paruarum, quæ erant intra urbem; ex qua quidem ipsum Euzoii, propter reuerentiam, quam versus illum habuit, non eiecerat. Meletius autem extra portas ciuitatis conuentus celebrauit.

Id temporis ad hunc modum Antiochia discedit Eusebius. Lucifer verò vbi accepit suam electionem ab Eusebio improbari, contumeliæ loco duxit iniquoque admodum animo passus est. Proinde recusauit cum Eusebio communicare, studioque contentionis inductus, Concilij decreta reiecit. Ista quidem tristibus & afflictis Ecclesiæ temporibus obuentionia multos ad deficiendum ab Ecclesia impulere: vnde noua secta, quæ Luciferiana dicebatur, nata est. Ceterum Lucifer suam iracundiam propterea saturare non poterat, quia suis ipsius responsis, quibus per diaconum missis pollicitus fuerat se decretis Concilij contentum fore, omnino tenebatur adstrictus. Quapropter fidei & sententiæ Ecclesiæ assentiens, in Sardiniam ad propriam sedem se recepit. Quorum autem animi non minus quàm illius erant exulcerati, hi adhuc etiam ab Ecclesia segregati manent. ] hucusque de schismate Luciferi Socrates. Porò Antiochenam Ecclesiam schismate diuisam octogintaquinque annos ita perdurasse, nimirum vsque ad Alexandrum Episcopum, Theodoretus affirmat<sup>f</sup>. Quod quidem non sic intelligendum est, vt ab hoc tempore, quo creatus est Paulinus, & schisma conflatum inter Catholicos, vsque ad Alexandrum annorum octogintaquinque curricula intercesserint: nam creatio

A creatio Alexandri contigit (vt suo loco patebit) anno Domini quadringentesimo octauo: sed oportuit Theodoretum intellexisse ab eo tempore, quo cecidit Eustathio, & subrogato in locum eius Euphronio Episcopo Ariano, scissa est in duas partes Ecclesia Antiochena; de cuius diuisionis origine suo loco superius actum est. Eadem quoque Sozomenus<sup>a</sup> de Luciferi & Eusebij dissensione.

Sozom. lib. 3. cap. 12.

Ceterum asserta causa schismatis & dissensionis illius primæ inter Eusebium & Luciferum, quæ à Socrate, Sozomeno, & alijs eos secutis assertur, nullatenus probari potest: si quidem nullo pacto potuit accidisse, vt Paulini electionem Eusebium improbari, quam tunc ipse, tum etiam Athanasius, ac denique vniuersa Synodus Alexandrina antea recepissent, dum Legatos ab eo ad Synodum missos suscipere, & eiusdem Paulini chirographo ipsam subscribi Synodum voluerunt. Non potuit igitur damnasse Eusebius, quod antè probasset, & Athanasius cum alijs in Synodo confirmasset. Qua quidem ratione & Ruffinus videri hallucinatus, qui id ipsum affirmat<sup>b</sup>, cum ait: Interim Luciferi iniuriam dolens, quòd Episcopum à se ordinatum apud Antiochiam non recepisset Eusebius, nec ipse recipere cogitat Alexandrii decreta Concilij: sed constringebatur Legati sui vinculo, qui in Concilio ipsius auctoritate subscripserat. Abijcere namque eum non poterat, qui auctoritatem eius tenebat: si verò recepisset, omne suum frustrandum videbat inceptum. Diu ergo de hoc multumque deliberans, cum ex vtraque parte concluderetur, elegit, vt Legato suo excepto, erga ceteros sententiam disparem, sed sibi placitam custodiret. ] hæc ipse, quæ ex nuper dictis facile refelluntur. Certè quidem nisi Paulini electio ab Alexandrino Concilio probata fuisset, nequaquam eam postea Romanus Pontifex ratam habuisset. Quis enim existimare potest, gestas res à Lucifero schismatico firmas potuisse consistere, nisi eas Synodus & Romanus Pontifex recepissent? Ceterum Luciferi cum Eusebio similtas & altercatio non aliunde sumptisse exordium videri potest, nisi quòd ipse austerioris spiritus hum esset, indigno animo ferret ex Synodi decreto ianuam patere Episcopis omnibus lapsis, qui perinde ac si nihil deliquissent, in suas sedes cum eodè Episcopatus honore redirent: ideoque in eundem Eusebium, quem aduenientem Antiochiam, iturum in Cappadociam, primum est nactus, veluti in eius decreti auctorem inuectus est, eoque magis in eum exacerbatus, quòd ex suscepto munere legationis id ipsum passim præstaret, vt Episcopos, qui cum Ariano communicassent, ad suas ipsorum Ecclesias, impertita illis communicatione Catholica reuocaret.

CAUSA DISSENSIONIS EUSEBII VNTICENSI ET LUCIFERI VERCCELLENSIS.

Ruffin. lib. 7. cap. 30.

Sed dicet aliquis: Quo modo prætermisso Meletio, Synodus probauit ordinationem Paulini? Nam si qui aliquando fuissent hæretici, & ad Ecclesiam reuersi essent, recipendos quoque ad Episcopatum eadem Synodus statuit: vtique Meletio debebatur Ecclesia Antiochena ex ipsius decreto Synodi: atque eam ob causam Paulinus reiiciendus videbatur, tamquam sedis alteri debita occupator. Ad hæc dicimus, vitiosam ab initio fuisse Meletij sedem, vt pote quod tunc ipse Arianus ab Ariano eam fuerit consecutus: sicque ab illo tempore cathedra vacasse videri poterat, ad quam suffragio populi Meletio minimè recepto, iure ordinatus Paulinus fuisse censendus erat.

Non ergo cur Meletius non receptus esset, Eusebius conquestus est, cuius nullam fuisse ordinationem sciebat, vt pote quòd ab Acacianis & Eudoxianis creatus fuisset Episcopus Antiochiæ: verum si quæ dissensio ea de causa inter Eusebium & Luciferum oborta est: credimus Eusebium cum Lucifero familiariter conquestum esse, quòd præpropere nimis Paulinum ordinasset, non tamen quòd eam electionem improbaret, quam ipse met vna cum alijs in Synodo recepisset: sed quòd Paulini ordinationis causa tantum abesset, vt Ecclesia Antiochena (quod in optatis erat) Catholicæ communionis fœdere iungeretur, vt maior ob eam causam altercatio fieret post reuersum Meletium, qui iam viuente Constantio ab Acacianis & fidei Catholicæ tuendæ causa exilium passus, & minas eiusdem Constantij expertus esset, qui enim ei aduersabantur, ea ratione sedem illi negabant, quod ipse Meletius olim conuiisset cum Acacianis & Eudoxianis Ariatorum deterrimis, à quibus & à Sebaste Armeniae translatus fuisset in sedem (vt habet Socrates<sup>c</sup>) Beræensem, & inde in Antiochenam: cui etsi ex Synodi decreto indulgentum esset, vt pristinam sedem reciperet; non in aliam quam in Sebastensem seu Beræensem restituendus fuisset. nam cum & illi exulanti susceptus Euzoii Antiochiæ fuisset: quid agendum, si ipse Euzoii reuerti ad Ecclesiam Catholicam voluisset? Vertebantur hæc iurgia inter vtriusque partis fautores: cum, inquit Sozomenus<sup>d</sup>, Meletius

MELETII CAUSA QVAESITA.

Socrat. li. 2. cap. 34.

Sozom. li. 3. cap. 12.

letius ab exilio Antiochiam rediit, & scorsum cum suis extra urbem conuentus agere ag-

Sozom. lib. 5. cap. 11. TEMPVS RE DITVS MELETII AN- TIOCHIAM

Idem lib. 5. c. 12. Exstat apud Lipom. tom. 5. Ep. Str. tom. 1. die 12. Febr.

Sozom. lib. 6. cap. 7.

Theod. lib. 3. cap. 13.

LUCIFERI REDITVS IN OCCIDENTEM.

Seuerus lib. 2.

Ruffin. lib. 1. cap. 30. LUCIFERI MISIRAN DVS EXITVS

Theod. lib. 3. cap. 5.

Ambros. orat. in fune- rofraxer.

Quod vero ad tempus reditus Meletij Antiochiam spectat: Sozomenus illud in pri- mis affirmat, eo tempore, quo Lucifer Antiochiam petiit, & Paulinum Episcopum ordi- nauit, Meletium nondum ab exilio fuisse reuerfum Antiochiam. Rursumque inferius de eiusdem reditu agens, tum cum rediisse tradit, cum iam absoluta Synodo Alexandrina, Eusebius conciliandae in eo populo discordiae causa, Antiochiam perrexisset. Ceterum Io- annes Chryostomus, cui potius assentiendum putamus, quippe qui Meletij temporibus vixit, & cuius Antiochenus fuit atque eiusdem Ecclesiae presbyter, in ea oratione, quam habuit in die natali eiusdem Meletij, anno quinto (vt ait) post obitum eius, cum testetur, post reditum ab exilio non licuisse ipsi amplius triginta diebus agere Antiochiae, sed impellentibus Valentem Imperatorem haereticis, iterum solum vertere coactum esse, cui nec ante obitum Valentis reuerti posse concessum fuisse, a quo, teste Sozomeno, expul- sus est: neque postea, defuncto Valente, amplius pulsus fuerit: affirmare necesse est, cum nonnisi Valentis Imperij exordio Antiochiam remcasse. Ex his quoque intelligis, Theo- doretum etiam falli, dum apud Meletium se recepisse filium illum sacerdotis Apollinis, cum cuperet fieri Christianus, affirmat. Causa autem tantae morae, vt nonnisi post se- quentem annum Meletius repetierit Antiochiam, illa esse potuit, quod audisset in ea Ecclesia creatum esse Paulinum Episcopum, quem sciret plurimi a ciuibus fieri: sed cum percepisset eos, qui suarum partium erant, nequaquam cum Paulino communicare, sed se ipsum expectare, ac pluribus litteris sollicitare: cessit tandem, redijtque Antiochiam: sed cum careret ecclesia, vbi cogeret suos (quod dictum est) foris in suburbia illos ad synaxim colligere opus fuit breui illo spatio temporis, quo istud facere sibi licuit. At de reditu ipsius suo loco agendum pluribus.

Sed iam Luciferum Antiochia recedentem, & in Italiam redeuntem assectemur. Ex his autem, quae de eo scribit Marcellinus presbyter & ipse schismaticus, secta Luciferia- nus, planè intelligitur, eum venisse Romam, execratumque esse communionem eorum, qui aliquando coniuncti fuissent Ariani, vt, cum Neapoli fuit, facto declarauit, vitans communionem Maximi, qui in Zosimi locum fuerat successus. Sed & reliquiae tradit suae sententiae in Oriente paucos quosdam asseclas, & inter alios Heraclidam Episcopum Oxirinchi in Aegypto, in Palaestina Hermionem virginè magni nominis, quae eum Eleu- theropoli sub Constantio exulantem fouerat: additque eandem Hermionem, eius rei causa, quod reuertentes ad Ecclesiam Arianos auerfaretur, multa ab Eleutheropolita- no Episcopo, Turbone nomine, passam esse. Sed & de eo Seuerus ait: Ceterum Lu- cifer tum Antiochiae agens longè diuersae sententiae fuit: nam non tantum eos, qui Arimi- ni fuerant condemnauit: sed etiam se ab eorum communione separarat, qui eos sub sa- tisfactione & poenitentia receperunt.]

At de exitu Luciferi haec Ruffinus: Regressus ad Sardiniae partes, siue quia cita mor- te praeventus, tempus sententiae mutandae non habuit (etenim temere cepta spatio cor- rigi solent) siue hoc animo immobiliter federat, parum firmauerim. Ex ipso interim Luciferianorum schisma, quod, licet per paucos, adhuc voluitur, sumpsit exordium.] haec Ruffinus. Addit quoque Theodoritus, eum post reditum nouam quamdam excogi- rasse doctrinam, quam sectati sint qui ab eo nomen sunt consecuti: At nihil ad doctrinam Catholicam addidisse Luciferum, testatur S. Ambrosius, cum haec de eo habet: Lucifer enim se à nostra tunc temporis communione diuiferat: & quamquam pro fide exulaf- set, & fidei suae reliquisset haeredes: non putauit tamen (Satyrus frater scilicet) fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiam non tenerent, cuius patiebantur velut quosdam artus diuidi, & membra lacerari. Etenim cū pro- pter Ecclesiam Christus passus sit, & Christi corpus Ecclesia sit, non videtur ab his exhibe- ri Christo fides, à quibus euacuatur eius passio, corpusque distrahitur.] haec Ambrosius.

Sed

A Sed & S. Hieronymus multum abest, vt Lucifero falsam doctrinam impingat, quin po- tius eum aliqua ex parte excusare nititur, cum ita ait: Venum est ad aspernum lo- cum, in quo aduersus voluntarem & propositum meum cogor de beato Lucifero, secus quicquam, quam & illius meritum & mea humanitas poscit, existimare. Sed quid fa- ciam? Veritas os reserat, & inuitam linguam conscium ad loquendum peccus im- pellit. In tali articulo Ecclesiae, in tanta rabie luporum, segregatis paucis ouibus, re- liquum gregem deseruit: bonus quidem ipse pastor, sed multam praedam bestis re- linquens. Praeterea illa, quae quidam ex maledicis quasi fati firma defendunt: hoc il- lum amore gloriae & nominis in posteros transmittendi fecisse, necnon & pro similitate, quam aduersus Eusebium propter Antiochenam disensionem susceperat. nihil istorum de tali viro credo. Vnum est, quod etiam in praesenti constanter loquar: verbis eum à vo- bis dissentire, non rebus: si quidem eos recipiat, qui ab Ariani baptismata consecuti sunt.] haec Hieronymus.

Hieron. ad- uers. Lucife- rian. tom. 2. LUCIFERIA NI PROCVL AB HARRE- SI.

Equidem tam de Lucifero, quam de Luciferianis ab eo ita dictis, illud asseritur etiam à S. Augustino, quod baptismum minimè iterarint: nam de Agone Christiano sic ha- bet: Nec eos audiamus, qui quamuis neminem rebaptizent, praecidere se tamen ab vnitate, & Luciferiani magis dici, quam Catholici maluerunt. In eo enim quod in- telligunt baptismum Christi non esse repetendum, rectè faciunt: sentiunt enim sacra- mentum sancti lauacri nusquam esse nisi ex Catholica Ecclesia: sed eam formam se- cum habere sarmata praecisa, quam in ipsa vite, antequam praeciderentur, acceperant.] & paulo post: Quod cum Luciferiani intelligunt, & non rebaptizant, non improba- mus; sed quod etiam ipsi praecidi à radice voluerunt, quis non detestandum esse co- gnoscat? & idèd maximè, quia hoc eis displicuit in Ecclesia Catholica, quod verè Ca- tholicae sanctitatis est. Nusquam enim tam vigere debent viscera misericordiae, quam in Catholica Ecclesia, vt tamquam vera mater nec peccantibus filiis superbè insultet, nec correctis difficilè ignoscat. Non enim sine causa inter omnes Apostolos huius Ec- clesiae Catholicae personam sustinet Petrus: huic enim Ecclesiae clausae regni caelo-

Aug. de A- gone. Christia. c. 30. tom. 3.

rum datae sunt, cum Petro datae sunt. & cum ei dicitur, ad omnes dicitur: Amas me? pasce oues meas. Debet ergo Ecclesia Catholica correctis & pietate firmatis filiis liben- ter ignoscere: cum ipsi Petro personam eius gestanti, & cum in mare titubasset, & cum Dominum carnaliter à passione reuocasset, & cum aurem serui gladio praecidisset, & cum ipsum Dominum ter negasset, & cum in simulationem postea supersticiosam la- psum esset, videamus veniam esse concessam, eumque correctum atque firmatum vsque ad

Matth. 16. d. Ioan. 17. Matth. 14. Galat. 2.

D Dominicae passionis gloriam peruenisse. Itaque post persecutionem, quae per Arianos haereticos facta est: posteaquam pax, quam quidem Catholica in Domino tenet, etiam à Principibus saeculi reddita est: Episcopi, qui perfidiae Ariatorum in illa persecutione consenserant, multi correcti redire in Catholicam delegerunt, damnantes siue quod crediderant, siue quod credidisse simulauerant. Hos Ecclesia Catholica materno recipit sinu, tanquam Petrum post stertum negationis per galli cantum admonitum, aut tan- quam eundem post prauam simulationem Pauli voce correctum. Hanc illi matris cha- ritate superbè accipientes, & impiè reprehendentes, quia Petro post galli cantum sur- genti non gratulati sunt, cum Lucifero, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.] hucus- que Augustinus. Ex quibus planè constat, Luciferum & priores illos ab eo dictos Lucife- rianos schismatis tantum labe esse pollutos, non noua doctrina nouam haereseim excogita-

SCHISMATI CI CVR PA- CTI LUCIFER- IANIS.

Matth. 26.

E se, vel veterem sectatos esse: vnde & accidisse putamus, vt neque ab Epiphano horum temporum scriptore, neque à Philastrio huic proximo, qui catalogum contexuerunt ha- reticorum, Luciferiani inter haereticos numerati sint, prout S. Augustinus ad Quoduul- deum scribens animaduertit. Verum de iisdem alicubi se legisse testatur, dixisse, animam ex traduce generari, eamque ex carne, & carnis esse substantiam: quod tamen verum ne- cset, haud satis sibi fuisse compertum tradit.

August. de haeres. cap. 31.

Ceterum adeo pertinaci animo sententiae de non recipiendis cum dignitate lapsis Epi- scopis insisterant, vt (quod testatur de his S. Hieronymus) inter eos Helladius quidam in Ecclesiam eo contumeliae & blasphemiae prolapsus sit, vt cum videret tot Episcopos lapsos in haeresim, vel communionem haereticorum, restitutos, diceret mundum esse dia- boli, & ecclesiam in lupanar esse conuersam, in quem idem S. Hieronymus, scribens ad- uersus Luciferianos, spiculum orationis intorquet.

Hieron. ad- uers. Lucife- rian.



DE HILARIO  
DIACONO  
NO.

Sed cunctis procacior habitus est Hilarius Ecclesie Romanæ diaconus, qui non tantum cum Lucifero schismate se ob eam causam ab Ecclesia Catholica segregauit, sed & addidit etiam hæresim, cum diceret nullatenus baptismum hæreticorum recipiendum esse: ad quã adstruendam sententiam cõmentarios scripsit. Hunc fuisse iunctũ Lucifero collegam in legatione ad Constantium Imp. à Liberio Romano Pontifice, superius dictum est: ipse enim tunc & verbera expertus & vincula & carceres, eadem tandem sententia qua Lucifer, ab eodem Imperatore damnatus atque proscrip̃tus, in exilium missus est. sed infelix gloria nobilis confessionis elatus, spernens eos qui ceciderant, non solum vnã cum Lucifero schismate se ab Ecclesia separauit, sed plus quam ille præsumens, hæresim ad schisma superaddidit: quem & S. Hieronymus<sup>a</sup> ob rebaptizationem, Deucalionem Orbis appellat: qui quidem nec ex schismaticis ipsis aliquem habere potuit sectatorem, adeo vt cum homine interierit pariter & secta.

<sup>a</sup> Hieron. aduers. Lucifer.<sup>b</sup> Hieronymus de Script. Eccles. in Lucifero. LVCTVS DFCASV LVCI-FERII.<sup>c</sup> Zach. II.<sup>d</sup> 3. Reg. 19.EUSEBII VERCELLENSIS  
REDITVS IN  
ITALIAM.<sup>e</sup> Basil. epist. 8.<sup>f</sup> Hieron. aduers. Lucifer. viii. 1011. 2.

Lucifer verò, qui hoc Iuliani Imperatoris tempore (vt idem quoque tradit S. Hieronymus<sup>b</sup>) in Sardiniam rediit, sub Valentiniano, qui post sequentem annum Imperator creatus est, ex hac vita decessit, absque pace Ecclesie, in schismate perseuerans: quod Catholicis magnum intulit luctum, & timorem incussit. Luxerunt fideles & pij acerbissimum tanti viri casum, cum viderent hominem honestissimis magna gloria pro Ecclesia Catholica perfunctum legationibus, tot confessionibus insigniter nobilitatum, quot apices in Constantium scripserat pro Athanasio & fide Catholica; totque martyria prope modum exantlatum, quot annis exul in diuersa loca fuerat deportatus; hominem coryphæum & antesignanum Catholicorum in tam diuturno & difficillimo proelio Arianorum, positum instar Hieremie in columnam ferream & murum æreum pro domo Dei, Ecclesia Christi: hunc ipsum, inquam (proh dolor!) post tot victorias & erecta de perfidia debellata trophæa, sub ipso triumpho tam infeliciter à dissensionum auctore diabolo superatum, & separatim ab Ecclesia esse, ac planè prostratum. Quem tunc optimis quibusque timorem casus incussit: vt illud Zachariæ meritò vsurparet<sup>c</sup>: Vlula abies, quia cecidit cedrus.] Quanta verò eius esset æstimatio & laus in Ecclesia Dei, vel ab vno Hieronymo disce; qui licet post eius obitum, & pro defensione Catholice veritatis de ipso agens, reueritus tamen ante actæ vitæ merita viri, & percelebre nomen, vim vix sibi satis inferre valuit, vt in eum exerat stylum: sed quem veritas acuit, reuerentia mox obtudit, vt pro maledictione benedictionem inferat, cum beatum appellet, atque vt licuit, tandem excuset. Vnam ipse Lucifer, qui zelo æstuabat Heliæ, & Heliæ dictum audisset<sup>d</sup>: Non in spiritu vehementi Dominus, non in commotione Dominus, nec in igne Dominus, sed in sibilo auræ tenuis, nempe in mansuetudine, benignitate, & misericordia verè inerat Dominus. Sed de Lucifero hætenus: de Luciferianis verò læpè suis locis inferius.

At reliquum est, vt qui Luciferi vsque ad eius obitum profecuti sumus historiam, Eusebij quoque Episcopi Vercellensis, ipsius olim collegæ, postea autem aduersarij vestigia confectemur. Quid autem suscepta ad Orientales legatione pro reconciliatione lapsorum apud eos egerit; nihil præterea, quam quæ ex Gregorio Nazianzeno atque aliis superius dicta sunt, reperimus memoriæ commendatum. bene autem gessisse negotium, omnium sententia est. Sed quando in Occidentem reuersus sit, num in huius anni fine, an sequenti anno; haud compertum habetur. Quanta verò vir sanctissimus, confessionibus adeo clarus, & legatione nuper obita celebris, fuerit ab Italis alacritate susceptus, quamque lapsis proficius fuerit eius reditus, S. Hieronymus narrat. Sed de illo non omitendum, affirmare S. Basilium, quod redeuntem in Italiam Eusebium comitatus fuit Euagrius senior, parens scilicet Euagrii iunioris, qui postea fuit Episcopus Antiochiæ; nam ait<sup>e</sup>: Senior Euagrius filius Pampiani Antiochenis, qui quondam migravit versus Occasum cum S. Eusebio, rediit nunc Roma, &c.] S. Hieronymus igitur agens simul de reditu S. S. Hilarij atque Eusebij, licet illius ante Constantij mortem contigerit, huius verò postea, hæc ait<sup>f</sup>: Tunc Hilarium de proelio reuertentem Galliarum Ecclesia complexa est. Tunc ad reditum Eusebij lugubres vestes Italia mutauit. Concurrebant Episcopi, qui Ariminensibus dolis irretiti, sine conscientia hæretici ferebantur, contestantes corpus Domini, & quicquid in Ecclesia sanctum est, se nihil mali in sua fide suspicatos. Putauimus, aiebant, sensum congruere cum verbis: nec in Ecclesia Dei, vbi simplicitas, vbi pura confessio est, aliud in corde clausum esse, aliud in labijs proferri timuimus. De-

cepit

A cepit nos bona de malis existimatio: non sumus arbitrati sacerdotes Christi aduersum Christum pugnare. Multaque alia, quæ breuitatis studio prætereo, flentes asserunt, parati & subscriptionem pristinam & omnes Arianorum blasphemias condemnare.

Hoc loco interrogo istos nimium religiosos, quid de confessoribus agendum putauerint? Depositis, inquit, veteribus Episcopis, nouos ordinassent. Tentatum est. Sed quotusquisque bene sibi conscius patitur se deponi? præsertim cum omnes populi, sacerdotes suos diligentes, penè ad lapides & ad interemptionem deponentium eos conuolauerint? Mansissent, aiunt, intra suam communionem. Hæc est dicere: Irrationabili crudelitate Orbem totum diabolo condonassent. Cur damnassent eos, qui Ariani non crant? Cur Ecclesiam scinderent in concordia fidei permanentem? Cur denique credentes bene, obstinatione sua facerent Arianos? Nam cum in Synodo Nicæna, quæ propter Ariam perfidiam congregata est, Episcopos Arianos susceptos sciamus, & Episcopus iam in mundo nullus sit, nisi quos Synodus illa ordinauit: quo modo potuerunt aduersus eam facere, propter quam exilium sustinerunt? hæc S. Hieronymus pro defensione Hilarij atque Eusebij de receptis ab eis lapsis Episcopis, aduersus Luciferianos rem bene gestam adedè improbant.

Quid autem de Hilario separatim tradat Seuerus<sup>a</sup>, hic describemus. Hilarius namque primus ad restitutionem lapsorum, qui prior rediit in Occidentem, viam aperuit: dum coactis Conciliis, in iisdemque conuenientibus Episcopis Gallicanis, ibi qui olim lapsi perseuerarent in errore impietatis, depositi sede sunt; qui verò poenitentes veram fidem confessi sunt, receperunt pristinam sedem. hæc enim his verbis Seuerus: Verum vbi permensus est orbem penè terrarum malo perfidiæ infectum, dubius animi & magna curarum mole æstuans, cum plerisque videretur non ineundam cum his communionem, qui Ariminensem Synodum recepissent; optimum factu arbitratus, reuocare cunctos ad emendationem & poenitentiam: frequentibus intra Gallias Conciliis, atque omnibus ferè Episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformant. Resistebant sanis cõsiliis Saturninus Arelatensium Episcopus, vir sanè pessimus, & ingenio malo prauoque: verum etiam præter hæresis infamiam multis atque infandis criminibus conuictus, ecclesia eiectus est. Ita partium vires, amisso duce, infractæ. Paternus etiam à Petrocoris<sup>b</sup> æquè vecors, nec detrectans perfidiam profiteri, sacerdotio pulsus, ceteris venia data. Illud apud omnes constitit, vnus Hilarij beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas. hæc Seuerus: quæ quidem haud potuerunt perfici, viuentem Constantio Arianorum parrono: sed post eius obitum, nudatis illis patrocinio Imperatoris, in hunc ipsum annum sunt protensa ac pariter absoluta. Quod autem vnus Hilarius, confessoribus ceteris Episcopis vita functis, tanta præstitit, mox idem Seuerus subdit de iisdem sanctis Episcopis Paulino Treuerensi, & Rodanio Tolosano (de quibus satis superius tomo tertio actum est) clarissimis ob defensionem Catholice fidei confessoribus, eosque in Phrygia tradit non sine corona martyrij exules diem extremum clausisse.

Quod igitur tum Fortunati testificatione (vt superius dictum est) tum Seueri, vt modò audisti, opera sancti Hilarij plura sunt in Galliis Concilia congregata, quibus Orientalium error aduersus Nicænam fidei professionem in diuersis Synodis comprobatus penitus damnaretur, vnã cum suis auctoribus, qui proscripserunt nomen consubstantialitatis in Filio Dei: Quid in vno ex iis Conciliis in Gallia congregatis factum sit, vt & quæ in reliquis pariter acta sunt possimus intelligere, reddimus hic eam, quæ nunc extat Synodalem epistolam missam ex Parisiensi tunc celebrato Concilio ad Orientales, cum illi litteris suis, conarentur Gallicanos Episcopos reddere in omnibus, suæ ipsorum perfidiæ professores, habetur in Pithoei Ecclesiasticarum antiquitatum officina: edita verò nuper diligentia doctissimi viri Nicolai Fabri, eius autem sic se habet inscriptio<sup>b</sup>.

Incipit fides Catholica exposita apud Farisicam ciuitatem ab Episcopis Gallicanis ad Orientales Episcopos. ] pro Farisica autem, restituendam in mendoso Codice Parisiam, probè admonuit idem Faber.

Dilectissimis, & beatissimis sacerdotibus Episcopis Orientalibus omnibus, per diuersas prouincias in Christo manentibus, Gallicani Episcopi, salutem.

Omni quidem vitæ nostræ, fideique sensu gratias Deo patri, per Dominum nostrum Iesum Christum confitemur, quod nos in lumine scientiæ confessionis suæ, doctrinis &

<sup>a</sup> Seuer. hist. lib. 2.HILARIJ  
EPISCOPJ  
RES GESTAE  
POST REDI-  
TVM.<sup>b</sup> Petrocoris<sup>b</sup> Hilarij frag-  
ment. lib. 2.  
pag. 1. 2. 3.EPISTOLA  
SYNODALIS  
EPISC. GAL-  
LIARUM AD  
ORIENTA-  
LES.

pro-

propheticis & Apostolicis collocavit, ne sæcularis imperitiæ tenebris detenti iudicio sæcu- A  
li teneremur: Cum sola spes sit plenissima ad salutem, Deum Patrem omnipotentem per  
vnigenitum eius Dominum Iesum Christum in sancto Spiritu confiteri. Sed planè non  
minor quotidie gratulationis nostræ causa cumulatur, quod liberans nos ab errore mundi,  
nunc etiam inexpiabili hæreticorum admisceri non patitur societati.

Ex litteris enim vestris, quas dilecto fratri & confacerdoti nostro Hilario direxistis,  
fraudem diaboli, & conspirantia aduersus Ecclesiam Domini hæreticorum ingenia co-  
gnouimus, vt diuisi in partibus Orientis, atque Occidentis, diuersis inuicem opinionibus  
falleremur. Nam plures numero, qui aut Arimini, aut Nicææ adfuerunt, sub auctorita-  
te vestri nominis ad Vsiæ silentium sunt coacti: quod verbum à vobis quondam con-  
tra Ariomanitarum hæresim inuentum, nobis semper sanctè, fideliterque susceptum est.  
Nam Homouusij sermonem ad veram & legitimam ex Deo Patre vnigeniti Dei natiuita- B  
tem sumus amplexi, detestantes secundum Sabellij blasphemias ipsam vnionem, neque  
aliquam partem Patris esse Filium intelligentes, sed ex toto atque perfecto innascibili  
Deo, totum atque perfectum vnigenitum Deum natum, vnus à nobis idcirco, vel Vsiæ,  
vel substantiæ cum Deo Patre confessum, ne creatura potius, aut adoptio, aut adpellatio  
videretur. Et quia ex ipso esset, vt ex Patre Filius, vt ex Deo Deus, vt ex virtute virtus,  
vt ex spiritu spiritus, vt lumen ex lumine, similitudinem quoque eius ad Deum Patrem  
non inuiti audientes, quippe cum imago inuisibilis Dei sit, sed eam solam similitudinem  
dignam ad Patrem intelligentes, quæ veri Dei sit ad Deum verum, ita vt non vnio di-  
uinitatis, sed vnitas intelligatur: quia vnio sit singularis, vnitas verò secundum natiuita-  
tis veritatem plenitudo nascentis sit, maximè cum Dominus ipse Iesus Christus ad disci-  
pulos suos sit professus, dicens: Ego & Pater vnum sumus, quo non solum charitatem quæ C  
ad Patrem est, sed & diuinitatem quæ Dei ex Deo est, significat, secundum illud: Qui me  
vidit, vidit & Patrem: & Si mihi non vultis credere, vel operibus meis credite, quia Pater  
in me est, & ego in Patre.

Hanc igitur fidem semper tenentes, & tenēbimus, detestantes quoque eos qui dicunt:  
Non erat antequam nasceretur: non quòd vnigenitum Deum innascibilem prædicemus,  
sed quòd impium sit, maximè Deo temporum, tempus aliquod anteferre, cum ipsum il-  
lud, antequam nasceretur, non fuerit, sit temporis. Sed & obedientem quoque Patri Fi-  
lium etiam vsque ad mortem Crucis, secundum infirmitatem assumpti hominis, non ne-  
gamus: cum ipse de ascensu suo ad cælos locutus sit: Si diligeritis me, gauderetis, quia va-  
do ad Patrem, quia Pater maior me est, per cuius carnis susceptionem nos sibi fratres con-  
nuncupare dignatus est, cum in forma Dei manens, forma serui esse voluit. D

Iraque, carissimi, cum ex litteris vestris in Vsiæ silentio fraudem se passam simplicitas  
nostra cognoscat, etiam pietatem eorum qui Arimino Constantinopolim reuerterunt,  
\* conuentos sicut epistola nostra contenta testatur, neque eos ad tantam rem blasphemiarum  
damnationem potuisse compellere, fidelis Dominici nominis prædicator frater  
noster Hilarius nunciauerit. Nos quoque ab his omnibus, quæ per ignorantiam pepe-  
ram gesta sunt, referimus, Auxentium & Vrsatium ac Valentem, Gaium, Megasium, &  
Iustinum excommunicatos habemus secundum litteras vestras, & certè vt diximus, iuxta  
fratris nostri Hilarij professionem, qui se pacem cum his, qui horum sectarentur errores,  
habiturum negauit, blasphemiasque omnes, quas litteris vestris subiecistis, damnamus,  
maximèque eorum sacerdotes apostatas respicientes, qui in loca fratrum indignissimè ex-  
lantium quorundam, aut ignoratione, aut impietate sunt substituti, pollicentes hoc coram E  
Deo, atque etiam confitentes, vt quisquis his quæ statimus, intra Gallias putauerit reni-  
tendum, à communionem ac sede sit sacerdotij abiiciendus. Neque enim vt aliàs, aut occa-  
sionem prædicandi non damnando permittens, aut contra Deum & Christi vnigeniti Dei  
maiestatem aliter, quàm nos de Homouusij significatione sentimus, obnitens, dignus erit  
sanctitate sacerdotij nominis iudicandus: à quo etiam Saturninum, qui statutis salubribus  
impiissimè contradixit, secundum fratrum nostrorum geminas iam litteras excommuni-  
catum ab omnibus Gallicanis Episcopis, charitas vestra cognoscat: quem & vetera diffi-  
mulata, iam diu licet, crimina, & cetera edita epistolis suis, nouæ temeritatis inreligiositas  
indignum Episcopi nomine esse fecerunt.

Explicit fides Catholica exposita apud Farisicam ciuitatem, ab Episcopis Gallicanis,  
ad Orientales Episcopos.] hæc tenus ibi. Ex his planè commendatur sincera fides atque  
constantia

A constantia Ecclesiæ Gallicanæ, cum in tanto numero Episcoporum vnus dumtaxat sit re-  
pertus Saturninus, qui inhaerit Arianis, reliquis omnibus sequētibz sanctum Hilarium,  
ex cuius litteris omnes tamquam leuculi post leonem aduersus lupos ingruentes insilie-  
rint. Gloria hæc est sancti Hilarij, qui scriptis suis eosdem Galliarum Episcopos in Aria-  
nos commouerit, & iugiter aduersus eos in officio continuerit.

At quid Rufinus commentus sit Hilario contigisse, cum vni ex his Synodis post Ari-  
minense Concilium interfuit, sanctus Hieronymus eius figmentum explodens narrat  
his verbis: Non ei sufficit Græcos & antiquos calumniari, de quibus pro veritate tem-  
porum, & longinquitate regionum, habet licentiam quicquid voluerit mentiendi: venie-  
ad Latinos, & primum ponit Hilarium confessorem, quòd post Ariminensem Synodum  
liber illius falsatus ab hæreticis sit: & ob hanc causam, cum in Concilio Episcoporum ei  
B quæstio moueretur, proferri librum de domo sua iusserit, qui nesciente se, in scrijjs suis  
hæreticus tenebatur: cumque prolatus fuisset, & ab omnibus hæreticus iudicatus, auctor  
libri excommunicatus de Concilij conuentione discesserit.] hæc Hieronymus ex Rufino  
de Hilario. Sed tantæ (subdit idem Hieronymus). Rufinus auctoritatis se putat, vt cum  
hoc familiaribus suis narrat somnium, nemo ei contra confessorem ista simulanti audeat  
contradicere. Responde, quæso: Synodus, in qua excommunicatus est, in qua vrbe fuit?  
Die Episcoporum vocabula: profer sententias subscribentium, vel diuersitatem, vel con-  
sonantiam: Doce, qui eo anno Consules fuerint, qui Imperator hanc Synodum iusserit  
congregari: Gallia: ne tantum Episcopi fuerint, an & Italia: & Hispania: vel certè quam  
ob causam Synodus congregata sit. Nihil horum nominas: sed virum eloquentissimum,  
& contra Arianos Latini sermonis tubam, vt Originem defendas, excommunicatum à  
C Synodo criminari. Sed confessoris calumnia vtrumque toleranda est: transit ad inclytum  
martyrem Cyprianum, &c.]

At præter hæc quæ obiter S. Hieronymus attigit ad refellendam de Hilario impostu-  
ram: dixerim nimis insulam atque frigidam videri hanc de excommunicato à Catho-  
licis Hilario anilem recitatam à Rufino fabellam, ab omni prorsus verisimili ratione pro-  
cul abhorrentem. Nam esto falsatus fuerit eiusdem Hilarij commentariis, & ita hæreti-  
cè scriptus coram Patribus editus: potuit ne Hilarius tacuisse, in proditoreum non recla-  
masse, proditorem non arguisse, ex alijsque ab ipso editis commentarijs fraudem hære-  
ticorum, suam verò innocentiam non demonstrasse: sed & quid ipse crederet. licet scrip-  
ta deessent, nonne vel exilia ipsius pro Catholica fide pluribus annorum spatijs tolerata  
clamarent: vel si his omnibus caruisset, an non liberum esset, vel tunc saltem quid de fide  
sentiret coram Patribus aperire: verum potius quasi facti reus, criminis conscius, nulla  
D defensione præposita, vel excusatione opposita è Synodo excommunicatus mutus absces-  
serit? Sed facilliant prorsus deliramenta Rufini, à S. Hieronymo iure meritoque derisa:  
quibus per similes fabula, quam recentior auctor recitat de Hilarij in Synodo pariter con-  
trouersia cum Leone quodam imaginariè excogitato Romano Pontifice, qui instar Arij  
crepuerit medius, & sic obierit.

Sed & prouocandus Rufinus est ad ea, quæ idem ipse de Hilario, cum liberior esset  
affectibus, & rem serio ageret, scriptis testata reliquit, necnon de Eusebio, cum ambo  
ab exilio in Occidentem reuerfi sunt, atque primum de Eusebio his verbis: Eusebius  
verò circumiens Orientem atque Italiam, medici pariter & sacerdotis fungebatur  
officio: singulas quasque Ecclesias, abiurata infidelitate, ad sanitatem rectæ fidei re-  
E uocabat. Maximè quòd Hilarium, quem dudum cum ceteris Episcopis in exilium tru-  
sum esse memorauimus, regressum iam, & in Italia positum, hæc eadem erga instauran-  
das Ecclesias, fidemque Patrum reparandam, reperit molientem. Nisi quòd Hilarius vir  
natura lenis & placidus, simulque eruditus, & ad persuadendum commodissimus, rem di-  
ligentiùs & aptius procurabat. Qui etiam libros de fide nobiliter scriptos edidit, quibus  
& hæreticorum veritatis, & nostrorum deceptiones, & malè credulam simplicitatem ita  
diligenter exposuit, vt & præfentes, & longè positos, quibus ipse differere viua voce non  
poterat, perfectissima instructione corrigeret. Ita duo isti viri, velut magnifica quædam  
mundi lumina, Illyricum, Italiam, Galliasque suo splendore radiarunt, vt omnes etiam  
de abditijs angulis & abstrusis hæreticorum tenebræ fugarentur. ] hæc tenus ipse: at de Hi-  
larij laboribus contra Auxentium Mediolanensem Ecclesiam occupantem exantlati,  
suo loco inferius pluribus, itemque de rebus Eusebij.

Taxat An-  
dior imperi-  
sus Centuria-  
toris.  
CALUMNIA  
CENTVRIA-  
TORVM.

Sozom. lib.  
5. c. 13.  
MACEDO-  
N I A N I  
QV I D M A-  
C H I N A T E  
S I N T.

Socrat lib.  
3 cap. 8.

A R I A N I  
M O V E N T  
G E N T I L I E S  
I N A T H A-  
N A S I V M.

Ruffin. lib. 1.  
c. 33.

A T H A N A-  
S I V S A L E-  
X A N D R I A  
R E C E D I T.  
Sozom lib.  
5. c. 14.

Sed & de Hilario illam prætermittimus calumniam refutare quam calumniantium in-  
scitia ipsa redarguit, qui rerum gestarum prorsus ignari, nominum occasione errore la-  
buntur, dum putantes eundem esse Hilarium Episcopum Pictaviensem cum Hilario il-  
lo diacono, cuius est mentio apud S. Hieronymum in commentario aduersus Luciferia-  
nos, impingunt sanctissimo viro pergraves Hilarij illius errores, nempe cum schismate  
anabaptisimum: in meridiana luce adeo turpiter caligantes, cum eum idem Hieronymus  
disertis verbis apertisque notis sepe diaconum nominet, & ex rebus gestis accuratè descri-  
bat: vt ex his lector intelligas furentium hæreticorum rabiem, quouis prætextu sanctos  
viros carpere queritantium.

Ceterum sicut summa industria vidimus collaborasse sanctos Episcopos confessores, vt  
quem dispererat Constantij persecutio, Catholicum gregem in sinceræ fidei ouile co-  
gerent: ita & qui contradicentes Acacianis & Eudoxianis Semiariani dicebantur hæreti-  
ci, persecutione non leui à Constantio exagitati, quod iisdem quibus ille patrocinaba-  
tur hæreticis minimè consensissent, eius morte excusso iugo, quo detinebantur oppressi,  
& ipsi edicto Iuliani ad proprias, ex quibus exularunt, ecclesias restituti, aduersus eos-  
dem Eudoxianos & Acacianos magnopere incitati, conuentus agebant. Quinam autem  
isti fuerint, quidue moliti sint, Sozomenus docet, dum post Hilarij atque Eusebij redi-  
tum ita ait: Dum hæc geruntur, Macedonij sectatores, quorum è numero fuit Eleusius,  
Eustathius, & Sophronius, iam cum palam Macedoniani appellari cœpti, & velut in se-  
paratum cœtum segregati, atque mortè Constantij impunitatem nacti, conuocant in  
vnum Seleuciæ suæ opinionis fautores, & Concilia quædam habent, in quibus & abdi-  
cant Acacianos, & fidem Arimini stabilitam reijciunt, formulæque fidei Antiochiæ edi-  
tæ & post à Concilio Seleuciæ congregato confirmatæ suffragantur. Ac cum criminis  
loco illis esset obiectum, quod cum Acacianis dissiderent, quippe cum ante cum iisdem  
tamquam eiusdem communionis communicassent: per Sophronium Paphlagonem re-  
spondebant: quod, quoniam Episcopi Occidentis Filium Patri consubstantialem asse-  
ruerant, Actius autem eum substantia Patri dissimilem docuerat, & illi separatas Patris  
& Filij substantias vocabulo, consubstantialis, in vnam confusè colligauerant, hic autem  
propriatatem naturæ Filij à Patris natura admodum disunxerat: idcirco ipsi piè fecis-  
sent, quod Filium Patri substantia similem dixerant: & mediam hanc viam, quoniam  
vtrique illi ad contraria extrema deflexissent, sibi delegerant ad insistendum. Atque hi  
quidem illis, à quibus erant accusati, hoc modo se purgare conabantur. at improbè  
quidem, perinde ac medium posset inueniri inter asserentes Christum verè Deum, &  
non Deum. Nam cum non nisi vnus sit Deus, vnaque Diuina substantia: si affirmandum  
erat, Christum Deum verè esse, planè Patri consubstantialem dicere necesse fuisset. Ea-  
dem quæ Sozomenus, ex Sabino Socrates. At hæc hæcenus, reliqua autem de ipsis in-  
ferius suo tempore.

Rursum verò qui erant Alexandria Ariani, indigno ferentes animo, Athanasium se-  
dem Alexandrinam, ex qua sæpe eiectus fuerat, recepisse, eiusque reditu redditam Ec-  
clesiam Catholicam florentissimam, fœdus ineunt cum Gentilibus, quos & in eundem  
Athanasium concitant, ea arrepta occasione, quod ille nobilissimas quasdam matronas  
Gentilium superstitioni addictas, ad Christianam fidem conuersas, magno dedecore Im-  
perij Iuliani, & Christianæ religionis summa gloria baptizasset: simulque in Athanasium  
communicato consilio, ad Iulianum aduersus eum litteras dant, quin etiam addit Ruf-  
finus, hostes Athanasij veluti tetros serpentes cauernis egressos vna secum duxisse ma-  
gos, aruspices, & augures, qui omnes simul contestarentur, nihil prosperum successu-  
rum, nisi Athanasius expelleretur. quibus ille acceptis, de expellendo ab ea vrbe Atha-  
nasio, cum ad Alexandrinos, tum ad Ecdicium Ægypti Præfectum rescriptum dedit.

Hoc igitur anno ante Kalendas Decembris, S. Athanasius, cum Arianorum, tum etiam  
Gentilium inuidia, à Iuliano exagitatus, Alexandria cogitur proficisci. Cur autem in  
eum adeo commotus fuerit Iulianus, Sozomenus huiusmodi causâs asserit, dum ait: Im-  
perator cum accepisset, ipsum conuentus in ecclesia Alexandrina agere, liberè populum  
docere, & multos Gentiles eius suasu ad Christi fidem traductos; dat mandatum, vt  
exeat Alexandria: quod si ibi maneret, gratissima ei supplicia irrogata fore. Causam  
autem ad eum inculandum simulauerat, quod cum ab Imperatoribus, qui ipsum ante-  
gressi fuerant, esset exilio condemnatus, potestate à nullo accepta, ipse suo pte nutu se-  
dem

Iul. epist. 27.

LITTERAE  
IULIANI  
CONTRA  
ATHANA-  
SIVM.

Iulian. epist.  
6.

IULIANI  
EPISTOLA  
AD ECDI-  
CIVM.

RECEDIT  
ATHANASVS  
VS ALEXAN-  
DRIA.  
Sozom. li. 3.  
cap. 14.

Theod. lib. 3.  
cap. 8.

Ruffin. lib. 1.  
c. 34.  
Socrat lib. 3.  
cap. 12.

EPISTOLA  
IULIANI  
AD ALEX-  
ANDRI-  
NOS.

dem Episcopalem denuo occupasset. Nam se non fecisse potestatem his, quos Constanti-  
us in exilium miserat, ad ecclesias suas regendas, sed in patriam solum reuertendi, dice-  
bat. hæc Sozomenus, & quidem ex litteris eiusdem Iuliani ad Alexandrinos scriptis, quæ  
sic se habent.

Æquum erat, eum qui regijs & Imperatorijs edictis compluribus eiectus fuerat, vnum  
saltem edictum regium expectare, ac tum denique domum suam redire; non autem sin-  
gulari audacia atque amentia fretum, legibus tamquam omnino extinctis ac perditis il-  
ludere. Etenim nunc quoque nos Galilæis à Constantio eiectis, non reditum ad suas eccle-  
sias, sed in patriam cuique suam cœcessimus. Audio, Athanasium hominem audacissimum,  
solita audacia elatum, Episcopatus sedem (vt ipsi appellant) iterum vsurpare, id verò  
non mediocriter Alexandrino populo displicere. Quare eum iubemus vrbe excedere eo  
B ipso die, quo humanitatis nostræ litteras acceperit. Quod si in vrbe manserit, longè ei  
maiores grauioreque pœnas denunciamus. hæc Iulianus ad Alexandrinos. Ad Ecdicium  
autem Præfectum Ægypti eodem argumento sic scripsit, vbi veram causam, cur in eum  
inensus esset, patefacit:

Iulianus Ecdicio Præfecto Ægyptiorum. Etsi nihil de ceteris scribis, attamen de illo  
deorum hoste Athanasio scribere certè debuisti, præsertim cum præclara nostra decreta  
multo antè audiuisset. Testor magnum Serapin, nisi ante Kalendas Decembris inimicus  
deorum Athanasius ex ea vrbe, vel potius ex vniuersa Ægypto discesserit, centum auri  
pondo cohortem, quæ tibi paret, multatum iri. Scis autem, quàm sim lentus ad condem-  
nandum, & quanto lentior, postquam condemnauit, ad ignoscendum. Per mihi molestum  
est, eius opera deos omnes contemni. Equidem ex tuis factis nullum libentius videro, im-  
mo audiero, quàm Athanasium illum scelestum ex omnibus Ægypti locis pulsatum esse, qui  
ausus est in meo regno feminas Græcorum illustres ad baptismum impellere. hæcenus  
ad Ecdicium Iulianus.

His omnibus Imperatorijs rescriptis coactus est Magnus Athanasius solum vertere: de  
cuius Alexandria discessu hæc habet Sozomenus: Cum verò, inquit, propter hoc Impe-  
ratoris edictum esset fugam facturus, videretque multitudinem Christianorum circa se la-  
crymas profundentem: Bono animo, inquit, estote: nebula enim est, & breui euanescent.  
Quæ cum dixisset, ad iter se parat, & ecclesia amicis, quibus cum arctiore amoris vinculo  
colligatus erat, commendata, ex vrbe egreditur. hæc Sozomenus de Athanasij ab vrbe  
discessione. Addit verò Theodoretus, litteris Iuliani secretioribus non Alexandria solum  
expelli iussum esse Athanasium, verum etiam occidi; nam inquit: Vbi intellexit Athana-  
sius, quosdam ad se conquirendum missos, se clam inde subduxit, & reperto ad ripam flu-  
minis nauigio, recta in Thebaidem traiecit. Qui autem iussus erat vt eum occideret, fa-  
ctus de eius fuga certior, quantum potest, persequitur. At cum quidam ex familiaribus  
Athanasij anteuertisset, diceretque hominem eum properè persequi; nonnulli qui comi-  
tabantur Athanasium, orabant, vt de via in solitudinem deflecteret. At ipse dat manda-  
tum gubernatori, vt nauigium versus Alexandriam dirigat. Sic igitur illis ei, qui persequer-  
batur, obuiam factis, venit homo ille, qui mandatum de interficiendo Athanasium acce-  
perat, sciscitaturque quantum inde abesset Athanasius: Cui Athanasius respondet, eum  
non longè abesse: sicque dimittit: ipse autem redit Alexandriam; atque reliquo tempore,  
quo vixit Iulianus, ibi delituit. hæc Theodoretus: ante ipsum eadem habent Ruffinus  
& Socrates. Quod autem ciuitas Alexandrina referta esset Christianis Catholicis, ex  
E quibus & Senatus amplissimus magna ex parte aequè constaret, factum est, vt ijdem indi-  
gno ferentes animo Athanasium ab vrbe Alexandrina coactum esse discedere, pro eius re-  
ditu ad eundem Iulianum litteras supplices darent: quibus ille acceptis, in senso tum in  
eos, tum in Athanasium animo, ita rescripsit:

Iulianus Alexandrinis. Si quis eorum, qui vestram incolunt urbem, contemptis ve-  
stris iuribus, à vobis defeceret; quas deceret prauæ vitæ suæ pœnas vos ipsi ab eo vtrique  
acceperetis. At si quis nouam religionem & nouam introduceret doctrinam; con-  
gruum esset, vt nostram etiam operam in eum imploraretis; nec segniter ita habe-  
retis, vt in Athanasium fecistis. Vos verò contra. Nam cum huius vrbs fundator fuerit  
Alexander, & eius custos Rex Serapis, vna cum Regina totius Ægypti Iside, non solum eos  
qui benè valent, hoc est qui nobiscum rite sentiunt, nõ imitamini; sed potius ea vrbs pars,  
quæ ægrotat, id est non benè sentit de dijs, cognomen dedit ciuitati, scilicet vt Christiani  
dicamini

dicamini. Me verò, per deos, pudet, si quis Alexandrinorum se Galilæum esse profiteretur. A Hebræi siquidem horum patres Ægyptijs olim seruiuerunt: vos verò nunc contra, viri Alexandrini, Ægyptiorum domini (vester enim fundator Ægyptijs imperavit) iis qui vestræ patriæ æternæ dogmata contempserunt, voluntariam quoque pro veteribus legibus vestris seruitutem seruire sustinetis: neque in memoriam reuocatis veterem illam felicitatem, cum iidem essent vobis dii, qui & toti Ægypto, quot fruebamini bonis. At qui nouam hanc religionem introduxerunt, cuiusnam boni causa fuerunt, dicite mihi quæso vos?

Fundator vobis fuit Alexander Macedo, vir pius; neque per Iouem, secundum hos fuit, neque quales sunt Hebræi, quamquam illi his longè erant meliores: & illis quidem Ptolomæus Lagi fuit auctor. Alexander verò, si cum Romanis bellum gessisset. . . . Quid igitur post fundatorem Alexandrum? Ptolomæi cum vrbe vestram, vt suam filiam, educaissent, non verbis quidem Iesu auxerunt, neque doctrina inimicissimorum Galilæorum hoc regimen illi summo cum artificio instituerunt, quo nunc feliciter gubernatur. Tertij postquam nos Romani huius vrbis potiti sumus imperio, eiectis Ptolomæis, qui eam, non vt decebat, gubernabant, & ad vos Augustus accessit, vestrosque allocutus est ciues, & dixit: Alexandrini, condono vrbi vestræ omnia, magni dei Serapidis veneratione commotus, necnon ipsius populi & vrbis magnitudinis: Tertia præterea causa est meæ erga vos benevolentia: amicus noster Arius. Erat autem Arius quidem vester, Cæsaris Augusti familiaris, & philosophus. Quæ itaque priuatim à celestibus dijs erga vestram vrbe extitere (vt breuiter dicam) talia sunt: omitto autem breuitatis studio alia multa. Quæ verò communiter in dies vna cum alijs hominibus non patris quidem, vel cum vno genere, vel vna vrbe, sed cum vniuerso finituli Orbe ab illis dijs sunt vobis concessa, quo modo vos illa nescitis? Soli ne vos splendorem à Sole proficiscentem sensu non percipitis? Soli ne æstatem ignoratis, & hiemem ab ipso fieri, & ab ipso singula produci, & viuificari? Non agnoscitis Lunam, quæ ex ipso & ab ipso est omnium procreatrix, quot bonorum vrbi sunt, causa? Et horum deorum neminem colere audetis: sed potius Iesum, quem neque vos neque parentes vestri crediderunt, Deum Verbum necessario esse opinamini? Quem verò à sæculo vniuersum genus humanum & videt & audit, & qui dum colitur, nos felices reddit, magnum inquam Solem, viam imaginem intelligibilis Patris, & animatam, & intelligentem, & benefactorem parvipenditis?

Si mihi obedieritis admonenti, vosque ad veritatem reuocaueritis, dum eum auscultaueritis, Iulianum scilicet qui illa Christianorum, videlicet religionem, viginti iam secutus fuit annos, nunc verò, deorum ope, duodenarius agitur annus, hanc graditur viam: si igitur obedire placitum fuerit, magis lætabimini. Sin autem in insania & catechesi prauorum virorum persistere velitis, inuicem saltem conuenite, nec Athanasium optate: sunt enim alij multi eius discipuli, qui vestras prurièntes aures, & quæ verborum indigent impiorum, consolari poterunt. Vtinam enim in Athanasio solo impiæ eius scholæ occluderetur impietas, & in illo terminaretur: nunc verò complures ex vobis non ignobiles sunt, vt nihil eo sit opus: quemcumque enim ex plebe sumpseritis, quod ad Scripturarum doctrinam attinet, non est inferior Athanasio illo, quem exoptatis. Qui si diligentiam ac discursum videntes Athanasij (audio enim aslutum & prauum hominem esse) vt domum illi redire liceat, petitis: scitote hac de causa ab vrbe pulsus: inutilis est enim Reipub. & nobis, vt vir qui populo præsit, vbique se ingerat, sed minus dicendus vir, sed homuncio humilis. E Qualis iste Magnus, de cuius vita discrimen esse videtur, & perturbati ordinis initium præbet? Quapropter ne quid tale sit inter vos, ab vrbe discedere præcepimus olim: nunc verò ab vniuersa Ægypto expellere, integrum sit vestris ciuibus Alexandrinis de hoc sententiam dicere.] hæcenus Iulianus ad Catholicos Alexandrinos, in quos conuersus est furor Gentilium, Arianorum pariter, & Iudæorum: nam subdit Socrates b:

Eiusmodi tempestates post crebras Christianorum persecutiones, post ærumnas à Gentilibus illis inflctas, sic in caput Alexandrini Episcopi redundarunt. Porro prouinciarum Præsides rati ex Imperatoris religione sibi tempus opportunum oblatum, quo questum facerent, vltra quam Imperatoris edicta postulabant, Christianos vexare; maiorem pecuniæ summam, quam oportebat, exigere; interdum eorum corporibus supplicia infligere cœperunt. Quæ cum intellexisset Imperator, neglexit, & Christianis, qui de istis iniurijs

IULIANVS STVDIOSVS ARII. <sup>a</sup> Hæc ex Plutarcho in Antonio, & Diogene hist. Rom. lib. 51.

IULIANI IN ATHANASIVM ODIVM.

<sup>b</sup> Socrat. li. 5. cap. 12. PERSECUTIO IN ECCLĒSIAN ALEXANDRINAM.

A iniurijs expostulaturi ad eum venissent, ita (ex more videlicet) respondit: Vestrum est, cum estis animo afflictati, æquo animo tolerare: quippe istud à Deo vestro præceptum accepistis.] sed hoc commune cum alijs. Ceterum tunc accidisse putandum, quod S. Ambrosius <sup>a</sup> scribit ad Theodosium Imperatorem: nimirum sub Iuliano Iudæos vnâ cum Gentilibus incendisse basilicam Alexandrinam.

At ex his omnibus maiora fuerunt Athanasio trophæa victoriæ comparata, vt post alios Imperatores Iulianum quoque aduersarium experiretur, eumque Christi virtute prosterneret. Ad hæc omnia quidem alludit Gregorius Nazianzenus, dum ait: Sic igitur Athanasium egregium virum triplici certamine vincere oportebat, vt pleno atque perfecto laudis præconio celebraretur] nempe cum primò sub Constantino Magno, deinde sub filio eius Constantio, demum sub Iuliano certasset: quibus præliis non solum potestremos ipsos duos Principes impios superasset, sed & sub illis militantes Ethnicos idolorum cultores, Iudæos, & Arianos. Non multum verò temporis intercessit (idem addit Gregorius) Deus vltus est ignominiam Athanasij, tradens hostibus impium persecutorem. Sed de his suo loco.

Iam verò enarratis rebus gestis à Iuliano Imperatore in Oriente, à nobis ratio temporis exigit, vt quod in Occidente, atque potissimum Romæ per eius Præfectos, ipso pariter coniuente, actum sit, recenseamus. Quod enim ibi magis Christiana religio & numero & firmitate aucta videretur ac stabilita; rursumque Gentilicia superstitio magna ex parte collapsa esset, atque prostrata: haud mediocri studio & contentione illam deprimere, hanc verò excitare Iulianus conatus est. pertigerat magnopere ipsius animum post alias innumerabiles planè clades à Constantino atque Constantio dijs Romanorum illatas, quod nobilem apud eos in Capitolio sitam Victoriæ aram Constans Augustus (vt suo loco dictum est) iussit auferri, sed sub Magnentio tyranno restitutam, Constantius iterum inde abstulit: quod & testatur Symmachus pro eadem ara Victoriæ certans, scribens ad Valentinianum. Qui item in Senatu Gentiles erant, & in populo patriis dijs addicti, sub Constantino olim ea de causa tumultuati, iidemque sub eius successoribus vix in officio contenti, & Imperatoria potestate cohibiti: iam defunctis Christianis Augustis, sub Iuliano dijs addicto, compressam diu ceruicem erigere, & in Christianam religionem caput extollere, vindictam de contemptis atque ignominia affectis dijs expetere; in Fideles insurgere, cœceptum retentumque diu in stomacho odium euomere cœpisse; furorēque vi cohibitum impetu relaxasse, quis dubitat? Ex his enim, quæ in alijs ciuitatibus facta recensuimus, quid Romæ, vbi maiora iacta essent, & iam coaluissent semina contentionum atque rixarum, gestum sit, poterit quisque perspicillè intelligere: cum præsertim de Præfectorum ex Gentilibus ascitorum animis in Christianos exacerbatis nemo iure possit dubitare: quos liquet pariter Iulianum clanculum in eorundem necem armasse. Quod enim idem Augustus nollet à Christianis palam persecutor haberi, inuideretque illis inde coronam martyrij, quodque etiam illi adeo creuissent numero, vt periculosam dubiamque aleam iacere videri posset, si exerto publicè gladio in eos publicè desauiret: more suo dolo in eos agere, alias diuersasque prætexendo causas, easdemque remotas excogitando, ipsos per suos aggressus est persequi magistratus.

At quoniam non omnium, quæ aduersus Christianos hoc tempore per Iuliani nouos Præfectos sunt actitata, memoria est: ex paucis quæ extant vtrumque tradita posteris, reliqua obliuione sepulta contemplari licebit. Res quidem lento gradu agi cœpta est, cum in eorum bona primùm fiscus insurgeret, qui in aula Christianorum Imperatorum militassent, causa illa communi obtenta (ne more prædonum in patrimonia locupletum grassari viderentur (quod ex templorum diuitijs expilatis olim fortunas auxissent. Quod si adeo hæc causa deesset, vt nec locus videretur esse fictionis atque calumniæ; illa in promptu aderat, quam etiam (vt vidimus) in rescriptis inserere minime erubescat: nimirum Christianos ex Euangelij præscripto nequaquam affluere debere diuitijs, sed eas perentibus impendere & superaddere; immò & perfectionis adipiscendæ gratia omnia penitus erogare debere: quod quibus manet regnum in cælo, libenti animo patiantur dispendium terrenæ substantiæ. Hisce planè coloribus rapax fiscus iniecit audas manus in Gallicani viri Consulatis, olim generi Constantini, opulentissimum patrimonium. Sed quid accidit memoria dignum? Ipse Christus, in cuius pauperes Gallicani diuitiæ erogabantur, tutatus est reditus egenorum pauentis planè prodigijs: nam

<sup>a</sup> Ambros. epist. 29.

<sup>b</sup> Greg. Naz. orat. de S. Athanasio.

IULIANI PERSECUTIO CONTRA IN ROMANAM ECCLESIAM.

GALLICANI MARTYRIVM.

quicumque accedebat, ut prædiis vel domibus fiscales affigeret titulos, vel exigeret pensiones; arripiebatur a dæmone; vel percussus lepra, euectigio recedebat. Sed nequam illi spiritus expetentes de Gallicano vindictam, ab obsessis corporibus se minimè egredi posse iactabant, nisi idem ipse diis sacra ageret Gallicanus. Qui ea de re conuentus, cum face-re renuisset, Iuliani rescripto ex Italia finibus abire iussus, se contulit Alexandriam: ubi à Rauciano Comite truncatus capite, martyrium feliciter consecutus est. Quo eodem tempore Roma: Hilarius Gallicani perneccellarius, necnon Donatus Episcopus Aretinus, spectata vir sanctitudinis, obruncatione capitis martyrium consummarunt. Hæc autem tum ipsorum Acta, tum etiam tabulæ Ecclesiasticæ, quibus singulorum natales dies<sup>a</sup> conscripti habentur, anniuersariæ memoriæ celebratione testantur.

<sup>a</sup> Die 25. Ianu-  
n. 10. Iulij  
7. Augusti.

Sed post hæc Ioannem & Paulum in aula Constantini Magni inter primos olim educatos, & honoribus auctos, negantes se velle deinceps inter Iuliani familiares adnumerari, Terentianus Prætorianorum Præfectus domi conuentos, & ad Iouis cultum inuitatos, renuentes, abscessis eorum capitibus, secretò se peliendos curauit; rumorem illum de ipsis in vulgus dissipans, eos exilij sententia condemnatos solum vertisse. Sed dæmones martyrum gloria atque virtute magnopere cruciati, seclus perpetratum aperuerunt, dum ex obsessis corporibus inclamarent, Paulum, & Ioannem gladio Terentiani esse necatos: quorum vnus, idemque eiusdem Terentiani filius arreptitius ad sepulchrum martyrum, quod ipsi dæmones inuiti manifestarant, adductus, continuo liberatus est. Quo tam mirifico signo ipse Terentianus admonitus, missum fecit prorsus patriorum deorum cultum; Christoque credens, initiari voluit sacro baptismo; ipsi quoque certamen martyrium, cuius auctor extiterat, scriptorum monumentis perpetuæ memoriæ commendauit: quæ tamen haud cæ esse prorsus contendimus, quæ præ manibus hodie habentur, sed ex illis nonnulla accepta, additaque alia, quæ veritati haud videntur posse congruere: ut dum res gesta ita ponitur Romæ, cum ibi Iulianus Imperator adesset; quem constat his persecutionis temporibus, quibus solus regnauit, numquam recessisse ab Oriente. Clara est horum martyrum memoria, publicis consignata monumentis, diei natalis dedicatione solenni<sup>b</sup>: qua anniuersaria recurrente die, nempe sexto Kalendas Iulij, Iulianus occisus in Perfide dedit meritas de effuso sanguine martyrum poenas.

PAULI ET  
IOANNIS  
CERTA-  
MEN.

<sup>b</sup> Die 26. Ian-  
n. 10.

Hoc tempore Pigmenius Romanæ Ecclesiæ presbyter tituli Pastoris, nihil sub impio Imperatore remittens vigoris animi in derestandis Gentium diis, ac sub Christianis Imperatoribus fecerat, violenta Gentilium manu præcipitatus in Tyberim, quam diu optauerat, martyrij coronam consecutus est nono Kalendas Aprilis, qua die eius memoria in Ecclesiasticis indicibus adscripta integra permanet: Acta vero martyrij illius nonnihil apparent esse corrupta.

PIGMENTI  
MARTY-  
RIUM.

ROMANI  
CLERICI ET  
ALII MAR-  
TYRES.

Ex clefo item Romano gladio martyrium consummasse Priscum presbyterum, & Priscillianum inferioris ordinis clericum, indicant pariter tabulæ Ecclesiasticæ pridie Nonas Ianuarij: qua etiam die sub eodem Iuliano subisse pro fide Christiana certamen Benedictam religiosam feminam, in iisdem notatum habetur; necnon natalis Dærosæ clarissimæ feminae vxoris Flauianæ Ex præfecti, quæ post damnationem viri exilium passa, religionis causa occidi iubetur: quorum filia Babiana virgo tam diu plumbatis cæsa est, quousque spiritum efflaret: cuius corpus insèpultum cum biduo iacisset, tandem apud matrem atque sororem Demetriam à Ioanne presbytero tumulatum est quarto Nonas Decembris iuxta Palatium Licinianum. Ipsa vero Demetria eadem ex causa vndecimo Kalendas Iulij nobile certamen exegerat, & ex victoria coronam martyrij fuerat consecuta. E Pater vero, quem diximus, Flavianus (eum alij Fabianum dicunt, nonnulli Faustum) post præfecturam laudabiliter functam, proseriptione, & inscriptione instar seruilis personæ damnatus ad Aquas Taurinas, apud Centumcellas exilio deportatus, ibi spiritum Deo reddens, inter martyres meruit adnumerari. Exant horum martyrij Acta, sed deprauata nonnihil: ut tutius sit, pauca ex eorum titulis adscriptis in antiquis Ecclesiasticis tabulis certa sumere, quam ex incertis plura deducere. Tu consule de his omnibus nostras ad Martyrologium Notas. Nobilitata tunc quoque fuit Romana Ecclesia corona Ioannis presbyteri nono Kalendas Iunij, quo die natalis eius anniuersaria celebritate recurrit: hic enim ante simulacrum Solis via Salaria veteri decollatus est, corpusque eius sepultum à Concordio presbytero ad Concilia martyrum.

Sed præstitit Deus in his martyrum Romæ exhibitis certaminibus, ut per Magistra-

gistratum illum, vicariam præfecturam gerentem, per quem sic sauerat in Christianos Gordianum videlicet, Iuliani impietas argueretur, retundereturque temeritas, dum quem ad necem Fidelium ille delegerat, Christi nominis egregium confessorem ac martyrem factum Ecclesia lucrata est. Hæc autem quo modo se habuerint, ex antiquis monumentis Actorum eius, atque tabulis Ecclesiasticis, rem paucis complexam in medium adducemus. Accidit namque, ut Ianuarius presbyter coram Gordiano Vicario religionis causa susteretur, sub titulo tamen maleficij: Qui, afflante eum diuino spiritu, sic cum eo locutus est, ut eundem apud se custoditum postea Gordianus noctu vnà cum Marina coniuge conueniret; ac poenitens dolensque de fuso Christiano sanguine, spe veniæ consequendæ, baptismum æterni supplicij euitandi causa petierit: Qui & ab eodem piis monitis confirmatus, vnà cum coniuge & ex familia quinquaginta tribus, baptizatus est, confiato Iouis simulacro quasi fidei obside tradito Ianuario. Re tandem per Clementianum Tribunum comperta, nunciataque Iuliano: totoque negotio, quod tamquam portentum habitum est, magicis incantationibus adscripto, in Gordianum ira Imperatoris exarsit; quem in primis magistratu deposuit, suffecitque in locum eius Clementianum, cuius & iudicio illum subiecit, qui habita de viro saeuissima quæstione, sacrificare renuentem plumbatis cæsum, gladio subiecit capite amputandum ante templum Telluris. Expositum verò canibus corpus, sed diuina virtute custoditum illæsum, quinta die à Fidelibus sublatum, via Latina ad Cryptas deferretur, conditurque iuxta Epimachum martyrem: vnde & accidit, ut vna eademque die ab Ecclesia vtriusque natalis agatur. Vxor autem Gordiani Marina damnata est præ ignominia ad Aquas Salinas, seu potius (ut habet alia lectio antiquorum codicum) ad Aquas Salinas, ad feruitium rusticorum. Ianuarius verò presbyter inscriptione notatus est. Quodnam autem huiusmodi supplicium esset, in Notis diximus. Hæc omnia ex ipsorum Actis, atque tabulis Ecclesiasticis.

GORDIANI  
CERTA-  
MEN.

Porro illud in Actis displicet (ut de aliis dictum est) quod quæ tempore Iuliani & per eiusdem Imperatoris magistratus gesta sunt, & fortasse etiam eiusdem Iuliani rescriptis, eadem coram ipso facta esse dicuntur, atque Romæ: cum ex Ammiano, & aliis satis liqueat, eundem toto Imperij sui tempore versatum esse in Oriente. Ceterum (ut vidimus) qui ab ipso Romæ rebus publicis magistratus præfecti erant, ex ipsius sententia negotium facessere Christianis, ut licuerat, non destiterunt, eo potissimum ad supplicia inferenda vsi titulo, quod magi Fideles essent, in quos ut magiæ reos constitutos iuberent animaduerti: prout etiam Ammianus de Aproniano Urbis præfecto testatur: de ipso dicemus anno sequenti, quo eam præfecturam eum esse consecutum, idem auctor affirmat. Passus est item Romæ Leopardus domesticus Iuliani pridie Kalendas Octobris: qua die publico titulo eius memoria in tabulis Ecclesiasticis notata habetur.

Ceterum quod in Oriente frequenter ac Romæ aduersus Christianos actum nouimus, id etiam in aliis prouinciis Orbis Occidentalis Romano subiectis Imperio factitatum, non ambigimus: cum nihil antiquius esset apud Apostatam Principem, quam prostratum erigere deorum cultum, & excrescentem nimium (ut sibi videbatur) Christianam religionem comprimere. Hæc quidem absque nece piorum, rerumque ipsorum graui iactura confici, haud facile concessum erat: sed quodd (ut frequenter inculcatum est) absque titulo Christianitatis, sed aliis confictis criminibus eiusmodi de illis iudicia exercerentur, inde, puto, obscuræ remanserunt res gestæ plurimorum martyrum. In Gallijs namque, ubi præfecturam gessit (ut dicemus) Sallustius Iuliano omnium carissimus, ob idque Christianorum acerbissimus hostis, passos reperimus quatuor germanos, Eliphium Tullensem virum, eius fratrem Eucharium Episcopum, & sorores Libariam, atque Sufannam, ut eorundem martyrum Acta<sup>a</sup> significant: At perperam, mea sententia, dicuntur consummasse martyrium, dum Iulianus adhuc cum exercitu in Gallijs motaretur: nam eo tempore ipsum se Christianum sicut saltem exhibuisse, & de rebus Christianorum bene meritum esse, superius dictum est.

MARTYRES  
PASSI IN  
GALLIIS.  
<sup>a</sup> Conscripte  
Rupert. Abb.  
Tuit. Recitat  
Sut. 10. 5. die  
16. Octob.

Sed quodnam pugnans pro fidei confessione specimen Christianæ constantiæ ediderit in castris tunc militans sub Tribuno Victricius, qui postea creatus fuit Episcopus Rothomagensis, nobilem scriptam historiam à nobilissimo atque sanctissimo viro hic opportunè recensemus, certamen quidem eius sub Iuliano Apostata contrigisse produnt Ecclesiastica monumenta, Martyrologium inquam Romanum die natali ipsius: sed cum nec

alius post Iulianum fuerit Ethnicus Imperator, in cuius castris Christianus miles absque A dispendio pietatis militare valeret; certamen Victorij ad istud ipsum tempus referendum esse, necessitas exigit argumenti. Paulinus igitur post multa egregia de viro hoc enarrata, hæc subdit de eius agone, sic ipsum alloquens:

Paulin. epi. fol. 16.

Cum primo Christi amore succensus, ordinante ipso Domino quamdam operis sui pompam, per insignem consilio militari diem progressus in campum es, toto illo, quem iam mente respueras, muniminum bellicorum præinctus ornatu, cunctisque mirantibus accuratissimos in te habitus ac terribiles apparatus, repente obstupescendo conuersus exercitu ante pedes sacrilegi Tribuni militiæ sacramenta permutans, arma sanguinis abiicisti, vt arma pacis indueres, contemnens armari ferro, quia armaberis Christo. Et illico antiqui serpentis inuidia concitato in furias Tribuno, districtus in verbera & vastis sustus fractus; nec tamen victus es, quia Crucis ligno innitebaris: geminataque mox corpori pœna, acuto testarum fragmine, laniata immanibus plagis membra, substratus es, tunc mollius fulcrite Christo, cuius tibi gremium lectulus erat, & dextra puluinar: Unde ad maiorem hostem, necdum vulneribus obductis, incenso potiùs eorum dolore, quam fracta virtute, reparatus, fortior prosiluisti; oblatuque Comiti, de potentiore inimico gloriosius triumphasti, nec ausis vltra diaboli satellitibus superata ingerere tormenta, capitalemque sententiam meditantibus, vt vel sine carnalis tuæ vitæ vinci desinerent: Dominus noster fortis & potens & inuisus in prælio, conspicuis mirabilibus, pectora quamlibet obdurata confudit. Nam carnifex, qui in itinere, quo percussorem tuum sacra victima sequebaris, ceruicem tuam insultans minaciter attingendi temeritate violauerat, quasi ictus sui locum præcurrente gladium manu palpans, excussis illico oculis cæcitate percussus est.

\* Substratus

Luc. 23.

O Christi ineffabilis bonitas, quantum in suos ostendit affectum! Iniuriam confessoris sui non tulit impunitam, qui suis crucifixoribus rogauit ignosci: contumeliam martyris statim vltus est, qui passionem suam noluit vindicari. Sed ea ipsa ira pietas est. Idcirco enim vnus cæcatus est, vt plures illuminarentur; & ipse forsitan, qui oculos carnis amiserat, lumina mentis acciperet. Statim deinceps maiore documento qui feralis custodia ministerium triste curabant; quas ipsi arctius innodatas & ad ossa depressas, vel exiguo, rogantibus vobis, beneficio relaxare noluerant catenas; conuersa in conspectu ipsorum prece vestra ad Deum Christum, sponte de manibus absolutis fluere viderunt: nec ausi renectere, quod Deus soluerat. Ad Comitem pauidi cucurrerunt, veritatem Dei pro confessoribus confitentes: quod auditum religiosè & creditum Comes Principi suo cum testimonio militum retulit. Et vt ipsius quoque repentina ad clementiam de furore conuersio inter mirabilia Dei numeraretur: factus est in te prædicator Christi, in quo esse deuouerat persecutor.

Hieronym. de scrip. Ecl. in Hila. no.

Puto & ipsum, tamquam Saulem aliquando Spiritu sancto Dominus impleuerat; quia & te sicut Dauid suum diligebat: vt sicut ille Rex quondam, dum ad Prophetas persequendos proficiscitur, affectus est, ita & Comes ille resperus gratia Domini, quæ de fidei tuæ abundantia redundabat, qui ad puniendum confessorem venerat, & ipse confessor abscederet: credidit enim, & quos sciuens prædamnarat vt reos, laudans emisit vt sanctos: & testimonium perhibuit veritati, qui testes fidei punire cupiebat. ] hæc Paulinus. At de Gallicanis martyribus hætenus: hi enim tantum sub Iuliano passi reperiuntur in Galliis, & si qui alij nobis incomperi: cum tamen dire exagitatæ esse eas prouincias sub præfectura Sallustij, illud etiam admoneat, quod aduersus eundem, siue Dioscorum vicem eius gerentem, scripsisse commentarium S. Hilarij Episcopum Pictauiensem, S. Hieronymus auctor est: cuius cum idem meminit in epistola ad Magnum, sic ait: Breuique libello, quid in litteris posset, ostendit. ] De Sallustio autem sequenti anno, quo gessit ordinariam Consulatum, agendum est. Vtinam extaret liber ille, cuius iactura non res gestæ tantum aduersus Ecclesiam Gallicanam, sed & aliarum complures ad alias Occidentis Ecclesias pertinentes, perpetua obliuione sepultæ, remanserunt obscuræ.

Sed quinam fuerit sub Iuliano status Ecclesiæ Africanæ, iam oratio prosequatur. Donatistæ enim, qui grauissimè hætenus pertulissent Christianos Imperatores fauentes Catholicis, Constantinum Magnum, Constantem atque Constantium filios, quorum rescriptis, qui ceteris ad schisma duces esse videbantur, exilio condemnati fuerant: nouo adueniente

niente Imperatore à fide apostata, quem & scirent detestari prædecessorum Christianorum Principum acta, atque relegatos à Constantio exilio soluisse: legationem ad ipsum mittunt, ab exilio irrogato liberari petentes, ablatasque sibi basilicas reddi. Fuerunt nomina Legatorum, vt ex S. Augustino didicimus, Rogatianus; Pontius, & Cassianus: Antiquiores, inquit, sunt Ecclesiæ preces ad Dominum pro vnitate Christi, quam Rogatiani, Pontij, & Cassiani ad Iulianum pro parte Donati. ]

DONATISTARVM LEGATIO AD IULIANVM. August. cõ. l. l. Pet. lib. 2. c. 79.

Magno planè malo Catholicæ Africanæ Ecclesiæ accidit Imperium Iuliani: nam consopitum ac penè extinctum schisma tot annis, tantoque studio in hoc insudantibus, qui antecesserant, Christianis Imperatoribus; mox aspirante illis gratia Iuliani, denuò excitatum maioribus flammarum globis erupit. Testatur id quidem in primis Optatus, cum ait: Hoc eodem tempore duces & principes vestros mèrita relegauerant sua: in Ecclesia nulla fuerant schismata, nec Paganis licebat exercere sacra sacrilega: pax Deo placita apud omnes Christianos populos habitabat: diabolus marebat in templis, vos in regionibus alienis. Deinde alter (vt omnibus notum est) securus Imperator, vobiscum vota sinistra concipiens, ex famulo Dei factus est minister inimici, apostatam se edictis suis testatus est. Quem precibus rogastis, vt reuerti possentis. Quas preces si vos negatis misisse nos legimus.

Optat. lib. 2.

Erant eiusmodi Donatistarum preces adulationis plenæ: de quibus Augustinus ad Donatistas: Hæc, inquit, erat eius prædicanda iustitia; quam supplicantes Rogatianus & Pontius laudauerunt, dicentes homini apostatæ, quod apud eum sola iustitia haberet locum. ] & aduersus Petilianum sic: Imperatori Pagano & apostatæ dixistis, quod apud eum sola iustitia locum haberet: quibus precibus & rescripto, sicut ibi scriptum est (sicut allegationis gesta testantur) pars Donati vniuersaliter vsa est. ] Quanti autem ponderis hæc essent verba, alibi scribens ad Vincentium, ita declarat: Iuliano Imperatori dixerunt, quod apud eum iustitia sola locum haberet, quem certè apostatam nouerant, & idololatris deditum sic videbant, vt aut iustitiam esse idololatriam faterentur, aut se sceleratè mentitos negare non possent, vt apud eum dicerent solum locum habere iustitiam, apud quem magnum locum cernerent habere idololatriam. Sed fuerit error in verbo: de facto quid dicis? &c. ]

Aug. ad Donat. epi. l. 166. August. cõ. l. l. Pet. lib. 2. cap. 97.

Aug. epi. l. 48.

Quam verò facilè his annuerit Iulianus, sic subdit Optatus: Nec difficultatem præbuit quem rogastis. Ire præcepit pro voto suo, quos intellexerat ad disturbandam pacem cum furore esse venturos. Erubescite, si vllus est pudor. Eadem voce vobis libertas est reddita, qua voce idolorum patefieri iussa sunt templa: Eisdem penè momentis vester furor in Africam reuertitur, quibus diabolus de suis carceribus relaxatur. Et non erubescitis, qui vno tempore cum inimico communia gaudia possidetis? ] Quid autem Iulianus tunc rescripserit pro Donatistis, ex eius fragmento, quod superest, & recitat S. Augustinus, licet accipere: nam ait: Eas enim, nempe Basilicas, iubente inimico Christi accepistis, in quibus iussa Christi contemneretis, dum validum & verum vobis videtur quod Iulianus constituit, dicens: Hoc quoque supplicantibus Rogatiano, Pontio, Cassiano, & ceteris Episcopis, sed & clericis, accedit ad cumulum, vt abolitis quæ aduersus eos sine rescripto perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta reuocentur. ] hætenus recitata ab eo pauca verba rescripti. & inferiùs aduersus ipsos, post multa in eos inuectus, hæc addit: Cur in basilicis possidendis Iuliani rescriptum tenetis, & in Ecclesiæ pace amplectenda Christi Euangelium non tenetis? Claimamus & nos: Quæ perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta reuocentur: antiquius est Euangelium Christi, quam rescriptum Iuliani, &c. ]

IULIANVS FAVET DONATISTIS.

August. cõ. l. l. Pet. lib. 2. c. 97.

IULIANI RESCRIPTVM PRO DONATISTIS.

Porro eiusmodi Donatistarum à Iuliano impetratum, rescriptum, in ipsorum ignominiam Honorius Imperator postea publicis locis affigendum curauit, huiusmodi ad Hadrianum Præfectum Prætorio dato edicto: Rescriptum, quod Donatistæ à Iuliano tunc Principe impetrasse dicuntur, proposito programme, celeberrimis in locis volumus anteferri, & gesta, quibus est eiusmodi allegatio inserta, subnecti: Quo omnibus innotescat & Catholicæ confidentiæ stabilita constantia, & Donatistarum desperatio fucata perfradua. Datum quinto Kalend. Martias, Rauennæ, Stilichone & Aureliano Coss. ] Ex his quidem pensare licet, quale fuerit eiusmodi pro Donatistis datum à Iuliano rescriptum, quod post tor annos ipse Imperator Honorius publico voluit exponi ludibrio, quo illorum temeritas atque procacitas omnibus ostentui esset. Quid autem indulgendo Donatistis

HONORIVS IMP. PVBLICE EXPONIT EDICTVM IVLIANI.

l. 37. de hæret. C. Theod.

<sup>a</sup>Chryſoſt.  
lib. 10. tit. 6. tit.  
CONSILIVM  
IULIANI.

tistis, relaxandoque eos ab exilio obtenderit Iulianus, S. Ioannes Chryſoſtomus alia occasione docet his verbis: Vaſer ille & callidus, quos intelligebat ob peccatum aliquod Chriſtianorum conuentium Principibus pœnas dediffe, & à præſectura, quam gerebant, amotos, omnes liberos eſſe ſiuit: hoc modo peſſimis quibusque licentiam largiens, Eccleſiæ leges ſubuertens, denique omnes inter ſe committens: fore enim ſperabat, vt poſtea minori negotio debellarentur, ſi prius bello inter ſe conſictati fuiſſent. Quin etiam quemdam (huic Stephano nomen erat) tum ob doctrinæ peruerſitatem, tum ob vitæ improbitatem, ab Eccleſiaſtico principatu amotum, iubet de integro magiſterij ſedem occupare.] hæc Chryſoſtomus.

Ex ſententia planè illi res, accidit, vt eius reſcripto relaxati ab exilio Donatiſtarum Epifcopi factioſiſſimi duces ſchiſmatis, maximo ferrentur impetu in Catholicos, graſſatorum inſtar atque prædonum. Quæ autem perduelles Chriſtianæ concordiæ, Apoſtolicæ Imperatoris innixi præſidio, egerint, & qualia quamque funeſta ac deplorata patrauerint, Optatus ſatis accuratè recenſet, cum ait: Veniſtis rabidi: veniſtis irati, membra laniantes Eccleſiæ: ſubtiles in ſeductionibus, in cædibus immanes, filios pacis ad bella prouocantes. De ſedibus ſuis multos feciſtis extorres; cum conducta manu venientes, baſilicas inuaſiſtis: multi ex numero veſtro per loca plurima, quæ ſub nominibus dicere longum eſt, cruentas operati ſunt cædes, & tam atroces, vt de talibus factis ab illius temporis Iudicibus relatio mitteretur. Sed interuenit & occurrit iudicium Dei, vt ille, qui vos iam dudum redire iuſſerat, Imperator profanus & ſacrilegus moretetur: qui perſecutionem, vobis prouocantibus, iam miſerat, aut mittere disponebat. Operata eſt apud loca ſupradicta in Catholicos trucidatio. Memoramini per loca ſingula, qui fuerint veſtri diſcurſus. Nõnne de numero veſtro fuerunt Felix Diabeniſis, Ianuarius Flamen Piſtendiſis, & ceteri, qui tota celeritate cucurrerunt ad caſtellum Lemellenſe? vbi cum contra importunitatem ſuam viderent baſilicam clauſam, præſentes iuſſerunt comites ſuos, vt aſcenderent culmina, nudarent teſta, iactarent tegulas. Imperia eorum ſine mora completa ſunt: & cum altare defenderent diaconi Catholicos, tegulis plurimi cruentati ſunt, Primus filius Ianuarij, & Donatus filius Nini, vrgentibus & præſentibus Coepiſcopis veſtris ſupra memoratis: vt ſine dubio de vobis dictum ſit: Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. De qua re Primus Epifcopus Catholicus loci ſuprà memorati in Concilio veſtro apud Thæueſtinam ciuitatem queſtus eſt, & querelas eius diſſimulanter audiſtis. Ecce à vobis factum eſt quod dixiſtis, Eccleſiam non eſſe, quæ cruentis moribus paſcitur: & aliud ſunt milites miſſi, aliud Epifcopi ordinati.] & paulò poſt.

Similiter & apud Carpos non tibi videntur inexpiabiles fordes? In Mauritaniz ciuitatibus, vobis inſtantibus, quaſſatio populi facta eſt: mortui ſunt in vteris matrum, qui fuerant nati. Quid commemorem Thipafam Cæſarienſis Mauritaniz ciuitatem: ad quam de Numidia Vrbanus Formeniſis, & Felix Idicrenſis, duæ facultæ incenſæ liuoribus cucurrerunt: qui & eorum in pace poſitorum animos perturbantes, nonnullorum officialium & fauore & furore iuuantè, & Athenio Præſide præſente cum ſignis, Catholica frequentia exturbata & cruentata, de ſedibus ſuis expulſa eſt: lacerati ſunt viri, tractæ ſunt matronæ, infantes necati, abacti ſunt partus. Ecce Eccleſia veſtra, Epifcopis ducibus, cruentis moribus paſta eſt.] & poſt pauca: Et quod, inquit, vobis leue videtur, facinus immane commiſſum eſt. Vt omnia ſacroſancta ſupra memorati veſtri Epifcopi violarent, iuſſerunt Euchariftiam canibus fundi, non ſine ſigno diuini iudicij: nam idem canes accenſi rabie, ipſos dominos ſuos quaſi latrones, ſancti corporis reos, dente vindice, tamquam ignotos & inimicos lanauerunt. Anpullam quoque Chriſtmatis per feneltram, vt frangerent, iactauerunt: & cum caſum adiuuaret abiectione, non defuit manus Angelica, quæ ampullam ſpiritali ſubuectione deduceret: proiecta caſum ſentire non potuit, Deo muniente, illaſa inter ſaxa conſedit.] En probè vides, lector, inter quos recentendi ſunt, qui noſtro hoc infeliciffimo ſæculo, vel his paria, vel certè magis horrenda, in ſacroſancta Eccleſiæ Catholice ſacramenta, eodem quo Donatiſtæ, ſatânico agitati ſpiritu perpetrarunt. Sed & puro intelligis, eos rabidiores canibus, & ſilicibus duriores redditos eſſe, qui diuinorum ſacramentorum veritatem aded cæcutientes impugnant, hiſce cam certis atque aded manifetiſtis miraculis conſtantibus. Sed nec defunt illis ſcœclera illa, quæ de iſdem Donatiſtis Optatus mox ſubdit his verbis:

Inde

<sup>b</sup>Optat. lib. 1.  
DONATI-  
STARVM  
EVRO AD-  
VERSUS CA-  
THOLICOS.

QUID IN  
SS EUCHA-  
RISTIAM  
DONATI-  
STAS.

Inde reuerentes Vrbanus Formeniſis, & Felix Idicrenſis, inuenerunt Matres, quas de caſtimonialibus fecerunt mulieres. Ecce quales, frater Parmeniane, Epifcopos celas: & cum pro tuis erubere debueras, Catholicos innocentes accuſas. Interea ſupra memoratus Felix, inter ſua crimina & facinora nefanda, ab eo compreſſam puellam, cui mitram ipſe impoſuerat, à qua paulò antè Pater vocabatur, nefariè inceſtate minime dubitauit: & quali de peccato ſanctior fieret, inde velociter properauit. Sic Donatum annorum ſeptuaginta Epifcopum, hominem innocentem, ſpoliare auſus eſt Epifcopali nomine & officio & honore. Venit ſchiſmaticus ad Catholicum, ad innocentem reus, ad Dei ſacerdotem ſacrilegus, inceſtus ad caſtum, ad Epifcopum iam non Epifcopus, ſed de placito & de coniuratione veſtra ſecurus, veſtris legibus & decretis armatus: manus, quæ paulò antè peccata grauaerant, capiti innocentis iniecit: & de illa lingua auſus eſt ferre ſententiam, quæ iam nec ad poenitentiam agendam vel idonea videbatur.] Poſt hæc autem ab eodem Optato pluribus, vt par erat, exaggerata; quid tandem per expulſionem Catholicorum Epifcoporum molirentur, ſubdit, ſic dicens:

Nunc quoniam erubescenda gaudia veſtra probauimus, & furor veſter tot locis oſtenſus eſt: reſtat de profunda impietate veſtra aliquid dicere. Nam omnia, quæ à vobis aut facta ſunt, aut dicta, quis poterit explicare? Sic cuncta malignitate quadam ordinasse vos conſtat, vt in vna ſpecie operis, ſpecies alias impleretis: vt dum preſbyter, aut Epifcopus deicitur, ſic populus caperetur. Quo modo poſſet turba hominum ſtare, quæ rectorum ſuum elifum eſſe conſpiceret? Non aliter, quam quocumque caſu paſtore occiſo, lupi graſſantur. Exorcizatiſ & lauisti sine causa parietes, vt hoc nequitia genere ſubrueretis ſimpliciſſimorum hominum mentes. Talibus conſiliis veſtris nonnullorum animi iugulati ſunt: & ſub nube ſimplicitatis, obæcato lumine, vt miſeros ſterneretis, ſagittas de pharetra pectoris veſtri ſeductionibus præmiſiſtis: vt de vobis Spiritus ſanctus per Dauid Prophetam in Pſalmo decimo prædixerit: Quoniam ecce peccatores intendunt arcum, parauerunt ſagittas in pharetra, ad ſagittandum in obſcuro reſtos corde. Quid à vobis minus factum eſt? Veſtris conſiliis ſagittati ſunt innocentes, exarmati Fideles, honore nominis ſui ſpoliati ſunt ſacerdotes. O impietas inaudita! quem iugulaueris, inter poenitentiam & tormenta ſeruare! In comparatione operis veſtri, latronum leuior videtur immanitas. Vos viuum facitis homicidium: latro iugulans, dat de morte compendium. Paupertate ſenſus ſui circumuenti ſunt, quos decipere potuiſtis. Perſecti enim fuerant illi, opere ſcilicet Dei, qui in eius nomine fuerant ordinati: at vos contra opus Dei hoſtiliter militatis, diuinum opus malitiæ veſtris deſtruentes. Apparet Dergo de vobis dictum eſſe in decimo Pſalmo: Quoniam quæ tu perfeciſti, ipſi deſtruxerunt. Fecit vos ſuperbos impietas veſtra: ſed accuſat vos proſpiciens de cælo iuſtitia: & iniqua vos gerentes error hominum laudat: vt de vobis in nono Pſalmo dixerit Spiritus ſanctus: Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua egerit benedicitur. Quid iniquius, quam exorcizare Spiritum ſanctum, altaria frangere, Euchariftiam animalibus proicere? Et vt in errorem vos veſter populus mittat; laudando felices appellant, & bene nominant, & per vos iurant, & perſonas veſtras iam pro Deo habere noſcuntur.] Ac ruſus de eorum ſacrilegiis:

Indubitanter, inquit, & liquidè demonſtratum eſt, in diuinis ſacramentis quid nefariè feceritis. Iam illa oſtendenda ſunt, quæ crudeliter ac ſtultè vos feciſſe, negare minime poteritis. Quid enim eſt tam ſacrilegum, quam altaria Dei, in quibus vos aliquando obtuliſtis, frangere, radere, remouere? in quibus vota populi, & membra Chriſti portata ſunt: quo Deus omnipotens inuocatus ſit: quo poſtulatſus deſcendit Spiritus ſanctus: vnde à multis pignus ſalutis æternæ, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt? Altaria, inquam, in quibus fraternitatis munera non iuſſit Saluator poni, niſi quæ eſſent de pace condita: Depone, inquit, munus tuum ante altare, & prius concordia cum fratre tuo, vt poſſit pro te ſacerdos offerre. Quid eſt enim altare, niſi ſedes & corporis & ſanguinis Chriſti? Hæc omnia furor veſter aut raſit, aut fregit, aut remouit. Hoc igitur inexpiabile nefas, ſi de aliqua ratione deſcendit, vno modo fieri debuit. Sed, vt æſtimum; alio loco copia lignorum frangi iuſſit; alio, vt altaria raderentur, lignorum inopia imperauit; vt remouerentur, ex parte verecundia iuſſit: vbique tamen nefas eſt, dum tantæ rei manus ſacrilegas & impias intuliſtis. Quid perditorum conductam referam multitudinem, & vinum in mercedem ſcœcleris datum? quod vt immundo ore ſacrilegis hauſti-

VIM INFR-  
RVNT SA-  
CRIS VIR-  
GINIBVS  
DONATI-  
STAS.

<sup>a</sup>Optat. lib. 2.

IMPIVS DO-  
NATIſTA-  
RVVM CONA-  
TVS.

<sup>b</sup>Optat. lib. 6.  
DONATI-  
STARVM  
IMMANIA  
SACRILE-  
GIA.

haustibus biberetur, calida de fragmentis altarium facta est. Si liuoris iudicio nos vobis A  
sordidi videbamur; quid vobis fecerat Deus, qui illum inuocari consueuerat? Quid vos  
offenderat Christus, cuius illic per certa momenta corpus & sanguis habitabat? Quid  
vos offendistis etiam vos ipsi, vt illa altaria frangeretis, in quibus ante nos per longa  
temporum spatia sancte (vt arbitramini) obtulistis? Dum impie persequimini manus no-  
stras illic, vbi corpus Christi habitabat, feristis & vestras.] & post alia plura id genus in-  
culcata, sic de fractione sacrorum calicum:

<sup>Optat. lib. 6.</sup>

CONELATI  
CALICES A  
DONATI-  
STIS.

Hoc tamen immane facinus geminatum est dum fregistis etiam calices, Christi san-  
guinis portatores: quorum species reuocastis in massas, mercem nefarii mundinis pro-  
curantes; ad quam nec empores eligere voluistis, sacrilegi, dum inconsiderate vendidi-  
stis. Passi estis etiam comburi manus vestras, quibus ante nos eosdem calices tractabatis:  
cam rem tamen passim vendi iussistis. Emere forsitan in vsus suos sordida mulieres: eme-  
runt Pagani, facturi vasa, in quibus incenderent idolis suis. O scelus nefarium! o facinus  
inauditum! auferre Deo, quod idolis praestes: subducere Christo, quod proficiat sacri-  
legio! ] rursus vero, quid in sacras à Catholicis Deo virgines admiserint, dum & si-  
gnum dedicationis impositum illis abstulerint, & aliud denuò ipsis imposuerint, idem  
declarat his verbis:

<sup>Idem lib. 6.</sup>

SACRATAE  
VIRGINES  
AD SECVN-  
DAM PRO-  
FESSIONEM  
COGNITVR.

Iam illud quam stultum, quam vanum, quod ad voluntatem & quasi ad dignitatem  
vestram reuocare voluistis, vt virgines Dei agerent poenitentiam? vt iamdudum profes-  
sa signa voluntatis capitibus, postea vobis iubentibus immutarent? vt mitrellas alias  
proiicerent, alias acciperent? ] erant mitrellae in Africana Ecclesia ornamentum capitis ge-  
nus, quod sacrandis virginibus ab Episcopis soleret imponi, sicut Romae & aliis in locis  
simplex sacrum velum. Quòd enim virgines sic Deo dicat, sponsae Christi ex more di-  
cerentur; eo insigni illarum capita tegere, quo à nubendis discriminarentur virginibus,  
consueuerunt Antistites. erat enim capitis tegumentum ex lana, purpura tamen pictum  
potius, quam tinctum. fortasse Christi nomen, vel Crucis signum in eo purpureo co-  
lore erat expressum: per quod omnibus indicaretur, virginem illud gestantem iam profes-  
sam esse perpetuam virginitatem, & Christi desponsatione Deo, dicatam. Nam idem  
Opratus inferius, dum ait, virginitatem seruare, esse voluntatis, non necessitatis, haec  
de mitrella: Nec vlla sunt praecipua coniuncta, vel de qua lana mitrella fieret, aut de  
qua purpura pingeretur: non enim panno potest virginitas adiuuari: non enim inde  
compescuntur aeternus animi, quos interdum aetas accendit. ] & paulò post:

<sup>Optat. lib. 6.</sup>

CVR MI-  
TRELLA  
VIRGINI-  
BUS IMPO-  
NERETVR

Res inuenta est ad signum capitis, non ad remedium castitatis. Denique talis pannus  
& deturbari, & rodi, & perire potest: & tamen virginitas si illa sit, sine mitrella tuta  
esse potest. Spiritale nubendi hoc genus est: in nuptias sponsi iam venerant voluntate  
& professione sua: & vt saecularibus nuptiis se renunciasse monstrarent, spiritali sponso  
soluerant crinem, iam caelestes celebrauerant nuptias. Quid est quòd eas iterum crines  
soluere coegistis? Quid, inquam, quòd ab ipsis per vos exacta est professio secunda? Quis  
est alter spiritalis sponsus, cui iterum nubent? Quando mortuus est cui nupsent, vt  
iterum nubant? Nudastis denuò capita iam velata: de quibus professionis detraxistis in-  
dicia, quae contra raptos aut petitores viderentur inuenta. In mitrella indicium est  
voluntatis, non castitatis auxilium, vt rem iam Deo deuotam, ne qui sponsabat, perse-  
ueret petere; aut ne raptor audeat violare. signum est ergo, non sacramentum. Inueni-  
stis igitur huiusmodi virgines, quae iam spiritualiter nupsent: quasi secundas coegistis  
ad nuptias: vt crines iterum soluerent, imperastis. Hoc nec mulieres patiuntur, quae car-  
naliter nubunt: ex quibus si alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa tem-  
poralis festiuitas: non in altum tollitur; non populi frequentia procuratur. ] nempe  
quod nubentibus viduis festiua gaudia nuptiarum minimè ab Ecclesia concedi  
solerent.

VIRGINES  
SACRAE  
REDDITAE  
PROFANA-  
MAR.

Quoniam autem profano ritu sacras à Catholicis sacerdotibus Deo virgines, illi, vt  
suae eas facerent communicationis, purgare solerent, idem Opratus subdit his verbis:  
Iam consecratis Deo aspersistis immundis cineribus: crines iussistis etiam falsa aqua per-  
fundi. Et vitium vel id quod tulistis, velociter reuocare velletis. Interposuistis moras,  
vt retractae in pristino habitu aliquae diutius remanerent, retractis signis, quibus se iam-  
dudum contra petitores & raptos munierant. Qui cum viderent, praesciptionem si-  
bi iamdudum oppositam à vobis esse sublatam, de sponsis raptos effecti sunt: nec vi-  
sus est

A sus est sibi vnusquisque peccasse, dum talem rapit, qualem viderat, quando vt vxorem  
acciperet, postulabat. In hoc genere tanta damna fecistis Deo, quanta lucra Diabolo  
procurastis. Conflastis impie calices, crudeliter fregistis, & inconsulte rasistis altaria.  
Puellas miseras non sine opprobrio, vt secundas mitrellas acciperent, coegistis.] ac de his  
haecenus Opratus.

Quidnam verò significaretur per mitrellas, seu mitellas, quae vt virginitatis signa, sa-  
cratis Deo virginibus imponi solerent, est accuratius inuestigandum. Haud enim quis  
putet fuisse mitrellas capitis ornamentum pretiosum ac splendidum, instar illius Iudith  
de quo diuina scriptura ait: Colligauit cinnos suos mitra ] sed potius simplex tegu-  
mentum, de quo Vlpianus ad Sabinum, cum agit de stola, pallis, tunicis, capitiis, zonis,  
ac mittis: Quae, inquit, magis tegendi capitis, quam ornandi causa sunt comparata. ] De  
eodem capitis tegumento Apuleius. Mitella, inquit, textili contexto capite. ] Erat au-  
tem & aliud genus mitrae, seu mitellae, quòd à Paulo Iureconsulto inter ornamenta re-  
censetur muliebria. de eiusmodi mitellis meminit S. Hieronymus ad Marcellam, cum agit  
de S. Bleilla: Tunc, inquit, crines ancillulae disponebant, & mitellis crispantibus vertex  
arctabatur innoxios: nunc neglectum caput scit sibi tantum sufficere, quod velatur. ] haec  
ipse. Ceterum ad primum genus mitellae, non ad secundum referendae sunt mitellae, qui-  
bus erant solitae in Ecclesia Africana sacrae velari virgines; licet purpura illae pictae essent,  
cum tamen eiusmodi veli genus nigri coloris in Romana Ecclesia ad velandas Deo deuot-  
as virgines esse vsui consueuerit. De quarum velo haec S. Ambrosius aduersus Symma-  
chum: Non vitae capiti decus, sed ignobile velamen vsui nobile castitatis. ] sed de sacra-  
rum velamine virginum diximus tomo primo Aethalium.

C Addiderunt ad haec & alia scelera, Donatistae, nempe, vt adhibita potentia magistra-  
tum, sacros codices & pallas & vela, ab iis qui Catholicae partis erant, violenter auferrent:  
vnde eiusdem Oprati haec etiam addita est iusta querela: Et illud, inquit, praetermittere  
nequeo, quod nec Deo est placitum, nec à vestris cultoribus excusari, nec ab aliquo ho-  
mine defendi potest. Per iudicia saecularia, & leges publicas, diuinæ legis instrumenta,  
executione officiorum, à plurimis eripienda esse dixistis; volentes soli habere, quod pax  
in communione possederat. Non vereor Christianus dicere, quod vobis postulanti-  
bus, Gentilis executio non potuit ignorare. Velamina & instrumenta dominica extorsistis,  
quae iamdudum fuerant in communione possessa. Extorsistis cum codicibus pallas: iu-  
dicio superbiae vestrae, vtraque arbitrati estis esse polluta. Ni fallor, haec purificare pro-  
perastis: laustis proculdubio pallas. Indicate quid de codicibus feceritis: in omnibus  
D iudicium prouidentiae vestrae debet esse æquale: Aut vtrumque laua; aut vtrumque di-  
mitte. quod si aliter facis, corrupisti diligentiam tuam. pallas lauas, codicem non lau-  
as. Si vna parte bonum, in altera malum est: non potes negare offendere in vna, si in  
altera promeris. Et si gaudes, quod in vna videaris religiosus, debes & plangere, quia  
teneris in altera parte sacrilegus. Iam illud quale est, quod in multis locis etiam parie-  
tes lauare voluistis, & inclusa spatia, falsa aqua & spargi praecipistis? &c. ] Magna pla-  
ne arte schismatici, quo rudem populum execratione & odio imbuerent in Catholicos,  
quantum eos detestari deberent, his signis insinuare solebant, validioribus quavis alia  
comparata ad persuadendum oratione: quod ipsum alij quoque factitare schismatici con-  
sueuerunt, ac nouissime Graeci dicuntur eadem miserrime operari.

Quid rursus Donatistae in Catholicos egerint, Imperatoris sibi arrogantes auctorita-  
tem, idem Opratus docet, haec addens: Quid referam etiam illam impietatem de ve-  
stra coniuratione venientem? quia ad hoc basilicas inuadere voluistis, vt vobis solis coe-  
meteria vendicetis, non permittentes sepeliri corpora Catholica: vt terreatis viuos, ma-  
le tractatis & mortuos; negantes funeribus locum. Si inter viuentes fuerat certamen:  
odia vestra vel mors aliena compescat. Iam tacer, cum quo paulo ante litigabas. Quid  
insultas funeri? Quid impetis sepulturam? Quid cum mortuis litigas? Perdidisti mali-  
tiae fructum. Et si corpora non vis in vnum quietere, animas tamen in vno apud Deum  
positas non poteris separare, &c. ] haec & alia plura Opratus. His igitur Donatistae Iu-  
liani Imperatoris sulti praesidiis, qui penè videbantur extincti, adeo inualuerunt aduer-  
sus Catholicos, vt omnes qui successerunt Catholicis Imperatores, licet aduersus eos plu-  
rimum laborauerint, vt ipsos ad communionem Catholicam restituerent, vel alio ali-  
quo modo tollerent & abolerent, nunquam tamen id efficere valuerint. Quae autem  
post

QUID MI-  
TRELLA.  
Iudith 16.

l. 23 ff. de  
arr. & arg.  
legato.

l. 26 ff. de  
legato.  
Eieron. epi-  
sol. 23.

ABLATICO-  
DICIBUS, PAL-  
LIS ET VE-  
LA A DO-  
NATISTIS.

\* aspergi

<sup>Optat. lib. 6.</sup>

COEMETE-  
RIA SIEZ  
VENDI-  
CANT DO-  
NATISTAE.



post Iuliani tempora ab eisdem gesta sint, suis locis dicturi sumus. modò reliquas à Iulia- A no sancitas leges recenscamus.

Quòd igitur de rescripto aduersus Orthodoxos pro Donatistis à Iuliano dato pluribus actum est: iam de aliis ab eodem promulgatis aduersus Christianos edictis, sancitisque legibus, & scriptis epistolis, hic ultimo loco anni huius paulo fusior (quòd id exigat rerum copia) oratio instituenda est. Atque in primis illud aduertendum, non consueuisse ipsum Iulianum tantum ignominia causa (vt sæpè vidimus) nominare Christianos, Galilæos, sed vt eodem nomine ab omnibus iidem dicerentur, scripto edicto sanxisse. Sic enim de ipso Gregorius Nazianzenus<sup>a</sup>: Atque illud sanè perquam puerile, stultæque leuitatis, ac ne vllò quidem alio homine vel mediocri animi grauitate prædito, nedum Imperatorè dignum; quod simul cum nonjinis commutatione, animorum quoque nostrorum commutationem securam esse arbitratus, aut certè nobis id pudori fore, quasi turpissimi cuiusdam criminis accusatis, nouandum nobis cognomentum censuit, Galilæos pro Christianis nominans, atque ita vocari, publica lege decernens. Ex quo perspicuè ostendit, Christi appellationem honorificentissimam esse, maximi que ad gloriam ponderis: quoniam eam nobis extorquere cogitauit. Nisi fortasse alia ratione fecit, quod huiuscè nominis vim & potestatem inстар demonum reformidaret, ac proinde ad aliud nomen minus notum & vulgare transierit. ] hæc Nazianzenus. Meminit & huius quoque latæ legis Chrysofomus<sup>b</sup>, dicens: Adeò Christianum nomen tunc vt extingueretur, quoad eius fieri poterat, elaborabat: Galilæos pro Christianis nos in edictis suis tum ipse appellans; tum Principes, vt id facerent, adhortans. ] adeò enim in senso animo Christianam religionem infectatus est, vt ne ipsum quidem nomen voluerit superesse. Sed derisâ eius impietas est, frustratusque conatus omnis.

<sup>a</sup> Gregor. Nazian. orat. 1. in Iul. LEX IULIANI, VT CHRISTIANI GALILARI DICERENTVR.

<sup>b</sup> Chrysofom. cont. Gentil.

<sup>c</sup> Apud Cyrill. Alexand. lib. 6. in Iul. ERVIS CVLTYM ATQVE SANCTORVM IULIANVS CHRISTIANIS EXPROBRAT.

<sup>d</sup> Apud Cyrill. in Iul. lib. 10.

<sup>e</sup> Matth. 23.

<sup>f</sup> L. 10 de Decurion. C. l. 4. de Iust. coll. Cod. Theod. 2. Sozom. lib. 5. c. 5. & al. Constantino

Rursum verò ignominia causa, cultum Crucis Christianis obiectare, ob idque eos deridere consuevit; nec id quidem verbis tantum, sed scriptis; vt cum illis sic exprobraret: O miseri homines, cum seruentur arma, quæ magnus demisit Iuppiter, nempe ancilla, hoc est pater Martis, pignore dato, non verbo, sed re, quod ciuitatem nostram perpetuò protecturus sit, cessatis adorare & colere? & interim Crucis lignum adoratis, imagines illius in fronte & ante domos pingentes. Igitur dignè quis vestros prudentiores odio habebit, vel misericordia dignabitur imprudentiores, qui vos sequentes, in eam perueniunt calamitatem, vt etiam relictis æternis diis, ad mortuum Iudæum transeant. ] hæc ipse in Christianos. An non ex his intelligis, lector, vnâ cum Apostata Iuliano & ipsos à fide Catholica refugas foedus inisse recentiores hæreticos deridentes Catholicos Crucis Christi lignum venerantes, & signum vel manu deducentes, aut coloribus effigantes? Atque in eo etiam hos cum illo contraxisse vides affinitatem, execrantes sanctorum cultum, & venerationem sacrarum reliquiarum: nam hæc etiam exprobrabat ita Iulianus<sup>d</sup>: Addentes ad antiquum illum mortuum multos recens mortuos, quis pro dignitate abominaretur? Omnia monumenta implestis: quamquam vobiscum numquam dictum sit aduolui sepulchris, & ea amplecti debere. In hanc autem venistis malitiam, vt super hac re neque Iesu Nazareni verba audienda esse putetis. Audite igitur, quæ ille de monumentis dicit<sup>e</sup>: Scribæ & Pharisei & hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, &c. ] En quàm insulse è Christi Euangelio aduersus Christianos colentes sepulchra sanctorum enthymema deducit! At pluribus eum verbis S. Cyrillus redarguit: quem re ipsa Babylæ martyris ossa, vt vidimus, confutarunt. Sed ad alias leges ipsius redeamus.

Concessa à Constantino Magno atque Constantio priuilegia Decurionibus Christianis, quibus à curiæ munere essent immunes, dato huius anni Coss. ad Sallustium Præfectum Prætorio rescripto<sup>f</sup>, penitus abstulit. Quin etiam impertita ab iisdem Christianis Imperatoribus, clericis & miserabilibus personis dona, & immunitates, atque diuersi generis priuilegia cassa reddidit. nam de his agens Sozomenus sic ait<sup>g</sup>: At clericis omnem immunitatem, honorem, & frumenti congiaria ipsis à Constantio<sup>h</sup> donata ademit, legesque eorum causa conditas abrogauit, & eos denuò curiis addixit. Porro à virginibus & viduis, quæ in clero erant propter egestatem descriptæ, ea exigi mandauit, quæ antè ad ærario publico acceperant. Nam cum Constantinus res Ecclesiæ ritè disposuisset, ex v. & sigalibus cuiusque ciuitatis ea quæ erant satis ad res comparandas necessarias, clero cuiusque Ecclesiæ erogauit: illudque lege stabiluit: Quæ lex eo ex tempore, quo moriebatur Iulianus, hæcenus diligenter obseruata fuit. Hanc exactionem multo crudelissimam fuisse

B

C

D

E

A fuisse & acerbissimam prædicant: atque tabulæ à Patribus confectæ ad eum finem, vt res quas ex lege Constantini acceperant, ita demonstratæ restituerentur, de his quæ erant à Iuliano exacta, planè testificari possunt. Verum Imperator odium aduersus religionem Christianam conceptum non his rebus exsaturauit, sed flamma iræ contra fidem nulli perditu conatus genus prætermisit, quo Ecclesiam Dei cuerteret, &c. ] hæc Sozomenus.

At non satis illi fuit quæ à Christianis Imperatoribus donata essent auferre; sed & quæ à Gentilibus aliquando ex certa causa collata fuissent, abripuit: nam ter mille modios tritici perpetua largitione collatos à Marco Aurelio Imperatore erogandos in pauperes Ecclesiæ Hieropolitane; petitione Abercij<sup>a</sup> eius ciuitatis Episcopi, in hanc vsque diem etiam à ceteris persecutoribus persolutos, prorsus abstulit. Verum utcumque tolerantia hæc fuissent, nisi postquam spoliavit Fideles bonis omnibus munificentia Christianorum Imperatorum olim acceptis, illud etiam aduersus eos promulgasset edictum, quo ad expeditionem belli Persici ingens pecuniæ vis à Christianis exigeretur; immunes tantummodo à dura tributi exactione sanciens futuros esse, qui Christiana religione relicta, sese ad deorum cultum transferrent. nam Socrates<sup>b</sup>: Cum exploratum, inquit, haberet, quot mala secum bellum apportare soleat, quam ingenti pecuniæ vi ad istud administrandum opus esset, & absque ea non posse rectè geri; pecuniam à Christianis veteratorè extorquere cogitauit. Nam illis, qui sacrificare renuebant, multam imposuit pecuniariam: ipsaque exactio in verè Christianos seuera & exquisita fuit. Nam quisque pro facultatum proportione tributa pensitauit; & Imperator ex iniusta iniuste exactæ pecuniæ collectione breui admodum locupletatus est. Ita quidem vtebatur lege non solùm in locis, quæ ipse peragrauit, sed in illis etiam, ad quæ minimè accesserat. ] hæc ipse: vt planè intelligas, eiusmodi tributi indictionem contigisse post scriptam orationem illam, Misopogonem dictam, in Antiochenos, qua declarat nulla eos vexasse hæcenus tributi exactione.

Aduersus sanè Ecclesias, ad expilanda earum bona, promulgata fuisse ab eodem Iuliano edicta, præter illa quæ superius narrata sunt, Gregorius Nazianzenus<sup>c</sup> testatur his verbis: Edicta aduersus ædes sacras tum publicè proposita, tum priuatim expleta, & donariorum ac pecuniarum deprædationem non magis ab impietate, quàm ab auaritia manantem, & suppellectilis sacræ direptionem profanis manibus indignè & contumeliosè tractatæ præteream: vt etiam & Præsules & subditos, qui pro his rebus abstraherentur, grauissimæque torquebantur, &c. ] at de his superius alias. Rursum verò de aliis, quæ D impius meditatus est in Christianos, inferius subdit his verbis<sup>d</sup>: Constituebat, inquit, Christianos omni libertate & fiducia spoliare, eosque ab omnibus rebus arcere, Conciliis, foro, publicis cœtibus, ipsisque adeò tribunalibus: Neque enim fas esse quæquam his vti, qui aris antepositis thura non adoleuerit, tantamque tantæ rei mercedem pependerit. O leges, & legislatores, & Principes; qui quemadmodum cæli pulchritudo, & Solis lumen, & æris perfusio communi & perenni beneficentia omnibus patent, sic legum quoque vsus & perceptionem liberis omnibus hominibus ex æquo proposuistis: quam tamen ille Christianis extorquere, in animo habebat; vt nec per vim oppressis iniurias suas iudicio persequi liceret, nec pecuniario detrimento affectis, aut quoquo modo præter ius fasque læsis quicquam opis leges afferrent, sed pellerentur, & trucidarentur, respirationisque etiam ipsæ pene interdicerentur. Quæ vt iis qui patiebantur, maiorem cupiditatem, animique contentionem, fiduciamque apud Deum & libertatem addebant, ita iis qui faciebant, iniustitiæ maiori atque ignominia erat. ]

Quo autem ad hæc decernenda prætextu iustitiæ vteretur Iulianus, idem Gregorius mox addit, hæc dicens: Porro quàm scita & acuta ratio carnificis illius & patroni, legum violatoris & legislatoris, aut (vt aptioribus verbis vtar) inimici & vitonis: Quem admodum ait Scriptura! Legem enim nostram præscribere<sup>e</sup>, ne iniuriam acceptam violamus: Ne licem intendamus: Ne quicquam omninò possideamus, propriumque existimemus: verum alibi viuamus; ac presentia, vt vana & inania, contemnamus, & pro nihilo putemus: Hoc etiam vetare, ne malum pro malo regeramus: Aut si quis nobis colaphum<sup>f</sup> in genam vnâ impegit, ne alteri parcamus, verum eam quoque percipienti offeramus: ac præter pallium, tunicam etiam exuamus. Adiciet fortasse eam quoque hoc ferro, vt pro iis à quibus iniuriam accepimus, preces fundamus, ac persequenti

<sup>a</sup> Metaphrast. in Act. 5. Abercij Episcop. Hieropolit. die 2. Octob. IULIANVS TRIBVTA CHRISTIANIS INDICIT. <sup>b</sup> Socrat. lib. 3. cap. 11.

<sup>c</sup> Gregor. Nazian. orat. 1. in Iul.

<sup>d</sup> Gregor. Nazian. orat. 1. in Iul.

IN IUSTITIA MAS IULIANVS LEGES IN CHRISTIANOS EX LEGE IPSORVM VSURPAT.

Matth. 5. Rom. 12. 1. Cor. 6. Matth. 10. Marc. 6. Luc. 9. 10. Luc. 6.

quentibus optima quæque exoptemus. Quid ni autem hæc apprime cognosceret, qui A  
diuina oracula quondam pro lectore recitauerat, atque inter magni sacrarij ministros  
adscriptus fuerat, martyresque templis & delubris ornauerat? Cuius hoc primum demiror,  
quo modo in his libris accuratè versatus, illud non legerit, aut consulto præterierit:  
Malos malè perdet, &c.] Refellit deinde pluribus ipse Gregorius Iuliani ex legibus Christi-  
anorum in Christianos insultandi licentiam: docetq; eos ad omnem mansuetudinem  
ex diuina lege sic esse compositos animo, vt omnia ferant atque contemnant potius,  
quàm virtutis dispendium patiantur: ceterum sic affectos minimè prohiberi vti virtute,  
& exhibito ex virtute remedio, nempe iustitia. Rursumque demonstrat, alia ex diuina le-  
ge præscripta, nempe præcepta necessariò omnibus adimplenda; alia verò alijs suaderi,  
& verticem perfectissimæ vitæ attingere cupientibus inculcari. Hæc planè ipse Grego-  
rius, pluribus Iulianum exagitans. Sed & Sozomenus<sup>a</sup> de isdem sic habet: Ius Reipub-  
licæ Christianis denegauit; & neque in communes hominum congressus, neque in for-  
um venire, neque iudicium exercere, neque gerere magistratum, neque vllum dignita-  
tis gradum obtinere permittit.] hæc ipse.

<sup>a</sup> Sozom. lib.  
5. cap. 17.

REGES A D-  
VERSVS SA-  
CRILEGOS  
EDITAE, IN  
CHRISTIA-  
NOS CON-  
VERSAS.  
<sup>b</sup> Chrysostom.  
de Inuent. c.  
Max. mart.  
<sup>c</sup> Theod. lib. 3.  
cap. 7.  
<sup>d</sup> Ruffin. lib.  
1. cap. 12.  
<sup>e</sup> Ammian.  
lib. 22.

<sup>f</sup> Ammian.  
lib. 25.  
IULIANVS  
CHRISTIA-  
NOS DOCE-  
RE PROHI-  
BET.

<sup>g</sup> Lib. 1. de pro-  
f. for. C.  
Theod.

<sup>h</sup> Extat inter  
epistol. eius-  
dem Iul. epi-  
stol. 42.  
SANCTIO  
IULIANI  
ADVERSVS  
DOCTORIS  
CHRISTIA-  
NOS.

At licet Iulianus nullum (vt dictum est) manifestum patensque promulgasset edictum,  
quo (vt ab alijs Imperatoribus factum erat) in Christianos persecutio indiceretur: tamen  
in eos sancita olim aduersus sacrilegos templorum expilatores iura torquebat. vnde  
S. Iohannes Chrysostomus<sup>b</sup>: Si quis, inquit, superioribus annis, cum adhuc pij Reges rerum  
potirentur, vel altaria demolitis fuisset, vel templa sustodisset, vel oblationes diripiisset,  
vel aliud tale quid egisset: rapiebatur ad tribunal, & occidebatur etiam insons & dum-  
taxat delatus.] hæc Chrysostomus. Tulisse insuper eam legem Iulianum, vt Galilæi à  
militia pellerentur, auctores sunt Theodoretus<sup>c</sup> & Ruffinus<sup>d</sup>, dum aiunt, ab eo statutum  
esse, militiæ cingulum non nisi immolantibus dari, neque quemquam administrare posse  
provincias; nisi cultores deorum. Sed de his quoque superius actum est.

Verum & lex illa ab eodem Iuliano Imperatore promulgata, vt iniustissima, ab ipsis  
etiam scriptoribus Ethnicis improbat: de qua sic Ammianus<sup>e</sup>: Post multa enim etiam  
iura quædam correxit in melius, ambagibus circumcis, indicantia liquidè quid iuberent  
fieri, vel verarent. Illud autem erat inclemens obruendum perenni silentio, quod arcebat  
docere magistros rhetoricos & grammaticos ritus Christiani cultores.] & inferius<sup>f</sup>, ean-  
dem fermè verba repetens, ait: Erat inclemens, quodd docere vetuit magistros rhetoricos  
& grammaticos Christianos, ne transirent à numinum cultu.] hoc est, ne per eos cultores  
deorum ab eorum cultu deficerent: docendo quippe illi humaniores litteras, pariter  
elucidabant, quæcumque de dijs Gentium scripta erant, fuisse omnino signenta. ita qui-  
dem de Iuliani sententia animi Ammianus. At astutus Apostata id sanè erubuit palam  
priori edicto manifeste sanciendo fateri: sed alijs fucatis coloribus id ipsum præstans,  
mensè Iulij eiusmodi edidit sanctionem<sup>g</sup>.

Magistros studiorum, doctoresq; excellere oportet moribus primum, deinde facièdia.  
Sed quia singulis ciuitatibus adesse ipse non possum: lubeo, quisque docere vult, non re-  
pentè nec temerè prosiliat ad hoc munus, sed iudicio Ordinis probatus decretum Curia-  
lium mereatur, optimorum cõspirante consensu. Hoc enim decretum ad me tractandum  
referetur, vt altiore quodam honore nostro iudicio studiis ciuitatum accedant. Dat. xv.  
Kal. Iulij, Accepta quarto Kal. Augusti, Spoletio<sup>h</sup>: Mamertino & Neuita Coss. ] Cum  
igitur eiusmodi decretum ad se deferendum, quo à se probaretur, edixerit: quis non in-  
telligit, suo voluisse arbitrio referuatum, quos vellet scientiarum præfici scholis? Hæc  
primum, inquam, more suo, arte putauit, se Christianos omnes à docendo posse repelle-  
re. Sed haud diu post, nempe hoc ipso anno (vt ex Ammiano res gestas cuiuslibet anni  
Consulum limitibus conscribente constat) manifestum edictum protulit, vulgavitq; san-  
ctionem, qua hoc ipsum manifestius prohiberet: eamque quantumlibet iudicio quoque  
suorum turpissimam legem, tamen sic compositis quibusdam de industria pigmentis  
delinitam, tamquam philosophica imposita larua decoram in medium protulit, his sci-  
licet fucatis sermonibus<sup>h</sup>.

Doctrinam rectam esse arbitramur, non verborum linguæve magnificum & exquisi-  
tum sonum, sed mentis bene constitutæ sanam affectionem, & veras certasque de bonis &  
malis, honestis & turpibus sententias. Quare quisquis aliud sentit, aliud suos discipulos  
docet; is tantum videtur à scientia, quantum à probitate abesse. Ac si de parua re sit lin-  
guæ

A guæ animiq; dissensio: in hoc ipso etiam est improbus, tamen modum non excedat (sceleris  
magnitudo. Sin verò in maximis rebus aliud sentit, contraq; ac sentit docet: nonne hæc  
cauponum, non dico bonorum, sed nequissimorum vita est? quippe cum id maximè do-  
ceant, quod maxime malum existimant, fallentes atque inescientes eos laudibus, quibus  
cum sua, vt arbitror, mala commutare volunt. Quamobrem omnes, qui quidvis docere  
profitentur, bonis moribus esse debent, neque opiiones nouas & à sensu populari abhor-  
rentes afferre: sed in primis tales esse debent, qui adolescentes in veterum scriptis insti-  
tuunt, siue sint rhetores, siue grammatici, & præcipuè sophistæ, qui non solum verborum,  
sed etiam morum magistros se esse volunt, & ad se philosophiam de administrandis rebus  
publicis pertinere contendunt: hoc verum sit, nec ne, in præsentia omitto.

Laudo eos, qui doctrinam tam præstantem expetant; plus certè laudaturus, si non  
B mentirentur, neque se ipsi refellerent, dum aliud sentiunt, aliud discipulis tradunt. Quid?  
Homerus, Hesiodus, Demosthenes, Herodotus, Thucydides, Isocrates, Lysias deos ha-  
bent doctrinæ suæ duces & auctores. Nonne eorum alij Mercurio, alij Musis sacros se  
esse arbitrantur? Quare absurdum est, qui horum libros exponunt, deos vituperare, quos  
illi coluerunt. Neque tamen quia id absurdum puto; idcirco eos discipulorum causa sen-  
tentiam mutare iubeo: Verum do optionem, vt ne doceant quæ non bona esse censent.  
sin docere malunt; doceant re ipsa primum, & persuadeant discipulis, neque Homerum,  
neque Hesiodum, neque quemquam eorum, quos interpretati sunt, quosque impietatis,  
amentia & erroris erga deos condemnarunt, talem esse. Nam alioqui cum ex eorum  
scriptis alantur, mercedemque capiant; auarissimos planè & fordidissimos se fatentur, si  
paucis drachmis id facere sustineant. Atque hætenus quidem multa erant, quæ eos tem-  
C plorum aditu prohiberent; & timor vndique impendens excusabat, quo minus de dijs  
verissimæ sententiæ explicarentur. Nunc autem cum deorum munere atque conces-  
sione, libertate potiamur; absurdum mihi videtur, ea homines docere, quæ non bona  
esse arbitrentur. Quod si in ijs quæ docent, & quorum quasi interpretes sedent, sapien-  
tiam esse vllam arbitrantur: studeant primum illorum erga deos pietatem imitari. Sin  
in deos sanctissimos putant ab illis auctoribus peccatum esse: eant in Galileorum ecclesias,  
ibi que Matthæum & Lucam interpretentur, quibus vos obtemperantes, à sacris abstinere  
iubetis.

QVO DI-  
LEMMATE  
VSVS IULIA-  
NI?

Cupio ego & aures & linguam vestram (sicut vos loqueremini) renasci in his rebus, qua-  
rum vnam & ego sim semper particeps, & omnes qui me diligunt. Doctoribus quidem  
& præceptoribus communis hæc lex statuatur: adolescentes enim, qui ire volent, minimè  
D prohibentur. Iniquum siquidem fuerit, pueros adhuc ignaros quo se vertant, ab optima  
via reicere, ac metu coactos ad patriâ instituta deducere. Quamquam autem verum erat,  
istos tamquam impotentes & insanos etiam inuitos ac repugnantes curare: attamen li-  
ceat omnibus per nos isto morbo detineri: docere enim amentes, non punire opus est.]  
hætenus Iuliani Imperatoris edictum; quo etsi Christianos omnes à docendo reuocat,  
non tamen adolescentes prohibet à discendo: hæcque omnia eo consilio, quod Christiani  
docentes, ex Gentilibus auctoribus deorum inanem prorsus esse cultum, argumentis plu-  
ribus demonstrabant; adeo vt eos sic interpretari nihil aliud esset, quàm adolescentes ve-  
ra religione imbueri, & à Gentilicia superstitione penitus dimoueri: quos sic semel im-  
butos per facile erat ad Christianam fidem amplexandam adducere: Quibus si iidem illi  
carerent magistris, & Gentiles auctores à Gentilibus doctoribus magno deorum præconio  
E explicatos acciperent; fieret, vt eorum cultui addicerentur, retinerentque firmiter quod  
pueri didicissent.

CONSTITV-  
M IULIA-  
NI IN HIS  
D E C E R-  
NENDIS.

<sup>a</sup> Ruffin. lib. 3.  
cap. 32.  
<sup>b</sup> Socrat. li. 3.  
cap. 10.  
<sup>c</sup> Theod. li. 3.  
cap. 8.

IULIANVS  
DISCEN-  
DO GRAE-  
CORVM LI-  
TERAS VE-  
T V I S S  
CHRISTIA-  
NOS FAL-  
O CREDI-  
TVR.

Sed miramur, Ruffinum & alios dixisse, non tam à docendo, quàm à discendo, Iuliani  
edicto reiectos fuisse homines Christianos: id enim ipse Ruffinus verbis illis significare vi-  
detur, quibus ait<sup>a</sup>: Studia auctorum Gentilium Christianos adire prohibens, ludos lit-  
terarum illis solis qui deos deasq; venerarentur, patere decernit.] sed & Socrates<sup>b</sup>: Le-  
ge sancit, ne Christiani litteris humanioribus instituerentur: Nam cum sint, inquit, à discen-  
do Graecorum litteras ve-  
terum, aut philosophiam discerent: Nam nostris ipsorum, inquit, pennis (vt est in prouer-  
bio) percillimur: siquidem nostrorum scriptorum prædijs muniti, contra nos bellum  
fulcipiunt.] Sozomenus in eadem sententiam affirmat, id ob inuidiam in Apollina-  
rem

rem & alios celebres Christianos viros, qui eo tempore florebant poetis facultatibus, A atque apprime Gentilium callebant litteras, fuisse à Juliano statutum: de his enim sic habet: Porro vetuit, ne Christianorum liberi poetas & alios scriptores Gentiles perdiscerent, neque horum doctores adirent. Nam non mediocriter eius animum offendebar non solum Apollinaris Syrus, vir omni doctrinae genere & orationis formis instructus, verum Basilus & Gregorius Cappadoces, qui omnibus illius aetatis rhetoribus laudem praeripiebant, atque alij eodem tempore quamplurimi disertis viri, quorum alij sunt Niceni Concilij decreta, alij haeresim Arianam amplexati. Hinc igitur solum quoniam magnam ad persuadendum facultatem posse parari censebat, vetuit ne Christiani Gentilium disciplinis instruerentur.

50208. II. 5. cap. 17.

APOLLINARIS CARMINUM MEN HEROICVM.

Quo quidem tempore Apollinaris, quem dixi, quo sua multiplici doctrina & bonitate ingenij opportunè multis prodesset, ad exemplar poematis Homeri, veterem Hebraeorum historiam usque ad regnum Saulis carmine heroico conscripsit, & totum opus in viginti quatuor libris distribuit, singulisque singularum litterarum Graecarum nomen imposuit, numero earundem & ordine omnino seruato. Comedias quoque composuit, fabulis Menandri similes, itemque tragœdias Euripidis, & lyricos Pindari versus imitatione adumbravit. Ad summam argumentis è sanctis litteris depromptis, de illis ad similitudinem earum disciplinarum, quae ἐπιγραμμα appellatur, scripsit: breuique temporis spatio opera edidit, quae numero, dicendi vi, ipso orationis habitu, sermonis proprietate, forma denique & dispositione, scripta Gentilium, qui in his rebus in primis excellebant, exaquarent: adeo ut nisi antiquitatem admirarentur homines, & quibus assueti fuerint, ea cara haberent; lucubrations Apollinaris non minoris quam veterum auctorum aestimarent, easque itidem docerent; eiusque ingenium eo magis suspicerent, quod veterum singuli in vno genere separatim elaborarunt; ipse autem ad omne genus scripti animi applicans, vim & virtutem cuiusque, cum vsus postularet, accurate expressit. Non obscurus est ille quidem liber, quem aduersus Imperatorem Iulianum, siue aduersus philosophos Gentiles pro veritate inscripsit: in quo sine vllis sacrarum litterarum testimonijs planè ostendit, eos in illo quod de Deo sentiendum est, per errorem vehementer lapsos esse. Quae irridens Imperator, Episcopis eius temporis facile praestantissimis scripsit haec: Legi, intellexi, improbaui. Ad quae rescripserunt Episcopi: Legisti quidem, sed non intellexisti: nam si intellexisses, non improbaesses. Sunt qui hanc epistolam Basilio Ecclesiae Cappadociae Antistiti attribuunt: neque id sanè immerito. Sed siue eius sit, siue alterius qui eam scripserit, quisquis fuerit, iure tum propter magnitudinem animi, tum propter eruditionem debet laudari plurimum.] haec tenet Sozomenus.

In Act. Artemij martyris de quo supra superius expressum habetur, alia causa Iulianum eiusmodi promulgasse edictum, quo arcebat Christianos à Gentilium disciplinis: nimirum cum experiretur Antiochiae vim magnam Eugenij presbyteri in dicendo ac confutando falsam deorum religionem, ira percitum sic iurasse: Per Solem mihi clarissimum, non amplius feram Graecis disciplinis institui maximè impium genus Christianorum.] haec ibi. S. Augustinus etiam in eo cum isdem consentit, vt edicto Iuliani, non tantum à docendo; sed à discendo quoque Gentilium litteras Christiani vetiti fuerint, cum ait: An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales litteras docere ac discere vetuit? sed & alios reperies eodem errore lapsos: cum tamen ex ipso recitato nuper Iuliani edicto perspicue sit demonstratum, à docendo tantummodo Gentilium litteras Christianos doctores fuisse reiectos; à discendo nequaquam. sic intellexit illud S. Hieronymus in Chronico, cui cognitum fuisse putamus: sic etiam S. Ambrosius scribens ad Valentianum Imperatorem, cum ait: Perunt etiam, vt illis privilegia deferas, qui loquendi & docendi nostris communem vsum Iuliani lege proxima denegarunt, &c.]

Gregorius Nazianzenus de eiusmodi edicto adeo iniquo agens, grauissima eundem legislatorem exagitat inuectiua: atque in ipso propemodum orationis exordio, inde dicendi sibi comparans argumentum, haec ait: Sed isti, nempe Iuliano, quoque haec pena pulchre conuenit, vt sermone crucietur pro eo scelere, quod in sermones admisit: qui cum omnium ratione praedictorum communes sint; ijs tamen, tamquam proprie ad se pertinerent, Christianis per inuidiam interdixit: stultissime sanè de sermonibus cogitans homo omnium, vt sibi videbatur, facundissimus, primum quia subdole & veteratorie nomen

A nomen ad opinionem traduxit: quasi sermo Graecus non linguae, sed religionis sit: atque ob eam causam, velut alieni boni surreptores, à sermonibus nos arceret instituit: perinde verò ac si nos quoque artibus illis, quae apud Graecos inuentae sunt, vti prohibuisset, easque propter eiusdem nominis appellationem suas esse duxisset ac vendicasset. Tum quia nobis obscurum esse putauit, id se nequaquam eo consilio facere, vt insigni quodam & primario bono nos spoliaret, quippe qui hos sermones admodum etiam aspernemur: verum quia impietatis confutationes extimescebat, velut in dictionis elegantia, verborumque lenocinio robur habentes, ac non in veritatis cognitione & argumentis: à quibus minus compesci ac reprimi possumus, quam inhiberi ne Deum confiteamur, cum linguam habeamus: quandoquidem vt alia, ita sermonem etiam pro sacrificio offerimus, quemadmodum & corpora, quando res ita natae fuerint, vt his quoque pro veritatis defensione concertare necesse sit. Quare qui hoc edictum promulgauit, Atticè quidem ac concinne loqui nos prohibuit.]

Quod autem hic ait Gregorius, vetitos esse Christianos Atticè loqui, non sic quidem rudè accipias, vt Orientalibus praesertim, penes quos non nisi Graecus sermo vigeat, ne Graecè loquerentur, lege causasse Iulianum existimes: nam cum de his nec verbum quidem in recitato ipsius contineatur edicto, id quoque impossibile penitus videbatur: sed per sermonem Graecum, Atticamque locutionem, illud accepit, quod Graecorum scientias docere Christiani fuissent inhibiti, vnde & inferius: Atque haec sapiens noster imperator & legislator; qui vt ne tyrannidis suae quicquam expers esset, verum amentiae vecordiaeque edictum proponeret, in Imperij sui primordio ante res omnes alias, sermones, liberalesque disciplinas tyrannide oppressit.] At quod rursum ait, istae ab eo esse statuta Imperij ipsius primordio: ita accipias, vt primo eius regni anno illud ab eo edictum fuerit promulgatum, qui quidem anno superiore à mense Nouembris (vt diximus) inchoatus, in praesentem usque ad eundem mensem diemque protètitur, vnde & secundus coeptus est numerari. Sed quod addit, ante omnia id ab eo fuisse sancitum, hyperbolicè ab eo dictum esse, ipsiusmet testificatione, atque aliorum omnium, vt modò patebit, persfacile potest intelligi: cum plurima ab illo ante editam eam legem fuisse statuta, aequè omnes affirmat.

Rursum verò eadem oratione idem Gregorius haec ipsa refricans, sic in eum inuehitur acerbissime: Vnde igitur hoc tibi in mentem venit, homo omnium leuissime, & maximè inexplibilis, vt sermones & doctrinae humanioris studia Christianis auferres? Hoc enim ex eorum numero erat, quae non in minis posita, sed etiam decreta & promulgata erant. Vnde, & qua ex causa? Quis Mercurius Logiùs (vt ipse dixeris) hoc tibi in mentem induxit? qui Corybantes peruersi, & inuidi daemonum? Quod si ita placet, huius quoque rei causam in medium afferemus. Te enim oportebat, cum multa & nefaria flagitia tentasses, huc tandem impelli, atque in te ipsum perspicue incurrere ac deuolui: vt qua re tibi maximè gloriandum existimabas, in eadem imprudens maximè ineptires, stoliditatisque & vecordiae notam subires. Quæro enim ex te, quid tibi hoc dogmate velis, quæque te ratio moueat, vt litterarum & eloquentiae studijs nullo exemplo nobis interdicas? Quod si iustam aliquam causam proferre visus fueris; dolebimus quidem, ceterum non conqueremur. Quemadmodum enim cum oratione vincere, sic etiam rectè vinci ac cedere didicimus.] haec ipse eum compellans.

At quid hinc in rebus soleret Iulianus in Christianos deridendo iactare, subdit his verbis: Nostri sunt sermones, inquit, & nostrum Graecari, quippe qui deos quoque colamus: vestra est autem infantia & barbaries: nec quicquam aliud, quam, Crede, sapientiae vestrae est.] at haec Gregorius insigniter refellit, quae à Pythagoricis quoque ridenda fuisse demonstrat, quorum erat illa praecipua de praepatore sententia, Ipse dixit, nihil praeter ea quaerendum. Caterum altioris esse praestantiae Christianorum, Crede, egregie probat, vt pote non homini, sed Deo, & sic hominibus aflatu diuino spiritu fidè habentium: siquidem illi ipsi, totum istud quod credendum proposuerunt, virtutibus declararunt, & signis atque miraculis veritate plenè testati sunt. Sed & pluribus docet, non fuisse a Graecis inuentas scientias, verù eas a barbaris, nempe Aegyptijs didicisse, qui consuetudine Iudeorum facti sunt eruditi. Versati quoque sunt pluribus in eo argumento antiqui Christiani Theologi, Iustinus martyr, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Origenes agens contra Celsum, Tertullianus, Arnobius, Lactantius, & Annal. Eccl. Tom. 4. K 2 qui

QUOMODO IULIANVS ATTICÈ LOQUI PROHIBUIT.

Greg. Naz. orat. in Iul. INVECTIVA GREGORII IN IULIANVM DERIDENTEM FIDEM CHRISTIANORVM.

IULIANVS QUID IN CHRISTIANOS IACTARE SOLERET.

CHRISTI  
362.LIBERII PAP.  
II.IULIANI IMP.  
2.

qui post hæc eadem est persecutus S. Augustinus de Ciuitate Dei, atque alij plures, qui A aduersus Gentes rexerunt apologias, quorum superius mentio facta est; Græcosque puerorum loco habitos tradunt (quod Soloni exprobratum fuit) facta cum Hebræis & Ægyptijs, quos barbaros illi dicebant, collatione.

Sic igitur à Iuliano promulgato edicto, quo à docendo Christiani doctores arcerentur, nisi dijs sese vellent addicere: scholas deseruere, qui publicè hæcenus professi in ciuitatibus essent. De Musonio quidem testatur Eunapius, cum ait: Idem Iuliano imperante exclusus à docendi munere, quod Christianus haberetur, cernens Hierophantam tamquam Delphicum tripodem omnibus futura præfere optantibus esse expositum, miram quadam & noua arte cognitionem eiusque rei fraudulenter interceptit. ] hæc ipse. Sed & S. Hieronymus de Proæresio magni nominis philosopho (de quo superius) testatur ipsum occasione eiusdem edicti Athenis publicè docere cessasse: nam sic de eo in Chronico: Proæresius sophista Atheniensis, lege data, ne Christiani liberalium artium doctores essent: cum sibi specialiter Iulianus concederet, vt Christianos doceret, scholam sponte deseruit. ] hæc cum dicat ipse, eundem Proæresium fuisse Christianum, significare videtur: nam quorsum illum scholas ea ex lege deseruisse oportuit, si Ethnicus erat? vel ad quid specialem docendi licentiam eidem à Iuliano oportuit impartiri, nisi Christianus fuisset? tamen quicquam tale de illo nec Eunapius res eius fusiùs persecutus, nec alij, quos viderim, scriptorū memoria prodidit. Rursum verò de Mario Victorino nobilissimo oratore, iam Christiano homine, Romæ rhetoricam publicè summa cum laude proficiente, S. Augustinus tradit, deserere cathedram potius delegisse, quàm à Christiana fide deficere, quam prompto animo suscepisset: de ipso enim hæc habet: Sed vbi mihi homo tuus Simplicianus de Victorino ista narravit, exarsi ad imitandum: ad hoc enim & ille narrauerat. Posteaquam verò & illud addidit, quod Imperatoris Iuliani temporibus lege data prohibiti sunt Christiani docere litteraturam & oratoriam: quam legem ille amplexus, loquacem scholam deserere maluit, quàm verbum tuum, quo linguas infantium facis difertas: Non mihi fortior, quàm felicius visus est, quia inuenit occasionem vacandi tibi. ] hæc Augustinus Christum alloquens de Victorino haud pridem ad fidem conuerso.

Sed quoniam modo sublimem ille cervicem humili Christi iugo subiecerit, præstat eodem auctore S. Augustino audire narrante, tantique viri ex deorum cultu, cui addidissimus fuerat, hic recensere conuersionis historiam, quam accipiens ipse à S. Simpliciano, magnum inde consecutus est ad Christianam fidem capeffendam emolumentum. res quidem dignissima, quæ intextatur Annalibus: haud enim diu ante Iuliani Imperatoris tempus id contigisse videtur, quod idem S. Augustinus recenset his verbis: Deinde inquit, vt me Simplicianus exhortaretur ad humilitatem Christi, sapientibus absconditam, & reuelatam paruulis, Victorinum ipsum recordatus est, quem, Romæ cum esset, familiarissimè nouerat, de quo illo mihi narrauit quod non silebo. Habet enim magnam laudem gratiæ tuæ confitendam tibi, quemadmodum ille doctissimus senex, & omnium liberalium doctrinarum peritissimus, qui que philosophorum tam multa legerat & diiudicauerat & dilucidauerat, doctor tot nobilium Senatorum, qui etiam ob insigne præclari magistris, quod ciues huius mundi eximium putant, statuam in Romano foro meruerat & acceperat, vsque ad illam ætatem venerator idolorum, sacrorumque sacrilegorum particeps, quibus tunc tota fere Romana nobilitas inflata spirabat, populisque etiam omnigenum deum monstra, & Anubem latratorem, quæ aliquando contra Neptunum & Venerem, contraque Mineruam tela tenerat, & à se victis iam Roma supplicabat, quæ iste senex Victorinus tot annos ore terricrepto defenditauerat, non erubuerit esse puer Christi tui, & infans fontis tui, subiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita fronte ad Crucis opprobriū. O Domine Domine, qui inclinasti caelos & descendisti, tetigisti mōtes & fumigauerunt, quibus modis te insinuaſti illi pectori! Legebat (sicut ait Simplicianus) sanctam Scripturam, omnesque Christianas litteras inuestigabat studioſissimè & perscrutabatur. Et dicebat Simpliciano, non palā, sed secretiùs & familiaris: Noueris me iam esse Christianum. Et respondebat ille: Non credam, nec deputabo te inter Christianos, nisi in ecclesia Christi te videro. Ille autem irridebat eū dicens: Ergo ne parietes faciunt Christianos? Et hoc sæpe dicebat, iam se esse Christianū. Et Simplicianus illud sæpe respondebat: & sæpe ab illo parietum irrisio repetebatur. Amicos enim suos verebatur offendere superbos dæmonicolas, quorum ex culmine Babylonicæ dignitatis, quasi ex cedris Libani quas

<sup>a</sup> Eunap. Sard. in Vita Philosph. MVSONIVS, PROÆRESIVS, ET MARIVS VICTORINVS SCHOLAS DESERVNT.

<sup>b</sup> Aug. Confess. lib. 2. cap. 5.

<sup>c</sup> Sap. 10.

<sup>d</sup> Aug. Confess. lib. 3. cap. 2.

CONVERſIO MARI VICTORINI.

<sup>e</sup> Psal. 143.

<sup>f</sup> Psal. 28.

CHRISTI  
362.LIBERII PAP.  
II.IULIANI IMP.  
2.

A quas nondum contriuerat Dominus, grauius ruituras in se inimicitias arbitrabatur.

Sed posteaquam legendo & inhiando hauit firmitatem, timuitque negari à Christo coram Angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri<sup>a</sup>; reusque sibi magni criminis apparuit, erubescendo de sacramentis humilitatis verbi Dei, & non erubescendo de sacris sacrilegis superbiorum dæmoniorum, quæ imitator superbus acceperat: depudit vanitati, & erubuit veritati: subitoque & inopinus ait Simpliciano (vt ipse narrabat) Eamus in Ecclesiam, Christianus volo fieri. At ille non capiens præ lætitia, perrexit cum eo. Vbi autem imbutus est primis instructionum sacramentis, non multò post etiam nomen dedit, vt per baptismum regeneraretur, mirante Roma, gaudente Ecclesia. Superbi<sup>b</sup> videbant & irascebantur, dentibus suis stridebant & tabescebant: Seruo autem suo Dominus Deus erat spes eius, & non respiciebat in vanitates<sup>c</sup> & infanias mendaces. Denique vt ventum est ad horam profitendæ fidei, quæ verbis certis conceptis retentisque memoriter de loco eminentiore in conspectu populi fidelis Romæ reddi solet ab eis qui accessuri sunt ad gratiam tuam: oblatum esse dicebat Victorino à presbyteris, vt secretiùs redderet; sicut nonnullis qui verecundia trepidaturi videbantur, offerri mos erat. Illum autem maluisse salutem suam in conspectu sanctæ multitudinis profiteri. Non enim erat salus quam docebat in rhetorica, & tamen eam publicè professus erat. Quanto minùs ergo vereri debuit mansuetum gregem tuum, pronuncians verbum tuum, qui non verebatur in verbis suis turbas insanorum? Itaque vbi ascendit, vt redderet; omnes sibi met inuicem, quisque vt eum nouerat, instrepuerunt nomen eius strepitu congratulationis. quis autem ibi non eum nouerat? Et sonuit presso sonitu per ora cunctorum collatantium, Victorinus, Victorinus. Citò sonuerunt exultatione, quia videbant eum: & citò siluerunt intentione, vt audirent eum. Pronunciauit ille fidem veracem præclara fiducia: & volebant eum omnes rapere intra in cor suum; & rapiebant amando & gaudento: hæc rapientium manus erant. ] hæcenus de Victorino conuersione Augustinus: cuius exemplo, vt ipse de se fateretur, exarsit ardore fidei consequendæ.

Sic igitur Victorinus, tanta animi magnitudine, refragante licet magna Senatus populari Romani parte, Christianam religionem semel amplexus, eam vehementioribus in dies studiis coluit & illustrauit, atque adeo vt maluerit (vt dictum est) se abdicando, à docentium cathedris cum professoribus Christianis, Iuliani edicto promulgato, è sublimi quoque loco descendere, & inter humiles profiteri, quàm ad Imperatoris & Præfectorum gratiam sibi conciliandam, inter Gentiles adnumerari. Post hæc autem quamdiu ipse vixerit, incertum est: cum verò decrepita iam senectutis hoc tempore esset, haud multum temporis post hæc potuit esse superstes: nam in extrema eum senectute factum esse Christianum, S. Hieronymus tradit, cum eius lucubrations recenset his verbis<sup>d</sup>: Victorinus natione Afer Romæ sub Constantino Principe rhetoricam docuit: & in extrema senectute Christiani se tradens fidei scripsit aduersus Arianos, libros more dialectico valde obscuros, qui ab eruditis modò intelliguntur, & commentarios in Apostolum. ] hæc Hieronymus, qui & de eius commentariis in Epistolas Pauli cum meminit, haud adeo feliciter id eum assecutum tradit: quippe qui litteris philosophicis atque aliis humanioribus assuetus, in eisdemque semper ad senectutem vsque detentus, res Christianæ religionis prouecta nimis ætate artigit, de quo hæc idem auctor<sup>e</sup>:

Non quia ignorem, Caium Marium Victorinum, qui Romæ pueros rhetoricam docuit, edidisse commentarios in Apostolum: sed quòd occupatus ille eruditione secularium litterarum, scripturas omnino sanctas ignorauerit: & nemo possit quamuis eloquens, de eo bene disputare, quod nescit. ] hæc ipse: qui in Chronico de eodem testatur, tanta floruisse claritudine, vt ex Senatusconsulto (quod dictum est) donari meruerit statua, in foro Traiani honoris causa collocata. Meminit eiusdem idem S. Hieronymus, cum fugillat Iouinianum hæresiarcham, dicentem, virginem idem esse, quod nuptam: Si id ipsum, inquit, virgo putatur & nupta: cur piaculum vocis huius Romæ Victorinus audire non potuit? Virgo à viro, non vir à virgine generatur. ] Scripsisse autem ipsum libros illos quatuor de Trinitate, viuente Constantio, certum ex iisdem deducitur argumentum, dum agens de Nicæno Concilio ait<sup>f</sup>: Probatum illud ab Imperatore Imperatoris nostri patre. ] Quin idem superius cum item agit de eodem Nicæno Concilio, celebratum ait<sup>g</sup> ante quadragesimum annum: quem annorum numerum si quis velit ad exactum referre calculum, dicendum esset, ipsum nonnisi post duos sequentes annos, nempe

Annal. Eccl. Tom. 4.

K 3

Domini

<sup>a</sup> Matth. 10.

<sup>b</sup> Psal. 111.

<sup>c</sup> Psal. 39.

VICTORINI NOBILISSIMI DEI CONFESSIO.

Hieronymus de Script. Eccl. in Victorino. VICTORINI LUCUBRATIONES.

Hieronymus in præf. comment. in epist. Pauli ad Gal.

Victorin. de Trinit. lib. 2.

Idem de Trinit. lib. 1.

Domini anno sexagesimo quinto post trecentimum eo scripsisse, quo expletur numerus ille quadragenarius à dicto Nicæno Concilio. Quamobrem sic ipse expressisse numerum illum intelligi posse videtur, non ut ea obiter tractans certum voluerit annorum numerum consignasse, sed quod post tertium annorum denarium quartus iam volueretur. Exrant eius viri hymni tres, & de Homousio recipiendo lucubratiuncula, necnon exametrum carmen de Machabæis, eadem omnia summa cum eruditione pietatem redolentia. Nec præterimus (quando de eius scriptis est sermo) testari S. Augustinum, eundem Victorinum complures Platoniorum libros Latinitate donasse, quos se legisse tradit<sup>a</sup>. Sed reuertamur ad Iulianum, vnde occasione promulgati aduersus Christianos litterarum professores edicti, ad Victorinum digressi sumus.

<sup>a</sup> Aug. confes. lib. 8. cap. 2.

IULIANVS IMITARI CO NATVS RES CHRISTIA MORVM.

<sup>b</sup> Greg. Naz. orat. in Iul.

<sup>c</sup> 3. Reg. 18. Iſai. 36.

RES CHRISTIANO RVM SVPERANTHV MANVM CAPTIVM.

<sup>d</sup> Sozom. li. 5. c. 10.

Mira quidem impij hominis procacia fuit, quæ Imperij coniuncta viribus nihil intentatum voluit reliquisse: qui enim temerario ausu à scientiarum professione Christianos B eiecit; idem impudenter, qui optima ratione à maioribus instituti & posteris traditi essent ritus Christianæ religionis & mores, in Ethnicisum transferre conatus est: nec crubuit imitari re ipsa, quos probris & ignominia affectos, ut infames, exagitabat. Quamnam autem fuerint, in quibus Christianos voluit sequi, Gregorius Nazianzenus in primis docet his verbis<sup>b</sup>: Cum doctrinam nostram dogmatibus quidem & supernis testimoniis magnam esse perspiceret, eandemque veterem & nouam, veterem vaticiniis ac sublucentibus Diuinitatis notionibus, nouam posteriori Dei aduentu ac præsentia, iisque miraculis, quæ tum ex eâ, tum circa eam designata sunt: ceterum maiorem atque insigniorem ob eas Ecclesiæ figuras, quas traditione acceptas in hanc vsque diem seruauimus. Ut ne hoc quidem ipsius malitiæ expers maneret, quid comminicitur? quid facit? C Rapfacem illum Assyrium imitatur<sup>c</sup>] qui ad reducendum in seruitutem Hebræos Hebræo voluit uti sermone, non Syro paucis illorum noto: Idem igitur, inquit, hic quoque cogitans, scholas in omnibus ciuitatibus extruere parabat, & sacraia, sedesque partim altiores, partim depressores: profanorum etiam dogmatum lectiones & explicationes instituire, tam quæ mores componerent, quam quæ in rerum abstrusorum tractatione versarentur: tum precationum alternatim canendarum formam, & rationis, qua in eos qui peccarent, pro delicti modo animaduertetur, atque omnia quæ nostræ planè disciplinæ sunt. Constituebat etiam diuersoria ædificare, ac domos excipiendis hospitibus dicatas, necnon monasteria, & virginum cœnobita: simulque humanitatem erga pauperes, beneficentiamque adiungere cum ceteram, tum eam quæ in epistolaribus tessis consistit, quibus eos, qui inopia premuntur, ex gente ad gentem transmittimus: quæ videlicet in nostris rebus vel in primis suspexerat. Atque hæc quidem in animo habebat D nouus iste dogmatum auctor & sophista.]

Perficere ramen Iulianus ea omnia haud valuit, licet summo studio pertentaret, ut eius litteræ ad Arfacem Pontificem scriptæ testantur, quas paulo post ex Sozomeno describimus. Cur autem diu animo reuoluta, magnoque consilio agitata, minimè ad opus perduxerit exitum: non tam quidem accidit, quia citius ex hac vita abreptus est, & ob eam causam illa sicut alia quæ in Christianos excogitauerat, prosequi minimè valuit: sed potius id euenisse, quod carimonix, ritus, mores, traditionesque Christianæ religionis, eiusmodi sint, quæ Deum auctorem habeant, & sine Dei ope haud valeant consummari, idem Gregorius pluribus disserit: Quippe qui inquit, huiusmodi ritus, præscriptiones, & carimonix Christianis bellissime congruant, talesque sint, ut nullus eorum qui vestigiis nostris insistere cupiunt, eas æmulari possit: quandoquidem non tam humanis ingenii atque inuentionibus, quam vi diuina, temporisque firmitate vigorem obtinuerunt.] quamobrem idem existimatum est, Iulianum res nostras imitari, ac simiam hominem agere, quippe quæ careat ratione, optima hominis parte: sic planè visus est nostra reddendo, ac tamquam in scena representando, interiori illa carens sapientia, qua res nostræ diuinitus, non autem humana industria institutæ subsistunt. Hæc & alia Gregorius de his pluribus agens.

Vnde autem eiusmodi cupido animum inceserit Iuliani, ut quos odisset, imitari instituerit Christianos, Sozomenus sic aperit<sup>d</sup>: Imperator cum iam pridem studeret, ut religio Gentilis per vniuersum Imperium peruaderet, iniquo animo tulit, cum videret eam religione Christiana laude & hominum approbatione inferiorem esse. Nam etiam delubra patrefacta fuere, & sacrificia atque dies festi patrij Gentilium in singulis vrbibus sibi ex sententia

A sententia procedere videbantur, tamen discruciabatur animo, cum secum cogitaret, si eius conatus nudarentur, fore ut ista omnia breui commutarentur. Maximè autem omnium cum angebat, quod audiret, vxores etiam, liberos, & seruos multorum sacerdotum fidem Christi profiteri. At verò cum existimaret religionem Christianam maximam ex vita & moribus eorum, qui eam sequebantur, commendationem consecutam, instituit animo, delubra Gentilium tum apparatus, tum ordine Christianæ religionis adornare.] hæc Sozomenus, quæ ante descripra, modò ex Gregorio Nazianzeno retulimus: idemque ipse inferius sic ait de eiusdem in his componendis inani studio Iuliani<sup>a</sup>:

<sup>a</sup> Gregor. Nazian. orat. 1. in Iul.

Sit igitur theatrum paratum (nam quo alio nomine templum suum vocari iubent, nescio) præcones clament, populus confluat, sublimioribus locis sedeant, vel qui ætate & canicie eximixque functionis dignitate præcellunt, vel qui generis splendore & gloria B conspicui sunt, ac sapientia humi texta, plique voluptatis habent, quæ veræ pietatis (hoc enim propter eos faciemus) quid deinde agent? Ipsi suos Antistites describant: purpura eos ornabit, & vitæ, & florida atque egregiæ coronæ: quandoquidem plerisque in rebus grauitatem splendoremque ab eis affectari sensi, idque studiose curari, ut supra priuatos emineant: tamquam videlicet id quod commune & plebeium est, facile in contemptum veniat: quod autem elatum est, fastusque plenum atque affectu difficile, fidem & auctoritatem habeat. An hic quoque ad nos vsque se deiicere, sublimitatemque non tam in gestu ac rerum specie, quam in moribus sibi conuenire, nostri instar existimabunt? Nos enim quid externè appareat ac depingatur, parum nostra referre arbitramur; verum circa internum hominem cuius laboramus, spectatoremque ad ea quæ animo & intellectu percipiuntur, retrahere conamur, ex eoque vulgus magis erudimus.] hæc Gregorius, planè significans licuisse Iuliano exteriorum Christianorum in templo cultum atque splendorem C imitari; mores verò, quibus interiora exterioribus egregie respondebant, nequaquam assequi valuisse: atque perinde ac sine anima corpus, non hominis, sed cadaveris dignum est nomine, ita representata ab illo nostra, visa fuisse cadaver exanime.

FRVSTRA IULIANVS IMITARI TENTAT RES CHRISTIANORVM.

Quanto autem studio in his Iulianus inuigilarit, epistola ab ipso scripta ad Arfacium in Galatia Gentiliæ superstitionis Pontificem locuples testis est: quam Sozomenus cum Græcè conscriptam recitet<sup>b</sup>, eadem sic Latine edita extat:

<sup>b</sup> Sozom. li. 5. c. 15.

Quod quidem nondum religio Gentilium ex nostra procedat sententia, impedimento sunt hi qui eam profitentur. Quæ autem à diis nobis donata sunt, ea splendida sunt, magna sunt, excellentiora sunt, quam quæ omnino vel optari vel sperari poterant. Nam in tam exiguo temporis spatio (sit quidem Nemesis nostris verbis propitia) tantam ac tantam D lem rerum mutationem paulo antè ne optare quidem quisquam audebat. Sed quid est causæ, cur in hisce, perinde ac si nihil amplius opus esset, conquiescamus, ac non potius conuertamus oculos ad ea, quibus impia Christianorum religio creuerit, id est ad benignitatem in peregrinos, ad curam ab illis in mortuis sepeliendis positam, & ad sanctorum vitam, quam simulant? quorum singula à nobis verè exequenda esse censeo. Neque satis est istud solum institutum sanctè obseruari: sed velim omnes nostros sacerdotes omnino, qui Galatiam incolunt, vel minis impellas, vel ratione persuadeas, ut sint honesti: vel sacerdotali ministerio abdicent, si non vnà cum vxoribus, liberis, & famulis, diis colendis sedulo animo attendant: & ne patiantur, seruos aut filios, aut coniuges Galæorum impiè in deos se gerere, & impietatem pierati præponere. Deinde sacerdotem quemque hortare, ne accedat ad spectacula, ne in taberna bibat, neu artem aliquam aut officium turpe infamè exerceat. Et qui tibi in his rebus morem gerunt, eis honorem tributo: qui autem resistunt, expellito. Porro xenodochia multa in singulis ciuitatibus extruito, ut peregrini nostra benignitate fruuntur, neque solum hi qui nostram colunt religionem, sed & alij quoque, si pecuniarum indigeant. At ratio, quæ res tibi ad hoc institutum necessariæ abundè suppetant, à me interim excogitata est. Nam triginta millia modiorum tritici in tota Galatia, & sexaginta millia sextariorum vini in singulos annos dari iussi: Quorum quintam partem in pauperes, qui sacerdotibus inferuunt, infumendam esse mando: quod reliquum est, peregrinis & mendicantibus subleuandis distribuendum. Nam turpe profecto est, cum nemo ex Iudæis mendicet, & impij Galilæi non suos modo, sed nostros quoque alant: ut nostri auxilio, quod à nobis ferri ipsis debeat, destituti videantur.

IULIANVS EPISTOLA AD ARSACIVM PONTIFICEM GALATIÆ.

EXHORTATIO IULIANI AD BONOS MORES.

REFVSAN EBELMOSV. NAR CHRISTIANO RVM.

Quare doceto Gentiles in huiusmodi ministeria pecunias conferre, & pagos Gentilium

tilium ex fructibus diis offerre primitias: & eiusmodi beneficentia officii assuefacito: A  
planumque illis facito, hoc nostrum olim munus fuisse. Nam Homerus Eumæum sic lo-  
quentem facit:

*Hospes si nostris succederet aduenatoctis  
Filior: acciperem placide. Sunt diues egensq;  
A Ioue. Parua mea est (fateor) sed grata facultas.*]

ne hæc Christianis accep-  
ta ferret Iulianus, ex Homero sibi vendicat. Sed subdit:

Neque igitur permittamus, alios nostrorum imitatione bonorum nobis laudem præ-  
ripere, ut ipsi propter foecordiam turpitudine & infamia afficiamur: immo potius ne  
pietatem erga deos penitus prodece videamur. Quod si te ista sedulo obire accepero, ma-  
xima sanè lætitia gestiam. Præsides domi raro inuitas; sed scribas ad eos litteras sapiissi-  
mè. Ingredientibus illis in urbem, nemo sacerdos obuiam prodeat, nisi quando ad tem- B  
pla deorum accedunt, solum intra vestibula. Eos intrantes nullus miles præcedat: se-  
quatur autem qui vult. Nam simul ut ingredietur limen delubri, priuati personam in-  
duit: siquidem ipse, ut nosti, his qui intus sunt, præces propterea quod diuina lex istud  
postulat. Et qui tibi parent, sunt re vera pij: qui autem præ arrogantia resistunt, osten-  
tatores sunt, & inanis gloriæ appetentes. Pessimum opem ferre paratus sum, dummo-  
do Matrem deorum sibi propitiam reddant. At si eam contempnant, non modò culpæ  
affines erunt, verum etiam (quod dictu acerbius est) in grauissimam apud nos offensio-  
nem incurrent:

*Nam scelus infandum est, dexteram prestare benignam  
Illis qui superis indicunt bella beatæ.*

Peruade igitur illis, ut si à me curam de se suscipi cupiant, omnes vna se deorum Matri C  
supplices præbeant.] hæc Iuliani epistola ad Arsacem. Sed considera ex his demum  
accurate lector, quàm deteriores Iuliano Apostata exhibeant se ipsos recentiores apostata,  
antiquorum Ecclesiæ morum contemptores; dum & despiciunt atque subsannant, quæ  
inuidi hostis oculis sunt visa pulcherrima, atque omni acceptatione dignissima.

Ad postremum post alias recensitas ineptias insulsi legislatoris, vani philosophi, & im-  
pji Imperatoris à Gentilibus scriptoribus etiam condemnati, addamus his vanitatem il-  
lam, quam etiam lege sancire non puduit, cum statuit, ut liberum esset vxoribus ma-  
ritos dimittere. Est de his mentio apud sanctum Augustinum, vbi auctor ait: Ante Iu-  
liani edictum, mulieres viros suos dimittere nequibant, accepta autem potestate, cœpe-  
runt facere, quod prius facere non poterant: cœperunt enim viros suos libenter dimitte-  
re.] & inferius: Hic enim in Vrbe Roma & finibus eius (quæ sacratissima appellatur) li-  
cet mulieribus viros suos dimittere, cum cautum sit lege diuina, ut ne viri quidem hac  
potestate vterentur, excepta fornicationis causa. Ecce hac in re meliores sunt Barbari, &c.]  
Hæc auctor: & si non Augustinus, certè Iuliani æqualis, ut qui ibi numeret annos trecen-  
tos & circiter (ut ait) à tempore cladis Hierosolymitanæ in illum diem. Audisti porten-  
tum, quo vna illa lege insanus homo, ea indulgens mulierum leuitati, vniuersos homines  
sub Romano Imperio constitutos illis subiecit.

Hoc insuper anno (ut tandem finem eidem imponamus) mensè Decembris, quæ su-  
pererant Nicomediæ è priori terræ motus clade, eodem reciprocante impulsu terræ pro-  
strata sunt: quo & Nicæam haud mediocriter fuisse concussam, Ammianus b affirmat:  
tristiaque hæc ait auspiciis præcessisse Persicam, in quam incumbebat Iulianus, expeditio-  
nem. Vix credi potest, quot cladibus hoc anno fuerit Oriens afflictatus, cum Iulianus in E-  
phesum tradit in sua oratione.

Sequens Domini annus trecentessimus sexagesimustertius, quo Iuliani annus secun-  
dus cœptus mensè Nouembris anni superioris, pariter perseverans, ipsius morte ir-  
terceptus haud valuit consummari, Consulatu eiusdem quarto, atque Sallustij, Fastis  
adscribitur. Videbatur nouum (inquit Ammianus c) adiunctum esse in Consulatu Au-  
gusto

a Apud Aug.  
in quest. ex  
vtror, mixt.  
q. 113. c. 44

b Ammianus  
lib. 22.

c Ammianus  
lib. 23.

A gusto priuatum hominem, quod post Diocletianum & Aristobulum nullus meminerat: CONSVLSA  
LVS TIVS  
QVANTAR  
ARSTIMA-  
TIONIS.  
gestum.] Ceterum quantæ æstimationis Sallustius iste apud eum esset, non tantum col-  
lata illi Galliarum præfectura declarat, sed & ipsiusmet Iuliani testificatione in epistola  
ad Orbasium satis perspectum habetur, cum ait: Vtinam dii Sallustium virum probum  
nobis concedant: ac si propterea successor nobis dabitur, nihil erit, ut spero, molestum.]  
hæc ipse. Porro creatus est Consul ipse Sallustius hoc anno, cum ageret Præfectum in Gal-  
lijs, vnde & scripsit ad Iulianum proficiscentem in Persas, eumque per litteras obtestatus  
est, ne expeditionem illam maturaret, nondum pace numinum exorata: quod & Ammia-  
nus testatur b.

Qui autem hoc anno Sallustium creauit Cõsulem Iulianus (idem inquit auctor c) Apro-  
niam Romæ decreuit esse Præfectum, Octavianum Proconulem Atriæ, Venusto Vi-  
cario commisit Hispanias; & Ruffinum Aradium Comitem Orientis in locum auunculi  
B sui Iuliani recens defuncti prouexit. Quibus, ut conuenerat, ordinatis, terrebatu omninè  
quodam, ut docuit exitus, præsentissimo. Felice enim largitionum Comite profluio san-  
guinis repente extincto, eumque Comite Iuliano secuto, vulgus publicos contuens titulos,  
Felice Iulianum Augustumq; pronuntiabat. Præcesserat illud sacrum. Namque Kalen-  
dis .pjis Ianuarijs, ascendente eo gradile Genij templi, è sacerdotum consortio quidam ce-  
teris diuturnior, nullo pulsante, repente concidit, animamq; in sperato casu efflauit: quod  
astantes (incertum per imperitiam, an adulandi cupiditate) memorabant Consulum senio-  
ri portendi, nimirum Sallustio: & ut apparuit, non ætati, sed potestati maiori interitum pro-  
pinquare monstrabatur.] his territamentis exagitatus Iulianus præsentem auspiciatus est  
annum, cruciatus mirum in modum ijs quibus intentus erat auspicijs.

C Super his (idem subdit Ammianus) alia quoque minora signa subinde, quod acciderat,  
ostendebant. Inter ipsa enim exordia præcinctus Partlici disponendi; nunciatum est,  
Constantinopolim terræ pulsu vibratam, quod horum perici minus lætum esse pronuncia-  
bant aliena peruadere molienti Reçtori. Ideoq; intemptiuo conatu desistere suadebant:  
ita demum hæc & similia contemni oportere firmantes, cum irruentibus armis externis;  
lex vna sit & perpetua, salutem omni ratione defendere, nihil renitente vi moris.

Sed quid his funestum est addidit? Ipsidem diebus, inquit, nunciatum est ei per litte-  
ras, Romæ super hoc bello libros Sibyllæ consultos (ut iusserat) Imperatorem eo anno dis-  
cedere à limitibus suis, aperto prohibuisse responso.] Sed ex quibus folijs Iuliano malum  
prænunciatum est; Apollinis ipius, ex quo omnis diuinitio hauriri solita, clades atq; ruina,  
& oraculorum Sibyllinorum futura, nisi mox fuisset occursum, conflagratio minime præ-  
D lis, noctu Palatini Apollinis templum, præfecturam regente Aproniano, in vrbe conflagra-  
uit æterna, vbi ni multiplex iuuisset auxilium, etiam Cumanæ carmina contumpserat ma-  
gnitudo flammæ.] Porro asseruari potuerunt ipsa oracula Sibyllina vsque ad Honorij  
Augusti Imperium, quando (ut suo loco dicturi sumus) auctore Stilicone igni tradita sunt.

Sed quæ ab Aproniano Urbis præfecto his temporibus ibidem gesta sunt, idem Am-  
mianus sic narrat d: Dum hæc in Oriente volubiles fatorum explicant soites; Apronia-  
nus regens urbem æternam, Iudex integer & seuerus, inter curarum præcipua, qui-  
bus hæc præfectura sæpe sollicitatur, id primum opera curabat enixa, ut veneficos,  
qui tunc crescebant, captos, postq; agitatae quæstiones, nocuisse quibusdam, apertissi-  
me confutatos, indicatis conscijs, morte mulctaret; atque ita paucorum discrimine, reli-  
quos, si qui laterent, formidine parium exturbaret. Hæc egisse ideo efficaciter, fertur,  
quod Iuliani promotus arbitrio agentis etiam tum per Syrias, in itinere vnum amiserat  
oculum: suspicatusque artibus se nefarijs appetitum, iusto quidem, sed inusitato dolore,  
hæc & alia magna quaritabar industria: vnde quibusdam atrox visus est: in amphithea-  
trali curriculo vndatim cocuente aliquoties plebe, causas dispiciens criminum maximo-  
rum. Deinde post huiusmodi vindicata complura, Hilarium aurigam conuictum atque  
confessum, vix dum pubescentem filium suum venefico tradidisse docendum secreto-  
ra quædam legibus interdicta, ut nullo conscio adminiculis inuaretur internis, capi-  
tali animaduersione damnauit. Qui, laxius retinente carnifice, subito lapsus, con-  
fugit ad ritus Christiani sacrarium: extractusque exinde illico, abscissa ceruice consum-  
ptus est. Verum hæc similiaque tum etiam ut coercenda mox cauebantur: & nulli  
vel admodum pauci in his versati flagitijs vigori publico insultarunt: sed tempore se-  
cuto

b Ammianus  
lib. 22.  
ide ibidem

OMNIA DE  
EVT RO IN  
FERITY IV-  
LIANI

CONFRA-  
G R A T I O  
APOLLINIS  
PALATINI

b Ammianus  
lib. 26.  
APRONIA-  
NI PRÆFE-  
CTI RESGE-  
STAE RO-  
MÆ.

c tacitebaur

curo longæua impunitas nutriuit immania, vsque eo grassante licentia, vt imitatus Hila-  
rium quidam Senator, seruumque suum modò non per syngrapham arcanis piacularibus  
imbucendum commississe doctore malarum artium confutatus, supplicium redimeret opi-  
ma mercede, vt crebrior fama vulgaret, &c.] hæc Ammianus de Aproniano in magos fa-  
uiente: quo titulo Præfectos agere in Christianos consueverunt ob inuidiam decori nomi-  
nis martyrij, satis superius dictum est: vt dubium minime sit, eam inquisitione magorum,  
accusantibus eo nomine Christianos ex more Gentilibus, ex eis quamplurimos causam di-  
tere itissos esse, atque diuersis pœnis affectos.

*Ammianus*  
lib. 23.  
IULIANVS  
RE TVTEN  
DVM CVRAT  
TEMP LVM  
HEROSO-  
LYMITA-  
NYM.

Huius quoque anni primordijs immensum Iuliani conatum de restituendo Hierosoly-  
morum templo, à Tito diruto, idem Ammianus describit his verbis: Licet accidentium  
varietatè sollicita mente præcipiens, multiplicatos expeditionis apparatus flagranti studio  
perurgeret: diligentia tamen vbique diffidens, Imperijque sui memoriam magnitudine  
operum gestiens propagare; ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum, quod  
post multa & internecina certamina obsidente Vespasiano; postea Tito, ægre est oppu-  
gnatum, instaurare sumptibus cogitabat immòdicis; negotiumque maturandum Alipio  
dederat Antiocheni, qui olim Britannias curauerat pro Præfectis. ] hæc quidem de causa  
iterum excitandi templi cum Ammianus recenset, haud veritatis scopum collimasse  
penitus visus est. Nec sanè studium erga Iudæos ad hoc ipsum Apostatam impulit, quo-  
rum doctrinam, patriamque religionem, æque ac Christianorum cultum editis (vt dice-  
mus) commentarijs exagitauit. Verùm illa causa potissima intercessit, vt sic aduersus Chri-  
stianam religionem veluti munitionem ædificans, ac Iudæos superexaltans, eam penitus  
sterneret.

IULIANVS  
IN CHRIS-  
TIANOS  
IMMITTIT  
IUDÆOS.  
*Ambros.*  
epist. 28.

Quanti enim esset momenti, tales in Christianos hostes immittere; quæ illi sponte ege-  
rant, relaxatis tantum ab ipso Iuliano licentiæ habentis, satis perspicuum specimen nuper  
dederant, cum acrius quam Gentiles ipsi sauisent in Christianos: quorum quidem im-  
manium scelerum exciderint licentia, quæ tamen S. Ambrosius paucis perstringit verbis  
ad Theodosium scribens, haud obscure significant, cum ait: At certè, si iure gentium  
agerem, dicerem quantas Ecclesiæ basilicas Iudæi tempore Imperij Iuliani incenderint:  
duas Damasce, quarum vna vix reparata est, sed Ecclesiæ non Synagoga impendijs, altera  
basilica informibus horret ruinis. Incensæ sunt basilicæ Gazis, Aescalone, Berythi, & illis fe-  
rè locis omnibus, & vindictam nemo quæsiuit. Incensa est basilica & Alexandriæ à Genti-  
libus, & à Iudæis, quæ sola præstabat ceteris. ] hæc Ambrosius. Porro Berythi ecclesiam in-  
censam fuisse à Magno Comite, Petrus Alexandrinus tradit.

*Apud Theod.*  
lib. 4. c. 20.  
*Chryf. hom.*  
44. in Nat. 11.

S. Iohannes Chrysofostomus hæc eadè tempora reuocat in mentem, dum de Iudæis agens  
sic ait: Nemo vestrum ignorat, memoria nostra, quando Iulianus, qui omnes homines  
impietate superauit, contra Christianos sauiret, quo modo plerique ex Iudæis Gentibus  
adhærebant, & cultum idolorum præferabant. Quare si aliquo modo modestius nunc de-  
gere videntur, formidine Principum id simulant: quæ si nulla esset, crudeliora quam antea  
vniquam facere auderent, cum omni prauitate atque malitia præcos nimium antecessant:  
maleficas artes atque magicas, petulantiam, audaciam, ceteraque vitia supra modum co-  
lentes, & quamuis tanto freno coercentur, se penumero tamen in Principes conspirarunt,  
& in extremas inde calamitates inciderunt. ] hæc Chrysofostomus: qui & in destructione  
templorum prodigia quædam magna accidisse testatur, licet ea (quod obiter illa tra-  
ctaret) quænam fuerint, minime recensuerit. Hac igitur vna ex causa Iulianus erga  
Iudæos, quos vt dijs Gentium aduersarios oderat, visus est aut videri voluit esse pro-  
pensior. Ad quos officij planam eiusmodi tunc dedit epistolam, quam Græcè scriptam,  
Latinè redditam hic describemus: meminit namque huius epistolæ Sozomenus, dum  
ait: Scripsit ad populum Iudaicum, vt pro se suoque regno preces funderent. ] epistola  
autem sic se habet:

*Chrysof. in*  
*Act. hom. 4.*

*Exstat inter*  
*epist. Iul. c. 5.*  
*Sozom. lib. 3.*  
*cap. 21.*

LITTERÆ  
IULIANI  
AD IUDÆOS.  
c. 5.

Iulianus Iudæorum Reipub. Superiora tempora non tam vobis ob seruitutem mo-  
lestia fuere, quam quod tabulis iniussu Principis emissis obnoxij essetis, immensumque au-  
rum in ærarium inferretis. Quam rem ego magna ex parte meis vidi oculis, tum multo  
magis ex ipsis tabellis, quæ contra vos asseruabantur, perspexi: quin & paratum iam ite-  
rum contra vos vectigal prohibui, & impietatem hanc detestabilem compressi, tabulasque  
incendi, quæ in meis scrinijs ad vos opprimendos custodiebantur: vt nemini liceat deinceps  
tantæ impietatis rumorem in vos spargere. Neque sanè harum iniuriarum causa  
Constantianus

A Constantio fratri, viro memorabili, potius tribuenda videatur, quam nonnullis omni-  
no barbaris, & mente impijs, qui eius mensa utebantur: quos ego manibus meis arre-  
ptos, atque in foueam coniectos perdiidi, vt ne memoria quidem vlla de eorum interitu  
apud nos supersit. Egdè vero cum longè maioribus beneficijs vos ornare vellem, fratrem  
Iulum Patriarcham omni obseruantia dignum hortatus sum, vt & tributum quod vo-  
bis imperatum dicebatur, prohibeat, & nemini in posterum liceat vectigalia eiusmodi à  
vobis exigere: quo summa vobis securitas & otium sit in meo regno, & maiori studio  
pro meo regno vota faciatis Deo optimo & opifici, qui mihi dignatus est suis purissimis  
manibus coronam imponere.

Solent namque qui sollicitudine aliqua premuntur, mente constringi, neque tam con-  
fidenter manum ad Deum orandum tollere. At qui cura penitus vacui sunt, tota men-  
te gaudent, & pro regno supplices manus ad Deum maximum porrigunt, in quo firum  
est, vt regnum nostrum in optimo statu versetur, sicut optamus. Id vos in primis curare  
atque contendere debetis: quo & ipse, bello Persico ex animi sententia gesto, sanctam vr-  
bem Hierusalem, quam multos iam annos habitata videre desideratis, meis laboribus  
refectam incolam, & vna vobiscum in ea optimo Deo gratias agam. ] hæc tenus epistola  
Iuliani, in qua videas hominem tamquam nouum Proteum nouam induere formam:  
Nam qui in omnibus ferè litteris suis non vnum Deum, sed plures inuocat, prædicat, &  
extollit, nunc quod sciat se cum Iudæis rem agere, quorum in vnus numinis cultu ver-  
setur religio, vnus tantum Dei optimi maximi habuit mentionem, vt penè videatur Iu-  
dæis factus esse Iudæus. Sed ad constructionem templi reuocem orationem, atque ex  
Ammiano primam peramus auctoritatem; non quidem quod Ethnici auctoris fides nos-  
trorum testificationi sit præferenda, illorum potissimum, qui his viuentes temporibus  
spectata sanctitate erant, sed vt etiam ex hostibus testatis his redditis, nulla vel hostibus  
possit dubitatio exoriri. Subdit igitur nuper recitatis hæc Ammianus: Cum itaque idem  
fortiter instaret Alipius, iuaretque prouinciæ Rector, metuendi globi flammaram prope  
fundamenta crebris assultibus erumpentes, fecere locum, exultis aliquoties operan-  
tibus, inaccessum. Hocque modo, elemento destinatus repellente, cessauit inceptum. ]  
hæc de his summatim Ammianus.

FALLAX  
IAC TAN-  
TIA IULIA-  
NI.

IULIANVS  
NO VVS  
PROTEVS.

*Ammianus*  
lib. 3.  
DE AEDIFI-  
CATIONE  
TEMP LIX  
CONATVS  
IULIANVS  
IN ANIS.

Sed videamus quæ his consentientia pluribus in locis scribit Iohannes Chrysofostomus:  
quod enim ipso puero hæc gesta sint, altioribus fixa radicibus eius memoriæ tenacius  
inhæserunt: factusque vir pro concione eadem crebrius, licet nota omnibus, in detestati-  
onem Iudæorum perfidias, Fidelium auribus inculcauit, nam inter alia aduersus Iudæos  
agens, hæc ait: Cum Iulianus, qui imperatores omnes superauit impietate, vocaret Iu-  
dæos ad sacrificandum idolis, & ad suam impietatem pertrahere conaretur: ac mox  
objicerent illi præcos culturæ ritum, dicentes: A nostris maioribus Deus hoc modo  
cultus est: etiam nolentes tum fatebantur hæc quæ nos nunc demonstrauimus, quod fas  
non esset extra ciuitatem immolare victimas: Sed totam, inquiebant, religionem vio-  
lant, quicumque sacrificant in terra aliena. Proinde si vis nos videre sacrificantes, red-  
de nobis ciuitatem, restitue templum, exhibe nobis sancta sanctorum, colloca aram; &  
sacrificabimus nunc, quemadmodum olim. Nec puduit sceleratos & effrontes hæc po-  
scere à viro impio, Paganoque, & impuras manus vocare ad extructionem sanctorum:  
nec intelligebant se conari impossibilia: neque perpendebant, quod si homo illa demo-  
litus esset, potuisset homo illis ea restituere: verùm cum Deus esset, qui ciuitatè illorum  
subuerterat, fieri nequaquam posse, vt quæ Deus decreuerat, vnquam verteret huma-  
na potentia. Nam quæ Deus sanctus, inquit, statuit, quis dissipabit? ac manum illius  
excelsam quis auertet? Sicut enim quæcumque ille stabilierit, volueritque manere, nul-  
lus homo potest demoliri; ita quæcumque destruxerit, volueritque manere diruta, nemo  
poterit instaurare. ] & paulo post:

*Iohannes Chryf.*  
*aduers. Iu-*  
*dæos orat. 2.*

Nihilominus ad omnia obsecrati, obsecrabant, ac supplicabant, vt cum ipsis suscipe-  
ret & aggredereur instauracionem templi. At is qui & pecunias impendit, & Præfectis  
dedit negotium, viros primates artifices vndiquaque accersi iussit, nihil non fecit, nihil  
non tentauit: paulatim ac sensim hoc agens, speransque futurum, vt si posset istos ad sa-  
crificandum inducere, facile illos reuocaret ad cultus simulacrorum. Simul & illud fore  
sperabat infanus ille ac vecors, vt Christi sententiam frustraretur, quæ non patitur tem-  
plum illud instaurari. Verùm is qui comprehendit sapientes in ipsorum astutia, prou-  
nus

TERRA EGRESSVS AEDIFICANTES PERTURBAT.

nus ipsis factis declarauit illi, quod Dei decretum omnibus est potentius, quodque valida sunt opera sermonum Dei. Nam simulatque tentassent hunc impium conatum, coepissentque nudare fundamenta, multamque terram exhaustissent, restaretque ut iam structuram aggredierentur, protinus ignis exiliens e fundamentis exussit multos, & intemperatam pertinaciam interrupit.

Hac ubi resciauit Imperator, quamquam tanta vesania deditus erat illi negotio; veritus tamen, ne ultra progressus, in suum ipsius caput ignem accerseret, destitit, extinctus cum tota gente. Et nunc si redeas Hierosolymam, conspicies nuda fundamenta. Quod si causam quaeras, haud aliam, quam hanc, audies. Huius rei nos omnes testes sumus. Nostra enim aetate haec, non ita pridem acciderunt. Iam considera victoriam insignem. Non hoc accidit sub pijs Caesaribus: ne quid dicere possint, quod Christiani superuenientes opus perfici vetuerunt: sed tum cum res nostrae afflictae, cum omnes de vita periclitaremur, cum omnis libertas esset sublata, cum floreret Paganismus; cum Fideles alij quidem in aedibus suis latitabant, alij vero in solitudines demigrarant, forasque fugerant, tum demum haec acciderunt: ne qua istis vel impudens reliqua fieret occasio tergiversandi. Etiam ne adhuc dubitas, Iudae, cum perspicias, & ex Christi praedicatione, & ex prophetarum vaticiniis, & ex ipsarum rerum demonstratione, testimonium aduersus te confirmatum? &c.] haec ibi Chrysostomus: eadem quoque habet in oratione aduersus Gentiles: quippe prodigium illud aded patens ingenisque fuit, ut nisi obstinata pertinacia obstitisset, potentissimum censeretur non ad Iudaeos ratum, quorum causa praecipue ea diuinitus agi videbantur, sed & Gentiles ad Christianam fidem pertrahendos. Porro ea oratione aduersus Gentiles, se haec scripsisse testatur, non amplius quam anno vigesimo ab his temporibus Iuliani. Inculcat eadem ipse in commentariis in Matthaeum, necnon & homiliis in Acta Apostolorum.

Chrysost. in Matth. hom. 4.

Chrysost. in Acta Apostol. hom. 41.

Greg. Naz. orat. 2. in Iud.

At multa alia tunc contigere portenta, quae hoc ipso anno, quo acciderunt, S. Gregorius Nazianzenus luculenta illa profecutus est oratione, quam, mox ut Iulianus numine vlciscente extinctus est, scripsit, eaque posteris in haec verba tradidit: Cum autem per omnia alia grassatus, atque omne genus tyrannidis in nos, & crudelitatis ut leue & abiectum aspernatus esset (neque enim vlla vquam natura ad malorum inuentionem excogitationemque illius natura vberior ingeniosiorque extitit) ad extremum Iudaeorum quoque nationem in nos immisit; tum veteri eorum leuitate, tum antiquo nostri odio ipsorum peccatoribus iniusto, ad id quod moliebatur, perficiendum, adiutoribus usus: fatale nimirum ipsis ex eorum libris & arcanis esse affirmans, in patriam redire, ac templum instaurare, patriarumque rituum vigorem reintegrare, ac beneuolentiae specie consilium celans. Postquam autem haec in animum induxit, ipsisque persuasit (facile enim in imposturam facit, quod delectat) tum vero illi ad templi extruentionem se comparare, atque in id opus, & manu multa, & animi alacritate, laboreque incumbere. Illud quidem narrant, qui eorum facta laudibus, & admiratione profequuntur: vxores quoque ipsorum non modo matronalem omnem mundum, corporisque ornatum prompto animo detraxisse, atque in operis strueturam, laborantiumque opem contulisse; verum eo quoque animo fuisse, ut terram sinu effequentes, ac nec vestibus praclaris & sumptuosis, nec teneris membris percentes, pietatis officio sese fungi existimarent, omniaque hoc conatu inferiora ducerent.

PRODIGIA IMMENSA IN AEDIFICATIO NE TEMPLI.

Vt vero à saeuo turbine ac repentino aestuantis terrae tremore compulsi, ad propinquum quoddam templum perrexerunt, partim orationis causa, partim (ut in huiusmodi rebus accidere solet) eo quod offerebatur, ad periculi propulationem vtenes, partim cum tumultu abrepti, atque incitato cursu sese mutuo protrudentes: sunt qui ne à templo quidem eos admissos fuisse, commemorant, sed cum ad apertas fores accessissent, repente easdem clausas, pessuloque obductas offendisse, potentia quadam obscura & inuisibili, quae ad impiorum terrorem, piorumque confirmationem, huiusmodi prodigia designat. Hoc vero vno iam ore omnes referunt, ac pro certo habent, quod eos per vim obnoxiamque contentionem ingressum sibi aperire conantes, ignis e templo occurrens inhibuit, eosque partim exussit & absumpsit) ut simile quiddam ipsis acciderit, quod Sodomitis, aut etiam Nadab & Abiud nouo atque alieno more thura adolentibus ac periclitantibus) partim insignioribus corporis partibus demutilatos, vitam columnam diuinam aduersus sceleratos comminationis indignationisque testem, reliquit. Atque hoc quidem in hunc modum se habuit: nec fidem deroget quisquam, nisi

Genes. 19. Num. 16.

nisi qui eadem ratione aliis quoque Dei miraculis nullam fidem habendam putet.

Quod autem hoc etiam mirabilius clariusque fuit: lux in caelo sterit, Crucem in orbem describens, ac nomen illud & figura, quae in terra prius impiis contemptui fuerat, in caelo nunc omnibus aequè ostenditur, Deoque victoriae de impijs relatae trophaeum efficitur trophaeo omni sublimius & praclarior. Ad haec porro quid dicturi sunt huius saeculi sapientes, suaeque magnifice praedicantes, qui profundas promissasque barbas ferunt, & elegans illud pallium circumferunt: at post alia in eos dicta, haec subdit: At caeli quidem & terrae haec ostenta fuerunt: ceterum homo huiusmodi tempore nihil portendit, nec passionis Christi signis sanctificatus est? Proferant nunc quoque vestes suas, qui huius miraculi spectatores & discipuli extiterunt; illas, inquam, Crucis notis tunc consignatas: simul enim atque quisquam haec commemorabat (siue nostrae doctrinae esset, siue à religione nostra abhorreret) aut commemorantes audiebat, statim hoc miraculum in se ipso experiebatur, vel in proximo fieri perspiciebat, stellatus nimirum ipse, notisque distinctus, vel illum talem in vestimentis intuens, omnem textorij artificij elegantiam, ambitioseque elaboratam picturam varietate superantem. Quae res spectantium animis tantum terroris iniecit, ut omnes ferme quasi ex signo vno atque vna voce Christianorum Deum inuocarent, eumque multis laudibus precibusque placare studerent: multi etiam non in longius rem extrahentes, sed eodem ipso tempore, quo haec acciderunt, ad sacerdotis nostros accurrentes, multumque obsecrantes, & obtestantes in Ecclesiam admitterentur, sublimioribusque mysterijs imbuerentur, sacro baptismate purificati, ac timoris beneficio adiuti, vilitatemque consecuti. Ac de his quidem rebus haecenus.] hucusque Gregorius.

CRUCIS SIGNVM IN CAELO EX IN VENTIBVS.

Ruffinus vero, qui & hoc saeculo vixit, & Hierosolymis diu versatus eadem ab accolis nouisse potuit, haec addit: Porticus quoque publica, in quibus Iudaeorum multitudo, quae operi videbatur insistere, commanebat, ad solum deductae, nempe ex ingruentii terrae motu, omnes Iudaeos, qui reperti sunt, oppressere. Luce vero orta, cum se mala crederent effugisse, ad requirendos eos qui oppressi fuerant, reliqua multitudo concurrat. Aedes erat quaedam in inferioribus templi demersa, habens aditum inter duas porticus, quae fuerant complatae, in qua ferramenta aliaque operi necessaria seruabantur: e qua subito globus quidam ignis emicuit, & per medium plateae percurrrens, adustis & exanimatis qui aderant Iudaeis; vitro citroque ferebatur. Hoc iterum saepiusque & frequentissimè per totam illam diem repetens, pertinacis populi temeritatem flammis vltimicibus coercebat. Cum interim pauore ingenti & trepidatione, omnes qui aderant, deterriti, solum verum Deum Iesum Christum confiteri cogebantur inuicti. Et ne haec casu fieri crederentur, in sequenti nocte vestimentis omnium signaculum Crucis ita euident apparuit, ut etiam qui diluere pro sui infidelitate voluissent, nullo genere valerent abolere. Sic deterriti Iudaei, atque Gentiles, locum simul & inaniter coeptra reliquere.] haec Ruffinus.

Ruffin. lib. 1. cap. 38. 39. PORTICVS DIRVTAE EX TERRAE MOTV.

Quod autem spectat ad ferramenta, de illis Theodoretus sic ait: Ferunt autem, Iudaeos ligones ex materia argentea, palas etiam & sportas confecisse.] quae omnia quo modo conflagrarint, sic addit Socrates: Itaque cum adessent plurimi, aliud prodigium contigit. Ignis namque caelitus demissus omnia opificum instrumenta absumpsit. Etenim licebat videre malleos, scalpra, ferras, secures, ascias, denique omnia, quae opifices habebant, ad opus perficiendum idonea, flammam incendio vastata: totum diem ignis ista depastus est. Iudaei igitur grauissimo timore percussi, etiam inuicti Christum Deum confessi sunt, non tamen eius voluntati gesserunt morem, sed opinione Iudaismi mentibus antecepta omnino tenebantur astricti.] haec ipse: qui & subdit quae dicta sunt de notatis signo Crucis inuisibili Dei virtute vestimentis. At non tantum terrae motu & igne exturbatum diuinitus fuisse opus, sed vehementi ventorum vi oborta materiam praeparatam esse disiectam, Theodoretus affirmat, dum addit: Verum postquam infinitos calcis & gypsi modios in vnum congesserant, ex improviso ventos vehementes coepisse spirare, turbines ingruere, tempestates ac procellae oriri, quae totam illam materiam penitus dissipauerunt.]

Theod. lib. 3. cap. 17.

Socrat. lib. 3. cap. 17.

Addunt his Ruffinus ac Socrates, dum haec agere cum Iulianus tum Iudaei aggredierentur, Cyrillum Hierosolymorum Episcopum, qui ab exilio in patriam remeauerat, diuinam praedictionis illius firmitate confutum, quae apud Daniele legitur: Usque ad con-

IUDAEI TANDEM RESIPISCENT.

Daniel. 9.



summationem & in finem perseverabit desolatio.] sed & verborum Christi roboratum A constantia, quibus dixerat<sup>a</sup>, non mansurum in templo lapidem super lapidem: spe erectum rem tacitum spectasse, finemque magna fiducia praestolatum esse: quem, qualis futurus esset, ex utrisque optime perceptis diuinis oraculis intellexerat: dum tot prodigiis ingruentibus coeptum opus fuit penitus desitutum: sed & quod desiderari posse videbatur in Christi vaticinio, non relinquendum lapidem super lapidem, istud ipsum in fundamentis etiam spectauit impletum, muris iam, qui super terram fuerant, subuersis à Tito, conspexit inquam impletum, cum admiranda quadam terrae concussione & excussione reuulsa sunt & foras emissa templi vetera fundamenta; vt sic nec in fundamentis relictus esset lapis super lapidem. hanc Ruffinus<sup>b</sup>, & Socrates<sup>c</sup>. Tradit quoque S. Hieronymus, aliquos esse interpretatos alium Danielis locum, quo dicitur<sup>d</sup>: Cumque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter] esse intelligendum de statu Iudaeorum sub Iuliano, quo visi sunt Iudaei subleuari auxilio paruulo, fauente eis mirum in modum eodem Imperatore: cum scilicet (quod subditur) applicati sunt eis plurimi fraudulenter, cum nimirum Gentiles visi sunt, iubente Iuliano, causam agere Iudaeorum; sed fraudulenter profecto, cum haud esset in Imperatoris animo exaltatio Iudaeorum, sed per eos procurata depressio Christianorum. Hanc quidem mirifice respondere videntur Prophetæ sententiæ, licet (vt idem S. Hieronymus ait<sup>e</sup>) diuersi habeantur verborum illorum sensus & interpretationes.

At licet perfidia Iudaeorum tot conuicta prodigiis, minimè (vt par erat) penitus cederet: complures tamen, quorum mens obstinationis prauitate haud omnino erat infecta, dedere manus, Christi que gloriam confessi, eiusdem fidem sunt auidè consecrati: de quibus Sozomenus<sup>f</sup>, rem egregie testatam relinquens eorum testificatione, qui tam horrendo spectaculo praesentes fuerunt: Quo factum est, inquit, vt alij eorum Christum Deum esse existimarent, iniquoque animo tulerint, quod templum de integro aedificare constituerant: alij paulò post ad Ecclesiam se transferrent, initiarentur mysteriis, hymnis & precibus Christum pro suis improbe factis placarent. Istis rebus si quis fidem minimè adhibendam putaret, sit persuasus saltem ab iis qui eas ab eorum spectatoribus acceperunt, quique adhuc in hac vita manent: sit etiam persuasus cum à Iudæis ipsis, tum à Gentilibus, qui opus inchoatum reliquerunt, immò verò ne inchoare quidem potuerunt.] haec tenus Sozomenus. At tandem vt his apponamus coronidem, quæ tradit<sup>g</sup> Orosius superioribus adnectamus, qui ait, Iulianum ex congesta ad extruendum angustissimum templum materia (postquam impossibile visum est nisi aduersus Deum velle) præcepisse aedificari theatrum, in quo reuersus è Perfide, Episcopos, monachos, ceterosque D eius loci accolas Christianos traderet bestiis laniandos. Quod autem Nicephorus<sup>h</sup> his omnibus addit, sacrosanctum Dei Euangelium secundum Ioannem repertum esse in specu deorsum, cum fundamentum templi iaceretur: quoniam recentioris auctoris rei tantæ assertio nulla fulcitur antiquorum fide; reiicimus totum id lectoris arbitrio, accipiendum putet, nec ne: habet locum in margine notatum, quem consular, atque diiudicet: nos verò omittimus hic referre, ne certa veraque omni que fide testata, his iuncta quæ haud adeò firma atque sincera videntur, in discrimen adduci possint. Ad postremum, ne quid de rebus sub Iuliano Hierosolymis gestis relinquamus intactum: ibidem hoc tempore passus legitur in tabulis Ecclesiasticis Cyriacus Episcopus (cuius autem ciuitatis Præsul fuerit, ignoratur) qui ex more sancta inuisens loca, vrgente persecutione peremptus est: cuius natalem diem quarto Nonas Maij reddunt annis singulis rediuuium Ecclesiasticæ tabulæ.

Sed reliquum iam est, vt quæ ad Persicam expeditionem, quam diu Iulianus meditatus fuerat, pertinent, prosequamur. Verum prius meminisse oportet eiusdem rescripti<sup>i</sup>, quod mense Februarij hoc anno ad populum dedit, de non violandis sepulchris, neque effereendis interdium, quod Christiani facere solerent, cadaueribus defunctorum: ideo enim Christianos ab his cohibuisse voluit, quod illi (vt diximus) haud paterentur in suis ipsorum agris permanere amplius loca religiosa diis manibus consecrata, lapidesve maiorum suorum eadem Gentilitia inscriptione notatos, sed reuellerent illos, locaque ipsa refo-diendo atque culturæ reddendo facerent fructuosa. Sic autem illud se habet:

Pergit audacia ad busta diem functorum & aggres consecratos: cum & lapidem hinc mouere, terram sollicitare, & cæspitem vellere proximum, sacrilegio maiores semper habue-

<sup>a</sup> Matt. 24  
SACRA  
ORACULA  
MANERE  
INGRONGV-  
EAA

<sup>b</sup> Ruffin. lib.  
1. cap. 18. 3.  
<sup>c</sup> Socrat. lib.  
3. cap. 17.  
<sup>d</sup> Daniel. 11

<sup>e</sup> Hieron. in  
Daniel lib. 1.  
cap. 11.

I V D A E O -  
R V M P L V -  
R E S A D F -  
D E M C O N -  
V E R S I .  
<sup>f</sup> Sozom. lib.  
5. c. p. ult.

<sup>g</sup> Orosius lib.  
7. cap. 10.

<sup>h</sup> Niceph. lib.  
10. cap. 33.

<sup>i</sup> 1. c. de se-  
pulch. violat.  
C. Theo.  
LEX I V L I A -  
N I D E S E -  
P V L C H R I S -  
T I F V N E R I -  
B V S .

A habuerint. Sed ornamenta quidem tricliniis aut porticibus auferunt de sepulchris. Qui- bus primis consulentes, ne in piaculum incidant, contaminata religione bustorum, hoc fieri prohibemus, pœna manium vindice cohibentes. Secundum illud est, quod offerri cognouimus cadauera mortuorum per confertam populi frequentiam; & per maximam insipientium densitatem: quod quidem oculos hominum infaustis incelsat aspectibus. Qui enim dies est bene auspicatus à funere? aut quo modo ad deos & templa venietur? Ideoque quoniam & dolor in exequis secretum amat: & diem functis nihil interest, vtrum per noctes an dies efferantur: liberari conuenit populi totius aspectus: vt dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur. Dar. prid. Id. Februarij, Antiochiae, Iuliano quarum & Sallustio Coss. ] hanc quidem ipse. Quod autem spectat ad primum caput rescripti, lege sanè duodecim tabularum id ita cautum erat<sup>a</sup>: Deorum manium iura sancta sunt. Sed de efferendo mortuo diei tempore, nequaquam vetitum legimus iure antiquo, neque prohiberi adire templa, qui mortuos effererint: immo, quod ex Fabio Pictore Gellius tradit<sup>b</sup>, mortuum quidem attingere vetitum esse Flamini Diali, finus autem profecti nequaquam. Sed hanc idcirco Iulianus, quod malum omen habere- tur proficiscenti ad bellum, in cadauer incidere, vt de Costantio superius Ammianus tradit<sup>c</sup>, aliisque de aliis: cum alioqui ipse Iulianus expeditionem parans, compluribus aduersis ominibus fuerit perterrefactus, vt paulo post dicemus.

Acturi igitur de expeditione Persica, ea primum hic describamus, quæ sic tradit Gregorius Nazianzenus<sup>d</sup>: Vt enim Christianorum res ex animi sui sententia se habere existimauit; atque ex his quæ iam consecerat, in eam spem adductus est, nihil esse, quod modo vellet, superare & expugnare non posset: ac præterea prosperi cuiusdam aduersus Occiduos barbaros bellici successus occasionem rapiens, hoc vnum consilium capit prudentissimum simul & humanissimum: duplicem enim inde exercitum mouit, alterum militum, alterum dæmonum, à quibus ducebatur, & in quibus maior ipsi fiducia sita erat. ] hanc Gregorius. At quod spectat ad exercitum militum; sexaginta quinque millia armatorum delectu habito esse numerata, Zosimus tradit<sup>e</sup>. Sed quod ad exercitum dæmonum pertinet, illud planè Gregorius significasse videtur, quod à Theodoro sic describitur<sup>f</sup>: Antequam arma sumeret, misit nuncios ad Delphos, ad Delum, ac Dodonem (famossissima hæc idola erant) ad alia denique oraculorum loca, sciscitatum vates, vtrum ei bellum gerendum sit. Illi autem bellum suscipere iubent, pollicenturque victoriam. Vnum verò ex oraculis, quo eorum mendacia perspicue coarguantur, hoc loco citabo, quod ita se habet:

D *Ibimus in Theren, superi, victoria certa est.  
Mars ego ductor ero, diuum inuictissimus armis.*

Quemadmodum his, qui Apollinem deum disertum, & Musarum principem vocant, ridiculos istorum carminum numeros lepide vt irrideant licet: sic ego, comperto huius dei mendacio, vicem Iuliani in errorem inducti merito deplorare possum. Ille deus Tigrium, Theren fluiuium nuncupauit, propterea quod est *Therion*, id est, bestia eo nomine appellata. Hic fluiuius è montibus Armeniae erumpens, labitur in Assyriam, & tandem in sinum Persicum influit. His igitur oraculis deceptus miser somniabat victoriam, & post Persicum bellum Galilæos adoriri cogitabat. ] His accedebant (quod ait Socrates<sup>g</sup>) promissiones Maximi philosophi, pollicentis victoriam non minorem, quam Alexander olim obtinisset. Iusto planè Dei iudicio deceptus est Iulianus ab eo, qui illum à Christiana religione in Ethnicismi impietatem abduxerat, vt qui ipsi fuerat tanti sceleris auctor, idem esset & ad supplicium, quod merebatur, impulsor.

Sed & falsis hisce vaticiniis eo amentia progressus est, vt putaret ex Pythagoræ animarum transmigratione, Alexandri Magni animam in se transmigrasse, seque in altero corpore eundem Alexandrum existere. At verò quibus aliis in via deceptus oraculis fuerit, suo loco dicemus. Sic igitur Iulianus (quod quæ cupit homo, ea magis vera esse putat) his oraculis plenissimam fidem præstans, contempsit alia, quæ ab his diuersa aliunde efferebantur; nempe (vt dictum est) Roma ex inspectione librorum Sybillinorum, & ex Galliis missa epistola à Sallustio Galliarum Præfecto, huius anni Consule ordinario. Ex quibus planè Iulianus, si ipse sibi constans fuisset, falsitatem pariter suorum deorum intel- ligere potuisset: nam cum nonnisi vna veritas esse possit, eaque ex Deo, quæ huic aduersa pronuntiarentur, ex prauo dæmone mendaciorum coccinatore manasse, asserere necesse

PROHIBET  
IULIANVS,  
NE CHRIS-  
TIANORVM  
EXEQUIAE  
INTERDIV-  
AGANTVR.

<sup>a</sup> Cic. de legib.  
lib. 2.

<sup>b</sup> Coll. lib. 10.  
cap. 15.

<sup>c</sup> Ammianus  
lib. 21.

<sup>d</sup> Greg. Naz.  
orat. 2. in Iul.  
APPARATVS  
I V L I A N I  
AD BELLVM  
PERSICVM.

<sup>e</sup> Zosim. lib. 3.

<sup>f</sup> Theod. lib. 3.  
cap. 18.

ORACVLA  
FALSA  
I V L I A N O  
R E S P O N -  
D E N T .

<sup>g</sup> Socrat. lib.  
3. cap. 18.

I V L I A N V S  
A L T E R C R I -  
D I V O L V I T  
A L E X A N -  
D R I .

fuit. Sic igitur lymphata mente, neque (quod quisque prudens superstitionis cultor considerare debuisset) insanus homo animaduertit, quibus ab ea expeditione auocaretur prodigiis, quæ Ammianus recenset. At quosnam secum ducendos delegit sibi, parans expeditionem, socios? Audi, ex Asia Maximum, & Priscum è Græcia, accersitos magorum præstantissimos, quos alij sunt subsecuti, quorum societate plurimum confidebat, de quibus sic Eunapius Sardinus<sup>a</sup>: Ipse interim Iulianus ad Persicum bellum copias comparabat: quem sequentibus Prisco, Maximoque alij nonnulli comites expeditionis se adiunxerunt, numerum explentes, turba videlicet hominum, qui suas virtutes stultè prædicabant, & valdè superbiebant ob dictum Imperatoris gloriantis se tales viros esse nactum. ] putabat infelix horum magis diuinum numen ad sua vota propitium reddendum fore, & quantumlibet renitens inflectendum.

<sup>a</sup> Eunap. in Vir. Philosoph.

IULIANVS QVID VOVRIT DIIS PROVICRIA CONSEQVENDA. <sup>b</sup> Chryf. aduers. Gent.

<sup>c</sup> Greg. Naz. orat. 2. in Iul.

<sup>d</sup> Theod. lib. 3. cap. 18.

<sup>e</sup> Greg. Naz. orat. 2. in Iul.

Sed & inde etiam summam sibi fiduciam comparauit, nempe ex votis, quæ nemo vquam antea, ipse verò tunc diis nuncupauit: quorum erat illud primum, se Christianos homines diis immolaturum, cum de Persis victor rediisset. id quidem S. Hieronymus testatur in Chronico. Hoc namque est quod de eo S. Ioannes Chryostomus ait his verbis<sup>b</sup>: Contra Persas bellum suscepturus, tanto cum fastu cum discessisset, ac si omnem barbarorum gentem delecturus esset: identidem nobis comminabatur, cum diceret, omnes se post suum à Persis reditum funditus perditurum: Hoc enim bellum sibi esse Persico grauius: atque adeo oportere, minore illo confecto, tunc demum ad id quod maius foret, descendere. Et hæc quidem nobis annunciabant qui illi à consiliis erant. ] At de eiusmodi quoque adeò scelerata & impia voti nuncupatione hæc S. Gregorius Nazianzenus<sup>c</sup>: Porro vota victima quàm magna, quàmque eximia? O Christe & Verbum, & passionis impassibilis totiusque Orbis mysterium! Vniuersam Christianorum gentem daemonibus sistere, si propositi compos existeret. ] hæc ipse. Iam verò (vt ex Orolio diximus) ad Christianorum eadem theatrum Hierosolymis ædificari iusserat, vt ibi esset ipsorum carnificina, vnde religio eiusmodi videretur esse progressa. Ad hæc insuper Theodoretus<sup>d</sup>: Oraculorum commentis fidem adhibens minabatur se in ecclesiis Christianorum lasciuæ deæ simulacrum collocaturum. ] Hæc scientes Christiani (vt ait Gregorius Nazianzenus<sup>e</sup>) omnibus humanis auxiliis destituti, Deum, in quem tantum vnica spes collocata erat, assiduis precibus interpellabant, vigiliis atque ieiuniis, aliisque pietatis officiis vrgebant importunè, vt destinato neci omni populo Christiano, Christianaque religioni funditus eruendæ, quàm citissimè suppetias ferret: nec destiterunt, quousque Deus eos audiuit. quo autem modo id factum sit, dicemus suo loco.

Sed & præter vota à Iuliano priuatim emissa, alia quoque publica accessere: quibus D Gentiles cum deos pro Iuliano sollicitarent, diis in primis Ægyptiis, qui ab eodem Imperatore impensius colerentur, vota publica nuncupasse, antiqua numismata superius excussa suisque imaginibus expressa declarant, notata publicorum inscriptione votorum. Quibus addimus formas antiqui numismatis, hic vt vides expressas, de nuncupatis Isidi nutrici votis, ne exercitui deforet annona.

<sup>f</sup> Estabat Roma apud Horatium Tigrium de M. iis.



Quam intueris feminam, infantem in sinu tenentem, Isidem esse scito, quæ ab antiquis appellata reperitur Ἰσις, id est, nutrix, itemque *παιδεύη*, hoc est, susceptrix, quod (vt ex Platone Plutarchus in Iside recitat) eadem dea totius humani generis videretur esse susceptrix & nutrix; quippe quod pro Iside terram ab Ægyptiis accipi, idem Plutarchus affirmet. Sed & ex diademate capitis, Isidem esse, Ægyptiacarum rerum periti facis intelligunt.

telligent. Hæc idcirco ingerimus, quòd sciamus quemdam rei antiquariæ visum sibi peritum, ex effigierum similitudine fabulam concinnasse, iactasseque illam sanctissimæ Dei genitricis Mariæ esse imaginem, cui pro Iuliani salutè, cum in Occidente se fingeret Christianum, fuerint à Fidelibus vota publica nuncupata. Sed totum hoc sic compositum etu-nescèt commentum, dum exhibemus hic tibi Hadriani Imp. numisma eandem à tergo imaginem præferens: cum nihil profus sit, quod vel leue saltem Christianitatis signum in eodem Imperatore efformatum possit intelligi. absit enim, vt Christianam religionem velimus mendaciorum pigmentis illustrari.



<sup>a</sup> Estat apud Lat. Pasquale Rom. num. aur.

Sed ad Iulianum redeamus: qui hisce tum publicis tum priuatis votis propensius nuncupatis, eo fiducia elatus est & spe erectus, vt certam sibi à diis victoriam affore firmiter credens, hominum spreuerit adiuuamen: siquidem auxiliares copias, quas sociorum Legati Antiochiam venientes pollicebantur, ipse sibi ex diis satis superque virium esse putans, contempsit. id quidem Ammianus testatur, cum ait<sup>b</sup>:

Inter hæc tamen, cum scilicet Antiochia pararetur expeditio, legationes gentium plurimarum, auxilia pollicentium, liberaliter susceptæ remittebantur: speciosa fiducia Principe respondente, nequaquam decere aduentitii adiuuentis rem vindicari Romanâ, cuius opibus fouere conueniret amicos & socios, si auxilium eos adegerit necessitas implorare.

Solum Arsacem monuerat Armeniæ Regem, vt collectis copiis validis, iubenda opperiretur. ] at de litteris ad Arsacem, paulo post. Hinc iure Gregorius Nazianzenus in auspiciando bello Persico Iuliani fugillat temeritatem his verbis<sup>c</sup>: Aduersus Persas expeditionem suscepit præcipiti temeritate potius, quàm virium firmitate certitudineque subnixus:

D ac ne illud quidem perspiciens vir sapientissimus, præsumptionem & audaciam, licet nominum sono cohæreant, potentia tamen plurimum inter se distinctas esse. Etenim in his rebus quas audacter aggredi conuenit, perfidentem animum præstare, magnanimitatis est: quemadmodum contra, languere, ac periculum detrectare, seruilis ignauitæ. At vbi plus periculi imminet; tum verò pedem conferre, seque in discrimen obtrudere, non autem retinere, temeritati ducendum est: quemadmodum è contrario, cedere, cautioni & prudentiæ. Nec eodem loco & numero ponenda sunt, ea quæ adsunt, tueri & conseruare; & eorum quæ non habeas aliquid adipisci. Illius enim præcipua & primaria ratio cordatis viris habenda est: hoc verò, si quidem tutè & facile liceat, amplectendum: sin autem in contrarium cedat, contemnendum.

E Qui verò vt aliquid spe atque animo conceptum assequatur, fortunarum suarum periculo dimicat, in magna stulticia versatur, mihi que malo pugili non dissimilis esse videtur artem suam, priusquam gradum rectè fixerit, præferenti, aut gubernatori, effracta naue sua, nec ad nauigandum commodè instructa nauem hostilem deprimenti, aut certè deprimerè conanti. Quorum ille nihil (vt mihi videtur) reputans, inconsultè ea quæ animo decreuerat, aggreditur, rebus Romanis adhuc exulceratis, maleque præsertim ob excitatam persecutionem affectis, alienam regionem cogitans, ac Salmoneum quemdam nobis referens è corio obtonantem, Traianoque illos & Hadrianos sibi proponens, quorum non minus cautio, quam animi magnitudo admirationi esse solebat. At ei nec Caruillus in mentem veniebat, nec Valeriani, qui impetus inconsulti pœnas dederunt (ne, quemadmodum tragicus ait, fortunam exprobrem) in Persarum finibus, in medio felicitatis cursu oppressi atque extincti. Verùm hæc ipsius animo insidebant, totiusque in eam expeditionem ferebatur, omnem diuinationis & præstigiatarum, dicendorumque & tacendorum

<sup>b</sup> Ammianus lib. 23.

TEMERITAS IULIANI IN AUSPICANDO BELLO PERSICO. <sup>c</sup> Greg. Naz. orat. 2. in Iul.

adorum sacrificiorum imposturam inuehens, vt tota breui deleteretur.] haecenus Gregorius, egregie sanè de eius in suscipiendo bello Persico temeritate philosophatus.

Quales autem fuerint Iuliani litterae illae ad Arsacem Armeniae Regem, Christianum quidem hominem, quibus eum monuisse Ammianus ait: licet ipsae non extant, Sozomenus tamen de illis agens, sic meminit: Porro litteras ad Arsacem Regem Armeniae & Romanorum socium scripsit, vt in hac expeditione subsidio sibi veniret. quibus quidem in litteris de se extra modum gloriose praedicare, se vt valde ad Imperium gerendum idoneum insolenter extollere, & vt amicum illis, quos ipse pro diis habuit, arroganter efferre: Constantium autem, cui successerat, velut ignauium & impium lacerare. Ipsi denique Arsaci verbis admodum contumeliosis imitari non veritus est. Et quoniam eum Christianum esse acceperat: quo sitam in eum augeter contumeliam, etiam nefandas in Christum blasphemias loqui (istud enim nusquam non audacter facere consueuerat) cum superba quadam iactatione contendit. Cui etiam significauit, Deum, quem coleret, nequaquam eum defensurum, si imperata negligeret.] haec Sozomenus de Iuliani litteris ad Arsacem.

Sozom. lib. 6. cap. 1. IULIANVS QUID IN ARSACEM REGEM ARMENIAE.

IULIANVS RECEDIT ANTI OCHIA. Socrat. lib. 3. cap. 18. Ammianus lib. 23. Zosim. lib. 3.

Ammianus lib. 23.

Zosim. lib. 1. IULIANVS ITER. Ammianus lib. 23. \*Indeuicibile

Iulian. epist.

IULIANVS RES GESTAS.

Quod verò ad tempus profectiois pertinet: qui temeritatis agebatur impetu, adhuc hyberno tempore, vere non expectato, Antiochia recessisse, Socrates tradit, quod diceret hyemis frigoris impatientissimos Persas esse. Ceterum Ammianus auctor est, ipsum Iulianum tertio Nonas Martias (haec enim est verior lectio) Antiochia digressum, Hierapolim solitis itineribus peruenisse. Et Zosimus: Hyeme, inquit, exacta, collecto exercitu, eoque decenti ordine praemisso, egressus est Antiochia, cum ne perlitare quidem potuisset. id autem quo pacto acciderit, quamuis cognitum habeam, silentio praeterire malo.] haec ipse. Sed quatenam (rogo eum) vel vnde eiusmodi causa silentij? Num quia caelitus exustum fuerat templum Daphnes, & Apollinis simulacrum combustum, vbi ipse hecatombas consueuerat immolare: sed hoc siluit, ne causam conflagrationis pariter promere cogeret. Quamobrem ipse plurimum (vt dictum est) infensus Antiochenis, durum illis & immanem reliquit Praesidem, qui eos regeret, de quo Ammianus: Ipse autem Antiochia egressus, Heliopolitem quemdam Alexandrum Syriacae iurisdictioni praefecit turbulentum & saeuum: dicebatque non illum meruisse, sed Antiochenis auaritia & contumeliosis huiusmodi Iudicem conuenire. Cumque eum profectum deduceret multitudo promiscua, itum felicem, reditumque gloriosum exoptans, orantisque vt deinde placabilis esset & lenior (nondum ira, quam ex compellationibus & probris conceperat, emollita) loquebatur asperius, se eos asserens postea non visurum. Disposuisse enim aiebat, hyemandi gratia, per copendiarum viam, consummato procinctu, Tarsum Ciliciae reuersurum, scripsisseque ad Memorium Praesidem, vt in eadem vrbe cuncta sibi congrua pararentur. Et hoc haud diu postea contigit. Corpus namque eius illuc relatum exequiarum humili pompa in suburbano sepultum est, vt ipse mandauerat.]

Profectus igitur Antiochia quinque dierum spatio (vt ait Zosimus) Hierapolim peruenit, vbi triduo tantum comoratus est: vnde postea Batnas versus, oppidulum quoddam Osdroenae, progressus est. Eadem Ammianus, qui addit: Ibi que illacabile portetum offendit. Cum enim calorum frequens multitudo ad suscipiendum consuetum pabulum prope aceruū palcarum stetit impendio celsum (hoc enim modo per regiones illas tales species construuntur) rapietibus multis, quassata cogeries inclinata est, pari que exitio quinquaginta obruit homines mole maxima ruinarum. Maestus inde digressus, venit cursu propeo Charras, &c.] sed praestat ex eius epistola ad Libanium sophistam tunc scripta, qua e breui compendio iter suum relegit, res in itinere gestas hic describere: haec enim habet: Ad Litarbos veni, quod est oppidum in Chalcide.] & post alia: Litarbis deinde ad Berocam veni, & Iuppiter clarissimo ostento laeta omnia denunciauit. Commoratus autem ibi diem vnum, arcem inuisi, & Ioui, regio more, taurum candidum sacrificauit. Cum Senatu autem pauca de religione disserui. Et laudarunt quidem omnes orationem meam: pauci verò admodum assensere, atque isti ipsi erant, quos ante meam orationem sanos esse arbitrabar. Postea tamen quasi licentia arrepta, omnem pudorem excusserunt ac deposuerunt. Erubescunt enim homines vehementer, d dii immortales, in rebus honestis, vt in fortitudine animi ac pietate: in turpissimis exultant, vt in sacrilegio & corporis animique ignaui. Inde me Batnae excipiunt, locus qualem nullum vidi vnquam extra Daphnem.] & post multa in descriptionem & laudem loci insumpta, addit: Quid tum illic: Sacrificauit

A ficauit vesperi & postridie summo mane, quod studiosè singulis diebus facere consueui, cumque laeta ac praecara essent sacra, ad urbem contendimus: ibi nobis à ciuibus itum est obuam, &c.]

Sed de Bercoensi mansione, quid ibi etiam ipsi contigerit, quod silentio obuolutum Iulianus praeteriit, Theodoretus recenset his verbis: Etsi cum his minis proficiscebatur, tamen Bercoae ab vno viro deuictus est. Is tamen ob alias res illustris fuit, quippe qui in Bercoensi Repub. gerenda principem locum obtinuit, tamè singularis pietatis amor, quo flagrabat, eum multo reddidit illustriorem. Nam cum ad impietatem id temporis regnantem delapsum filium cerneret, expulit domo & palam abdicauit. Qui ad Imperatorem in diuersorio vrbi vicino commorantem accedens, ei tum quid ipse sentiret, tum quo pacto pater ipsum abdicasset, exponit. Tyrannus autem iubet adolescentem animo esse tranquillo, pollicitus se eum in gratiam cum patre reditum. Itaque vbi venit Bercoam, principes viros ciuitatis vocat ad conuiuium, in quorum numero erat adolescentis pater: quem cum filio suae accumbere mensae imperat: atque circiter medium epulum sic patrem adolescentis alloquitur: Est iniquum planè, mea quidem sententia, alicuius animum, qui ad alteram religionem deflexit, vi cogere, & inuitum ad contrariam traducere. Quapropter ne cogas filium etiam nolentem tuae assentiri opinioni: quandoquidem neque ego tibi vim facio, licet persfacile te possim compellere, vt meae sententiae obsequaris.

Theod. lib. 3. cap. 18. BERCOEN- SIS ADOL- SCENTIS APOSTATAE PATER QUID IN IULIANVM.

Tum pater adolescentis, fide in Deum animum exacuens: De istocine, inquit, scelerato, Imperator, verba facis, qui & Deo odiosus est, & mendacium veritati anteponit: Rursum Iulianus personam inducens mansuetudinis: Heus tu, inquit, desine maledicere. Atque Core ad adolescentem conuerso: Mihi, inquit, tuae res curae erunt; quandoquidem patri vt istud agat, persuadere non queo. Ista quidem narratio (subdit Theodoretus) non est frustra à me instituta: quippe ex ea planè ostendere volui, non modò admirabilem diuini hominis in loquendo libertatem; verum etiam quod erant quidem plurimi, qui tyranni illius potentiam penitus contemnerent. Etenim Antiochiae itidem vir quidam facile optimus, qui adolescentibus doctrina instituendis operam dabat, magnam familiaritatem, vt pote multo litteratorum quam vulgus praceptorum solet, confluat cum eo, qui id temporis inter doctores primas tenebat, Libanium, dico, tam crebris sermonibus apud sophistas celebratum. Qui cum impius esset, expectaretque victoriam, & minas Iuliani ante mentis oculos statueret; à ludi magistro, quo nostrae religioni quasi per iocum irrideret, seiscitur: Quid rerum gerat fabri filius? Qui diuina compleris gratia praedixit quod erat paulo post euenturum: Nam huius, inquit, vniuersitatis opifex Deus, quem tu per risum fabri filium nominas, Iuliano loculum fabricatur. Neque certe multi dies praeterierunt, cum nunciis allatus est de scelerati illius morte; qui in loculo reconditus, & ad sepulchrum elatus, se frustra minas iactasse declarauit. Ex qua vna re Dei gloria fuit magnopere illustrata.] haecenus Theodoretus: sed de nece Iuliani suo loco pluribus. Verum quòd dicit, hominem illum Christianum praefectum fuisse doctorem adolescentibus erudiendis; non sic intelligendum, vt tunc Antiochiae publicè profiteretur: nam Iuliani edicto vetiti erant Christiani praepetores à litterarum gymnasiis: sed quòd ille ante paucos menses his vacare (dum sibi liceret) solebat, qui ob egregiam eruditionem optimè notus, immò & familiaris Libanio erat.

QUID VA- LICINATOR CHRISTIANVS DE IULIANO.

Demum vt ad epistolam ad ipsum Libanium scriptam redeamus, haec idem Iulianus ad finem habet: Quam verò multis & litteris & libris mandaram, ea quae mihi tamquam laeta auspicia eueniunt (circumferuntur autem nobiscum) quid opus est fastidiosè ac molestè recensere? haec ipse, fidens deorum patrocinio cuncta prosperè obuentura. Quoniam autem pacto quae eius interitus praefagia erant, ipse stulte admodum in victoriae omen conuertere soleret, vnum hic ab Ammiano narratum adducam exemplum: Quia, inquit, nocte emensa, mane iumentum quo veheretur, ex vsu poposcit: oblatuque ei equus, Babylonius nomine, icu torminis consternatus, dum dolorum impatiens voluitur, auro lapillisque ornamenta distincta compressit. Quo ostento laetior clamauit, plaudentibus proximis, Babyloniam humi procidisse ornamentis omnibus spoliata: & paulisper detentus, vt omen per hostias litando firmaret, Dauanam venit, &c.] eiusmodi autem multa erant, quae Iulianus in suam insectens sententiam litteris commendabat, tamquam victoriae certa praefagia. Adulabantur enim aruspices, & quae illi grata esse persca-

Ammianus lib. 23. FALSIS AVGVRIIS IULIANVS DECEPTVS.

<sup>a</sup> Ambrosius

perferrent, propinabant cupienti : de quibus S. Ambrosius <sup>a</sup> ad Valentinianum Imperatorem: De Iuliano, inquit, quid loquar, qui cum responsis aruspicum male credulus esset, ademit sibi subsidia reuertendi? Sed plane aruspibus se deteriores exhibuerunt Iuliano magi, qui philosophorum titulo eum comitabantur, Maximus, atque Priscus. Simile accidit illud de leone iaculis confosso militum : Quo veluti victoriae certo signo ( inquit Ammianus ) Iulianus exultantius incedebat: quo tamen, ut ait, Regis obitus portendebatur: Erant enim, inquit, omnia oracula dubia & ambigua, quae non nisi casus aperuere potestremi, iuxta illud vulgatum; Aio te Bacida Romanos vincere posse. ] Addit his Ammianus, tum aruspices Etruscos, quos secum ducebat Iulianus, eadem ex libris ostensa prodigiorum significatione, eum a coeptis reprimere conatos esse : Sed calcabantur, inquit, philosophis refragantibus, quorum reuerenda tunc erat auctoritas ] horum praecipui fuerunt, quos diximus, Maximus, atque Priscus, quorum seductus Consiliis, ad interitum pariter perductus est. In eadem insuper expeditione (quod summis ducibus gloriae datum est) idem Iulianus ipsas noctes peruigil in commentariis scribendis suis, instar Caesaris infumebat, ut non litteras tantum diuersas ad diuersos daret, sed & libros componeret, eos praefertim, quos contra Christianam religionem elaborauit, de quibus haec S. Hieronymus <sup>b</sup> ad Magnum:

<sup>b</sup> Hier. epist. 84.

IULIANVS CONTRA CHRISTVM SCRIBIT.

Iulianus Augustus septem libros in expeditione Parthica aduersum Christum euomit: & iuxta fabulas poetarum, suo se ense lacerauit. Si contra hunc scribere tentauero, puto interdices mihi, ne ravidum canem, philosophorum & Stoicorum doctrinis, id est, Herculis clauam repercutiam. Quamquam Nazarenum nostrum, & (ut ipse solebat dicere, Galilaeum statim in proelio senserit; & mercedem linguae putidissimae, conto in illis perfoesus acceperit.] haec Hieronymus. Porro de iisdem contra Christum scriptis libris <sup>c</sup>

<sup>c</sup> Apud Socra. lib. 3. cap. 19.

haec ipse Libanius <sup>c</sup>: Hyeme, inquit, cum noctes sunt paulo longiores, Imperator libros illos, qui hominem a Palaestina oriundum, Deum & Dei filium esse confirmant, diligenter euoluens, longa disputatione & firmis argumentis conuincebat esse ridiculos: religionemque ab illis excultam, & magno in honore habitam, nugis redundare: & se in illis Tyrio illo sene sapientiore ostendit. Igitur Tyrius ille sit animo placato; & dicendi facultate superatus, aequo ferat animo, quod sit in eum dictum a filio. ] haec Libanius, praefantiora dicens scripta Iuliani aduersus Christianam religionem fuisse, quam quae antea elucubrasset Tyrius ille senex, nempe Porphyrius.

<sup>d</sup> Cyrill. in praefat. lib. contra Iulianum.

At de compositis ab eodem Iuliano libris haec etiam Cyrillus Alexandrinus <sup>d</sup>: Cum igitur potentissimus Iulianus linguam sortitus esset disertam, acuit eam contra nostri omnium Dominum Saluatorem Christum, & tres scripsit libros aduersus sancta Euangelia, & contra piam Christianorum religionem, quibus multos commouit, & haud mediocriter offendit. Etenim leues facileque mobiles in eius laqueos cito cadunt, fiuntque daemoneis dulcis esca. Turbantur autem interim non nihil etiam ij, qui in fide profecerunt: credunt enim ipsum sanctas diuinas litteras nosse; quandoquidem ex ipsis varia testimonia in suis libris accumulata, quamuis ignoret quae dicat. Quoniam autem pluri mi superstitioni conuenientes eos qui Christum sapiunt, suscipiuntque praetextum, nobis exprobrantes illius contra nos scripta, & dicunt tanta grauitate edita, ut carpi nusquam valeant, nullumque adhuc inuentum esse ex nostris doctoribus, qui vel contradicere, vel subuertere dicta illius queat. Adhortantibus itaque multis, atque sicut Christo dicenti <sup>e</sup>: Et nunc vade, & ego aperiam os tuum: accommodati me, ut decuriam quidem Graecanicum supercilium aduersus Dominum Christum sese extollens: adiuuem autem, quantum licet, deceptos; demonstrando deceptum esse, & ignorasse sacras scripturas eum, qui nostri omnium Saluatorem Christum incusat.] haec Cyrillus ad Theodosium Imperatorem. Quam vero egregie id praestiterit, ex ipsis qui extant commentariis, quibus & libri illi intexti sunt Iuliani, cuiuslibet vtrumque textum legenti satis perspicuum esse potest. Quod autem S. Hieronymus dicat septem a Iuliano contra Christianam religionem libros fuisse conscriptos, Cyrillus autem tres: ex diuersa partitione operis id accidisse putatur. Porro decem extant Cyrilli libri, quibus Iuliani commentarios validissime oppugnavit.

<sup>e</sup> Eccl. 3.

IULIANI SCRIPTA.

Sed quod haec nouissima esse credatur lucubratio Iuliani, quam tamen primam omnium mente conceperat: aegedum reliqua ab eo scripta recenscamus. Eorum quae extant, praeter illa quae superius recensuimus, est hymnus in Solem, ad Sallustium illum suum inscri-

A inscriptus, cui ( ut ipse facetur in fine ) antea Saturnalia nuncuparat, in cuius descriptione trium tantum noctium spatium insumpsisse gloriatur. Sed illud magis mirandum, quod toto illo tractatu nihil contra Christianam ex more religionem oblaeret, cum alioqui se Ethnicissimum in primis ostendat. Multa in eo de Sole mutuatus ex Platone in Timaeo atque Cratilo, ex Aristotele Physicorum secundo & alibi, ex suo Iamblico, a quo & se omnia edoctum profiteretur, accepitque nonnulla ex Hesiodo in Thegonia, atque ex omnium vetustissimo Homero tum in Iliade & Odysea, tum etiam in hymnis. Solem vero laudaturus, a suis laudibus exorditur, significans se ab ineunte aetate Solis fuisse cultorem. Inde & vanus homo titulum & nomen aemulatus est Solis, dum suam effigiem titulo & signis Serapidis, qui idem est quod Sol apud Aegyptios, vna cum Iside, quae Luna ab iisdem creditur, in nummis effingi voluit, quorum exempla superius habes formis expressa. Enumerans Suidas eiusdem Iuliani lucubrationes, praeter illas, quarum a nobis mentio facta est, recenset commentarium ad Canem, seu Cynicum Heraclitum, itemque de tribus figuris, & de Saturnalibus, epistolam itidem omnis generis multas, & alia. At de eius scriptis haec tenus: ceptum iam ab eo iter profequamur in Perfidem, in quo suum Edessenis negavit aspectum. ait enim Sozomenus <sup>a</sup>:

<sup>a</sup> Sozom. lib. 6. cap. 1.

Pratergressus Edessam propter odium fortasse incolarum ( quippe ciuitas illa iam vltique ab Apostolorum temporibus vniuersa Christianam religionem professam fuerat ) ad Charras venit: quo in loco cum delubrum Iouis offendisset, hostias immolauit, & suo more precatus est. ] Fuisse quidem Iulianum infensissimum Edessenis, eius litterae ad Ecbolium superius recitatae, quibus omnes Edessae ecclesias diuitiis expoliari mandauit, satis significant. Ceterum Edessae sub Iuliano passum esse Dorotheum presbyterum Tyrium decrepita admodum senectutis hominem, in Notis ad Romanum Martyrologium dixisse meminimus. Charris autem cum esset Iulianus, decimoquarto Kalendas Aprilis, tertium fuisse insomniis, quod ea die Romae ( ut dictum est ) conflagrasse templum Apollinis significaretur, Ammianus tradit <sup>b</sup>. Quid praeterea Charris idem scelestus fuerit operatus, Cedrenus sic tradit: Ibi quamdam speluncam subit, ibique execranda sacra operatus, fores seris oclulit ac consignauit, apposita custodia. Quibus foribus eo interfecto apertis, inuenta est muliercula capillis suspensa, extentis manibus: cuius crudelis ille ventre dissecto, victoriam scilicet de Persis suam ex iecinore didicerat. ] haec ipse.

QUID IULIANVS CHARRIS EGERIT.

<sup>b</sup> Ammianus lib. 23.

Cum autem Nisibin apud Tigrin peruenisset: Ibi ( inquit Zosimus <sup>c</sup> ) octies mille grauis armaturae milites ad loci munitionem reliquit, quorum duces essent Procopius & Sebastianus. ] De Procopio ait Ammianus <sup>d</sup>, fuisse Iuliano propinquum, eumque cum Charris Iulianus commoraretur, & Lunae sacra ageret, admissum absque arbitrio ante aras, induisse purpureo paludamento, mandasseque arripere fidenter principatum, si se interire se disceret apud Parthos. Sebastianum autem, quem ait ex Duce Aegypti pari praefectura cum Procopio honestasse, haud alium puto ab illo, qui ( ut tertio tomo Annalium dictum est ) fauit Alexandriae aduersus Athanasium Arianis. Sed quod ad Iuliani res Nisibi gestas pertinet: Cum locum illum Romanorum aduersus Persas propugnaculum praeter ceteris manire statuisset, omnemque operam atque studium ad id quam diligentissime praestandum impendisset: quamuis omnibus, quae bellicus vsus exposceret, eundem in expugnabilem penitus reddidisset, debilem tamen esse existimauit, quod deorum videretur esse destitutus auxilio: nam accola ciuitatis impij visi sunt ipsi, quod abdicatis diis, non modo Christum colerent, sed & memoriam celebrarent hominis mortui, nempe E. S. Iacobi eius ciuitatis Episcopi, cuius & reliquii assisterent vigilando, & frequentando magnum honorem impenderent. Quamobrem eas extra Nisibim efferri praecipit, cum quibus pariter ipsam ciuitatem omni prorsus praesidio nesciens spoliavit: quippe quod quamdiu venerandum sanctissimi viri corpus illic mansit, ab omni Persarum aggressionem, tamquam firmissimo roborata munimento, perseuerauit incolumis: eo vero amoto, necesse fuit hostibus dedi, quod quidem Gennadius testatur his verbis <sup>e</sup>: Moritur hic vir

<sup>c</sup> Zosim. lib. 3.

<sup>d</sup> Ammianus lib. 23.

S. IACOBVS PROPVN. CYLVN NISIBIS.

<sup>e</sup> Gennad. de Scip. Eccles. cap. 1. in Iacobo.

Constantij temporibus: iuxta praecipitum patris eius Constantini intra muros urbis Nisibena sepelitur, ob custodiam videlicet ciuitatis: quod secundum fidem Constantini euenit. Nam post multos annos ingressus Iulianus urbem, & vel gloriae sepulti inuidens, vel fidei Constantini, cuius ob id domum persequebatur, iussit efferri de ciuitate sancti corporis reliquias. Et post paucos menses ( Iuliano nimirum occiso, & toto in discrimen posito Romano Imperio ) consulenda scilicet Reipublicae causa, Iouianus Imperator, qui Iuliano

Juliano successerat tradidit (secundum videlicet susceptas iniquas pacis condiciones) barbaris civitatem, quæ usque hodie Persarum ditioni cum finibus suis subiecta servit. ] hæc Gennadius, eademque alij post eum. Accidit autem, ut cum Iulianus Nisibi esset, Dometius sanctissimus monachus Christianus, natione Persa, in ipsum magna constantia insurrexerit, exprobrans apostasiam, qua desertor pietatis factus, pro demonibus bellum gereret aduersus sanctos: quod indigno ille perferens animo, mox ipsum cum duobus eius discipulis lapidibus iussit occidi, victoriam putans auspiciatam de Persis nece hominis Persæ: sed contrarium planè accidit, cum victus potius à Persis monachis, eorum sanguinem pro Persis pugnantem senserit aduersarium; vinctique coeperit, cum se vincere inferendo illis necem existimauit. Porro memoria horum martyrum viget in monumentis Ecclesiasticis.

<sup>a</sup> Martyrol. Rom 7. Aug

<sup>b</sup> DARMON NVNCIVS IVLIANI DEFINITVR. <sup>c</sup> Vit. SS. Patrum par. 2. cap. 19.

<sup>d</sup> Cedren in C. append. in Iulian.

<sup>e</sup> Glicus An. nal. par 4. <sup>f</sup> Nicoph. lib. 1. cap. 11. <sup>g</sup> DE PVBLIO MONACHO VICTVRE IN SIGNI. <sup>h</sup> Ephes. 6.

<sup>i</sup> Daniel. 10.

<sup>k</sup> Luc. 10.

<sup>l</sup> 1. Cor. 10.

<sup>m</sup> Ammianus lib. 23. TRISTIA DOMINAV. LIANVM EXAGTANT.

**S**ed & contigit quidem, cum Iulianus apud Persas cum exercitu ageret, dignum memoria facinus: nam cum ex more ad discendas res absentes damone nuncio vteretur, quam imbecilles eius vires essent, ut ab homine vno Christiano idem detineri potuerit, fuit certò demonstratum experimento. Res enim sic se habuit: Cum ascenderet Iulianus in Perside, ab eo missus est dæmon, ut velocius vadens in Occidentem, inde responsum aliquod de rebus, quæ illis agerentur in locis, afferret. Cum autem peruenisset dæmon ad locum quemdam, vbi monachus nomine Publius habitabat: stetit ibidem per dies decem immobilis, & non poterat ultra progredi, quia monachus ille die nocteque oraret. Sicque re infecta dæmon reuersus est ad Iulianum, qui eum miserat. Qui ei dixit: Quare tardasti? Respondit ei dæmon, dicens: Et moram feci, & sine actione reuersus sum: sustinui decem dies monachum nomine Publium, si fortè cessaret ab oratione, ut transirem, & non cessauit, sicque prohibitus sum transire, & redij nihil agens. Tunc impius Iulianus dixit: Cum regressus fuero, vindictam in eum exercebo: & intra paucos dies interemptus est diuina providentia. ] hæc apud Vitas Patrum, eadem habent Cedrenus, Glicas, & alij: ut de ea re à nemine reperiri dubitatur.

**D**e Publio autem monacho, qui hoc sæculo claruit in Zeugmatensibus solitariis locis, mentio est apud Nicephorum. Addit verò ad hæc Cedrenus ex iisdem Vitis SS. Patrum: Hoc cum quidam procerum eius inaudiuisset de legatione dæmonis reddita irrita, admiratione ductus, post reditum omnia sua pauperibus distribuit, atque ad scenam istum Publium profectus, præclarus monachus euasit, omnibus prædicans monachorum vim, qua aduersus tenebrosos dæmones sunt præditi. ] Equidem prædixit Apostolus, Non esse nobis colluctationem aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus ] quos posse derineri spirituali virtute, quæ scripta sunt à Daniele non obscure nos admonent verbis illis: Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, &c. ] Porro virtute Christi aduersus apostatas angelos magnam consecutus esse vim & potestatem sanctissimos viros, quis dubitat? Ecce enim (dicebant Christi discipuli) etiam dæmonia subiiciuntur nobis. ] & Fideles iudicatos esse angelos, Apostolus contestatur.

**E**nter hæc autem Iulianus cum peruenisset Cercusium monitionem positam ad ripam Euphratis fluminis, per naualem pontem exercitum in hostium ditionem, aduersam regionem transmisit: vbi triste (ut Ammianus ait) omen occurrit, exanime cadauer apparitoris, extincti manu carnificis, quem Præfectus Sallustius præfens damnauerat. ] Sed hæc & alia his similia, philosophi illi eum comitantes, qui certam victoriam polliciti erant Imperatori, vel negligenda dicebant, vel in contrarium sensum interpretabantur. Tunc etiam accidit è cælo prodigium, de cuius interpretatione aruspices & philosophi mutuo altercant, ab inuicem dissentere: sed in malum suum philosophis magis Iulianus inherens, illos ut bos ad victimam sequebatur. Rem gestam sic Ammianus describit: Secuto itaque die, qui erat septimus Idus Aprilis, Sole vergente iam in occasum, & parua nubecula subito àère crassato, vsus amittitur lucis: & post minacem tonitruum crebritatem & fulgurum, Iouianus nomine miles cælo tactus cum duobus equis concidit, quos potu fatiatis à flumine reducebat. Eoque viso harum rerum interpretes accersiti, interrogatique etiam id verare procinctum, fidentius affirmabant: fulmen consiliarium esse monstrantes (ita enim appellantur, quæ dissuadent aliquid fieri, vel suadent) ideoque hoc nimis cauendum, quod militem cæli nominis cum bellatoris iumentis extinxit: &

hoc

**A** hoc modo contacta loca nec intueri, nec calcari debere, fulgurales pronunciant libri. Contra philosophi, candorem ignis sacri repente conspecti nihil significare aiebant, sed esse acrioris spiritus cursum ex æthere aliqua via ad inferiora detrusum: aut si exinde prænosceretur aliquid, incrementa claritudinis Imperatori portendi gloriosa cœptandi: cum constet, flammæ suapte natura, nullo operante, ad sublimia conuolare. ] hæc facta sunt, cum, parato ponte, Iulianus Euphratem vnâ cum exercitu transmisisset.

**B** Quæ autem prosperè Iuliano vsque ad urbem Ctesiphontem euenerunt, Ammianus exactissimè profecutus est: quem legat, qui præter res ad Ecclesiasticam narrationem spectantes, aliquid amplius cupit. Nos verò ea tantum hic reddemus, quæ Gregorius Nazianzenus summam complexus est, cum ait: Susceptæ quidem expeditionis principia illi admodum generosa, & à plerisque eorum qui eius partibus studebant, miris clamoribus elata, hoc modo se habent. Nam cum totam eam Assyriæ partem, quam perlucens Euphrates, ac Persidem præterlabens illic cum Tigride miscetur, captam peruastasset, nonnullaque castella, nemine prohibente, diruisset, siue quia Persas incurisionis celeritate fefellerit, siue quia ab iis consulto ita duceretur, sensimque ad ulterius progrediendum alliceretur (virumque enim dicitur) ita demum iter faciens, atque exercitu à latere proficiente, nauibusque frumentum & vasa per fluuium conuehentibus, paucis interiectis diebus, Ctesiphonti castra admouit: cuius urbis tanto desiderio tenebatur, ut vel ad eam propius accessisse, victoriæ partem existimaret. ] hæc de Iuliani aduentu Ctesiphontem vsque Gregorius.

**C** Cum igitur victor Iulianus illuc vsque celeriter peruenisset, tum illud proditum est oraculum, siue adulantium magorum philosophorum arte confectum, siue deludentium dæmonum actu compositum, quod his verbis scriptum Suidas recitat:

*Turrigenarum quondam genus deleuit consilio polleas Iuppiter  
Inimicissimum beatis Olympias ades tenentibus.  
Romanorum Imperator Iulianus Deo similis  
Pugnans Persarum vrbes & mœnia longa  
Cominus pugnantium deuastauit igne, validoq; ferro,  
Assidueq; domuit & vrbes & gentes multas:  
Quin & Occidentalium virorum, Alemanico solo  
Præliis crebris capto, vastauit arua. ] extant eadem apud Nicephorum.*

<sup>a</sup> IULIANI RES PROSPERE GESTAS. <sup>b</sup> Greg. Naz. orat 2. in Iul.

<sup>c</sup> Suid. verbo Iulianus Parabat. <sup>d</sup> ORACVLVM MENDAX ET DVLATORIVM.

<sup>e</sup> Nicoph. in fine lib. 10.

**D** Hæc tunc occinebantur: sed planè ante victoriam præana canntatum. Nam triste paulo post omen cunctis maròrem incussit, ipsumque Iulianum in numinis detestationem induxit. qualenam id fuerit, Ammianus his verbis significat:

**E** Abundè ratus post hæc prosperitates aduentare complures, hostias Marti parabat VI-  
tori: & ex tauris pulcherrimis decem ad hoc perductis, nondum aris adæroti voluntate sua nouem procubere tristissimi, decimus verò, qui defractis vinculis ægrè reductus est, mactatus ominosa signa monstrauit. ] Obseruatum est à sacrificantibus (inquit Macrobius) ut si hostia, quæ ad aras duceretur, fuisset vehementius reluctata, ostendissetque se inuitam altaribus admoueri, amoueretur, quia inuito deo offerri eam putabant: quæ verò steritisset oblata, hanc volenti numini dari existimabant. ] Et Suetonius, ut Iulium Cæsarem ne religione quidem vlla à quoquâ incœpto vniquam absteritum vel retardatum ostenderet, exempli causa subiicit, quod licet immolante ipso aufugisset hostia, profectio-  
nem tamen aduersus Scipionem & Iubam non distulit: additque tristis portenti loco habitum, si aut hostia ab ara profugisset, aut in aliam partem corporis quam oporteret cecidisset. sed supersticiosior Iulio Iulianus, & longè ille patientior isto, de quo Ammianus hæc subdit: Quibus visis, exclamauit indignatus acriter Iulianus, Iouemque testatus est, nulla Marti iam sacra facturum: nec rescrauit, celeri morte præreptus. ] Sed o vir inconstans, vbi illa olim tua de Marte prædicatio gloriosa, recensita superius? Iam ipse fateris, nihil posse deos, quos non curas indignantes iteratis victimis tibi propitios reddere. Sed desperato (excuso te) has à te voces, inuito licet, extorsit, cum esses fortasse memor quod ante necem Galbæ accidisse Suetonius tradit, & de Vitellio Tacitus & Lampridius de Alexandro affirmant, nimirum ante ipsorum interitum tauros fractis vinculis ab ara se-

<sup>f</sup> Ammianus lib. 24.

<sup>g</sup> IULIANVS IMMOLAT. MARTI.

<sup>h</sup> MacroL. Sa- tur. lib. 3. c. 5. <sup>i</sup> Suet. in C. Iulio. cap. 59.

<sup>k</sup> Ammianus lib. 24.

<sup>l</sup> Suet. in Gal- ba. ca. 18. <sup>m</sup> Tacit. lib. 19.

At quid postquam Ctesiphontem Iulianus peruenerit, Gregorius Nazianzenus de eo: Hinc verò iam, inquit, velut arena pedibus substracta, aut tempestate in nauem illisa, res

res ipsi retro fluunt. Ctesiphon enim arx firma est, expugnataque difficilis, muris costro A  
latere conditis, & alta fossa, palustri que ac limoso amne communita. eam porro arx quo-  
que altera firmiorem reddit (Cochen appellant) pari tam nature, quam artis præsidio con-  
structa, alteri arci ita coniuncta, ut vnus tantum ciuitatis speciem ambæ præbeant, in-  
termedio amne inter se disjunctæ. Quas cum nec sine incurfu atque imperu euertere, nec  
obsidione capere & in potestatem redigere posset, nec verò ulterius cum exercitu ac præ-  
sertim cum naualibus copiis pergere (periculum enim esse, ne è loco superiori telis vtrin-  
que peteretur, transitu que prohiberetur) hoc demum modo eas à tergo reliquit: Euphra-  
tis enim fluminis omnium maximi partem haud minimam perumpit, & circumducit,  
ut ex fossa, cuius vetera etiam vestigia extare aiunt, nauibus permeabilis esset; atque ita  
per eam ad Tigrin aliquanto ulterius confluens, naues saluas & incolumes tuerit, è  
fluuio ad fluuium tuto peruectas. ita castellorum horum periculum effugit. ] id de fossa B  
ex Euphrate in Tigridem ducta Gregorius: Quam (inquit Ammianus) antehac Traia-  
nus, postea que Seuerus, egesto solo fodi in modum canalis amplissimi, studio curauerunt  
summo, ut aquis illuc ab Euphrate transfusis, naues ad Tigridem commigrarent: tutissi-  
mumque ad omnia visum est eadem loca purgari, quæ quondam similia Persæ timentes,  
mole saxorum obruere multorum. hacque valle purgata, auulsis cataractis vndarum ma-  
gnitudine, classis secreta stadiis triginta depulsa, in alueum iniecta est Trigidis. ] hæc Am-  
mianus; qui admissas inter eos velitationes quasdam & leuia prælia recenset: quibus in  
præliis quodnam Persarum consilium fuerit, Gregorius Nazianzenus ita declarat: Ut  
autem progredienti Persicæ copiae in conspectu venientes, quotidieque crescentes, eam  
gerendi belli rationem tenere cœperunt, ut aduersa quidem acie nequaquam sibi stan-  
dum; nec, cum nullo periculo vincere liceret, nisi magna necessitate vigente, tentandam C  
sibi belli aleam iudicarent: ceterum è tumultis & locorum angustiis, vbi occasio offerretur,  
hostes sagittis impeterent, atque opportunissimis viæ transitibus occupatis, eos facillimè,  
ne porro progredierentur, inhiherent: tum verò in magna animi perplexitate & inopia Iu-  
lianus versabatur; quoque se verteret non habens, perniciosum tandem consultationis  
sua exitum reperit. ] at quodnam eiusmodi consilium fuerit, & eius captandi proditoris  
persuasio quænam præcesserit, idem subdit his verbis:

Vir enim quidam inter Persas non ignobilis, Zopyri \* illius erga Cyrum in Babylonis  
obsidione facinus imitatus, quasi ob grauissimas quasdam causas in grauissimam offen-  
sionem Persarum Regi venisset, ea que de causa in eum pessimè animatus, contra que erga  
Romanos optimè affectus esset, cum hoc commento & simulatione fidem apud eos inue-  
nisset: Quid, inquit, Imperator? Quid tam ignauum atque imbecillum de re tanti mo- D  
menti consilium inuenit? Quis hic naualis commeatu, onusque superuacaneum ignauiz  
magistrum? Il enim ad expugnandum difficilior, nihilque peruicacius est, quam ven-  
ter, sitamque in manibus habere spem salutis. Quocirca, si quid me audies, nauticum hunc  
apparatum valere iubebis, languoremque ex eo ad fortissimum hunc exercitum redun-  
dantem: tu autem via alia faciliore & tutiori, cuius tibi me duces fore profiteor (nam  
Persicæ regionis tam peritus sum, quam quiuis alius) in hostium terram impressionem  
facies: rebusque ex animi sententia confectis, ad reditum te accinges. Me autem tunc de-  
mum beneficio afficies, cum re ipsa atque experimento benevolentia erga te mea consi-  
liumque mei documentum ceperis. Hac ratione cum Iuliano, id quod proponebat, persua-  
sisset (credula enim est leuitas) præcipueque etiam Deo impium exagitante, omnibus si-  
mul incommodis premi cœpit exercitus. Naues igni conflagrabant: frumentum nullum E  
erat: ac risus insuper accedebat ( idem enim ferme erat, ac si manus sibi ipsi, necemque  
attulisset) spes omnes euandæ: duxque itineris cum promissis suis abscessit. In orbem  
porro hostes instabant, bellum circumfluebat, progressio non facilis, victus ægrè parabilis:  
langueret exercitus, animisque concidebat; itaque Imperatorem ira prosequeretur: nihil  
bonæ spei reliquum erat. hæc vna, ut in præfenti rerum statu, salutis ratio patere vide-  
batur, nimirum scelerato imperio ac militari præfectura defungi. At quæ cuculque  
gesta sunt, ita se habent. ] Sed & Ioannes Chrysostomus sigillat pariter cum impie-  
tate imprudentiam Iuliani, cum ait <sup>b</sup>: Qui enim plures militum myriadas secum duxe-  
rat, quam vllus vnquam ante ipsum Imperator, qui que Persidem omnem per incurfio-  
nem ac sine puluere (quod aiunt) capturum se sperauerat: huic sic infeliciter ac mise-  
rabiler res successit, ut feminarum potius ac puerulorum, quam virorum exercitum,  
illum

<sup>a</sup> In fin. lib.  
1. Herodot.  
lib. 3. Plutar.  
Apoph. Imp.

PERSA PRO-  
DITOR DE-  
CIPIT IV-  
LIANVM.

<sup>b</sup> Chrysof.  
orat. cont.  
Gent.

ROM. EXER-  
CITVS AN-  
GVSTIIS  
PRÆMITTIT.

A illum secum habuisse dicas. Primum enim imprudentia sua in tantam illos necessitatem  
adegit, ut equinis carnibus vescerentur, atque partim fame, partim siti absumpti perirent.  
Quasi enim in Persarum gratiam copias ageret, neque illos caperet, quin potius suos illis  
prodere studeret; sic eos in locorum difficultates quasdam conclusit, ac tantum non vin-  
ctos hosti tradidit. Enim verò calamitatum earum genus omne nullus possit, ne ex his  
quidem, qui illas viderunt, expertique sunt, recensere: ita omnem modum superarunt. ]  
hæc & alia Chrysostomus, cuius tempore hæc gesta sunt, & à multis qui interfuerunt facile  
audisse potuit.

Qui igitur deorum promissionibus animatus eam susceperat magnæ molis prouinciam,  
maiori desperatione Iulianus virgetur, cum aded manifestis signis à dijs suis sibi visus est  
esse penitus derelictus: nam in tot tantisque constitutus angustiis, ab eis responsa querens, li-  
tatis victimis, haud valuit extorquere: ut merito in eum ac ceteros eiusdem superstitionis  
cultores illud ex Moyfi cantico <sup>a</sup> exprobrandum fuerit: Vbi sunt dii eorum, in quibus ha-  
beant fiduciam? Surgant, & opuletur vobis, & in necessitate vos protegant. ] nam de ipsis  
hæc Ammianus <sup>b</sup>: Et cum nihil humani proficerent sensus, diu fluctuantes & dubij, extru-  
ctis aris, caesisque hostiis, consulta numinum sciscitabamur, vtrum nos per Assyriam reuer-  
terentur, an præter radices montium leuius gradietes, Chiliocomum propè Corduenam  
sitam ex improviso vastare: quorum neutrum, extis inspectis, confore dicebatur. Istitit ta-  
men sententia, ut omni spe meliorum successa, Corduenam arripereamus. ] hæc ipse. sed ad  
xvi. Kal. Iulij arripientes iter ab aduentantibus hostibus repressi sunt. postea verò fame  
enecti, conglobato agmine, dato ad decertandum solemni ter signo, confertas hostium  
frontes nisu protulerunt acerrimo; maiorque facta est hostium strages, Romanorum pau-  
cioribus caesis, & cum eis <sup>c</sup> Veteranione, qui Triariorum legionem regebat. sed inter hæc <sup>d</sup> Veteranione  
trium dierum induciarum ad vulnera curanda spatia intercesserunt: cum iam fame haud  
toleranda afflictatus Romanus exercitus esset, ac profunda desperatione peritusmersus.  
At quid sequenti nocte Iuliano per visum videre contigerit, Ammianus sic narrat <sup>e</sup>:

Ipse autem ad sollicitam suspensamque quietem paulisper protractus, cum somno (ut so-  
lebat) depulsa, ad æmulationem Cæsaris Iulij quædam sub pellibus scribentis, obscure no-  
tis altitudine sententis cuiusdam philosophi teneretur: vidit squalidius, ut confessus est  
proximis, speciem illam Genij publici, quam cum ad Augustum surgeret culmen, conspe-  
xit in Galliis, velata cum cornucopia per aula tristius discederem. Et quamquam ad mo-  
mentum hæsit stupore defixus; omni tamen superior metu ventura decretis caelestibus  
commendabat. Relicto que humi strato cubili, adulta iam excitis nocte, numinibus per  
D sacra depulsa supplicans, flagrantissimam faciem cadenti similem visam aëris parte sul-  
cata euauisse existimauit: horroreque perfusus est, ne ita aperte minax Martis apparuerit  
fidus. erat autem nitor igneus iste, quem <sup>f</sup> Iulianus nos appellamus, nec cadens vnquam,  
nec terram contingens. ] & paulò post: Confestim itaque ante lucis primitias Etrusci aru-  
spices accersiti, consulti que quid altri species portenderet noua: Vitandum esse cautissimè  
responderunt, ne quid tunc tentaretur: ex Tarquinianis libris in titulo De rebus di-  
uinis id relatum esse demonstrantes, quod face in celo visa, committi prælium, vel si-  
mile quicquam non oportebat. Quo etiam id inter multa alia spernente, orabant aru-  
spices, saltem aliquot horis profectonem differri: & ne hoc quidem sunt adepti, Impera-  
tore omni varicinandi sententia reluctante: sed exorto iam die promoti sunt castra. ] hæc  
etenus Ammianus.

E Ad hæc infelix adactus est Iulianus, ut qui ex sententia aruspicum cuncta aggredi solli-  
tus esset, & de victoria securus tantæ molis bellum auspiciatus fuisset, iam sibi cuncta pro-  
spera fore (ut ipse suis ad Libanium litteris testatus est) antea pollicentibus dijs, modo cum  
& ab his se deceptum, & ab illis delusum, licet serò conspiceret, contemptor factus sit nu-  
minum, & refragator aruspicum: à quibus sic, eos consulens, responsa quærebat, quasi  
quod à dijs promissum erat exigeret: sed tamen quæ illi dicerent contemnebat, quod pro-  
missionibus deorum esse aduersa sentiret. Sicque miser his contrarijs fluctibus agitatus,  
quod hostium vallatus cuneis, & fame acrius exercitum perurgente, nullum esse conspi-  
ceret humanis viribus è tot malis effugium, sed caelestium tantum numinum esse, deplora-  
tis ac desperatis rebus succurrere, eadem iteratis sacrificijs exigebat. Rursum verò ipsa  
numina implorata, sacrificijs placata, nec opem ferentia, sed deteriora minantia, velu-  
ti infida respuebat, ac deuotebat ingrata; execrans deos, quorum cultum prostratum  
penitus

penitus tanto labore & industria frustra restituere conatus esset, ornasset templis, atque aditasset, tot sacerdotia erexisset, immolasset sacrificia, hecatombas multiplicasset, humano quoque eosdem cruore pauisset, quibus & de Christianorum caede nuncupasset vota solemnia. Tot igitur tantisque facinoribus promeritos deos experiri iam sibi contrarios, patienter ferre nequibat. Martem, Pallademque à parte hostium stare, Victoriam illos sequi; Altricem Iidem, ipsamque Cererem pascentem omnes, à Romano exercitu longius recessisse; ipsumque publicum Genium abcessisse, quam indigno ferebat animo? Et quam succensebat, cum nullum deorum, nisi Pallorem, & Pauorem, Timorem, Mortem, Poenam, Necessitatem, Violentiam, Paupertatem, Inuidiam, & alios his similes antitheos, quibus ut dijs Gentes<sup>a</sup> erigebant templa, hisque coniunctas funestas Erymnas cum alijs aduersarijs & infaustis sibi nutminibus in castris versari cognouit, quæ & procul abigere sacris depulsorij frustra tentasset! Sed nullum insensius visum est superbo homini numen, quam quod appellant ipsi Ridiculum, à quo se instar Annibalis Urbem frustra tentantis, derideri conspiceret: eidemque inherentes Momum exhorruit atque Selenum; quem omnes carpentem, ac ne optimis quidem parcētem Imperatoribus, ipsemet in Cæsariibus accuratè descriperat; quem & sciret se apud Iouem habiturum pugnacem accusatorem, subannatoremque egregium experturum. His igitur animo æstuans, velut cestro percitus, & diris exagitatus, contemptis aruspibus serò sapientibus, in sui interitum, clademque suorum præceps fertur in hostes.

<sup>a</sup> Consule de his Giraldo de Dijs Gent. Syntag. 1.

GENTILES  
H. STORI-  
CI HAVD  
FIDELIS.

<sup>b</sup> Ammian. li.  
25.

PUGNA EX-  
TREMA IV-  
LIANICVM  
PERSIS.  
<sup>a</sup> sublata

Sed antequam extremum Iuliani exitum oratione prosequamur; illud monendum putamus: Ammianum & Zosimum Gentiles historicos, suæ ipsorum superstitionis Imperatorem, licet exitum Romano exercitui afferentem, ob eamque causam detestatione dignissimum, nihilominus omni laudum genere exornasse, eundemque, ut strenuum ducem, C insignemque philosophum celebrasse. Sed quid Ammianus de extrema clade eiusque necessitatibus litteris memoriæ commendat, ne quid detraxisse inuidia videamur, hic in primis reddamus: Exorto iam, inquit<sup>b</sup>, die, permota sunt castra. Hinc nos egressos Persæ, cum sepe afflictis peditum stabiles pugnas horrent, structis insidijs occultè comitabantur, altrinsecus viantes cateruas à celsis collibus explorando: ut id suspicans miles adusque perpetuum diem nec vallum erigeret, nec sudibus se communiret. Dumque tegunt firmiter latera, & exercitus pro locorum situ quadratis quidem sed laxis incedit agminibus: inuasa subito terga pone versus arma cogentium Principi indicantur, etiam tum inermi ad speculanda anteriora progresso. Quæ concitus elade, oblitus lorice, scuto inter tumultum arrepto, properans vltimis ferre suppetias, reuocatur alio motu, qui etiam antesignanos, vnde discesserat, paria perpeti nunciabat. Quæ dum sine respectu periculi sui redintegrare festinat, ex alia parte cataphractorum Parthicus globus centurias adoritur medias; ac sinistro cornu inclinato acriter superfusus, foetorem stridoremque elephantorum impatienter tolerantibus nostris, contis & multiplicatis missibus decernebat. Verum Principe volitante inter prima discrimina præcliorum, exiliuit nostra succinctior armatura, euerfarumque Persarum & belluarum suffragines concidebat & dorfa.

Quos cum Iulianus cauendi immemor diffluxisse trepidos, elatis vociferando manibus apertè demonstrans, irasque sequentium excitans audenter effunderet semet in pugnam; clamabant hinc inde candidati, quos desiecerat terror, ut fugientium molem tamquam ruinam malè compositi culminis declinaret. & incertum subita\* equestris hasta, cute brachij eius præstricte, costis perfoctis, hæsit in ima iecoris fibra: quam dum auellere dextra manu conatur, acuto vtrinque ferro digitorum nervos sensit excisos: & pro-  
E uolutus iumento, præsentiumque veloci concursu relatus in castra, medicinæ ministerijs fouebatur. Moxque vbi lenito paulisper dolore, timere desijt, magno spiritu contra exitum certans, arma poscebat & equum: ut reuiso prælio, suorum fiduciam repararet, ac videretur sui securus, alienæ salutis sollicitudine vehementer astringi, co vigore (licet in negotio dispari) quo Epaminondas ille dux inclutus, letaliter apud Mantinæm faucibus, & reuersus ex acie conquirebat sollicitè scutum: quod cum vidisset propius, lætior vi vulneris, interijt: & qui animam intrepidè amittebat, iacturam clypei formidauit. Sed cum vires parum sufficerent voluntati, sanguinisque profluuium vexaretur, mansit immobilis: ideo spe deinceps viuendi absumpta, quod percontando, Phrygiam appellari locum illum vbi ceciderat, comperit, hic enim obiturum se præscripta audierat forte. ] hoc amplius debuit dijs suis Iulianus, quod de loco sui exitus, sic eum responso ambiguo & voce æquiuoca fel-

A fessissent. Pergit deinde Ammianus referre militum post vulneratum Imperatorem in eo bello insuperabilem fortitudinem, donec satietate vulnerum ambabus partibus fessis, nox (vt ait) diremit certamina tenebrosa.

Sed idem rursus hæc de Iuliano, quem in extremo vitæ articulo sic orasse componit: Hæc dum ita aguntur, Iulianus in tabernaculo iacens, circumstantes allocutus est demissos & tristes: Aduenit, o socij, nunc abeundi tempus è vita, impendio tempestiuum: quam repositæ naturæ, vt debitor bonæ fidei, redditurus exulto: non, vt quidam opinantur, afflicto & mærens: philosophorum sententia generali perdoctus, quantum corpore sit beator animus: & contemplans, quoties conditio melior à deteriore fecernitur, lætandum esse potius, quam dolendum: illud quoque aduertens, quod etiam dii cælestes quibusdam piissimis mortem tanquam summum præmium perfoluerunt. Munus autem id mihi delatum optimè scio, ne difficultatibus succumberem arduis, neve me proijciam vnquam, aut prosternam: expertus, quod dolores omnes, vt insultant ignavis, ita persistentibus cedunt. Nec me gestorum poenitet, aut grauis flagitij recordatio stringit, vel cum in umbra & angulis emendaret, vel post Principatum susceptum, sed tanquam à cognatione cælitum defluentem, immaculatum (vt existimo) conseruauit, & ciuilia moderatus regens, & examinatis rationibus bella gerens & repellens: tamen prosperitas simul, vtilitasque consultorum non vbiq; concordent: quoniam ceptorum euentus superæ sibi vendicant potestates. Reputans autem iusti esse finem Imperij obedientium commodum & salutem; ad tranquilliora semper, vt nostis, propensior fui, licentiam omnem actibus meis exterminans, rerum corrupticem & morum: gaudensque nedum sciens, vbiq; vtrumque velut imperiosa parens consideratis periculis obiecit Respub. steti fundatus, turbines calcare fortuitorum assuefactus. Nec fateri pudebit. Interitum me ferro, dudum didici, fide fatidica præcincte. Ideoque sempiternum veneror numen, quod non clandestinis insidijs, nec longa morborum asperitate, vel delicatorum sine decedo, sed in medio cursu florentium gloriarum hunc merui clarum è medio digressum. Æquo enim iudicio iuxta timidus est & ignauus, qui cum non oportet, mori desiderat, & qui refugiat, cum sit opportunum. Hactenus loqui, vigore viri labente, sufficiat. Super Imperatore verò creando cautè reticeo, ne per imprudentiam dignum præteream: aut nominatum quem habilem reor, anteposito forsitan alio, in discrimen vltimum tradam. vt alumnus autem Reip. frugi, opto bonum post me reperiri rectorem. ] hactenus Iuliani, seu potius Ammiani Liiuiani imitantis oratio. atque subdit:

Post hæc placidè dicta, familiares opes iunctoribus velut supremo distribuens studio Anatolium quæsiuit officiorum Magistrum. Quem cum beatum fuisse, Sallustius respoudisset Præfectus, intellexit occisum; acriterque amici casum ingemuit, qui elatè antè contempserat suum. Et flentes inter hæc omnes qui aderant, auctoritate etiam tum integra, increpabat: humile esse, cælo sideribusque conciliatum lugeri Principem, dicēs. Quibus ideo iam silentibus, ipse cum Maximo & Prisco philosophis super animorum sublimitate perplexius disputans, hiantè latius suffossi lateris vulnere, & spiritum tumore cohibente venarum, epota gelida aqua, quam perijt, medio noctis horrore, vita facilius est absolutus, anno ætatis altero & trigesimo. ] hactenus de eius obitu Ammianus, testis planè domesticus: cui adiungimus comparem, nempe Libanium sophistam, qui Iulianum sic extinctum luculenta scripta oratione laudauit: in qua de interfectione Iuliani cum agit, Christianos eius necis in crimen vocat, dum hæc ait: Quis igitur eum interemerit, aut dire quispiam cupit? Nomen eius nescio. Non hostem autem percussorem eum fuisse, apertum indicium est, quod ex hostibus nemo vulneris eius nomine honorem & præmium accepit: cum quidem Persarum Rex per præconem percussorem eius euocauerit, & ingentia qui se indicasset, præmia percepurus fuerit: sed ne eorum quidem cupiditate quispiam est adductus, vt facinus sibi tantum per iactantiam arrogaret. Et multa profecto hostibus debetur gratia, quod cuius facti auctores non fuerunt, eiusdem sibi gloriam non vendicarunt. Sed nobis, vt interfectorem requireremus, permisit, quibus illum diutius viuere, bono non fuit. Sunt autem isti, qui nullis viuunt legibus: qui quidem quod dudum sunt conati, tunc demum cum possent, peregerunt; iniquitate reliqua eos cogente, cui sub eius Imperio locus non fuit, & maximè deorum cultu, cui ipsi maxime sunt aduersari. ] hactenus Libanius, non obscure Christianos Iuliani necis auctores fugillans. hæc quidem ille, quod hostium constaret assertionem, non ipsorum ar-

IULIANVS  
IN PROE-  
LIO VUL-  
NERATVS  
QVOD AD  
SVOS.

IULIANVS  
INTER-  
TVS.

Apud Ni-  
ceph. lib. 10.  
cap. 34.  
PERCV-  
TVS  
IULIA-  
QVIS CRE-  
DITVS.

<sup>a</sup> Amianus lib. 23.

<sup>b</sup> Socrat. lib. 3. cap. 18.

<sup>c</sup> Greg. Naz. orat. in Iul. de percuss. Socr. IVLIANI VA. RTAE SEN. TENTIAR.

IVLIANVS DIVINITVS PERCVS- SVS.

<sup>d</sup> Greg. Naz. orat. in laude Athanasij. <sup>e</sup> Io. Damasc. de Imaginibus orat. 1.

S. MERCVRIVS MARTYR PERCVSSOR IVLIANI.

<sup>f</sup> Glic. 4. par. Annal.

mis, sed telo Romano fuisse Iulianum extinctum. nam Ammianus sic de Persis inferius ait: Hoc, que viso, e saltibus nos hostes diuersitate telorum, ac verbis turpibus incessabant, vt perfidos & lectissimi Principis peremptores. Audierant enim, ipsi quoque referentibus transfugis, rumore iactato incerto, Iulianum telo cecidisse Romano. Verum (inquit Socrates<sup>b</sup>) Callistus fratres Imperatoris, qui eius res gestas carmine heroico describit, bellumque id temporis confectum narrat, illum a demone transfixum interijisse, commemorat. ] quæ quidem opinio magis increbuisse visa est. qua occasione id a demone, nempe a superiori numine admittum Ethnicis existimant, paulo post dicendum erit.

Certè quidem a quonam Iulianus percussus interierit, haud satis fuisse exploratum scriptoribus illius temporis, immo nec ijs cognitum, qui certamini interfuerunt, S. Gregorius Nazianzenus declarat his verbis<sup>c</sup>: Quæ autem sequuntur, non vno modo ab omnibus referuntur, sed alij, alij sermoni assentiuntur, calculumque addunt non minus eorum, quibus certamini interesse, quam quibus abesse contigit. Nonnulli enim a Persis eum iaculis confixum fuisse affirmant, temere in hostes excurstantem, atque huc & illuc vesanè profultantem, idemque ipsi, quod Cyro Parysatidis filio, accidisse: qui cum aduersus Artaxersem fratrem cum decem hominum millibus ascendisset, egregieque pugnaret, temeritate tandem sua victoriam amisit. Alij huiusmodi quemdam de eo sermonem commemorant: Cum in sublimem quemdam tumulum ascendisset, vt velut e specula exercitum lustraret, quantum bello superuisset, cognosceret, magnasque copias, speque sua copiosiores perspexisset: Quam graue & indignum fuerit, dixisse, si hos homines ad Romanorum terras reducerimus! quai videlicet ipsi salutem inuidentem. Quibus verbis inflammatum militem quemdam, iraque precipitem actum, nulla salutis suæ habitata ratione, viscera ipsius gladio transfixisse. ] At hæc commenti sunt Gentiles in odium Christianorum, quibus refertus erat exercitus, quasi Iulianus illos viuere agro animo ferret: in quem indignatum dixerunt exernisse gladium militem Christianum. Sed hæc ab ipsis scriptoribus Ethnicis sententia prorsus exploditur, qui pariter hasta cuspide percussum Iulianum fuisse testantur. Sed subdit his, omnia vndique allata referens, Gregorius: Alij rursus facerem & ridiculum quemdam barbarum (quales in exercitus comitatu, tum ad leniendas animorum molestias, tum ad exhilaranda conuiuia esse solent) hoc facinus perpetrasse ferunt. Nec desunt qui Sarraceno cuiusdam egregiam hanc laudem arrogant. ] hæc Gregorius de his, quæ a diuersis ferrentur, casum incertum pro arbitrio confingentibus.

At quid ipse ea de re sentiret, superius prioris orationis exordio satis aperit, cum id ministerio Angelorum factum affirmat his planè verbis: Atque vt mihi latius præconium pateat: omnis calorum virtus, omnes Angeli, quorum opera tyrannus extinctus atque oppressus est: non Seon ille Rex Amorrhæorum, neque Og Rex Basan, principes exigui, atque Israhel, hoc est, paruam Orbis partem vexantes; verum draco ille, Apostata ille, magna illa mens, Assyrius ille, ille communis omnium inimicus & hostis cum multo furore in terra debacchatus, & comminatus, tum multam iniquitatem in excessum locutus, atque meditatus, &c. ] Rursum alibi<sup>d</sup>, vi numinis totum illud confectum esse negotium, tradit. At quid de his Basilij magni successor Helladius scriptorum monumentis reliquerit consignatum, S. Ioannes Damascenus docet his verbis<sup>e</sup>: Quid autem imaginum institutio nõ noua, sed prisca sit, & apud sanctos & eximios Patres nota & vñitata, discere ex his que in Vita beati Basilij ab Helladio eius discipulo, in Pontificatusque successore, conscripta sunt. Pius enim vir (vt ipse narrat) Dominæ nostræ adstabat imagini, in qua Mercurij etiã celebris martyris figura descripta erat: adstabat autem supplicans, vt impius Iulianus Apostata tolleretur. Ex qua quidem imagine didicit, quid esset eueniurum. Vidit enim martyrem ad exiguum tempus obscurum, non multo autem post hastam cruentam tenentem. ] hæc ex Helladio Damascenus, qui sanè commentanus de rebus gestis Basilij scriptus desideratur: nam qui extat nomine Amphilo- chij, scitens mendacis, hæc de magno Basilio atque Mercurio martyre longè diuersè narrat: ne quis existimet, quæ de Basilio scripta essent ab Helladio, eadem esse cū his, quæ feruntur pulchro nomine Amphilo- chij. Sensit imposturam in primis Glicas<sup>f</sup>, qui eo vno argumento totum illud Amphilo- chij nomine scriptum commentum dissoluit, cum ait: Quamquam enim perscriptum reperiamus in libro de S. Basilij miraculis, quæ magnus ille

A ille vir Amphilo- chius litteris commendasse perhibetur, mandato perpetuæ Virginis Deiparæ per sanctum Mercurium, Magni Basilij precibus, desertorem hunc traiectum fuisse: non tamen hæc narratio meretur, vt ei continuo fidem adhibeas. Quam ob rem istud quoniam in eodem scripto legimus, Magnum Basilium Cæsareæ Pontificem id temporis fuisse, cum eas regiones Imperator improbissimus contra Persas expeditione suscepta peragraret. At verò aliter eximius ille Gregorius cognomento Theologus memoria prodidit. Nam si Basilius, hoc ita narrante, in Ponto degebat sub initium Imperij Valentis, qui aliquanto post tempore regnauit, cum Cæsareæ Pontifex esset Eusebius, multo minus Iuliano imperante Basilius Antistitis munere fungebatur. De quo satis euidenter apparet, Iulianum iter per Cappadociam facientem, neque Basilium istic Pontificem reperisse, neque ipsius Ecclesiæ minatum esse. Consimili modo nec precatus est hoc nomine Deum

B Basilius Pontifex, nec ad tollendum e medio desertorem Mercurius ille Christi testis fuit ablegatus. quippe si hoc pacto res gesta fuisset, obscurum non esset in hodiernum vsque diem, a quo Iulianus telo confixus fuerit. Nam iaculo traiectum constar, auctore facti prorsus incognito. ]

At ipse tamen Glicas haud in eo nobis probari potest, cum eam ob causam, quod ea commentitia Amphilo- chij nomine scripta haberentur, derogat penitus fidem historiae, quæ auctoritate Helladij citati a Damasceno, quem ipse non vidit, aliter tamen rem gestam recitantis, egregie testata redditur. Sed non Basilio tantum hæc per visum ostensa fuere, verum & cuidam alij ad castra progredienti eadem diuinitus innotuisse, Sozomenus<sup>a</sup> auctor est, qui rem ita describit, cum in primis hæc ait: Equidem quidam huius ca- dis administrator fuerit, nihil certi possum dicere, præter ea quæ modò dicta sunt. Sed ta- men, vt hi, qui de ea re consentientibus sententijs differunt, affirmant; vera sanè ea est opinio, quæ est ad nos perlata, quæ tradit, eum vltione diuina e medio sublatum esse. Cuius rei certissimum argumentum est diuina visio, quam cuidam ex necessarijs eius oblatam accepi. Nam dicitur, cum ad Iulianum, qui erat in Perside, ire maturaret, in loco quodam, qui erat in via publica situs, diuersatum, & ædium penuria coactum, in eccle- sia, quæ ibi erat, dormiuisse: & secundum quietem vel rem gestam vidisse, vel saltem som- niasse: Complures ex Apostolis & Prophetis in vnum coactos, grauiter de Imperatoris contumelia aduersus Ecclesias facta conquestos esse, iniuisseque consilium, quid de hac causâ faciendum esset. At cum diu de ea re esset deliberatum, & adhuc eorum animi velut in dubio versari viderentur; duos e medio surgentes exhortatos reliquos, vt bono animo essent, propeque tamquam ad delendum Iuliani Imperium e Concilio egressos. Homi- nem illum, qui has res tam admirabiles contemplatus fuerat, iter de cetero neglexisse.

Atque dum metu percussus hæsitaret, quis huius visionis exitus futurus esset; secundo eodem in loco somnum cepisse, vidisseque eundem Apostolorum & Prophetarum conuen- tum; atque ex improuiso velut e via in Concilium ingressos illos, qui superiori nocte ad Iulianum expugnandum abierant, ceterisque nunciasse, eum occisum esse. ] hæc Sozome- nus. At Nicephorus<sup>b</sup> addit nomina illorum duorum, qui perrexerunt festini ad necem in- ferendam Iuliano; nempe alterum ipsorum dictum esse Mercurium martyrem, alterum vero item martyrem Artemium Ducem, ambos olim egregios milites Christianos. ]

Vtrumque res se habeat (inquit Gregorius<sup>c</sup>) letale certè, Orbique vniuerso silutare vulnus accepit, vnoque facinore multorum perniciosè vitiorum poenas Iulianus exsoluit. Quod & ipsum miror, quo modo vanus homo, qui omnia hinc se scire existimabat, hoc vnum ignorauit, nimirum vulnus visceribus suis infligendum. ] hæc quidem de percussore & vulnere accepto iam satis.

Quæ autem istæ secuta sint, Theodoretus<sup>d</sup> narrat his verbis: Deinde, inquit, cum mi- lites quererentur & ingemiscerent, ex improuiso eum vulneratum offendunt, rabie con- tra conditorem suum furentem: Martem bellicosum ipsi, vti promiserat, auxilium mi- nimè tulisse, Apollinem falsa vaticinatum esse, Iouem denique fulminantem non in suum interfectorem fulmen torisille. Itaque qui ante minas insolenter iactauerat, iam miserè humi proiectus iacuit. ] & paulò post: Ferunt porò, ipsum tyrannum, simulac plagam acceperat, manum protinus sanguine impleuisse, illumque proiecisse in aërem, ac dixisse: Vicisti Galilææ: & simul tum confessum esse victoriam, & blasphemiam (ad eum enim à mente abalienatus erat) in Deum impudenter locutum. ] hæc Theodoretus<sup>e</sup>, & alij ple- rique. Sozomenus<sup>f</sup> verò hæc habet, cum de his agit: Alij autem memorant, eum, cum sanguini-



sanguinem manu ostendisset, illum in aërem iccisse, perinde atque Soli iratum, quod Per- A  
 sis venisset subsidio, & se non seruasset incolumem; præsertim cum suæ natiuitatis (sicut  
 astronomorum scientia indicabat) velut dominus esset & moderator. ] hæc ille. Ac probè  
 sanè diuino coactus est numine in Solem blasphemiam intorquere; vt quem potissimum  
 coluisset, atque in laudem eius hymnum celebrem conscripisset, ad postremum ira percit-  
 tus prodicionis eumdem accusaret, sed subdit Sozomenus: At cum esset re vera moriturus,  
 vtrum Christum viderit nec ne (vti solet accidere, quando anima è corporis custodia  
 egreditur, & res diuiniore, quàm quæ ab homine conspici possint, videt) haud equidem  
 habeo dicere: neque enim istud adeo à multis dicitur: verumtamen vt planè falsum rej-  
 cere non audeo: quippe cum credibile sit, alia etiam his multo admirabiliora contigisse,  
 non alia de causa, quàm vt constare possit, religionem Christianam non hominum studio  
 & industria constitutam stabilitamque esse. ] hæc Sozomenus: cum tamen alij eam rem B  
 haud dubiam confirmant, nempe de eius blasphemiam in deos, & exprobratione in Chri-  
 stum, proiectione illa sanguinis in altum facta, qua & exclamauit (quod tradit Nicepho-  
 rus<sup>a</sup>) Saturare Nazarene.

<sup>a</sup> Niceph. lib. 10. cap. 34.  
<sup>b</sup> Greg. Naz. orat. in Iul. IULIANVS AFFECTAT DIVINOS HONORES.

At quo modo ipse moriturus Iulianus adsciscere sibi conatus sit diuinos honores, Gre-  
 gorius Nazianzenus<sup>b</sup> narrat, sic dicens: Sed ne hoc quidem prætereundum est, quod præ-  
 ter alia multa maximum perditæ illius amentia argumentum habet. In fluminis ripa ia-  
 cebat, grauius ex vulnere ægrotans. Cum autem permultos eorum, qui ante ipsius ætatem  
 gloria floruerant, vt humana conditione maiores censerentur, artibus quibusdam ex ho-  
 minum oculis sese sustulisse, eamque ob causam pro dijs habitos fuisse sciret: eiusdem glo-  
 ria cupiditate captus, simulque talis mortis genere interire propter temeritatis ignominiam  
 erubescens, quid molitur? quid facit? (neque enim simul cum vita improbitas extingui- C  
 tur.) In profluentem corpus proijcere conatur; ad eamque rem nonnullorum, quos maxi-  
 mè fidos arcanorumque conscios habuerat, opera utebatur. Quod nisi qui spiam ex eunuchis  
 Imperatorijs hanc rem persentens, scelerisque odio & execratione alijs prodens, huic co-  
 natui obstitisset; nouus vtique alius ex calamitate deus vecordibus hominibus extitisset. ]  
 hæc Gregorius de Iuliano, non ignaro, Romulum in primis eadem planè arte comparasse  
 sibi diuinos honores.

Quoniam verò id assequi Iuliano minimè licuit: ne tali tantoque fraudaretur honore,  
 domesticis ipsius iacturam alia excogitata arte cumulatiùs compensarunt, dum eum ad su-  
 peros curru eleuatum sinerunt, idque testificatione diuina probare conati. continetur  
 autem eiusmodi commentitum oraculum his versibus<sup>c</sup>, tanquam ab Apolline illi viuenti D  
 redditum:

<sup>c</sup> Extant apud Niceph. lib. 10. cap. vlt.

*Atque vbi Romanis Persas deuiceris armis,  
 Vsq; Seleucaam bello progressus ad urbem:  
 Celestium te sublatum turbine currus  
 Euehet igninomis, magnosq; reponet Olympo  
 Defunctum curis hominum, duroq; labore:  
 Et patriam æthereæ lucis remeabis ad anlam,  
 Vnde caduca hominis progressus membra petisti.]*

VISIONES DE INTERI- TV IULIANI

Fuit quidem eiusmodi Iuliani casus eodem ferme temporis momento cognitus san-  
 ctis viris, quo contigit: immo (sicut diximus) & præcognitus, cum Athanasius de eo fue-  
 rat vaticinatus, nubeculam illam inani tonitruo perstreptentem quàm citissimè dissol-  
 uendam, & de fabro iam parante loculum Iuliano fatidica illa fuerat dicta sententia. At  
 quid ea hora, qua diuina vltione tyrannus occisus est, diuinitus ostensum fuerit magno E  
 illi anachoretæ Iuliano Sabbæ, Theodoretus<sup>d</sup> sic narrat: Porrò autem Iulianus, cogno-  
 mento Sabba (sic namque Syriaca lingua vocabatur) cuius vitam in historia nostra, quæ  
 Philotheus inscribitur, litteris mandauimus, eorum viuendi genus, qui sunt expertes cor-  
 poris, in corpore imitatus; cum esset de Iuliani minis certior factus, longè attentius preces  
 Deo omnium moderatori adhibuit: atque eodem ipso die, quo Iulianus interfectus est,  
 quanquam iter viginti dierum & amplius aberat ab exercitu, eadem eius inter precandum  
 agnouit. Nam ferunt, eum, dum Dominum clementem & benignum suppliciter oraret, de-  
 repente fletum repressisse, & effusum in lætitiã exultasse gaudio, hilarique vultu ce-  
 pisse intueri. quare voluptas, quam capiebat animo, manifestè declarata est. Quem  
 familiares eius cum ita mutatum cernerent, orasse, vt causam lætitiæ suæ ipsis indicaret.  
 Eum

<sup>d</sup> Theod. lib. 3. cap. 19.

Eum autem respondisse: Aprum siluestrem, hostem vineæ Domini, debitas scelerum in  
 Christum admisorum perpendisse pœnas, & mortuum iacere, ne amplius Christianis in-  
 fidias struat. Quibus cognitis, omnes triumphare gaudio, & hymnum, quo Deo gratias  
 agerent, cantare cœperunt. Postea autem facti sunt certiores ab illis, qui mortem eius  
 nunciabant, sceleratum illum tyrannum extinctum eadem die & hora, qua diuinus ille  
 senex Iulianus eum cecidisse cognouerat & prædixerat. ] hæc Theodoretus.

De Didymo autem ita Sozomenus<sup>a</sup>: Eodem die Didymus, vir Ecclesiasticus, & di-  
 uinæ sapientiæ ac pietatis studiosissimus, Alexandria ætatem degens, supra modum do-  
 lebat, non modò ob Imperatoris scelera contra Christianam religionem admissa, sed etiam  
 quòd cæco errore vagabatur, & Ecclesias contemnebat. Itaque ieiunare, & Deum hæc de  
 re supplex orare cœpit. Qui cum ob hanc causam animo adeo sollicito ac mæsto esset, vt  
 sequenti nocte nihil comederet, forte in folio assidens, somno oppressus esset, ac velut extra  
 se positus, videbatur sibi videre equos albos in aëre cursare, & qui in eis uehebantur, eos  
 ita prædicare: Nunciate Didymo, hodie Iulianum hæc ipsa hora interfectum esse: ipseque  
 idem illud Athanasio Episcopo significet (latebat enim, vt dictum est, Alexandria Atha-  
 nasius, conscio Didymo. ] Didymus igitur illico somno solutus surrexit, cibumque cepit. ]  
 hæc Sozomenus. eadem quoque de Didymo Palladius<sup>b</sup> narrat.

<sup>a</sup> Sozom. lib. 8. cap. 2.  
 DIDYMO QUIDO- STENSUM DE IULIA- NO.

<sup>b</sup> Palladius in Læcis

At hic siste gradum, lector, cum iam ad exitum, exitumque infensissimi omnium ho-  
 stis Christianæ religionis perueneris, atque memoria repete, mente cogita, expendeque  
 animo, quot quantaque adeo breui temporis spatio, nondum quidem duorum annorum  
 curriculis euolutis, diuinitus edita opera fuerint, quibus tamquàm manifestissimis signis at-  
 que impressis notis intelligas, diuino numini res Christianorum curæ esse, inesseque in Ec-  
 clesia Catholica Deum, qui totam hanc agitet molem, regat, gubernet, tueatur, atque  
 conferuet, neque humanarum esse virium tanta præstare. Cum alioqui singulis ferme  
 anis eadem, vel his similia, pluraque eiusmodi signa spectare liceat, dummodo simplices  
 tibi sint oculi atque puri. sed apud nos ista tu trāsiciens intueberis. Cæterum si ad opus con-  
 sidere libeat, thesauros locupletissimos habes, duos inquam tomos à P. Thoma Bozio  
 Collegij nostri Rectore nuper editos: in quo quidem argumento, quanto ordine, rerum  
 copia, atque dicendi facundia versatus sit, tu ipse melius ex eis intelliges, quàm ego inge-  
 ram: parco enim, quod inops sit illa probatio, quæ domestico perficitur teste. Sed erit pla-  
 nè, vt illa cuncta perlegens, intelligas quàm fortis & inexpugnabilis sit Christiana religio,  
 in qua fideles omnes sub centum illis militant signis: ita vt de Ecclesia Catholica dig-  
 nè occinas illud Iacob<sup>c</sup>: Verè Dominus est in loco isto ] meritoque & illud eiusdem  
 adiecit<sup>d</sup>: Castra Dei sunt hæc ] atque addit, vt licet sis hostis, & ab aduersariorum  
 partibus stes, si quid tamen veri studium in te reliquum sit, mox de eadem Catholica  
 Ecclesia coactus instar Balaam exclamare cogaris<sup>e</sup>: Quàm pulchra tabernacula tua  
 Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, & horti iuxta fluuios irrigui, vt ta-  
 bernacula quæ fixit Dominus, &c. ] Sed iam reliqua, quæ ad Iulianum pertinent, pro-  
 sequamur.

DE SIGNIS ECCLESIAE LIBERTI HO- MAR BOZII.

<sup>c</sup> Genes. 28.  
<sup>d</sup> Genes. 23.

<sup>e</sup> Num. 24.

Atque in primis quod ad diem ipsum, quo, sic diuino vlciscente numine, extinctus  
 est, spectat: eum vt i. Kal. Iulij diem clausisse extremum, ex Ammiano colligitur<sup>f</sup>: Socrate-  
 tesque id expresse restatur<sup>g</sup>, cum ait: Occubuit vt. Kal. Iulij, tertio anno sui Imperij, sep-  
 timo autem postquam à Constantio renunciatus fuisset, ætatis suæ trigesimo primo. ] Sed  
 & ex die eius occubitus, Dei licet æstimare vindictam: cum ea die, qua ipsius rescripto  
 passi sunt Romæ nobilissimi atque innocentissimi aulici Constantini Imperatoris Ioan-  
 nes & Paulus (de quibus superius fusiùs egimus) nempe sexto Kalendas Iulij, qua die na-  
 talis dierum Martyrum in Ecclesiasticis tabulis adnotatus habetur, Iulianus diuinitus  
 misso telo necatus habeatur.

<sup>f</sup> Ann. lib. 25.

<sup>g</sup> Socrat. lib. 3. cap. 18.

TEMPVS IN- TERIEVS ET AET IULIA

Quod verò ad eius Imperij tempus attinet: dum Socrates dicit, Iulianum anno tertio  
 sui imperij viuendi finem imposuisse, planè hallucinatur: siquidem apertissimè constat  
 eum nec quidem in Imperio post obitum Constantij expleuisse biennium. Cum enim  
 Constantius Imp. ex hac vita decesserit (vt auctore Ammiano dictum est) tertio Nonas  
 Octobris, Tauro & Florentio Coss. anno Domini trecentesimo sexagesimo primo, cum  
 statim Iulianus solus imperare cœpit: certumque sit, eumdem hoc anno sexto Kalendas  
 Iulij morte abreptum imperare desisse: dicere necesse est, eum minus habuisse in Impe-  
 rio ab expleto biennio menses tres & dies nouem. Sed inde Socrati errandi mauanit  
 occasio,

occasio, quod sub Imperio Iuliani a morte Constantij tres ponuntur Consulatus; Tauri & Florentij, quo imperare cepit, Neuitæ & Mamertini, quem annum regnavit integrum; ac denique eiusdem Iuliani Consulatus quartus cum Sallustio, quo pariter occisus est: sed primi Consulatus menses tres, postremi sex haud absolutos imperavit.

Audito igitur de Interitu Iuliani vbiq; terrarum Imperij certo perlato nuncio: qui deuoti ab eo erant dijs victimæ Christiani (secundum illud Dauidicum: Latrabitur iustus, cum viderit vindictam) excusso statim pauore atque maxore, quo sub gladio tenebantur oppressi, exultantes, Deo canticum cecinere, instar Israelitici populi, cum insequentem cerneret Pharaonem vna cum exercitu eius extinctum. Sed robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt habitatores Canaam. Amplissimi, inquam, magistratus illi, ac Gentilitiæ superstitionis Pontifices, quos ad restituendam propagandamque idolatriam Iulianus elegerat, simulque Ethnici omnes, Christiani nominis hostes, cum suas ipsorum res magis magisque efflorescentes conspicerent, atque longè maiora sperarent, eas omnes improuiso turbine abreptas, spesque meliores excisas penitus esse cernentes, consternati sunt animo, oppressi dolore, ac pariter timore concussi, malè conscij, quantalibet licentia atque procacia toto hoc Iuliani regnantis temporis spatio in Christianam religionem insultassent.

Qui autem tunc rem altius attentiusque considerabant, Iulianum non tam contra Persas, quam aduersus Christianorum Deum, antiquius, diuturnius, acriusque bellum agentem extinctum considerantes, magnam Christi potentiam in Iulianum adeo perspicue demonstratam admirabantur: deorumque contra imbecillitatem attendebant in protegendo prouehendoque in ampliorem gloriam, quem scirent maiore studio, quam quiuis alius ante solertissimus numinum cultor, die noctuque pro eorum cultu fuisse sollicitum: sed, & clarissime tunc perspexerunt, esse illos penitus impotentes, nimirum priuatum fulminibus Iouem, Martem armis, Mercurium talariis & caduceo, Herculem claua; Vulcani friguisse ignes, Victoriam factam improbe transfugam, Castorem atque Pollicem castrorum custodes, iam factos eorumdem turpiter desertores, Isidemque nutricem, egentem. Erubescabant adhuc Gentiles, ac pariter vlciscentis Dei Christianorum vim ac fortitudinem admirabantur, vt ex his quæ sanctus Hieronymus scriptorum monumentis memoriam tradidit, intelligere facile possumus: nam in Commentarijs in Habacuc Prophetam hæc habet:

Dum adhuc essem puer, & in Grammaticæ ludo exercebam, omnesque vrbes victimarum sanguine polluerentur; ac subito in ipso persecutionis ardore, Iuliani nunciatus esset interitus: eleganter vnus de Ethnicis, Quo modo, inquit, Christiani dicunt, Deum suum esse patientem & averse? nihil iracundius, nihil hoc furore præsentius: ne modico quidem spatio indignationem suam differre potuit. Hoc ille ludens dixerit. Ceterum Ecclesia Christi cum exultatione cantauit: Diuisti in stupore capita potentium.] est sententia Habacuc, iuxta septuaginta. Erudiebatur ipse hoc tempore sub Donato grammatico, quem sæpe suum magistrum appellat, non autem sub Victorino, qui excultiori litteratura insignior habitus, desuuit tunc publicè profiteri, cum aduersus Christianos professores idem Imp. Apostata (vt diximus) promulgauit edictum. Quotennis autem hoc Iuliani obitus tempore Hieronymus fuerit, qui se puerum fuisse tradit: quoniam res perdifficilis est, & plurima indiget inspectione, de hoc agemus inferius anno Domini trecentesimo septuagesimo secundo, cum de ætate, quam vixit, erit prolixior disputatio. Modò autem in rebus ad Iulianum spectantibus versetur oratio.

At in quod discrimen ex hoc tentato & malè gesto Persico bello adductum sit Romanum Imperium: cum omnes lectu immenso eadem prosequantur historici, quid de his Patres scripserint, in medium adducamus, & in primis quod sic ait Hieronymus: Iulianus proditor patriæ suæ, & Christiani exercitus iugulator, Christum sensit in Media, quem primum in Gallia denegarat: dumque Romanos propagare vult fines, perdidit propagatos] & S. Augustinus de eodem Apostata Iuliano: Cuius, inquit, egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega & detestanda curiositas, cum vanis deditus oraculis erat: quando fruetur securitate victoriæ, naues, quibus victus necessarius portabatur, incendit. Deinde feruidè stans immodicis ausibus, & mox merito temeritatis occisus, in locis hostilibus egenum reliquit exercitum: vt aliter inde non posset euadi, nisi contra illud auspiciu dei Terminii, de quo superiore libro diximus, Romani Imperij termi-

CHRISTIANORVM GAVDII ET GENTILIUM MAEROR. Psal. 57. Exod. 15.

DEORVM DERISIM POTENTIA.

ETHNICI DE CHRISTO QUARELA.

Habac. 3.

Hier. epist. 3. IULIANVS LVES IMPERII ROMANI.

Arg. de Civ. Dei lib. 5. c. 21.

A termini mouerentur. Cessit autem Terminus deus necessitati, qui non cesserat Ioui.] hæc Augustinus. Sed & ex Græcis Gregorius Nazianzenus eosdem threnos ingeminat de clade illata Romano Imperio, necnon Ioannes Chrysostomus eam est pluribus profecutus: quæ talis tantaque fuit, vt nullam huic æqualem subierit Romana Respublica; licet contigisset, ipsum Imperatorem captiuum sub iugo teneri Perfarum: adeo vt nec postea vllum aduenerit tempus, quo talis iactura potuerit refarciri, vel tantæ ignominia nota deleri. Quod si quis dixerit, maximo omnium Romani Imperij damno Iulianum esse natum, veritatis scopum collinasse, omnes rectè iudicantes æquè sint consensuri. Vt planè habuerint, vnde plurimum erubescerent Libanius & alij illi similes, qui Iuliano viuenti adulati turpiter fuerant, dicentes, eum magno Romani Imperij bono a dijs esse concessum; nec non illi, qui hæc tam excelsa præconia incisa etiam silicibus posterorum memoriæ commendauerunt; quorum hic tria vetera monumenta describenda curauimus: est enim eiusmodi prima inscriptio:

IMP. CAES. FL. CL. IULIANO. P. F. VICTORIO AC. TRIUMPHATORI. SEMPER. AVG. P. M. IMP. VII. CONS. III. BONO REIP. NATO. PRO. CONS.

Secunda verò inscriptio sic habet:

AETerno. PRINCIP. D. N. FLAVIO CLAVDIO. IULIANO. VBIQUE VENERANDO. SEMPER. AVG. BONO REIP. NATO. ORDO. POSSESSORESQUE

C Tertia verò talis est:

IMP. CAES. D. N. FL. CL. IULIANO SEMP. AVG. P. M. IMP. VII. COSS. III. BONO. R. P. NATO. PATRI PATRIAE. PRO. CONSS

Talia igitur tantaque Ethnici de Iuliano conceperant, vt vbiq; locorum eiusmodi titulo BONO REIP. NATO, signa illi dicarent: sed euentu contrario obscurata penitus remansere, obliuiscenno, exposita cuiuscumque ludibrio: vt lapides, licet elingues, iisdem decoris notis clamarent tamen ignominiam Iuliani.

Iam verò agendum de fuere ignobili, & infami Apostatae sepultura, de quibus pauca, hæc Ammianus: Corpus eius curatum pro copia rerum ac temporis, & vbi olim ipse stauerat conditum fuit] nempe Tarsii in Cilicia. hæc tantum ipse; cetera reticet, nempe a Perfide in eum vsque locum, vbi cadauer condendum erat, solemnis processio, & quo honore, quibusve laudibus à singulis acceptum sit ciuitaribus, cum quem triumphantem expectarent Imperatorem, in feretro supinum susceperunt. Sed Gregorius Nazianzenus, nolens tanta gloria tantum Imperatorem priuatum sepulturae donari, sic rem, vt est gesta, profecquitur, iam ante locutus magnificè de funere Constantij Imp. cum subdit: Huic, Iuliano scilicet, contra cum turpis & flagitiosa expeditio, tum turpior atque ignominiosior reditus contigit. Exagitabatur enim à populis & vrbibus, publicisque atque scurrilibus vocibus, quarum nunc quoque permulti meminerunt. Quæ verò hæc ignominia erat? Mimi & histriones eum agebant, omniq; scenæ turpitudine lacebabant, tibia canentes & saltitantes; ei que fidei abiurationem & cladem, vitæque finem exprobrantes; nihil denique ex ijs non facientes ac dicentes, quibus huiusmodi homines, qui pro arte procacitatem & contumeliam habent, insolentius vtuntur: quoad eum tandem Tarsensis ciuitas excepit, haud scio quo modo & ob quam causam hac iniuria mulctata. hic illi templum infame, tumulusque impurus & execrandus, ac ne spectabilis quidem piorum oculis.] hucusque Gregorius: qui tamen alibi, cum Athanasij celebrat laudes, hæc etiam habet de eiusdem Iuliani corpore tradito sepulturae. Quem magnificentum & honoris cupiditate flagrantem transfuderat, eundem mortuum reducit, nec miseratione quidem quemquam permouentem; immo (vt mihi quidam narrauit) nec ad sepulturam assumptum, sed à terra, quæ propter ipsius scelus tremore affecta fuerat, excussum, æstuque vehementi proiectum, infrequentis (vt opinor) supplicij primordium.] hæc Gregorius.

At sicut toto illo reuersionis cadaueris e Persia in Ciliciam tempore æquè fuit de Iuliano omnium derisio ac sublanatio: ita iisdem pariter probris affecti sunt Philosophi illi,

Greg. Naz. orat. 2. in Iul. Chrysost. cõtra Gentiles.

Extant in li. Inscript. antiq. Smir. pag. 156. num. 13. 15. 16.

Ammian. li. 25. FNVS IVLIANI.

Greg. Naz. orat. 2. in Iul.

MAGI ET PHILOSO- PHI IULIA- NI LVDI- BRIO HA- BITI. Theod. lib. 3. cap. 12.

illi, magi, atque augures, quos carissimos amicos, certaque victoriae desponsos secum in A Persidem duxerat Iulianus. hos infelices diceris, fannis, scommatibus, ac denique sibilis vulgus insectabatur, idque Antiocheni praeferebant, ubi diutius cum Iuliano fuerant commo- rati, & magno in honore habiti. Fuisse enim eiusmodi voces Antiochenorum in Maximum philosophum vna simul clamantium, Theodoretus testatur, qui ait: Vrbs vero Antio- chia, vt primum tyrannum trucidatum intellexit, epulas publicas, crebrosque conuentus celebrare, & non in Ecclesijs solum & martyrum monumentis tripudiare, verum etiam in theatris Crucis predicare victoriam, & tyranni vaticinia irrisioni & ludibrio habere coepit. Voces autem Antiochenorum contra eum emissas ponam equidem hoc loco, quo earum memoria possit ad posteritatem remanere. Nam vno ore clamabant omnes: Vbi tua, o Ma- xime, o stolide, vaticinia? Vicit Deus & Christus eius. Per id enim tempus erat vir quidam nomine Maximus, qui tamen Philosophum se esse profitebatur, erat tamen re vera mag- B us, futuraque se posse predicere iactabat. ] haec Theodoretus.

Theod. lib. 3. cap. 21. 22. EX DETEC- TIS IMPO- STVRIS MA- GIS DER- IVS IULIA- NVS.

Sed eo magis tam in Iulianum, quam in eius consiliarios & sacrificos est conclamatum, cum post obitum eius, custodibus e regijs palatij amotis, reueraris penetrabilibus, & abdi- tis recessibus peruestigatis, inuenta sunt humana corpora b extincta, iam putredine ex- fa, quae ipse cum suis aded execranda sacra immolauerat dijs: quorum & ad futurarum re- rum scientiam consequendam, apertis ferro visceribus, exta solebat inspiceret; vnde infe- lix de vincendis Persis, eorumque potiundo regno, & nobili de barbaris debellatis adipi- scendo triumpho certis (vt sibi videbatur) ex signis spem haud dubiam conceperat; aded vt ante victoriam cecinisset praena, seque ipsum Alexandrum Magnum esse iactasset, sibi- que dixisset, aequae ac illi olim, vsque ad Indos, omnibus debellatis hostibus, patere aditum, ascendentibus Romanum exercitum deorum phalangibus. Probrosa haec de humanis ho- C stijs immolatis (vt dictum est superius) tum Charris in Mesopotamia, tum vero abundan- tius Antiochiae sunt reperta, & in lucem prodita, publiceque exposita, velut egregia tro- phaea de hostibus debellatis erecta: cum in illum, loco triumphalium acclamationum, ab vniuerso populo sunt iactata conuicia, repetita probra, ac iteratae etiam contumeliae: Deoque simul immensa actae gratiae, quod a tali immaniissimo Scytha Romanorum libe- rasset Imperium.

LIBANVS LAYDATOR IULIANI.

Socrat. lib. 3. cap. 19.

Discruciantur haec audientes Gentiles & erubescerent, cum nulla satis idonea ad ex- cusandam deorum imbecillitatem, immo & prodicionem, qui fallis promissionibus a li- mitibus Romani Imperij exercitum abduxissent, & in manus hostium coniecissent, verba suppetere. Vnus tantum repertus est Libanius sophista Antiochenus, Iuliano (vt vidi- mus) magno amicitiae vinculo adstrictus, qui funebrem in ipsius Imp. laudem scripserit ora- tionem, qua eum pro arbitrio laudibus in caelum euexit, & inter numina collocauit. Sed D quid in ea homo vanus somnians effutierit; Socrates, qui eam legit, his verbis significat, cum in eundem Christianam religionem subannantem inuehitur: Porro autem cum Libanius sophista Christianos false irrideat his verbis: Hominem ex Palaestina oriundum, Deum, Dei que filium faciunt: Mihi videtur penitus oblitus, se in extrema oratione sua, Iulianum in deos retulisse, in hunc modum: Primum, inquit, mortis illius nuncium pa- rum aberat quin lapidibus obruissent, tamquam contra deum mentium] quod scilicet Iulianus deus factus, mori non posset. sed subdit: Deinde paulo longius progressus: O dae- monum, inquit, alumne, daemorum discipule, daemorum denique assessor. Quamquam ille aliter ista intelligebat: tamen cum nomen ambiguum, quo etiam diabolus significa- tur, non vitaret, eadem visus est dicere, quae Christiani in probris obiectandis dicere con- E sueuerunt. Quare si ad quemquam laudibus ornandum omni studio incubuisset, nomen ambiguum vitare eo modo debuisset, quo aliam vitauit vocem, quam quidem, cum esset ob eam reprehensus, a suis libris prorsus deleuit. ] haec Socrates: idemque testatur, eadem de laudibus Iuliani oratione Libanium recensuisse libros ab eo compositos, cum superius

Socrat. li. 3. cap. 9.

LIBANVS FUNEBRIS ORATIO.

de ipsa item oratione tunc ab eo scripta mentionem faciens, sic ait: Eodem tempore Libanius sophista orationem, qua mortem desleuit Iuliani, composuit, eamque Iulianum, siue Funebrem inscripsit: in qua non modo omnes eius res gestas illo dicendi genere, quo hominum laudes celebrantur, persecutus est, sed librorum etiam, quos contra Christianos ediderat, & quod in illis Christianorum scripta ridicula, nugisque, referta monstrauerat, mentionem fecit. ] sed de illis superius satis. Addit auctor inferius, scriptum ab eodem Iuliano commentarium, quem Cynicismum inscripsit. Cynicorum quippe

A quippe philosophorum fuisse studiosissimum, epistola illa, quam adhuc cum Caesar esset, scripsit ad Maximum, declarauit. Lucubrauit quoque librum illum, cuius est titulus, Caesares; non aliam puto ob causam, nisi vt ea occasione carperet Constantinum, quem veste indutum muliebri dea deliciarum coniungeret vna cum filiis, se vero Solis filium, Mercurij sententia comprobaret. vbi haec in fine ridicula habet: Dij vero impietatis vindices, vt ipsum Constantinum, ita & eius filios cruciabant, sanguinis cognatorum fusi poenas exigentes: Donec Iuppiter in Claudij & Constantij gratiam a malis respirare concessit. Tibi autem (Mercurius, ad me sermonem dirigens, inquit) feci, vt Solem patrem agnosceres. Tu vero eius praecceptis obtemperato: illum tibi tutum portum & perfugium, dum in viuis agis, compara: quando vero oportebit hinc excedere, cu bona spe tibi deum propitium ducem constitue. ] hisque verbis imposuit finem orationi. Sed ex impietate concep- ta spes eum vana sefellit: quippe tali parenti frustra confusus, cum se tum a Persis victum, tum vero a Christo (quod acerbius illi fuit) superatum cognosceret, planè desperans, ac numina blasphemans, e vita excessit. Porro quod ad eius scripta pertinet: praeter Misopogonem, alias quoque scripsit orationes. Sed de eius scriptis alibi pluribus ex Suida.

REFELLUNTUR QVAE DE LIBANVS NARRANTUR.

Quod vero ad illius laudatorem Libanium spectat: ex ea planè oratione, quam post obitum Iuliani in ipsius laudem conscripsit, qua & non leuiter Christianam religionem carpit, prorsus eluditur commentum illud, quod sub falso Amphiloehij nomine narratur in Vita Magni Basilij, quo fertur, Libanium persimilem de interitu Iuliani (quam Basilius vidisse diximus) visionem noctu per somnium conspexisse, cum esset in castris: quem tamen ex litteris Iuliani constar Antiochiae fuisse relictum. Sed & quod ibidem dicitur, ipsum Libanium septimo post obitum Iuliani die ab exercitu fugientem, ad eundem Basilium Caesarem conuolasse, atque eius nunciasse obitum, petijseque fieri Christianum, consecutumque esse sacrum Baptismum, atque vna cum ipso Basilio commoratum esse: sunt haec planè digna risu, quae & fidem derogent nonnullis, quae ab alijs excepta, in eadem Vita vera esse probantur. Talis profecto est opera impostorum, vt cum falsa ingerant, vera mendaciorum admixtione corrumpant. Repugnant his etiam quae post haec ab eodem Libanio ad eundem Basilium epistolae scriptae sunt. Sed de Libanio Eunapius Sardonius haec inter cetera: Nemo omnium, inquit, qui a Libanio allecti & in familiaritatem recepti fuerant, abijt a morfu immunis: nam quali quisque erat ingenio, confestim norat; illiusque animum in vitia, an virtutes pronior esset, perspectum habebat: egregius artifex in exprimenda atque ex vero confingenda morum similitudine in vtramque partem. ] haec & alia Eunapius. Tribuit & hoc illi vitio Socrates, quod pro tempore instar Protei, diuersos animi vultus mutare soleret: nam regnante Constantio, cum scriptis mirifice commendauit, cum vero defunctus est, criminosis eundem contumelijs deturpauit. Ca- ruisse autem vxore Libanium tradit Eunapius, vni tamen habuisse mulierulam concubinam, obijseque longa senectute confectum. Ceterum licet in alijs lucubrationibus suis Libanius Gentilibus sapiens & eruditus videri potuerit; in duabus tamè illis ab ipsis Ethnicis pariter collaudatis, altera qua de Daphne inscripta erat, altera vero de laudibus Iuliani, quarum meminimus, apud viros prudentes atque disertos magnae insipientiae specimen edidit; visusque isdem est flaccidus, mollis, languidus, eneruatus; ac scena dignus; cuius dictio leuis Comœdi potius, quam quae, cuius personam ageret, grauiissimi Oratoris referret exemplum.

Socrat. lib. 3. cap. 19.

Ammianus lib. 24.

Ceterum in conscribendis Iuliani rebus gestis, celebrandisque eius laudibus, aequiore se praebuit Ammianus: qui etsi in his (vt saepe demonstratum est) limen interdum veritatis transgressus est: tamen in memoria reuocans, sibi no encomiastae, sed historici fore numeros exsoluendos; post contexta praenonia Iuliani virtutum laudans eius iustitiam, pruder- tiam, fortitudinem, temperantiam, castitatemque cum liberalitate coniunctam, nec non in militari disciplina solertiam, vitia tandem paucis, licet prolixiore indignissent oratione, ita perstrinxit: Leuioris (nempe erat) ingenij: veru hoc instituto rectissimo temperabat, emendari se, cum deuaret a fruge bona, permittens. ] sic planè restituenda lectio est, cum pro leuioris, aliqui codices legant, lentioris, alij lenioris: haec enim exploditur penitus posterior lectio, cum ab auctoris sententia discrepet, cuius institutu est, in his vitia, & quae in homine corrigenda fuissent non virtutes describere: Verum nec quod prior habet, fuisse lentioris ingenij, auctoris sensui satisfacit. Quamobrem textus emendatio illa placuit, quae ab erudito viro Billio in suis obseruationibus adnotatur; vt loco lentioris ingenij, sit resti- tuen-

<sup>a</sup>Greg. Naz. orat. 1. in Iul. <sup>b</sup>Ammianus lib. 22. <sup>c</sup>Ammianus lib. 15.

tuendum, leuioris ingenij: etenim leuitatis notam eidem Gregorio Nazianzenus<sup>a</sup> inurit. A quæ quidem germana lectio ex eiusdem Ammiani verbis superius positus restituitur: siquidem alibi<sup>b</sup> idem leuitatis peccatum inculcans, hæc in eamdem prorsus sententiam verba habet: Leuitatem agnoscens commotioris ingenij sui, Præfectis, proximisque permittebat, vt fidenter imperus suos aliorum tendentes, ad quæ decebat, monitu opportuno frenarent. ] ita Ammianus: sed subdit de alijs eiusdem Iuliani vitijs hæc insuper<sup>c</sup>:

Linguæ erat fusioris & admodum raro silentis: præfagiorum sciscitationi nimia deditus, vt æquiparare videretur in hac parte Principem Hadrianum: superstitiosus magis, quam sacrorum legitimus obseruator: innumeras sine parsimonia pecudes mactans: vt æstimaretur, si reuertisset de Parthis, boues iam defuturos: Marci illius similis Cæsaris, in quem id accepimus dictum, *λευκοί βόες, Μαρτιά τῆ Κασσιέει ἀν συνήθειαν, ἡμεῖς ἀπ' αὐτῶν μὲν*. vulgi plausibus lætus, laudum etiam ex minimis rebus intemperans appetitor, popularitatis cupiditate cum indignis loqui sæpe affectans. ] subdit his post alia de legibus ab eodem iniuste latis. At si cupis summam scire hominis prauos mores, ac præsertim leuitatem, quam in eo omnes redarguunt, eamque certis signis representatam, simulque eius exitum infelicem, accipe diuinum diu ante pronunciatum atque posteris commendatum oraculum, inter diuina scriptorum monumenta reconditum, in quo mireris videtur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatum malum, & omni tempore iurgia seminat. Huic extemplo veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit vltra medicinam. ] hæc in sacris prouerbij Salomonis, Iuliano in omnibus congruentia, licet dicta sint de apostatis omnibus.

ORATIONES INVECTIVE GRÆGORII NAZIANI IN IULIAN.

<sup>a</sup>Greg. Naz. orat. 2. in Iul.

• Sed age iam hominis turpitudinum monumenta vetera referamus. Extant duæ ingentes sceleribus Iuliani sculptæ columnæ, duæ inquam illæ à Gregorio Nazianzeno orationes in Iulianum conscriptæ, quarum excellentiam haut satis dignè laudare poterit clarissimi oratores; casque prudens quisque dixerit duo fulmina, magno cum fragore tonitruu, veritatis luce corusca, in horrendum monstrum valido impetu cælitus missa: ex quibus pro instituti ratione satis erit hic pauca, quæ ad finem, nempe posteriori oratione, congruam homini panegyrim absoluturus, munus tanto dignum Imperatore, illi offert, hæcque habet<sup>a</sup>: Hæc nostræ, hoc est, Galilæorum: hæc contemptorum & abiectorum hominum narrationes: Hæc nos, qui Crucifixum adoramus: Hæc picatorum, & (vt ipsi aiunt) imperitorum discipuli: Hæc nos, qui cum vetulis sedemus & psallimus: Hæc nos longis ieiunijs cõfecti & exanimes: Hæc nos, qui frustra vigilamus, atque in nocturnis stationibus nugamur, & tamen vos prosternimus. Vbi sunt grammatici? Vbi consiliarij? (libet enim ab indoctorum nostratum quodam, vt idem vobis videret, triumphalem hymnum mutuari<sup>1</sup>) Vbi sacrificia, & sacra, & mysteria? Vbi victimæ tā apertæ, quam occultæ? Vbi aruspici: ars, quæ laude ac prædicatione effertur? Vbi præscientiæ vanitas, & ventri loquorum signa? Vbi clara illa Babylon sermone celebrata, & Orbis vniuersus terrarum per exiguum & execrandum sanguinem cogitatione perceptus? Vbi Perfæ illi & Mædi, qui manibus tenebantur? Vbi dii illi, qui ducebantur & deducebant, & propugnabant simulque pugnabant? Vbi illa aduersus Christianos oracula & minæ, nostrique ad præfuturum diem etiam ad ipsum vsque nomen oppressio? Euanuerunt omnia. Fallæ sunt, difflexerunt, somno similes extiterunt impiorum iactationes. ] & paulo post, recitato Sennacherib<sup>2</sup> exemplo in Iudæos temerè insultantis, & Ezechia in Deum Israel spem habentis, hæc addit:

<sup>1</sup>Isai. 33. <sup>2</sup>4. Reg. 18.

CHRISTIANORVM IN DEVM FIDVCLIA. <sup>3</sup>Amos 6.

Nos autem, quibus nulla alia arma, nec muri, nec præsidia, præter spem in Deum, reliqua erant, vt pote omni humano auxilio prorsus destitutis ac truncatis: quem tandem alium aut precum auditorem, aut minarum depulsorem habituri eramus, quam Deum, qui iurat aduersus superbiam Iacob<sup>3</sup>? O incredibiles narrationes! ô rerum spe conceptarum temeritatem? Dæmonibus instar cuiusdam victimæ, promissi fueramus: ac magna illa Dei hæreditas, gens illa sancta, regale sacerdotium, vnius spei præmium, atque vnius belli palma facti eramus. Hæc tu scilicet Christianis ob salutem per eos malè acceptam præmia retulisti? (cùm scilicet à vindice Constantij Imperatoris gladio puer subductus esset) Hæc Domino Deo tuo rependisti? Ac prius quidem, cùm Deus suam pro nobis iram adhuc sustineret atque differret, nec dum omnem zelum suum inflammasset, verum sublimis adhuc aduersus impium manus haberet, atque arcum tametsi iam adductum atque paratum.

A ratum per vim retineret, tantisperque expectaret, dum tota illius improbitas, quasi supplicidus & malignus quidam morbus erupisset (hic enim diuini iudicij mos est, vel vt per penitentiam salutem afferat, vel iustis puniat) tum nos ea quæ fiebant, ægrè & acerbè ferentes, atque ad futurum animis fatiscences (nec enim ipsius benignitatem suis absconditam ferebamus) has ad eum voces emittebamus, partim Dominum inuocantes, partim vel apud benignum & facilem patrem conquerentes, partim velut exprobrantes & cum eo expostulantes, vt solent qui in dolore versantur. Vt quid<sup>a</sup> Deus repulisti in finem; iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? &c. ] & paulo post: Hæc quidem ipse prius, & cogitabam, & ad Deum clamabam. Nunc autem quam diuersas voces assumo! In piorum exitium deinceps lugeo, iisque qui nos odio habent, benignum me præbeo, atque huiusmodi verbis vtor: Quo modo<sup>b</sup> facti sunt in desolationem! subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam: tamquam puluis, quem turbo abstraxit: tamquam lanugo, quæ à vento dilucitur: tamquam ros matutinus, tamquam emissæ sagittæ stridor, tamquam tonitruu impetus, tamquam fulgur emicans. ] & post nonnulla de Gentiliu salute, quam cuperet, elocutus, in triumphales rursus voces erumpens, hæc addit:

Mihi, inquit, rursus in triumphalem cantum sese oratio referet. Cecidit<sup>c</sup> Bel: contritus est Hagon: palus factus est Saron: pudefactus est Libanus. Non iam fatuum imperare iubeant, hoc est idolorum agmen, motus & sensus expers: nec muscam quærent deum Accaron, aut si quid ea magis est ridiculum: Non iam lucos & excelsa loca mente concipient, montemque omnem frondosum & vmbrosu: Non iam filios suos & filias dæmonis immolabunt, quod olim Israel à Prophetis<sup>d</sup> obiciebatur. Sed quid hæc colligo? Ad præsentia & nostra me conuertam. Non iam in sacras nostras ædes prauos oculos conuertent: Non iam aras, à purissimo & incruento sacrificio nomen habentes, scelesto sanguine contaminabunt: Nec loca non adeunda per impia altaria probro ac dedecore afficient: Non iam sacrilega manu votiua dona diripient & profanabunt, impietatem auaritia cumulantes: Non iam presbyterorum caniciem, diaconorum sanctitatem, virginum pudorem contumelia perfundent: Non iam in sanctorum incisorum viscera fœdos & impuros porcos immittent, vt simul & pabulo & visceribus satientur: Non iam martyrum sepulchris ignem admouebunt, vt per eorum ignominiam alios à certamine deterreat: Non iam sanctorum reliquias cum vilissimis ossibus per contemptum permixtas flammis absument, aut in ventos spargent, vt eo honore, qui eiusmodi hominibus debetur, eos priuent: Non iam cathedram pestilentiæ construentes, maledicta & conuicia aduersus Episcopos & presbyteros, atque etiam Prophetas & Apostolos, Christumque ad eum ipsum coniecta, pro delicijs habebunt. Non iam aduersus nos dies festos ac lætos agere legis interdito ab adulterina doctrina nos excludentes, perinde atque eadem opera linguas quoque nostras obstruunt. Age, Imperatorias tuas & sophisticas orationes, atque ineuitabiles tuos syllogismos, & enthymemata deprome. Videamus qualia etiam prædicatores & rustici apud nos loquuntur. ] atque post multa de inani deorum potentia, casta que virtute, eorumque vaticinijs risu dignis, disertè locutus, hæc demum apostrophe præmissa perorat<sup>e</sup>:

Hoc tibi pro pede sit munus, vir optime & prudentissime (libet enim tuis te verbis affari.) Hæc nos, qui præclara illa & admiranda lege tua à litterarum studijs exclusi fuimus. Vides tandem, quod in finem vsque tacituri, nec edictis tuis perpetuò silentio mulctandi eramus, sed liberam tandem vocem emissuri, tuæque stultitiæ indicem & confutatricem.

E Vt enim cataractæ Nili ab Æthiopia in Ægyptum cadentes, & Solis radij tametsi nube aliquantisper obducantur, nulla arte inhiberi queunt, sic nec Christianorum linguis compedes iniici, portenta vestra profcindentibus. Hæc à Basilio & Gregorio habes conatu tuorum aduersarijs atque hostibus, quemadmodum & ipse arbitraris, & alijs persuadebas, minis tuis nos videlicet ornans & celebrans, acriusque ad pietatē acuens: quos & vita & doctrina & mutua animorum concordia claros & nobiles iam inde à Græcia cognoscens, honore cyclopeo afficiebas, postremoque ad persecutionem referuabas, & fortasse velut triumphale quoddam donum dæmonibus offerre proponebas, si te à Peride redeuntem excepissent; aut etiam ad barathrum tuum abriperere sperabas, multum opinione falsus. Neque enim adolescentibus illis ignauiores sumus, qui in flammis rore perfusi sunt, & belluas per fidem vicerunt, &c. ] ac rursus:

Hanc orationem pro Porphyrij mendacijs & deliramentis habet, quibus vos tamquam diuinis

diuinis vocibus gloriamini: aut etiam pro tuo Misopogone, seu Antiochica (nam utrumque orationi titulum inscribis) qua quid apud Christianos abiectius aut contemptius...

Zosim. lib. 3

BASILIVS ET GRIGORIVS ACCOLABEREM.

GREGORIVS EXIMIVS CVLTOR VIRTVTVM.

Greg. Naz. Apolog. 1.

Greg. Naz. de sil. nro in eximio.

Quod autem Basilij in primis nomine, suoque demum offerat Gregorius eiusmodi munus orationis: non sic quidem accidit, ut eandem vna simul elaborarint, quod in his conscribendis alter indigeret alterius opere...

Sed quid de his primo dicendum? Cum enim haud ignavi fuerint iam ab ineunte aetate virtutum cultores, & inter improbos agentes inuenti sint optimi: quales putandi sunt euasisse, cum in hoc vnum, ceteris omissis curis, omne studium impenderent...

Fuit quondam illud tempus, cum inter iuuenes & aequales meos nullus mihi robore par erat:

erat: ac me Christus & fide adamante ipso duriore praeditum & validissimis armis vndique septum atque munitum aduersus hostem in certame educebat. Et quidem ego diuinis oculis euoluendis mentis puritatem collegi, ex sacris nimirum litteris spiritum exprimens...

GREGORII NAZIANZENSIS VITAE INSTITVTVM.

Qualisnam vero esset amborum in eremo vitae vsus, quaeue studia, ex eiusdem Gregorij scriptis licet accipere. Quamuis autem ambo in eadem Pontica degerent solitudine, seorsum tamen ab inuicem habitabant, instat monachorum Aegyptiorum, quos nominabant Anachoretas...

Greg. Naz. orat. in laud. Basilij. BASILIVS ET GRIGORIVS IN EREMO SEORSVM AB INVICEM HABITANT. Greg. Naz. epist. 12.

Panes a te non postulauimus, ut nec aquam ab iis qui Ostracinam incolunt. Olera autem si a viro Ozizalense petierimus, quorum apud vos summa copia, apud nos vero magna penuria est, nec mirum fuerit, nec a consuetudine alienum. Ne graueris itaque ad nos olera mittere plurima & pulcherrima, aut quantum certe potueris: nam exigua quoque pauperibus magna sunt. Quandoquidem Magnum quoque Basilium coena accipimus, quem caue, ne quemadmodum saturum philosophantem expertus es, ita etiam esurientem & indignabundum experiaris...

Iob. 30.

Greg. epist. 8.

Quoniam quae iocando ad te scripsimus, aequo animo fers, age quae sequuntur adiciamus, ab Homero initium ducentes: nempe ex verbis Vlyssis in Odyssaea Demodocum hortantis ad equi Troiani ornatum decantandum:

Nunc age progrediens internum concine, quae so, Ornatum

E turgurium videlicet tecto & ianuis carens, focum ignis & sumi expertem, parietes igni exsiccatos, ne luti guttis impetamur, Tantalii similes, eademque poena mulclati: nimirum in aquis sitientes: ieiunas etiam illas & miseras epulas, ad quas e Cappadocia, non tamquam ad Lotophagorum inopiam, sed velut ad Alciori mensam nos noui & arumnosi naufragi euocati sumus. Memini enim panes illos & insculta (sic enim nominantur) semperque meminero, dentibus circa fragmenta collabescentibus, ac postea sese erigentibus, velut quae e caeno emergentibus. Quae tu scilicet sublimis exaggerabis, propriis nempe calamitatis orationis magnitudinem tibi suppeditantibus. Quibus nisi magna illa, verique pauperum studiosa mater tua nos quam celerrime liberasset, nobisque tempestate iactatis velut portus exitisset, iam pridem apud viuos esse desissemus, fidei Ponticam nomine non maiorem laudem consequentes, quam miserationem mouentes. Quoniam porro modo

QUALIS ERBMVS VBI BASILIVS ET GRIGORIVS DEGERENT.

MATER BASILII SVSPEDITAT ANNONAM COLENTIBVS BRBMVM.

modo steriles illos hortos, oleribusque carentes prateribo: Augiaque fumum e domo expurgatum, quo eos opplevimus, cum montosum illud plaustrum, & ego vindemiator, & tu facetus homo, hac ceruice, manibusque his, quae laborum vestigia etiamnum ferunt, traheremus (o terra & Sol, o vir & virtus! paulum quidem more tragico exclamabo) non ut Hellepontum iungeremus, sed ut praeceptum & praecipitem locum exaquaremus. Harum rerum commemoratio si tibi molesta futura non est, utique nec nobis: si autem molestiam allatura est, quanto molestiores nobis res ipsas fuisse credendum est: Ac maiorem partem praetermittimus: impedit enim timor, ne complura alia, quibus frui nobis contigit, exponamus. haec Gregorius.

EMMELIA MATER BASILII FAVDASSI-MA. Greg. Naz. op. 1. in laud. Basilij. Basil. epist. 79.

Porro magnam illam, quam appellat, Basilij matrem, quae iisdem in eremo agentibus atque fame propemodum enectis annonam suppeditavit, Emmelia dicebatur: quae olim vna cum viro suo, item Basilio nominato, tempore persecutionis Maximini Imperatoris, pro fidei confessione facta fuit extorris, & ad haec usque tempora vita superstes; nihil verita sexum aut aetatem, filium Basilium in eremum proficiscentem secuta est: sed quod monasticam observantiam instituta non paterentur, vna cum filio ipsam degere, in villa trans fluminis ripam sita habitare delegit: cuius quidem loci idem Basilius meminit in epistola ad Eustachium, post suae habitationis loci cum Gregorio habitam mentionem, his verbis: Aliquando in villa, quae ultra fluvij ripam est, apud matrem meam, instar amicorum multo inter nos conuersati sumus, atque noctes & dies colloquia miscuimus. haec ipse. At non Basilius tantum, ut testatur, matrem trans amnem positam inuisebat; sed ipsa mater (ut dictum est) ferens annonam, ad ipsos Basilium & Gregorium aliquando pergebat. Quando autem illam senectute iam valde confectam contigerit ex hac vita migrare, inferius dicturi sumus, sed ad Gregorium redeamus.

Greg. epist. 9. CVLTVS VITAE MONASTICAE BASILII ET GREGORII.

Quid verò ipse Gregorius ad Basilium de his, in quibus versarentur, dum esset vna cum eo in eadem Pontica solitudine, exercitiis, rursus post priores has recensitas litteras scribar, audiamus: Quae prius, inquit, de Pontica commoratione scribebam, ioco, non serio scribebam: quae autem nunc scribo, admodum serio scribo. Quis me secundum pristinorum illorum dierum statum constituit, in quibus ego tecum, afflictionem pro deliciis habebam? quandoquidem molestia sponte suscepta voluptati, minimè voluntariae praestat. Quis psalmodias illas & vigiliis dabit, atque ad Deum per orationem peregrinationes, illamque veluti materia vacantem & incorpoream vitam? quis fratrum eorum, qui diu à te efficiebantur, atque in altum euehebantur, concordiam, animorumque coniunctionem? quis virtutis certamen, & ad eam incitationem, quam scriptis legibus ac regulis obfirmauimus? sunt enim haec Regulae illae monasticae Basilij, quae extant, ex quibus reliqui, qui postea vixerunt sanctissimi Patres, monachorum institutores, disciplinam hausserunt. Sed subdit: Quis diuinorum oraculorum studium, lucemque in ipsis ductu atque auspiciis Spiritus sancti inuentam? dabit scilicet. Aut, ut minora & leuiora dicam, quis diuersas operum vices & labores? quis lignorum comparationes & lapidum fractiones? quis arborum consitiones & irrigationes? quis platanum illam auream, & Xersis platanum praestantiorum, in qua non Rex, sed monachus afflicto luxu diffusus sedebat, quam ego plantaui, Apollo rigauit, hoc est tua excellentia, Deus autem in honorem nostri auxit, ut seduli laboris nostri & industriae monumentum apud vos conseruetur: quemadmodum virga illa Aaronis, quae floruerat, in Arca seruata esse dicitur & creditur? Sed haec optare quidem perfacile, consequi autem non perinde facile. At tu mihi adesto, virtutemque conspiratione tua atque opera mihi foue: eamque vtilitatem, quam quondam collegimus, precibus tuis conserua: ne alioqui paulatim velut umbra dilabamur, aduersa sperascente die. Equidem ipse te magis, quam aërem, spiro, idque solum viuo, quod tecum sum vel coram, vel absens per animi simulacrum. hucusque Gregorius ad Basilium, dulcem reficans memoriam beatissimi illius eremi incolatus: sicut & alias opportunè facit, cum aegrotanti postea Basilio in memoriam reuocat, quid ipse dixerit aliquando, cum Gregorius coram illo psalmos Dauidicos explanaret: ait enim ad ipsum scribens:

Apud Basil. epist. 120.

Recordor adhuc praesentiae tuae, qua vna conueneramus paulo antè in Mataza mea, sic locus ille incolatus eremi dicebatur (mea enim si qua voco, tua intelligo) simul & philosophia, qua tu philosophabaris: quam etiamnum ex recordatione stupeo. Ego quidem psalmum tibi septuagesimum secundum exponebam (nam id iubebas, & mihi repugnare non

At non licebat) in quo Dauid primum astat & turbatur propter reproborum prosperitatem: post verò, conuersis ad futuri saeculi iudicia & repositam cuius vitae generi retributionem cogitationibus, ab animi perturbatione quiescit, maroremque solatur. Expositionem autem, quantum fieri poterat, ad commouendos affectus attemperabam, cum ex nostris, tum ex peregrinis eadem disputans: cum scirem me viro docto ac tanto differere: simulque sentirem ad hoc me differendi genus impulsu spiritus rapi, & ad doloris affectus exacui. Nihil enim ita ad exprimendos doloris affectus facundum reddit, atque ipsa animi passio. Fluebat quodammodo sermo noster: tu verò interea, dum loquebar, quasi stimulis quibusdam excitatus, manibus in caelum extensis, vultuque quasi ad Orientem verso (Orientem enim aspicere poteras) exclamabas: Gratias ago tibi Pater, o conditor hominum tuorum, quod nos etiam inuitos rectè fingis, & per externum hominem internum purgas, & per aduersa ad beatum nos finem perducis. quae verba ipse nostri abs te prolata. Et quid opus est omnia recensere, quae cum ante nos, tum vna nobiscum philosophabaris, veluti exultans ex morbo, ita ut discipulum haberes, quem volebas esse doctorem? At cuius gratia ista commemoro? Ut per te ad omnes illud vociferem ac pronunciem: quod ij nobis deplorandi magis sunt, qui interno animae morbo laborant, quam illis nos, qui corpore aegrotamus, si quidem ad hunc modum affecti fuerimus: & quod potior sit morbus philosophans, quam terrenarum rerum successus indomitus. haec Gregorius. Ex quibus planè intelligis, quanti Basilius Gregorium fecerit, dum ipsum diuinam scripturam explicantem audiret quam libentissime. Sed reliqua prosequamur.

Psalm. 71. GREGORIVS PERIURIN MEMORI-AM REVOCAT BASILIO.

Ruffin. lib. 2 cap. 9. DISTINCTA OFFICIA BASILII ATQUE GREGORII.

Ruffinus agens de amborum in eremo consuetudine, partiumque inter eos officijs, haec tradit: Basilius Ponti vrbes & rura circumiens, desideris gentis illius animos, & parum de spe futura sollicitos stimulare verbis, & praedicatione succendere, callumque ab his longae negligentiae coepit abolere: subegitque abiectis inanum rerum & secularium curis suimet notitiam recipere, in vnum coire, monasteria construere: psalmis & hymnis & orationibus docuit vacare, pauperum curam gerere, eisque habitacula honesta, & quae ad victum necessaria sunt, praebere; virgines instituere, pudicam castamque vitam omnibus penè desiderabilem facere. Ita breui permutata est totius provinciae facies, vt in arido & squallenti campo videretur seges fructuosa, ac laeta vinea surrexisset. Gregorius verò bonum semen non patiebatur aut per spinas iacere, aut inter saxa dispergere: sed bonam terram cordis sui iugi cultu & exercitiis indefinentibus excolebat. Et multo amplius hic in semetipso, quam ille in ceteris proficiebat. Suscipere ille quae renunciantes saeculo deferebat ad pedes suos, & diuidere, ut quisque egiisset, curam gerebat: iste nihil habendi & omnia possidendi contentus sacramento, erga solas sapientiae diuitias avarus & multum cupidus inhærebat. Ille coire plures in vnum, & sui inuicem in necessariis habere sollicitudinem docebat: hic sui exemplo, quod erat absolutus & liber, cunctis sermone Apostolico praedicabat: Ego autem volo vos sine sollicitudine esse: & Dominus in proximo est: nihil solliciti sitis, sed tamquam serui Christi hoc solum estote solliciti, quando redeat Dominus de nuptiis. Ille delinquentibus misericorditer condolare & à delicto reuocare: hic per diuini eloquij gratiam delinquenti incitamenta praenire, nec finire labi eum, qui difficulter erigeretur elusus. Ille in fide purus: hic in praedicatione liberior. Ille Deo humilis: hic etiam hominibus erat. Ille arrogantes contemptu, hic ratione vincebat. Sic in vtroque diuersa gratia vnum opus perfectionis explebat. haec Gregorius de partibus inter Basilium atque Gregorium pietatis officijs: sed quam verè, ipse viderit. Nam quantum ex ipsorum epistolis scriptis colligitur, vno eodemque spiritu, pari que studio, iisdem ambos occupatos detentisque exercitiis perspicere licet.

1. Cor. 7. Luc. 12.

BASILEVS QUANTI FERIT GREGORIVM.

Basil. epist. 141.

At si, vt vidimus ipsiusmet Gregorij testificatione, arcto ac planè insolubili amoris vinculo ipse Basilio iunctus erat, certè haud impari dici potest fuisse Basilius obstrictus in amando Gregorium: cuius quidem rei idem quoque ipse ea epistola fidem facit, quam dedit ad suos, cum importunis precibus ex dignis quibusdam praetextibus comparatis tentaretur reuocari Caesarem: vbi inter alia illud habetur de Gregorio praclarum elogium: postquam enim sui recessus dignam attulit rationem, excusationem afferens, cur minimè petitis assentiar, haec subdit: Nunc quoniam per gratiam Dei voti nostri pro viribus facti sumus compotes, organum benedictum, puteumque profundum adepti Gregorium, os illud, dico, Christi: parumper nobis, obsecro, parumper hanc morulam indulgete: quam non ad hoc petimus, vt vrbium sectemur delicias, sed vt fruamur sanctorum conuictu, &c.]

pluribus insuper admōnet amicos illos, vt cūm Arianos, tum etiā Macedonianos vitent A hæreticos, quorum errores dīfertis ex diuina scriptura petitis rationibus confutat.

LIBANIUS QUANTI FECIT BASILIVM.

Dum sic Basilius vna cum Gregorio in eremo versaretur: Libanius sophista Antiochenus, de quo multa superius, rursū cœpit Rhetoricam publicè profiteri: ad quem cūm parentes suos filios missuri essent, nobiles adolescentes Cappadoces cupierunt se Basilij litteris commendari: sicque cūm ab eorum parentibus interpellatus Basilius esset, ad ipsum Libanium dedit eius argumēti perbreuem epistolam commendatitiam: quam cūm ille accepisset, vbi Basilij esse cognouit, quem adolescentem Athenis probè nouisset (quod est in prouerbio) ex linea cognoscens Apellem, eidem coram astantibus in scribendi elegantia primas detulit: sed quibus hæc verbis, ipsum, quæso, Libanium audiamus:

Apud Basil. epist. 145.

Vt ergo, inquit, epistolam reddiderunt qui illam attulerant, taciteque inspectis omnibus, subridensque & gaudens: Victi sumus, aiebam: Et quam victoria, rogabant illi, victus es? & quam obrem si victus es, non doles? In elegantium, inquam, epistolarum certamine victus quidem sum. At Basilius est, qui vicit. Is autem amicus noster est, & ob eam rationem gaudeo. Cūm hæc dicerem, ex ipsis volebant litteris iudicare de victoria: legitque Alipius, audientibus reliquis qui aderant. Lata verò sententia est, me nihil esse meantium. Et qui litteras habebat ac legerat, secum illas auferebat, ostensurus puto & aliis, ægrèque ablatas restituit. Scribe ergo similia, & vince: hoc enim est me vincere. ] hæc Libanius de Basilij in scribendo excellentia, & quidem cūm iam eloquentiæ nuncium remississet, & in eremo constitutus diuinæ scripturæ potius delectaretur in dicendo simplicitate. Sed & ipse Basilius de his rursus ad eundem affectantem Atticam eloquentiam: Quid enim habemus, quod ad linguam tuam vehementer Atticè loquentem respondeamus, nisi quod piscatorum discipulum me esse profiteor, & te complector? ] sic ipse, qui & hæc ad aliam Libanij C

Basil. epist. 103.

Basil. epist. 146.

Nos quidem, ô præclare vir, cūm Mose & Helia, similibusque beatis viris versamur, qui nobis barbarica voce doctrinam suam tradunt: & nos quæ ab illis audiuius, loquimur, sensu quidem vera, verbis autem rudia, vt & hæc ipsa, quæ scribimus, indicant. Nam etiam si aliquid consecuti fuerimus à vobis instructi, interea tamen temporis per obliuionem excidit. ] hæc Basilius, quod olim in rhetoricis facultatibus Libanio vsus fuerat præceptore, non quidem Antiochiæ docente (vt vult Sozomenus<sup>d</sup>) sed Athenis, vbi Libanium docuisse tradit Eunapius<sup>e</sup>: quam obrem hunc ipsum, licet Gentilem hominem, nihilominus veneratione prosequi non prætermisit. Inerat & illud viro commendatione dignum, ac propterea à Basilio iure diligebatur; quod non sicut alij professores illius temporis, prædiuitum filios, è quibus magnam vim pecuniarum exigeret, docere soleret, sed & pauperes, quos videret bonæ indolis & optimi esse ingenij adolescentes. vnde de his hæc ipse isdem quoque litteris ad Basilius<sup>f</sup>: Rectè & illud coniectas, quod studia nostra pecuniis non æstimentur: sed satis sit non habenti quod det, si consuli sibi permittat. Etenim si sensero quemquam in rerum penuria constitutum amare litterarum studia, is mihi diuitibus præferendus habetur. Quamquam tales præceptores nos, cūm adolescentes essemus, non sumus experti. At nihil prohibet, quosdam esse meliores. Nemo ergo pauper ad nos sese recipere cunctetur, si hoc vnum dumtaxat possederit, vt studiorum sciat perferre labores. ] hæc Libanius ad Basilius

Sozom. lib. 6. cap. 17. Eunap. in Vita philof. CUR BASILIVS LIBANIUM OBSERVAT. Apud Basil. epist. 145.

Apud Basil. epist. 147. IKA BASILII ELOQUENTIA. Apud Basil. epist. 150.

At quoniam ipse Ethnicus deorum (vt vidimus) superstitioni addictissimus erat, hoc illi de Basilio displicebat, quod Christianæ religionis studiosissimus cultor, diuinæ scripturæ lectioni intentus, abdicasse iam, quibus operam dederat, rhetoricas disciplinas, scriptis E ad eum litteris significasset. vnde hæc tunc ad illum subinsensè Libanius<sup>g</sup>: Libros igitur, quorum peiorem dictionem, meliorem verò mentem ac sententiam esse dicis, habeto, nemo prohibet: eorum verò, qui nostri sunt semper, tui iam olim, radices adhuc in te manent, & manebunt, donec in hac vita fueris; nec vlllo tempore excidentur, etiam si illas quàm minimè rigaueris. ] ac rursus<sup>h</sup>: Si ista, inquit, sunt linguæ illaboratæ, qualis esses, si illam acueres? Ori tuo quidem insunt eloquentiæ fontes, quorum riui quosuis superant latices: nobis verò, nisi quotidie irrigemur, silentium relinquetur. ] hæc ipse.

Apud Basil. epist. 152.

Sed nec illud excidat de æstimatione Basilij, quam ingentem de illo Libanium concepisse, ipse ea planè declarat epistola, qua petitam ab eo orationem transmisit: est verò huiusmodi<sup>i</sup>: Ecce misi ad te orationem meam abundè sudore persufus. Quomodo namque non anxie sudarem, ei viro orationem meam mittens, cuius tanta est iudicandi facultas, vt &

A vt & Platōnis sapientiam & Demosthenis in dicendo vehementiam frustra iactatas esse conuincere queat: Sermo verò meus perinde est, atque si culicem conferas elephanti. Vnde & horreo & treino diem illum cogitans, in quo sermonem meum iudicaturus es, quin parum absuit, quin mentis sim facultate destitutus. ] hæc tunc Libanius ad Basilius. quæ quidem nolimus omisisse; quo quanti fecerint etiam Christianæ religionis hostes & in dicendo faciliè principes S. Basilius, omnibus perspicuè innotesceret. Sed iam reliqua de Basilio incolente eremum prosequamur.

QUANTAS AESTIMATIONI BASILII SPVD LIBANIVM.

Dum verò in eadem Pontica solitudine Basilius versaretur, licet è fluctibus maris videri posset ad turum portum nactum esse confugium: haud tamen desuit iactari fluctibus, nec quidem leuibus, qui contemni & pro nihilo duci possent; sed illis sanè immensis, vt pote à vehementiori statu perfidiæ agitatis. At vnde eius rei origo prouenerit, iam in medium adducamus. Contigit, his temporibus proximam sedem Neocæsariensis Ecclesiæ viuari pastore. cumque vniuersæ ciuitatis studia essent in deligendo Basilio propensiora: qui se in eam Ecclesiam intrudere conabantur, idemque praua imbuti doctrina hæretici Sabelliani, nullam in electione Pontificis sui ipsorum rationem haberi videntes, indigno id ferentes animo, conspirant in ipsum Basilius, cumque hominem ambitiosum, nouorum dogmatum inuentorem, fideique sinceræ desertorem in clamantes, dictis scriptisque hominem lacerare, atque haud leue negotium illi faceere non cessantes, ciuitatem illam magnis dirisque motibus exagitarunt. Vnde opus Basilio fuit, apud eisdem Neocæsarienses, datis ad eos litteris, suam agere causam, seque ab aduersariorum purgare calumniis. Hæc quidem omnia ex eiusdem Basilij epistolis perspicua magis fient, e quibus eiusmodi historiam contexamus.

BASILIVS EXAGITATUR PROCELLIS.

C Sed primum, quæ ad Neocæsariensem Episcopum tunc defunctum pertinent, hic recolamus. Fuit iste Musonius, insignis pietatis ac sanctitatis Antistes: successerat verò Leonio nobilis spectatiq; nominis Episcopo, qui interfuit Nicæno Concilio, de quo plura superius dicta sunt. Porro Musonij laudes idem Basilius pluribus prædicat, cūm de eius obitu ad Neocæsarienses, eos consolans, scripsit epistolam, vbi hæc inter alia de ipso Musonio: Viri huius virtutes, in quarum potissimum priuatione intolerabili nos affectos esse damno reputamus, tantæ sunt, vt epistolæ mensuram excedant. Et alioqui intempestiuum fuerit, de multitudinē eorum, quæ vir iste probè ac fortiter gessit, sermonem iam instituerē, cum animus noster admodum sit ex maxore deiectus. Quid enim illius tale est, quod vel memoriæ nostræ excidere, vel silentio obtegi mereatur? Iam omnia summam ac semel dicere, impossibile fuerit: particulatim verò si voluero, vereor ne sim impar futurus D veritati. Mortuus est vir omnium clarissimus, lucidissimè eos, quos iuxta se habebat, omnibus simul humanis bonis excellens, fulcimētum patriæ, Ecclesiarum decus, columna & firmamentū veritatis, robur eius quæ in Christū est fidei, suorum munimentū, aduersariis nullis prorsus expugnabilis machinis, custos rituum paternorum, inimicum nouandarū rerum studio: qui in se ipso visendam præbuit præscam Ecclesiæ formam, velut ad sacram quamdam veteris status imaginē Ecclesiæ sibi commissæ faciē effingens, ita vt subdiri illius cum illis vixisse videantur, qui ante ducentos annos & ultra instar luminarium resplenderunt.

MUSONIVS EPISCOP. NEOCÆSARIENSIS LAVDATISSIMVS. Basil. epist. 62.

Ita nihil de suo, nihil quod nouæ alicuius cogitationis inuentum resiperet, in medium attulit hic vir: sed iuxta benedictionem Moyfi ex ipsis arcanis cordis sui ac bonis thesauris vetera veterum, & quæ ante faciem iuniorum vetera essent, proferrè nouit. Hæc sanè ratione & in ipsis consortium ac coæqualium consiliis primo honore poritus est, non propter ætatis prærogatiuam: sed quoniam omnes sapientiæ vetustate superabat; communi consensu & condonatione primas obtinuit. Quantum verò lucri dederit talis institutio, nemo quæserit, is modo ad vos respexerit: nam soli inter eos, quos nouimus, vel admodum cum paucis in tanta rerum tempestate ac turbine tranquillam per eius eius gubernationem vitam egistis. Non enim apprehendit vos hæreticorum spirituum procella, quæ mentibus leuiusculis & seductioni facile expositis subuersiones affert & naufragia. ] hæc in laudem Musonij Basilius. Ex quibus probè intelligis, lector, nullum in quam latissimo virtutum campo Basilius de ipso laudando argumentum dignius delegisse, quàm de seruata in docendo antiquorum doctrina, & de explosa recentiorum nouitate efferre præconia. Ex his planè conspicias, quali quantaque detestatione & execratione infestandi sint illi, qui noua quotidie pro animi sententia monstra parturiunt, inde sibi laudem maiorem aucupari certantes, si deformius ceteris portentum ediderint.

VETVS INSTITVTIO RETINENDA. NOVTAS EXP. DENDA.

Perse-

Perfeuerasse Ecclesiam illam ab omni hæresi incorruptam, omnifque nouitatis exper-  
tem à temporibus Magni illius fundatoris eius Gregorij Taumaturgi ad obitum vsq; Mu-  
sonij, sanctissimis sibi inuicem succedentibus Episcopis, idem Basilius testatur his verbis:  
A tempore Magni præsidis Ecclesiæ vestræ Gregorij vsq; ad beatum istum, *Mufonium scilicet*,  
aliud post aliud semper quasi ex quadam pretiosorum lapidū serie depromptos adii-  
ciens & adaptans, admirabilem Ecclesiæ vestræ pulchritudinem Dominus largitus est. ]  
hæc Basilius, dum ad deligendum his haud imparem Episcopum pluribus eos hortatur:  
Neocæsariensis quippe Ecclesiæ amore, in qua fidei rudimenta prima perceperat, & vna  
cum lacte ebiberat pietatem, instillante Macrina sanctissima femina ipsius auia, sed in  
Christo nutrice, se vincitum obstrictumque teneri, ingenue professus est<sup>b</sup>, quod & super-  
ius diximus. Sed quid infaustum accidit? planè illud, de quo in Psalmo<sup>c</sup>: Posuisti tene-  
bras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiarum siluarum, catuli leonum rugientes, vt B  
rapiant & querant à Deo escam sibi. ] Extincto nempe, quod super candelabrum positum  
luminare maius in Ecclesia illa lucebat, è latibulis egressæ sunt feræ siluarum, & è portis in-  
feri hæretici prodire, qui sedem illam inuadere atque polluere conati sunt: hi enim pri-  
mo in Basilium, qui ex aduerso pro domo Israel stare videbatur, dentes exacuerunt calum-  
niis, linguamque armauere mendaciis.

Erant ij Sabelliani dogmatis impij sectatores, qui mira quadam arte populum illum ad  
hæresim pellicere laborarunt, eo nimirum ad eos decipiendos artificio comparato, quòd  
dicerent, Magnum illum Gregorium, primum Ecclesiæ illius Antistitem, suæ ipsorum  
doctrinæ consentientia docuisse in iis, quæ ad Ælianum scripta<sup>d</sup> reliquisset fidei suæ te-  
stimonia, de quibus à nobis secundo Annalium tomo pluribus actum est. Neocæsarienses  
igitur Christiani, qui primogenitoris sui Gregorij erant studiosissimi, haud intelligentes C  
aureo calice sibi propinari venenum, ignorantes hæresi Sabelliana infeliciter potati sunt.  
Vnde & in eam corruerunt erroris foueam, vt Basilium, quem ante studiosè coluissent,  
expetissentque etiam Episcopum sibi dari, eundem veluti sanis sincerisque dogmatibus  
aduersantem acerbissimo odio fuerint infectati: quibus tenebris sic semel offusi eorum  
animi, quicquid in Basilium iidem hæretici Sabelliani calumniarum inferrent, nulla veri  
vel falsi recta consideratione adhibita, tamquam si certa essent, admitterent. Quamob-  
rem hac semel sibi patefacta ad calumniis impetendum virum sanctissimum ianua, quæ  
non per eam illi inferrent plaustra mendaciorum? Dixere enim de Basilio hæcque sparsere  
calumnias, nimirum virum esse gloriæ cupidum, inhiantem sedi Neocæsariensis Ecclesiæ,  
de fide haud piè sentientem, rerumque nouarum cupidum & inuentorem, nec recto pe-  
de incedentem in Euangelium.

Hæc igitur cum Basilius pensasset, magno de pereunte populo dolore confectus, ad  
eosdem Neocæsarienses apologeticam scripsit epistolam<sup>e</sup>, qua se ab illatis calumniis pe-  
nitens expurgauit. est verò eius exordium: Quod concordi nos odio persequimini, &  
ad vnum vsque omnes, &c. ] cum primum enim Catholicæ fidei sectatorem se esse decla-  
rasset, eosdem Neocæsarienses deceptos à Sabellianis magnopere dolet. Sed & de insti-  
tutione monastica, cuius rei gratia ab hæreticis grauem patiebatur calumniam, quasi re-  
rum nouarum extitisset inuentor, plenissimam affert rationem, dum nequaquam id ge-  
nus vitæ & disciplinæ à se tradit excogitatum, quod in vniuersa Ecclesia Catholica esset  
altis iam ante radicibus fixum, ac latissimè propagatum<sup>f</sup>: Accusamur, inquit, & huius,  
quòd homines habeamus monachos pietatis studiosos, qui mundo renunciarint, & vni-  
uersis sæculi curis, quas Dominus comparauit spinis fertilitatem verbi impediuntibus, qui E  
huiusmodi sunt, mortificationem Iesu corpore circumferunt, ac cruce quisque sua ac-  
cepta Dominum sequuntur. Ego verò omnem vitam meam impenderem, vt mihi pos-  
sent ista impingi delicta, haberemque apud me viros, qui me doctore hoc pietatis studium  
amplexi hæcenus fuerint, &c. ] subdit enim quæ & alibi alia recitauimus occasione: ni-  
mirum eiusmodi philosophiæ Christianæ sectatoribus esse refertas Ægyptum, Palæsti-  
nam, atque Mesopotamiam: quin & feminas eiusdem studij æmulas par vitæ institutum  
feliciter affectas esse: quod sublime viuendi genus cum iam apud se inciperet coalescere,  
optare vt illud latissimè propagetur. Cui quidem rei inuidere, nihil aliud esse, quàm  
diabolum ipsum superasse malitia, his, quæ subdit, verbis declarat: Illud, inquit,  
vobis assero & confirmo: quòd quæ hæcenus pater mendacij Satanas non est ausus di-  
cere, ea temeraria corda iam, & nullo retento moderationis freno, ora indefinenter &  
cum

NEOCÆSAR-  
IENSIS  
ECCLESIAE  
STATVS FE-  
LIX.  
Basil. epist.  
62.

Basil. epist.  
164.  
Psal. 103.

SABELLIA-  
NI DICTI  
VNT NEO-  
CÆSARIEN-  
SES.  
Basil. epist.  
65.

Basil. epist.  
63.  
BASILIUS  
SE PVRGAT  
A CALVM-  
NIA HÆ-  
RETICO-  
RVM.

Basil. epist.  
63.

IMPVGNAT-  
TORES MO-  
NASTICAE  
DISCIPLI-  
NAE QVA-  
LES.

A cum summa licentia loquuntur. ] ex quibus perpende, quales habendi sint monachorum  
hostes hæretici.

Sed ad aliam rursus refellendam calumniam veniens ait: Ad id verò, quod propter  
psalmodias accusamur: Quare potissimum simpliciores perterrefaciunt, qui nos tradu-  
cunt, hoc habeo quod dicam: quod videlicet, qui iam obtinuerunt ritus in omnibus Eccle-  
siis Dei concordēs sunt & consoni, &c. ] pluribus enim ostendit, apud Christianos  
Ægyptios, Lybes, Thebæos, Palæstinos, Arabes, Phœnices, Syros, & Euphratenes, ac deni-  
que (quod ait) apud omnes vbique Christi fideles vigere vigilias, & ritus canendi psalmos  
in pretio esse: demonstratque non explodendas res nouas, quas vniuersa colit Ecclesia, sed  
instar veterum eas esse magna veneratione suscipiendas. Vides, lector, iisdem ferme spiri-  
tibus insurgere in Basilium veteres fidei proditores, quibus recentiores impetum faciunt in  
B Ecclesiam. Sed fuere planè illæ leues velitationes: hoc autem, quod expetitur, grauissi-  
mum & funestissimum prælium. Aduersus hos pro Ecclesiæ defensione nunc etiam in  
prima acie cum aliis antesignanis Catholicæ veritatis propugnatoribus in scriptis suis im-  
mortalis Basilius acriter pugnat. Cuius autem spiritus illi fuerint, qui Ecclesiastica instituta  
impugnantes contra Basilium in aduersa acie dimicarunt, sat sit dixisse, fuisse Sabellianos:  
vt intelligas, quosnam in eo sectentur recentiores hæretici.

Ad calumniam verò de Episcopatu Neocæsariensi ab eodem expetito, sequenti ad eos  
data responder epistola<sup>a</sup>: vbi cum primum aduersariorum illud refellisset, quo iactarant  
Basilium è Cæsarea Cappadociæ Neocæsaream in Ponto venisse, & proximam solitudi-  
nem delegisse, vt sedis eius Ecclesiæ crearetur Episcopus, quam procul abhorruisset ab eo  
desiderio, re ipsa se aperuisse testatur, dum antea oblatam ab iisdem sedem illam penitus  
C accipere recusasset. ait enim: Nunc igitur quemque vestrum oro, vt veterum actorum il-  
lorum recordemini, quæ gesta sunt, cum nos vrbs vestra vocaret, mittereturque legatio viro-  
rum, qui magistratu apud vos funguntur: deinde quo modo passim nobis populus omnis cir-  
cumfusus sit. Hic quid non dabant omnes? quid non pollicebantur? Et tamè obtinere nos  
nequibant. Quomodo igitur, qui tum cum vocabar, non obediui, nunc citra vocationem  
me ipsum intrudere conatus essem? Quomodo confectarer, vt ambirem iam calumnian-  
tes, cum aliquando laudantes me & celebrantes fugerim? Ne credatis hoc viri optimi.  
Non vsque adeò nostra floccifacimus. Neque enim prudens quisquam nauigium guber-  
natore destitutum ingredietur, neque ad Ecclesiam temerè accedet, in qua qui ad clauum  
sedent, tempestatem ac turbinem ipsi excitant, &c. ]

Quod enim commune est ciuitatibus omnibus, vt cum semel hæreticis aures præbent,  
D mox vna cum hæresi diffusiones, rixæ, ac mala omnia, fugata recta fide paceque subin-  
trent, id planè Neocæsariensibus accidit, de quibus idem Basilius hæc inferius: Hoc stu-  
diosè agitur apud vos, vt fides subuertatur: idque subuersione Apostolicis & Euangelicis do-  
ctrinis inimica, aduersaria quoque traditioni Magni re vera Gregorij, & eorum qui illum  
ex ordine subsecuti sunt ad beatum vsque Mufonium, cuius etiamnum dogmata quan-  
tum apud nos celebritatis obtineant, manifestum est. Sabellij quidem pestem, olim sanè  
motam, traditione verò Magni Gregorij consopitam renouare conantur: qui ne depre-  
hendantur, & conuincantur, ista contra nos somnia confinxerunt. ] hæc ad Neocæsarien-  
ses Basilius, quos & vehementer hortatus est, vt impietate relicta, quæ sunt præsci ac sani  
dogmatis consequantur. Hisce igitur, quamuis in solitudinis quiete Basilius ageret, quæ  
batur fluctibus impiorum, linguis scilicet detrahentium ac subsannantium hæreticorum.  
E Sed & non modicam iniecit in eius animum perturbationem, quæ etiam de collegis eius-  
dem eremi monachis iactari ab inuidis audiebat: nempe eos haud rectè de fide sentire,  
quam tamen (vt ipse testatur<sup>b</sup>) nullo posset signo habere suspectam. nam de illis hæc ad  
Eustachium habet: Licet multa essent, quæ me ab illorum consuetudine auocarent; non  
acquiescebam tamen, cernens eos delicatæ vitæ præferre laborum tolerantiam: sed magis  
propter conuersationis admirabilem & insuetam rationem zelotypia quadam erga il-  
los tenebar. vnde & cum dogmatum gratia accusarentur, delationes haud admittebam:  
quamuis multi illos non rectas habere de Deo opiniones; sed auctoris hæresis eius, quæ  
nunc est, disciplinæ subditos, illius clanculum spargere dogmata, assererent: quæ quia ip-  
se numquam ex illis vidi, pro calumniatoribus habebam qui ea referebant. ] hæc  
Basilius.

Quale verò esse soleret diuersorum monachorum agentium in Pontica solitudine ad-  
mirandum

PSALMO-  
DIAR VSV  
IN ECCLE-  
SIA.

Basil. epist.  
164.  
PROCVLAR  
AMBITIO-  
NE BASK-  
LIVS.

CVM HÆ-  
RESI OM-  
NIA MALA  
VNGVN-  
TVR.

MONACHI  
COLLEGAE  
BASILITAE  
LVMNIAM  
PASSI.  
Basil. epist.  
79.



Greg. Naz.  
ad Helleniū.  
MONACHI  
PONTICI  
QUALIB.

mirandum illud, quod Blasius prædicat, vitæ institutum, ex his quæ Gregorius Nazianzenus in vnum collegit, vniūsq; est complexus epistolæ breuitate ad Hellenium scribens, hic refert, dignum existimamus: Ipsi, inquit, partim antris solitariisq; & ad terram stratis rudibusq; cubiculis delectantur: a domibus abhorrent: vrbium frequentiam fugiunt: cognatamq; cælestis sapienciæ quietem amplectuntur. Partim ferreis compedibus sese excruciant, vt vitium vna cum corpore conficiant. Alij rursus ferarum ritu, paruis angustisque domibus inclusi, nec mortalis quidem cuiusquam vultum inspiciunt: ac etiam sæpe totos viginti dies totidemq; noctes a cibo abstinent, dimidiaq; ex parte Christi ieiunium imitantur. Vtq; non nihil ipse gloriose prædicem, quidam illorum mei gregis ouis erat, hinc paruo quodam oppido egressus. Sunt insuper, qui garrulam linguam quasi vinculis quibusdam astringant, labiaq; silentio comprimant, summæq; illi menti laudis sacrificium sola mente offerant. Est etiam, qui annos integros in templo stans, puras ad Deum manus expanderit, nec (quod vix cuiquam fidem facturum est) vel tantillum obdormierit, sed viui lapidis iustar, Christo defixus steterit, ac velut obriguerit: huic porro exigui cibi reliquias vicinus coruus impartiebat, panemq; integrum, si fortè duo simul essent, afferrebat.

ADMIRANDA QUORUMDAM ABSTINENTIA.

Quin etiam quo tempore Christus, salutarifero illo supplicio perfunctus, mortales reliquit, inuentus est quidam, qui hinc ad diuinum montem ascenderit, ibiq; & sermone & mente & membris immotus stans, ventis niuibusq; iactaretur: nec, quamquam alioqui complures viri cum circumstarent, ab eoq; obnixè contenderent, vt aliquam sui corporis rationem haberet, precibus tamen vllis moueretur, sed Christum Regem fortissimè confertisq; (vt dici solet) manibus retineret, mentemq; suam ab hominibus abstractam in sublime attollens, quoadusq; domum nouam in orienti circumstruxit, cum ne pollinctoris quidem manum ipse vllò modo curaret. At hæc sanè tam ardua & humanis inaccessa viribus cum minus se probare dicat, haud tamen ea omnino contemnere audere significat, cum horum suscipiendorum ritus ita describit:

Mihi enim verò animum horror subiit, cum pijs monachis, quos tametsi quampluribus hominibus notos, nonnulli tamen vt feruentiores, quàm piorum hominum ratio postulare videatur, aspernari ac fugillare non dubitant, hanc legem vitæq; consuetudinem esse audio. Cum vir aliquis pius ad eos accessit, nostræq; legis institutiq; nostri profus ignarus: primum cum recto perhumanè honorificeq; excipiunt, omniq; beneuolentiæ genere complectuntur, atque ipsius animum diuinis & à spiritu sculptis sermonibus in altum efferunt, luculentas epulas ipsi apponentes. Tum verò in medio cœtu quispiam duræ acerbæq; legis mentionem facit: quæstionemq; huiusmodi profert, An honestum D ac laudabile sit pijs hominibus pro Deo mortem oppetere: ea videlicet ratione occultè id agens, vt amarulentum aliquod verbum ab eo eliciat. Quod si ille præ impericia, mortem huiusmodi laudandam esse respondeat: Atqui, subiunget quæstionis auctor, multas ipsi partim sua manu, partim fame atque inedia mortes, & quidem alacri animo ferunt, atque in scopulis & rupibus, in profundis ac reconditis cauernis, mediisque pluuiis veritati testimonium dicunt, mortaliq; hac vita non secus ac tristi ac luctuoso bello defungi, alioq; migrare gestiunt. quòd autem hæc minimè probaret ipse Gregorius subdit, vt tamen potius excuset, quàm damnet:

NIMTA VI-TAE AVSTERITAS PERCVLOSA.

At o Christe, animis illis propicius esto, pijs quidem fateor, ceterum non satis consultis ac circumspectis, perindeq; affectis, vt equi illi in decursionibus militaribus, qui pernitate pedum freti extra curriculum feruntur, nec freno vllò coerceri possunt. Iam E verò alius alio virtutis genere gaudet. Nec mirum, cum multæ sint in cælo mansiones, multa quoque esse in terris vitæ genera & instituta. Quid autem singula recensere pergo? Angustam enim illam viam, quam perpauci in hac vita sequuntur, ipsi conficiunt, atque ad bonorum portam multis grauibusq; laboribus grassantur. Talis est Christi pars: talis passionum Christi fructus, quem ipse è terra ad Patrem defert, religionis inquam Christianæ columen, populi decus, mundi fundamentum, cum cælestibus pulchritudinibus elegantia propemodum certans, &c. ] subdit quosdam nominatim recensere, de quibus inferius.

Math. 11.

Vides, lector, qui Dei spiritu agatur, vt Gregorius, qui verò satanico, vt Nouatores, quibus illud plane accidit, quod Dominus ait: Venit Ioannes non manducans neque bibens, & dicunt, Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans & bibens, & dicunt, Ecce

Ecce homo vorax & potator vini. ] hi nempe cum huiusmodi aliqua audiunt, sublimem inquam & ab humanæ vitæ vsu segregatam quorundam sanctorum vitam, mox eisdem malo atreptos dæmone esse inclamant: qui verò humilioris vitæ consecrati sunt disciplinam, ventri hos indulgere subsannant. Sed missos faciamus, consilio Domini, cæcos, ducesq; cæcorum: nos verò Gregorij recta gradientis, fideiq; face accensa iter certum lucidumq; monstrantis vestigia consecremur: qui & alibi pluribus eisdem laudat scribens ad Iulianum Tributorem Exæquatorem. sed & cum deplorat animæ suæ ærumnas, hæc de iisdem monachis sui temporis, quibus cum idem ipse in nonnullis conforme vitæ genus ducebat:

SVGITLAT INTER ALIOS AVCTOR CEN-TURIATOR RES.

Gre. Naz. in de Calamit. anima sua.

Plerique sub ferreis vinculis ingemiscunt: rursusq; alij pro cibo cineres habent. Sunt etiam quibus potus lacrymis temperetur. Alij hibernis niuibus impetiti, quadraginta dies, totidemq; noctes velut arbores quædam perstant, corde nempe è terra migrantes, Deumque solum in mente habentes. Nec desunt qui labra sua vinculis premant, linguæq; frenum iniiciant: qui tamen haudquaquam ad omnia constructam & freno compressam linguam habent: solis quippe Dei laudibus illa patet, non aliter ac viua quædam cithara à Spiritu sancto pulsata. Nam quid dicam de his, qui caput suum Christo consecrarunt, piisq; voti causa inronsum seruant? Quid eos denique commemorem, qui oculos claudunt, & aures velut pestiluo quodam obdunt, ne aculeus quispiam mortis furtim irrepat? At hæc medicamenta carni hostiq; meo propino, &c. ] hæc quidem Gregorius. Sed & S. Basilius in secunda allocutione ad monachum lapsum enumerat ferme omnes vitæ monasticæ asperitates, quibus ille, sicut & alij, assuevit.

BASILIVS CVLTOR VETAE MONASTICAE.

Ceterum idem Basilius vna cum Gregorio, instar Ioannis Baptistæ monachorum omnium patriarchæ, erat in deserto clamans: Rectas facite semitas eius: Fiant praua in directis, & aspera in vias planas. Id enim præstitit, cum diuino Spiritu afflatus regulas illas verè aureas monasticum institutum arripientibus, ne ad dextram vel ad sinistram declinarent, piè sanctæq; præscripsit: immò in solitudine fontes aperuit, è quibus ceteri vitæ monasticæ propagatores riuos vberissimos deduxere. Quanto autem tempore in eadem solitudine perseverare tum ipsi, tum etiam Gregorio licuerit, & causas cur ad ciuitatem reuertii eisdem compulsi fuerint, suo loco dicemus. Iam verò ad Iouianum post Iulianum Imperatorem conuertamus orationem.

Luc. 3.

IOVIANVS IMPERATOR.

Post Iulianum Imperatorem extinctum, nec vnus quidem dici spatio interregnum fuit: haud enim rerum angustia plura de re tanta agitari comitia passa est. Quamobrem illucescente die, quinto Kalendas Iulias, magistratus, insigniores ipsi Duces exercitus, de eligendo Imperatore, expeditius agunt. Mira res accidit, vt cum Iulianus Christianorum hostis insensissimus nihil curarit sollicitius, quàm vt post se relinqueret in Romano Imperio successorem hominem æquè impium, Christianorumq; acerbissimum hostem, quiq; cæptam ab ipso persecutionem maioribus auget incrementis, & idololatriam sub Christianis Imperatoribus humi prostratam, ab ipso autem restitutam, omnibusq; viribus roboratam, amplioribus spatiis propagaret: tamen (quod non hominum studiis, sed Dei voluntate Principes deligantur) ceteris prætermisit, qui Gentilicia superstitione polluti in exercitu reliquis eminere videbantur, omnium ferme in Iouianum vnum conspirant, nunc mine impellente, suffragia, paucis tantummodo refragantibus, haud dubium Gentiliciæ factionis hominibus.

IOVIANVS IMPERATOR ELIGITVR.

Quid verò de hac re existimem, illud est: Paucis exceptis, quibus Christianæ religionis odium inatum erat, reliqui milites, & inter eos illi potissimum qui militares ordines ducebant, etsi in gratiam Imperatoris, deorum cultores foris in sacris publicis apparebant, intus tamen idololatriam penitus execrabantur, auidè expectantes, vt quam assentabantur inuiti, extincto impio Rege, impietatem sponte palamq; derestantes, ad Christianam fidem postliminio læti redirent. Venit tempus, affuit optata dies, qua protinus execrantes publicè dæmonum cultum, Christianis, qui aderant, inhærentes, de Christiano homine in Imperium prouchendo verba conferunt, sententia conueniunt, suffragiis communicant, feliciterq; perficiunt quod consilio agitarant, atque deligunt Iouianum. Sicq; milites, qui olim Christianæ militiæ fuerant desertores, ad pietatis castra, quæ relique-

MILITES FIDEI CHRISTIANAE DESERTORES REIPISCUNT.

reliquerant, reuertentes, non amplius Ethnicum sibi hominem passi sunt imperare, cuius impietate totus Romanus exercitus in discrimen illud inuitabile coniectus esset, sed Christianum, cui parentem, delegerunt. Erat Iouianus Singidone in Pannonia natus, & (quod testatur Suidas<sup>a</sup>) confessione clarus: quippe cum Iulianus optionem dedisset militibus, ut aut sacrificarent, aut exauctorarentur, hic zonam militarem deponere maluit, permissus tamen est militare: ob spectatam parentis virtutem, cuius causa honorifice habitum tradunt. De cuius electione hæc Ammianus<sup>b</sup>: Inter has exiguas ad tantam rem moras, nondum pensatis sententiis, tumultuantibus paucis (ut in rebus extremis factum est sæpe) Iouianus eligitur Imperator, Domesticorum ordinis primus, paternis meritis mediocriter commendabilis: erat enim Varoniani notissimi Comitis filius haud dudum post depositam militiæ munus ad tranquilliora vitæ digressi.]

Accedit & illud admiratione dignum, quod vehementer commendat virtutem exercitus, dum quem non tantum scirent esse Christianum, sed omnes nossent Iuliano religionis causa sæpius aduersari, deligeretur ab exercitu Imperator. Porro & ipsius Iouiani in eorum egregia virtus enituit, dum nec sic ab eis electus consensit imperare, nisi explorata exercitus pietate: hæc enim omnia Theodoretus narrat his verbis<sup>c</sup>: Exercitus in vnum congregatus Iouianum postulat Imperatorem, qui neque Dux, neque ex eorum numero qui secundas post Ducem obtinebant, fuerat, sed tamen vir apprimè nobilis & illustris & multarum rerum causa insignis: nam corpore robustissimo fuit, animoque excelsus: quin etiam in bello gerendo solebat & in acrioribus certaminibus facile primas ferre. Porro contra impietatem liberè loquebatur, tyranni potentiam contemnebat, animi propensione cum Saluatoris martyribus coniungebatur. Itaque Ducem, consensum illum, ac

velut suffragationem diuinam arbitrati, producunt in medium præstantissimum exercitus, ac celeritè primum suggesto constructo, in eo collocant. Deinde cum omnes nomina, quæ sunt Imperatorum propria, ei tribuissent, & Cæsarem & Augustum appellassent: vir ille admirabilis consueta loquendi vsus libertate, & neque magistratus, neque milites, ut ad deteriore partem desisterent, omnino veritus: Non possum, inquit, cum sim Christianus, eiusmodi hominibus imperare, neque regere Iuliani exercitum, qui tam pestifera doctrinæ præceptis imbutus sit: Nam qui sunt ita instituti, hi diuina desituti prouidentia, tum ab hostibus facile expugnari, tum eisdem materiam ad lætitiæ præbere solent. Quibus verbis auditis, milites conclamare vno ore, ac dicere: Neatimus tibi, o Imperator, vlla æstuet dubitatione, neque nostri imperium tamquam improbum deuites: nam & Christianis hominibus & disciplina veræ pietatis educatis imperabis. si quidem qui sunt inter nos ætate prouectiore, hi à Constantino eruditi erant: qui autem adolescentiores, illi præceptis Constantij instituebantur. Tempus certè Imperij Iuliani, qui iam morte occubuerit, ut perexiguum, ita non satis ad erroris perniciem in animis eorum, qui eadem infecti erant, altius insigendam, fuit.] Quibus persuasus Iouianus, ipsis dantibus, accepit habenas Imperij. Addit item Sozomenus<sup>d</sup>, detrectasse Iouianum exercitui assentire, quousque milites se itidem Christianos esse clamassent: idque etiam affirmat Socrates<sup>e</sup>, & ante hos omnes Rufinus<sup>f</sup>.

Ceterum militibus Ethnicis sicut luctuosus Iuliani obitus extitit, ita lugubris Christiani hominis electio fuit: de his namque, & non de aliis accipienda sunt, quæ deorum æquè cultor, Christianorum gloriæ inuidens Ammianus tradit his verbis<sup>g</sup>: Confestim, inquit, indumentis circumdatus Principalibus, subitoque productus è tabernaculo, per agmina iam discurrebat proficisci parantia: & quoniam acies adusque lapidem quartum porrigebatur, antesignani clamare quosdam Iouianum audientes Augustum, eadem multo magis sonabant: gentilitate enim prope perciti nominis, quod vna littera discernebat, Iulianum recreatum arbitrati sunt deduci magnis fauoribus, ut solebat: verum cum incuruus ille visus & longior aduentaret, suspicati quod acciderat, in lacrymas effusi sunt omnes atque luctum. Quod si grauis quidam aequitatis prauaricator in vltimo rerum spiritu factum criminatur improvidè; nauticos idem iustus incusabit, amisso perito nauigandi magistro, saeuientibus flabris & mari, quod clauos regendæ nauis cuiuslibet periculi locio commiserunt. His ita cæco quodam iudicio Fortunæ peractis, Iouianorum signifer, quos Varronianus<sup>h</sup> rexerat, dudum cum nouo dissidens Principe, etiam tum priuato, ut patris eius obtrectator immoderatus, periculum ex inimico metuens, iam

<sup>a</sup>Suid. verbo Iouianus.

<sup>b</sup>Ammianus lib. 25.

<sup>c</sup>Theod. lib. 4. cap. 1.

IOVIANVS QVÆSIT RACVLO R LECTVS IMP. HOSTIS IMPERIA TIS.

RECYSAT IOVIANVS IMPERARE GENTILIBVS.

<sup>d</sup>Sozom. lib. 6. cap. 3.

<sup>e</sup>Socrat. lib. 3. c. 19.

<sup>f</sup>Ruffin. lib. 2. cap. 1.

<sup>g</sup>Ammianus lib. 25. ETHNICI AGROR FE RVNT ELE CTIONEM IOVIANI.

<sup>h</sup>Varronianus

A iam communia supergresso, discessit ad Persas. Data dicendi copia quæ sciret, docet Saporem iam propinquantem, extincto quem verebatur, turbine concitato calorum, ad vimbram Imperij Iouianum adhuc protectorem ascitum inertem quemdam ac mollem. ] hæc de Iouiano non inter se tantum Gentiles verbis infensi miscebant, sed vnus ex illis ad Saporem transfuga, in tanta rerum angustia Romano exercitu constituto, calumniatus est, malens Persarum Regi, quàm Christiano Imperatori milites subdi, quem à calonibus, nempe vilissimis militum seruis electum obtrectat, per eos significans Christianos.

Sed refellitur etiam illa Ammiani calumnia, qua tradit, Iouianum profectionem instituentem deseruisse vallum, extorum inspectione suatum; cum ait: Postremum quæ dum vltro citroque ordinantur hostiæ pro Iouiano, extis inspectis pronunciatum est cum omnia perditurum, si intra vallum remanisset, ut cogitabat: superiorem verò fore profectum. ] hæc ipse, scitè sanè id tribuens extorum inspectioni, quod quisque vel imprudens coniectari facile potuisset. Qui enim poterat Romanus exercitus rerum inopia laborans intra vallum se continere: Sed & quæ tanta felicitas, vna profectione promissa, cum tristiora tristibus euenisse ipse conscribat? At quomodo potuit Iouianus extorum inspectione, tanta disponere, quem idem ipse Ammianus in fine prædicat fuisse Christianæ legis studiosum? Et quid idem cladem exercitus, ciuitatum, prouinciarumque iacturam non Iuliano, quem ex instituto laudandum suscepit, sed Iouiano semper adscribit? Quisnam in ea tam sæua discrimina Romanum coniecit exercitum, ut tam indignas, tamque lugubres pro fœdere inuendo condiciones oblatas ab hoste Iouianus suscipere cogere? Sed præstat audire Gregorium Nazianzenum liberioribus affectibus sic de his dis-

serentem<sup>a</sup>: Statim autem post illius mortem, Imperium excipiens qui post illum in ipsis castris, & in ipsa periculorum flamma Ducem necessario requirente, nominatus fuerat; vir ut aliis rebus, ita pietate clarus, & insignis, atque Imperatoria sanè oris maiestate præditus: cum nec manus cum Persis conferere, nec progredi vilo modo valeret (licet alioqui magnitudinis animi & alacritatis in eo desiderari nihil posset) quod milites manibus & animis & spe fracti debilitati que essent: castra mouere, copiasque reducere satagebat. idque ut tuto sibi facere liceret, laborabat, perinde atque non Imperij, sed cladis hæreditatem consecutus. Quod nisi Persæ moderatè victoria vtentes (hoc enim apud eos in more positum est, ut modum in prosperis teneant) aut aliud quiddam eorum quæ fama ferrebantur, merentes, ad pactiones ineundas, easque aded inopinatas, æquitatisque plenas, animos conuertissent: ne ignifer quidem (ut dici solet) exercitui superfuisset: vsque aded eos ad manum Persæ habebant tum in terra sua dimicantes, tum etiam ob ea quæ contigerant, animis elati. Felix enim aliquis rerum successus eam vim habet, ut spem quoque lætam futuri afferat. At tunc ille totus in eo erat, ut exercitum incolumem seruaret, neruosque Romanis relinqueret: nerui enim erant, etsi rem malè gesserant ob Ducis, nempe Iuliani, potius temeritatem, quàm ignauiam suam. Persæ verò conditionibus turpibus sanè, Romanorumque manu ac potentia (ut breuissimè dicam) indignis, fœdus percusserunt. quarum nomine si quis, absoluto Iuliano, Iouianum criminandum censeat, meo iudicio perquam iniquus est eorum quæ acciderunt æstimator. Non enim eius qui demersit, spica est, verum illius qui sementem fecit: nec ei incendium assignandum est qui ignem extinguere potuit, sed qui excitauit. Atque illud Herodori de Samiorum tyrannide commodè dixerim: Vestem hanc Istiazus quidem conluit, ceterum induit Aristagoras, qui antecessoris sui facta excepit. ] hæcenus Gregorius.

In eandem quoque sententiam hæc Chrysofomus<sup>b</sup>: Illo, nempe Iuliano, tam turpiter mortuo, cum viderent milites in extremo se periculo constitutos, cum hostibus perigerunt: quibus cum iureiurando recepissent, abscessuros se à loco locorum omnium turtilimo, eodemque regionis nostræ tamquam muro quodam inexpugnabili, barbaros humanos erga se nati ita euaserunt, atque è multis pauci reuerterunt, & ipsi affecti admodum corporibus, erubescens ob fœdera cum hostibus pacta, coacti verò illis per iusturandum paternis bonis cedere. Hic videre erat spectaculum qualibet captiuitate miserabilius. Nam vrbs illius ciues, nempe Nisibis, à quibus gratiam aliquam expectabant, quod suos omnes intus, muri instar, in portu collocauerant, pro omnibus

REFELLI- TVR AM- MIANVS.

IOVIANO POTIVS, QVAM IO- VIANO AD- SCRIBEN- DA CLADES IMPERII.

<sup>a</sup>Greg. Naz. orat. 2. in Iul.

FOEDVS INITVM CVM PER- SIS.

<sup>b</sup>Chryf. ad- ners. Gen.

semper ad omnia pericula obiecti, ab iis hostilia omnia passi sunt, propriis domibus atque agris relictis, solum vertere coacti, & à maiorum suorum possessionibus auulsi: & quidem iniuriam à suis acceperunt: Hunc nos fructum ab egregij istius Imperatoris operibus percipimus.] & alibi<sup>a</sup>: Cùm, inquit, Rege impio miserabiliter perempto, alter pius in eius successisset Imperium: aduersa omnia continuo dissoluta sunt: & exercitus, qui velut in medijs erat retibus inuolutus, nec vllum exitum aliquando se inuenturum esse credebat, Dei iam nutu ab hostibus liberatus, cum omni securitate remcauit. ] hæc de auctore malorum omnium Apostata Iuliano Chrysostronus.

<sup>a</sup> Chrysostr. de laudib. Pauli orat. 4.

<sup>b</sup> Ammianus lib. 25. CONDITIO NES ICTI FŒDERIS.

NISIBIS DATA PER- SIS.

<sup>c</sup> Zosim. lib. 3.

<sup>d</sup> Gemad. de vin illust.

SINGARAE CIVES VA- GI.

<sup>e</sup> Plin. lib. 5. cap. 20.

INSPERA- TA FAX RO- MANIS AF- FVLIT. <sup>f</sup> Rufinus. lib. 2. cap. 1.

<sup>g</sup> Suid. verbo Iouianus. IOVIANVS AB ETHNI- CIS DERI- SVS. <sup>h</sup> Apud Suid. & Niceph. li. 10. cap. ult.

Quanam autem fuerint fœderis in annos triginta conditiones indignæ, eas Ammianus<sup>b</sup> in primis narrat, nempe Susam, atque vna cum ea quinque regiones Transfigitana, Arzamannam, Mizsam, Rhabdicensam, Rhafenam, & Corduenam cum castellis quindecim, Nisibin, & Singaram, & Castra Maurorum munimentum perquam opportu- num tradere: hæc omnia cùm petiisset Rex ipse Persarum, vix acquieuit, vt Nisibis & Singara in Mesopotamia sine tamen incolis transirent ad iura Persarum. His omnibus illud exitiale (subdit Ammianus) accessit & impium, ne post hæc ita composita, Arsaci maioris Armeniæ Regi poscenti contra persas ferretur auxilium, amico nobis semper & fido. ] hæc ipse. Auxit tamen contra Iouianum inuidiam atque odium, dirum ac lamentabile spectaculum Nisibitarum in primis, cùm inuiti coacti sunt patriis sedibus cedere, recedereque à propria ciuitate, dum ex pactis conuentis Persis eadem daretur: quorum partem magnam Amidam, alios verò in alia oppida commigrasse, Zosimus tradit<sup>c</sup>. De Nisibi quidem, nihil planè dexteri sed omnia hæc aduersa eidem ciuitati contigisse, postquam Iulianus Apostata inde sustulit venerandum corpus magni illius Iacobi, eius ciuitatis Episcopi, Gennadius fides facit<sup>d</sup>. At quonam migrarint populi Singaræ ciuitatis, qui & ipsi instar Nisibitarum, ex conditionibus cum Persis initis, coacti dederunt hostibus ciuitatem munitam positam prope Tigrin, nulla profus mentio reperitur apud scriptores veteres. Vnde illud interdum in mentem occurrit, num hi patrium solum vertere coacti, post hæc per incertas sedes vagantes in Europæ regiones descendentes, illi ipsi sint, quos Singaros nominamus, quos tamen aliqui perperam Aegyptios esse putant, cum nulla sit memoria, Aegyptios è patriis sedibus esse pulsos; nec ratio subsit, vt Aegyptij Singari dicerentur. Sed hæc relinquimus opinatoribus otiosis. Constat quidem, Singaram haud ignobilem fuisse ciuitatem, nam caput Arabum Rhetauorum Plinius fuisse te-

statum<sup>e</sup>. At hæc dura diraque maximè videri possent: ceterum rem ipsam statumque eius temporis accuratius perpendentibus visum est quasi miraculum, vt fame & bello infumpro vndique in terra hostili Romano exercitu, in locisque sterilibus atque desertis consistente, interceptoque commeatu, quas Romani ausi minimè essent conditiones pacis petere, sponte eas tunc hostes offerrent. Vnde Rufinus<sup>f</sup>: Eo modo à Iouiano suscepto Imperio, statim ei affuit diuina clementia: contraque omnem spem, cùm clausi vndique hostibus tenerentur, nec euadendi facultas vlla suppeteret, subito emissos à barbaris oratores esse vident, pacemque deprecari, exercituique inedia consumpto cibos ceteraque necessaria in mercimonijs polliceri, omni que humanitate nostrorum temeritatem emendare. ] hæc ipse. Verùm Gentiles omnes mærore suffusi, quem de Iuliani nece conceperant, & inuidia tabescentes creatione Christiani hominis Imperatoris, nullam penitus rei, loci, vel temporis rationem habentes, quodam furore perciti in Iouianum maledicta iacere, cumque fannis atque disterijs deridere, ac profcindere contumelias, si non palam, occultè E saltem minimè destiterunt.

Deridebatur enim (inquit Suidas<sup>g</sup>) cantilenis & versibus alio detortis, & famosis libellis. ] & de eodem paulo post: Antiocheni autem Imperatori irati famosos libellos partim humi abiciebant, vt quiuis tolleret ac legeret, partim parietibus affigebant, & erant huiusmodi] ex Homero illos mutuati, cùm vel Terfitæ in illo ignauiam, vel Paradis fugillat lasciuiam: quales fuerunt<sup>h</sup>:

Venisti ex bello, quo te periisse decebat. ] Item Degener exultor formæ, scētator amorum, &c. ] Item Quod nisi detracta tunica, togæ, pudendas Insuper & partes que cingit, veste, prehensum Et cesum plagis ad senos misero Persas, &c. ]

Subdit

A Subdit his Suidas: Anus autem quædam pulehritudinem & magnitudinem eius conspici- cata: Quanta est, inquit, longitudo & profunditas, tanta est stultitia. Et alius quidam ho- mo priuatus magna voce in Circo equestri clamare ausus, risum præbuit omnibus, cùm inania quædam & frigida de statura illius dixisset. Ac grauius aliquid commissum esset, ni Sallustius quidam (Ethnicus hic erat, Iuliano olim percarus, præfectura Prætorij insigni- tus) seditionem compescuisset. ] Accidit autem, quod sicut cùm viueret Iulianus, qui Christianæ religionis sectatores erant, in eum (vt vidimus) his similia Antiochia potissi- mum egerebant; ita & Ethnici in Christianum Imperatorem paria pendere minimè des- titerunt, captantes anam ex iniquis pacis conditionibus à Persis acceptis. ceterum culpa, ex sententia Gregorij Nazianzeni & aliorum, qui absque aliquo priuato affectu rem ex- penderunt, in Iulianum potius, quàm in Iouianum reicienda erat.

QVID IN IOVIANVM ANTIOCHENSIBUS NI GENTI- LES.

B Cùm autem à Iouiano complura Christiano Principe digna esse præstita, certum sit: de illo tamen dubitatum à me fuit aliquamdiu, num deformatum à Iuliano Labarum Crucis signo & Christi nomine insignitum in eam restituerit pristinam formam, quam institue- rat Constantinus: cumque rei antiquariæ peritos, tum qui de veteribus nummis edidere volumina, tum eos qui adhuc superstites Romæ degunt, eius facultatis viros cèlebres con- sultuerim, ne quicquam inuenire potuerim, in eam sententiã pedibus abij, vt paucis men- sibus quibus Iouianus imperauit, cùm Romanus ille exercitus collectus fuisset, vt dictum est, maiori ex parte ex Gentilibus militibus Labarum in pristinam formam minimè fuerit restitutum: quamobrem eius rei vindicationem Iouiani successoribus, Valentiniano at- que Valenti tribuimus, quorum numismata inueniuntur Labaro insignita atque signata secundum formam à Constantino præscriptam, & à successoribus Imperatoribus viu re- tentam & auctam. Sic igitur ex iis quæ tunc inuenire potuimus, ex sententia omnium re- stitutionem Labari in veterem illam effigiem iisdem Valentiniano atque Valente in pri- ma tomii huius editione Romæ cusa tribuimus. Accidit autem post hæc, vt asseruatum in Farnesiana bibliotheca naçti fuerimus Pyrrhi Ligorij nobilissimi Antiquarij volumen scri- ptum de antiquis nummis à se repertis atque in Museo recõditis, in quo Iouiani numif- inatum reperimus formas, quas hic tibi fideliter reddendas curauiimus: ac primum illud quod ipsum obequitantem, Antiochiamque redeuntem è Persis referre videtur, in quo Romæ nomen, in Vrbe fuisse culum, significat.

D



Vides prominentem in acumine Labari Crucem, erat & in Labaro Christi nomen in- textum, sed in exigua eius forma minus apparet; ac reddet ex integro illud tibi, quod ex E eodem auctore acceptum tibi subiicimus numisma secundum.




Annal. Eccl. Tom. 4.

O 2

Et ne

Et ne quid desit ex iis, quæ in eodem Ligoriano libro inuenimus, tertium hic eiusdem Iouiani nummum ex æquo reddimus, præcis illis characteribus efformatum quo Christi nomen & æternum eius Imperium demonstratur.



His igitur moniti, restitutionem Labari Iouiano tribuendam putamus, quam secuti alios eius successoribus Valentiniano atque Valenti bona fide tribueramus. Sed reliqua profequamur quibus eius pietas declaratur.

IOVIANVS RESTITVIT LIBERTATEM CHRISTIANIS. Sozom. lib. 6. cap. 3. Sozom. lib. 6. cap. 6.

At ubi primum idem Imperium adeptus est, milites Christianos fidei confessionis causa exauctoratos, atque etiam proscriptos, & in exilium relegatos, in integrum restitui mandat: quando (vt ait Sozomenus \*) Valentinianus ea de causa in Melitina Armeniæ relegatus, continuo liberatus est, atque pristina militiæ redditus, sed & postea (vt suo loco dicturi sumus) in Imperium sublatus. Ceterum de Iouiani pietate & rebus in Imperio bene gestis, ac primum de Christianæ religionis cultu à Iuliano proscripto in pristinum restituto, quo nihil antiquius habuit, Sozomenus hæc tradit<sup>b</sup>: Cum præterea experientia didicisset, Imperium propter iram diuinam in Iulianum, qui ante ipsum regnauerat, accensam, acerbè afflictatum fuisse, abiecta omni cunctatione scripsit ad Præsides nostrarum prouinciarum, vt ad ecclesias frequenter conuenirent, diuinum numen studiosè colerent, docerentque suos, solam religionem Christianam verum Dei cultum in se complecti. Porro ecclesiis & clericis, viduis & virginibus immunitatem reddidit, & si quid aliud vel ad commodum vel ad honorem religionis nostræ à Constantino ac liberis suis aut donatum aut lege sancitum fuisset, postea autem à Iuliano illis ablatum. ] hæc Sozomenus.

Theod. lib. 4. cap. 4.

Sed & Theodoretus<sup>c</sup> de his pluribus in hæc verba: Conscripsit legem, qua iubebat frumenti congiarium, quod Constantinus Magnus ecclesiis donauerat, eisdem reddi. Nam Iulianus qui contra Deum & Saluatorem nostrum bellum suscepit, illud vetuerat dari. At quoniam fames ex Iuliani impietate in Rempublicam illata obstabat, quo minus totum congiarium, quod Constantinus largitus fuerat, in Ecclesias conferretur; idcirco Iouianus tertiam partem solum id temporis præberi mandat; polliceturque fame sedata, integrum congiarium donatum iri. ] hæc Theodoretus.

Sozom. lib. 6. cap. 3. Quid Iouianus aduersus raptores Præsides generale edictum, quo iubebat, vt qui sacram virginem vel ad nuptias contrahendas pellicere conaretur, vel lasciuo quodam obtutu aspiceret, maximè omnium si per vim rapere tentaret, capitis supplicio mulctaretur. Istam legem ideo tulit, quod quidam improbi viri, regnante Iuliano, tales virgines vel vi vel persuasione in hanc corruptelam inductas sibi connubio iunxissent, quemadmodum fieri solet, cum religionis statu perturbato, turpis libido id genus sceleris consciscendi impunitatem proponit. ] hæc Sozomenus. Extat quidem legis eius pars illa de iis qui adeo execrandum scelus vel tentare præsumpserint, tam in Codice Theodosiano, quam Iustiniano descripta his verbis<sup>d</sup>:

1. 6. Cod. de Episc. & cler.

Imp. Iouianus Aug. Secundo Præfecto P. Si quis non dicam rapere, sed attentare tantum iungendi causa matrimonij, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriat. ] hæc in Codice Iustiniano. habet amplius Codex Theodosianus illa verba<sup>e</sup>: Vel inuitas. ] Sed & corrigendus pariter est idem Iustinianus Codex ex Theodosiano, dum in illo legitur data lex Gratiano & Merobaude Coss. in hoc autem Iouiano & Varroniano Coss. qui anno sequenti Consulatum gesserunt. Sed & quod XI. Kalend. Martij lex ipsa

1. 1. de raptu vel matrim. C. Theod.

A ipsa Antiochiæ data in vtroque Codice legitur, error irrepisse videtur: nam ante mensẽ Ianuarij Iouianus recesserat Antiochia, ipsiq; Kalendis Ianuarij Ancyre adijt Consulatum. Sicut etiam nec vilo modo cohærere sibi valent, vt lex data à Iouiano dicatur sub Consulatu Gratiani & Merobaudis, quorum magistratus contigit post annos quatuordecim ab obitu Iouiani. Ceterum & Secundi præfectura docet non nisi à Iouiano datum esse rescriptum. Porro eiusmodi facinus Constantius etiam lege data vetuerat<sup>a</sup>; & in eos qui viduas raperent, pœnas extenderat; quibus nec raptæ consensus ad excusationem foret vel minimum profuturus.

1. 1. de raptu vel matrim. C. Theod.

Sed & illa summa planè laude digna habentur; quæ ab eodem Iouiano primum vt Imperium adeptus est (vt decebat Christianum Principem) decreta fuisse, Gregorius<sup>b</sup> Nazianzenus tradit his verbis: Hoc porro, Iuliano nimirum, extincto, Imperator alter exoritur, nequaquam ore impudens, quemadmodum is de quo ante verba faciebamus, nec duris & ærumnosis operibus & edictis Israël opprimens, sed mira pietate animique lenitate præditus. Qui vt præclarissimum sui Imperij fundamentum iaceret, rectamque legum sanctionem, vnde conueniebat, auspicaretur, cum omnes alios Episcopos, tum eum, nempe Athanasium, ante omnes, qui omnibus virtute antecellebat, & citra dubitationem vllam pietatis causa bello vexatus fuerat, ab exilio reuocat. Quin etiam fidei nostræ veritatem à multis laceratam & perturbatam, atque in sexcentas opiniones partesque distractam sibi tradi postulauit: vt maximè quidem vniuersus Orbis, si fieri possit, in fidei negotio consentiret, spiritusque auxilio in vnum coiret: sin minus, ipse certè optimæ parti sese adiungeret, simulque & ei robur afferret, & ab ea vicissim acciperet, excelsè simul & magnificè de rebus maximis cogitans.

Greg. Naz. orat. in laud. Athanas.

IOVIANVS CVRAT RESTITVIT EXVLES EPISCOPOS ET FIDEM CATHOLICAM.

C At hic potissimum Athanasius pietatis suæ, fideique in Christum firmæ & constantis specimen edidit. Nam cum ceteri omnes, qui doctrinam nostram profitebantur, trifariam diuisi essent, ac multi circa Filium, plures circa Spiritum sanctum ægram fidem haberent; vbi leuior impietas pietatis opinionem ferebat: pauci autem vtrinque sani, & incolumes essent: primus ille ac solus, aut cum admodum paucis veritatem palam apertisque verbis promulgare non dubitauit, vnam trium personarum diuinitatem & essentiam scripto confessus: & quod multis illis Patribus in explicanda Filij diuinitate prius concessum fuerat, idem ipse postea in asserenda Spiritus sancti diuinitate superno afflatu consecutus. Atque Imperatori donum verè regium & magnificum offert, scriptam nimirum fidei confessionem aduersus nouum dogma nusquam in scriptura expressum: vt sic & Imperatorem Imperator, & doctrinam doctrina, & libellum libellus frangeret atque opprimeret ] nempe vt Iouiani fides perfidiam Constantij, & veræ fidei confessio scriptam ab hæreticis nouam fidei formulam confutaret. Hæc eadem de restitutione exulium Episcoporum & litteris Imperatoris ad Athanasium Socrates<sup>c</sup> & alij quoque confirmant.

ATHANASII COMMENDATA FIDES CATHOLICA.

Socrat. lib. 3. c. 20.

Ceterum licet Athanasius tantum prædicetur eius fidei libelli auctor, tamen illum esse conscriptum in sacro Episcoporum consensu, ex ipsius titulo constat. Athanasius enim, mox vt audiuit Iulianum esse defunctum, quem & citò desitutum diuino oraculo præmonitus senserat, atque de restitutione exulium Episcoporum fuisse à Iouiano Imperatore promulgatum edictum, simulque Iouiani eiusdem litteras accepisset, quibus se fidem Catholicam ab ipso edoceri velle significabat: euestigio primarios Episcoporum Orthodoxorum sibi subiectorum, Ægypti, Thebaidis, atque Lybiæ, ad Synodum conuocat Alexandriam. Vbi communi consilio decretum est, vt scripto libello Catholicæ fidei, mitterent ipsum ad nouum Imperatorem, ne ille (vt de Constantio accidit) ab hæreticis præoccupatus in impietatem transuersus penitus ageretur. Periculum igitur Athanasius anteuertere omni celeritate procurans, scriptum in Synodo eiusmodi libellum misit ad Iouianum Imperatorem, qui hætenus extat inter alias eiusdem Athanasij lucubrationes, & apud alios quoque auctores; sed fidelior textus penes ipsum Athanasium habetur. est autem eius titulus apud Theodoretum<sup>d</sup>, quo carent alij:

SYNODVS ALEXANDRIANA EXVLA LIBELLVS AD IMP. DATVS.

Apud Theod. lib. 4. cap. 3.

Religiosissimo & clementissimo Victori Augusto Iouiano Athanasius & Episcopi, qui nomine omnium, Ægypti, Thebaidis, & Lybiæ Episcoporum in vnum conuenerunt, decora<sup>e</sup> & eximia ea res est in Principe, mens dicendi auida, & rerum caelestium cupido: inde enim fit, vt verè cor totum sit in manu Dei. Cum igitur pietas tua cupiat à nobis cognoscere Ecclesiæ Catholicæ fidem: Deo super ea re gratis habitis nihil nobis con-

EPISTOLA ATHANASII PXSYNODO AD IOVIANVM IMP.

Athanas. de fide ad Iouian.

faltius visum, quam vt fidem à Patribus Nicææ confessam tuo religioso animo recitare-  
mus. Huius enim fidei aspernatores & mihi multifariam infidiati sunt, eo quod non ob-  
temperarem Ariarum sectæ; & hæreses & schismata in Ecclesiam introducere, cum  
tamen vera & pia in Christum fides ex sacris litteris & liqueat & agnoscat. Hac enim  
sancti viri initiati martyrium subierunt, & nunc resoluti à corpore cum Domino agunt.  
Manisset hæc fides illæsa perpetuo, nisi malitia quorundam hæreticorum eam deprava-  
re ausa fuisset. Arius enim & socij illam vitare conati sunt, & eius loco hæresim introdu-  
cere, dicentes Filium Dei ex non entibus extitisse, & creaturam, facturamque & mutabi-  
lem esse. Multosque his verbis deceperunt, adeo vt qui aliquid esse viderentur, illorum  
blasphemiam seducti sint.

Quapropter Patres quam primum Nicææ in Concilium venientes, eius verba anathe-  
mate condemnarunt, & Catholicæ fidei confessionem scripto tradiderunt, vt eius vbi-  
que promulgatione incendium hæreseos per sectarios excitatum restingeretur. Ea igitur  
sincerè vbiq; per omnes Ecclesias & legebatur & prædicabatur; cum quidam Ariano-  
rum hæresim renouare cupientes, hanc à Patribus Nicææ assertam fidem cœpere contem-  
nere, præferentes ab ea non dissentire: cum interim re vera eam inficerent, malè inter-  
pretantes consubstantialiam, & blasphemias dicentes in Spiritum sanctum, quem creaturam  
& à Filio conditum asseuerant.

Nos igitur conspicientes ex huiusmodi blasphemis non leuibus populum Dei calami-  
tatis perurgeti, necessariò tibi fidem Nicææ Patrum confessionibus confirmatam porri-  
gere studuimus; vt tua pietas & ea quæ ibi exactissimè scripta, & quantum errent illi qui  
aliter sentirent, intelligeret. Cognosce igitur, religiosissime Auguste, hanc esse, quæ à con-  
dito tuo prædicata fuit, & quam Nicææ Patres congregati agnouerunt, eiusque suffraga-  
trices esse omnes omnibus in locis Ecclesias, siue in Hispania sint, siue Britannia, Gallia,  
Italia vniuersa, Dalmatia, Dacia, Mysia, Macedonia, siue vniuersa Græcia, tota Africa, Sar-  
dina, Cypro, Creta, Pamphilia, Lycia, Isauria, Ægypto, Libya, Ponto, Cappadocia, itidem  
quotquot nobis vicinæ sunt, nec non & Orientis Ecclesias, paucis admodum exceptis, quæ  
Arianæ opinionis sunt. Omnium enim istorum & adhuc longinquiorum animos experi-  
mentis cognouimus, & scripta habemus. Nec te lateat, piissime Imperator, quod tamen  
pauci sint, qui huic fidei derogent, eos tamen (cum vniuersus Orbis Catholicam fidem  
sequatur, & ipsi iam pridem Ariana hæresi infecti fuerint, & nunc acerrimè pietati ob-  
stant) præiudicium facere non posse. Nobis autem, vt tua pietas cognosceret rem alio-  
qui sibi cognitam, operæpretium visum est, fidem Nicænam Episcoporum confessionibus  
approbatam subnectere. Est igitur fides à Patribus asserta huiusmodi: Credimus in Deum  
Patrem, &c.] Symbolum enim Nicænum, iam superius recitatum, in eadem epistola de-  
scriptum habetur: post illud verò hæc sequuntur:

In hac, Auguste, omnes oportet manere, neque quicquam inde transmutare artificijs  
contentionibusque verborum, quod faciunt Ariani, qui ex non entibus Filium Dei extitisse,  
eumdemque non fuisse antequam fieret, eum denique creaturam, factum, & mutabi-  
lem esse dicunt. Ideo enim (quemadmodum prædiximus) Synodus Nicæna anathematiza-  
uit istiusmodi hæresim, & veritatis fidem confessionibus approbavit, neque leui aut  
simplici ratione Filium Patri similem esse asseueravit, eumque (ne ex leui re Deo similis,  
sed verus Deus ex Deo haberetur) consubstantialiam esse scripto tradidit: quod proprium  
est genuini & veri Filij, veri & naturalis Patris. Sed nec alienauit Spiritum sanctum à Patre  
& Filio, sed enim vna glorificauit cum Patre & Filio, & in vna sanctæ Trinitatis fide, eo  
quod vna sit in sancta Trinitate Deitas.] hætenus Athanasij epistola ad Iouianum ex  
Synodo scripta: sed diuersæ editionis apud Theodoretum habetur, in qua verba illa in  
eius exordio superabundant, quibus dicitur: Imperium pacatè & tranquillè ad multorum  
annorum curricula administrabis. ] quæ cum in originario exemplari desint, ab aliquo  
Ariano fuisse addita, par est credere, nempe vt leuitatis Athanasius argueretur, fal-  
susque vates pariter haberetur, cum Iouianus in Imperio nec anni vnus periodum ab-  
soluerit.

Hæc perlecta (inquit Theodoretus) epistola, tum cognitio Imperatoris, quam de re-  
bus diuinis imbiberat, confirmata est, tum amor eius erga eandem exardescere cœpit. Sed  
haud segniores fuerunt hæretici, qui præoccupaturi animum eius, obuiam redeunt. E-  
pistole processerunt, de quibus hæc Socrates: Imperatore Iouiano ex Perlide reuerso, tu-  
mulus

FIDES NI-  
CAENA EA-  
DEM CA-  
THOLICA.

NON RECE-  
DENDVM A  
PATRVM FI-  
DE.

Theod. lib. 4.  
cap. 4.  
HÆRETI-  
CI STVDENT  
INSINVA-  
RE SE IM-  
PERATORI.  
Socrat. lib. 3.  
cap. 20.

A multus in Ecclesijs de integro excitatus est. Episcopi autem, dum singuli Imperatorem suæ  
ipsorum fidei assensurum expectarent, alius alium præuere contenderunt. Imperator  
quoniam perpetuo fidei Consubstantialis adhæserat, omnibus respondet, se eam prælatu-  
rum; perque litteras Athanasium Alexandriæ Episcopum bono animo esse iubet. ] & infe-  
rius: Verum Christianorum res non adhuc pacatæ tranquillæque fuerunt. Nam qui di-  
uersæ religionis factionibus præerat, Imperatorem adeunt, rati sibi liberâ ab eo potestatem  
permitteri contra aduersarios pro arbitratu dimicandi. Ac primum qui Macedoniam ap-  
pellabantur, libellum illi offerunt, postulantque vt qui Filium Patri dissimilem asseue-  
rabant, ij ab Ecclesia eicerentur, ipsique in eorum sufficerentur loca. Huius verò supplicis  
libelli auctores fuere Basilius Ancyræ Episcopus, Siluanus Tarsi, Sophronius Pompeiopo-  
lis, Pasinicus Zenorum, Comanorum Leontius, Callicrates Claudiopolis, Castabalarum  
B denique Theophilus.

Imperator, accepto eorum libello, ipsos absque responso dimisit, hæc verba dumtaxat  
locutus: Ego contentionem odio prosequor: eos; qui concordiam dediti sunt, complector  
amore, veneratorque. Quæ cum ad aures aliorum peruenirent, ferociam illorum, qui cõten-  
dendi studio flagrant, permulserunt. Quæ res Imperatori cessit ex sententia. Præterea eo-  
dem tempore, cum Acacianorum mores, qui ad contentionem erant valde proclives; pa-  
tesfacti fuerunt: tunc quam illud ipsum hominum genus ad Imperatorum voluntatibus  
satisfaciendum se semper comparasset, satis perspicue intellectum. Nam hi Antiochiæ, quæ  
est in Syria, in vnum coacti, cum Meletio, qui paulò ante se ab eorum communione segre-  
gauerat, fideique assenserat Consubstantialis, in colloquium veniunt. Quod propterea ab  
illis factum fuit, quia cum in magno honore esse, qui tunc ibi erant, animaduertent. Illi  
igitur libellum componere, Consubstantiali assentiri, fidem Nicæni Concilij ratam facere,  
libellum denique Imperatori offerre institunt.] hæc Socrates.

Sed antequam libellum eorum hic recitemus, de Acacio Episcopo Cæsareæ Palæstinæ  
illud præponendum, quod & artigisse vidimus Socratem. Homo iste omnium deterrimus,  
Iudeique totius Catholici orbis; cuius tyrannidem cunctæ vbiq; locorum postæ Ec-  
clesiæ expertæ erant, quique non tantum fidem Nicænam procul abiecit, sed & hæreticos  
illos infectatus fuit similitudinem qualemcumque Filij Dei cum Patre amplectentes; &  
Semiarianos, quod non penitus in profundum lapsi viderentur, detestabatur: hic in-  
quam, qui dum Ariana hæresis fautor Constantius Imp. regnauit, eidem in omnibus ob-  
secutus, perpetuo illi perfidia iunctus in hæresim vt rerum statum mutatum vidit, translatum-  
que Imperium in hominem Nicææ fidei professorem, Athanasijque studiosum, & Or-  
thodoxorum omnium amantem; mox timore correptus, ne quod in Catholicos Episco-  
pos sæpius fecerat, cum illis Ecclesias abstulit, proseripit, & in exilium eos abiecit, id ipse  
tunc pateretur, confestim pietate simulata, ad Catholicorum castra se contulit; & pri-  
mus omnium vaser ingenio, antiquus Proteus, aliam formam induens, conatus videri  
Catholicus, libellum confecit, quo se fidei Nicææ professorem exhibuit. Id cum com-  
plures alij, tum denique Suidas restatur his verbis: Acacius Cæsareæ Palæstinæ Episco-  
pus Iouiano libellum fidei Orthodoxæ scripsit, Synodum Nicænam comprobans. ] Non  
possum præterea non mirari, quantum referat in regno Principem palam profiteri se verè  
esse Catholicum & Orthodoxæ fidei acerrimum defensorem: nam planè fit, vt hæreti-  
ci tum erubescant, tum etiam timeant videri se alterius sectæ fidei Principis aduersariæ af-  
fectatores: indeque accidat, vt vel timore correpti recantent palinodiam, vel rubore sus-  
fusi sileant, lateant, & alio procul abscedant. Quod si eis semel ille gratas præbuerit aures:  
iidem & cor quoque sibi vendicent Principis, & quasi ex eius nutu omnia liceant, nihil  
non audeant, atque cuncta pro arbitrio gerant.

Quod autem ad Antiochenum Concilium per Meletium ibidem Orthodoxorum  
Antistitem collectum spectat: interfuerunt ei viginti septem Episcopi, quorum nomina in  
subscriptioe epistolæ Synodalis ad Iouianum Imperatorem datæ leguntur. Hi igitur  
cum in vnum conuenissent, absque aliqua altercatione prolatam in medium Nicænam  
fidem, eandemque recitatam atque recognitam, communibus, nemine refragante, com-  
probauerunt suffragijs; illique ipsi, qui per tot annorum curricula eandem impugnant,  
quasi è longo insaniam expegefacti lethargo, resipiscentes, absque tergiuersatione aliqua  
cognouere, atque suo ipsorum chirographo munuere, scribentes omnes ex Synodo  
ad Iouianum Imperatorem epistolam, cui & attextuerunt quam receperant Nicæ-  
nam

Socrat. lib.  
3. cap. 21.

IOVIANO  
DIGNA SEM-  
TENTIA.

ACACIUS AZ-  
TER PRO-  
TEVS FI-  
DEI MV-  
TAT CVM  
IMPERA-  
TORE.

Suid. verbo  
Iouianus.

CONCILIUM  
ANTIOCHEN-  
NUM.

\* Socras. lib. 3. cap. 21. Socrom. lib. 6. cap. 4.

nam confessionem. Porro ipsa epistola ab eis in Synodo scripta sic se habet: Sanctissimo, Deoque carissimo Domino nostro Iouiano Victori Augusto Concilium Episcoporum Antiochiæ in vnum ex variis prouinciis conuocatum S.

Tuam pietatem, Imperator sanctissime, cum primis laborare, vt Ecclesiæ pax & concordia stabiliatur, nobis exploratum est. Neque sumus nescij, te sapienter considerasse formam veræ & Orthodoxæ fidei ad hanc concordiam confirmandam valere maximè. Idcirco, ne in eorum numero, qui doctrinam veritatis adulterare student, habeamur: visum est, tuæ prudentiæ significare, quod fidem sancti Concilij iam olim Nicææ congregati & approbemus & teneamus. Quandoquidem vocabulum Confubstantialis, quod quibusdam videtur parum rectè in ea positum, est probè à Patribus commodaque interpretatione explanatum. Quæ quidem interpretatio ostendit, Filium ex Patris substantia genitum, Patri secundum substantiam similem, & neque affectionem vllam in eius inexplorabili B generatione debere intelligi, neque vocabulum substantiæ apud sanctos Patres ad consuetudinem Græci sermonis capi, sed ab illis poni ad euertendum illud pestiferum dogma, Christum scilicet ex nihilo ortum esse, ab Ario impie inductum: quod etiam isti Anomiani, id est, qui Filium Patri dissimilem statuunt, nuper exorti, multo audacius impudentiusque ad Ecclesiæ concordiam labefactandam asseuerant. Quamobrem exemplar fidei ab Episcopis Nicææ coactis expositæ (quam sanè vehementer amplectimur) his litteris, quibus animorum nostrorum sententiam tibi declarauimus, subiungere placuit: est enim plenum eruditionis & doctrinæ, seque habet ad hunc modum: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem. ] & quæ sequuntur Nicæni symboli confessionis. cui mox inhærebat Episcoporum subscriptio à Socrate recensita his verbis:

EPISCOPI QUI INTER EBERE CONCILIO ANTIOCHENO. \* Maris

Ego Meletius Episcopus Antiochiæ, ea quæ supra scripta sunt, fateor me approbare. Ego C Eusebius Samosatæ Episcopus eodem modo. Euagrius item Siculus, Vranus Apameæ, Zoilus Larissæ, Acacius Cæsareæ, Antipater Rostii, Abramius Vrimorum, Aristonicus Seleucopolis, Barlamenus Pergami, Vranus Melitinae, Magnus\* Chalcedonis, Eutychius Eleutheropolis, Ifacoces Armeniæ maioris, Titus Bostrorum, Petrus Sypporum, Pelagius Laodiceæ, Arabianus Antri, Pifo Adanorum per Lamydriorem presbyterum, Sabinianus Zeumatis, Athanasius Ancyræ per Orphitum & Actium presbyteros, Irenio Gazæ, Pifo Augusta, Patricius Palti per Lamydriorem presbyterum, Anatolius Berecensium, Theotimus Arabum, Lucianus denique Aræorum Episcopus. Hunc libellum in Sabini libro, qui, Collectio rerum in Concilio actarum, inscribitur, inuenimus.

HAERETICI PERMISSIBERE AGERE, QUI DOLOCVPTEBANT VIDERICA THOLICI. \* Socrat. lib. 3 cap. 21.

Ariani igitur in hac Synodo recantantes palinodiam, non tantum ad Catholicam religionem recepti, sed & in gradu Episcopatus permisi sunt agere, suasque Ecclesias retinere. D Imperator autem eiusmodi ex Synodo epistola siue libello accepto, hæreticorum calliditatem probè considerans, fidemque illos simulare Catholicam, & præ timore vel gratia modò huc modò illuc leuissimè impelli, ne concordiam in Ecclesia ex dissimilibus, immò contrariis minimeque sibi inuicem cohærentibus, ac proinde non firmam, sed labantem vi ab inuitis exegisse videretur, iisdem hæc traditur respondisse: Se nemini quidem qualemcumque fidem amplexanti molestiam exhibiturum; sed eos præter ceteros beneuolentia & honore prosecuturum, qui Ecclesiæ ad concordiam adducendæ auctores se ostenderent. ] hæc tunc illis Imperator, vt in officio contineret, quos iam in vnum diuersa ratio coniunxisset.

HAERETICORVM INCONSTANTIA SVGILLATA A THEMISTIO PHILOSOFO.

Ista quidem de hæreticis pro conditione temporis fidem mutantibus lepidè sugillauit Themistius philosophus ea oratione, quam, Consularem, inscripsit, illis verbis: eos non E Deum, sed purpuram coluisse, euriopque admodum similes esse, qui modò in hanc, modò in illam partem præcipitatur. ] Meminit eiusdem Antiochenæ Synodi Hieronymus in Chronico: sed deprauatus est sanè textus qui ita restituitur, vt dicat: Synodus Antiochiæ à Meletico & suis facta, in qua Homiustio & Homeustio reiecto, medium inter hæc Homouision receperunt, & Macedonianum dogma reiecerunt. ] Marcellinus verò ille schismaticus presbyter Romanus, secta Luciferianus, cum huius Synodi mentionem habet, confirmatque hæreticos Episcopos pœnitètes cum professione Nicæna esse receptos, haud tamen putauit iure factum, quod cum Episcopi titulo in suis ipsorum Ecclesiis permisi sunt permanere: id quidem magnopere detestatus est eo libello, quem ad Theodosium scripsit.

Qui autem in hæresi Ariana pertinaciter perseuerare absque timore aliquo vel erubescencia

A scencia statuerunt, quorum omnium signifer videbatur Euzoius Arianorum Episcopus Antiochiæ; hi conati sunt ab amicitia & cultu Athanasij Imperatorem erga eum propensio- fiores diuellere. Molitur hoc Euzoius, machinaturque Lucius Arianus presbyter Alexan- drinus, qui ad eundem Imperatorem veniens, plurimas in Athanasium accusationes planè calumniosas intulit. Athanasius verò, inuito cum suis consilio, Antiochiam ad Iouia- num se contulit. de cuius aduentu Antiochiam, Sozomenus<sup>a</sup> totius rei gcstæ seriem te- xens, narrat sic dicens: Dum hæc geruntur, Athanasius etiam Episcopus Alexandrinus, consilio suo cum quibusdam familiaribus suis communicato, necessarium putauit, Impe- ratorem, qui Christianus erat, visere: atque profectus Antiochiam, postulata sua Imp. exponit. Sunt tamen qui dicant, Imperatorem eum ad se accersiuisse, vt quid de religione & sana doctrina agendum esset, ab illo cognosceret. Vbi verò res Ecclesiæ ritè, quoad B eius fieri poterat, constituerat, de reditu cœpit cogitare. ]

Vocatum namque litteris Imperatoris Athanasium se Antiochiam contulisse, testa- tur Epiphanius<sup>b</sup>, dum ait: Hic sanè Imperator cum multo honore & litteris fide dignis ad Episcopum Athanasium scripsit, ipsumque accersit, & amplexus est, & dimisit ad pro- prium thronum: ita vt rursus receperit Ecclesia sancta Episcopum, & ad modicum tem- pus consolationem inuenerit. ] hæc ipse: eadem quoque Rufinus. At Sozomenus<sup>c</sup> mox subdit de prauis Arianorum studiis tum temporis in Athanasium, his verbis: Euzoius au- tem Episcopus sectæ Arianae Antiochiæ, Probatiū eunuchum sectæ eiusdem Alexadriae antesignanum constituere laborauit. Lucius igitur genere Alexandrinus, vnus ex presbyte- ris, quos Georgius ordinauerat, cum Euzoius eiusque fautores istud instituisent, ad Im- peratorem accedit: grauius criminatur Athanasium, primum quod toto tempore, quo C Episcopatum gesserat, criminibus implicatus tenebatur: deinde quod à superioribus Im- peratoribus sæpè erat exilio condemnatus: postremo quod auctor discordiæ in religione, & tumultus extiterat. Itaque postulat, vt alter eius loco Ecclesiæ Alexandrinæ crearetur Episcopus. At Imperator (norat enim insidias, quæ erant tum Athanasio paratæ) cri- minibus ei illatis neutiūquam auscultauit: sed Lucio quidem cum minis adiectis in man- datis dedit, vt quiesceret: Probatio autem & alijs eunuchis, quos circum se habebat, vt po- te huiusmodi tumultus auctoribus, imperauit, vt tandem modestiam discerent. Athana- sium verò, quem præfens congressus & colloquiū ei carissimum reddiderat, misit in Ægy- ptum cum mandato, vt quo sibi liberet modo, Ecclesias & populum regeret. Nam dicitur illum tum ob virtutem, qua præditus erat, tum ob vitæ piè actam, tum denique ob prudentiam præstantiamque doctrinæ laudasse plurimum. Ad hunc modum ergo fides in Con- D cilio Nicæno stabilita, quamquam ad aliquod temporis spatium interiectum (vt supra do- cuimus) oppugnata fuerat, tamen, isto Imperatore regnante, caput denuò extulit. ] hæc Sozomenus.

EVZOIVS ET LVCIVS AGVNT CON- TRA ATHANA- SIVM. \* Socrom. lib. 6. cap. 5.

<sup>b</sup> Epiph. hæc. ref. 168. ATHANA- SIVS VOCA- TVS AB IMP. ANTIO- CHIAM. <sup>c</sup> Socrom. li. 6. cap. 5.

LVCIVS A- RIANVS RE- TICITVR.

CONTRU- VERSIAR INTER VI- TALEM AT- QVE PA V- LINVM.

<sup>d</sup> Socrom. lib. 6 cap. 27. VITALIS ANTIOCHENSIS.

<sup>e</sup> Epip. hæres. 77. QV I D DE VITALE EPI PHANIVS.

Ceterum inter ipsos Orthodoxos conflatum semel schisma tempore Iuliani, inter eos inquam qui inhærebant Meletio, atque alios qui sectabantur Paulinum ibi (vt dictum est) à Lucifero creatum Antiochenum Episcopum, perseuerabat: immò his Iouiani tempori- bus, occasione Vitalis exagitantis Paulinum, magis magisque exacerbatum est. Intercef- sit Athanasius hoc tempore, dum Antiochiæ esset, inter vtrumque sequester, vt eos inter se dissidentes mutuo conciliaret, sed minime valuit, Vitale aduersus Paulinum pertinacius concitato. At quisnam hic Vitalis fuerit, primum ex Sozomeno<sup>d</sup> dicendum est: Erat hic, inquit, presbyter Antiochenus, Nicænae fidei assertor & propugnator sub Meletio consti- tutus, vir sanè si quis alius, ob piam viuendi rationem & mores spectatos perillustri, studio etiam erga eos profuit singulari, ac propterea à populo summa veneratione dignatus: qui ob indignationem quamdam aduersus Flavianum compresbyterum, quod se contem- ptui haberi videret, adhæsit Apollinari. ] hæc de Vitale Sozomenus.

Accusabatur autem à Vitale Paulinus hæresis Sabellianæ: cuius rei gratia, vt ea omnino suspicione careret, scripta fidei Catholicæ confessione, coram Athanasio hoc tempore Antiochiæ commorante, se purgavit; quam Epiphanius recitat, dum de altercatione illa, quam ipse habuit alio post tempore ibidem Antiochiæ cum Vitale, eiusmodi narratio- nem instituit<sup>e</sup>: Antiochiæ constituti, cum ramis & germinibus ipsorum, Apollinaris<sup>f</sup> videlicet, congressi sumus; inter quos Vitalis Episcopus fuit (hunc enim Apollinaristæ Antiochiæ sibi delegerant in Episcopum) piensissimus olim vir vitæ statu & conuersa- tione. Dicebamus autem consulentes & rogantes vt concordessent cum Ecclesia Ca- tholica,

CHRISTI  
363.

LIBERII PAP.  
12.

IOVIANI IMP.  
I.

tholica, & sine contentioſum dictū. At Vitalis dicebat: Quid verò eſt quod in medio A  
poſitum nos ſeparet? Habebat enim hic diſſenſionem aduerſus venerandum quemdam  
virum ac inſignem Paulinum Episcopum, & Paulinus rurfus aduerſus Vitalem à nobis  
acceſſitum. Cùm itaque cuperemus ambos ad pacem concordem facere: videbatur  
enim vterque Orthodoxam fidem prædicare, & vterque diſſidium habebat ob quem-  
dam cauſæ prætextum: Vitalis enim obiiciebat Paulino dictum à Sabellio acceptum.  
Quapropter nobis iſtic præſentibus abſtinuit in totum à ſocietate Paulini. Donec  
ipſe Paulinus cum editione conſcripta nos perſuaſit, cuius iam antea aſſenſionem  
fecerat, ſe purgandi gratia apud beatum Athanaſium. Obtulit enim & tradidit nobis  
ipſius exemplar cum ſubſcriptione, clarè habens de Trinitate, ſimulque de in-  
telligentia incarnationis Chriſti, manu ipſius Athanaſij ſcriptum: Eam editionem ſub-  
iunxit: & hæc eſt:

PAULINI  
EPISCOPI  
ANTIOCHENI  
FIDEI  
CONFESSIO  
CORAM  
ATHANASIO.

Exemplar manus Paulini. Ego Paulinus Episcopos ſeſentio, quemadmodum tradi-  
tum accepi à Patribus: Eſſe & ſubſiſtere Patrem perfectum; & ſubſiſtere Filium perfectum,  
& ſubſiſtere Spiritum ſanctum perfectum. Quapropter etiam recipio præſcriptam  
interpretationem de tribus ſubſtantiis & vna eſſentia, itemque eos qui ſe ſentunt. Pium  
eſt enim ſentire & conſiteri Trinitatem in vna Deitate. Et de incarnatione verbi Patris  
propter nos facta ſeſentio, velut ſcriptum eſt, quòd ſecundum Ioannem, Verbum caro  
factum eſt: non enim ſecundum impienſiſſimos, qui dicunt, tranſmutationem ipſum  
paſſum eſſe; ſed quòd propter nos homo factus eſt ex ſancta Virgine, & Spiritu ſancto  
genitus. Neque enim inanimatum, neque ſenſus expers, neque mentis exors corpus  
habuit Saluator, vt in manu Athanaſij habetur. Non enim poſſibile erat Domino  
pro nobis homine facto, mentis exors eſſe eius corpus. Vnde deteſtor eos, qui repro-  
bant fidem, quam confeſſi ſunt Patres Nicææ; & qui non conſentunt aut ex eſſentia, aut  
conſubſtantialem eſſe Filium Patri. Detecto enim & eos, qui dicunt Spiritum ſan-  
ctum creaturam per Filium factam: Inſuper autem & detecto Sabellij & Photini &  
omnem hæreſim: procedens ipſe ſecundum fidem Nicææ editam, & ſecundum om-  
nia præſcripta. ] hætenus Paulini profeſſio Antiochiæ coram Athanaſio edita: ex qua  
factum eſt, vt eius communionem Athanaſius in poſterum aſſidue retinuerit. Ceterum  
eiuſmodi altercationes inter Meletium, Paulinum, atque Vitalem, amplioribus odij  
radicibus propagatæ, adhuc ſancti Hieronymi tempore virides erant. Dicemus de his  
igitur ſæpe inferius atque pluribus. at hic modò ſatis de controuerſiis hoc anno Antiochiæ  
agitatis.

Theod. lib. 3.  
cap. 21. 22.

IDOLORYM  
TEMPLA  
CLAYSA, ET  
SACRIFICIA  
VETITA.  
Socrat. lib.  
3. cap. 20.

Hoc eodem anno, cùm adhuc Iouianus Antiochiæ moraretur, ſicut Chriſtiana re-  
ligioni in omnibus conſultum voluit, vt quæ fuerant à Iuliano corrupta inſtaurarentur,  
atque diſſecta componerentur, ita & odio in idolatriam Imperatoria auctoritate ſurrexit:  
quippe quod tum Charris<sup>a</sup> in Meſopotamia, tum Antiochiæ (vt ſuperius dictum eſt) in  
lucem prodita eſſent execranda ſacrificia Iuliani, quibus humanæ hoſtiæ in aditis domo-  
rum reſſibus caſæ erant, eademque oſtentata à piis in deteſtationem ſacrilegæ impieta-  
tis. Quod ſicut Gentilibus perpetuæ ignominie ceſſit atque dedecori, eorumdemque fa-  
ctum atque ſuperbiam Imperio Iuliani in immenſum auctam compreſſit: ita cum Chri-  
ſtiani Imperatoris, tum etiam fidelium omnium animos aduerſus deorum cultum magno-  
pere excitauit. Auctor eſt Socrates<sup>b</sup>, iuſſa à Iouiano delubra Gentilium claudi, & ſacra ceſ-  
ſare: cùm & qui apud Iulianum primum locum tenere videbantur palliati philoſophi, præ-  
timore pallia poſuere. ait enim: Sub idem tempus Gentilium delubra occluſa fuere. Gen-  
tiles ipſi alij aliis in locis ſe occultare: qui autem pallia geſtabant, pallia deponere, & com-  
muni viſitatoque habitu vti cœperunt. Cruenta illa & ſcelerata ſacrificia, quorum labe ſe  
palam contaminabant, & quibus regnante Iuliano ſe exſaturauerant, omnino fuere ſub-  
lata. ] ita Socrates. Ceterum hæc philoſophis contigiſſe potuerunt timore Chriſtianorum,  
quòd iidem cuncta quæ paſſi erant, iſdem philoſophis accepta ferrent: nam præter ſpem  
omnem, æſtimationemque de ipſo conceperam, ipſe Imperator Iouianus (vt Eunapius au-  
ctor eſt) non deſtitit illos honoribus proſequi; Maximum præfertim & Priſcum, quos in  
Perfidem ſecum duxerat Iulianus, tum philoſophia, tum etiam magia celebres: qua fortè  
ex cauſa diuinum in ſe numen Iouianus haud leuiter concitauit. cuius exemplo admoni-  
tus Valens, qui poſt eum Orientale adminiſtrauit Imperium, eiufmodi genus hominum  
(vt dicemus) grauiter infectatus eſt:

Illud

CHRISTI  
364.

LIBERII PAP.  
13.

IOVIANI IMP.  
I.

A Illud quoque accidit, cùm Iouianus Antiochiæ moraretur, vt templum Traiani, quod  
Hadrianus ei tamquam diuo erexerat, à Iuliano in bibliothecæ locum conuerſum, idem  
inſtigante vxore cremarit. id Suidas<sup>a</sup> atque Nicephorus<sup>b</sup> tradunt. Antiochia autem receſ-  
ſit ante anni præſentis finem: ſiquidem Kalendis Ianuarij (vt diximus) vna cum filio  
Varroniano in itinere conſtitutum, iterum Conſtantinopolim, Ancyre in Galatia ipſum  
agere contigit, quod Ammianus<sup>c</sup> teſtatur. Porro eo tempore; quo Antiochiæ cômoratus  
eſt Iouianus, multa (vt idè ait) per continuos dies viſa ſunt portenta, atque apparere co-  
metæ, omnia nonniſi luctuoſa atque dira pronunciantia: quæ euentus facile demonſtrauit.

Suid. verbo  
Iouianus.  
Niceph. lib.  
10.  
Ammianus  
lib. 25.

IESV CHRISTI  
ANNVS  
364.

LIBERII PAP.  
ANNVS  
13.

IOVIANI IMP.  
ANNVS  
I.

B Nno Chriſti trecentefimo ſexageſimo quarto, Iouianus cùm iturus Conſtantinopo-  
lim, ipſis Kalendis Ianuarij, quibus nouis Conſulibus annus aperitur, perueniſſet  
Ancyram Galatiæ, adijt Conſulatum, aſcito ſibi in collegam filio paruulo, nomine Paris  
ſui Varroniano. Cumque inde proſectus tandem perueniſſet ad locum Dadaſtanam di-  
ctum: Eſt locus (inquit Socrates<sup>d</sup>) inter Galatiam & Bithyniam medius interiectus, ibi  
Themiftius philoſophus, cum aliis ordinis Senatorij viris obuiam factus, orationem ſuam  
conſularem coram illo recitauit, quam quidem poſtea etiam Conſtantinopoli recitauit,  
coram populi multitudine. ] Hæc Socrates, qui & ſuperius de eadem oratione verba fa-  
ciens, hæc habet: Imperator verò qui apud animum ſuum propoſuerat blandiri & per-  
ſuaſionibus diſſidentium lites dirimere, reſpondit, ſe nemini quidem qualemcum-  
que fidem amplextanti, moleſtiam exhibiturum, ſed eos præter ceteros beneuolentia &  
honore proſecuturum, qui Eccleſiæ ad concordiam adducendæ auctores ſe oſtenderent.  
Hæcque ab eo ad hunc modum geſta eſſe, Themiftius philoſophus commemorat: nam in  
ea oratione, quæ Conſularis inſcribitur, quam de eo conſcripſit, eum propterea magnis  
ornat laudibus, quod poteſtate cuique pro arbitratu hanc, vel illam religionem profiten-  
di permiſſa, aſſentatorum mores prorfus reſuſcitaret: quod genus hominū admodum face-  
tè perſtringens, dixit, nemini obſcurum eſſe, eos non Deum, ſed purpuram coluiſſe. ] Na-  
tali ſumus eandem nos orationem, ſed mutilatam magna ex parte, quod illis careat, quæ  
ſpectabant ad Conſulatum, nuper per Imperatorem initum. ſed ſatis hic ea, quæ ad argu-  
mentum propoſitum ſpectant. Cùm igitur Imperator ad dictum locum perueniſſet Da-  
daſtanam, qui Bithyniam diuidit à Galatia, improuiſo caſu nocte exanimatus inuentus eſt.  
D Hæc ex Ammiano, <sup>e</sup> qui & ſubdit: Super cuius obitu dubietates emerſere complures.  
Fertur enim recenti calce cubiculi illiſti ferre odorem noxiū nequiuſſe, vel extuberato  
capite periſſe ſuccenſione prunarum immoſa, aut certè ex colluſione ciborum auida cru-  
ditate diſtentus. ] Hæc ipſe. Sunt qui dicant, vt inter alios Suidas, <sup>f</sup> fungorum quos cœ-  
narat, veneno periſſe.

Socrat. lib. 3  
cap. 21. 22.

Ammianus  
lib. 25.  
IOVIANI  
OBITU RE-  
PENTINVS  
Suid. in Io-  
uiano.

Ceterum ea opinio verior credita eſt, vt denſo prunarum vapore (ad exiccandum enim  
recens ædificatum parietem, in eius cubiculo incenſæ fuerant collocatæ) ſpiraminum me-  
ribus occluſis, ſpiritu intercepto mortuus ſit, quod & ſæpe Romæ noſtra ætate audiuiſſimus  
contigiſſe. In hanc ſententiam S. Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum: Iouianus, in-  
quit, guſtatis tantum Imperialibus bonis, fæto prunarum ſuffocatus eſt; oſtendens om-  
nibus, quid ſit humana potentia. ] hanc eandem ſententiam ex hiſtoricis ſequitur Sozo-  
menus. Deceſſiſſe verò eum tradit Socrates<sup>h</sup> decimo tertio Kalèdas Martias, quod etiam  
affirmat Eutropius. <sup>i</sup> Quamobrem ipſum imperaſſe oportuit menſes tantum ſeptem &  
dies vincti. nam (vt dictum eſt ſuperius) quinto Kalendas Iulij Imperator creatus eſt.  
Porro cùm ex hac vita migravit, annus erat ætatis ſuæ agens trigefimum tertium, quod  
in primis Ammianus<sup>k</sup> teſtatur, cui adſtipulantur Socrates & Eutropius; ex quibus omni-  
bus Victor redarguitur, dum ait ad quadregſimum proximè perueniſſe annum. Sed &  
in eo pariter corrigendi ſunt omnes, qui ipſum Imperatorem non Iouianum appellant,  
ſed Iouinianum: ex antiquorum enim nummorum inſcriptionibus manifeſti redarguuntur  
erroris. Fuſſe autem Iouianum à Gentilibus ritu patrio relatum inter Diuos, reſcri-  
pta ſuccedentium Imperatorum huius anni fidem faciunt, in quibus Diuus Iouianus  
Conſul ponitur.

Sozom. lib.  
cap. 6.  
Socrat. lib.  
3. c. 22.  
Eutrop. lib.  
10.  
Ammianus  
lib. 25. 26.

Ceterum

Ceterum ipse Iouianus decedens nullum sui Imperij reliquit heredem, quod impro-  
fa mors de successore cogitare non suerit: nec quem ex ipsius cognatis eueheret in Im-  
perium exercitus Romanus habebat. nam Varronianus paruulus filius, quem secum Iouia-  
nus creauerat Consullem, suscipiendo tanto oneri impar erat, & Varronianus parens iam  
ante decesserat, ut filium Imperatorem creatum videre non potuerit. Ianuarius verò Præ-  
fectum rebus militaribus per Illyricum, eiusdem Iouiani affinem, absentem exercitus par-  
uifecit, quod Ammianus<sup>a</sup> affirmat, qui & mores eius formamque describit.

<sup>a</sup> Ammianus  
lib. 25. 26.

IOVIANVS  
IMP. IN  
QVIBVS DE-  
LIQUIT.

Cuius quidem interitus adeo inopinati, si causam ex infenso numine afferre licet (nam  
diuino arbitrio hæc omnia transigi, nemo negat) cum illa præcessisse videtur, quam di-  
ximus ex Sardonio, quod æquè ac Iulianus, Maximum ac Priscum philosophos atque ma-  
gos coluit, quorum studiis mala omnia in Christianos adeo copiosè manarant, tum etiam  
illud proximè est subsecutum delictum, dum (quod Ammianus tradit) Tarsum cum per-  
uenisset, exornandum Iuliani sepulchrum decreuit, hominis alioqui ne cæspititia quidem  
sepultura digni. quamobrem paucos post dies è medio sublatus est. Impios enim indi-  
gnos esse sepulchro, Iosias Rex sanctissimus docuit: <sup>b</sup> nam ædificatione & ornatu sepul-  
chri, probari acta eorum qui ibi reconditi sunt, sententia Domini<sup>c</sup> redditur manifestum.  
Porro Iouiani corpus ex more curatum, missum esse Constantinopolim, ut inter Augu-  
storum reliquias (nempe in atrio basilicæ Apostolorum) recondideretur, Ammianus  
tradit.

<sup>b</sup> Paralip. 34  
<sup>c</sup> Matth. 23

VALENTI-  
NIANVS  
IMP. ELI-  
GITVS.  
<sup>a</sup> Ammianus  
lib. 26.

Progresso autem exercitu Nicæam Bithyniæ vsque, comitiisque habitis, frequentiora  
suffragia in Valentiniiani electionem consenserunt: immò (vtar Ammiani verbis<sup>b</sup>) Valen-  
tiniianus, nulla discordante sententia, numinis aspiratione cælestis, electus est, agens scho-  
lam scutariorum secundam, relictoque apud Ancyram, postea secuturus, ut ordinatum  
est. Et quia nullo renitente, hoc è Repub. videbatur, missis qui eum ocys admonerent,  
diebus decem nullus Imperij tenuit gubernacula. ] hæc Ammianus. Iam enim olim pro-  
digo quodam sub Imperatore Constantio Imperium Valentiniiano prænuntiatum fuisse,  
Nicephorus<sup>c</sup> tradit: Auctor est Suidas, <sup>d</sup> Valentiniianum creatum fuisse Imperatorem à  
Sallustio tunc Præfecto Prætorio: cuius virtutes cum prædicat, & Valentiniiani Imperij  
exordium ad iustitiæ integritatem benè compositum refert, sic ait: Sallustius Præfectus  
Prætorio Valentiniianum designauit Imperatorem, qui cum Imperium suscepisset, edicto  
proposuit, ut si quis affectus esset iniuria, Imperatorem adiret. Verum nemo questus est.  
Hic Valentiniianus Præposito eunuchorum Rhodano, qui Berenicem viduam iniuriis af-  
fecerat, mulieri de illo conquestæ iudicem dedit Sallustium, à quo condemnatus Præpo-  
situs, cum iudicium illius nihili faceret, ab Imperatore in Hippico crematus est, omnibus  
Archieunuchi bonis viduæ assignatis. Quo exemplo territi mortales, omni iniuria absti-  
nuerunt. ] hucusque Suidas.

<sup>c</sup> Niceph. lib.  
21. cap. 1.  
<sup>d</sup> Suid. verb.  
Sallustius.

Sed antequam ad res gestas Valentiniiani ulterius progrediamur, de tempore in primis,  
quo est acclamatus Augustus, dicendum est. Contigisse quidem eius creationem quinto  
Kalendas Martij, Socrates<sup>e</sup> auctor est: eumque Pannonium Cibele ortum tradit, patre  
Gratiano non generis nobilitate, sed propria virtute clarissimo: nam ipse ex non milite mi-  
les, atque ex infima militia ad ampliores prouectus ordines (id eius meritis exigentibus)  
ad sublime fastigium gloriæ est elatus. Fuisse autem ipsi ex eo comparatum cognomen-  
tum, ut Funarius diceretur, tradit Victor<sup>f</sup>, quod venalitium funem portanti quinque  
milites nequierint extorquere: eoque merito ascitus in militiam, vsque ad præfecturæ  
Prætorianæ potentiam conscendit: ob cuius apud milites commendationem, Valentini-  
ano resistenti Imperium esse collatum, tradit Victor.

<sup>e</sup> Socrat. lib. 4  
cap. 1.

Victor in Va-  
lentiniiano.

VALENTI-  
NIANVS EX  
CONFESSO-  
RE IMP.  
CREATVS.

At Valentiniianum etsi paternum genus minimè illustrem reddidit, sed sua ipsius virtus  
in militaribus functionibus clarum effecit; pietas tamen Christiana, quæ inter alias vir-  
tutes in eo potissimum clucebat, apud Deum & homines plurimum commendauit, &  
post ipsum Imperatorem impium Iulianum euexit, cui ne pareret, militia exui, & exilio  
relegari delegit. Qui igitur omnia pietati posthabuit, omnia consecutus est munere pietatis:  
siquidem Christiani milites haud passi sunt, mortuo Christiano Principe, in locum  
eius Ethnicum subrogari, qui olim idololatra Imperatore necato, nec aliquem deorum  
cultorem eidem suffici consenserunt. Ex his planè videas (vt hæc iterum refricemus) ma-  
litiæ imbecillitatem. Quippe cum nihil aliud toto sui Imperij tempore conatus sit Iulianus,  
quam deicere gradu milites Christianos, militiamque ex cultoribus idolorum stabilire, vt  
Impe-

A Imperij robore penes Ethnicos milites collocato, nulla de cetero spes reliqua esset homi-  
ni Christiano Imperium capeffendi, sicque ea via apud Gentiles perpetua successione Ro-  
manum propagaretur Imperium: tamen cum humana omnia haud humano, sed diuino  
consilio disponantur, ea omnia quæ impietas ante texerat fila veritatis, mox sunt instar  
araneorum telæ disrupa, adeo vt deorum cultores ab Imperio penitus exclusi fuerint, &  
Christiani delecti, illi ipsi, quos Iulianus Christiani nominis causa vexarat. in quibus pla-  
nè illud enituit<sup>a</sup>, Non esse sapientiam, neque prudentiam, neque consilium contra Do-  
minum: & quem Deus elegit, frustra ab impiis reprobari. Si quidem simulac ad exercitum  
se contulit Valentiniianus, cum ex more concionem esset habiturus ad milites, oborto  
tumultu, eorum scilicet, qui indignè ferebant ipsum prouectum ad culmen Imperij, elata  
tunc ipse prosperè dextra (vt ait Ammianus<sup>b</sup>) plena fiducia, seditiosos ac pertinaces in-  
crepans, ex insperato compefcuit. Quin etiam subiecit quæstioni quosdam nobiles Iu-  
liani quondam amicos, quorum præstigijs sibi tunc repentinum morbum immisissum pu-  
tauit. Testatur id Zosimus<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Prouer. 21

<sup>b</sup> Ammianus  
lib. 26.  
VALENTI-  
NIANVS  
SEDAT MI-  
LITESTY-  
MVTIVAN-  
TES.

<sup>c</sup> Zosim. lib. 4  
<sup>d</sup> Ammianus  
lib. 26.  
VALENTI-  
NIANVS  
COLLEGA  
IN IMPE-  
RIO.

Post hæc autem (Ammianus<sup>d</sup> subdit) Valentiniianus Nicomediam itineribus citis in-  
gressus Kalendis Martij, Valentem fratrem stabulo suo cum Tribunatus dignitate præ-  
fecit. Indeque cum venisset Constantinopolim, multa secum ipse deuoluens, & magnitudi-  
dini virgini negotiorum iam sese parare considerans, nihil immorandum ratus, quantum  
Kalendas Aprilis productum eundem Valentem in suburbanum, vniuersorum senten-  
tijs concinentibus (nec enim audebat quisquam refragari) Augustum pronunciauit, deco-  
reque Imperatorij cultus ornatum, & tempora diademate redimitum in eodem vehiculo  
secum reduxit. ] hæc Ammianus. Reprehendunt nonnulli Valentiniianum, quod in ele-  
ctione collegæ, affectui potius priuato germanitatis indulserit, quam vtilitati Reipublicæ  
Christianæ prospexerit, cum (vt aiunt) Arianum hominem ascuerit sibi collegam, qui  
postea Orientalem Ecclesiam iugi persecutione vexauit. At falluntur hi sanè, mea senten-  
tia: siquidem quem sciuerat & expertus fuerat confessorem, & imbutum Catholica fi-  
de, confortem assumpsit Imperij. Fidei namque causa ambos, ne Iuliano Imperatori ob-  
temperarent sacrificanti, baltea deposuisse, auctor est Socrates<sup>e</sup>. Sed & vsque ad expeditio-  
nem aduersus Gothos paratam, eum Catholicum perseuerasse, Theodoretus<sup>f</sup> affirmat.  
Quo autem modo è Catholicorum castris defecerit ad Arianos, suo loco dicturi sumus.

<sup>e</sup> Socrat. lib. 4  
cap. 1.  
<sup>f</sup> Theod. lib. 4  
cap. 1.

Ascitus igitur ad Imperium Valens nequaquam Arianis fauit, sed quos sciret Catho-  
lica fide spectatos, eisdem contulit magistratus: & inter alios Cæsarium fratrem Grego-  
rij Nazianzeni, temporibus Iuliani (vt vidimus) nobilem confessorem, Quæstorem creat.  
D Inter ipsos autem Imperatores, Valentiniianum, atque Valentem fuisse certamen, quifnam  
Cæsarium sibi magis deuinciret, & cuiusnam ille magis amicus & familiaris diceretur,  
idem Gregorius<sup>g</sup> tradit. Cessit tamen Valentiniianus Valenti, quod profecturus ipse in  
Occidentem, Cappadocem hominem Valenti fratri, cui curam Orientis refusit, magis  
deberi existimaret. Porro hoc exordio horum imperij, eum insignitum nobili magistratu  
Comitatus rerum priuatarum, docet rescriptum ad eundem hoc anno datum de confi-  
satione prædiorum, quæ templis fuissent addicta, his verbis:

<sup>g</sup> Greg. Naz.  
orat. in lau-  
dem Cæsarij.  
CAESARIVS  
COMES RE-  
RVM PRI-  
VATARVM.

Imperator Valentiniianus & Valens A. A. Ad Cæsarium Com. rerum priuatarum.  
Vniuersa loca & prædia, quæ nunc in iure templorum sunt, quæq; à diuersis Principi-  
bus vendita vel donata sunt, retracta, ei Patrimonio, quod priuatum nostrum est, placuit  
aggregari. Dat. prid. Non. Februarij. Med. \* Diuo Iouiano & Varroniano Coss. ] Benè  
quidem accidit ex diuina dispensatione, vt Cæsarius, qui sub Iuliano, confessionis fidei  
causa, ab eo discesserat, à Christianis Imperatoribus magno honore reuocaretur in aulam,  
fieretq; idolorum templorum regia potestate æquissimus iudex & vindex. Legitur quo-  
que apud Ammianum<sup>h</sup> & Zosimum<sup>i</sup>, Cæsarium ab eodem Valente Imperatore crea-  
tum Constantinopoli Præfectum Vrbis, hoc ipso anno, quo Procopius tyrannidem in Orien-  
te exercere cepit, sed alium hunc puto Cæsarium à Germano Gregorij: nam ipse in ora-  
tione in funere eius habita, tantum testatur, Cæsarium ab Imperatore creatum esse Quæ-  
storem, in eaque muneris functione permanisse vsque ad obitum, vel saltem vsque ad an-  
num quintum eiusdem Imperatoris, quo Nicæa Bithyniæ, vbi Cæsarius erat, terræmotu  
collapsa est: nec maiorem aliquem antea functum ipsum esse magistratum, sed ex illo iam  
(vt ait) ad sublimiorem prouehendum, si vita superbitate licuisset.

<sup>h</sup> Ammianus  
lib. 26.  
<sup>i</sup> Zosim. lib. 4.

Quinam verò fuerit Imperij Romani status, cum Valentiniianus Imperator creatus est;  
Annal. Eccl. Tom. 4. P vt ex



STATVS ROMANI IMPERII. Ammianus lib. 26.

vt ex his quantum intulerit damni impietas temeraria Iuliani, quantum que salutis per religionem Christianam fuerit consecuta Romana Respublica, possit intelligi: hic primum ex Ammiano rem paucis absolvente in medium adducamus: Hoc, inquit, tempore, velut per vniuersum orbem Romanum bellicum canentibus buccinis, excitæ gentes sacrissimæ, limites sibi proximis persultabant. Gallias, Rhetiasque simul Alemanni populabantur. Sarmatæ, Pannonæ, & Quadi, Rheti, Saxonesque & Scoti, & Atacitti Britannos ætumnis vexauere continuis. Austoriani, Mauricæque aliæ gentes Africam solito acrius incursabant, & Thracias diripiebant prædatorij globi Gothorum. Persarum Rex manus Armeniis iniecitabat, &c.] hæc Ammianus, quibus turpem rerum faciem præsentis temporis repræsentat; quam deformiorem reddidit ciuile bellum Procopij proditione confutum, de quo suo loco proximè acturi sumus. Quibus autem viribus, armisve tot tantaque ingruentia mala superaturi, & Romanum Imperium Iuliani impietate prostratum restituri essent, iidem Christiani iidemque Confessores Imperatores probè nouerunt: nimirum non nisi Cruce erigenda fore quæ Crucis abdicatione collapsa fuissent: in Cruce enim & Christi nomine omnem ipsos spem & fiduciam collocasse, eorundem cusa numismata docent, quæ dexteram Principum Cruce, & Christi nomine armatam in Labari signo demonstrant, ac primum Valentianiani numisma quod sic se habet.

Num. aut. à Fulvio Vrsino acceptum.



b



C

Que sequitur imago numismatis, Valentis est, habens in Labaro Crucem expressam.

Num. aut. à Fulvio Vrsino acceptum.



c



D

Adieci mus alterius eiusdem Valentis numismatis effigiem, Christi nomen in Labaro exhibentis.

Num. cre. ab Angelo Breuentano acceptum.



d



Postquam

VALENS ORIENTI VALENTINIANVS OCCIDENTI PRÆFECTI.

A Postquam autem Valentinianus Valentem fratrem in Imperij collegam assumpsit, vt tum Orientali tum Occidentali pariter languenti Imperio simul consultum esset, illud opportunum (quod videbatur) remedium excogitauit: nimirum vt relicto Valente in Oriente, ipse sese transferret in Occidentem: sicque fore, vt tumultuantes vndiq; barbaros coercent. Eiusmodi itaque consilio inito, partitis inter se exercitijs, eorumque ductoribus, rebusque dispositis, percursis Thraciis, vna simul in Pannoniam descendentes, Sirmium peruenere. Inde tandem abinuicem digressi, Valens reuersus est Constantinopolim, Valentinianus verò Mediolanum se contulit. Hæc omnia pluribus Ammianus. Quæ autem post hæc contigerint, suo loco dicturi sumus.

Quod plane memoria dignum hoc in itinere accidisse Sozomenus a tradit, sic se habet: Vbi, inquit, decessit Constantinopoli Valentinianus, perque Thraciam Romam versus iter fecit: Episcopi Helleponti & Bithyniæ, & alij omnes, qui Filium Patri consubstantialem asserendum putabant, mittunt ad eum pro se Legatum Hypatianum Heraclæ (quod est oppidum Perinthi) Episcopum, oratum, vt sibi de doctrina fidei ritè constituenda in vnum conueniendi potestas permitteretur. Qui cum venisset ad Valentinianum, & Episcoporum ei postulata exposuisset: respondet ille: Sibi, qui vnus è laicorum numero erat, non licere se eiusmodi negotijs interponere: Et ideo sacerdotes & Episcopi, inquit, quibus hæc curæ sunt, seorsum per se vbiunque ipsis libitum fuerit, in vnum cõueniant. Quo responso ad legationem Hypatiani dato, Lampfaci Concilium cogunt.] hæc Sozomenus. Verum Lampfacenium Concilium anno sequenti sub primo amborum Imperatorum Consulatu gestum esse, Socrates b tradit: qui & istud ipsum tempus eiusdem Concilij ea quoque chronographia certius reddidit, dum celebratum ait anno septimo post Concilium Seleuciæ habitum: est enim is sequens annus, quo de eadem Synodo pluribus agendum erit. Ex hoc itaque elucidato certo tempore Lampfaceni conuentus anni sequentis, Sozomenus c erroris arguitur, dum ait, eo itinere, quo Valens fuerat comitatus Valentinianum proficiscentem in Italiam, ipsi Constantinopolim redeunti occurrisset apud Heraclæam Legatos missos è Concilio Lampfaceno, afferentes illi eiusdem Synodi Acta. Sed & hallucinatur idem Sozomenus, dum post Concilium Lampfacenium Procopij obortam esse tyrannidem tradit d: quem hoc anno inuasisse Imperium liquet.

Fuit hic quidem natio Cilix, propinquus genere Iuliano Imp. cui à Iouiano cura delegata fuit deferendi cadaveris eiusdem è Perside vsque Tarsum ad locum sepulchri: qui postquam suprema perfoluit cognato suo, discessit: nec visus est (vt ait Ammianus e) perquisitus studio ingenti, nisi multo postea, cum Constantinopoli apparuit subito purpuratus: quod contigit hoc ipso anno, autumnali tempore, vt ex eodem auctore colligitur, dum ait f, rei gestæ nuncium esse perlatum ad Valentinianum aduentantem Parthos propè Kalendas Nouembris. confirmatur id ipsum, dum idem auctor subdit de Valente, ætatis iam elapsis caloribus, nuncium de ea re accepisse, cum esset Cæsareæ Cappadociæ. Hic enim ob propinquitatem Iuliani, quem sine liberis esse sciebat, adhuc viuente ipso, ad Imperium anhelabat. quo occiso, increbescente rumore, eiusdem Iuliani fuisse vltimam voluntatem, vt in Imperium sibi substitueretur. Procopius, istud ipsum auidius expetebat. Quamobrem noui Augusti vitans inuidiam, longius recedens, ad dictum tempus vsque deliruit: atque opportunam nactus Valentis absentiam, coacto illo progredi ob tumultus Gothicos in Cappadociam, sese pauens licet dubiusque infudit in Vrbem, vbi à paucis admodum primo, inde verò à vili plebecula acclamatus est velut in scenicis ludis Augustus, nemine resistente. Sed eiusmodi leuitas paulatim aucta viribus, in meruendâ tyrannidem creuit, adeoq; in arctum postea Valentem constrinxit, vt abiicere purpuram, ac priuatus euadere aliquando decreuerit, fecissetque nisi fuisset à comitibus impeditus. Habet hæc omnia pluribus Ammianus. Aditum autem primum omnium fuisse Procopium ab Eugenio cuncho consilio, & opibus, auctor est Zosimus g.

Extat oratio Themistij clarissimi philosophi & oratoris, dicta Valenti post debellatum Procopium, nona ordine, tunc primum Latinitati reddita à R. D. Sextilio Episcopo Alexano, habita collatione cum quatuor Vaticanæ Bibliothecæ exemplaribus, licet admodum deprauatis: est ipsa apud me nondum edita. Quod enim prudens philosophus odoratus esset scuitiam hominis, quæ postea pluribus exemplis innotuit; totus in eo versatus est argumento, vt commendet inter alias virtutes potissimum in Imperatore clementiam; & ad eam rem illi persuadendam innumeris propemodum è diuersis locis, Annal. Eccl. Tom. 4. P 2. petitis

VALENTINIANI SCIBDICTVM.

TEMPVS CONCILII LAMPFACENI.

Socras. lib. 4. cap. 3. 4. 5. Sozom. lib. 6. cap. 7.

Sozom. lib. 6. cap. 8.

PROCOPIVS TYRANNVS. Ammianus lib. 25.

Idem lib. 26.

Zosim. lib. 4.

petitis vsus sit rationibus atque auctoritatibus: quod verò è diuinis scripturis, licet aliis A fucatum coloribus, mutatus esse videtur exemplum, vt vendicemus nostra, hic reddendum putauimus: ait enim: Ego aliquando subaudiui Assyriorum picturas id ipsum repræsentantes, nempe, Regis mentem in palma Dei repositam. Et periculum animaduertere oportet, quantum sit ei qui in actionem à Deo alienam prorumpit, cadere ex manu conferuante, &c.] Quis non sentiat Assyrios, quibuscum Hebræi assueuerunt, è Salomonis prouerbis eam accepisse, quam pictura quoque putauerunt decorandam esse sententiam, vbi ait: Cor Regis in manu Dei, quocumque voluerit inclinabit illud. ] De his autem, qui Procopium secuti essent, hæc eadem oratione Themistius: Non enim æquali pœna dignos putasti eos, qui ab initio seditionem consularunt, & eos qui ab armis abducti sunt, & hos qui se submiserunt illi qui iam vincere videbatur: sed alios condemnasti, alios reprehendisti, cum aliis verò vna doluisti, &c.] At inter hæc & Persici motus & Gothorum progressio haud mediocrem timorem incutiebant.

Prophet. 21

EXPEDITIO GOTHICA. Ammianus lib. 16.

Sozom. lib. 6. cap. 13.

Ceterum quod ad expeditionem Gothicam pertinet: quoniam eodem ferme tempore Valens Persici tumultus timore percussus Antiochiam cogitabat: ad coercendos ingruentes Gothos, attingentes collimitia Thraciarum (inquit Ammianus<sup>b</sup>) sufficiens equitum adiumentum & peditum mitti iussit ad loca, in quibus barbarici timebantur incurfus. ] cum ipse festinans in Syriam, in Bithyniam primo, indeque profectus in Cappadociam, iamque egressus Cæsarea, Antiochiam versus, ipso autumnali tempore, de tyrannide Procopij Constantinopoli excitata, per Sophronium Notarium didicit: quando ille consulturus Imperio, posthabita Syria, abiit in Galatiam. Quæ autem hoc anno per Procopium aduersus Valentem feliciter gesta sunt, & sequenti maioribus viribus actitata, idem auctor profectus est pluribus vsque ad annum post sequentem, quo tyrannus tandem prodicione extinctus est, vt suo loco dicemus. Ex his quoque & illi errare<sup>c</sup> conuincuntur, qui proscriptionem Episcoporum per Valentem factam, eiusque accessum Antiochiam, hoc ipso vel sequenti anno recensent, quibus nullum prorsus fuit Valenti otium ab infecutione Procopij. Planè accidit, vt cum res gesta temporibus suis minus accuratè reddantur, quantumlibet verè atque exploratè videri possint, ambigua tamen ex ipsa sui confusione fiant. Nos igitur exquisita temporum ratione, cuncta quæ sub Valente in Oriente sunt facta, inferius explicaturi sumus.

Eunap. Vita Philosph. MAXIMVS PHILOSOP. DIRA PATIVR.

Hoc item ipso anno, eoque tempore, quo Procopius inuasit Imperium: Maximus philosophus Ephesus, ille qui Iuliano adhuc adolescentulo instillauerat impietatem, & ad obitum vsque eodem veneno nutruerat, è cuius fonte omnem in Ecclesiam sub Iuliano persecutionem deriuasse creditum est: iussu Valentis Imperatoris merita pœna damnatur, sed à Clearcho Asiæ Proconsule Valentis perneccessario ex insperato liberatur. Rem gestam Eunapius Sardianus<sup>d</sup> eiusmodi narratione prosequitur: Inde Valentinianus, & Valens eius frater, rerum potiti sunt. Quo tempore Maximus & Priscus simul in custodiam abripiuntur, diuersa longeque alia acciti vocatione, quam cum à Iuliano fuerant accersiti: illa enim erat theatralis quodammodo, & ad amplos honores faciem præferbat: sed in secunda hac periculum prima facie, nedum spes aliqua boni ostendebatur: vsque adeo magnæ & insignis cuiusdam ignominiaæ terror oculis offundebat se. Porro Priscus nihil passus mali, & publico testimonio vir bonus declaratus, in Græciam rediit, quo tempore huiusce commentarij scriptor adhuc puer in pubertatis limine constitutus litteris erudiebatur.

MAXIMI PHILOSOP. PHICRYCIATVS.

Maximus verò cum & publicè in theatris, & priuatim apud Imperatorem traducere: tur validis clamoribus à populo, admirationi etiam sic erat, quod tantas erecto animo perferret ærumnas atque incommoda: grauissimos interim illi cruciatus admouerunt, tantam irrogantes multam pecuniariam, cuiusmodi summam homo philosophiaæ deditus numquam audisse potuit: suspicabantur namque illum cunctorum opes & fortunas obtinere. Sed mutata sententia posterius, exigua multa ei fuit imposita, dimissusque in Asiam, vt pecuniam, in quam damnatus fuit, dissolueret. Quanta verò sit passus, tragœdiæ modum excedit: neque temere inuenies aliquem voce bona, & alienis malis gaudentem, qui tanti viri miserias & incommoda verbis explicare possit. Nam scaphismus, supplicium Persis visitatum, præ tormentis huic illatis paruum fuerit. Taceo muliebria & procacia tortorum ludibria, dum exquisitis pœnis corpus differunt, & vxor primaria femina, quæ præsens erat, mariti fortem miseratur. Cumque modus supplicii nullus

Alus esset, eaque incrementis aufererent, orauit vxorem, vt medicatam sibi potionem emerret; qua porrecta, à malis eriperetur. Ea verò emit, secumque allatam cum ille posceret, bibere præoccupat: quam mox exanimatam necessarij & genere proximi sepultura afficiunt: sed Maximus bibere superfedit. hæc ipse. at quo modo liberatus fuerit, ista subdit:

Hic mihi omnis eloquentia, & quicquid laudum natio poetarum canere possit, inferior fuerit factis Clearchi. Is fuit è Thesprotis oriundus, opulento genere, illustri & secunda fama: qui mutatis iam rebus, Valentiniano ad Occidentis Imperium translato, & Valente extremis inuoluto periculis, nec de Imperio iam, sed de capite & vita periclitante (nam Procopius rebellans cum innumeris copijs vndique vires illius ita carpebat, vt ad pactiones descendere eum compulerit) toti tunc Asiæ cum Imperio præfuit. ] & inferius: Ea tempestate nactus Asiæ, sanam & morigeram Clearchus, inuenit ibi Maximum quæstionibus admodum, & in æqualeo distentum. Postulat hic locus, vt diuinum facinus eloquar (siquidem inexpectatus rei successus iure summo alij nemini acceptus ferendus est, quam Deo.) Nam satellites ille omnes, qui indefessis assiduisque viri tormentis adhibiti fuerant, maiori vi fugam capere coëgit, Maximum vinculis exoluit, corpus curauit reficiendum, suæque illum mensæ admouit, &c.] Sic igitur opera Clearchi liberatus est Maximus, qui tamen postea (vt suo loco dicitur) magiæ iterum iudicio postulatus, dato capite meritas luit pœnas: licet Eunapius & ipse Ethnicus Ethnici excuset facinus, prædicetque virtutes. At non Valens tantum, sed & Valentinianus (inquit Zosimus<sup>a</sup>) Maximo philosopho succensebat, criminationis cuiusdam memor, quam ille Iuliani temporibus aduersus ipsum Valentinianum struxerat, quasi propter religionem Christianam ille sacros in ritus impiè deliquisset. ] additque eosdem Imperatores infectos fuisse iis, quos scissent fuisse Iuliano cariores. Certè quidem de Orbasio philosopho ac medico Iuliani, idem qui supra, tradit Eunapius, fuisse proscripsum, atque ad barbaros exulem amandatum: sed cum apud eos medicæ artis studio summam sibi conciliaffet gratiam, fuisse ab iisdem Imperatoribus postliminio restitutum affirmat.

CLEARCHVS PROCONSUL LIBERAT MAXIMUM.

Zosim. lib. 4.

Porro sicut Iuliani magos Christiani recentes Imperatores exagitarunt, ita & idololatrias pariter infectati sunt, scripta aduersus eos eiusmodi lege ad Secundum Præfectum Prætorio<sup>b</sup>:

Ne quis deinceps nocturnis temporibus aut nefarias preces, aut magicos apparatus, aut sacrificia funesta celebrare conetur: Detectum atque conuictum competenti animaduersione mactare, perenni auctoritate censemus. Dat. V. Id. Septembris, Diuo Iouiano & Varroniano Coss.] Huius planè legis meminisse videtur Zosimus, quam in Græcia Prætextati Proconsulis precibus agentis apud Imperatorem Valentinianum fuisse abrogatam, tradit his verbis<sup>c</sup>: Et quia legum quoque promulgationes instituire decreuerat, exorsus ab ipso lare (quod aiunt) nocturna sacra fieri prohibuit. qua lege coercere volebat ea quæ sceleratè designantur. Sed cum Prætextatus, qui pro Consule Græciam administrabat, vir omni virtute præstans, hanc legem diceret vitam iniucundam & acerbam Græcis parituram, si futurum esset, vt mysteria sanctissima, quæ genus humanum conerent, prohiberentur: peragi ea ritè, vi legis suæ cessante, permisit; ita tamen, vt omnia secundum patrias consuetudines, quales ab initio fuissent, perficerentur. ] hæc Zosimus de Prætextato, quem vehementissimum fuisse Gentilicæ superstitionis defenforem ex multis constat, de quibus suis locis dicturi sumus.

1.7. de magi. C. Theod.

LEX ADVERSVS NOCTVNA SACRA.

Zosim. lib. 4.

PARTES STATVS IDOLOLATRIAS DEFENSOR.

Ceterum inter alia nocturna Gentilium sacra, ritus ille erat, cuius S. Augustinus<sup>d</sup> his verbis meminit: An non sacrificauit, qui imagines idolorum per noctem ludentes (quod Nocturnum vocant) libentissimè spectauit? Sacrificauit prorsus, sacrificauit, &c.] Porro Valentinianum Augustum hoc sui Imperij exordio dedisse legem, vt quisque quam vellet religionem coleret, idem ipse in alio à se postea dato rescripto testatur<sup>e</sup>. Haud enim idolorum cultura, quam altas sub Iuliano radices fixisse sciebat, actutum sibi videbatur posse conuelli.

August. de tempore Barbaric cap. 4.

1.9. de magi. C. Theod.

PROFESSORES CHRISTIANI RESTITVTI.

1.6. de med. C. Theod. Iun.

Rursum verò quos arcuisset Iulianus à docendo Christianos professores, iidem Imperatores Valentinianus & Valens, sanctita lege, honorificè reuocarunt, sic rescribentes hoc anno ad Mamertinum Præfectum Prætorio<sup>f</sup>:

Si quis erudiendis adolescentibus vita pariter & facundia idoneus erit: vel nouum instituat auditorium, vel reperat intermissum. Dat. III. Id. Ian. Diuo Iouiano & Varroniano Coss.]

Socrat. lib. 4. cap. 4. CONCILIVM LAMPSCACI NYM.

**A**nno Christi trecentesimo sexagesimo quinto, Valentinianus & Valens Augusti creati sunt Consules. Quibus Consulibus (inquit Socrates<sup>a</sup>) septimo scilicet anno post Concilium Seleucia sub Constantio Imperatore habitum, Lampfaci civitatis in Hellesponto Concilium celebratum est. Porro huius celebrandae Synodi causa potissima illa fuit, vt horrendas blasphemias editas in Constantinopolitano Conciliabulo ab Eudoxio, Acacio, & aliis Arianorum deterrimis, penitus abolerent, fidemque Antiochenam novissime Seleucia cognitam stabilirent. Qua in re illud primum animaduertendum est, errare Sozomenum, atque ceteros omnes, qui putarunt eiusmodi Concilium à Catholicis, qui fidem Nicænae confessionis, nempe consubstantialitatem Filij Dei tuerentur, habitum esse, quod liquido constat à Semianianis esse confectum; ab illis scilicet, qui sic Arianos oppugnarent negantes Filij Dei cum Patre similitudinem atque substantiam, vt tamen nequaquam essent assertores Nicænae confessionis, qua idem Filius Patri consubstantialis asseritur. Cur autem qui prædicarent diuinam substantiam in Filio, non æquè eundem dicerent consubstantialem, & quinam in his lateret hæresis error, pluribus superiore tomo, atque sæpius dictum est. Quod igitur hi hostes viderentur Arianorum negantium diuinam substantiam atque similitudinem Filij, visi sunt respectu illorum esse Catholici, vt ex Hilario suo loco superius demonstrauimus: inde errandi occasio data est Sozomeno atque aliis pluribus, vt dicerent, à Catholicis celebratum esse Concilium,

CONCILIVM LAMPSCACI NYM CELEBRATVM AB HÆRETICIS. Socrat. lib. 4. cap. 4. Basil. epist. 72.

Ceterum re vera ab hæreticis eiusmodi habitum esse conuentum, plura sunt, quæ id manifeste declarant: vt illud in primis, quod nequaquam in eo Nicæna confessio cognita atque probata fuit, vt par erat peragi in Synodo Orthodoxorum, prout in aliis omnibus factum vidimus, sed professio Antiochena tantum<sup>b</sup>, quam Catholici (vt dictum est superius) vt imperfectam, & quæ haberet fraudem inclusam, respuerunt. Basilium præterea Lampfacenam confessionem inter eas adnumerat, quæ ab hæreticis diuersis in locis editæ sunt; vt cum ait<sup>c</sup>: Numquam ad rerum inuolutionem consensus: fides apud nos non alia in Seleucia, alia Constantinopoli, in Zelis alia, & in Lampfaco alia, & alia Romæ. ] quæ (vt paulo post dicemus) ab iisdem edita est coram Liberio, vt communicationem Catholicam aucuparentur. Et alibi idem Basilium<sup>d</sup>: Quoties, inquit, fidem exponendo nouarunt? Ancyrae dederunt aliam, Seleucia aliam, aliam Constantinopoli, diuulgatam illam, & aliam in Lampfaco postea, & quam dederunt in Nicæa Thraciæ; & iam aliam in Cyzico, de qua etsi reliqua ignoro, hoc tamen audio, quod silentio omisso, Consubstantialis confessione, τὸ κατ' ἐστὶν ὁμοιον, similitudinem quamdam essentiae circumferunt, & præterea blasphemias contra Spiritum sanctum cum Eunomio conscribunt. ] hæc de his, qui Lampfaci & alibi conuenerunt, Basilium.

Basil. epist. 82.

CATHOLICI QUOCUMQUE VOCATI AD CONCILIVM LAMPSCACI NYM.

Attamen quod cogen dæ huiusmodi Synodi non erat ille Semianianorum scopus, vt fidem Nicænam Catholicam impugnant, sed vt (quod dictum est) execrarentur eandem Constantinopoli portentosam illam fidei formulam: hæc de causa, tamquam acturi negotium Catholicæ fidei, quos possent ad Lampfacenum conuentum aduersus Eudoxium & eius sedatores, conuocare conati sunt, immò & alios accersere, etiam si non essent Episcopi, sed insignis nominis viri, vt Basilium Magnum adhuc inter monachos in Ponto degentem, testatur enim id ipse de se ad Eustathium Sebastenum scribens (erat hic omnium ferme antesignanus, qui Lampfaci conuenerunt) Me Lampfacum, inquit<sup>e</sup>, cum pluribus compressuri Episcopi aduocastis. Nonne de fide erant sermones nostri? Nonne per omne id temporis disputanti mihi contra hæresim, præsto erant Actuarii tui? Non mecum erant toto illo tempore germanissimi tui discipuli? Cum fratrum contubernia inuiserem, vnaque cum illis in præcationibus pernoctarem, absque vlla contentione assidue dicens & audiens quæ ad Deum pertinent: an non euidentes illic animi cogitationumque mearum notas & indicia exhibui? ] hæcenus Basilium ad sui defensionem, quod adhuc monachus ab hæreticis hæresis infamaretur, sed de his inferius pluribus.

Basil. epist. 79.

Quot autem Episcopi conuenerint Lampfaci, nusquam expressum memini me reperisse. Ceterum

**A**Ceterum quod ingruerent bella ciuilia, haud aded frequentem fuisse conuentum possumus existimare. quod & illud quoque demonstrare videtur, dum non vno tantum in loco eiusdem factionis Episcopis in vna Synodo coire concessum fuit, sed diuersis in locis ab iisdem sunt eadem actitata, vt proxime dicturi sumus. Quid verò in Lampfaceno Concilio actum sit, Sozomenus docet his verbis<sup>a</sup>: Lampfaci Concilium cogunt: atque vbi ad bimestre spatium de rebus fidei deliberatum est, tandem decernunt, acta Constantinopoli, opera ac studio Eudoxij & Acacij cum suis sancita, abroganda esse: deinde formulam fidei, quam velut ab Episcopis Occidentalibus editam explodendam protulerant, quosdamque ad eadem subscribendum impulerant, facto promisso, quod opinionem eorum, qui Filium Patri dissimilem prædicant, penitus reiicerent: cui promisso neutiquam steterunt. Tum doctrinam illam ratam fore, quæ Filium Patris substantia similem asserit: nam adiectionem huius vocis, Similis, ad planam personarum distinctionem necessariam esse. Porro formulam fidei in consecratione Ecclesiæ Antiochenæ editam, & Seleucia omnium Episcoporum consensu confirmatam, in omnibus Ecclesiis tenendam. Quin etiam, vt qui ab iis, qui Filium Patri dissimilem asseuerabant, abdicati essent, suas ipsorum sedes, vt potè Ecclesiis per nefas eiectioni, denuò reciperent. Quod si quis eos infimulare vellet, pari periculo obnoxium fore: Iudicisque constitui Episcopos tum illius gentis Orthodoxos, tum alios, qui ex finitimis prouinciis ad eam ipsam conuenirent Ecclesiam, in qua testes sunt rerum à singulis in vita gestarum. ] hæc fuisse in Synodo decreta, Sozomenus affirmat<sup>b</sup>. eadem quoque Socrates paucis his: Lampfaci in vnum conuenientes, ibi simulac fidei formulam Antiochiæ olim editam de integro iam confirmauerant (eidem etiam Seleucia dudum subscripserant) illam quæ Arimini iam pridem ab Episcopis, qui consentientem de religione habebant opinionem, exposita fuit, anathemate condemnarunt. Rursusque contra Acacium & Eudoxium, vt potè iure abdicatos, tulere sententiam. ]

Q. V. I. D. ACTVM IN SYNODO LAMPSCACI. GENA. Sozom. lib. 6. cap. 7.

Socrat. lib. 4. cap. 4.

Quæ (inquit Sozomenus<sup>c</sup>) cum decreuissent, & Eudoxianos non vocassent solum, verum etiam locum illis dedissent penitentiae, hi que tamen minime obtemperarent: decreta omnibus vbique Ecclesiis significarunt. Ac quoniam suspicabantur (vti erat certe verisimile) Eudoxium aulam Imperatoris ad suis partibus fauendum inducturum, atque ipsis calumniam intentaturum: statuerunt eius conatum præuenter, & Acta Lampfaceni Concilij Imperatori indicare: quod & fecere, &c. ] Errat tamen (vt dictum est) auctor, dum subdit, Legatos Synodi ad Valentem missos ei occurrisse, cum relicto fratre rediret Constantinopolim: nam ea præterito anno contigerunt, hæc autem præsentem, tempore belli excitati inter Procopium & ipsum Valentem. Consultius itaque Socrates de Eudoxio ait<sup>d</sup>: His rebus, Lampfaci scilicet, in Synodo statutis Eudoxius Constantinopolis Episcopus nullo modo refragari potuit: nam bellum, quod à populo, duce Procopio, iam concitatum erat, impedimento fuit, quo minus se de illis vicisceretur. Quapropter Eleuthius Cyzici Episcopus (erat hic Eudoxio & Acacio aduersarius) vna cum suis tum superiores partes adeptus, ad aliquod temporis spatium dogma illud, quod à Macedonio eius auctore nomen inuenit, quodque tunc paulo ante in Concilio Lampfaceno multo euidentius omnibus patefactum fuit, propugnauit. Istud Concilium causam quidem fuisse arbitror, cur Hellepontus (est enim Lampfacus in angusto Helleponti sinu posita) tanta Macedonianorum frequentia abudaret. Hoc quidem Concilium talem habuit exitum. ] hucusque ipse: ex quo sanè & illud redditur exploratum, præter confessionem Antiochenam Eibi professam, additam ibidem fuisse ab iisdem Semianianis Spiritus sancti Diuinitatis exsententia Macedonij negationem. Quæ verò tum à Legatis Synodi, tum ab Eudoxio gesta esse cum Valente Imperatore Sozomenus tradit, ea omnia contigisse anno sequenti post extinctum Procopium, constat. siquidem hoc anno absque vlla temporis intermissione Valens acerrimè à tyranno vexatus est, atque ad vltimum fermè discrimen adductus.

Sozom. lib. 6. cap. 7. DAMANA IVR EVDOLXVS CVM SVIS.

Socrat. ubi iam / pp. 4.

MACEDONII HÆRESIS INVALESCIT.

Porro qui Lampfaci conuenere Episcopi, illud quoque præstiterè, vt quæ ab ipsis statuta essent, ad aliarum Ecclesiarum suæ communionis Episcopos missa, ab iisdem confirmarentur. Illi enim diuersis in locis itidem tunc temporis eocuntes, ex eorum sententia qui conuenerant Lampfaci, communi omnium consensu scripsere synodales epistolas ad Occidentales Episcopos, deferendas per Legatos ad hoc ipsum delectos; qui nomine omnium omnes pariter Occidentalis Ecclesiæ, ac præcipuè ipsum Romanum Antistitem

LEGATIO EX CONCILIO LAMPSCACENO.

rem conuenirent, à quo & Catholicam communicationem expeterent, immo fallaciis A  
ad hoc compositis extorquerent. Ceterum quod ad legationis huius tempus pertinet,  
equidem perperam recensetur à Socrate sub Consulatu Valentiniiani & Valentis secun-  
do, tertio ab hinc anno. Nam si ex Synodo Lampfacena missa est legatio atque litteræ  
scriptæ, quam ipsorum assertionem constat hoc anno fuisse celebratam, nec ultra bimestris  
temporis spatium perdurasse: quoniam pacto, quæso, accidere potuit, ut post triennium ex  
Concilio Lampfaceno legatio missa sit? Nec est quod dici possit, aliarum Synodorum,  
quarum mentio in libello legationis est, tempus ad triennium esse dilatum: cum constet  
ad illud tempus nequaquam Liberium peruenisse, sed Damasum Romanæ Ecclesiæ  
præfuisse Pontificem, sequenti anno ipso Liberio ex hac vita subducto. Itaque vel hoc an-  
no, vel sequenti ad summum, ante Liberij tamen obitum, hanc legationem missam Romam,  
affirmare necesse est.

Socrus lib. 4.  
v. p. 11.  
TRIMESTRIS  
LAMPFACENAE  
LEGATIONIS.

VALENTINIANI  
CONSTITUTIONUM  
HAERETICORUM.

Basiliensis  
74.

Mirum dictum: qui Lampfaci, aliisque in locis eiusdem factionis conuenerunt Episcopi,  
facinus excogitant temerarium atque pudendum. Cum enim complures ex illis, qui  
in Concilio Lampfaceno damnassent Eudoxium, iidem verò, quod olim in concilio Con-  
stantinopolitano eidem obsecuti fuissent, ob eam causam suis ipsorum sedibus à Catho-  
licis priuati essent, ut inter alios Eustathius Episcopus Sebastiae minoris Armeniae, qui ob  
communicationem cum Eudoxio, à Concilio Melitenensi fuerat sede depositus, ut S. Ba-  
siliius tradit: hi, inquam, ut sedes, quibus iuste priuati erant, recipere possent, viam illam  
adiueniunt, ut simularent se esse Catholicos, fideique Nicænae obseruantissimos, libel-  
lumque offerrent Liberio Romano Pontifici, cuius auctoritate in suas ipsi restituerentur  
Ecclesiæ. Deliguntur ad hoc Legati, qui tum è Synodo Lampfacena, tum ex aliis eodem  
tempore conuocatis, in Occidentem ad Romanum Pontificem proficiscerentur, quo co-  
ram ipso edita nomine omnium fidei confessione Catholica, tum ipsius, tum omnium  
Occidentalium Episcoporum communicationem aucuparentur, nec non etiam gratiam  
inirent cum Imperatore Valentiniiano in Gallis tunc in expeditione agente: quorum  
tanto fulti præsidio, nihil esset quod timerent Eudoxium Constantinopolitanum Episco-  
pum, acerbissimum hostem.

LEGATI AD  
LIBERII  
PAPAM  
MISSE.

Socrus lib. 4.  
c. 11.

Quod igitur probè scirent, nullam unquam se à Romano Pontifice extorturos fore  
communicationem, nisi cum Nicænae fidei confessione: improbè illud statuerunt, ut ad  
tempus mentiantur se esse Catholicos, rectamque fidem afferant, quam nec si veller pos-  
set Liberius ipse reicere. His igitur in hunc modum dolose compositis, mercibus fraudum  
onuisti Legati nauigant in Occidentem, delecti illi quidem ex omnibus qui essent omnium  
audacissimi, & ad fingendum maximè præ ceteris comparati. Fuerunt hi Eustathius, D  
Theophilus, & Siluanus, de quibus Socrates: Itaque Eustathium Sebastiae Episcopum,  
qui sæpenumero abdicatus fuisset, Siluanum Tarfi Ciliciæ, & Theophilum Castabalarum  
urbis Ciliciæ mittunt, illisque in mandatis dant, ut cum Liberio ne utiquam de fide dissen-  
tiant, sed communicent cum Ecclesia Romana, fidemque Consubstantialis ratam faciât.  
Isti cum litteris eorum qui Seleuciæ de fide dissenferant, ad veterem urbem Romam se  
conferunt: cum Imperatore minimè colloquuntur (erat enim in Gallia in bello contra  
Sauromatas gerendo occupatus) sed Liberio litteras offerunt. Ille eas recipere noluit: nam  
eos sceleris Arianae fautores esse dixit, & propterea ab Ecclesia non posse recipi, utpote qui  
fidem Concilij Nicæni abrogassent. Cui illi respondent, se poenitentia adductos, verita-  
tem agnouisse: fidem eorum, qui Filium Patri dissimilem esse docent, iam pridem reiecisse:  
Filium in omnibus Patri similem confiteri, atque illam vocem, Similem, nihil à voce, E  
Consubstantialis discrepare. Quæ cum dixissent, Liberius postulat ab eis, ut opinionis suæ  
declarationem scriptis mandarent. Illi libellum ei obtulerunt, in quo verba in fidei formula  
Nicænae edita comprehensa fuere perscripta. Epistolas, quas pactis cõuentis ab urbe Smyr-  
na, quæ est in Asia, à Pysidia, Isauria, Pamphilia, & Lycia scripserunt, hoc loco citare, ne  
sim longus, non est consilium. Libellus autem, quem Legati cum Eustathio missi Liberio  
dederunt, ita se habet:

LIBELLUS  
FIDEI LEGATIONIS  
AD LIBERII  
PAPAM.

Domino fratri & collegæ nostro Liberio, Eustathius, Theophilus, & Siluanus in Do-  
mino salutem. Ut omnem occasionem insanæ hæreticorum confidentiæ, qui Ecclesiæ  
Catholicæ graues afferunt offensiones, omnino adimamus: Concilia Episcoporum rectè  
de religione sentientium, quæ Lampfaci, Smyrnæ, aliisque variis in locis aliquando habi-  
ta fuerunt, nostro approbamus consensu. Atque quo magis constet nos eisdem assentiri,  
hanc

A hanc obimus legationem; litterasque ad tuam benignitatem, & ad omnes alios Episcopos  
Italiae, aliarumque regionum ad Solem occidentem vergentium attulimus: ex quibus pla-  
num fiet, nos fidem Catholicam tenere, seruareque quæ in sacrosancto Concilio Nicæno,  
temporibus beati Constantini Imperatoris, à trecentis decem & octo Episcopis confirma-  
ta fuerit, atque adedò inuiolata stabilitaque usque; ad hodiernum diem perpetuo permanserit: in  
qua vox, Consubstantialis, ad peruersam Arij doctrinam expugnandam, sanctè riteque  
posita est. Nam propriarum manuum subscriptionibus planè confitemur, nos non aliter  
atque illos Patres, quos diximus, sentire, sed eandem fidem cum illis & antehac seruasse,  
& iam seruare, & ad extremum usque spiritum seruaturus esse: Animum autem, impiam  
eius doctrinam, discipulos, opinionis fautores, quin etiam omnem hæresim Sabellij, om-  
nes Patropassianos, Marcionistas, Photinianos, Marcellianos, & Pauli denique Samo-  
fateni sectatores penitus condemnare. Istorum doctrinæ, omnibus idem cum illis sen-  
tientibus, omnibus etiam hæresibus, quæ sacrosanctæ fidei prædictæ à sanctis Patribus  
piè & Catholicè in vrbe Nicæna expositæ aduersantur, itemque fidei formulæ in Conci-  
lio Ariminensi recitatae, utpote fidei sancti Concilij Nicæni, quam diximus, prorsus repu-  
gnanti (cui quidam dolo & quorundam periurio, propter nomen vrbs Nicænae, quæ est in  
Thracia, fraudulenter induciti Constantinopoli subscripserunt) nominatim anathema  
indicimus.

Fides autem tum nostra, tum eorum quos supra diximus, quorumque legationem obi-  
mus, est hæc quidem: Credimus in Deum Patrem omnipotentem, omnium rerum & vi-  
sibilem & inuisibilem effectorem. Et in unum unigenitum Deum, Dominum Iesum  
Christum Filium Dei, genitum ex Patre, hoc est ex substantia Patris: Deum de Deo, lu-  
men de lumine: Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, consubstantialem Pa-  
tri, per quem omnia facta sunt, siue quæ in cælo, siue quæ in terra. Qui propter nos ho-  
mines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est: passus  
est, & resurrexit tertia die. Ascendit ad cælos, & venturus est iudicare viuos & mortuos.  
Et in Spiritum sanctum. Illis autem qui asserunt, tempus aliquando fuisse, cum non esset;  
aut non ante fuisse, quàm natus esset; aut ex iis quæ non sunt, constare; aut ex alia, quàm  
ex Patris substantia, vel essentia, constare; aut Filium Dei posse conuerti & mutari; ana-  
thema indicit Catholica & Apostolica Ecclesia. ] hæc fuit horum plenissima Catholicæ  
fidei confessio, cui mox adiccerunt subscriptionem iidem Legati his verbis: Ego Eusta-  
thius Episcopus vrbs Sebastiae, Theophilus & Siluanus, Concilij Lampfaceni, Smyrnen-  
sis, & ceterorum Legati huic fidei nostræ declarationi manibus nostris, nostraque ipsorum  
voluntate subscripsimus. Quod si quis post hanc fidem à nobis expositam, aut contra nos,  
aut contra illos qui nos miserunt, aliquid crimen adduxerit; cum tuæ sanctitatis litteris  
ad Orthodoxos Episcopos, quos tua pietas probauerit, veniat, & coram illis nobiscum de  
eo disceptet, & si quid offensum esse constiterit, in auctorem illius vindicetur. ] At non  
tantum ipsi subscribere Legati, sed & suæ ipsorum subscriptioni nomina quoque subie-  
cerunt Episcoporum, à quibus missi eorum nomine legatione fungebantur: quod testan-  
tur Liberij litteræ ad eosdem redditæ. Ac isto libello (subiungit Socrates) Liberius Lega-  
tos tamquam sponcione obstringens, in communionem recepit, datisque illis litteris, di-  
misit. ] Porro ex recitato modo libello Liberio à Legatis dato, satis perspicuè demon-  
stratur, illum scriptum esse ante persecutionem à Valente in ipsos Semianianos atque  
Catholicos excitatam: siquidem nulla prorsus in ea mentio persecutionis habetur, cuius  
E primum omnium meminisse oportuisset. Sed iam Liberij litteras redditas ad Orientales,  
à Socrate descriptas, hic recitemus.

CONFES-  
SIO FIDEM  
CATHOLICAM.

Dilectis fratribus & collegis Hypatio\*, Cyrillo, Hyparchio\*, Vranio, Heroni, Elpi-  
dio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Heortasio, Seucero, Dydimioni, Brettanio, Callicrati,  
Dalmatio, Edesio, Eustachio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcel-  
lo, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Srenello, Ioanni, Macario\*, Charisio, Silua-  
no, Photino, Antonio, Ayto, Celso, Euphranorio, Meletio, Patricio, Seueriano, Eusebio, Eu-  
molpio, Athanasio, Diophanto, Menodoro, Diocli, Chrysampelo, Neoni, Eugenio, Eusta-  
chio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieracio, Leontio, Philagrino, Lucio, & om-  
nibus in Oriente Orthodoxis Episcopis, Liberius Episcopus, Italiae, & alij Occidentis Ep-  
iscopi, in Domino semper salutem. ] hæc nomina ipsi libello fidei à Legatis dato erant  
apposita.

Vestrae

CHRISTI  
365.LIBERII PAP.  
14.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 2.

Vestrae litterae, fratres dilecti, lumineque fidei illustrati, de pace & concordia Ecclesiae A per honoratissimos fratres & Episcopos Eustathium, Siluanum, & Theophilum ad nos perlatae, nobis maximam maximeque optatam letitiam attulerunt. Id aded in primis, quod vestras sententias & opiniones, tum cum mea, qui infimus omnium sum, tum cum aliorum Episcoporum Italiae, ceterarumque omnium regionum versus Occidentem, sententias consentire concordareque ostenderunt, atque aded confirmarunt. Hanc autem Catholicam & Apostolicam fidem agnoscimus, quae usque à Concilio Nicæno haecenus integra stabilisque permansit. Hanc illi ipsi Patres se habuisse confessi sunt: atque aded mira alacritate & gaudio completi, omnia absurdae opinionis vestigia, omnesque eius quasi scintillas relictas sustulerunt. Hancque fidem non solum apud populum concionando, verum etiam sedulo scribendo, omnibus proposuerunt. Cuius quidem exemplar his litteris necessario subiungendum duximus, ne qua haereticis ad insidias tendendas relicta sit occasio: quam quidem nostri, de integro faces suae malevolentiae in Ecclesiam intendent, magnaque dissidiorum incendia (ut illis in more positum est) exuscitent. Nam & hoc ipsum confitentur honoratissimi fratres nostri Eustathius, Siluanus, & Theophilus: nimirum & se ipsos & vestram charitatem semper hanc fidem seruasse, & ad extremum vitae dicim seruatoros esse, videlicet quae fuerit à trecentis decem & octo Episcopis Orthodoxis in vrbē Nicæa probata, quaeque & perfectam complectatur veritatem, & haereticorum multitudini ora obturet, eorumque doctrinam penitus euerat. Neque enim tam ingens Episcoporum numerus fortuito, sed Dei nutu & voluntate ad furorem Arii comprimendum coactus est. Immo verò eorum numero beatus Abraham tot hominum millia per fidem profligauit. Quae quidem fides vi & nomine Consubstantialis, comprehensa, tamquam propugnaculum firmum & inexpugnabile, omnes impetus & nefarias pestiferæ opinionis Arii machinas retundit, reprimittque.

QVOD GE-  
STVM IN  
CONCILIO  
ARIMINEN-  
SI.

Et quamquam nequam & scelerati Ariani effecere, ut omnes Episcopi Occidentis Arimini in vnum cogerentur, quo ibi vel persuasione, vel (vbi verius dicam) Imperatoris auctoritate, illud quod erat ad firmam cautionem in fidei formula positum, aut tollerent, aut peruersè inficiarentur: nihil hac fraudulenta molitione omnino profecerunt. Nam omnes illi ferè Episcopi, qui Arimini conuenerant, quique vel fallacibus inescati illecebris, vel vi compulsi, à fide tum quidem descuerant: nunc tamen ad sanam mentem reuersi, fidei formulæ ab Episcopis Arimini conuocatis editæ anathema denunciarunt, & fidei Catholicæ & Apostolicæ Nicææ confirmatæ subscripserunt, & nobiscum iam vna communicant: Omnes illi, inquam, in præsentia maximo iracundiæ astu contra dogma Arii, eiusque discipulos exardescunt. Quam rem vestrae charitatis Legati cum exploratè cognitam planeque perspectam haberent, suae ipsorum subscriptioni vestra etiam nomina adiungere. Ario autem & decretis Arimini contra fidem Nicææ stabilitam sancitis (quibus item vos per versutas blanditias in fraudem inducti cum iurciurando adhibito subscripistis) anathema edixere.

CONCORDIA  
FIDES CA-  
THOLICA  
OCCIDENT-  
TALIVM.

Quapropter nobis videbatur consentaneum, litteras ad vestram charitatem perscribere, vobisque iusta & æqua petentibus opem ferre: præsertim cum per confessionem vestrorum Legatorum perspicuè intelligeremus, Episcopos Orientis ad sanam sinceramque mentem reuersos, cum Orthodoxis Occidentis Episcopis in fide concordare. Neque vos ignorare volumus, & blasphemias Arimini contra Filium Dei divulgatas, iam etiam ab his, qui tum videbantur fraudulenter & repentino impetu à veritate tamquam abrepti, anathemate damnari, & fidei Concilij Nicæni concordiam animorum voluntate ab omnibus assensum esse. Quin etiam per vestras litteras omnes certiores fieri debent, ut qui per fraudem à recta fide abducti fuerint, iam tandem ex cæca hæresis caligine ad clarum diuinumque lumen libertatis Catholicæ regrediantur. Qui quidem si post hoc Concilium letale pestilentis doctrinæ venenum euomere noluerint, omnesque Arii blasphemias ex animis suis radicitus euellere, atque aded illis anathema indicare: scient se pariter cum Ario & eius discipulis, cum aliis serpentibus, utpote Sabellianis, Patropassianis, & alterius haereticæ prauitatis cuiuscumque modi sectatoribus à communione Ecclesiae, quae filios aduertes non recipit, tamquam foederis & societatis expertes omnino exclusos esse. Deus vos, fratres charissimi, diu seruet incolumes. ] haecenus Liberij Papæ litteræ ad Orientales, quibus significabatur, iisdem, ut Catholicis, Catholicam ab omnibus impertiendam esse communionem.

Ceterum

CHRISTI  
365.LIBERII PAP.  
14.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 2.

- A Ceterum non has tantum pacificas seu communicatorias litteras Liberij Papa Legatis dedit, sed & alias etiam, quibus Apostolica præcipiebatur auctoritate, ut iidem qui fuerant antea expoliati sedibus, post professionem fidei Catholicæ habitam suis ipsorum restituerentur Ecclesiis: quarum quidem auctoritate suas singuli receperunt sedes Episcopales. Tanta enim inerat auctoritas Romano Pontifici, ut quantumlibet suspectos homines, & qui haecenus inhaesissent haereticis, iam Catholicos redditos, eiusdem Romani Episcopi arbitrio, nemo eos recipere detrectaret. Meminit S. Basilius de iisdem Liberij Papæ litteris, quibus & præcipiebatur, ut inter alios ipse Legatorum primarius Eustathius reciperetur, in suam Ecclesiam Sebastenam: qui, eisdem ostensis in Concilio Tyanenſi in Cappadocia, confessum suam recepit Ecclesiam. Porro idem Basilius aperit veteris haeretici vasmum consilium in surripendis hisce à Liberio Papa litteris: sed de his agemus paulo post, cum de Concilio Tyanenſi sermo erit. Equidem Eustathius se tunc habuit tamquam mimus in scena, dum vna cum suis Catholicam personam induens, habitus vbique est Catholicæ fidei professor atque defensor: cum ita Apostolica auctoritate suffultus, quocumque pergeret, Synodos cogeret, Nicænamque fidem probandam omnibus anteponeret.
- Quidnam verò redeuntes, inter alia loca, in Sicilia Legati egerint, Socrates declarat his verbis: His, inquit, acceptis litteris, Legati cum Eustathio in Siciliam proficiunt: vbi Concilio Episcoporum Siculorum conuocato, coram illis similiter fidem Consubstantialis se seruare consentunt: fideique formulam in Concilio Nicæno confirmatam, ratam faciunt. A quibus cum litteras in eandem cum epistola Liberij sententiam perscriptas ad Episcopos qui eos miserant, accepissent, recta reuerterunt. Illi, epistola Liberij accepta, Legatos ad Episcopos cuiusque ciuitatis, qui fidem Consubstantialis defendebant, oratum mittunt, ut omnes ex vno animorum consensu Tarſum Ciliciæ, tum ad fidem Nicæni Concilij confirmandam, tum ad omnem contentionem, quæ post illud in Ecclesia oriebatur, dirimendam, commearent. Quod quidem fortassis factum fuisset, nisi Eudoxius sectæ Arianae Episcopus, qui tum gratia apud Imperatorem plurimum poterat, obstiteret: qui propter Concilium editum permagna iracundiæ flamma incensus illos grauissimis affectis incommodis. Macedonios verò per Legatos, quos miserunt, cum Liberio communicasse, fidemque Concilij Nicæni ratam fecisse, Sabinus etiam in libro suo, De collectione rerum in Conciliis gestarum, perspicuè declarat. ] haecenus Socrates. at id de inita gratia Eudoxij cum Valente postea contigit, ut ex Theodoro suo loco dicemus.
- D Antequam autem res ab eis gestas ulterius prosequamur, deque Concilio Tyanae in Cappadocia ea de causa habito agamus; reliqua, quæ eiusdem legationis tempore in Occidente sunt gesta, ordine prosequamur. Constat ex litteris Illyricorum Episcoporum, Eustathium legatum cum suis ad eos quoque in itinere profectum esse, atque pariter sicut Romæ & in vniuersa Italia fecerat, fidem Catholicam prædicasse. Quod igitur visum esset Legati rem serid agere, Liberij Papa magnam inde sibi fiduciam comparauit, ut vniuersus Christianus orbis sub vna fide Catholica, ipsaque professione Nicæna, Ariana hæresi procul eiecta, redigi posset. Qui & ad id ipsum perficiendum haud impigre laborauit, sed omnes planè Apostolicæ functionis nervos contendit: nam non satis sibi visum Romæ ea de causa Synodum agere, sed & Legatos tum ad Illyricos, & inde ad Asianos perducendos, tum in Gallias misit, & ad alias Occidentis prouincias, ex more, ut de fide Catholica Orientalium ad Ecclesiam redeuntium vniuersam Occidentalem Ecclesiam redderet certiore: quod & factum est, antequam Legati remearent in Orientem. Etenim Sozomenus tradit, eisdem Legatos redeuntes in Orientem tulisse secum litteras ab Episcopis Italiae, Galliae, Africae, & Siciliae. Tunc autem per Liberium ad Illyricam Ecclesiam Episcopos, necnon ad Asianos Legatus est missus, fuit hic (ut ipsorum declarant litteræ) Elpidius Romanae Ecclesiae presbyter, & fortasse ille ipse Elpidius, qui cum Philoxeno aliàs missus est Legatus à Iulio Papa ad Arianos in Orientem. Quid verò per eundem Apostolicæ sedis Legatum in Illyrico actum sit, litteræ Synodales in ipsorum conuentu ab eisdem conscriptæ significant, quas recitat Theodoretus, sed confuso planè rerum gestarum ordine, dum eas post ordinationem S. Ambrosij Episcopi Mediolanensis perperam collocat; quas hoc tempore Eustathianæ legationis datas esse, eandem litteræ aperte declarant. ipsa autem synodalis epistola sic se habet:

LIBERIVS  
ALIAS LIT-  
TERAS DE-  
DIT DE RE-  
STITVTIO-  
NE EPISCO-  
PORVM.

Basil. epist.  
74.

Socras. lib. 4.  
cap. 11.  
CONCILIUM  
HABITVM  
IN SICILIA.

LIBERIVS  
PRO FIDE  
CATHOLICA  
NAVITER  
AGIT.

Socras. lib.  
6. cap. 12.  
LEGATIO  
AD ILLYRICOS.

Theod. lib. 4.  
cap. 8.

Episcopi

Episcopi Illyrici, Ecclesis Dei, & Episcopis diocæses Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, A & Pacatianæ, in Domino S.

ILLYRICO-  
RVM EPI-  
SCOPORVM  
EPISTOLA  
SYNODA-  
LIS.

1. Cor. 8.

Cum in vnum essemus coacti, & diu multumque de salutari verbo disceptatum esset, tandem confirmauimus, Trinitatem consubstantialem esse, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. De qua re consentaneum videbatur litteras ad vos perscribere, non captiose & vafre ea quæ ad cultum Trinitatis pertinent, tradendo, sed cum humilitate animi de illis decernendo. Has nostras litteras misimus per dilectum fratrem nostrum & collegam Elpidium presbyterum. Est quidem litteris proditum, non in epistola nostra manuscripta, sed in libris Saluatoris nostri Iesu Christi: Ego sum Pauli, ego verò Apollo, ego Cephæ, ego Christi: Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Atque nostra modestia his potuisset esse contenta, vt nullas omnino litteras ad vos scriberet: quippe cum vestra prædicatione, qua Spiritum sanctum à Patre & Filio separatis, tantus terror omnibus prouincis, quæ à vobis administrantur, iniectus sit. Itaque coacti sumus dominum & collegam nostrum Elpidium cum litteris Roma, quæ est caput Imperij, ad vos mittere, vt discat, vtrum vestra prædicatione ita se habeat, an non. Nam qui opinantur Trinitatem non esse consubstantialem, anathema sunt. Et si quis cum huiusmodi communicare deprehensus sit, anathema esto. His autem qui prædicant Trinitatem consubstantialem esse, regnum cælorum paratum est. Quare obsecramus vos, fratres, ne aliud doceatis, neve aliud opinemini, sed prædicetis perpetuò Trinitatem consubstantialem esse, quo possitis hæredes regni Dei effici.

ALTA DE-  
CRETA SYN-  
ODI ILLY-  
RICAE.

Dum hac de re scriberemus ad vos, commonefacti sumus, vt in his nostris litteris scriberemus etiam de Episcoporum, collegarum scilicet nostrorum institutione: vt si quo modo fieri queat, è magistratibus qui probata spectataque fide fuerunt, Episcopatu funduri, cooptentur: sin autem tales non reperiantur, è sacerdotum collegio. Ad eundem modum tum presbyteri, tum diaconi de ordine sacerdotali sumantur, vt omni ex parte inculpati sint, minime verò de curia aut militum ductoribus. Atque propterea non erat animus ad vos pluribus scribere, quod vnum omnium nomine ad vos misimus dominum & collegam nostrum Elpidium, vt accuratè discat, vtrum vestra prædicatione ita se habeat, vt à domino & collega nostro Eustathio accepimus. De cetero, fratres, tametsi dudum in errore versati estis, tamen veteri homine deposito, nouum induite. Atque idem ipse frater & collega noster Elpidius docebit vos veræ fidei prædicationem, nimirum quod S. Trinitas consubstantialis est, & Deus Pater cum Filio & Spiritu sancto sanctificatur & glorificatur: & quod Pater in Filio existit, & Filius in Patre vna cum Spiritu sancto in omnem æternitatem.

FIDEI PRO-  
FESSIO.

Qua re perspicuè declarata, poterimus verè confiteri sanctam Trinitatem consubstantialem esse, vt formula fidei olim in Concilio Nicæno edita vult: quam etiam Patres nostri confirmarunt. Itaque hac fide prædicata, poterimus scelesti dæmonis reia euitare: quo represso, copia erit cum nos per litteras ad pacem conciliandam mutuo salutandi, tum vitam quietam tranquillamque degendi. Proinde scripsimus ad vos, vt Arianos, qui sunt Concilij sententia abdicati, possitis cognoscere: qui quidem neque Filium Dei ex Patris essentia constare, neque Spiritum sanctum confiteri volunt: quorum nomina subiunximus, Polychronius, Telemachus, Faustus, Asclepiades, Amantius, Cleopater. Atque hæc quidem ad hunc modum acta sunt, ad gloriam Patris & Filij & Spiritus sancti in sæcula sæculorum, Amen. Vos ad multorum annorum curricula optamus in Domino Patre & Filio Saluatore nostro Christo, cum sancto Spiritu, valere plurimum. ] hucusque epistola E Illyricorum. Quid autem actum sit per Elpidium in Asia ignoratur.

Theod. lib.  
4. cap. 6.

Porro his litteris synodalibus accesserunt litteræ Imperatoris ad eosdem Asianos conscriptæ, quas recitat Theodoretus, hæcque præfatur: Citabo, inquit, quoque legem, quæ & pietatem perspicuè ostendit Valentiniæ, & sanam itidem Valentis de religione doctrinam, quam eo tempore amplectebatur, manifestè declarat.

Imperatores Maximi semper Augg. Victores, Valens & Valentinianus, Episcopis diocæsis Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in Domino S.

LITTERAR  
IMPERA-  
TORVM.

Vbi frequenti in Concilio in Illyrico coacto multum in vtramque partem de salutari Dei Verbo disceptatum erat: beatissimi Episcopi Trinitatem consubstantialem esse, hoc est, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, certis rationibus ostenderunt. A qua fide ne digitum quidem (vt aiunt) deflectentes, debito cultu religionem præpotentis Regis

A Regis prosequuntur: quam etiam nostra celsitudo passim prædicari mandauit.

Attamen non est hæc causa, cur quidam dicant se religionem sequi Imperatoris, qui hunc mundum gubernat: neglecto scilicet illius mandato, qui nobis de salute nostra præcepta dat. Est enim præceptum Euangelij Dei nostri, qui hanc habet velut ratam definitamque sententiam: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Quid ergo vos dicitis Episcopi, & verbi salutaris Antistites? Quod si vos eadem decernatis, tum certè mutuo vos ipsi complectimini, & Imperatoria celsitudine nolite abuti. Nolite persequi veros Dei ministros, quorum precibus & bella sedantur in terra, & incursiones angelorum, qui à Deo descuerunt, arcentur: qui etiam orando pestiferos dæmones repellere nituntur: qui vectigalia, vt leges postulant, pensitare non recusant: qui potestati Imperatoris non refragantur; sed sanctè & sincerè tum mandatum præpotentis Regis Dei obseruant, tum nostris legibus obsequuntur. At constat, vos obstinatè his rebus resistisse.

Nos patientia semper à principio vsque ad finem vsi sumus: vos contra animi vestri impotentia obsecuti estis. Sed nos à vestra culpa volumus esse vacui & puri: non aliter atque Pilatus, qui cum de Christo iam tum inter nos vitam agente haberetur quæstio, noluit eum interficere, & rogatus à Iudæis vt Cruci affigeretur, se conuertere ad Orientem, petere aquam manibus, easque lauare cepit, simul hæc locutus: Innocens sum à sanguine iusti huius. ] hæc caute legas: inscitia enim eius qui Imperatori erat ab epistolis, Pilato Christum condemnanti ascribitur innocentia: perinde ac si Iudæi absque Pilati sententia Christum crucifixissent. Sed pergit auctor: Ob quam causam nostra celsitudo semper istud imperauit: Ne quis quem persequatur: Ne quis quem submergat, vocetve in inuidiam Christi agricolas: Neue procuratores summi Regis exagitet, ne regnantibus nunc nobis, nihil hinc emolumenti consecuti, postea vna cum sceleris exhortatore, in ea quæ testamenti ipsius sunt, damna, incurrat: id quod in Zachariæ sanguine eueniebat: nam funesti illi, perinde ac pestifer dæmon, qui cædis illius socius erat, mortis supplicio traditi, adueniente cælitus Rege nostro Iesu Christo, disrupti perierunt.

Istud mandatum dedimus, præsentibus, audientibusque ea quæ facta sunt, Amegetio, Ceronio, Damaso, Lampono, & Brintesio. ] qui hic nominantur, fuisse putantur Romani presbyteri apud Imperatorem Valentem legatione fungentes. sed subdit: Porro ipsa Acta ad vos misimus, vt intelligaris quæ hoc præclarum Concilium decreuerit. Nam his litteris attexuimus decreta Concilij, quæ summam complectuntur ista.

Sententiam magni & Orthodoxi Concilij Nicæni sequentes, confitemur Filium Patri consubstantialem esse. Neque certè ita intelligimus Consubstantialem, vt quidam olim exponebant, qui non sincerè & ex animo Concilio Nicæno subscripserunt: Neque vt alij, qui hoc tempore illos appellat Patres, & vim huius verbi, Consubstantialis, tollunt; sequunturque opinionem eorum qui tradiderunt, per hanc vocem, Consubstantialem, nihil aliud significari, quam Similem; per quam vocem Filius nulli creaturæ per ipsum conditæ, sed soli Patri similis ostenditur. Qui ista tradunt, Filium Dei nihil aliud quam creaturam eximiam esse, impiè planè definiunt. Nos autem non aliter sentimus, atque duo Concilia, quorum alterum iam Romæ, alterum habetur in Gallia: Nimirum vnam eandemque essentiam esse Patris & Filij & Spiritus sancti in tribus personis, hoc est in tribus perfectis, vt Græci loquuntur, *consubstantialem*. Confitemur item (vt est in fidei formula Nicææ edita) consubstantialem Dei Patris Filium sumpisse carnem ex sancta Virgine; inter homines habitasse, impleuisseque omnem pro nobis œconomiam, nascendo, patiendo, resurgendo, & in cælos ascendendo: venturum quoque denuò, vt in die iudicij, prout quisque se gessit in vita, reddat cuique: carni vniuersæ visum fore: diuinam suam demonstraturum potentiam: Deum carne indutum, non hominem indutum Diuinitate (*ne quis scilicet existimaret Diuinitatem mensura hominis circumscriptam.*) Illis autem qui contraria sentiunt, anathema denunciamus. Pari ratione his, qui non ingenuè dicunt anathema ei qui assentit Filium non ante fuisse quam nasceretur, sed tradit eum vi & facultate prius in Patre fuisse, quam re ipsa genitus esset, anathema denunciamus. Nam istud dici potest de omnibus creaturis, quæ non semper cum Deo sunt; sicut Filius semper cum Patre est, æterna generatione genitus. ] hætenus professio Synodi Illyricæ apud litteras Imperatoris summam expressa.

Verum has litteras à Valente potius quàm à Valentiniano esse conscriptas, illud in primis

Annal. Eccl. Tom. 4.

Q

perlua-

M. 12.  
Luc. 20.

LEGATI A-  
PVD IMPER.

FIDES IL-  
LYRICAE  
SYNODI.

VALENTIS  
POTIVS  
QVAM VA-  
LENTINIA-  
NI LITTE-  
RAE.

persuader, quod in earum titulo primo loco nomen Valentis habetur inscriptum, quodq; etiam Valentinianus hoc tempore in Galliis ageret (vt Ammianus est auctor) in expeditione aduersus Alemannos: & cum non Orientali, sed Occidentali praesesset Imperio; haud eius partium esse videbatur, vt Asianos Episcopos a recto fidei tramite deuiantes admoneret, sed erat id potius operis eius germani atq; collegae Valentis. Sed & si ad eos quacumque velimus ratione illum scripturum fuisse, ipse in Galliis agens, Galliarum potius Concilij fidem Catholicam, instar Romanae, misisset, quam Illyricae, cum alioqui omnes fidei formulae vnius eiusdemque sententiae essent. Porro amplam a Deo mercedem Valens ex his consecutus est, vt ex insperato ab ingruente ac validius praeualente Procopio tyranno, eius nutu liberaretur. quo modo autem id acciderit, dicturi sumus anno sequenti, quo id ipsum fieri contigit. Illyricis igitur Nicenam fidem recipientibus congratulati sunt Italiae Episcopi, eiusmodi litteras ad eos dantes, quas liber S. Hilarij fragmentorum

Hilar. frag. lib. 1. pag. 39. EPISTOLA APTIC. ITALIAE AD ILLYRICOS.

Synodi Ariminensis, super editis, tibi exhibet istis verbis: Dilectissimis fratribus per Illyricum fidem paternam retinentibus, Episcopi Italiae, in Domino aeternam salutem.

Diuini muneris gratia, vt secundum Apostolum omnes vnum sapere, omnes vnum confiteri coeperimus, & quantum ad Italiam quidem pertinet, cum fidei paternae, hoc est apud Nicenam scriptae se reddidit, fraudem quam passa est apud Ariminum recognoscens, Illyricum etiam Deum clementi nutu respexisse, gaudemus, & consortio infidelitatis, quo grauabatur, abiecto, ea quae sunt rectae sententiae probare coepisse, gratulamur. Nostram igitur, dilectissimi fratres, vnam eandemque accipite firmam subscriptione sententiam. Niceni tractatus aduersus Arium, Sabelliumque cuius Photinus patriaria hereditate damnatur, decreta seruamus. Ariminensis Concilij statuta quorundam tergiversatione corrupta, consensu omnium prouinciarum iure rescindimus, quorum etiam exemplaria transmittenda censuimus, vt nec in fide retinenda, nec in confutando Ariminensi Concilio aliqua videretur condissentio.

Quicumque igitur nostrae vnanimis optat habere consortium, quicumque indiuiduam pacem nobiscum habere desiderat, quae sunt nostrae sententiae comprobare festinet, & fidei nobis memoratae subscriptionem, & rescissionem Ariminensis Concilij sine ambiguitate mittendo. Id certe petimus, quod complurium harum prouinciarum porrigimus ipsi consensum. Auctores autem haereseos Arianae, vel Aetianae Valentem & Ursacium ceterosque eorundem consortes, non nunc esse, quod manifestari apud Illyricum coeperunt, sed olim condemnasse manifestum est. Explicit.] Ita quidem Episcopi Italiae, utique Liberij auctoritate isthaec omnia pertractantis, in vnum collecto Concilio.

SYNODVS TYANENSIS.

His itaque in Occidente a Liberio Papa rebus gestis, ipsisque Legatis ad propria redeuntibus factum est, vt iidem Legati remeantes ab Occidente, nempe Eustathius Episcopus Sebastiae atque alij collegae, ad Synodum, quae a Catholicis agebatur Tyanae ciuitatis Cappadociae (est enim ciuitas ad radices Tauri montis posita) se conferrent cum Liberij litteris, quibus inter alia ipse in sedem suam restitui Eustathius petiit: quod absque controuersia omnes, primae sedis veriti maiestatem ac pariter auctoritatem, communi sententia fieri decreuerunt. Meminit eiusmodi Synodi Tyanensis Sozomenus his planè verbis: Eodem tempore, dum Eusebius Episcopus Caesareae Cappadociae, Athanasius Ancyrae, Pelagius Laodiceae, Zenon Tyri, Paulus Emese, Otreius Melitinae, & Gregorius Nazianzi Episcopus (pater hic fuit Gregorij Theologi) & alij multi, qui regnante Iouiano, Antiochia decernebant doctrinam, quod Filius sit Patri consubstantialis, tenendam esse: Dum, inquam, isti omnes Tyanae Concilium habent, litterae Liberij & aliorum Episcoporum Occidentis recitantur. Ex quibus permagnam capientes latitiam, scripserunt omnibus Ecclesiis, vt tum decreta Episcoporum Occidentis, tum litteras Liberij & aliorum Episcoporum Italiae, Africae, Galliae ad occasum Solis spectantis, & Siciliae (horum enim litteras quoque Legati ex Concilio Lampfaceno ad eos missi attulerant) diligenter perlegerent: deinde numerum omnium (Concilium enim Ariminense multitudine longe superabant) secum subducerent: tum & doctrinae se illis & communionis socios adiungerent: deinceps vt in ea sententia se esse suis ipsorum litteris declararet: postremo vt ad certum diem, quem praestituerant, dum adhuc ver esset, Tarsi Ciliciae in vnum conuenerent. Atque hi quidem hoc modo ad conueniendum in vnum locum se mutuo ipsi hortati

Sozom. lib. 6. cap. 12.

hortati sunt.] haftenus de gestis in Synodo Tyanensi summatim Sozomenus. At quod insuper de hac eadem Synodo Tyanensi, ex Basilio Magno diuersis in locis licuit inuenire, hic in medium adducamus: Atque illud in primis; quod cum ipse adhuc agens in solitudine accepisset de eiusmodi collecto conuentu, scissetque illuc conuenisse inter alios Eusebium Episcopum Caesareae Cappadociae, qui iam a tempore suae ipsius creationis aduersus ipsum Basilium simultate gerebat, cuius rei causa (vt dictum est) idem Basilium in solitudinem se receperat: opportunum sibi visum est, ad eandem Tyanensem Synodum litteras dare, quibus significaret, nihil antiquius apud se esse, quam pacem cum omnibus exoptare. Porro litterae ad conuentum Tyanensem conscripser sic se habent: Profunda detegens & cordium consilia perscrutans Dominus dedit etiam humilibus prudentiam difficilium (vt nonnulli existimant) machinamentorum. Nihil igitur nos latuit, neque ex factis aliquid occultatum. Attamen nos neque videmus, neque audimus quippiam aliud, quam Dei pacem, & quae ad ipsam maximè spectant. Si enim alij potentes atque magni sint, suisque viribus confisi: certe nos, qui nihil sumus, & paruae auctoritatis, numquam nos attollemus, vt in solitudine possumus rebus superesse, cum exactè sciamus nos magis vnus cuiusque fratrum auxilio indigere, quam altera manus alterius. Porro quod in ipsa corporis structura communio est necessaria, Dominus nos docuit. Cum enim haec ipsa nostra membra respicimus, quod vnum non sibi ipsi ad functionem satis est: quomodo censebo, me ipsum mihi sufficere ad vitae negotia obeunda? Neque enim pes tuto ierit, altero non subleuante. Neque oculus ita rectè viderit, nisi alterum habeat socium, & cum eo vnanimiter visibilibus se obiciat. Iam auditis exactior est, qui per vtrosque meatus vocem recipit: & multo validior apprehensio digitorum communionem. Ad haec nihil eorum vel quae a natura, vel quae ex instituto rectè peraguntur, sine consortis conspiratione perfici videmus; cum etiam deprecatio ipsa consonantes non habens multo est inualidior. Ac Dominus dixit, cum duo vel tres vnanimis ipsum intocant, in medio se illorum fore. Insuper dispensationem ipsam Dominus suscepit, vt per sanguinem Crucis ipsius, siue terrena siue caelestia pacificaret. Quare ob haec omnia, in pace manere vitae nostrae residuos dies precamur: in pace esse dormitionem nostram optamus. Pro hac neque laborem effugere qualicumque decreui, non humile quicquam sonare vel facere, non itineris longitudinem abhorretere, non aliud quid molesti detrectare, vt ex praemiis pacificationem consequamur. Et si quis haec nos docentes sequatur, hic optimus etiam precatationis terminus existit: sin autem in diuersum trahatur, ego quidem neque sic a meo iudicio recedam: singuli autem ipsimet suorum operum fructus in die retributionis agnoscent. Vale.]

Ann. Eccl. Tom. 4.

hortati sunt.] haftenus de gestis in Synodo Tyanensi summatim Sozomenus. At quod insuper de hac eadem Synodo Tyanensi, ex Basilio Magno diuersis in locis licuit inuenire, hic in medium adducamus: Atque illud in primis; quod cum ipse adhuc agens in solitudine accepisset de eiusmodi collecto conuentu, scissetque illuc conuenisse inter alios Eusebium Episcopum Caesareae Cappadociae, qui iam a tempore suae ipsius creationis aduersus ipsum Basilium simultate gerebat, cuius rei causa (vt dictum est) idem Basilium in solitudinem se receperat: opportunum sibi visum est, ad eandem Tyanensem Synodum litteras dare, quibus significaret, nihil antiquius apud se esse, quam pacem cum omnibus exoptare. Porro litterae ad conuentum Tyanensem conscripser sic se habent: Profunda detegens & cordium consilia perscrutans Dominus dedit etiam humilibus prudentiam difficilium (vt nonnulli existimant) machinamentorum. Nihil igitur nos latuit, neque ex factis aliquid occultatum. Attamen nos neque videmus, neque audimus quippiam aliud, quam Dei pacem, & quae ad ipsam maximè spectant. Si enim alij potentes atque magni sint, suisque viribus confisi: certe nos, qui nihil sumus, & paruae auctoritatis, numquam nos attollemus, vt in solitudine possumus rebus superesse, cum exactè sciamus nos magis vnus cuiusque fratrum auxilio indigere, quam altera manus alterius. Porro quod in ipsa corporis structura communio est necessaria, Dominus nos docuit. Cum enim haec ipsa nostra membra respicimus, quod vnum non sibi ipsi ad functionem satis est: quomodo censebo, me ipsum mihi sufficere ad vitae negotia obeunda? Neque enim pes tuto ierit, altero non subleuante. Neque oculus ita rectè viderit, nisi alterum habeat socium, & cum eo vnanimiter visibilibus se obiciat. Iam auditis exactior est, qui per vtrosque meatus vocem recipit: & multo validior apprehensio digitorum communionem.

Basil. epist. 68.

BASILII EPISTOLA AD SYNODUM TYANENSIS.

Ad haec nihil eorum vel quae a natura, vel quae ex instituto rectè peraguntur, sine consortis conspiratione perfici videmus; cum etiam deprecatio ipsa consonantes non habens multo est inualidior. Ac Dominus dixit, cum duo vel tres vnanimis ipsum intocant, in medio se illorum fore. Insuper dispensationem ipsam Dominus suscepit, vt per sanguinem Crucis ipsius, siue terrena siue caelestia pacificaret. Quare ob haec omnia, in pace manere vitae nostrae residuos dies precamur: in pace esse dormitionem nostram optamus. Pro hac neque laborem effugere qualicumque decreui, non humile quicquam sonare vel facere, non itineris longitudinem abhorretere, non aliud quid molesti detrectare, vt ex praemiis pacificationem consequamur. Et si quis haec nos docentes sequatur, hic optimus etiam precatationis terminus existit: sin autem in diuersum trahatur, ego quidem neque sic a meo iudicio recedam: singuli autem ipsimet suorum operum fructus in die retributionis agnoscent. Vale.]

BASILIIVS PACEM QUAE RIT CVM SVO EPISCOPO EUSEBIO.

Leetis his in Synodo litteris, haud potuit tam sancta iustaque tanti viri postulatio sperni: quam obrem effectum est, vt Eusebius Basilium pacem rogantem, licet serò, tandem eadem impertiret. Quo modo autem ex Synodo reuersus ad suam Caesariensem Ecclesiam eum ex eremo accersuerit, suo loco inferius dicturi sumus. Nunc verò Acta Tyanensis Synodi prosequamur. Cum igitur Eustachius atque collegae in Synodum admissi, Liberij Romani Pontificis litteras communicatorias, atque aliorum Occidentalium Episcoporum vna cum professione Nicena recitandas obtulissent: ab omnibus aequè, vt Catholici, communicatione Catholica digni habiti sunt: insuper secundum mandatum Romani Pontificis, cuius extabant speciales litterae, idem Eustathius Sebastenus Episcopus in suam sedem restitutus est. Sunt de his omnibus Basilij litterae testes: qui quidem probe sciens omnia haec subdole à Legatis in Synodo actitata esse, & nihil aliud habuisse apud eos Nicenam confessionem, nisi ad decipiendum extitisse mentitam laruam, voluit de his in primis suos admonuisse monachos, ad quos haec inter alia: Est, inquit, Nicena fides, quam Occidentales attulerunt, Tyanenique Synodo tradiderunt, à qua & suscepti sunt. Sed habent astutum quoddam dogma ad eiusmodi suas mutationes paratum. Nam verbis fidei more medicorum vntur pro commoditate, aliter atque aliter sese ad affectionum rationem ac varietatem attemperantes, &c.]

Quin etiam alia occasione idem Basilium postea admonuit Occidentales, qui ab Eustathio decepti essent sub praetextu Catholicae confessionis: atque qualis ipse Eustathius fuerit, à eunabulis penè ad illud vsque tempus res ab eo gestas summatim perstringens, his

Basil. epist. 73.

EUSTATHIUS SEBASTENI RELEGATAZ.

<sup>a</sup> *Basil. epist.* 74. insinuat verbis <sup>a</sup>: Est itaque vnus ex illis, qui plurimum excitant turbam, Eustathius ex A  
Sebastia minoris Armeniae. Hic olim institutus ab Ario, cum is Alexandriae florens impias  
aduersus Vnigenitum Dei blasphemias strueret, sectator illius, & inter selectissimos disci-  
pulos connumeratus fuit. Posteaquam verò ad suos reuersus, à beatissimo Hermogene  
Cæsare Episcopo propter impiam opinionem condemnaretur, confessionem illi obtulit  
sanæ fidei, atque ita manus impositionem ab ipso obtinuit. Vbi verò dormitionem accep-  
pit Hermogenes, mox ad Eusebium Constantinopolitanum sese contulit, qui & ipse ni-  
hilominus impium Arij dogma tueretur (*hic est Eusebius, qui antea Nicomedensium Ecclesiam*  
*reuerat, antesignanus Arianorum.*) Inde postea quibusdam ex causis pulsus, ad patriam se-  
se recepit: illique denuò erroris purgationem obtulit: sed ita, vt celata & obiecta mentis  
impietate, quamdam exhiberet verborum rectitudinem. Mox verò vbi vtrumque ade-  
ptus est Episcopatum, anathematismum contra Homouision in Synodo Ancyrae habita B  
scripsisse deprehenditur. Ex illa ad Seleuciam profectus, cum illis quos eiusdem habet  
opinionis, ea gessit, quæ omnes norunt. Constantinopoli verò iterum ad ea quæ ab hæreti-  
cis proposita sunt, consensit.

Atque ita Episcopatu eiectus, propterea quod in Melitina Synodo depositus esset,  
viam sibi ipsi, per quam restitueretur, excogitauit, eam videlicet, vt ad vos proficiscere-  
tur. Quæ verò sint illi à beatissimo Episcopo Liberio proposita, & ad quæ consenserit,  
nobis clam est: nisi quod epistolam attulit, per quam restitueretur. eam vbi Tyanæ Syn-  
odo exhibuit, in suum locum restitutus est. Ille itaque iam fidem eam, in quam receptus  
est, depopulatur; cumque illis facit, qui Homouision anathemate percellunt: deinde &  
hæresi patrocinatur eorum, qui Spiritum sanctum spoliant Diuinitate. Quoniam igitur C  
istinc vires accipi lædendi Ecclesias, ac publicandæ suæ impietatis fiducia, quam vos dedi-  
stis, ad subuersionem multorum vsus est: necesse est, vt istinc quoque veniat malorum  
istorum correctio: scribaturque Ecclesiis, quibus quidem conditionibus ad communio-  
nem susceptus sit: simul verò adiciatur, quomodo iam mutata sententia, gratiam à Patri-  
bus qui tum erant, acceptam, irritam reddat. ] hætenus de Eustathio Basilius ad Occi-  
dentales.

<sup>b</sup> *Basil. epist.* 82. Idemque in eosdem Legatos hæc ad Patrophilum <sup>b</sup>: Non cogitant, inquit, quod Romæ  
scriptum ipsorum, quo Nicænam fidem confessi sunt, reconditum haberetur: nec quod è  
Roma acceptum libellum Tyanensium Synodo obtulerunt: quin & apud nos eandem hæc  
fidem habens Eustathius in sedem repositus est. Quin & propria orationis oblitus fuit,  
qua cum in medium tunc constituti essent, de seductione conquererentur, qua illecti con-  
sensissent volumini, quod ab Eudoxij congregatione compositum fuerat. Quocirca D  
& erroris illius istam excogitarunt defensionem, vt Romam abeuntes, Patrum inde fidem  
acciperent, atque ita noxam, qua Ecclesias ex mali confortio læserant, per melioris indu-  
ctionem corrigerent. Sed qui tam longinquarum profectio-  
num laborem sustinuerunt, tamque sapienter tum ista concionati sunt, nunc conuiciantur: Vt agnoscas eos dolose le-  
gatione illa sanctos esse, & sub prætextu charitatis, insidiantium fraudem occuluisse. Et  
quæ iam circumferuntur, manifestum faciunt, quod Nicænam fidem condemnauerint. ]  
& inferius, cum eundem Eustathium tradit vna cum hæreticis maximam excitasse ad-  
uersus Catholicos persecutionem, à quibus in communionem minimè receptus fuisset,  
hæc subdit: Tamquam Homouisionem persecutionem patimur: Eustathius verò Sebas-  
tenus, qui Romæ acceptum Homouisionem in charta vsque ad Tyanenses attulerat, iam illis  
consensit, licet plurimum desideratam ipsorum communionem obtinere nequiverit; si-  
ue quod illi multitudinem contra se consentientium metuerint; siue quod huius veriti  
sint auctoritatem. ] hæc omnia Basilius. Sed & de Eustathio eadem plane Epiphanius <sup>c</sup>  
habet his verbis: Persecutionem passus est cum Basilio, *Ancyrae scilicet*, & Eleusio, ac re-  
liquis. Visus est autem & ad Liberium beatum Romæ Episcopum vna cum multis Episco-  
pis Legatum agere, & editioni Synodi in Nicæa factæ, ac rectæ fidei confessioni subscribere:  
verum postea velut recordatus & ex somniis expergefactus, rursus priora prauæ opi-  
nionis Arianorum confectari non destitit. ] ita ipse.

Ex tota hac autem facti huius serie illud in primis consideratione dignum putamus:  
tantam etiam ab hæreticis cognitam fuisse Romani Pontificis auctoritatem, vt iisdem iam  
antè sede priuati, licet postea in communi Concilio inter se habito fuerint cum aliis in  
communione accepti, & ad sententiam dicendam admissi: tamen, in propriam restitui  
sedem,

EUSTATHIUS  
CVR ET  
QUANDO  
DEPOSITUS  
FVS.

BASIL. EPIST.  
82.  
RESVSTA-  
THII POST  
SYNODVM  
TYANEN.

EPIPH. HÆ-  
RES. 75.

ROMANI  
PONTIFICIS  
SYMMA  
POTESTAS  
COGNITA  
ETIAM AB  
HÆRETI-  
CIS.

A sedem, è qua ob hæresim depositi essent, id non Synodi cuiusquam, sed Romani tantum  
Episcopi esse muneris rati, vt id assequi possent, illuc publicæ legationis functione com-  
migrarint, & fidem Catholicam professi sint, vt sic tum communionem Catholicam, tum  
etiam sedes, è quibus damnati excidissent, absoluti reciperent. Vides & illam Orienta-  
lium Episcoporum, eorum inquam qui Tyanæ conuenerant, mirificam erga eundem  
Romanum Pontificem obseruantiam. Etenim semel inspectis allatis ab Eustathio Liberij  
Papæ litteris, eundem vt Catholicum in communem recepere confessum, atque in Se-  
bastenam Ecclesiam restituerunt, hominem alioqui ipsis omnibus, vt pote gentilem suum,  
probè notum; quem non ignorarent antiquum discipulum Arij, atque in hæresim sæpe  
relapsum esse, & ad postremum Eudoxij blasphemias Constantinopoli editis subscripsisse:  
sed his omnibus præstare Apostolicæ sedis litteras arbitrati, ne quicquam vel leuiter saltem  
B tergiversari sunt ausi, verum paribus votis obsequuntur Apostolicæ sedis Antistiti, nefas  
ducentes eius decretis obniti.

Erit fortasse, vt quis nimis facilitatis Liberium arguat, qui eiusmodi nebulones alias  
sæpe damnatos abfoluerit, eisdemque cum Catholica communione restituerit quoque  
sedes. Sed quis vniquam potuit à subreptione reddi securus? Venerunt isti Romam non  
vt priuati, sed publica legatione muniti, ac litteris libellisque sinceræ fidei cum sua ipso-  
rum, tum etiam plurimorum Orientalium Episcoporum subscriptione firmatis, quibus  
tum in primis Arianam, tum alias hæreses detestabantur. Quis igitur publicæ fidei, adeo-  
que testatæ, aliquid derogandum putasset, ac non (vt par erat) redeuntibus ad fidem Ca-  
tholicam Orientalibus occurrendum potius cum panibus (vt est apud Isaiam <sup>a</sup>) quam re-  
nitendum, existimasset? Quod si culpa fuit, subreptores subdolos non cauisse, ea nequa-  
quaquam vni est adscribenda Liberio, sed & ipsi Romano Concilio ea de causa tum co-  
acto, immo & in alias quoque Synodos, ac denique in totius Occidentis Episcopos refundenda  
videretur, qui eorundem Legatorum scriptos fidei libellos accipientes, eadem ipsos  
cum Romano Pontifice Catholica communicatione dignarunt. Certè quidem nihil opta-  
tius his temporibus accidere potuisset piis omnibus, quam vt Ariani Nicænae fidei repe-  
tui oppugnatores, tandem post aspera atque sæuissima bella pacem Catholicae Ecclesiae  
lassi ac defatigati iam quærent: quibuscum eo indulgentius agendum videretur, quo  
maior esset delinquentium multitudo, & difficilius, immò desperata cura salutis. at de his  
iam satis. Hæc autem omnia à tempore Concilij Lampfaceni vsque ad absolutam Syno-  
dum Tyanensem excessisse huius anni terminum, & occupasse partem sequentis, ob re-  
rum multiplicatam facile adducimur vt credamus: sed quæ sunt anni huius rerum ge-  
D starum reliqua, ordine prosequamur.

Præfens quoque annus ingenti illa clade cælitus missa extitit memorabilis; quam tri-  
buentes alij temporibus Iuliani, vel Iouiani in Imperio successoris, plane errare noscun-  
tur. Ammianum <sup>b</sup> enim, qui eodem tempore hæc scripsit, atque certis Consulibus con-  
signata reliquit, potius auscultandum, quam quemuis alium post plures annorum decades  
eadem memoriæ commendantem, facile omnes puto concedere. ait itaque: Hoc noua-  
tore adhuc superstate, *nempe Procopio tyranno*, cuius actus multiplices docuimus & interi-  
tum, ad diem duodecimum Kalend. Aug. Consule Valentiniano primum cum fratre,  
horrendi tremores per omnem Orbis ambitum grassati sunt subito; quales nec fabulae,  
nec veridicæ nobis antiquitates exponunt. Paulo enim post lucis exortum, densitate præ-  
uia fulgurum acris vibratorum tremefacta concutitur omnis terreni stabilitas ponderis:  
E mareque dispulsum retro, fluctibus euolutis abscessit; vt retecta voragine profundorum  
species natantium multiformes limo cernerentur hærentes, valliumque vastitates & mon-  
tium tuic, vt opinari dabatur, suspicerent radios Solis, quos primigenia rerum sub im-  
mensis gurgitibus amandauit. Multis etiam nauibus velut arida humo connexis, & licen-  
ter per exiguas vndarum reliquias palantibus plurimis, vt pisces manibus colligerent & si-  
milis; marini fluctus velut grauati repulsum versa vice conurgerent, perque vada seuen-  
tia insulis & continentis terræ porrectis spatiis violenter illi innumera quædam in ciui-  
tatibus, & vbi reperta sunt ædificia complanarunt. Proinde vt elementorum furentis dis-  
cordia, inuoluta facies mundi miraculorum species ostendebat.

Relapsa enim æquorum magnitudo, cum minimè speraretur, millia multa necauit ho-  
minum, & submersit: recurrentiumque æstuum incitata vertigine, quædam naues, post-  
quam humentis substantiæ confenuit tumor, pessundatæ visæ sunt, exanimatæque naufra-  
giis

LIBERII  
PAP. VALENTIS  
IMP. P. 2.

ISAIA 21.

AMMIANUS  
LIB. 26.

TERRAEMO-  
TUS ET MA-  
RIS EFFIV-  
SIO.



gijs corpora supina iacebant, aut prona. Ingentes alia naues extrusæ rapidis flatibus, culminibus insidere tectorum, vt Alexandriæ contigit; & ad secundum lapidem ferè procul à litore contortæ sunt aliqua, vt Lanconicam prope Methonem oppidum nos transeundo conspeximus diuturna carie fatiscentem. ] hæc Ammianus. De Alexandrinis quidem testatur Sozomenus, instituisse anniuersariam memoriam eiusmodi terræmotus, cum ait: Eo die quo ista acciderunt (quem *Ἰπείσια*, id est, natalitia terræmotus vocant) festum quotannis Alexandrini etiamnum agunt, in quo quamplurimis per totam urbem lucernis accensis, & precibus ad Deo gratias agendas fuis, cum magno splendore hunc diem festum, & non minore cum reuerentia celebrant. ] hæc ipse. Porro longè diuersum fuit eiusmodi Alexandrinorum festum ab eo quod Gentiles Ægyptij ex auita superstitione, accensis item per totam prouinciam lucernis (quod testatur Herodotus<sup>b</sup>) agere consueuerant.

<sup>a</sup> Sozom. lib. 6. cap. 2.

<sup>b</sup> Herodot. lib. 2.

<sup>c</sup> Iouiani

S. HILARIO NIS GRANDE MIRACULVM.

<sup>d</sup> Matth. 17

<sup>e</sup> Hieron. in Isai. cap. 15.

<sup>f</sup> Sozom. lib. 6. cap. 2. <sup>g</sup> Niceph. lib. 10. cap. 35. <sup>h</sup> Orosius lib. 7. cap. 32.

PROBATUS TEMPORIS CLERICALIS IMMUNITATE.

<sup>i</sup> l. 19. de Episc. & cler. C. Theod.

**B** S. Hieronymus de his hoc item anno secundo Valentiniæ & Valentis Imp. hæc summam habet in Chronico: Terræmotu per totum Orbem facta, mare litus egreditur; & Sicilia, multarumque insularum vrbes, & innumerabiles populos oppressit. ] Idemque in rebus gestis S. Hilarionis, cum eiusdem meminit cladis, & ipsius Deo cari atque sanctissimi viri res præclare gestas commemorat, recenset grande illud ab eo tunc miraculum editum, his verbis: Ea, inquit, tempestate, terræmotu totius Orbis, qui post Iulianum mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos, & quasi rursus Deus diluuium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naues ad prærupta delatæ montium pendebant. Quod cum viderent Epidauritani, frementes scilicet fluctus & vndarum moles & montes gurgitum littoribus inferre, verentes quod iam euenisse cernebant, ne oppidum funditus euertetur; egressi sunt ad senem, *Hilarionem videlicet*, & quasi ad proelium proficiscentes, posuerunt eum in litore. Qui cum tria Crucis signa pinxisset in fabulo, manusque contra tenderet; incredibile dictu est, in quantam altitudinem intumescens mare ante eum steterit; ac diu fremens, & quasi ad obicem indignans, paulatim in semetipsum relapsus sit. Hoc Epidaurus & omnis illa regio vsque hodie prædicat, matresque docent liberos suos ad memoriam in posteros transmittendam. Verè illud quod ad Apostolos dictum est: Si credideritis, dicetis huic monti, transi in mare, & fiet: etiam iuxta litteram impleri potest, si tamen quis habuerit Apostolorum fidem, & talem, qualem illis habendam Dominus imperauit. Quid enim interest, vtrum mons descendat in mare, an immensi vndarum montes repente obriguerint, & ante senis rãtum pedes saxei, ex alia parte molliter fluxerint? Mirabatur omnis ciuitas, & magnitudo signi Saloni quoque percubuerat. Quod intelligens senex, in breui lembo clam nocte fugit; & inuenta post biduum oneraria nauis, perrexit Cyprum. ] hæc Hieronymus de Hilarione magis expauescente fluctus humanarum laudum, quam ingruentes gurgites vastissimi pelagi exundantis.

Meminit de eisdem quoque terræmotibus & maris excrecentia idem auctor in commentariis in Isaiam prophetam<sup>d</sup>, cum agit de muris Areopolis terræmotu collapsis: quæ sua ipsius infantia, nempe, vsitato ipsius more loquendi, cum puer esset, accidisse testatur: nam alibi tempore obitus Iuliani, se sub grammaticæ professore, ea facultate institutum fuisse testatur. Agit quoque de iisdem Sozomenus<sup>e</sup>, sed malè refert ad tempora Iuliani: quo errore etiam Nicephorus<sup>f</sup> lapsus est, & alij hos secuti, non sic quidem Orosius<sup>g</sup>, qui ea sub Valentiniæ atque Valente Imperatoribus contigisse tradit. Si quid autem futurorum malorum portendendi iis casibus vim inesse ex diuina ordinatione quis velit: diri schismatis sequenti anno in Ecclesia Romana subsecuti, & persecutionis aduersus Catholicos à Valente Imperatore in Oriente excitatæ, hæc fuisse prænuncia, dicere æquè poterit. sed de his hæcenus.

Eodem hoc anno ab iisdem Imperatoribus de clericis rescriptum datum est, qui è curia transissent ad munia clericatus. Quoniam autem complures (quod sæpe superius dictum est) virandi causa onera curialia, atque potiendi Ecclesiæ priuilegijs, inter clericos allegi festinarent: placuit iisdem Augustis, vt non nisi qui decennio in clericali functione perseverassent, iisdem clericis concessis liceret potiri immunitatibus: ita ipsis Augustis rescribentibus ad Modestum<sup>h</sup> P. P.

Quicumque ex curialium natus genere ad clericatum venerit, & per iudicium sanguinis cœperit postulari, certi temporis definitione defendatur. Vt si in consortio clericatus decen-

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**A** decennium quietis impleuerit, cum patrimonio suo in perpetuum habeatur immunis. Si verò intra finitos annos fuerit à curia reuocatus; cum substantia sua functionibus subiacet ciuitatis. Obseruando hoc, vt hi quos decennium vindicat, petitione superflua minime fatigentur. Dat. xvi. Kalend. Nouembr. Hierapoli, Valentiniæ & Valente AA. Coss. ]

Rursum verò quod Christiani sub Iuliano Imperatore quamplurimum vexati fuissent, iidemque iam regnantibus Principibus Christianis, in templa deorum acceptas iniurias vindicare satagerent, visum est Gentilibus (ad eam euitandam incursionem) adhibendam esse custodiam Christianorum à magistratibus ingenti perfoluta pecunia impetratam: quod ne fieret, iidem Imperatores ad Symmachum præfecturam Urbanam Romæ administrantem in hæc verba rescripserunt:

**B** Quisquis seu Iudex, seu apparitor ad custodiam templorum homines Christianæ religionis apposerit: sciat non saluti suæ, non fortunis esse parcendum. Dat. xv. Kalend. Decembr. Mediol. Valentiniæ & Valente AA. Coss. ] Magno planè impetu populi quati idolorum templa consueuissent, S. Hieronymus<sup>a</sup> auctor est: sed de his suo loco inferius pluribus. Symmachi quidem putamus eiusmodi fuisse in Vrbe studium, vt custodia Christianorum (quod aliter non videri posset satis consultum esse) idolorum templa custodirentur, quem scimus Gentiliæ superstitionis fuisse acerrimum defensorum. Successisse autem in præfectura Urbana Symmachum Aproniano Christianorum persecutori tempore Iuliani, Ammianus<sup>b</sup> est auctor. Porro Symmachi domum incensam fuisse à furenti populo ob vinum denegatum, idem affirmat: ad ipsum enim extat ea de re eorumdem Imperatorum rescriptum<sup>c</sup>; cuius cum idem esset tardior executor, immò inficiator; eodem modo, quem Ammianus describit, populi totius in se furorem conuertit. At de Symmachi in Christianam religionem insidijs sæpe inferijs.

Laude quoque digna ea fuit eorumdem constitutio Imperatorum, qua sacras virgines, ac viduas, necnon pupillos exemptos voluerunt à censu capitationis, cum iidem sic rescripserunt ad Viuentium Præfectum Prætorio Galliarum<sup>d</sup>:

In virginitate perpetua viuentes, & eam viduam, de qua ipsa maturitas pollicetur ætatis, nulli iam eam esse nupturam: à plebeiarum capitationis iniuria vindicandas esse decernimus: Item pupillos in virili sexu vsque ad viginti annos ab istiusmodi functione immunes esse debere: Mulieres autem, donec virum vnaquæque sortitur. Dat. x. Kal. Decembr. Valentiniæ & Valente AA. Coss. ] Addiderunt insuper, ne Christiani ab exactoribus die Dominico conueniri possent. Sed & illud perutile Reipublicæ, cum voluerunt, ne mercatores carius suas merces vendant, esse muneris Episcopalis prouidentia<sup>e</sup>. Lege etiam lata vetuerunt addisci atque doceri improbatas magicas artes<sup>f</sup>.

Cohibuerunt quoque milites, ne in synagogis Iudæorum hospitia sibi quærerent. Quod enim haud pridem cum Gentilibus, Iuliani temporibus, aduersus Christianos Iudæi conspirassent, mutato iam rerum statu, sicut Gentilibus, ita & Iudæis Christiani milites negotium facebant. Vetuerunt etiam iidem Imperatores, ne Christiani delinquentes damnarentur ad ludum<sup>g</sup>: id enim iam diu ante abolitum, idem impius Iulianus in odium Christianorum reuocauerat in pristinum usum.

**S**equitur Christi annus trecentessimus sexagesimus sextus, quo Gratianus filius Valentiniæ Imperatoris, nobilissimus puer, Consul creatus est, cui iunctus collega Dagalaphus; quem antiqua peritia probatum, militia rectorem constituerat Iouianus<sup>h</sup>, eodemque munere in Gallis apud eundem Valentiniæ in Alemannica expeditione hoc tempore fungentem. Urbana verò præfectura post Symmachum Romæ est collata hoc anno Lampadio, vt puto, Christiano homini, qui expensas exhiberi solitas in munificentissima inuenerum editione, contulit in pauperes agentes in Vaticano; qua ex causa plebem in se concitauit, ad eum vt parum abfuerit, quin ipsius ædes positas prope Constantinianum Lauacrum iniectis facibus illa combusserit. sed hæc de Lampadio pluribus Ammianus<sup>i</sup>.

Quod

CVR CVSTODIAE ADHIBITAS TEMPLIS DEORVM.

LEGES VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP. Hier. in pra. li. 1. c. c. ment. i. epist. ad Galat.

<sup>a</sup> Ammianus lib. 27.

<sup>b</sup> l. 2. tributa in ipsi specul. in Jered. C. Theod.

<sup>c</sup> l. 4. de cens. C. Theod.

<sup>d</sup> l. 10. de Ex. act. C. Theod. l. 1. C. de Episc. aud.

<sup>e</sup> l. 8. C. de malefic. l. 3. C. de Iudæis.

<sup>f</sup> l. 8. de poen. nis. C. Theod.

<sup>h</sup> Ammianus lib. 26.

<sup>i</sup> Ammianus lib. 27.

CHRISTI LIBERII PAP. VALENTINIANI IMP. 3.  
366. 15. VALENTIS

**A** Quod autem primum ad huius anni in Oriente res gestas pertinet: aperto iam vere, Valens iuncto sibi Lupicino Magistro equitum, aduersus Procopium tyrannum validius agens, desertum illum à suis fugamque captantem, sed à fugæ comitibus vinctum ad se perductum capite truncari iussit, quod ad Valentinianum transmisit in Gallias. accepit illud ipse Parisiis, cum excepit Iouinum Magistrum equitum Victorem redeuntem ab Alemannis: factumque est, ut cum Valens Lupicinum, tum Valentinianus Iouinum, ambos Magistros equitum, ob res præclare gestas in sequentem annum Consules designarent. Post extinctum Procopium, Marcellus eius cognatus agens cum militibus apud Nicæam, tyrannidem arripuit: sed captus à Valentis militibus, diuque tortus occiditur. hæc autem omnia pluribus Ammianus\*. Talem consecuti sunt finem qui Iuliano sicut sanguine, ita & impietate coniuncti, post eum vendicare sibi Imperium studuerunt. quibus extinctis, omni spe destituta Gentilitas languens emarcuit, desperans penitus, posse amplius à Christianis regimen Imperij in se transferre.

Ceterum si non ea qua cœptum est felicitate, fuit postea à Valente Imperium propagatum: id accidit, quod vera religione, eius fundamento, cui tanta moles innititur, imperantis impietate cōuulsa; ipsum planè totum necesse fuit Imperium concuti, sed & proferri, nisi fuisset aliena pietate suffultum. Præbens enim aures infelix domesticis Arianis, Valens Arianus euasit. Vtinam vel Themistium audisset post victoriam de Procopio adeo opportunè philosophantem, & inter alia verba illa in eius aures ingerentem<sup>b</sup>: Non enim tibi tantum, ô Rex, sancta conuenit sapere; sed etiam eos qui tecum versantur, sancta decet proferre; ac si vnumquodque verbum eorum quæ in tuas aures incidunt, illorum esset, quæ pura manu inscribantur. ] hæc & alia multa optima proficuaque regimini coram illo disseruit: sed surdo (ut aiunt) ingressit fabulam: nam omnem posthac cum pietate humanitatem exuens, factus est dirus piorum persecutor, cuius rei causa meruit ab eodem philosopho postea corripi.

At si ciuili bello iam penitus extincti sunt duo hoc anno tyranni, nequaquam tamen ab externo cessatum est: siquidem cœptum bellum Gothicum, triennio perdurauit. Valens enim (inquit Ammianus<sup>c</sup>) ut consulto placuerat fratri, cuius regebatur imperio, arma concussit in Gothos, ratione iusta permotus; quod auxilia misere Procopio ciuilia bella cœptanti. ] hæc Ammianus, qui res per Valerem gestas his tribus annis, quibus nihil mali intulit Gothis, sed eos solum cœgit ad pacem poscendam, exactè prosequitur. Cum autem ipso expeditionis exordio ambiciosum apparatus (sic eum idem nominat auctor) ad proximum bellum idem Valens magno studio comparasset, decreuit ante professionem sacro initiari baptismate. Id quidem hoc anno tertio eius Imperij factum<sup>d</sup> esse, sanctus Hieronymus habet in Chronico, cui consentiunt quæ tradit Theodoretus, dum ait id accidisse, cum ipse Gothicum bellum esset auspicaturus. Quomodo autem blanditis coniugis pellectus sit, ut ab Eudoxio Episcopo Constantinopolitano hæreticorum omnium scelestissimo consenserit sacro initiari baptismate, idem auctor narrat his verbis<sup>d</sup>:

Iam verò ad reliquam historiam veniam, & tempestatem, quæ multos fluctus, eosque turbulentissimos in Ecclesiis excitauit, primum explanabo. Nam Valens potius Imperio, quamquam primo doctrinæ Apostolicæ ornamentis decoratus, cum Gothi Istrum traicissent, & Thraciam popularentur; consilio inito de colligendo exercitu, & bello contra eos suscipiendo, non putauit sibi consentaneum, ut nudus diuina gratia expeditionem faceret; sed se perfecta sacrosancti baptismatis armatura tegetet: idque præclare sapienterque admodum: Postea tamen & nimia animi mollicie diffuere, & veritatem aperte prodere cœpit: idemque ei accidit misero, quod primo nostro parenti Adam. Nam verborum lenociniis coniugis suæ delinitus, in seruitutem datus est, & factus non captius solum, sed etiam muliebrium verborum fallacis obsequens. Siquidem illa erroris Ariani laqueis ante irretita, maritum in eisdem inducere laborauit, cuius hortatu in horrendum blasphemiarum barathrum præceps cum ea deiectus est. Eudoxius autem, qui adhuc Ecclesiæ Constantinopolitanæ clauum tenebat, non ut eam ritè gubernaret, sed tanquam nauem vndis obrueret, hos non modo in hunc induxit errorem, verum etiam eidem consecrauit. Eodem tempore igitur, dum Valens sacro baptismatis initiatur mysterio, Eudoxius eum miserum obstringit iureiurando, ut in eo impio dogmate perseueret; & omnes qui contrariæ doctrinæ adhærescunt, vbique Ecclesiis exigat. Itaque Valens, re-

VALENS  
BAPTIZATUS  
AB EUDOXIO,  
IT  
LABITVR  
IN HAERESIM  
ARIANAM.

CHRISTI LIBERII PAP. VALENTINIANI IMP. 3.  
366. 15. VALENTIS

**A** lista doctrina Apostolica, hoc pacto ad partem aduersariam traductus est: atque non longo temporis spatio interposito, cetera quæ iusturandum postulabat, executus est. ] hæc Theodoretus. quæ autem post subdit de expulsis ex ipsorum sedibus Episcopis Orthodoxis, suo loco dicturi sumus.

Hic verò admonendum putamus lectorem, de exordio persecutionis Valentis cōplures antiquorum hallucinatos esse, ac primum Socratem<sup>a</sup>, & Sozomenum<sup>b</sup>, & alios horum vestigia consecutos: sed & Orosium, cum negat id factum, nisi postquam Valentinianus frater, cuius timore continebatur, ex hac vita discessit. ait enim<sup>c</sup>: Valens ab Eudoxio Episcopo Ariani dogmatis assertore & baptizatus & persuasus, in sæuissimam hæresim declinauit: sed malignam infestationem diu texit, nec voluntati potestatem admiscuit, quoad viuientis fratris auctoritate compressus est: contemplabatur enim de eo, quantam vim in vlciscenda fide Imperator posset exercere, qui tantam constantiam pro retinenda quondam miles habuisset. ] hæc ipse. Ceterum sanctus Hieronymus, vnà cum baptismate suscepto à Valente cœptos vexari Catholicos, tradit, cum ait<sup>d</sup>: Valens ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus nostros persequitur. ] in quam sententiam libentius imus; cum & illud Orosio concesserimus, eundem Valentem post fratris obitum grauius Ecclesiam perturbasse. Qui enim non erubuit in contraria fratri fidei professione fieri Christianus, & à nefandissimo Ariano homine baptizari; haud existimamus pro eadem propaganda hæresi veritatem esse germanum vindicem impietatis. At si hoc quoque dederimus, ipsum ab omni infestatione Ecclesiæ Catholicæ quieuisse: quosnam spiritus animosque suscepisse putamus ipsos Arianos insurgendi aduersus fidem rectam, eiusque studiosos, cum sciret Imperatorem eiusdem impietatis professorem à suis ipsorum partibus stare? Quamobrem ab hoc anno vsque ad eiusdem Valentis necem, quam numine vlciscente subiit, Ecclesiam Orientalem exagitata esse Arianorum procellis, nemo iure poterit dubitare. Quin & cum relegationem Episcoporum factam esse sequenti anno Socrates<sup>e</sup> ex Consulibus definiert; inde patet, non ipsos tantum Arianos, sed & Valentem Imperatorem eisdem conuenientem, Catholicos Episcopos infecutum esse.

Cum igitur omnibus Orientis Ecclesiis ex suscepto ab Ariano baptismate innotuerit perfidia Imperatoris, Orthodoxi omnes Episcopi, tamquam ad prælium classico excitati, arma capessunt, contraque omnes aduersariorum futuros insultus sese muniunt, & obfirmant. Tunc namque opportunum visum est tempus, ut duo illa cæli tonitrua, Gregorius Nazianzenus atque Basilus, ex eremo ad arenam certaminis prodeuntes, in hostes fidei cominus fulmina verbi iacerent. Primum id obrinuit Gregorius pater iam senio prægrauatus, ut sibi ad subeundam senilibus humeris iam imparem sarcinam filius robustus viribus præsto esset: licet id sæpè ante frustra tentasset, illumque penitus refragantem expertus esset. At cum infelix status Orientalis Ecclesiæ, iam colla erigentibus Arianis, & minas cædesque spirantibus, tum etiam sacri parentis senectus sub onere pastoralis fatiscens, cum inuitum licet diuque refugientem ac penitus renitentem, traxere tamen è Pontica solitudine Nazianzum, adnitentibus eundemque funem cum patre trahentibus aliis Gregorij pernecessariis, ad id litteris, precibus, atque adeò obitrigationibus & amantium contumeliis adhuc cunctantem hominem compellentibus. erat ex iis vnus Bosphorius Colonia Episcopus, ad quem iam cedens danisque manus ipse Gregorius sic scribit<sup>f</sup>:

Arbitrabar mihi pro iis quoque quæ præcesserunt, à vobis purgationem excusationemque debere. Ita vecors sum & stolidus. Quoniam autem obiurgandi finem non facitis, sed prioribus certaminibus aliquid semper adiicitis, nouisque contumeliis veteres cumulat: haud scio, qua causa permoti, siue quod nos exosos habeatis, siue ut nostri contemptu aliorum gratiam vobis concilietis: hæc quidem Deo & noscenda & iudicanda relinquimus, quem nulla res fugit (ut ait Scriptura) etiam si veritatis laruam prætendamus, ut speciosior sit apud multitudinem prætextus. Tuæ autem pietati hoc denuncio, nos manus dare & cedere; atque Ecclesiæ curam, Deo dante, pro virili nostra, sine cunctatione suscepturos esse (quandoquidem hoc contenditis, atque præsertim urgente hac tempestate, propter imminentem, ut ipse scribis, aduersariorum incursionem) humileque hoc corpus Deo commendaturos esse, quam diu durabit, vireque nostræ ferent, ne nos oneremus, atque obruamur, tum à vobis condemnati, tum variis vniuersi cleri querelis & lamentationibus nos opprimetis, clamoribus impetiti, atque Ecclesiam negle-

Etiam

PROCOPIVS  
TYRANNVS  
AT QV  
MARCELLVS  
EXTINCTVS

\* Ammianus  
lib. 26. 27.

<sup>b</sup> Them. orat.  
2.

BELLYM  
GOTHICVM  
TRIENNA.  
LB.  
<sup>c</sup> Ammianus  
lib. 27.

<sup>d</sup> Theod. lib. 4.  
cap. 11.

<sup>a</sup> Socrat. lib.

4. cap. 2. 3.

<sup>b</sup> Sozom. lib.

6. cap. 7.

<sup>c</sup> Orosius lib.

7. cap. 32.

PERSECY-

TIO AB

ARIANIS

ADVERSVS

CATHOLI-

COS EXCI-

TATVR.

<sup>d</sup> Hieron. in

Chronico.

<sup>e</sup> Socrat. lib.

2. cap. 10.

GREG. NAZ.

ET BASI-

LIVS VO-

CANTVR EX

BRAMO.

<sup>f</sup> Greg. Naz.

epist. 14.

EPIST. GRB.

AD BOS-

PHORIVM

DE SVORRE-

DITV.

Etiam cernentes, ac permultorum etiam animum offendentes, & vulnerantes, tamquam A Ecclesie negotia nihili faciamus; ac deniq; ne vos diutius in nostri contempnitione labore- tis. Idque faciemus precum vestrarum auxilio suffulti, etsi tu Ecclesie praefecturam acci- pere detrectas, vt & ipse scribis, & res ipsa fidem faciunt. Praestat enim illis curis immora- ri, quam his: quandoquidem omnino nos vexari & affligi necesse est, Deo res nostras ita constituyente.] haecenus Gregorius ad Bosphorium.

GREG. NAZ. REVERSVS HABVIT APOLO- TICAM ORATIO- NEM.

Greg. Naz. Apo. l. i.

Erant namque illae de Gregorio querelae omnium, crebraeque lamentationes & iurgia, quod neglecta Dei Ecclesia, suae tantum salutis, sprete ceteris, rationem habuisset, instituit- setque vitam sibi tantum proficuum; quodque insuper priuatae suae vtilitati posthabuisse visus esset parentum senectutem: vnde & nonnullis suppetebat occasio eundem etiam contumeliosum incessendi. Quamobrem simulac rediit Nazianzum, pro concione suam Apologiam dixit in auditorio frequentissimo: vbi cum in primis fugae suae in solitudinem B rationem attulisset, quae omnibus digna iustaque videri potuisset; reditus quoque sui, cur tandem cesserit, causas adducit in medium, atque ait: Me in primis ad reditum impulit vestri desiderium, & quia vos vicissim desiderio mei flagrare sentiebam: neque enim quicquam ad amorem ita firmum est, ac benevolentia mutuo repensa. Deinde mea haec cura, meus hic labor, hoc est sacrosanctorum parentum canicies & infirmitas, mei desiderio magis quam senectute languentium: huius, inquam, Patriarchae Abrahae, cari ac vene- randi mihi capitis, atque Angelorum numero habendi, & Sarrae nos in fidei doctrina spiji- tualiter parturientis: quorum cum senectutem, corporisque imbecillitatem subsidio meo atque ope fulcire summis votis optauerim, eaque pro virili mea expleuerim; adeo vt phi- losophiam quoque ipsam, nempe monasticum institutum, cuius possessione ac nomine ni- hil carius habebam, contempserim: vel, vt verius loquar, hoc primum philosophice con- sidererim, ne philosophantis speciem praerberem: non tuli mihi ex vna causa laborum meorum omnium fructum intercideret, benedictionemque perire, &c.] subdit etiam, se inobedientiae poenae metu tandem obsecutum esse parenti, istis verbis:

QUOMODO GREG. OBE- DIRE COA- CTVS REDIT NAZIAN- ZVM.

Cum diu in his animo perplexo & ancipiti fuisset, atque in vtramque partem meip- sum liberasset, atque vnae more dubiis ventis huc atque illuc inflexus, fuisset; tandem vehementiori celsi, meque vincum abstraxit inobedientiae metus.] ac denique perorans: His, inquit, rationum exantamentis memet delinno, sensumque animus cedit, ac ferri in- star emollitur, rationibusque ipsi temporis auxilium accedit: Deique leges & iustificatio- nes, quibus totam vitam meam commisi, in consilium adhibeo. Quocirca non refractor, non contradico (vt Domini mei verbis vtar, cum non ad Imperium & praefecturam vo- caretur, sed tamquam ouis ad caedem duceretur) sed & procumbo, & sub pontentem ma- D num Dei me deicio, pristinaeque meae celsationis, & inobedientiae (si quid hoc nomine peccavi) veniam peto. Tacui, sed non semper tacebo. Subdixi me aliquantisper, vt me ip- sum inspicerem, ac maior solatium afferrem: sed nunc eum in ecclesia plebis exaltare, & in cathedra seniorum laudare perplacet. Si illa reprehensionem, haec veniam merentur. Quid longiori oratione opus est? Habetis nos pastores atque collega: habesque grex sa- crofancte, Christoque pastorum principe digne: habes, o pater, me ad omnia victum, non tam externis, quam Christianis legibus tuae potestati subiectum: habes obedientiam: be- nedictionem repende, &c.]

GREG. NON EST FACTVS EPISCOPVS, SED ADIV- TOR PA- TRIS.

Concil. Ni- ceni. c. 8.

Aug. epist. 110.

Greg. Naz. orat. ad Pa- trum.

Hic autem admonendus est lector, errare eos, qui existimarunt, eundem Gregorium Theologum ex eremo redeuntem sublatum esse ad thronum Episcopalem Ecclesiae Na- zianzi. Id quidem cum in primis veraretur a Niceno canone haud pridem edito, ne E vno superstite alius daretur Antistes Ecclesiae; quod & sanctus Augustinus doluit ignorasse, cum a Valerio Episcopo Hipponensi ordinaretur Episcopus: adhuc insuper eiusdem Gregorij assertionem (vt suo loco dicemus) exploratum redditur, ipsum numquam Eccle- siae Nazianzenae fuisse ordinatum Antistitem, sed accessisse patri Episcopo in sacerdotia- li functione adiutorem: de quo suscepto in se munere haec alias ibidem in publica con- cione: Nunc quidem cum praclaro parente curam hanc suscipere non recuso, velut magnae aquilae & altissime volanti pullus non incommodus e propinquo aduolans.] haec ipse. Quod vero illud pariter inisset consilium, sic seni parenti praesto esse dum vi- ueret, vt tamen eo ex hac vita decedente, relictam repeteret solitudinem; ideo mox haec subdit: Postea vero pennam spiritui meo, quo volet, & quoquo modo volet, ferendam dabo: nec quisquam erit, qui me cogere, aut aliorum traducere possit, cum eo consul- tantem.

A tandem. Nam etsi paternis laboribus succedere, dulce est, ac noto & familiari gregi pra- esse iucundius est, quam externo, & alieno; addam etiam, Deo carius (nisi me amor fallit, & mentem eripit consuetudo) non tamen conducibilis est, nec tutius, quam vt volentes volentibus praesint.]

GREG. MY- NVS CON- CIONAN- DI ARRI- PVIT.

Reuersus igitur Gregorius Nazianzum; illam potissimum sibi partem cura pastoralis arripuit, quae in Dei verbo praedicando, simulque haereticos infectando, veritatemque Catholicam illustrando veritatur: quod & ab eo in primis oportunitas temporis exigebat, cum haereticis Ariana decorata diademate Imperatoris petulans procaxque gestiret, instar- que filiae Herodiadis saltatricis, non vnus tantum Ioannis capitis dono contenta, om- nium Episcoporum Orthodoxorum sanguinem temulenta sitiret. Prodiit ex aduerso Gre- gorius, tuncque inter alias luculentas orationes illam in ipso ingressu ad populum habuit, B cuius est titulus, Ad sancta lumina.] in qua plane conspicitur, quo animi ardore pugna- turus aduersus hostes in campum descendit: nam haec inter alia: Animi voluptatem tenere nequeo: diuino furore rapior: propemodum etiam instar Ioannis, faustum nunci- um profero, non quidem vt ille praecursor, ceterum a solitudine veniens, &c.] Qua qui- dem oratione summo consilio, quos sciret nuper Dei Ecclesiam hostes esse peruasos, pri- mum omnium expugnat atque prosternit, dum prima ab ipso initio orationis aduersus inanam Gentilitiae superstitionis cultum tela cotorquet, ac subinde his succedentes Chri- stianae fidei perduelles Arianos viribus Imperatoris suffultos promptus adortitur. Sed fue- runt istae Gregorij velitationes potius, quam pugnae, respectu plurium fortissimorum certaminum, quae aduersus eisdem postea inuit: de quibus singulis suis locis dicturi sumus.

Greg. orat. ad sancta lumina.

C At cum ad tot tantaque aduersus agmina hostium cienda praecelia, praesentia quoque Basilij experenda merito videretur, id ipsum Gregorius curauit propensius vna cum Euse- bio Episcopo Caesarea Cappadociae, antea (vt diximus) in eum infenso, sed iam aequioris animi reddito, vt Basilium e Pontica eremo reuocaretur in patriam. Porro visum est Gre- gorio, his litteris praenire Basilium, antequam ab Eusebio accerferetur.

Greg. epist. 19.

Tempus iam est, vt prudens consilium ineamus, tolerantiaeque laude floreamus, nos- que ita comparemus, vt nec quisquam animi magnitudine praestantior nobis appareat, nec multi nostri labores & sudores temporis puncto collabantur & euanescant. Cur haec scri- bam, quare? Deo carissimus Episcopus Eusebius noster (sic enim de eo nobis deinceps sentiendum & scribendum est) animo erga nos est admodum amico, & ad similitates componendas propenso, ac tempore velut igni ferrum emollitur: litterasque etiam de- D precatrices & euocatrices ad te missurus est, quemadmodum & ipse mihi significauit, & multi ipsius animum perspicue cognitum habentes nobis fidem faciunt. Quem ante- uertamus, quare, vel ad eum venientes, vel scribentes, vel (quod erit rectius) prius scriben- tes, & deinde ad eum nos conferentes: ne postea nos pudeat, si victi fuerimus, cum vin- cere licuerit, praclare videlicet & philosophice cedendo: id quod plerique a nobis ex- pofcunt. Mihi itaque obsequere, ac veni tum ob hanc causam, tum etiam propter tem- pus: quandoquidem haeretici coniuratis animis Ecclesiam percurfant, partimque iam ad- sunt ac turbas mouent, partim (vt fama iactatur) affuturi sunt. Ac periculum est, ne verita- tis doctrina conuulsa distrahatur, nisi primo quoque tempore Beseleelis spiritus ex- citetur, hoc est sapientis huiusmodi disputationum ac dogmatum architecti. Quod si ti- bi operae pretium esse videtur, vt ipse adsim, atque haec administrem, tibi que itineris co- E mitem me adiungam: ne hoc quidem munus defugiemus.] haecenus Gregorij episto- la ad Basilium.

GREG. CV- RA IN AB- STRAHEN- DO BASI- LIVM AB ERMO.

GREG. AD BASILIVM PERGIT, AC SECVM RE- DVGIT.

Greg. Naz. orat. l. in laud. Basilij.

Quid autem consilij captarit Basilium in his quae a Gregorio scripta percepit: illud sane quod visum est rectius, nempe (quod Gregorius ad finem epistolae pollicitus erat) se ad eum ipse conferret, cum ipso in patriam ad Eusebium rediturus. Testatur id quidem ipse Gregorius, cum res tunc ab eo gestas sic describit, atque in primis ait: Quamuis autem adeo philosophica & admirabilis fuerit illius secessio; excellentiorem tamen & admirabiliorem ipsius reditum fuisse reperiemus. Ita enim se habuit. Cum in his studiis versaremur, insitit repente nubes grandinis plena & perniciosè stridens, quae Ecclesias omnes, in quas incidit, prostrauit, & quascumque inuasit Imperator auri amantissimus, & Christi hostis infensissimus, ac duobus his morbis laborans, inexplebili nimirum auaritia, & blasphemia, post persecutorem persecutor, post apostatam non quidem apostata, sed nihil

HERSECVTIO VALENTIS D'RA NIMIS.

nihilō tamē eo meliorem se Christianis præbens, vel (vt rectē loquar) Christianorum purissimæ & piissimæ parti, ac Trinitatis adoratrici: quam quidem vnam pietatem, salutaremque doctrinam voco. Non enim Diuinitatem velut ad libram expendimus, nec vnam & inaccessibleē naturam substantiarum diuersitate à se ipsa separamus, nec malum malo curamus, impiam Sabellij contractionem magis impia diuisione ac sectione dissoluentes. quo morbo correptus ille à furore nomen habens, Arius, magnam Ecclesiæ partem labefactauit atque conuulsit, nec Patrem honore persecutus, & ea quæ ab ipso causam habent, aspernatus, dum inæquales Diuinitatis gradus inuexit. Verum vnicam Patris gloriam esse censemus, æqualem Vnigeniti dignitatem, vnicam item Spiritus sancti cum eo exæquationem. Ac si quid horum trium in inferiori dignitatis gradu ponamus, Trinitatem totam à nobis diuici atque perueri iudicamus: tria quidem quo ad proprietates, vnum autem quo ad Diuinitatem agnoscentes & colentes.

Quorum ille, nimirum Valens Imperator, cum nihil animaduerneret, nec sublimes oculos efferre posset, verum ab iis qui eum ducebant, deprimeretur, secum etiam Diuinitatis naturam deprimere non dubitauit, ac scelerata creatura Dominum in feruorum ordinem deiecit, naturamque increatam ac tempore superiorem in rerum creatarum numero collocauit. Atque hoc quidem ille animo & cum huiusmodi impietate aduersus nos expeditionem suscepit. Nec enim aliud quiddam ea res æstimanda est, quam barbarica incursio, non mœnia, non vrbes, non domos, aut alia quædam parua & manu facta, eiusque generis vt denuò erigi aut extrui possint, euertens, sed animas ipsas distrahens. Impetum quoque vna cum eo facit exercitus ipso dignus, nefarii Ecclesiarum Antiflites, sæui orbis illius Terrarchæ, qui ipsius imperio & ditioni subiacebat. Qui cum Ecclesias partim iam tenerent, partim oppugnarent, partim ob Imperatoris opem ac vim tum illatam, tum minaci oratione denunciata, in potestatem venturas sperarent: huc quoque vt Ecclesiam nostram in deditiōnem acciperent, venerunt, nulla re perinde, vt prædictorum hominum simultate, atque illius qui tum nobis præerat, imperitia, morbisque nostris freti atque subnixi. Magnum ergo certamen propositum erat, non ignaua etiam multorum alacritas, sed infirma erat acies, vtpote propugnator carens, ac perito artifice tam in doctrinæ quam in spiritus facultate.

BASILII STVDIA ADVERSVS HAERETICOS.

Quid igitur generosa illa mentisque magnitudine præstans anima, Christi que amore verè inflammata? Ne longa quidem ad hoc oratio comparanda fuit, vt ad nos se conferret, nobisque adiuumento esset. Verum simulatque me legatione fungentem aspexit (erat enim utriusque nostrum commune hoc certamen, vt qui fidei defensores ac patroni designati essemus) statim legationi cessit: ac spiritualibus rationibus secum optime sapientissimeque distinguens, aliud simultatis tempus esse (si quid etiam eiusmodi affectui indulgendum esset) aliud pacis ac tranquillitatis, aliud rursum æquanimittatis, nempe necessitatis & periculorum tempus: hoc, inquam, secum reputans, confestim è Ponto nobiscum excedit, atque erga periclitantem veritatem zelo exæstuat, vltroque suppetias nobis affert, totumque se matri Ecclesiæ tradit. At fortasse alacriter quidem hanc rem aggressus est, verum nequaquam, vt illa animi alacritate dignum erat dimicauit? Aut strenuè ille quidem dimicauit sed non consultè ac prudenter? Aut ita prudenter, vt tamen sine periculo? Aut hæc omnia quidem cumulata, ac supra quàm dici queat, præstitit, ceterum in illius animo veteris simultatis fomites quidam residebant? Minimè gentium. Omnia quippe simul præstat: inimicitias ponit, consultat, aciem instruit, scandala & offendicula intermedia submouet, cunctaque ea quorum fiducia illi bello nos lacescendos putauerunt. Alios E

psal. 117.

triam scindens, aut ignis in spinis (vt Scriptura sancta loquitur) sarmenticios homines, & in Diuinitatem contumeliosos faciliè absumens.] hæc Gregorius. Quod autem idem Basilium reuersus ad certamen aduersus hæreticos ipsum sibi collegam Gregorium adiunxisset, idcirco idem subdit: Quod si quid auxilij Barnabas, qui hæc loquitur ac scribit, Paulo decertanti tulit: Paulo habenda est gratia, qui illum in certaminis partem & locieratem asciuit. Atque illi sanè, nempe Ariani, sic infectis rebus discesserunt, tunc primum turpiter pudesacti & profligati, atque edochi, etiam si alios omnes homines, Cappadoces tamen non ita temere contemnere, ac pro nihilo putare: quorum nihil tam proprium est, quàm fidei certitudo, fidusque ac sincerus erga Trinitatem affectus: cuius etiam beneficio hoc habent, quod animis coniuncti sunt atque concordēs,

BASILIIVS GREGORIVM AD VVGNAM SIBI ASCISCIT.

des, viribusque pollent, eadem videlicet auxilia quæ Diuinitati ferunt, accipientes, multoque etiam præstantiora ac valentiora.] hæc quo ad certamen atque victoriam de ingruentibus Arianis acceptam Gregorius. Quo modo autem erga Episcopum suum Eusebium, quem diutius aduersarium passus fuerat, Basilium se gesserit, idem his verbis significat:

Proximum autem Basilium negotium ac studium hoc fuit: Antiflitem obseruare, suspicionem extinguere, mortalibus omnibus persuadere, mærorem illum, quo affectus fuerat, tentationem quamdam colluctationemque peruersi spiritus extitisse, honestæ ac laudabili concordie inuidentis: ceterum non ignarum se esse, quid obedientie ordinisque spiritualis leges postulerent. Ac proinde adesse, docere, dicto audientem se præbere, mone-re, quiduis denique illi esse, consultor bonus, opitulator optimus, diuinorum oraculorum explicator, rerum agendarum præmonstrator, senectutis subsidium, fidei adminiculum, domesticorum fidelissimus, externorum ad res gerendas aptissimus (vt vnico verbo dicam) tantam eius benevolentiam obtinens, quanto prius apud eum odio flagrare putabatur. Ex quo hoc assecutus est, vt etiam si illi cathedræ honore secundus esset, Ecclesiæ tamen imperio potiretur. Etenim pro benevolentia, quàm conferebat, auctoritatem vicissim accipiebat; ac mirus quidam erat inter eos concentus, nexusque potestatis. Ille plebem ducebat, hic ductorem, atque instar cuiusdam leonum curatoris præpotentem arte curabat. Namque vt nuper in sublimi cathedra constitutus, quippe ex laico fuerat deletus Episcopus, & terrenæ materiæ non nihil adhuc spirans, nondumque in his quæ spiritus erant, numeris omnibus absolutus, magnisque etiam fluctibus inferuescentibus, atque ingruentibus Ecclesiæ hostibus, opus habebat homine, qui eum manu duceret atque fulciret: eoque nomine ipsius ope atque auxilio acquiescebat, eoque imperante, seipsum imperare arbitrabatur.

BASILIIVS QVOMODO SE HABVIT CVM EUSEBIO SVO EPISCOPO.

Iam verò ipsius erga Ecclesiam curæ ac patrociniij quamquam multa quoque alia signa & argumenta sunt, libertas animi, qua cum ceteros magistratus, tum potentissimos quoque ciuitatis alloquebatur; controuersiarum solutiones nequaquam suspectæ, sed ab eius voce formatae ac constitutæ, modoque ipsius tamquam lege receptæ; pauperum tutelæ plures quidem spirituales, sed tamen corporeæ non pauca (nam id quoque sæpenumero animæ prodest, eos nimirum in quos beneficium confertur, per benevolentiam subigere) pauperum alendorum, hospitiū excipiendorum, virginum curandarum studium, monasticarum legum institutiones partim scripto, partim voce traditæ; precum descriptiones; sacrarij concinnitates, ea denique omnia, quibus homo verè diuinus, Deoque adiunctus plebi vtilitati esse potest.] pergat de eodem dicere, quid egerit, cum vehementissima Cæsareæ fames ingrueret: sed de his suo loco opportunus.

BASILII OFFICIA ERGA ECCLISIAE ADMINISTRATIONEM.

Eusebij quoque iussu diuinas Scripturas Basilium ad populum explicasse, ipsemet in oratione in principium Prouerbiorum testatur, cum ait: Præclara est obedientie merces. Obediamus igitur bono patri, certaminum præmia nobis ex spiritus oraculis proponenti: qui nos instar venatorum in locis inuis, quasi canuli cuiusdam venatici indicio cursus nostri experimentum vult capere. Proposuit autem nobis ad enarrandum parceriamur principium, &c.] Obibat idem Basilium in Synodis pro suo Episcopo legationem, vt in conuenientibus habitis tunc temporis diuersis in locis, nempe Chalcedone, Heraclæ, & in ipsi Cæsareæ suburbiis: in quibus omnibus quod sanæ sinceræque fidei erat, id summa libertate animi loquebatur: quorum idem Basilium meminit, vbi ad Eustathium scribens, aduersus calumniantes sic ait: Quem verò oportebat me animi mei præ te re-

BASILIIVS POPVLO EXPLICAT DIVINAM SCRIPTVRAM. Basil. in princ. Prou.

stem habere, quæ Chalcedone à nobis de fide dicta sunt, quæ & sæpenumero Heraclæ, & quæ antea in suburbio Cæsareæ, an non omnia consona nobis, & omnia inter se concordantia fuerint? Ex his igitur, quæ de reditu Basilij Cæsaream, & reconciliatione cum Eusebio dicta sunt, quæ eodem argumento scribit Sozomenus, in nonnullis sunt corrigenda: vt imprimis cum eadem contigisse refert primo Valentis Imp. anno, quo (vt diximus) ipse Valens in Cappadociam profectus est, inde descensurus in Syriam: deinde cum populi studio in Eusebium inelamantis, seque ab eo separantis, reuocatum Basilium tradit: vel cum adiungit, absque interuencio eumdem Basilium in Cappadociam ad eumdem Eusebium Episcopum rediisse: quæ omnia, ex iis quæ ex sancto Gregorio Nazianzeno dicta sunt, arguuntur erroris. Sed & corrigendus quoque Ruffinus est, dum ait Basilium & Gregorium perseuerasse in eremo annos tredecim: cum habi-

Basil. epist. 79.

Sozom. lib. 6. cap. 15.

Ruffin. lib. 2. cap. 9.

ra exacta discussione temporis accessus & recessus, non nisi quatuor annos illic mansisse re- A periantur.

ARIANI  
PERSE-  
QVYN-  
TYRNOVA-  
TIANOS ET  
MACEDO-  
NIANOS.  
Sozom. lib.  
6. cap. 9.

Quod verò ad Arianos pertinet: eo furore, Eudoxio Episcopo Constantinopolis impel-  
lente Imperatorem, eiusmodi persecutio cœpta est, ut non tantum Catholicos exagitarit,  
sed & Nouatianos, alioqui hæreticos, in confessione tamen perfectæ Filij cum Patre sub-  
stantia cum Catholicis eadem sentientes: quin & in Macedonianos, & alios Semiarianos  
dictos, grassata est, quod scilicet hi quoquo modo Filio Dei diuinam substantiam (vt  
dictum est) tribuere viderentur. Sed quod primum ad Nouatianos spectat, hæc So-  
zomenus a eidem sectæ coniunctus: Non dissimilibus porro afficiebantur incommodis  
etiam illi, qui Constantinopoli doctrinam Concilij Nicæni propugnabant: quorum in-  
commodorum foci quoque fuere Nouatiani. Nam Imperator cum reliquos omnes vr-  
be exigi, tum ecclesias Nouatianorum occludi mandauit. Ceterorum autem ecclesias B  
non erat causa cur occluderet: nam iam pridem eæ, regnante Constantio, ipsi ademptæ  
fuerant.

AGELIUS  
NOVATIA-  
NVS EX-  
LAT.

Quin etiam Agelium, qui temporibus etiam Constantij ecclesiæ Nouatianorum  
Constantinopolis præfuerat, multauit exilio. Is quidem dicebatur vitam cum sum-  
ma omnium admiratione secundum leges Ecclesiasticas instituisse. Vixit enim (quod  
in pia vitæ ratione ac disciplina facile primas obtinet) pecuniarum possessione liber: at-  
que ipsa vitæ institutio illud planè declarauit: nam vna solum utebatur tunica, & sine  
calceis semper incedebat. Non ita multo post ab exilio reuocatur: suas ipsius recupe-  
rat ecclesias, & conuentus liberè ac sine metu agit. Quarum rerum Marcianus quidam  
causa extitit, vir sanè cum vita tum doctrina admirabilis, qui iam olim quidem in Re-  
gia satellitem egerat, at iam tum presbyter sectæ Nouatiæ erat, docebatque filias C  
Imperatoris Anastasiam & Carosam præcepta grammaticæ; quarum nominibus sunt  
balnea Constantinopoli etiamnum appellata. Itaque ob reuerentiam erga hunc & gra-  
tiam, hæc, quæ modò diximus, Nouatians concessa sunt. ] hæc tamen Sozomenus de  
suis Nouatians. Sed planè in eo etiam hallucinatur, dum putat balnea Anastasie nomi-  
ne dicta, denominata esse ab Anastasia filia Valentis Imperatoris, nam secus habet Am-  
mianus, qui cum agit de tyranno Procopio, hæc ait: Ductus in cogitationes varias, Ana-  
stasianas balneas perit, à sorore Constantini cognominatas. ] Eadem tradit Socrates b de  
Nouatians.

Socrus lib. 4  
cap. 9.

MACEDO-  
NIANIS  
AGITAN-  
TYRAB  
ARIANIS.  
Socrus lib.  
4. cap. 6. 7.

Quo modo autem his diebus se habuerint res Arianorum cum Macedonianis, reli-  
quum est vt dicamus. Imperator (inquit Socrates c) rebus tum prosperè & feliciter ge-  
stis clatus, rursus in Christianos tumultus propterea ciere cœpit, quod omnes ad sectam D  
Arianam traducere cupiebat. Atque Concilium Lampfaci habitum illi in primis bilem  
mouerat, non modò quòd Episcopos Arianos interdixerat ecclesia, sed quòd fidei for-  
mulæ Arimini editæ anathema denunciauerat. Itaque cum Nicomediam Bithyniæ ve-  
nisset, Eleusium Cyzici Episcopum ad se accersit. Hic opinioni Macedonianæ (vt supra  
dixi) maximè deditus fuit. Quare Imperator, Concilio Episcoporum Arianorum con-  
uocato, Eleusium illorum fidei assentiri cœgit. Qui quamquam antea illud se factu-  
rum omnino denegasset, postea tamen exilio & publicatione bonorum, quæ ipsi inter-  
minatus fuerat Imperator, supra modum exterritus, opinioni Arianae assensit. Statim vt  
assenserat, in magno dolore fuit, & Cyzicū reuersus (est notissima ciuitas in Hellepontò)  
coram vniuerso populo de vi ipsi ab Imperatore illata grauiter conquestus est, docetque  
vi se coactum, non sua adductum voluntate, doctrinæ Arianae assensisse; illisque alium E  
conquirendum Episcopum, propterea quod ipse necessitate compulsus suum ipsius do-  
gma denegasset. Cyziceni tamen præ incredibili amore, quo illum complectebantur,  
neque alij Episcopo se subiicere voluerunt, neque Ecclesiæ suæ administrationem con-  
cedere. Quare cum eius semper paruere gubernationi, tum suam ipsorum hæresim  
minimè deposuere. His rebus auditis, Episcopus Constantinopolitanus, Eunomium,  
vtpote qui dicendi vi, qua præditus erat, posset multitudinis animos in suam senten-  
tiam facile pertrahere, Episcopum Cyzici designauit. Quo cum aduentasset Euno-  
mius, ab Imperatore mandatum fuit, vt Eleusio exturbato, Eunomius in sede Episcopa-  
li collocaretur. Vnde qui Eleusij fauebant opinioni, extra vrbis mœnia extruxerunt ec-  
clesiam, conuentusque separatim egerunt. sed de Eleusio hæc tamen: de Eunomio autem  
iam pauca dicamus.

EXVLSO  
ELEUSIO OR-  
DINATVR  
EUNOMIUS.

Eunomius

A Eunomius Aetij, cognomento Athei, cuius supra mentionem fecimus, scriba fuit: qui  
cum eo vitam degens, fallaces ratiocinandi concludendique modos, qui sunt sophistarum  
proprij, ab illo didicit, atque eos sedulo imitatus est. Quin etiam inanibus ineptisque vo-  
cibus operam dare, sophismataque quibus ipse irretiretur, contexere imprudens aggressus,  
illisque arroganter inflatus ad blasphemiam præceps ruit; Arij etiam opinionem sectari,  
veritatis dogmata variis rationibus impugnare cœpit. At tamen sacrarum litterarum  
propè ignarus imperitusque fuit, neque potuit eas omnino intelligere; tamen verba varia-  
re, eademque semper aliter atque aliter dicere potuit: at quod sibi ad dicendum propo-  
nebatur, nunquam attingit, sicut septem tomi ab illo in Apostoli ad Romanos epistolam  
tam ineptè compositi satis perspicuè declarant. Nam cum multa verba inaniter de ea epi-  
stola profuderit, institutum tamen Apostoli animo capere nullo modo valet. Extant præ-  
terea alij eius libri his consimiles, de quibus si cui in animo sit periculum facere, in magna  
verborum copia miram sententiarum inopiam reperiet. Atqui istum Eunomium Eudoxius  
ad Episcopatus Cyzicensis dignitatem extulit.

Cum verò, vt ipsius mos ferebat, pro concione dialecticis argutiis vteretur, auditores  
admodum reddidit attonitos: vnde Cyzici tumultus exortus est. Nam cum Cyziceni  
arrogantem illius in dicendo insolentiam ferre nullo modo possent, è ciuitate exturba-  
runt. Ille Constantinopolim se recepit: ibi cum Eudoxio ætatem degit, ab Episcopatus  
administratione vacans. Verum ne ista solum obtrectandi causa dixisse videamur; ipsius  
Eunomij verba, quæ sophistæ more fallaciter & veteratorie de Deo dicere non veretur,  
audiamus. sic enim loquitur: Deus de sua ipsius essentia nihilo plus intelligit, quàm nos;  
neque ipsi magis est perspecta & cognita, quàm nobis: sed quòd nos de ea scimus, idem  
omnino & ipse scit: ac rursus quod ille nouit, idem in nobis vicissim reperies. Ista ali-  
que commenticias complures fallacias imprudens contexit Eunomius. At qua ratione  
paulo post se ab Arianis segregauit, dicemus suo loco. ] hucusque Socrates de Eunomio.  
Porro eiusdem nominis, ab hoc tamen diuersus, fuit Episcopus ille, quem in locum Eufe-  
bij Samosatæ Ariani substituerunt, de quo suo loco dicturi sumus ex Theodoro a. Cum  
verò eiusmodi Eunomij fastus, mentisque tu mor blasphemis iunctus, Catholicis innotui-  
set, obstupuerunt: Basilius verò Magnus vt elatum viri animum deprimeret, hoc puto tem-  
pore, scripsit ad eum illam epistolam b de formicæ natura, quam ab eo inuestigari rogat: b  
eam nos superius recitauimus: libros verò aduersus eius blasphemias postea lucubrauit, c  
de quibus suo loco dicemus.

EUNOMII  
FASTVS ET  
BLASPHE-  
MIAR.

Theod. lib. 4.  
cap. 14.

Basil. epist.  
168.

Ariani igitur in Macedonianos (vt dictum est) insurgentes hoc anno, impedimento  
D fuere, quo minus ab illis indictum Tarsi anno superiori Concilium celebraretur. id qui-  
dem ita Socrates e: Factum, inquit, fuisset Concilium, nisi Eudoxius sectæ Arianae Episco-  
pus, qui tum gratia apud Imperatorem plurimum poterat, obstisset: qui propter Conci-  
lium editum permagna iracundiæ flamma incensus, illos grauissimis affecit incommo-  
dis. ] hæc ipse. Sozomenus d id ipsum: qui & celebratum fuisse aliud Concilium in Ca-  
ria tradit, dum ait: Cum autem iam Concilium Tarsi cogeretur; circiter trigintaqua-  
tuor Episcopi Asiani in Caria, quæ est regio Asiæ, in vnum congregati, studium in Ec-  
clesiæ concordia stabilienda positum probabant illi quidem; sed tamen vocabulum,  
Consubstantialis, reiciebant, constanterque affirmabant, formulam fidei Antiochiæ &  
Seleuciæ editam, tenendam esse: quippe quæ etiam à Luciano martyre ante edita habe-  
batur; & non sine multorum tum periculis, tum laborum susceptione, ab his qui ip-  
sos ætate anteibant, confirmata. Imperator verò impulsu Eudoxij, Concilium, quod in  
Cilicia futurum expectabatur, partim litteris, partim minis diremit. ] hæc Sozomenus.  
At fuerunt ista futurorum malorum præludia. Quod enim Valens in expeditione Gothi-  
ca totus esset, ea quæ spectarent ad dogmata, prætermisit, cum tamen Ariani ipsi haud  
desisterint vbique laceffere Catholicos, & hæreticos ab ipsorum dogmate discre-  
pantes.

CONCILIVM  
CELEBRA-  
TVM IN  
CARIA.

CONSILIA  
BVLVM A-  
RIANORVM  
ADVERSVS  
SEMIARIA-  
NOS.  
Hilar. frag.  
lib. 1. pag. 40.  
41.

Annal. Eccl. Tom. 4.

R 2

Domino

Domino religiosissimo fratri Germinio, Valens, Vrsacius, Gaius & Paulus, S. A  
 Cum de spe & salute sollicitudo incumbit, magis laudandi esse debent qui solliciti sunt, quam reprehensionem aliquam suscipere. Salus autem ac spes principaliter in fide Catholica consistit. & ideo quamvis conuentione ad omnes nostros fratres & Coepiscopos nostros \* Valente & Paulo admonita noluerit, ad id quod rumor latitat de te respondere, domine religiosissime, tamen quia litteris tuis testificatus es, te in eadem charitate perseuerare, & paratum esse inlibatam dilectionem habere erga nos ostendere: propterea in vnum apud Singedunum congregati, iterum his commonefacimus sanctitatem tuam, vt omni occasione ambigui exclusa, digneris rursus rescribere nobis, si a fide Catholica, quae Arimini a sancto Concilio exposita confirmataque est, cui etiam vniuersi Orientis Episcopi consenserunt, sicut iam professus es te non recessurum, apertus \* queritur significes. Est autem hoc, sicut in ea cautum est: Similem dicimus Filium Patri secundum Scripturas, non secundum substantiam, aut per omnia, sed absolute. Si enim haec expositio immutata fuerit, manifeste quondam Basilij perfida adfertio, propter quam Synodus facta est, qua etiam merito damnata est, reparabitur. Dignare igitur hoc, quod queritur, euidenter litteris tuis declarare: non dixisse, aut dicere, vel dicturum, similem esse per omnia Filium Patri, excepta innatiuitate, ne quod perlatores litterarum Iouianus diaconus & Martyrius subdiaconus verbo deprecationis suae, ante praedictos dominos meos fratres & Coepiscopos nostros Valentem & Paulum adsererebant, magis credibile esse videatur, quia per omnia similem esse Filium Patri profitearis. Si enim sic te, sicut optauimus, sentire scriptis tuis manifestaueris, querelam pro iniuria a quibusdam clericis tuis Palladio & Gaio fratribus & Coepiscopis nostris factam, licet nolueris, sicut prima conuentione admonitus es, exquirere, ad aestimationem tuam pertinet, illis scilicet praestantibus pro sua temeritate rationem. Haec per Secundianum presbyterum, Pullentium lectorem, & Candidianum exorcistam transmissimus charitati tuae xv. Kal. Ianuarias, Gratiano nobilissimo P. & Dagalaifo Coss. exemplum penes nos retinentes.

\* apertius

\* Exstat apud Hilar. frag. lib. 1. pag. 41. 42. 43. EPISTOLA GERMINII SEMIARIANI ADVERSUS ARIANOS.

Quid autem Germinius? num his consensit? minimè gentium, nam accipe ab eo scriptam eo argumento epistolam <sup>a</sup>:

Dominis fratribus religiosissimis Rufiano, Palladio, Seuerino, Nichæ, Heliodoro, Romulo, Muciano & Stercorio, Germinius in Domino Salutem.

Vitalis nunc militantis in officio sublimis Praefecturae relatione comperimus, desiderare sanctitatem vestram significari vobis aperte, quid est quod de fide nostra Valenti, Vrsacio, Gaio & Paulo displiceat. Necessarium duxi his litteris patefaciendum sanctitati vestrae, & id quod in vobis ipsis ab initio esse confido, dicere, nos hoc quod & a Patribus traditum accepimus, & diuinis Scripturis, quod semel didicimus, & quotidie docemus, Christum Dei filium Dominum nostrum per omnia Patri similem, excepta innatiuitate, Deum de Deo, lumen de lumine, virtutem de virtute, integrum de integro, perfectum de perfecto, ante saecula & ante vniuersa, quae intelligi vel dici possunt, genitum, cuius natiuitatem nemo scit nisi solus Pater, ipso Filio adserente: Quia nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare: per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil, secundum diuinas voces ipsius Saluatoris nostri Filij dicentis: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Et iterum: Quaecumque enim Pater facit, haec & similiter Filius facit. Et iterum: Ego & Pater vnum sumus. Et iterum: Qui me vidit, vidit & Patrem. Et iterum: Quomodo Pater vitam habet à se semetipso, ita dedit & Filio vitam habere in semetipso. Et iterum: Sicut Pater suscitatur mortuos & viuificat, ita & Filius quos vult, viuificat. Et iterum: Creditis in Deum, & in me credite. Et iterum: Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Et iterum cui Pater dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: nec dixit, ad imaginem tuam, vel ad imaginem meam, ne aliquam dissimilitudinem in Filij sui diuinitate demonstraret, sed propterea coniunxit ad imaginem & similitudinem nostram, vt Filium suum sibi similem per omnia Deum manifestaret. Iterum Euangelista: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuenti à Patre plenum gratia & veritate. Et Apostolus ad Corinthios, In quibus Deus huius saeculi excæcauit mentes infidelium, vt non refulgerent in illuminatione Euangelij gloriae Christi, quae est imago Dei. Et iterum idem Apo-

Apo-

A Apostolus: Et transfuit in regno Filij charitatis, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae. Et iterum idem Apostolus: Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus. Quis non intelligat, quia quemadmodum secundum serui formam vera fuit caro nostra in Christo, ita & in Dei forma vera sit diuinitas Patris in Filio? Et iterum: Videte ne quis vos seducat, per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Si ergo omnis plenitudo diuinitatis inhabitat in Christo, iam non ex parte similis & ex parte dissimilis, sicut nunc asserunt, qui propter contentionem suae libidinis retrorsum abeunt, semetipsos à nobis auertunt.

B Nam quod putant se pro magno de diuinis Scripturis proferre, vt dicant, Christum facturam & creaturam: è contrario nos secundum Scripturas dicimus, & viam, & ianuam, & lapidem offensionis, & petram scandali, & fundamentum, & brachium, & manum, & sapientiam, & verbum, & agnum, & ouem, & pastorem, & sacerdotem, & vitem, & diem, & alia: Sed haec omnia sic intelligimus & dicimus, vt virtutes & operationes Filij Dei intelligamus, non vt diuinam eius ad Patrem natiuitatem huiusmodi nominibus comparemus, quia ex nihilo omnia per filium facta sunt, Filius autem non ex nihilo, sed ex Deo Patre est genitus.

Miror autem praedictum Valentem aut oblitum esse, aut certè subdole dissimulare, quid in praeteritum gestum definitumque sit. Nam sub bonae memoriae Constantio Imperatore, quando inter quosdam ceperat esse de fide dissensio, in conspectu eiusdem Imperatoris praesentibus Georgio Episcopo Alexandrinorum Ecclesiae, Pelusinarum, Basilio Episcopo tunc Anquiritano, praesente etiam ipso Valente & Vrsacio, & in ea prauitate post habitam vsque in noctem de fide disputationem & ad certam regulam perductam, Marcum ab omnibus nobis electum fidem dictasse, in qua fide sic conscriptum est: Filium similem Patri per omnia, vt sancta dicunt & docent Scripturae: cuius integrae professioni consensimus omnes, & manu nostra subscriptimus. Si autem nunc aliquid spiritus huius mundi suggerit, ex aperto adhuc scire non possumus. Nam, vt nos professi sumus de Scripturis, per omnia similem Filium Patri excepta innatiuitate, exponant & illi de Scripturis, quemadmodum parte similis sit, parte dissimilis. Et ideo, fratres dilectissimi, haec intrepidanter & sine mora vestrae dilectionis ad conscientiam, per Cyriacum officialem, cuius prima inuenta occasio est post Carinum diaconum, quem ad vos misi, professionem destinaui, vt per vestram quoque vigilantissimam deuotionem apud Deum, vniuersae fraternitati intimeretur, ne quis fallacia diaboli laqueis ignorans implicetur. Iam vestrae est vnanimitatis rescribere mihi, quid vobis sanctus Spiritus suggerat. Sanè intimo charitati vestrae, me huic epistolae, propterea quod manus dolerem, subscribere non potuisse: subscribendum autem mandasse fratribus & compresbyteris nostris Innocentio, Octauio, & Catulo. ] Haec Germinius aduersus Arianos, militans tamen inter Semianianos.

E Quo tempore, defuncto illo scelerum omnium architecto & vexillario impietatis Acacio cognomento Lusco, Episcopo Caesareae Palaestinae, Ariani aequè Arianum hominem dedere illi successorem Euzoium. Reliquit Acacius commentarios à se conscriptos in Ecclesiasten decem & septem voluminibus comprehensos, necnon summorum scripturarum sex, & multos alios praeterea diuersosque tractatus. ] haec S. Hieronymus, qui Acacii scripta sic legere consuevit, vt in nequam haereticum hominis lucubrationibus caueret à scripturis. Alius eodem ferme tempore claruit Acacius itidem Caesareae Palaestinae, Libanij discipulus, ipsam magistrum superaturus, si licuisset: nam iuuenis ( vt de eo restatur Euanap. in Alex. 152. ) decessit. Qui verò Acacio in Episcopatu successit Euzoius ( diuersus hic planè fuit ab Euzoio itidem Ariano, creato Episcopo Antiocheno sub Constantio ) apud Thespesium rhetorem cum Gregorio Nazianzeno ( vt tradit sanctus Hieronymus ) fuerat Caesareae eruditus, eiusque postea factus vrbs Episcopus, plurimo labore corruptam bibliothecam Origenis & Pamphili in membranis instaurare conatus est: sed quod Arianus effectus sub Theodosio Principe pulsus est, cui successus fuit Gelasius, de quo inferius. Haec ex Hieronymo.


ACACII EPISCOP. CAES. PAL. OBITVS. Hieron. de script. Eccles. in Acacio. Hier. epist. ad Miner. & Alex. 152. Euanap. in vita philos. Hieronym. in Euzoio, & in Gelasio, de script. Eccles.

Hoc eodem anno, iisdemque Coss. Gratiano & Dagalaipho, natus est filius Valentiniano Imperatori, quem suo quoque nomine Valentinianum nominavit. hanc Socrates a. Genitus hic fuit ex Iustina Ariana femina, de qua plura inferius dicturi sumus. Licet igitur Valentinianus ipse Augustus omnium sententia Catholicus habeatur, tamen tum uxoris, tum fratris perfidia infamatur: cum praesertim nullus reperitur ab eo adhibitus esse conatus, vel studium, quibus eisdem ad meliorem frugem reuocare fategerit: & quod grauius existimatur, grassantem Valentem fratrem in Orthodoxos in Imperio illi subiecto minime cohibuerit: quin & in Occidente Auxentium Arianum, & ab Arianis Episcopum Mediolanensem electum, licet Catholicis Episcopis & inter alios Hilario Episcopo Pictauiensi vehementer reclamantibus, numquam sede expellendum curauerit, sed in ea usque ad obitum suerit permanere. Hanc, inquam, eidem Valentiniano notam inuolere non leuem. At de Auxentio suo loco dicendum.

VALENTINIANI IVNIORIS NATALIS. Socrat. lib. 4. cap. 9.

Christi annus trecentessimus sexagesimus septimus Consulatu Flauij Lupicini atque Flauij Iouini adscribitur Fastis, sicut ab Ammiano b, Socrate c, atque aliis notatus habetur. Huius Flauij Iouini esse creditur epitaphium Flauiae Iouinae filiae, quod sic se habet d:

Ammianus lib. 27. Socrat. lib. 4. c. 10. Roma apud Laetium Fast. quadrimum.



FL. IOVINA. QVAE. VIXIT. ANNIS. TRIBVS. D. XXXII. DEPOS. NEOPITA. IN. PACE. XL. KAL. OCTOB.

Quo etiam anno Romae post Lampadium Viuentius gessit praefecturam Vrbanam, id eodem Ammiano atque etiam rescriptis Imperatorum testantibus: nam sub iisdem Consulibus ad eundem Viuentium extant data rescripta; vt illud de relaxandis vinetis die Paschatis, his verbis e:

PRAEPECTURA VIVENTII.

l. 3. de indul. C. Theod.

Imppp. Valentinianus, Valens, & Grat. AAA. ad Viuentium P.V. Ob diem Pascha, quem intimo corde celebramus, omnibus quos reatus astringit, carcer inclusit, claustra dissoluimus. Attamen sacrilegus, in maiestatem reus, in mortuos veneficus, siue maleficus, adulter, raptor, homicida, communionem istius muneris separentur. Dat. III. Non. Maij, Rom. Lupicino & Iouino Coss.] sed & illud, quo prohibentur delinquentes damnari ad ludum.

l. 11. de poen. nis. C. Theod.

Iidem f AAA. ad Viuentium P.V. Neminem de numinis nostri sacrario prodeuntem arena suscipiat, lanista doceat, saeva meditatio & pugnatrix exerceat: multa siquidem possunt esse supplicia, quibus culpa plectatur. Dat. v. Id. April. Lupicino & Iouino Coss.]

Cum igitur ex his rescriptis liquidò demonstratur, praefecturam Vrbanam Viuentij contigisse sub Consulatu Lupicini atque Iouini; ex his pariter redditur exploratum tempus obitus Liberij Papae, & creationis Damasi eius successoris, nam sub eiusdem Viuentij praefectura subortum esse saeuum Vrsicini schisma aduersus Damasum, disertis verbis Ammianus

mianus affirmat a. De his igitur pluribus acturi, vt de Liberij obitu primum instituemus orationem, exigit rerum ordo.

Ammianus lib. 27.

De Liberio Papa, quot annis sederit, planè diuersa reperiuntur sententiae, quas siue in codices menda illapsa, siue scriptorum incuria induxerit. Nam in libro de Romanis Pontificibus, annis sex tantum, mensibus sex, & diebus quatuor sedisse legitur; toridemque apud Nicephori Chronicon numerantur vsque ad Felicem. In Cresconiano autem Indice, decem anni, menses septem, & dies tres eiusdem Pontificatui tribuuntur. Ceterum apud Hieronymi Chronicon, ab ingressu Liberij vsque ad Damasi successionem, anni intercedunt decem & octo. At verò habita exactiori ratione ingressus Liberij vsque ad praesentis anni quintum Idus Septembris, dicere opus est eum sedisse annos quindecim, menses quatuor, & diem vnum: nam eius ingressus contigit octauo Idus Maij (vt dictum est) anno Domini trecentesimo quinquagesimo secundo.

OBITVS LIBERII PAPAE.

De eodem autem Liberio haec habentur in libro de Romanis Pontificibus: Hic ornauit de platonis sepulchrum sanctae Agnetis martyris. ] & paulo post: Hic fecit basilicam nomine suo iuxta Macellum Lybiae, alias Liuiae. ] De Macello Liuiano, loco sic dicto in Esquilino colle, est mentio apud Sextum Rufum, & P. Victorem. Porro quod ad eiusdem templi erectionem spectat: ex collatis impensis Ioannis Patritij ea de re per visum admoniti, & miraculo confirmati, descendentes niuibus Nonis Augusti, formamque templi monstrantibus, eam basilicam erectam esse, eiusdem ecclesiae vetera monumenta declarant: verum ipsam ab eius erectore, nomine Liberij nuncuparam esse, Marcellinus presbyter in libello de schismate Vrsicini certam fidem facit. Rursum de Liberio haec in eodem libro de Romanis Pontificibus: Hic fecit ordinationes duas in Vrbe mense Decembris, & ordinauit presbyteros octodecim, diaconos quinque, Episcopos autem per diuersa loca decem & nouem. Qui sepultus est in via Salaria in cœmeterio Priscillae. ]

BASILICA LIBERII.

Remansit posteris Liberij Papae memoria haud ignobilis, sed planè honorificentissima: de qua, vt ab homine huius temporis, eodemque Romano ciue, atque itidem doctrina & sanctitate claro, quique nullo priuato affectu, sed veritatis tantum studio mouetur, testimonium petamus: sanctus Ambrosius b testimonium affert, cum in commentariis de Virginitibus, cui tamquam in auro gemmam voluit eiusdem Liberij Papae intextuisse sermonem, ita praefatur: Quoniam quae habuimus, digessimus superioribus libris duobus; tempus est, soror sancta, ea quae mecum conferre soles, beatae memoriae Liberij praecipua reuoluere; vt quo vir sanctior, eo sermo accedat gratior. Namque is, cum in Saluatoris

LIBERII MEMORIA.

Ambrosius de Virg. lib. 3.

Natali ad Apostolum Petrum virginitatis professionem vestis quoque mutatione signares (quo enim melius die, quam quo Virgo posteritatem acquisiuit?) atque astantibus etiam puellis Dei compluribus, quae certarent inuicem de tua societate: Bonas, inquit, filia, nuptias desiderasti, &c. ] pergit integrum tunc ab eodem Liberio habitum sermonem recensere: vbi post finem haec addit: Haec tecum sanctae memoriae Liberij, quae apud alios maiora verbis, apud te minora exemplis sunt, &c. ] Vt planè appareat, omnem maculam, quam olim exul Arianorum ad tempus communionis, etsi non haereticis prauitate, contraxerat, posteriori illa confessione tempore Concilij Ariminensis prorsus deletam atque omnino fuisse obliuione sepultam. Hinc videas & à Graecis etiam eiusdem temporis sanctissimis atque doctissimis viris Liberium dignis titulis honorari: vnde sanctus Basilius c nominat eum, beatissimum virum, scribens ad Occidentales, Epiphanius d verò, beatum. reperimusque eius memoriam in nonnullis antiquis scriptis codicibus recensitam inter alios sanctos, anniuersario die natali publicè recolendam; ex quibus exscripsit Beda; in cuius Martyrologio VIII. Kalendas Octobris Liberij Romani Episcopi nomen cum aliis sanctis habetur intextum, sed & alibi e cum aliis eiusdem diei sanctis sic versibus decantatum, pridie tamen eius diei, nempe IX. Kalendas Octobris.

LIBERII INTER SANCTOS RELATVS.

Basilius epist. 74.

Epiph. haer. 75.

Martyrol. v. vandelbert. die 23. Sept.

Nonum Thecla tenet rosco perfusa cruore, Liberiusq, dicat Romanam Papa per Vrber, Leuina & Sosius merito splendescit honore. ] Ad haec omnia de Liberio posita, addenda est inscriptio nuper reperta Spoleti in tumulo, exarata totidem verbis ac versibus, vt hic legitur.

D. P. P. ICENTIAE LEGITIMAE NEOPHYTAE DIE. V. KAL. SEP. CONSIGNATAE A LIBERIO PAPA FL. HOSPITIUS MARITVS VXORI BENEMERENTI DVPLICEM SARCOFACVM CVM TITVLO HOC LOCO . . . OE . . . I POSVIT . . . . MARITO . . . . ET

Quod autem audis, consignatam fuisse defunctam à Liberio Papa, per consignationem intelligere debes collatum sacramentum, quod dicimus Confirmationis seu Chrismatis, uti vetus loquendi vsus obtinuit, quod accipi consuevit ab Episcopo suo: cum verò illud ipsa acceperit à Liberio Papa, placuit marito eiusmodi exhibitum ipsi munus à tanto Pontifice, relinquere perpetua memoria sepulchrali lapide consignatum.

DAMASI ELECTIO.

Post obitum Liberij vacasse sedem dies sex, in eiusque locum Damasum Hispanum, Antonij filium, fuisse legitime subrogatum die decima quinta Septembris, consentiunt omnes, Vrsicinum verò postea eodem anno in schismate Pontificem acclamatum. Quae enim olim coeperat in clero Romano dissensio ex substitutione Felicis (licet Liberius eam componere studuisset, recipiens in clero atque vniciens cum aliis eos qui ordinati fuerant à Felice) latenter serpens, noui Pontificis electionis occasione recrudit, dum alij ex parte Felicis, ex parte verò Liberij alij conarentur ordinare Pontificem. Itum est à maiori saniorique parte in Damasi electionem: qui licet fuisset ex parte Felicis, Liberius tamen (vt dictum est) non tantum vna cum aliis eundem receperat in clerum, sed etiam Vicaria praefectura donarat, cum post Concilium Ariminense (vt meminimus) Liberius iterum à Constantio vexatus in suburbii conuentus ageret: quod eiusdem Liberij Acta quantumlibet deprauata testantur, in quibus haec leguntur: Nolite timere, quoniam ego vobiscum non habito in ciuitate Romana: sed habetis Vicarium, ecce fratrem & presbyterum Damasum, cuius testimonium vos mihi perhibetis, &c. ] Ex quibus erroris pariter arguuntur, qui Damasum dicunt ex Diacono creatum esse Pontificem. Senex erat sexagesimum secundum circiter annum agens, cum creatus est Pontifex, quem postquam sedisset annos decem & octo, prope octogenarium decessisse affirmat S. Hieronymus.

Hieron. de Script. Eccles. in Damaso. Scitum est Vrsicinum. Ammianus lib. 27.

Exquisitor

\* Et

\* Sicini

Pars autem aduersa indignè ferens ex communione Felicis electum esse Pontificem, vna cum diaconis Romanae Ecclesiae conspirans, occupansque basilicam Siciniam, creat contra Damasum Vrsicinum diaconum Romanum Episcopum. Qui verò tunc tumul- tus oborti, quæve caedes fuerint in eadem basilica perpetratae, ex Ammiano hic potissimum describamus, licet Ethnicò hominè, & rerum Christianarum haud exacto exploratore. Ipse igitur postquam de praefectura Urbana Lampadij egit, de eius successore Viuentio ita scribit: Aduenit successor eius ex Quæstione Palatij Viuentius, integer & prudens, Pannonius, cuius administratio quæta fuit & placida, copia rerum omnium flucens. Et hunc quoque discordantis populi seditiones terruere cruentæ, quæ tale negotium excitauerunt. Damasus & Vrsicinus supra modum ad rapiendam Episcopalem sedem ardentibus, scilicet studiis asperrimè conflabantur, ad usque mortis vulnerumque discrimina adiumentis vtriusque progressis. Quæ nec corrigere sufficiens Viuentius, nec mollire, vi magna coactus secessit in suburbanum. At in concertatione superauerat Damasus, parte quæ ei faucebat, instante. Constatque in basilica Siciniana, vbi ritus Christiani est conuen- ticulum

A ticulum, vno die centum triginta septem reperta cadauera peremptorum, efferatamque diu plebem ægrè postea delinitam. ] Ponitur in descriptione Urbis basilica Sicini in Regione quinta iuxta forum Esquilinum, longè à Marcello Liuiano, vbi fuisse ponitur basilica Liberij. Sed subdit his Ammianus, ita hostis Christianorum carpens Romanam Ecclesiam:

Pannin. in descript. Urbis. ROM PONTIF. LVXVS REPR. HEN SVS AB AMMIANO.

Neque ego, inquit, abnuo, ostentationem rerum considerans urbanarum, huius rei cupidus, ob impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum iurgari debere: cum id adepti, futuri sint ita securi, vt ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis infidentes, circumspèctè vestiti, epulas curantes profusas, adeo vt eorum conuiuia regales superent mensas. Qui esse poterant beati re vera, si magnitudinè Urbis despecta, quam vitiis opponunt, ad imitationem Antistiti quorundam prouincialium viuissent: quos tenuitas edendi potandique parcissimè, vilitas etiam indumentorum, & supercilia humum spectantia, perpetuè numini verisque eius cultoribus vt puros commendant & verecundos. ] haftenus Ammianus.

Negari quidem minimè potest, deorum cultoribus mouisse inuidiam Christianæ religionis summum Pontificatum adeò insigniter externis quoque splendoribus illustratum, ægroque cultis animo, eo munere fungentem Romanum Episcopum eiusmodi claritudine magis conspicuum apparere, quàm Gentiliæ superstitionis Regem sacrificum, siue alios Pontifices atque sacrificos, iam deorum cultu frugescente, despectos.

ROMANO-RVM PONTIF. IN CVLTV EXTERNO MAIESTAS.

Certè quidem adeò Romæ his temporibus effulgebat Romanorum Christianæ religionis Antistitum decor ac splendor, vt non Ammiani tantum vel ceterorum illi similia commouerit animum; sed & clarissimorum virorum, immò amplissimorum magistratum inuidiam concitarit. Vnde Prætextatus ille nobilissimus Romanorum, quem Proconsulatum gessisse in Oriente horum Imperatorum exordio vidimus, & Viuentio sequenti anno susceptum fuisse in Urbana praefectura, aliisque magistratibus auctum, suo loco dicemus: hic ipse Prætextatus (inquit S. Hieronymus) qui & Consul designatus postea mortuus est, homo sacrilegus & idolorum cultor, solebat ludens beato Damaso dicere: Facite me Romanae Urbis Episcopum, & ero protinus Christianus. ] hæc Hieronymus: vt planè appareat, summo atque regali Christi Ecclesiae sacerdotio regiam quoque magnificentiam fuisse comunctam: quæ cum ab Ethnicò scriptore carpantur, æquè ab hæreticis recentioribus canino dente rabiosius corroduntur, isthæcque ab Ammiano scripta, velut è diuino oraculo prodita, in Romanam Ecclesiam exprobrant: minimè considerantes, antiquam hanc esse calumniam, ab Ethnicis in Christianos omnes illatam, cum

REGIVS SPLENDOR REGALIS SACERDOTII.

(vt ait Terullianus) prodigas eorum cœnas fugillarent, quæ cum à charitate fuerint denominata, quâscumque, inquit, sumptibus consent, lucrum est, pietatis nomen facere sumptus ] siquidem ex eis etiam inopes pascebantur: cum alioqui iidem frequentius ieiunare solerent, ac Romæ potissimum, vbi tribus diebus cuiuslibet hebdomadæ totius anni, excepto tempore Quinquagesimæ, Christianos omnes ieiunare consueuisset, S. Augustinus ad Casulanum scribens disertis verbis affirmat.

Hieronym. epist. 61.

Terull. in Apolog. c. 9.

Sed quod ait Ammianus de profusioribus epulis: considerandum est, causa urgente interdum sanctissimos viros regias cœnas parare solitos. De sancto enim Ambrosio testatur est Vincentius P. Prætorio in Gallis apud S. Martinum, ipsum agentem Mediolanensem Episcopum, consueuisse exhibere conuiuia Praefectis atque Consulibus, & absque dubio digno inuitatis hominibus sumptu, cum tamen haud ipse Ambrosius voluptuosus esset, vel ieiunare prætermitteret, de quo Paulinus tradit, quotidiano ieiunio corpus attriuisset: Cui, inquit, prandendi numquam consuetudo fuit, nisi Sabbatho, & Dominico, vel cum natalitia celeberrimorum martyrum essent. ] Sicque secundum illud Apostoli Scio abundare, & scio penuriam pati ] Apostolici quoque viri, vt Ambrosius atque Damasus, ita nouerunt vitæ institutum attemperare, vt iuxta eiusdem Apostoli sententiam, siue manducarent, Domino manducarent, siue non manducarent, æquè Domini causa non manducarent, omniaque charitate iubente, arbitrio spiritus agerent.

Aug ad Casulan. epist. 86.

SANCTO-RVM CONVIUIA.

Seuer. in dial. Gal. 1.

Paulin. in vit. S. Ambrosii.

Philipp. 4.

Rom. 14.

Sanè quidem magna animi nostri voluptate factum est, quod his fermè diebus, cum hæc eudenda exhiberemus, S. D. N. Clemens Papa v i i i. hoc primo sui Pontificatus exordio inter alia ad disciplinam Ecclesiasticam componendam saluberrimè instituta, quo ceteris hospitalitatis ac in pauperes beneficentiæ exemplo præluceat, quotidiana illi mensæ tredecim ex ipsis veteri instituto parari solita adiecit alteram propè cœnaculum

CLEMENTIS PP. VIIII. DIGNVM EXEMPLVM.



lum suum pauperibus peregrinis potissimum è remotioribus regionibus in Vrbe confluentibus in singulos dies parandam: è sua enim oppiparè referta dapibus, iisdem sacro ritu ex more sanctificatis, sedens ipse arbiter continentiae, delectumque adhibens, pretiora quaeque ac lautiora iubet afferri pauperum mensae, vilioribus sibi retentis ac modicis: tanto solum iudicans dignos honore Dei seruos, ipsos pauperes, Christi vicem agentes, Vicarius ipse Christi, & seruus seruorum Dei. At hæc obiter, occasione Ethnicorum fugillantium lautas mensas Romanorum Pontificum, dicta sunt.

ADVERSUS CLERICOS DELICIOSOS. Hieron. in Mich. sam. cap. 2.

Matth. 22

Al. 6.

Ceterum quod ad propositam rem spectat: sicut sanctissimos viros omnia sua ad spiritus regulam moderantes, dignos laude censemus; ita illos improbandos damnandisque putamus, qui carni indulgentes, de Christi patrimonio opsonantur: aduersus quos iusta est S. Hieronymi ista reprehensio: Sed & Ecclesiae quoque principes, qui deliciis affluunt, & inter epulas atque lasciuias pudicitiam seruare se credunt, propheticus sermo describit quod eiiciendi sunt è spatiosis domibus, lautisque conuiuibus, & multo labore epulis conquisitis; & eiiciendi propter malas cogitationes & opera sua. Et si vis scire quod eiiciendi sunt, Euangelium lege: In tenebras scilicet exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. An non confusio & ignominia est, Iesum Christum crucifixum, magistrum, pauperem & esurientem fartis praedicare corporibus, ieiuniorumque doctrinam rubentes buccas tumentiaque ora proferre? Si in Apostolorum loco fumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conuersationem quoque & abstinentiam amplectamur. Sanctum utique est & Apostolicum ministerium, viduis & pauperibus ministrare. Non oportet, inquiunt, dimisso verbo Dei, ministrare nos mensis. At nunc non dico pauperes, non dico fratres, & qui rursus inuitare non possint (ex quibus, excepta gratia, nihil aliud Episcopalis speret manus) sed militantes & accinctos gladio, & Iudices, excubantibus ante fores suas Centurionibus & turmis militum, Christi sacerdos inuitat ad prandium. Tota clerici Vrbe discursant, quaerunt exhibere Iudicibus quæ illi in praetoris suis aut inuenire non possunt, aut certè inuenta non coemunt. Nec verò arbitrandum, quod generaliter ad omnes hæc dirigatur inuectio, sed quod eos qui tales sunt, pulser sermo propheticus, & comminetur eis supplicia & tenebras sempiternas: ut qui pudore & verecundia non tenentur, agant poenitentiam saltem comminatione poenarum. ] hucusque Hieronymus, haud dubiè ab hac obiurgatione excipiens Damasum, quem mille locis sanctissimum praedicat. Sed ad schisma Vrsicini, è quo diuagata est oratio reuocetur.

MARCELLINVS ET FAVSTINVS SCISMATICI.

REPELLVNTVR MENDACIA IN DAMASVM ACERVATA.

Vrsinus

Ruffin. lib. 2. cap. 10.

De eo schismate complura scripta habentur à Marcellino Romano presbytero in eo libello, quem vna cum Faustino diacono obtulit Theodosio Imperatori. Sed cum constet, cum bis fuisse schismaticum, adharentem nimirum primo Vrsicino pseudopontifici, ac postea Luciferianis, ea in hac causa fides illi adhibenda est, quæ latronibus solet accusantibus eos, quos ipsi fuerint deprædati. Quis enim ipsum duxerit audiendum de Damaso, qui & in alios Orthodoxos fuerit contumeliosus, atque etiam in S. Hilarium Pictauiensem Episcopum calumniosè æquè ac audacter insultet? Porro res Damasi & Vrsicini publicis iudiciis sæpe discussæ ac ventilatæ, adeò exploratæ sunt redditæ atque perspicuæ, vt Imperatores ipsi sæpius ad Vrbis Praefectos pro Damaso aduersus Vrsicinum eiusque gregarios reperiantur dedisse rescripta, quæ suis locis, secundum tempus quo scripta sunt, sigillatim reddemus inferius.

Sed illud in primis est redarguendum mendacium, quo dicunt, primitus Vrsicinum, ac subinde Damasum post dies septem esse creatum Romanum Pontificem, occupasseque basilicam Lateranensem, atque inde impetum fecisse in basilicam Iulij. Nam his manifestè aduersatur S. Hieronymus, quem hisce ipsis temporibus Romæ fuisse monstrabimus. Ipse enim in Chronico contrarium penitus astruit, dum sic ait: Damasus trigessimus quintus Romanæ Ecclesiae ordinatur Episcopus. Post multum temporis spatium (vel vt alij legunt) post non multum temporis spatium, Vrsicinus à quibusdam Episcopus constitutus, Sicininum cum suis inuadit: à quo, Damasi partem populo confluyente, crudelissimæ interfectiones diuersi sexus perpetratæ. ] Affirmat hoc ipsum Ruffinus, qui etsi fortè Romæ non erat, res tamen sui temporis vulgaras vbique conscripsit. Sed mox hic eiusdem Ruffini de oborto schismate integram ipsam sinceramque narrationem subiiciemus.

Verum & eo quoque impudentiæ adactus est ipse ab Ecclesia & à Deo diuisus, effertus

A tus schismaticus Marcellinus, vt arguens Damasum, affirmet fuisse sanctissimum hominem, in eumque tot caedium immaniter patrarum culpam reiciat: ab ipso enim concitatos esse milites ait in sectatores Vrsicini. At vt hæc omnia apertius resellantur, in primis quæ scripta sunt eo argumento à Ruffino, hic describamus: Damasus, inquit, post Liberium per successionem sacerdotium in vrbe Romana suscepit. Quem prelatum sibi non ferens Vrsicinus quidam eiusdem Ecclesiae diaconus, in tantum furoris erupit, vt persuaso quodam satis imperito & agresti Episcopo, collecta turbulentorum & seditiosorum hominum manu, in basilica quæ Sicinini appellatur, Episcopum in se fieri extorqueret, legibus & ordine & traditione perueris. Quo ex facto tanta seditio, immò verò tanta bella coorta sunt, alterutrum defendentibus populis, vt replerentur humano sanguine orationum loca. Quæ res factione Maximi Praefecti, seu hominis, ad inuidiam boni & innocentis versa est Sacerdotis: ita vt causa clericorum vsque ad tormenta duceretur. Sed assertor innocentie Deus affuit, & in caput eorum qui intenderant dolum, poena conuersa est. ] hæc Ruffinus: eadem quoque Græci habent, nempe Socrates, Sozomenus, Nicephorus, & alij. Quinam autem fuerit rudis ille & agrestis Episcopus, qui ausus est Vrsicino manus imponere, Marcellinus in libello, quem scripsit, expresse nominat, aitque fuisse Paulum Episcopum Tiburtinum, quo quidem vno argumento, etsi reliquæ decissent pro causa Damasi defensiones, satis superque declaratur, Vrsicinum fuisse schismaticum: cum ex his quæ ex S. Augustino & aliis superius dicta sunt, liquido constet, non alterius Episcopi quam Ostiensis fuisse, manus imponere super electum Romanum Pontificem.

ALTAR CALVMNIAR MARCELLINI IN DAMASVM.

Vrsinus

Maximini

Socrat. lib. 4. cap. 24. Sozom. lib. 6. cap. 21. Niceph. lib. 11. cap. 30.

Quod autem spectat ad Maximum, seu potius Maximinum (sic enim eum nominat Ammianus) cuius scuitiam redundasse in inuidiam & odium Damasi Papæ, Ruffinus & alij citati nuper auctores testantur: fuisse quidem ipsum, cum Vicariam praefecturam, & Annonariam, ac postea Praetoriam administraret, truculentum ciuium Romanorum carnificem ad omne immanitatis genus exercendum egregiè comparatum, pluribus idem Ammianus testatur, qui & eius in ciues Romanos diras recenset carnificinas. Porro ea quæ in Vrsicini sectatoribus visus est iste acerbius perpetrasse, in Damasi inuidiam, cuius defensionis causa ille militum gladios cruentasset, obrestantes schismatici conuerterunt: adeò vt ea de re numquam desuerint etiam post obitum Valentiniani apud Theodosium queritari iisdem Marcellinus & Faustinus. Porro Damasi incredibilis animi mansuetudinis locuples testis est S. Hieronymus, qui tunc agens in Vrbe erudiebatur rhetoricis disciplinis, ipse enim cum ad Innocentium amicum scribens, de muliere septies icta historiam enarrasset, in fine hæc de Damaso habet: Romanum Episcopum iam penè factionis laqueis ireritum & vicisse aduersarios, & non nocuisse superatis. ] Quid amplius? S. Ambrosius & ipse Romanus, & Romæ adhuc in paterna domo cum Marcellina sorore ac fratre Satyro agens, scribens postea alia occasione ad Valentinianum iuniorum Imperatorem, cum de Damaso Papa obiter incideret mentio, sic ait: Damasus Romanæ Ecclesiae sacerdos iudicio Dei electus. ] ita ipse.

MAXIMINI SAEVITIA REDVNDAT IN DAMASVM.

Ammianus lib. 28.

Hieronym. epist. 49.

Ambros. epist. 30.

DAMASVS ACCVATVR ADVLTERRII.

Hieron. epist. 30. Theod. lib. 5. cap. 2. Socrat. lib. 4. cap. 27. Sozom. lib. 6. cap. 28. Niceph. lib. 11. cap. 20.

Ceterum quod eius legitima ordinatio nulla posset inuidientium hostium labefactari calumnia, eademque nota esset & magistratibus & Imperatori: schismatici ad falsas eademque turpissimas accusationes conuersi sunt, vt litteræ Valentiniani Aug. inferius suo loco recitandæ declarant. Adulterij enim sanctissimum ac purissimum virum accusarunt, quem S. Hieronymus virginem, Ecclesiaeque virginis doctorem appellat ad Pamphiliu scribens, eiusque mores eximios Græci pariter praedicant. Sed de his alias in eius obitu. Hæc quidem nos de legitima Damasi electione, eiusque morum integritate haud otiosè voluimus ex certis ac probatis testibus inculcasse, ipsoque eiusdem Pontificatus ingressu lectori ob oculos posuisse, quod sciamus, leuissimos quosdam, nulla rerum habitata diligentiori peruestigatione, vna lectione libelli Marcellini schismatici, Damasi hostis implacabilis, imprudenter nimis ac potius stolidè primas detulisse Vrsicino, quem non solum fuisse tradunt verum legitimumque Romanum Pontificem, sed & moribus planè sanctissimum: neque erubuerunt post tot sæcula, hominem in publico sanctorum Patrum consessu damnatum, legibus Imperatoris sæpe proscriptum, Catholicis omnibus vt monstrum ostentui habitum, adeo imprudenter ac temerè commendare; condemnare verò sunt ausi S. Damasum à sacro Concilio probatum, rescriptis Imperatoris ab oppressoribus vindicatum, antiquorum omnium praconio laudatum, toti orbi Catho-

Catholico communicatione coniunctum, vitæque moribus insignem atque perspicuum, A miraculis etiam illustratum, ac denique vniuersæ Catholicæ consensu Ecclesiæ à tempore obitus in hanc diem anniuersaria memoria celebratum. Sed iam ad rei gestæ historiam reuertamur.

PLEBS IN- CITATA FALSA SPE MARTYRII.

Vt autem furens plebecula aded animata, libens volensque in militum gladios se ab illis trucidandam timoris expers immitteret: schismaticorum tuba illo furoris adegit, qua velut classico clangebant ac clamitabant, tempus esse martyrij, nec timendos eos, qui corpus occiderent: Quibus illa incauta decepta, eo auidius ruebat in cædem, quo ex suis alios se ad martyrij coronam præcessisse putabat, damnum existimans, ad cælestia præmia ab aliis anteuerti. Id quidem ex ipso schismaticorum libello Marcellini atque Faustini colligitur, quem antiquitus scriptum Vaticana bibliotheca nobis exhibuit. Quo modo autem idem schismatici sæpe multati, ab Vrbe pulsati, atque iterum impertita venia ab Imperatore restituti, ac postea denuo tumultuantes longius fuerint ablegati, dicemus suis locis inferius, annis, vt sunt gesta, sequentibus: haud enim fuit istiusmodi vnus anni negotium, sed decem & octo annis, quoad vixit Damasus, numquam desinit pertinacia schismaticorum, quantum ipsis licuit, eundem sanctum Pontificem grauiter exagitare. Iam verò quæ huius anni reliqua sunt, ordine prosequamur.

GRATI- ANVS AVGV- STVS. Socrus lib. 4 cap. 10.

Hoc eodem anno, iisdem Coss. Lupicino atque Iouino, IX. Kalend. Septembris, Gratianum Valentiniani filium, à patre creatum esse non modò Cæsarem, sed & Augustum, Socrates a tradit. Sed cum constet ex rescriptorum titulis superius recitatis, datisque mensibus Aprilis ac Maij, inter Imperatores legumlatores nominari quoque Gratianum, planè patet, huius anni ferme principio eam summam dignitatem ipsi collatam esse: fecisse id tamen ipsum Valentinianum, postquam crebris pulsatus febribus vix ex insperato conualuisset, Ammianus b affirmat, qui Gratianum fuisse ætate adulto proximum ait; immò iam adultum fuisse, Valentinianus ea oratione, quam tunc habuit coram exercitu, palam testatus est.

EXQUISITA CRVDELLITAS IMPERATORIS.

His proximè subdit idem Ammianus de quibusdam iniuste iussu Imperatoris à magistratu necatis, & à Christianis (vt ait) instar martyrum cultis: Eminuit, inquit, per id tempus inter alias humilium neces mors Dioclis ex Comite largitionum Illyrici, quem ob delicta leuia flammis iussit exuri, & Diodori ex Agente in rebus, triumque apparitorum potestatis Vicariæ per Italiam ob id vexatorum atrociter, quòd apud eum questus est Comes, Diodorum quidem aduersus se ciuilitè implorasse iuris auxilium, officiales verò iussu Iudicis aulos monere proficiscentem, vt responderet ex lege. Quorum memoriam apud Mediolanum colentes nunc vsque Christiani, locum vbi sepulti sunt, Ad innocentes appellant. Dein cum in negotio Maxentij cuiusdam Pannonij ab executione à Iudice rectè maturari præcepta, trium oppidorum ordines maclari iussisset, interpellauit Euphraxius tunc Quæstor: & parcius, inquit, agito piissime Principum: hos enim, quos interfici tamquam noxios iubes, vt martyras, id est, diuinitati acceptos colit religio Christiana. ] hætenus Ammianus. At parum tutum est, externo homini res nostras scribenti fidem haud dubiam in omnibus adhibere. Nulla enim in Mediolanensi Ecclesia tradita posteris memoria extrat, vt iniuste hi ab Imperatore damnati, fuerint inter martyres recensiti.

Ammianus lib. 27.

De sæuitia rursus Imperatoris hæc paulo superius Ammianus c: Et quamquam Valentinianus, homo propalam ferus, inter imperadi exordia, vt asperitatis opinionem molliret, impetus truces retinere nonnunquam in potestate animi nitebatur: serpens tamen Evitium & dilatatum aliquandiu licentius erupit, ad perniciem plurimorum: quod auxit ira acerbius efferuescens. ] Cum enim præferret prauorum morum correctorem; eius quoque ministri sæpe, omni æquitate posthabita, ad summam seueritatem iura sæuire permiserunt. Nam præter eos, quos gladius vindex magiæ reos, eius criminis leuiter suspectos, ab Ammiano recensitos abstulit; incredibilibus etiam quæstionibus & cædibus exagitati sunt illi, quos adulterij vel stupri causa apparitores Præsidum inscripserunt: nec quidem viles tantum personæ, sed nobiles; nec in prouincijs solùm, sed Romæ: quod idem Ammianus d deplorat, cum ait: Nec minus feminæ quoque calamitatum participes fuere similibus. Nam ex hoc quoque sexu peremptæ sunt virgines aliæ, complures adulteriorum flagitijs obnoxia, vel stuprorum, inter quas notiores fuere Claritas & Flauiana, &c. ] subdit postea de Rufina adulterij rea, Hesychia matrona, Faustiana,

SEVERVM IVDICIVM ADVERSVS ADVLTROS. Ammianus lib. 28.

A Faustiana, & Anepsia, eadem ex causa Romæ morte multatis, vel spontanea nece peremptis.

At superavit omnes hos casus sæuitia illa aduersus Christianam feminam Vercellensem exhibita, cum postulata esset rea, sed innocens, criminis adulterij. Rem gestam perpetua dignam memoria luculento stylo S. Hieronymus a prosecutus est eadem epistola ad Innocentium, in qua de Damasi victoria aduersus schismaticos agit: vt appareat hæc ipsa eodem ferme tempore contigisse. Rem ergo sic aggreditur:

VERCELLENSIS MULIER INNOCENS ACCVSATA ADVLTERRIT. Hier. ep. 49.

Igitur Vercellæ Ligurum ciuitas haud procul à radicibus Alpium sita, olim potens, nunc raro est habitatore femiruta. Hanc cum ex more Consularis inuiseret, oblatam sibi quamdam mulierculam vnà cum adultero (nam hoc crimen maritus impegerat) pœnali carceris horrore circumdedit. Neque multo post cum liuidas carnes vngula cruenta pulsaret, & fuleatis lateribus dolor quæreret veritatem: infelicissimus iuuenem, volens compendio mortis longos cruciatus vitare, dum in suum mentitur sanguinem, accusauit alienum, solusque omnium miser merito iussus est percuti, quia non reliquit innoxia, vnde posset negare.

ADOLESCENS INNOCENS CREDIT TORMENTIS.

At verò mulier, sexu fortior suo, cum equuleus corpus extenderet, & sordidas fetore carceris manus post tergum vincula cohiberet, oculis, quos tantum terror alligare non poterat, suspexit ad cælum, & volutis per ora lacrymis: Tu, inquit, testis es, Domine Iesu, cui occultum nihil est, qui es scrutator renis b & cordis; non idèd me negare velle, ne peream; sed idèd mentiri nolle, ne peccem. At tu miser homo, si interire festinas, cur duos interimis innocentes? Equidem & ipsa cupio mori: cupio inuisum hoc corpus exuere, sed non quasi adultera: præsto iugulum; micantem intrepida excipio mucronem; innocentiam tamen mecum feram. Non moritur quisquis victurus occiditur.

Psalm. 7.

Igitur Consularis, passus cruore luminibus, vt fera, quæ gustatum semel sanguinem semper sinit, duplicari tormenta iubet; & sæuum dentibus frendens, similem carnifici minatus est pœnam, nisi confiteretur sexus infirmior, quod non poterat robur virile roticere. Succurre, Domine Iesu: ad vnum hominem tuum complura sunt inuenta supplicia. Crines ligantur ad stipitem: & toto corpore ad equuleum fortius alligato, vicinus pedibus ignis apponitur: vtrumque latus carnifex fodit, nec papillis dantur induciæ. Immota mulier manet, & à dolore corporis spiritu separato, dum conscientia bono fruitur, vetuit circa se sæuire tormenta. Iudex crudelis quasi superatus attollitur: illa Deum deprecatur. Soluuntur membra compagibus: illa oculos ad cælum tendit. Quasi de communi scelere alius confitetur: illa pro confitente negat, & periclitans ipsa alium vindicat periclitantem. Vnà interim vox est: Cæde, vre, lacera: Non feci. Si dictis tollitur fides: veniet dies, quæ hoc crimen diligenter discutiat: habeo Iudicem meum.

TORQVETVR DIX INNOCENS FEMINA.

Iam lassus toror suspirabat in gemitum, nec erat nouo vulnere locus. Iam victa sæuitia corpus, quod laniarat, horrebat. Extemplo ira percitus Consularis: Quid miramini, inquit, circumstantes, si torqueri mulier mauult, quam perire? Adulterium certè siue duobus committi non potuit: & esse credibilius reor, noxiam ream negare de scelere, quam innocentem iuuenem confiteri. Pari igitur prolata in vtrumque sententia damnatos carnifex trahit. Torus ad spectaculum populus effunditur, vt prorsus quasi migrare ciuitas putaretur: stipatis prouens portis turba densatur. Et quidem miserimi iuuenis ad primum statim ictum amputatur gladio caput, truncumque in suo sanguine volutatur cadauer. Postquam verò ad feminam ventum est, & flexis in terram poplitibus, super trementem ceruicem micans elcuarus est gladius, & exertam carnifex dexteram totis viribus concitauit: ad primum corporis tactum stetit mucro letalis, & leuiter perstringens cutem, rasuræ modicæ sanguinem aspergit. Imbellem manum percussor expauit, & victam dexteram, gladio marcescente, miratus, in secundos impetus torquet: languidus rursus in feminam mucro dilabitur, & quasi ferrum eam timeret attingere, circa ceruicem torpet innoxiam. Itaque furens & anhelans listor, paludamento in ceruicem retorto, dum totas expedit vires, fibulam quæ chlamydis mordebat oras, in humum excussit, ignarusque rei ensẽm librabat in vulnus.

ADOLESCENS CAPITE PLECTITVR, FEMINA FRVSTRA PERCVITVR.

E tibi, ait mulier, ex humero aurum ruit: collige multo quæsitum labore, ne pereat. Proh, rogo, quæ est ista securitas! Impendentem non timet mortem: lætatur percussa: carnifex pallor: oculi gladium non videntes, fibulam vident: & ne parum esset quod non formidabat interitum, præstat beneficium sæuienti. Iam igitur & tertius ictus sacramentum frustra-

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 4.  
367. I. VALENTIS

frustratus erat Trinitatis: iam spiculator exterritus, & non credens ferro mucronem aprabat in iugulum, ut qui secare non poterat, saltem premente manu, corpori concederetur. O omnibus res inaudita saculis! Ad capulum gladius reflectitur, & velut dominum suum victus aspiciens, confessus est, se ferire non posse. Huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidus flammarum globos hymnos<sup>a</sup> edidere pro fletibus, circa quorum saraballa sanctamque caesariem innoxium luit incendium. Huc beati Danielis<sup>b</sup> reuocetur historia, iuxta quem adulantibus caudis praedam suam leonum ora timuerunt. Nunc Susanna nobilis fide omnium subeat mentibus, quae iniquo damnata iudicio, Spiritu sancto puerum replente, saluata est. Ecce non dispar in vtraque misericordia Domini. Illa liberata per Iudicem, ne iret ad gladium: haec a Iudice damnata, absoluta per gladium est.

<sup>a</sup> Dan. 3.

<sup>b</sup> Dan. 13.  
14.

PRO PVLVS  
PRO INNO-  
CENTE PE-  
MINA IN-  
SVROIT.

Tandem ergo ad feminam vindicandam populus armatur: omnis aetas, omnis sexus carnificem fugat, & ceterum in circulum coeunte exclamat. Non credit penes vnusquisque quod videt. Turbatur tali nuncio vrbs propinqua, & tota licitorum turba glomeratur. E quibus medius, ad quem damnatorum cura pertinebat, crumpens, & canicem immundam perfuso puluere turpans: *Quin meum, inquit, o ciues petitis caput? me illi vicarium datis? Si misericordes, si clementes estis, si vultis seruare damnatam: innocens certe perire non debeo. Quo fletu vulgi concussus est animus, mæstusque se per omnes torpor in sinuat: & mirum in modum voluntate mutata, cum pietatis fuisset quod defendeant; pietatis visum est genus, ut paterentur occidi. Nouus igitur ensis, nouus percussor apponitur. Stat victima, Christo tantum fauente munita; semel percussa concutitur, iterum repetita quassatur, tertio vulnerata prostermitur. O diuinæ potentiae sublimanda maiestas! quæ prius fuerat quarto percussa nec læsa, idem post paululum visa est mori, ne pro ea periret innoxius.*

CLERICI  
EVNVS CV-  
RANT EX-  
MORE.

<sup>c</sup> Psal. 117.

Clerici, quibus id officij erat, cruentum linteo cadauer inuoluunt, & fossam humum lapidibus construunt, ex more tumulum parant. Festinato Sol cursu occasum petit, & misericordia Domini celeriori cursu naturæ nox aduenit. Subito feminæ palpitans pectus, & oculis quærentibus lumen, corpus animatur ad vitam. Iam spirat, iam videt, iam subleuatur & loquitur: iam in illam potest vocem erumpere: Dominus<sup>c</sup> auxiliator meus: non timebo quid faciat mihi homo. Anus interim quædam, quæ Ecclesiæ sustentabatur opibus, debitum cælo spiritum reddidit; & quasi de industria, ordine currente rerum, vicarium tumulo corpus operitur. Dubia adhuc luce, in licore diabolus occurrit, quærunt cadauer occisæ, sepulchrum sibi monstrari petit: viuere putat, quam mori potuisse miratur. Recens à clericis cæspes ostenditur, & dudum superinecta humus cum his vocibus ingeritur flagitanti: Erue scilicet ossa iam condita: infer nouum sepulchro bellum: & si hoc parum est, auius ferisquæ lanianda membra discerpe. Septies percussa debet aliquid plus morte perpeti.

CVRATVR  
SEPTIES  
ICTA MV-  
LIER.

Tali ergo inuidia carnifice confuso, clam Domini mulier refocillatur. Et ne forte creber medici ad ecclesiam com meatus suspitionis panderet viam; cum quibusdam virginibus ad secretiorem villulam, secundo crine transmittitur. Ibi paulatim, virili habitu veste mutata, in cicatricem vulnus obducitur. Et o verè: Ius summum, summa malitia. post tanta miracula adhuc fauunt leges. En quo me gestorum ordo pertraxit. ] hactenus S. Hieronymus, planè detestans seuerissimi Principis per ministros crudeliores fauientem nimium in persequendis delictis ardorem, quo innocentes quoque interdum puniri contingeret. Alumna hæc erat femina S. Eusebij eius ciuitatis Episcopi: quam ad tantam cum innocentia iunctam constantiam sanctus Præsul cum verbis, tum etiam vitæ exemplo firmiter informarat.

Hæc omnia cum rescisset S. Damasus Romanæ Ecclesiæ Pontifex, admonitus, puto, à clericis ipsius Vercellensis Ecclesiæ, sollicito studio pro impetranda feminæ salute apud Imperatorem seuerissimum egit. Testatur id quidem ipse Hieronymus in fine eiusdem epistolæ, vbi reddito certiore Innocentio, ad quem scribit, de rebus Mediolani gestis ab Euagrio aduersus Auxentium, de Damaso hæc mox subdit: Romanum Episcopum iam penè factionis laqueis irretitum & vicisse aduersarios, & non nocuisse superatis:

<sup>d</sup> Virg. 4.  
Georg.

*Verum hæc ipse quidem spatij disclusus iniquis  
Prætereo, & aliis post me memoranda relinquo.*

præsentis tantum rei sine contentus sum: Imperatorem de industria adit, precibus fatigat,

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 4.  
367. I. VALENTIS

A tigtat, merito lenit, sollicitudine promeretur, ut redditam vitæ redderet libertati. ] hactenus Hieronymus de Damaso & muliere ad Innocentium, quem illum ipsum esse putamus eiusdem Hieronymi pernecessarium, in peregrinatione comitem, & in eremo Syriæ contubernalem, vbi & deplorauit extinctum, cum ad Ruffinum sic de ipso postea scripsit: Innocentium partem animæ meæ repentinus febrium ardor abstraxit. ] At de his modo satis: iam verò ad reliquas anni huius res gestas orationem conuertamus.

<sup>e</sup> Hieron. epi-  
sol. 41.

Quod autem spectat ad res Orientales: hoc anno pariter, iisdemque Coss. (inquit Socrates<sup>b</sup>) grando magnitudine inusitata, lapidibus similis, Constantinopoli decidit. Est quidem multis in ore, illam grandinem, Deo irato, quod multi sacerdotes, qui cum Eudoxio communicare recusauerant, essent ab Imperatore relegati, dilapsam fuisse. ] hæc ipse. Complures quoque homines eadem grandine necatos esse, S. Hieronymus in Chronico hoc ipso anno quarto horum Imperatorum affirmat. Equidem Valentis temporibus diuersis cladibus sæpe afflictatus est Oriens; nam præter maris eruptionem, & terramotus ingentes, quos diximus, alij pariter subsecuti sunt vehementes tremores terræ; famæque dira prouincias sæpe vexauit: nec Constantinopolis tantum, sed aliæ quoque prouinciæ eadem affectæ sunt clade, ut Cappadocia: cuius rei testis est celebris illa oratio, De plaga grandinis, inscripta, dictaque coram patre mærente à Gregorio Nazianzi: etenim his propemodum diebus, reuersus ex eremo, prædicationis munus, pastoremque functionem nomine patris obiuit: quo etiam sensu pastorem se & pastorem principem nominat, non ita tamen quod fuerit Episcopus Nazianzenus, vel Sasimorum, sed quod (ut dictum est) apud parentem senem munere pastoris fungeretur, principemque locum in populo publicè docendo teneret. ob id, inquam, ibi ait: Hunc populum mihi compone (*parentem alloquitur*) mihi scilicet alumno disciplinæ tuæ, deinde pastori, nunc autem principi quoque pastori. ] licet Niceta hæc referat ad tempus postquam Sasimorum est creatus Episcopus. Quod autem Socrates ait, creditum, ex proscriptione Episcoporum, viciscenre Deo, immisam plagam grandinis; inficias nemo ierit, ab anno superiori (ut vidimus) cceptam esse Arianorum sub Valente persecutionem, eamque latioribus in annos singulos incrementis auctam: verum ipsam Catholicorum Episcoporum proscriptionem non nisi post annum sequentem inchoatam esse, suo loco apertius innotescet.

PLAGA  
GRANDI-  
NIS.  
<sup>f</sup> Socras. lib.  
4. c. 10.

At non plaga tantum grandinis hisce temporibus complures Orientis regiones dirè vexauit, sed quæ secuta est fames ingens, tum alios, tum præcipuè Cappadocas magnopere exagitauit. Cum Cæsareæ Cappadociæ S. Basilij adhuc præbyteri, sed post Episcopum primi, enituit in alendis pauperibus magna sollicitudo charitati coniuncta; de qua hæc Gregorius Nazianzenus: Fames grassabatur, & quidem post hominum memoriam atrocissima: languebat ciuitas, nec ex vilo loco auxilium afferebatur, nec vlla calamitatis medicina. Nam maritimæ quidem vrbes eiusmodi rerum penuriam facile susceperunt, dantes nimirum ea quibus affluunt, ac vicissim ea quibus carent à mari accipientes. At nos, qui procul à mari degimus, nec ex iis rebus quibus abundamus, vtilitatem vllam capimus; nec ea quibus egemus, vlla arte comparare possumus; ut qui nec ea quæ habemus, exportare; nec ea quibus caremus, importare queamus. Sed in huiusmodi malis nihil grauius atque acerbius, quàm crudelitas, cupiditasque inexplebilis eorum qui rei frumentariæ copia circumfluunt: Observant enim temporum difficultates, atque ex annonæ penuria lucrum captant, & ex aliorum calamitatibus messem faciunt: nec illud audientes, cum<sup>d</sup> qui pauperes commiserentur, Deo fœnori dare: nec rursus illud, cum<sup>e</sup> qui frumentum abscondit plebi, execrabile esse, &c. ] At quid tunc Basilij? Subdit Gregorius: Pauit omnes: Et quonam pacto? Audi.

<sup>g</sup> Gregor. Na-  
zian. orat. in  
laud. Basil.

<sup>d</sup> Proh. 19.

<sup>e</sup> Eccl. 29.

<sup>f</sup> Gregor. Na-  
zian. ibidem.

<sup>g</sup> Isai. 58.

Apertis enim oratione sua & cohortatione locupletum horreis, facit quod est in Scriptura: Cibum esurientibus frangit, panibusque pauperes fatiat, alitque eos in fame, atque esurientes animas implet bonis. Quo tandem modo? neque enim ad laudis cumulum hoc parui momenti est. Nam cum eos quos fames vulnerauerat, in vnum coegisset, nonnullos etiam spiritum ægrè trahentes, viros, feminas, puerulos, senes, omnem ætatem commiseratione dignam: omnia ciborum genera, quibus fames depelli solet, corrogans, atque ollas pulmentariorum, salisque nostratis opsonij, atque ad leuandam famem pauperum accommodati, plenas proponens: ac deinde Christi, qui linteo præcinctus discipulorum pedes nequaquam lauare grauabatur<sup>h</sup>, ministerium imitans, simulque puerorum siue conseruatorum suorum ad eam rem opera vtens, corpora pauperum animasque

<sup>h</sup> Ioan. 13.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 4. 367.

Gregor. Nysf. orat. in Iana. Basilij.

curabat, honorem cum necessario alimento connectens, ac dolorem eorum vtrinque le-

IESV CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 5. ANNVS ANNVS VALENTIS 368. 2.

DRAEF- CTURA PRABTE- XTATI. Ammiano lib. 27.

Vrsino

Annus sequitur Christi trecentisimus sexagesimus octauus, adscriptus publicis Fa-

De expulsiōne verò Vrsicini ab Vrbe facta à Prætextato (vt ex Ammiano dictum est)

RESCRI- PTVM DE REDDEN- DA BASILI- CA DAMA- SO.

Imp. Prætextato. Dissensionis auctore sublato, omnis causa discordiæ sopienda est;

RESCRI- PTVM DE REDDEN- DA VRBE SCHISMA- TICIS.

Ea nobis innata est moderatio, vt publicam disciplinam sine cuiusquam calamitate

Inn.

Abe

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 5. 368. 2. VALENTIS

A Abc\* Prætextate carissime. Nobis licet iusta videatur fuisse vindicta, quæ illi tumul-

\*Auc RESCRI- PTVM DE INDVI- GENTIA.

Hoc eodem anno sub eadē præfectura Prætextati contigisse cladem Moguntiaē illatam

CLADES MOGNTI- NA. Ammiano lib. 27.

Sed & Oriens rursus terræmotibus hoc anno in Asia vexatus est, & nō sine diuino quo-

TERRÆ- MOTVS IN ORIENTE. Socrat. lib. 4. cap. 10.

Quod verò ad Nicænum terræmotum spectat: occasione Cæsarij fratris, qui ibi tunc

CAESARIVS FRATER GREGORII LIBERATVS. Gregor. Nazian. orat. in laud. Casary.

Annal. Eccl. Tom. 4.

S 3

taret.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI  
368. 2. VALENTIS IMP. 5.

taret. Atque hoc & in animo habebat, & votis omnibus exoptabat, quemadmodum A mihi per litteras confirmavit, cum hanc occasionem ad eum admonendum arripuissem: quod nec unquam facere desisti, molestè ferens illius indolis præstantiam in vilioribus studiis versari, tamque philosophicam animam in rerum publicarum administratione volutari, ac velut Solem nubibus obduci. ] hæc Gregorius, cuius eo argumento tunc ad Cæsarium scripta epistola adhuc extat digna Gregorio: quam his attexere, iucundum putamus fore lectori: est autem huiusmodi<sup>a</sup>:

<sup>a</sup> Gregor. Nazian. epist. 16  
EPISTOLA  
GREG. AD  
CÆSARIUM  
FRATREM.

Ne ipsi quidem timores prudentibus viris inutiles sunt, quin potius mea quidem sententia valde commodi & salutares. Nam etsi votis omnibus eos arcemus, venientibus tamen crudimur. Ægra enim & afflicta anima vicina est Deo, ut eximie alicubi loquitur Petrus: atque omnis qui periculum effugit, maiori necessitudine cum eo coniungitur, à quo salutem est consecutus. Proinde non quia calamitatis participes fuimus, agro animo sumus: sed quia è periculo extracti sumus, gratias agamus: nec alios nos Deo inter pericula, & alios post pericula exhibeamus. Verum siue peregrè agentes, siue priuatam vitam ducentes, siue publica negotia gerentes (sic enim loquendum est, nec prætermittendum) eum sequamur; à quo salutem accepimus, atque ad illius partes nosmet adiungamus, parva & humi repentia parum curantes. Atque historiam quamdam posteris demus tum ad gloriam nostram, tum ad animæ utilitatem amplam & præclaram, quæ etiam ipsa utilissimo documento plerisque sit: nimirum periculum securitate, & calamitatem rebus secundis potiorum esse, magisque expetendam: siquidem antè timores mundo addicti eramus, post timores autem Deo nos addiximus. Fortasse graues tibi ac molesti esse videmur, qui de his rebus sæpius ad te scribamus: & sermones nostros non admonitionem, sed ostentationem esse æstimas. Quare de his rebus verborum satis. Nos C verò, scias velim prompto animo esse, atque exoptare potissimum quidem tecum esse, ut de salute tua tibi gratulemur, ac de his rebus perfectius differamus: sin minus, at certe ut te hic primo quoque tempore reducem videamus, atque vnà tecum in grati animi significationem festum diem agamus. ] hucusque Gregorius ad Cæsarium: desiderantur autem Cæsarij litteræ ad eum reddita, quarum meminit.

<sup>b</sup> Gregor. Nazian. orat. in laudem Cæsarij.  
CÆSARII  
OBITIUS.

At quid posthæc Cæsarius? Subdit ipse Gregorius<sup>b</sup>: Verum terræmotus quidem vim effugit, morbi verò non item: mortalis siquidem erat. ] quibus planè ostendit, haud multum post spatium temporis interlapsum, Cæsarium ex hac vita migrasse: qui dum ægrotaret, bonorum suorum pauperes fecit hæredes, qua quidem re plurimum gauisus idem germanus eius Gregorius ita ait: Hæredes ipse habebit, quos maximè conducit, & quos habere voluit, ut diues hinc migraret, omnia secum ferens. O egregiam munificentiam! D ò eximiam consolationem! ò insignem eorum, ad quos hæc hæreditas iure deuoluebatur, liberalitatem! &c.] Magna profectò hæc visa est Dei misericordia erga Cæsarium, ut Imperatorem iam conuersum in Arianum vel morte relinqueret, à quo ob magistratum, quem gerebat, perdifficilis videri poterat esse diuulso. Obiit verò Cæsarius in patria, quem idem frater Gregorius egregia oratione laudauit: mortuus est, inquam, apud sanctos parentes, Gregorium Episcopum, atque Nonnam, eorundemque pio funere sepultus. Sed quonam ritu? illo videlicet, quo pij cuncti sepeliri solerent, quem & ipse Gregorius sic concinnè describit his verbis<sup>c</sup>:

<sup>c</sup> Gregor. eadem orat.  
EVNVS DIVVS  
CÆSARII.

At nunc nobis egregius ille Cæsarius seruatus est, cinis pretiosus, laudabile cadauer, ac cum multiplici hymnorum cantu deducitur, celebrique pompa ad martyrum sedes effertur, sanctisque parentum manibus honoratur, matre accensas facces gestante, ac pietatem maerori subrogante, lachrymis sapientia cedentibus, psalmorum cantu luctum consopiente: ac denique anima recens creata atque à spiritu per baptismum informata dignos honores percipit. ] hæc Gregorius, quod Cæsarius haud pridem fuerat sacro initiatus baptismo. Erat ipse Cæsarius (ut idem Gregorius in fine testatur) inter ceteros fratres natu minimus: nam in fine eiusdem funebris orationis, digna apostrophe ad Deum conuersus, pro eius anima preces fundens, hisce verbis perorat:

PRÆCATIO  
PRO DE-  
FUNCTO.

O Domine omnium & creator, & præcipuè huius figmenti, ò Deus tuorum hominum & pater ac moderator, ò vitæ neque ius & potestatem habens, ò nostrarum animarum arbiter & benefactor, qui omnia commode, & quemadmodum ipse pro altissima tua sapientia gubernationisque ratione nosti, artificis Verbi tui opera facis atque transmutas: suscipe, quaeso, nunc quidem Cæsarium velut primitias quasdam nostræ peregrina-

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI  
368. 2. VALENTIS IMP. 5.

A peregrinationis. Quod si minorem natu primùm, tuis consiliis, quibus omnia reguntur, acquiescimus. ] hæc Gregorius: quæ hic descripsisse voluimus, ut saltem hoc tam digno exemplo (licet innumera alia suppetant) quæ Christiani solerent persolvere extrema defunctis, satis cunctis fieret exploratum. Porro ad eò felix extitit exitus Cæsarij, ut dies obitus eius, idemque natalis ad vitam æternam, dedicaretur publicis Ecclesiæ monumentis, atque adscriberetur Martyrologio cum aliis sanctis anniuersaria memoria celebrandus: cuius animam iam cælestibus gaudiis locupletatam (ut ipse testatur<sup>a</sup>) Gregorius sæpè per visum aspexit.

<sup>a</sup> Gregor. Nazian. ead. orat.

Extant eiusdem Cæsarij piæ eruditæque lucubrationes, nempe de Anima dialogi. Varia insuper eum scripsisse opera, & potissimum contra Græcos, auctor est Suidas. Cum autem post eius obitum bona ipsius ab hostibus (ut ait Gregorius) puto fiscalibus arpegonibus, iisdemque Arianis diriperentur: ut his occurreret Sophronius Præfectus, datis ea de re ad eum litteris, Gregorius intercessit<sup>b</sup>. extant ipsæ, quibus de rerum humanarum volubili statu egregiè philosophatur, pluraque habet de Cæsarij præclaris meritis. Mentio est huius Sophronij apud Ammianum<sup>c</sup>, aitque ex Notario creatum esse Præfectum vrbs Constantinopolis.

<sup>b</sup> Greg. epist. 18.

<sup>c</sup> Ammianus lib. 26.

Hoc tempore defuncto Donato Pseudoepiscopo Carthaginensi partis schismaticorum, immò capite Donatarum, subrogatus est in eius locum ab iisdem factiosis Parmenianus eiusdem sectæ tenacissimus custos atque defensor: qui mox ut cathedram illam pestilentia nactus est, stylum acuit aduersus Catholicos, scripta edens conferta mendacijs, quibus si non alij, simpliciores saltem decipi potuissent. quod cum sensissent Catholici in Africa Episcopi, ad eius confutanda deliramenta, cauendasque ex verborum lepore prastigias, prouocauerunt hominem ad publicum Episcoporum conuentum, vbi cuncta ab eo scripta possent accuratè examinari. sed cum ipse & alij sibi subiecti execrandæ dissensionis Antistites id facere penitus recusarent, respuerentque Catholicos, quasi indignos ipsorum consortio, quod illos immundos, communicationeque lapsorum labefactos, se ipsos verò sanctos prædicarent ac mundos: necesse fuit litteris saltem publicè causam agere, ne veritas indensata, mendaciorum nubibus tecta & obscurata, apud nutantes animos in discrimen adducta, periclitari aliquo modo posset.

PARMENIANVS  
POST DONATVM  
EPISCOP.  
CARTHAG.

Præstitit id egregiè Optatus Episcopus Mileui in Numidia, vir quidem cum eruditione clarus, tum inspectata vitæ morum integritate sanctissimus: qui zelo pietatis incensus, fortis defensor veritatis, vnus in omnem illam schismaticorum phalangem intrepidus prodiit: scripsitque ad eundem Parmenianum primarium ipsorum Antistitem septem libros, eius scriptis aduersarios, quibus non solum mendacia illa ventosa hominis vesani certis firmisque redargueret argumentis; sed diuersa ac planè contraria dictione saltum & arrogantiam proterui hominis, nonnisi contumelias stylo vomentis, deprimeret, deliniretque animum procacia tumidum, atque si liceret, charitate in eum introduceret veritatem. fratrem enim eum Optatus suis scriptis frequenter appellat, à quo peccator, legis transgressor, immundus foris extra Ecclesiam vagans, exul, ac denique Paganus vnà cum Catholicis omnibus ipse nominatus fuisset: fratrem, inquam, eum Optatus dicit ex consortio sacramenti, quod vno baptismo ab vna progenitrice Christiana religione geniti essent.

OPTATUS  
EPISC. MILE-  
VIANVS  
ADVERSVS  
PARMENIANVM  
AGIT.

At antequam hac de re orationem longius protrahamus, temporis ratio ex more firmanda est; ut ea stabilita, cetera quæ dicenda erunt, inconcussa cohæreant veritati. Auctor est S. Hieronymus<sup>d</sup>, Optatum sub Valentiniano & Valente Principibus scripsisse aduersus partis Donatianæ calumniam libros sex (alias septem) quibus ostenderet crimen Donatianorum in nos falso intorqueri. Sed quoto potissimum anno horum Imperij ipse scripserit, cum nec ipse, nec alius dicat: ut in hunc potius annum, nempe postquam Damascus sedere cœperit, reiecerimus, ratio postulat ut aperiamus. Sanè quidem, si habenda ratio est Optati testificationis id ipsum bis affirmantis, ad hæc ipsa tempora ea scriptio referenda est; cum à tempore Diocletiani persecutionis in Africa sub Anulino Proconsule Carthaginis, & Floro in Numidia, vsque ad tempus quo ea scribebat, numeret annos sexaginta & quod excurrit: ait enim primò<sup>e</sup>: Firmè ante annos sexaginta, & quod excurrit, per totam Africam persecutionis est deuagata tempestas, quæ alios fecit martyres, alios confessores, nonnullos funesta prostravit in morte, &c.] & post multa<sup>f</sup>: Alia persecutio, quæ fuit sub Diocletiano & Maximiano; quo tempore

OPTATUS  
QUANDO  
SCRIPSIT.  
<sup>d</sup> Hieronym.  
de script. Ec-  
cles. in Optat.

<sup>e</sup> Optat. lib. 1.

<sup>f</sup> Idem lib. 3.  
pore

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 5.  
368. 2. VALENTIS

pore fuerunt & impij Iudices, bellum Christiano nomini inferentes: ex quibus in provincia proconsulari ante annos sexaginta, & quod excurrit, fuerat Anulinus, in Numidia Florus.] Porro secundum chronologiam ab ipso Optato prescriptam, & ea quæ dicta sunt de his suo loco superius, cum constet ea contigisse anno Domini trecentesimo secundo ac tertio, additis his illis sexaginta annis, quod intercedit temporis vsque ad illud tempus Optati: dicendum profecto esset, ipsum elucubrasse commentarium illum anno Christi trecentesimo sexagesimo.

Sed quod adiicitur, Et quod excurrit] hæc ipsa verba ibi addita quoniam sint sensu accipienda, peruestigandum accuratius est. Vñ sunt ea dicendi locutione S. Augustinus<sup>a</sup>, antea verò Paulus Iureconsultus, & si qui alij: quod illud importat, quod alij frequenter dicere consueverunt, Eo amplius: non autem quod dici solet, Plus minusve, vel circiter: nam illud, Quod excurrit] maiorem semper notato significat numerum. Sed quoque eadem, Quod excurrit] habent laxandæ sunt, vt currat? puto vsque ad sequentem decadem posse terminum prorogari. quod enim ea verba non nisi numero denario simplici, vel per decades multiplicato, inuenimus apponi consueuisse; inducimur, vt dicamus, illud, Annos sexaginta, & quod excurrit.] vsque tantum ad septuagesimum exclusiue extendi potuisse: ac proinde quod Optatus ait, à persecutione Diocletiani, qua codices quaesiti sunt ad comburendum, annos numerari sexaginta & quod excurrit, nihil prohiberi, quin illis verbis possit presens annus includi, qui est quintus post sexagesimum à notata superius Diocletiani persecutione.

SENSVS  
VERBORVM  
OPTATI.  
<sup>a</sup> Aug. de  
bapt. cap. 7.  
Notat. Bal-  
duin. in nota-  
tionibus ad  
Optat.

<sup>b</sup> Optat. lib. 2.

Quod autem ad hunc vsque annum notatum tempus illud incertum excurrisse sinamus, illud nos facile persuasit, quod idem Optatus<sup>b</sup> cum textit successionem Romanorum Pontificum, Damasi meminit post Liberium succedentis. Quod verò Siricius quoque post Damasum ponitur, additus creditur à Librario, qui Siricij tempore librum exscripsit: nam nequaquam tempus sedis Siricij Optatum attingisse, omnes æquè consentiunt: neque enim sibi cohærent (quod testatur S. Hieronymus) Optatum scripsisse sub Imp. Valentiniano & Valente, eodemque tempore sedisse Siricius: cum præsertim Augustinus de Optato agens, nequaquam vt sui temporis hominis, sed antiquioris meminisse videatur: quamobrem vix Damasi prima tempora attingisse putatur, neque diu suis scriptis stuperuisse. Consentit quidem etiam Balduinus, vir sanè disertus, ipso initio sedis Damasi Optatum scripsisse: sed fallitur, dum ingressum Damasi ponit anno Domini trecentesimo septuagesimo, quem anno superiori sedere cœpisse, perspicue demonstrauius. quamobrem hoc ipso anno, quo primus absoluitur sedis Damasi & secundus inchoatur, ipso quoque consentiente, Optatum scripsisse dicimus. His iam de tempore elucidatis, superest vt de causa tractemus.

DE CLY-  
NANT DO-  
NATISTARUM  
CONFERRERE  
CVM CATHOLICIS.  
<sup>c</sup> Optat. lib. 1.

Cum igitur (vt dictum est) Donatistæ, ipseque Parmenianus eorum primarius Antistes congregati cum Ecclesiæ Catholicæ Episcopis dedignarentur, Optato necessariò incubuit, vt veritatis defensionem scripto perageret: contestatur enim hoc ipse suæ lucubrationis exordio, cum post pauca ista præfatur<sup>c</sup>: Omnes quidem, *Donatista scilicet*, per singula loca maledicis vocibus perstreperunt: sed vnum quidem vix inuenimus, cum quo per literas hoc modo loquamur, Parmenianum scilicet fratrem nostrum; si tamen se à nobis vel hoc nomine nuncupari permittit. Et quia collegium Episcopale nolunt nobiscum habere commune: non sint collegæ, si nolunt: tamen, vt supra diximus, fratres sunt. Frater meus igitur Parmenianus ne ventosè ac nudè, vt ceteri, loqueretur, quicquid sentire potuit, non solum dixit, sed etiam in scriptura digessit. Cuius dictis, cum responde-  
E  
re veritate cogente, compellimur: erit inter nos absentes quoque modo collatio. Eo modo & satisfiet desideriis aliquorum: nam à multis desideratum est, vt ad eruendam veritatem, ab aliquibus defensoribus partium conflictus haberetur: & fieri potuit. Sed quoniam & accessum prohibent, & aditus intercludunt, & confessum vitant, & colloquium denegant: vel tecum mihi, frater Parmeniane, sit isto modo collatio. Et quia tractatus tuos quos in manibus & in ore multorum esse voluisti, non aspernatus sum neque contempsi, sed omnia à te dicta patienter audiui: audias & tu humilitatis nostræ responsa.] hæc Optatus.

Quid autem tractatibus ille suis Parmenianus probare nisus fuerit, idem Optatus hæc subdens declarat his verbis: Ego intelligo, & tu non negas, & quiuis sapiens peruidet, te nulla alia ratione, tam prolixè tractasse, nisi vt Ecclesiam Catholicam tuis tractatibus indignè

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 5.  
368. 2. VALENTIS

A indignè pulsares. Sed vt intelligi datur, aliud habet animus, aliud sonat sermo: denique omnia te video dixisse contra Catholicam, immo multa pro Catholica; cum Catholicus non sis, &c.] hæc idcirco, quod Donatistæ, ne arguerentur esse schismatici; Catholicam Ecclesiam penes se esse tantum, probare niterentur: qui verò ab illis separati essent, extra Ecclesiam Catholicam vagari dicerent. hocque probare scriptis suis Parmenianus adnitebatur, in parte Donati esse Catholicam, reliquas verò omnes toto Orbe terrarum diffusas Ecclesias esse schismaticas: cum illud inter hæc, quod est verum, alrueret, Ecclesiam Catholicam non nisi vnam esse posse. Quamobrem in eo potissimum totius quaestionis videbatur cardo reuolui, vt certis notis consignaretur, distinctis differentiis definireretur, atque expressis proprietatibus monstraretur, quæ verè esset Ecclesia Catholica, vt sic apud quos esset, pariter intelligi posset.

DONATISTARUM  
PENES SE  
TANTVM  
ESSE EC-  
CLESIAM  
CATHOLI-  
CAM DIC-  
BANT.

B Nobilis sanè fuit hæc tractatio argumenti, quam & Optatus dignè quidem est profectus: ad quem prouocandi essent omnes hæretici; illos dico, quibus inest aliqua veritatem indagandi voluntas, nec obstinato animo, per quam semel ingressi sunt erroris viam; obfirmato vultu securi percurrunt. Videas enim Optatum more maiorum asseueranter definire<sup>a</sup>, à Catholico nomine eos prorsus excludi, quibus cum Romana Ecclesia non communicar, eosque tantum eo nomine legitime gloriari, quibus Romanus Episcopus coniungitur commercio Formatarum. Porro quod & illud etiam aduersariorum affirmatione certum haberetur; Vbi non esset Catholica, nec ibi inesse posse veritatem; & contrà, Vbi probaretur Catholica Ecclesia esse, imbi reperiri necessarò veritatem: Optatus hæc in fine contra Parmenianum<sup>b</sup>: Si ita est, quæ apud vos veritas inueniri potest, cui Catholica videtur obistere? Aut quod apud nos esse mendacium, poteris approbare, in vna communionem esse cum toto Orbe terrarum? Numquid poteris approbare mendacium, symbolum verum & vnicum retinere & defendere? Numquid poteris approbare mendacium cathedram Petri, & clauas regni calorum à Christo concessas, vbi est nostra societas? ] hæc & alia ipse: at de his pluribus superius actum est.

Optat. lib. 2.  
PENES QUOS  
EST ECCLE-  
SIA CATHO-  
LICA.

<sup>b</sup> Optat. lib. 7.

Ceterum non Optatus tantum Parmenianum ita delirantem redarguit, sed & ipsius communionis Ticonius Donatistarum prudentior impugnauit. Exhorrescebant planè aures blasphemiam illam audire, Catholicam Christi Ecclesiam toto Orbe diffusam iam penitus periisse; & in Africa tantum, nec apud omnes, sed eos solum qui essent partis Donati, tamquam arcam Noè, diluuium percunte Orbe, integram esse relictam. Ticonius, inquam, aduersatus Parmeniano, sectæ suæ, quam profitebatur, Episcopo, illud scriptis confirmauitque defendit, Catholicam Dei Ecclesiam nequaquam coarctari angustiis terminis partis Donatistarum, sed longè lateque per orbem Christianum vbi que perseverare diffusam, nec posse peccatis hominum tolli, euacuarique ex humanis excessibus Dei promissiones. Hæc ita sentientem Ticonium Parmenianus admonuit, scriptaque ad eum epistola, cum nihilominus in eadem sententia permaneret, eundem anathemate percudit. Testatur id quidem S. Augustinus<sup>c</sup> his verbis:

TICONIUS  
DONATISTARUM  
STA ADVER-  
SATVR PAR-  
MENIANO.

<sup>c</sup> Aug. contra  
Parmen. lib.  
1. cap. 1.  
TICONIUS  
SENTENTIA  
DE ECCLE-  
SIA CATHO-  
LICA.

Ticonius enim omnium sanctarum paginarum vocibus circumfusis euigilauit, & vidit Ecclesiam Dei toto Orbe diffusam, sicut de illa tanto antè per corda & ora sanctorum præuisum atque prædictum est. Quo præcepto, suscepit aduersus ipsos suos demonstrare & asserere, nullius hominis quamuis sceleratum & immane peccatum præscribere promissis Dei; nec id agere quorumlibet intra Ecclesiam constitutorum quamlibet impietatem, vt fides Dei de Ecclesia futura & diffundenda vsque ad terminos Orbis terrarum, quæ in promissis Patrum retenta & nunc exhibita est, euacuaretur. Hoc ergo Ticonius cum vehementer copioseque dissereret, & ora contradicentium multis & magnis ac manifestis sanctarum scripturarum testimoniis oppilaret: non vidit quod consequenter videndum fuit, illos videlicet in Africa Christianos pertinere ad Ecclesiam toto Orbe diffusam, qui vtique non istis ab eiusdem Orbis communionem atque vnitatem seiunctis, sed ipsi Orbi terrarum per communionem conuenerent. Parmenianus autem ceterique Donatistæ viderunt hoc esse consequens, & maluerunt suscipere obstinatissimum animum aduersus apertissimam veritatem, quam Ticonius assererat, quam ea concessa superari ab Africanis Ecclesiis, quæ illius vnitatis, quam Ticonius assererat, communionem gauderent, vnde se isti separassent. Et Parmenianus quidem primò cum per epistolam, velut corrigendum putauit: postea verò ex Concilio eorum perhibet damnatum.] hæc Augusti-

Augustinus, apud quem est de eodem Ticonio crebrior mentio, ut cum in commentariis A de doctrina Christiana de eodem sic ait:

August. de Doct. Christ. lib. 3. cap. 30.

SCRIPTA TICONII. Gennad. de Vir. illustr. cap. 18.

RECENTIORES DONATISTARUM VERBIS ANTIQVARIORIBVS.

Aug. ad Vincens. epist. 40.

Ticonius quidam, qui contra Donatistas inuictissimè scripsit, cum fuerit Donatista, & illic inuenitur absurdissimi cordis, ubi eos non omni ex parte relinquere voluit: fecit librum quem Regularum vocauit, quia in eo quasdam septem regulas executus est, quibus quasi clauibus diuinarum Scripturarum aperirentur occulta. ] hæc ipse, qui eas singulas numerat. Ceterum quod ad scripta Ticonij spectat, recenset omnia Gennadius, de eo sic scribens: Ticonius natione Afer, in diuinis litteris eruditus iuxta historiam sufficienter, & in secularibus non ignarus, fuit in Ecclesiasticis quoque negotiis studiosus. Scripsit de Bello intestino libros tres, & expositiones diuersarum causarum, in quibus ob suorum defensionem antiquarum meminit Synodorum: è quibus omnibus agnoscitur Donatiana partis fuisse. ] Quod ad has Synodos pertinet: erant antiqui illi conuentus ab iisdem Donatistis celebrati, quos Ticonius aduersus Parmenianum adduxit in medium, ut ex illis conuinceret, ipsum ac ceteros Donatistas à priscis eiusdem communio- nis Episcopis deuiasse. Fidem facit horum omnium Augustinus, cum ad Vincentium scribens hæc ait: Scribit enim ille Ticonius, homo (ut dixi) vestrae communionis, à ducentis & septuaginta Episcopis vestris Concilium Carthagini celebratum. In quo Con- cilio per septuaginta & quinque dies, postpositis omnibus præteritis, limatam esse sen- tentiam atque decretam, ut Traditoribus immensi criminis reis, si baptizari nollent, pro integris communicarentur. Deuterium etiam Macrinensem Episcopum communionis vestrae dicit, Traditorum plebem congregatam Ecclesie miscuisse, & secundum statuta illius Concilij à ducentis & septuaginta Episcopis vestris facti, fecisse cum Traditoribus vnitatem, eique Deuterio post hoc factum iugiter communicasse Donatum, nec solum C huic Deuterio, sed etiam vniuersis Maurorum Episcopis per quadraginta annos, quos dicit vsque ad persecutionem per Macarium factam Traditoribus sine baptismo commu- nicasse. Sed dicit: Quis est iste Ticonius? Ille est Ticonius, quem Parmenianus rescribendo compescit, & eum deterret, ne alia scribat, non tamen refellit ea ipsa quæ scribit. ] hæc Augustinus: ex quibus assertionem Ticonij illud expressum habetur, rebaptiza- tionem à Donatistis à temporibus Macarianis, nempe sub Constante Imperatore in- ductam fuisse. Sed ad cœptam à Gennadio de lucubrationibus Ticonij narrationem redeamus.

RYRVSVM DE SCRIPTIS TICONII.

Composuit, inquit, & Regulas ad inuestigandam & inueniendam intelligentiam Scri- pturarum, octo, alias septem, quas in vno volumine conclusit. Exposuit & Apocalypsim Ioannis ex integro, nihil in ea carnale, sed totum intelligens spirituale. In qua expositione dixit, Angelicam stationem corpus esse: Mille quoque annorum regni in terra iustorum post resurrectionem futuri suspensionem tulit, neque duas in carne mortuorum re- surrectiones futuras, vnam iustorum, & aliam iniustorum; sed vnam & semel omnium, in qua resurgerent etiam abortiuo reformati, ne quid humani generis deformatum ani- matæ substantiæ intereat, ostendit. Distinctionem sanè duarum resurrectionum ita fa- cit. Primam, quam iustorum Apocalypsis dicit, credimus modo in Ecclesie incremen- to agi, ubi iustificati per fidem, à morticiniis peccatorum suorum per baptismum ad vi- tæ æternæ stipendium fuscitantur: secundam verò generaliter omnis hominum carnis. Floruit hic vir ætate, qua iam memoratus Ruffinus, Theodosio & filio eius regnantibus. ] hæc Gennadius. Sed planè mea sententia errat; dum putat Ticonium æqualem fuisse Ruffini: nam constat eum vixisse Parmeniani temporibus, qui Donatistarum age- bat Episcopum. Quod si velimus diutius post hæc superuixisse; illud asserendum est, Ti- conium senem, iuuenem verò extitisse Ruffinum.

5. AVGUST. IMPVGNAT. VIT. SCRIP. TA PAR- MENIANI. Aug. contra Parmen. lib. 1. cap. 3. August. de Doct. Christ. lib. 2. c. 40.

At non Optatus tantum atque Ticonius scripta Parmeniani impugnarunt, sed multum post temporis id feliciter præstitit Augustinus, qui aduersus illam potissimum epistolam, quam ipse contra Ticonium scripserat, tribus agens libris eam refellit. Quæ autem post hæc Parmenianus contra Catholicam in Africa Ecclesiam egerit, & quæ consecuta sint inter ipsos Donatistas conflata dissidia, suo loco dicturi sumus. Quod modo reliquum est de Optato Episcopo Mileuitano, cuius occasione ad hæc de Ticonio & Augustino di- gressi sumus: magna ipse apud posteros Africanos Catholico veneratione viguit: ete- nim sanctus Augustinus digno præconio eum nominat, atque inter præclaros Eccle- siasticos tractatores adnumerat. Fulgentius eundem cum sanctum appellat, eius in ex- ponen-

A ponendo sensum Pauli interpretationem commendat. Porro eius memoria relata in tabulis Ecclesiasticis pridie Nonas Iunij, publica lectione fit in Ecclesia annis singulis rediuiua. Ceterum ab hoc, de quo agimus, longè discreti sunt Optati illi, qui hoc eodem seculo vixisse reperiuntur, nempe Optatus Donatista, qui interfuit Concilio Cirten- si, alius item Donatista in Concilio Bagaiensi, vel ille nefandus Optatus Gildonianus, de quibus inferius mentio erit. Porro status Africanæ Ecclesie in deterius dilabebatur, im- piis Donatistis non scriptis tantum, sed vi grassantibus, armatis nimirum (quod dictum est superius) ad omnium terrorem Circumcellionibus. Sed de his aliis pluribus.

B 369. 3.

T Recentissimo sexagesimo nono Christi anno, Valentiniano nobili puero, & Aurelio Victore Coss. Olybrius præfecturam Vrbanam gessit; sub quo schismatici Romæ & in suburbiis denuò tumultuantes repressi sunt tum per eundem Olybrium, tum etiam per Aginatium eius Vicarium, fauente in omnibus iustæ causæ Damasi Valentiniano Im- peratore, cuius ea de re extant rescripta hoc anno data tam ad eundem Olybrium, quam etiam ad Aginatium, quæ ex Codice Vaticano superius citato reddimus. Sed primum ne ambiguitas aliqua oriatur, de eiusdem Olybrij tempore præfecturæ: sub memoratis qui- dem Consulibus eam accidisse, complura eiusdem Imperatoris citata in margine re- scripta significant.

Olybrii præfectura Vrbana.

L. 1. de fructib. Eccl. ex- pen. C. Theod. l. 6. de fid. rest. C. Theod. l. 3. de noui- cular. C. Theod. l. 13. de piff. C. Theod.

C Ed vsque proruperunt Vrsicini partis Romæ schismatici, ut compressi licet manu mi- litari, atque etiam basilica (quod dictum est) quam occupant, spoliari fuissent, reddita illa Damaso, nequaquam acquieuerint: sed obduratis animis abhorrentes penitus com- municare cum legitimo Urbis Antistite: nouum illud parant consilium, à mente admo- dum obdurata suggestum: nempe, quòd Præfectis prohibentibus, intra Vrbem conuen- tus agere non liceret; in suburbiis, in cryptis arenariis, alijsue priuatorum locis ecclesiam congregarunt, in qua insano conatu cathedram contra cathedram erexerunt, ubi Vrsi- cinum venerabantur Pontificem, quem accensis studiis vulgus aded obstinatè fouebat. Sed cum hæc pro maxima impietate execranda omnibus haberentur, intoleranda quo- que sunt visa: etenim quæ gerebantur in suburbiis, ab iisdem schismaticis intra mœnia iactanter & insolenter ostentabantur, atque arroganter prædicabantur, vnde & fomites D nixarum ministrabantur. De quibus omnibus Valentinianus Imperator ad Olybrium Præfectum ita rescripsit:

SCHISMATICI QUIE ROMAE MOLIVN- TVR.

Tu quidem, sicut proximis litteris indicasti, enixissimo studio prestare voluisti, ut nul- la in vrbe Roma posset esse discordia, Christianorumque populus profunda in otio securi- tate gauderet. Sed quantum Aginatio clarissimi viri Vicariæ præfecturæ scripta testata sunt, adhuc aliquanto placata misceri delectat, extramuraneisque conuentibus frequens strepitus excitatur, Olybri parens carissime Augustorum. Quamobrem egregia subli- mitas tua, ipsius auctoritate præceptionis, & patriæ præstet & legi, \* ut populo dissen- sienti nulla intra vigesimum lapidem vel religio ad coeundum possit esse, vel copia, ut si cessare non vult, migret (ut iustum est) insana collectio. Ita demum etiam tumultuan- tibus cunctis longè proculque summotis, certa pax plebi in æuum esse tribuatur. ] hæc E nus Imperatoris rescriptum ad Olybrium. Sed & ad Aginatium Vicarium ita rescripsit:

Extat in Cod. Vatica- no, ubi sunt epist. anti- quorum Ro- man. Pontif. RESCRI- PTVM IMP. AD OLY- BRIVM DE SCHISMA- TICIS. \*

Omnem his dissensionibus occasionem, quæ (ut prudentia tua scripsit) sacratissimam Vrbem Christianorum populo fluctuante confundunt, auferre cupientes: iubemus his litteris, ut ab his, quos iuuat turbulenta sciunctio, nullus intra vigesimum lapidem con- uentus habeatur, Aginati carissime & iucundissime. Itaque spectata seueritas tua admo- dum salutare præceptum, & quod nullum interpretationibus locum ex aliquo relinqua- tur ambiguo, his animis exequatur, quos pacis tranquillitatisque recuperandæ & Iudex debet & eius. Habes & Vrbana ad hoc auxilium præfecturæ. Nam & Olybrium, cla- rissimum & illustrem virum, pari serenitas nostra concitauit arbitrio in factiosorum im- pios cœtus: ut termino, qui euidenter est limitatus, excluderet, quo nec in vicino quidem exoriretur vel motus, qui in Vrbe non esset. Et facile præstabis duo, quod singuli præ- stare possentis. ] huculque Valentinianus ad Aginatium: quem Vicariam præfecturam functum

RESCRI- PTVM IMP. AD AGINA- TIVM.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 6.  
369. 3. VALENTIS

<sup>a</sup> Ammianus  
lib. 28.

functum esse apud Olybrium Urbis Præfectum, etiam Ammianus <sup>a</sup> affirmat, cum de eo sic ait: Quod Aginatus indignissime ferens, dolens, in examinandis causis Maximinum ab Olybrio sibi prælatum; cum esset ipse Vicarius Romæ, familiari sermone docuit Probum occulte, &c.] erat autem hic Probus summam omnium gerens potestatem, nempe præfecturam Prætorij. Quo modo verò idem Aginatus dolo arteque Maximini primùm Annonæ, inde verò Prætorio Præfecti, capite truncari sit iussus, idem Ammianus narrat, rem gestam pluribus profecutus. At in codice Vaticano, ex quo omnia citata superius in hac causa Valentiniiani rescripta deprompsimus, aliud rursus ad Olybrium datum habetur in hæc verba rescriptum, quo declaratur, ab eodem cohibitos esse schismaticos:

RES-  
CRIPTUM  
IMP.  
AD OLY-  
BRIUM.

Idem AAA. ad Olybrium Præfectum Urbis. Cum nihil possit esse iucundius vel abundantia, vel quiete, ac summa felicitas sit, quoties duo ista iunguntur: proculdubio sublimitas tua prospicit, quàm gratæ nobis litteræ tuæ fuerint; cum & eos esse comprehensos, qui sanctissimam legem tumultu & seditione miscuerant, & annonam communis omnium patriæ paulatim in statum pristinum redire cœpisse testatæ sunt. Sed hoc prope modum non stupemus in voto. Talem enim te futurum esse præsumpsimus, cum detulimus tuis meritis præfecturam, qualem statim in administrationis exordio inuenimus. Denique nos moneamus, ut illustris auctoritas tua, eandem efficaciam deuotionemque custodiens, penitus statum plebis, vel reformationem pristinae disciplinae, vel necessariorum prouisionibus commodorum & modestiæ gloria & bonis securitatis accumulet (Olybri pater carissime AA.) Prompto quippe cura ingenio fati est, ut inceptis posteriora respondeant. Neque ita origines criminum metiaris, ut mansuetudinem nostram de correctionibus singulorum exisimes consulendam: cum omnia, ex quibus aliqua potest esse confusio, sponte præueniens, ac sic sollicitè verecundeque compefcas, ut nobis non tam incitandi necessitas relinquatur, quàm gratia comprobandi.] hæc Valentianus cupidissimus ut schismatici penitus coërcerentur. Sed quo modo sequentibus annis, iisdem tumultuantibus, rursus oportuit eosdem ab Imperatore per Urbis Præfectos cohiberi, inferius dicturi sumus. Iam verò ad congressum S. Hilarij Episcopi Pictauiensis cum Auxentio Ariano Episcopo Mediolanensi orationem conuertamus.

S. HYLARIUS  
QVID  
CONTRA  
AUXENTIUM.

Hoc enim anno, qui decimus numeratur post Concilium Ariminense, S. Hilarius cum accepisset, Valentianum Imp. cōfecto tandem Alemannico bello Mediolanum se contulisse, atque rescriptum quoddam pro Auxentio Ariano pseudoepiscopo Mediolanensi, qui se Catholicum esse simulabat, dedisse: dolens Imperatorem à versipelle insidiatore deceptum esse, extortumque ab eo ad suam ipsius hæresim propagandam edictum colore pietatis maximè impium: ad illum profectus est, acturus coram aduersus Auxentium: quem, licet Eusebius Episcopus Vercellensis, Euagrius, & Philastrius Brixianus crebro illi negotium faceffissent, & vehementer exagitassent; haud tamen tantum fuit apud eos virium, ut valuerint veterosum colubrum è foramine foras abducere, atque è sede accepta à Constantio Imp. depellere. Hilarius igitur indigno animo ferens, vnum hunc in Occidente tam nobili Ecclesiæ præsidere Episcopum Ariantum, arteque sua ceu præstigijs quibusdam fallentem oculos intuentium, atque instar Protei diuersas mutantem species, pro arbitrio interdum apparere Catholicum: ut huiusmodi ludificationes solueret, atque detegeret imposturas, magna fiducia de Catholico Imperatore suscepta animatus, munitusque diuino præsidio Mediolanum concessit hoc ipso anno, ut libellus ipsius Auxentij manifestar, vbi testatur, se illum scribere post decem annos à Concilio Ariminenfi, quod celebratum diximus sub Consulatu Eusebij & Hypatij, anno Christi trecentesimo quinquagesimo nono: reddemus verò illum inferius.

Quæ autem acta sint ab eodem Hilario Mediolani aduersus Auxentium, cum satis expressa habeantur in eius epistola ad omnes Christi fideles conscripta; hic eam describendo, verbis ipsius Hilarij res gesta cunctis certior innotescet. Est enim ipsa vltima lucubratiō sanctissimi Patris iam senio ærumnisque fracti, sed fatigentis ante obitum iam imminentem, tum factis, tum scriptis, sub Catholico nomine latentem Arianorum impietatem omnibus Orthodoxis testatam reddere. quod hac epistola egregiè præstitit; qua primùm omnium Arianorum impietatem factis expressam, sed dictis velatam insinuat atque detegit: inde verò de congressu, quem habuit cum Auxentio, narrationem instituit. Accipiamus autem nouissima hæc sanctissimi viri facta ab eodem

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 6.  
369. 3. VALENTIS

A ab eodem postremis characteribus consignata. Est autem eidem epistolæ præfixus eiusmodi titulus:

Dilectissimis fratribus in fide paterna manentibus, & Arianam hæresim detestantibus Episcopis, & omnibus plebibus, Hilarius conseruus vester S.

Speciosum quidem nomen est pacis, & pulchra est opinio vnitatis: sed quis ambigat, eam solam Ecclesiæ atque Euangeliorum vnitatem pacem esse, quæ Christi est, quam ad Apostolos post passionis suæ gloriam est locutus, quam ad æterni mandati sui pignus commendauit abiturus? Hanc nos, fratres dilectissimi, & amissam quærere, & turbatam componere, & repertam tenere curauimus. Sed huius ipsius fieri nos vel participes vel auctores, nec temporis nostri peccata meruerunt, nec imminentis Antichristi præuij ministrique sunt passi; qui pacis suæ, id est, impietatis suæ vnitatem se iactant, agentes se non vt Christi Episcopos, sed Antichristi sacerdotes:

Ac ne maledicis verborum in eos vti conuicijs arguamur: causam perditionis publicæ, ne cuiquam ignorata sit, non tacemus. Antichristos plures esse, etiam Apostolo Ioanne prædicante, cognouimus. Quisquis enim Christum, qualis ab Apostolis est prædicatus, negauit, Antichristus est. Nominis Antichristi proprietates est, Christo esse contrarium. Hoc nunc sub opinione falsæ pietatis efficitur: hoc sub specie prædicationis Euangelicæ laboratur, vt Dominus Iesus Christus, dum prædicari creditur, denegetur. Ac primùm misereri licet nostræ ætatis laborum, & præsentium temporum stultas opiniones in-gemiscere, quibus patrocinari Deo humana creduntur, & ad tuendam Christi Ecclesiam ambitione seculari laboratur.

Oro vos, Episcopi, qui hoc vos esse creditis: Quibusnam suffragijs ad prædicandum Euangelium Apostoli vti sunt? Quibus adiuti potestatibus Christum prædicauerunt, gentesque fere omnes ex idolis ad Deum transtulerunt? An ne aliquam sibi assumebant è Palatio dignitatem, hymnum Deo in carcere inter catenas & post flagella cantantes? Edictisque Regis Paulus, cum in theatro spectaculum ipse esset, Christi Ecclesiam congregabat? Nerone se, credo, aut Vespasiano, aut Decio patrocinantibus tuebatur, quorum in nos odijs confessio diuinæ prædicationis effloruit? Illi manu atque opere se alentes, intra cœnacula secretaque coeunt, vicos & castella, gentesque fere omnes terra ac mari contra Senatusconsulta & Regum edicta peragrantes, clauas, credo, regni cælorum non habebant? Aut non manifesta se tum Dei virtus contra odia humana porrexit, cum tanto magis Christus prædicaretur, quanto magis prædicari inhiberetur? At nunc, prohi dolor, diuinam fidem suffragia terrena commendant: inopisque virtutis suæ Christus, dum ambitio nomini suo conciliatur, arguitur.] hæc idcirco S. Hilarius, quod hæresis Ariana niteretur potentia seculari, cum in Oriente Valentis Imperatoris edictis (de quibus paulo post dicturi sumus) hoc anno latis, aduersus Catholicos Episcopos persecutio grassaretur: vnde & subdit:

Terret exilijs, & carceribus Ecclesia, credique sibi cogit, quæ exilijs & carceribus est credita? Pendet à dignatione communicantium, quæ persequentium est consecrata terrore? Fugat sacerdotes, quæ fugatis est sacerdotibus propagata? Diligi se gloriatur à mundo, quæ Christi esse non potuit, nisi eum mundus odisset? Hæc de comparatione traditæ nobis olim Ecclesiæ, nunc quam deperditæ, res ipsa quæ in oculis omnium est atque ore, clamauit. Quid autem illud sit, quod ignorandum vltra non sit, breuiter exponam. Secundum placitam Deo plenitudinem coarctata sunt tempora, incircumscripta enim ratio eorum cælestibus libris docetur: ac necesse est, in ipsam nos ætatem Antichristi incidisse, cuius secundum Apostolum ministris in lucis se angelum transformantibus, ab omnium ferè sensu & conscientia is qui est Christus aboletur. Vt enim erroris affirmatio certa sit, incerta verò opinio antefertur, sitque Antichristo iam peruium, Christum eum esse se fallere, de quo nuncusque dissensum est. Hinc illæ variæ opiniones: hinc sub vnijs Christi fide prædicatio plurimorum: hinc Arii spiritus nuper ex angelo diaboli in lucis angelum transfiguratus, cuius hereditas nominis ad Valentem, Vrsacium, Auxentium, Germinium, Caium, successoresque defluxit: nam ipsi nunc Christum nouum, per quem Antichristus subreperet, intulerunt.] hæc Hilarius, qui conspiciens Arianam hæresim in dies magis inualescentem, Principisque fauore pollentem, per quam Christus Deus verus, nouo eoque falso superinducto, abdicaretur, re vera existimauit aduentasse tempora Antichristi.

Annal. Eccl. Tom. 4.

T

Quo-

<sup>a</sup> Hilarij: con-  
tra Auxen-  
tium.  
HILARIJ  
EPISTOLA  
CIRCULARIS.  
<sup>b</sup> vnicam

ARIANO-  
RVM MOS,  
FAVORE  
IMPP. HÆ-  
RESIM PRO-  
PAGARE.  
<sup>c</sup> Domitiano

PERSCV-  
TIO ARIA-  
NORVM.



CHRISTI  
369.DAMASI PAP.  
3.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 6.ANTICHRISTVS  
AB ARIANISIN-  
DVCTVS.

Quomodo autem Ariani Antichristum inducere viderentur, idem subdit his verbis, Arianæ hæresis distinctas proprietates enarrans: Volunt, inquit, hunc suum Christum non eius diuinitatis esse, cuius & Pater est: sed esse eum præstantem ceteris aliis creaturis creaturam, eumque per voluntatem Dei ex nihilo substitisse; & cum ante omnia quidem sæcula & ante omne omnino tempus natum ex Deo Deum esse, sed non ex substantia Dei esse; neque diuinæ in eo natiuitatis, maiestatisque eius quæ Dei est, intelligendam veritatem: ne quàm verus sit Deus qui Pater est, tam verus sit Deus qui Filius est: vt id quod vnum esse Filius & Pater in Euangeliis prædicantur, in voluntatis tantum sit & charitatis societate, non in diuinitatis veritate. Quæ si in Filio non eadem est ipsa illa quæ Dei est, vt in confessione fidei Deus vnus sit: cur Deum Filium, cur ante tempora & sæcula confitentur, nisi quia Dei nomen sancto cuique per indulgentiam est destinatum, & regenerati omnes verè Dei filij sunt, & angeli omnes per Christum vtiq; conditi, non ante omnia omnino sæcula sunt creati? hæc ipse.

Sed & quod in Occidente Auxentius, vt subiectum sibi populum, quem sciret esse Catholicum, deciperet, laruam ipse sibi Catholici nominis imposuerat; ob id Hilarius rem patefacere, perspicuamque omnibus reddere conatus, addit hæc verba:

FALLACIÆ  
ARIANORVM.

Verum Antichristum arbitror minori inuidia introducendum, miserisque credendum, Tribuunt Christo Dei nomen, quia hoc & hominibus sit tributum. Fatentur Dei verè Filium, quia sacramento baptismi verè Dei filium vnusquisque perficitur. Ante tempora & sæcula confitentur, quod de angelis & diabolo est non negandum. Ita Domino Christo sola illa tribuuntur, quæ sunt vel angelorum propria, vel nostra. Ceterum quod Deo Christo legitimum & verum est, Christus Deus verus, id est eadem esse Filij quæ Patris diuinitas, denegatur. Et huius quidem vsque adhuc impietatis occasio per fraudem perficitur, vt iam sub Antichristi sacerdotibus Christi populus non occidat, dum hoc putant illi fidei esse quod vocis est. Audiunt Deum Christum: putant esse quod dicitur. Audiunt Filium Dei: putant in Dei natiuitate inesse Dei veritatem. Audiunt ante tempora: putant id ipsum ante tempora esse, quod semper est. Sanctiores aures plebis, quàm corda sunt sacerdotum. Si Deum verum Ariani prædicant: Christum Deum sine fraude confessi sunt. Quod si Deum dicunt, & negant verum: tribuunt nomen, adimunt veritatem. ] hæc Hilarius, sigillans Auxentium; cum populum ipsum, tum etiam Imp. Valentianum mentio Catholico nomine decipientem. Quid autem in eum Mediolani tunc egerit, declarat his verbis:

\*concidat

VALENTINIANVS  
SVS FAXIS-  
SE AVXEN-  
TIO.

Quamquam igitur impiissimis eorum blasphemis plenæ omnes Ecclesiarum chartæ, pleniq; iam libri sunt: quid proximè tamen acciderit, non tacendum est. Cum edicto graui sanctus Rex perturbari Ecclesiam Mediolanensem, quæ Deum verum Christum & vnium cum Patre diuinitatis & substantiæ confitetur, sub vnitatis specie & voluntate iussisset: etiam importuna interpellatione suggesti, Auxentium blasphemum esse, & omnino hostem Christi habendum: atque adieci, eum aliter credere, quàm Rex ipse aut alij omnes haberent. Quibus rebus permotus, audiri nos à Quæstore & Magistro præcepit, confidentibus vna nobiscum Episcopis ferè decem. Primumque (vt in foro solet) de persona eum humnatus est: damnatum quondam me à Saturnino, audiri vt Episcopum non oportere. Non est nunc temporis, quid ad hæc responsum sit, enarrare: sed qui tum audiebant, de fide potius, vt Regi placuerat, agitandum esse decernunt.

Cumq; iam in arcto esset negandi periculo; credere se Auxentium Christum Deum verum, & vnium cum Deo Patre diuinitatis & substantiæ, est professus. Placuit igitur hoc scribi. Et ne memoriis audientium quæ dicta essent, elaberentur; continuè libellum Regi per Quæstorem offero, quo quid conuenisset, contineretur. Et ne mentiri arguer, eiusdem exemplar subieci. Placet omnibus; Auxentium hæc ipsa profiteri frequenter: qui vt ipse scriberet, est coactus. Qui diu consilia sua versans, callidissimè fidem Regis eludit: dat scripturam stylo Antichristi compositam. Nam primum ea quæ Nicææ Thraciæ omnium impietas ex se soluisset, sancta esse testatur: vim scilicet illatam Episcopis, fidem esse veræ confessionis affirmans. Negat quoque se scire Arium, cum in Alexandria in Ariana Ecclesia, cui Gregorius præerat, presbyter esse cœpisset. Sed de Ariminense Synodo, quæ ab omnibus est religiosè dissoluta, nihil dicamus: tantum diaboli commenta pandenda sunt. ] hæc modò Hilarius. Ceterum desideratur illa confessio relata in Acta, cui & subscripsit: illa verò subdola posterior extat, tum Nicææ in Thracia,

CHRISTI  
369.DAMASI PAP.  
3.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 6.

A Thracia, tum Arimini edita, quam scripto libello obtulit Imperatori Valentiano: habetur in sine epistola Hilarij: nos autem hic ipsam describemus, licet nonnulla in ea verba deesse videantur, quæ ab eodem Hilario arguuntur hæretica. est autem huiusmodi:

Beatissimis ac gloriosissimis Imperatoribus Valentino ac Valenti Augustis, Auxentius Episcopus Ecclesiæ Catholice Mediolanensium. Ego quidem, piissimi Imperatores, existimo non oportere sexcentorum Episcoporum vnitatem post tantos labores ex contentione paucorum hominum refricari, abiectis decretis ante annos decem, sicut & scripta manifestant. Sed etsi aliqui è plebe, qui numquam communicauerant neque his qui ante me fuerunt Episcopis, nunc amplius excitari ab Hilario & Eusebio, perturbantes quosdam, hæreticum me vocauerunt: iussit verò pietas vestra, cognoscere de his viros laudabiles Quæstorem & Magistrum: & sicut prædixi, non eos personam habere accusatorum, aut iudicare qui semel depositi sunt; dico autem Hilarium, & qui ei consentiunt: Tamen obediens serenitatis vestræ, processu manifestare, falsa docentibus & blasphemantibus & vocantibus me Ariam, & quasi non confitentem Christum Filium Dei Deum esse: exposui amicis pietatis vestræ meam confessionem: primum satisfaciens, quia nunquam seui Ariam, non vidi oculis; non cognoui eius doctrinam.

AVXENTII  
LIBELLVS  
FIDELI.

Sed ex instantia, quemadmodum doctus sum, sicut accepi de sanctis scripturis, credidi, & credo in vnum solum verum Deum Patrem omnipotentem, inuisibilem, impassibilem, immortalẽ: Et in Filium eius vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, ante omnia sæcula & ante omne principium natum ex Patre, Deum ex vero Deo Patre, secundum quod scriptum est in Euangelio: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum: per ipsum enim facta sunt omnia vniuersalia & inuisibilia. Qui descendit de cælis voluntate Patris propter nostram salutem; natus de Spiritu sancto ex Maria Virgine secundum carnem, sicut scriptum est: & crucifixum sub Pontio Pilato, sepultum tertia die resurrexisset, ascendisse in caelos, sedere ad dexteram Patris, venturum iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum paraclætum, quem misit Dominus & Deus noster Saluator Iesus Christus discipulis veritatis spiritum. Sic credidi & credo, sicut & ascendens in caelos vnigenus Filius Dei tradidit discipulis dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Duos autem Deos nunquam prædicauimus: nec enim sunt duo Patres, vt duo Dij dicantur; nec duo Filij; sed vnus Filius ex vno Patre, solus à solo, Deus ex Deo, sicut scriptum est: Vnus Pater Deus, ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, propter quod & vnus Deitatem prædicamus. Omnes ergo hæreses, quæ aduersus Catholicam fidem veniunt, semper quidem congregati Episcopi Catholici condemnauerunt & anathematizauerunt. Specialiter autem conuenientes Arimini, & inde condemnauimus. Catholicam autem & Euangeliorum, quam tradiderunt Apostoli, hanc fideliter custodiuimus. Vt autem pietas vestra verius cognosceret ea quæ gesta sunt in Concilio Ariminensi, transmissi: & peto, vt ea libenter legi præcipiatis: sic enim cognosceret serenitas vestra, quia iam dudum damnati, depositi, hoc est, Hilarius & Eusebius, contendunt vbique schismata facere. Quæ enim bene de sanctis Scripturis Catholicæ fidei exposita sunt; pietas vestra peruidet hæc retractari non oportere. ] hæc tenus libellus Auxentij. Subdit Hilarius de eadem subdola confessione:

Cum placuisset igitur scribi, Deum verum esse Christum, & vnium cum Patre diuinitatis esse atque substantiæ: ponitur talis ab eo, vt à callidissimo diabolo sententia, quæ significaret Christum ante omnia tempora natum Deum verum Filium: vt secundum Arianos, veritas ad Filium, non ad Deum referretur. Et vt longè maior differentia huius significationis existeret, subicitur: Ex vero Deo Patre: vt in Patre Dei veritas esset, in Christo veritas tantum Filij scriberetur. Dehinc procedente sermone, vna ab Auxentio diuinitas prædicatur, & in ea non confitetur & Filium: vt in solo Patre, non etiam in Filio esset vna sola diuinitas. ] hæc Hilarius, probè noscens omnia improborum Arianorum diuerticula & subdolas captiones. Sed tamen (proh dolor!) præualuit error: etenim Auxentius est acclamatus Catholicus, Hilarius verò habitus calumniator, & discordiarum auctor: quod ipse testatur, cum subdit hæc in epistola:

Spargitur verò per populos, Auxentium, verum Deum Christum, & vnium cum Patre diuinitatis ac substantiæ, scripsisse, neque ab exposita per me fidei diffidere sententia. Post quæ ad communionem eius Rex pro fidei sinceritate aduenit. Sed cum hoc mysterium

CALLIDITAS  
ET DOCTUS  
AVXENTII  
DETECTVS  
AB HILARIO.

Annal. Ecl. Tom. 4. T 2 impietatis

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 6. 369. 3. VALENTIS

impietatis diu occultatum tam non taceretur, diceremque fingi omnia, fidem negari, Deum atque homines illudi: iubeor de Mediolano proficisci, cum consistendi militi in eo, inuito Rege, esset nulla libertas. ] haftenus Acta Mediolani: quae aded expectationi contrarium finem fortita sunt, dum incuria quadam haereticus retinetur, & Catholicus defensor fidei excluditur. His itaque ab Hilario scriptis, & redditis Fidelibus omnibus certioribus, hanc insuper elucidationem Auxentij perfidiae idem subiungit his verbis:

HILARIUS APERIT VERBVS AVXENTII.

Hae igitur, fratres, quibus Dei iudicium in metu est, ita gesta esse, significo. Auxentius, quod negare timuit, noluit confiteri: nam expositionis ipsius exemplar subieci. Si idem scripsit: arguite fallentem: Si vero aliud scripsit, quam professus est: intelligite iam Christum per eum alium, id est, Antichristum praedicari. Lusit quidem ille verbis, quibus posset fallere electos: sed patet impietatis tantae professio. Negat se duos Deos praedicare, quia non duo Patres sunt. Quis secundum haec non videt, vnius Dei confessionem idcirco tantum Patri propriam esse, quia solus esset? Vnde & ille Satanæ stylus extitit: Noui vnum solum verum Deum Patrem. Et post maleuolae significationes: Similem, inquit, secundum Scripturas Filium genitori suo Patri. Si vsquam in sanctis voluminibus hoc scriptum est, habet innocentiae professionem. Si veritate diuinitatis Pater & Filius vnum sunt, quid similitudinis imperfecta opinio antefertur? Imago quidem Dei Christus est: sed & hominem imaginem Dei esse, non dubium est, cum ad imaginem & similitudinem Dei Adam factus sit. Quid tu, heres Arij, Christo tantum nostra concedis? Quid Regem, quid Comites, quid Dei Ecclesiam, patris tui, id est Satanæ arte circumuenis? Christum Deum dicis: quid fallis in nomine? Nega Mosen Pharaoni Deum dictum, Christum Filium & primogenitum Dei loqueris? Nega primogenitum filium Israel Deo esse. Christum ante tempora asseris natum & creatum? Nega diabolum ante tempora & saecula substisse. Christum similem Patri memoras? Nega; ad imaginem & similitudinem Dei hominem esse coepisse. Solum in Christo quod est denegas, ne Deus verus & vnius cum Patre diuinitatis atque substantiae sit: & solitus es vna cum magistris tuis me haereticum arguere.

HILARIUS PROFICVA ADMONTIO.

Expone, quibus potes litteris impietatis meae causam, & blasphemiarum mearum titulum propone. Mihi Antichristus est, qui vnius diuinitatis esse Filium cum Patre non confitetur, quique non ita vnum Deum verum Patrem praedicat, vt veritas quoque diuinitatis non intelligatur in Filio. Si igitur vnius diuinitatis Christus & Deus sunt: cur hoc non simpliciter scripsisti? Si tibi non sunt: cur hoc non simpliciter denegasti? Arcanum igitur tam pestiferi mysterij optassem, fratres, ipse potius, quam per litteras reuelare, & omnes blasphemias Auxentij verbis singulis explicare: verum quia id non licet, saltem vnusquisque, quod sibi licet, intelligat. Multa alia proferre, Ecclesiae me pudor inhibet, & committere epistolae Arianorum blasphemiarum dedecora pertimesco. ] hucusque Hilarius versatus in aperiendo latentes sinus impiæ Auxentij confessionis. subdit post haec admonitionem ad omnes Catholicos, vt caueant Auxentij communionem, cum ait:

Hieronymus de scriptis. Eccl. in Hilario.

Vnum moneo: caute Antichristum. Male enim vos parietum amor cepit: male Ecclesiam Dei in tectis aedificisque veneramini: male sub his pacis nomen ingeritis. An ne ambiguum est, in his Antichristum esse sessurum? Montes mihi, & siluae, & lacus, & carceres, & voragines sunt tutiores: in his enim prophetae aut manentes, aut demersi, Dei spiritu prophetabant. Absistite igitur ab Auxentio Satanæ angelo, hoste Christi, vatore perditio, fidei negatore: quam sic est Regi professus, vt falleret: sic sefellit, vt blasphemaret. Congregat nunc ille quas volet in me Synodos; & haereticum me, vt saepe iam fecit, publico titulo proscribat; & quantam volet, iram in me potentium moliantur: mihi certe ille numquam aliud quam diabolus erit, quia Arianus est: neque pax aliquorum vnquam optabitur, nisi eorum qui secundum Patrum nostrorum apud Nicaram tractatum, anathematizatis Arianis, Christum Deum verum praedicabunt. ] haetenus Hilarij epistola, quam S. Hieronymus appellat libellum contra Auxentium: eamque nouissimam eius lucubrationem esse putamus, quod post haec haud diu superuixisse reperitur. immo & secundum S. Hieronymi in Chronico assertionem, hoc ipso anno eum ex hac vita migrasse, dicendum est: nam licet sub Valentiniiani & Valentis Imperatorum anno quinto Hilarij obitum ponat, tamen quod ipse incipiat numerare annos eorumdem

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 6. 369. 3. VALENTIS

A eorumdem ab anno sequenti post obitum Iouiani; hic pariter annus ab eo positus quintus, idem erit sextus, numerando ab ipso anno, quo iidem creati sunt Imperatores.

Arguuntur autem erroris de tempore obitus Hilarij tum Gregorius Turonensis, tum etiam Seuerus Sulpitius: ille, dum ait, anno quarto eorumdem Imperatorum mortuum esse: iste vero, dum tradit, anno sexto postquam idem sanctus Hilarius rediit ab exilio Orientis in Gallias, diem obiisse; secundum quam quidem rationem eum anno secundo dictorum Augustorum esse defunctum, dicere oporteret. At cum ex nuper recitato Auxentij libello constet, post decimum annum a Concilio Ariminensi, hoc nempe Domini anno, Hilarium Mediolani aduersus Auxentium stetit; satis perspicue demonstratur, ipsum ad hunc vsque saltem annum fuisse superstitem. Sanctissimo porro sine eum in Domino quieuisse, idem Gregorius his verbis significat: Plenus, inquit, sanctitate & fide, multis vndique virtutibus editis, migravit ad caelos: nam & ipse legitur mortuos suscitasse. ]

Greg. Tur. histor. Frimcor li. 1. c. 39. Seuer. histor. lib. 2. Hilarius quando obiit.

Lucubrationes vero ab eo conscriptas recenset S. Hieronymus, cum ait: De Synodo Byterrensi in Phrygiam relegatus, duodecim aduersus Arianos confecit libros; & alium librum de Synodis, quem ad Galliarum Episcopos scripsit; & in Psalmos commentarios, primum videlicet & secundum, & a quinquagesimo primo vsque ad sexagesimum secundum, & a centesimo decimo octauo vsque ad extremum: in quo opere imitatus Origenem nonnulla etiam de suo addidit. Est eius & ad Constantium libellus, quem viuenti Constantinopoli porrexerat: & alius in Constantium, quem post mortem eius scripsit: & alius liber aduersus Valentem & Vrsacium, historiam Ariminensis & Seleuciensis Synodi continens: & ad Praefectum Sallustium, siue contra Dioscorum: & liber Hymnorum, & Mysteriorum alius: & commentarij in Matthaeum: & tractatus in Iob, quos de Graeco Origenis ad sensum transtulit: & alius elegans libellus contra Auxentium: & nonnullae ad diuersos epistolae. Aiunt quidem, scripsisse eum & in Cantica canticorum, sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictaui, Valentiniiano & Valente regnantibus, hucusque Hieronymus. De commentariis in Iob, haec Cassiodorus: Quidam etiam est anonymus, ex cuius stylo beatum esse suspicamus Hilarium, qui commenta libri ipsius, Iob scilicet, scripsit in ordinem. ] Ignorasse visus est, ea ex Origene deducta, in quo S. Hieronymus eiusdem Hilarij prudentiam laudat, quod non tam in Iob Origenis commentarios, sed & in Psalmos quadraginta ferme nullia versusum ad sensum in Latinum verterit.

HILARIUS SCRIPTA.

Cassiod. in fit. diuin. lect. c. 6.

Hieron. prolog. in Nich. c. 4.

Quod autem ad Hilarij stilum spectat: quod fuerit in dicendo copiosus, S. Hieronymus appellat eum Latinae eloquentiae Rhodanum. Ceterum haud aequè cultum ac copiosum fuisse, alibi idem affirmat ad Paulinum, cum ait: S. Hilarius Gallicano cothurno attollitur, & cum Graeciae floribus adornetur, longis interdum periodis inuoluitur, & a lectione simpliciorum fratrum procul est. ] Fuisse perquam studiosum Hieronymum scriptorum Hilarij, quod scribit ad Florentium, declarat, cum ait: Interpretationem quoque Palmarum Dauidicorum, & prolixum valde librum de Synodis S. Hilarij, quem ei apud Treuiros manu mea ipse descripseram, aequè vt mihi transferas, peto. ] Commendat idem scribens ad Lactam scripta Hilarij vt sincera, cum ait: Athanasij epistolas & Hilarij libros inoffenso decurrat pede: illorum delectetur ingenis, in quorum libris pietas fidei non vacillat: ceteros sic legat, vt magis iudicet, quam sequatur. ] haec S. Hieronymus quo ad sanam de Trinitate doctrinam, de qua vigeant inter Arianos & Catholicos controversiae. Ceterum cum diuinæ tantum Scripturae sit, nihil habere erroris, quod corrigatur: nec ipse Hilarius nauis caruit, vt illis, quos notauit Claudianus Mamertus Episcopus Viennensis in commentariis de statu animae ad Synodum Apollinarem; & alij discesserunt, atque perperam alij secuti sunt. Porro quanta modestia, cum quid apud eius scripta emendatione dignum Patres inuenirent, id praestiterint, S. Hieronymus sit exemplo, qui haec de eo errorem alterius sequente ait: Quid igitur faciam? Tantum virum & temporibus suis discretissimum reprehendere non audeo, qui & confessionis suae merito, & vitae industria, & eloquentiae claritate, vbicumque Romanum nomen est, praedicatur: nisi quod non eius culpae adscribendum est, qui Hebraei sermonis ignarus fuit, &c. ] Et Claudianus Mamertus de eodem: Sed quoniam, inquit, B. Hilarius opinionis huiusce vitium virtute confessionis aboleuit: sic sustinet reprehensionis stylum, quod non parit detrimenta meritorum. ] haec ipse.

Hieron. in proo. comment. epist. ad Gal. lib. 2.

HILARIUS DICENDI GENVS.

Hieron. epist. 13. Hieron. epist. 6.

HILARIUS SCRIPTA SINCERA. Hieron. epist. 7.

Claude stat. anim. lib. 1.

Sext. Seuen. Bibli. lib. 5. c. 68.

Hieron. epist. 141.

Clau. de stat. anim. lib. 1.

Verum non Latinis tantum, sed & Græcis sanctus Hilarius exitit admirandus: nam de ipso, atque collega Eusebio Vercellensi hæc Sozomenus: Porro autem apud Italos, & illius partis Imperij incolos, Eusebius & Hilarius, de quo supra dixi, præ præsingularem patrij sermonis & eloquentiæ præstantiam, magna in laude fuerunt. Hilarij autem libros de fide, etiam ab iis, qui contrariam tuebantur fidei Catholice opinionem, admodum commendatos esse prædicant. ] Habet idem Sozomenus de Hilario, se cum sancto Martino subduxisse, cum ille iam antea ab Auxentio persecutionem passus esset. ac diuersis planè temporibus contigit vtriusque vexatio ab Auxentio illata. Extat de eodem epigramma Venantij Fortunati, qui itidem edidit duos libros, quorum prior De vita, posterior De miraculis eiusdem S. Hilarij inscripti habentur. Ceterum cum virtutum omnium Hilarius fuerit viuum quoddam exemplar, mansuetudine potissimum enituisse, Ruffinus tradit. Quod autem subdoli ac cæcutientes recentiorum hæreticorum historiam delirantes confundunt S. Hilarium Pictauiensem Episcopum cum Hilario diacono Anabaptista, schismaticoque Luciferiano, satis demonstratum est superius. Sed & errore aliquos eundem S. Hilarium conlasse simul cum Hilario Arclateni, quæ dicturi sumus inferius, demonstrabunt.

His de Hilario vsque ad eius obitum recensitis, ad Auxentium redeamus: qui cum à populo ignaro se vidit acclamari Catholicum, Valentinianumque Imperatorem iam sibi vt Catholico inherere, atque communionem accipere; Hilarium verò vt calumniosum iustum Mediolano discedere: gaudet, exultat, ac super omnes arroganter extollitur: dictis factisque insultat in Ecclesiæ Catholice sanctos Episcopos, quos semper passus fuerat aduersarios: & inter alios exagitat Eusebium Vercellensem Antistitem, assidua in ipsum iacula cominus intorquentem; necnon Philastrium Episcopum Brixianum: quem etiam iugiter aduersus Auxentium pro fide Catholica tuenda certasse, S. Gaudentius eius successor docet his verbis: Non solum contra Iudæos & Gentiles, verum etiam contra hæreses omnes, & maxime contra eo tempore furentem Arianorum perfidiam tanto fidei vigore pugnavit, vt etiam verberibus subderetur, & in corpore suo stigmata Domini nostri Iesu Christi portaret. Nam & in Mediolanensi vrbe idoneus olim custos Domini gregis fuit, Ariano repugnans Auxentio, priusquam beatus eligeretur Ambrosius. Romæ etiam non exiguo tempore moratus, multos & publica & priuata disputatione lucratus in fide est. ] hæc Gaudentius: quibus etiam significare videtur, remansisse post discessionem Hilarij, Philastrium Mediolani, vt quoquo modo posset, Catholicum populum fidelem in officio contineret; ob quam causam, vt ait, verbera passus est: cum interim Auxentium formulam fidei Ariminenis, eandemque Nicææ Thraciæ promulgaret, compluribus eidem assentientibus Episcopis in Illyrico constitutis.

Stetit quoque aduersus Auxentium infracto animo Euagrius S. Hieronymus ad Innocentium scribens testatur his verbis: Iam enim ad Euagrii nostri nomen peruenimus: cuius ego pro Christo laborem si arbitrer à me dici posse, non sapiam: si penitus tacere velim, voce in gaudium erumpente, non possim. Quis enim valeat digno canere præconio, Auxentium Mediolani incubatorem huius excubiis sepultum penè ante, quàm mortuum? Quisnam autem fuerit Euagrius iste, haud exploratum satis habere potuimus.

Ceterum res Auxentij eo status prouecta erant, adeoque firmata patrocinio Imperatoris, vt priuatorum omnes in eum conatus infirmi viderentur, atque omnino irrita studia. Quamobrem Romani Pontificis requiri videbatur auctoritas & industria. Præstitit id impigre Damasus eiusdem Ecclesiæ Præsul, qui potestate qua pollebat, & studio aduersus Auxentium Romæ Concilium congregauit. Haud enim amplius diffimulanda res erat, cum iam idem Auxentius Illyrici Episcopos magna ex parte seduxisset, proposita illis fidei formula Nicææ Thraciæ edita, eademque Arimineni. Ne igitur letale virus, quod lento tabo proxima membra infecerat, latius serperet, Damasus vnà cum alijs simul collectis Episcopis velox occurrit. Innouit Græcis quoque scriptoribus egregiè nauata à Damaso opera, de quo Theodoretus sic scribit: Quod autem ista fidei formula, Nicææ Thraciæ scilicet edita, ab omnibus veritatis athletis, & ab his potissimum qui versus Occidentem habitabant, reprehensa sit: ex litteris ab eisdem ad Illyricos conscriptis, satis constare potest. Inter eos verò, qui istarum litterarum auctores erant, principem locum obtinuit Damasus in Ecclesiæ Romanæ primatu successor Liberij, vir plurimis virtutis insignibus eximie ornatus. Nonaginta habuit Episcopos ex

<sup>a</sup> Sozom. lib. 3. cap. 14.

<sup>b</sup> Sozom. lib. 3. cap. 15.

<sup>c</sup> Ven. Æt. Fort. lib. 2.

<sup>d</sup> Ruffin. lib. 1. cap. 31.

AUXENTIVS LAETAVR VICTORIA.

<sup>e</sup> Gaudent. in vita S. Ibi. list. apud Ser. die 18. July.

<sup>f</sup> Hieron. epist. 48. QUID EVA-GRIVS IN AVXENTIVM.

CONCILIUM ROMANVM CONTRA AVXENTIVM.

<sup>g</sup> Theod. lib. 2. cap. 22.

A Italia & Gallia Romæ in vnum coactos, qui his litteris consenserunt: quorum nomina hoc loco citarem, nisi quod superuacaneum esse arbitror. Eorum litteræ scriptæ sunt in hunc modum:

Episcopi ad sanctum Concilium Romæ conuocati, Damasus, Valerianus, & ceteri, dilectis fratribus Episcopis qui sunt in Illyrico, in Domino S.

Esti nobis pro certo persuasum est, sacerdotes Dei sanctissimi, vos sacrosanctam fidem nostram, quæ doctrina Apostolorum fundata est, firmè retinere, eamque populo prædicare; quæ certe à decretis Patrum, à quibus par est reliquos erudiri, nulla ex parte discrepat: tamen significatum est nobis à fratribus, qui in Gallia & in agro Venetorum habitant, nonnullos ad hæresim amplectendam omni studio incumbere. Quod quidem malum ne existat, non modò præcauere debent Episcopi; verum etiam quicumque errores, vel quorundam inficitia, vel simplicitate eorum, qui peruersas interpretationes secuti sunt, in Ecclesiam inuecti videntur, his se opponere, Concilioque prouidere, ne deinceps in varias discrepantesque doctrinas denuò prolabantur imperiti: sed quoties dissentientes opiniones ipsorum auribus inculcatæ fuerint, firmè Patrum sententias adhærescant.

Hac de causa à nobis decisum est, vt Auxentius nominatim condemneretur. Quare omnes legis diuinæ doctores, qui ditioni Romanæ subiiciuntur, ea quæ legis sunt sapere, & fidem variis doctrinis nequaquam contaminare debent. Etenim vbi primùm vitiosa Arianorum doctrina & blasphemia vigere inciperet, quæ etiam hoc tempore latissime serpit: trecenti decem & octo Episcopi, Patres nostri, habito Nicææ Concilio, hoc muro ad arma diaboli arcenda fidem nostram cinxere, & hoc antidoto venena depulere mortifera; sic vt crederetur, vnam esse Patris & Filij substantiam, vnam Deitatem, virtutem vnam, vnam potentiam, vnam figuram, quin etiam Spiritum sanctum vnam eandemque cum illis substantiam habere & subsistentiam. Eum autem qui aliter sentiret, à nostra communionem iudicauit alienum. Quam salutarem decisionem & decretum planè venerandum nonnulli postea alijs nouis decretis violare labefactareque studuerunt.

At verò initio (quod peccatum erat ab illis, qui Arimini formulam fidei Concilij Nicæani nouare retractareve coacti sunt) aliqua ex parte propterea sarciebatur, quod se disputatione alio tempore habita sarebantur à veritate abductos, quodque suam fidei formulam nequaquam sententiæ Nicæni Concilij aduersari cogitabant. Siquidem numerus Episcoporum, qui erant Arimini in vnum congregati, præiudicij vim habere non debet: præsertim cum formula illa composita sit, neque Episcopo Romano, cuius sententia præ ceteris omnibus expectanda erat; neque Vincentio, qui tot annis Episcopatum integre gesserat; neque alijs eidem consentientibus: cumque etiam (quod est omnium maximum) illi ipsi, vt autè diximus, qui in fraudem illecti, à veritate deflectisse vni sunt, & post ad meliorem mentem denuò traducti, planè testentur, hanc formulam sibi magnopere displicere.

Itaque vestra integritas manifesto videt, hanc fidem solam, quæ auctoritate Apostolica Nicææ stabilita est, firmè perpetuo retinendam esse. Atque de hac ipsa fide tum Episcopus Orientis, qui se de Catholica Ecclesia esse profitentur, tum Occidentis etiam Episcopos nobiscum vna gloriari constat. Porro autem pro certo credimus, eos qui alia opinione tenentur irretiti, propter suum conatum breui fore & à nostra segregatos communionem, & nomine Episcoporum priuatos; vt tandem populo errore ipsorum liberato, detur respirandi locus. Nam multitudinis error tamdiu nullo modo corrigi poterit, quamdiu Episcopi eodem tenentur implicati: Quocirca facite, vt vestræ reuerentiæ iudicium cum omnium Dei sacerdotum iudicio, cui vos firmè & constanter adharere credimus, omnino consentiat. Quod si fiat, eandem vobiscum rectam credendi viam nos quoque debemus insistere. Vestra charitas, quæso, ad nos rescribat, vt inde lætitiæ capiamus. Valere, fratres honoratissimi. ] hæcenus ad Illyricos Synodi Romanæ admonitio: extat eadem apud Sozomenum. ] Constare insuper ex Imperatoris Valentiniani litteris suo loco inferius recitandis, in hac eadem Synodo rursus damnatum fuisse Vrsicum schismaticum, crebrius in Damasum studia renouantem. ex quibus manifesti mendacij libellus Marcellini & Faustini schismaticorum conuincitur, dum in eo habetur, collectos à Damaso ad Synodum Episcopos anathemati Vrsicini assensum minimè præstitisse: sed de his inferius.

Damnato Romæ Auxentio, qui hæcenus (vt vidimus) inuolucro verborum simulauerat

EPISCOPUS OIA SYNODALIS EX ROMAN. CONCILIO.

AUXENTIVS ROMAN. DAMNATVS.

EXCOMMUNICATIO NIM ET PRIVATIO NEM DAMASVS COMMUNICATVS.

<sup>a</sup> Sozom. lib. 6. c. 23.

AVENTIVS ET SOCII VBIQUE DAMNATI.

Athanasius ad Episc. Episc. Corinth.

Athanasius ad Episc. Afric.

Dionysius lib. 23.

ATHANASIVS AGIT APVD DAMASVM DE DAMNATIONE AVXENTII.

CVR SERO DAMNATUS AVXENTIVS.

uerat se esse Catholicum, adeo vt magnam populi partem, & ipsum quoque Valentianum Imperatorem ad suam communionem adduxerit: in aliis quoque Catholici orbis prouinciis conuenientes Episcopi eundem Auxentium, eiusque in impietate collegas pariter damnauere, iam ante ad id praestandum S. Hilarij litteris circularibus incitati. Testis horum est Athanasius ad Episcerum sic scribens: Diuersis Concilijs per Galliam & Hispanias & Romae celebratis, omnes qui in eo conuentu fuere, istos lucifugas, qui sese etiamnum occultant, & quae Arii sunt, sapiunt, Auxentium dico Mediolanensem, Vrsacium, Valentem, & Caium Pannonem communi calculo, vnus spiritus incitatu, anathemate percusserunt, eo quod isti sibi nomina vendicauerint Synodorum, cum nulla sit in Catholica Ecclesia Synodus existimanda praeter vnicam Nicenam, &c.

Pracefferat hanc Synodum Romae habitam alia ab eodem Damaso ibidem congregata: in qua qui manifesti conuincbantur Ariani, Valens & Vrsacius, damnati fuerant: de quorum damnatione, & approbatione Nicenae fidei, idem Damaso ad vniuersos Christi fideles publicas litteras dederat: sunt enim haec illae, quarum meminit Athanasius scribens ad Africanos Episcopos, cum ipso litterarum exordio ita ait: Sufficiunt quidem scripta Damasi comministri nostri dilecti & magnae Romae Episcopi, ceterorumque tot numero ibi congregatorum: nihiloque minus sufficiunt scripta aliorum Conciliorum, quae partim in Gallia, partim in Italia habita sunt, ad astruendam eam quae in nobis est fidem, quam Christus largitus est, & Apostoli praedicauerunt, & Patres qui in Nicaea vndiquaque ex nostro habitabili orbe conuenerant, tradidere. ] haec & alia Athanasius ad Africanos Episcopos eum rogantes de Synodo Ariminensi, cuius formulam fidei tunc temporis promulgatam audierant. Qui vero consuluerant Athanasium Episcopi Africani, haud putamus eos fuisse prouinciae Carthaginensis, sed Cyrenaicae. Africam enim Cyrenaicam prouinciam Cyrenensem Dio appellat.

Quod autem citatae nuper ab Athanasio scriptae litterae Damasi diuersae planè sint ab ea quae paulo ante recitata est epistola itidem ex Romana Synodo ad Episcopos Illyrici: illud manifestum est argumentum, quod cum eas scriberet litteras Athanasius ad Episcopos Africanos, nondum ab ipso Damaso Romae nominatim damnatus erat Auxentius: nam in fine eiusdem ad Africanos epistolae haec habet: Interim non soli sumus qui ista scribimus, sed omnes in Aegypto & Africa Episcopi nonaginta numero. Omnium enim idem est sensus, & alij pro alijs, si quem contigerit abesse, subscribunt. Certè cum hoc animo essemus, & contigisset nos in vnum conuenire, scripsimus dilecto Damaso Episcopo magnae Romae contra Auxentium inuaforem Mediolanensis Ecclesiae, eumque non solum in communionem esse Arianicae sectae, sed praeter hoc multorum scelorum reum esse, quae designauit cum Georgio socio suae impietatis. Miramurque cur nondum depositus eiecctusque sit ex Ecclesia. Gratiam habemus & illius pietati, & ceteris qui Romae conuenerunt, quod Vrsacio & Valente cum socijs suis eiusdem sententiae eiecctis, concordiam Catholicae Ecclesiae conseruarint. ] haec Athanasius, cuius testificatione illud planè compertum habetur, ante damnationem Auxentij Romae factam, duas tempore eiusdem Damasi Synodos habitas; ab ipso Athanasio alteram in Aegypto, ex qua de damnando Auxentio Romam litteras dedit ad Damasum; Romae alteram ab ipso Damaso, qua dilecti Arianae haeresis duces Vrsacius ac Valens fuerunt condemnati. At quoniam quo potissimum anno Pontificatus Damasi haec gesta fuerint, primo ne, vel secundo, aut tertio, minimè scitur; nec alia eorundem Conciliorum Acta extant, quae doceant: hic de eis meminisse satis.

Vides ex his, lector, damnationem ac depositionem Episcoporum, esse Romani Pontificis opus: cuius rei gratia Athanasius ex Aegypto Damasum Papam litteris interpellat, vt damnet atque deponat Auxentium. Quod ne idem Romanus Pontifex (vt par esse videbatur) ante praestiterit, cum alios consortes eiusdem impietatis Arianae damnasset; illud in causa fuisse videtur, quod latebat coluber in foramine, dum pro tempore simulabat se esse Catholicum: nam vidimus, in Actis illis publicis, praesente S. Hilario, scripsisse Auxentium ac subscripsisse, saepeque rogatum, sapius dolose professum Catholicam fidem. Cum vero postea sui editione libelli ad Valentinianum, per eundem Hilarium, qualis re vera esset apparuisset: nihil amplius à Damaso immoratum est; sed collecto, quod vidimus, Romae Concilio, Auxentium ipse damnauit: Superuixit post haec Auxentius adhuc quinquennio, nec nisi morte valuit ab Ecclesia Mediolanensi depelli, fauente

A uente illi Imperatore, errore decepto existimante ipsum calumniam passum: nam quoniam pacto subsistere potuisset tot Concilijs ipse damnatus, & à populo Mediolanensi vt haereticus derelictus, nisi eum summa Imperatoris suffulisset auctoritas? Quamobrem idem Augustus iram Dei in se filiosque suos iustissimè prouocauit, vt citius quam par esse videretur, Imperio exuerentur & vita.

Inuitis quoque magistratibus Auxentium detinuisse vsque ad obitum, sedem illam, ex eo exploratum videri potest, quod Ambrosius à Probo ad eam prouinciam administrandam missus, Mediolanisque agens, licet vt pius Auxentium execraretur, pati tamen coactus est. Hoc enim anno Anicius Probus Praetorij praefecturam accepit, vt ex Ammiano atque Imperatorum rescriptis apparet; eoque munere diutius functus est: nam, vt Ammianus testatur, eamdem praefecturam ad multorum annorum spatia propagauit.

Ex institutione autem Constantini Imperatoris, qui vniuersum Romanum Imperium in quatuor partitus est Praefectos Praetorio; Probo curae erant Italia, Sicilia, ac circumiacentes insulae, necnon Sardinia, & Corsica, & Africa à Syrtibus Cyrenem vsque: in quas quidem prouincias alios legabat pro arbitrio magistratus. Probus itaque pro officij munere delecturus Rectores prouinciarum, in primis nobilissimi viri Ambrosij Romani ciuis, ex patre Ambrosio Galliarum olim Praefecto nati, rationem habuit, quem nouerat eruditione praclarum, eloquentiae studijs egregiè excultum, optimisque compositum moribus: eidemque Insubriam, Liguriam, & Aemiliam cum insignibus Consularibus tradidit gubernandas.

Ambrosium igitur in prouincias proficiscentem, ad optimum regimen illis verbis, vcluti quodam futurorum vaticinio, Probus cum eum dimisit, hortatus est, dicens: Vade age non vt Iudex, sed vt Episcopus. ] quae quidem verba etsi ab eo futura nesciente propheticè pronuntiata videri poterant; tamen eius admonitionis ratio illa digna praefectis, quod nimia seueritas magistratuum, ad seuerissimi Principis gratiam captandam accommodata, tempora propemodum Neroniana reddiderant: prout docent ea quae à Valentiniano Mediolani aduersus nonnullos, eosque innoxios, Ammianus gesta esse commemorat, nosque superius recensuimus, vel quod, in eadem prouincia actum esse de muliere septies iceta Vercellis, ex testificatione S. Hieronymi, ipso tempore exorti schismatis Vrsicini narrauimus: aliaque declarant exempla, tum ab eodem auctore in Chronico, tum ab alijs adnotata.

Probus igitur, quem optabat cum iustitia aequitatem clementiamque ad populorum regimen habere coniunctam, Ambrosium cum mitteret in prouinciam, admonuit, age non vt Iudicem, sed Episcopum. At haec modò factis de praefectura Praetorio Probi principio, & Ambrosio ad dictarum prouinciarum administrationem assumpto. Cuius sicut infantia diuino quodam fuit nobilitata prodigio, ita & pueritia liberalibus imbuta scientijs, & egregijs extitit exulta virtutibus: & quemadmodum adolescens factus, consuetudine sanctae fororis Marcellinae virginis & fratris Satyri Romae in domo paterna cum matre vidua coalescens, ab omni libidinum sordè se impollutum omnino seruaui: ita factus vir, non sibi, sed Reipublicae atque in primis religioni natum se intelligens, vtrique prodesse consilijs, opibus, ac viribus quibus valuit, numquam defuit, & domi forisque summa gloria omnibus in rebus vbique refulsit. Eius verò aetatem hoc ipso anno, cum dictam praefecturam prouinciarum accepit (habita ratione annorum quibus vixit, ex obitu tempore retrò reuolutis annis, cum inueniatur natus sub Consulatu Dalmatij atque Xenophili, est is annus Domini trecentessimus trigessimustertius) ad annos triginta sex peruenuisse, exacta temporum dispositione comperimus. Quo modo autem post annos quinque diuino nutu ex Praefecto Episcopus delectus sit Mediolanensis Ecclesiae, suo loco dicturi sumus.

Hoc item anno, iisdemque Consulibus, Valentinianus Imperator vnà cum collegis AA. Chronopium quemdam Episcopum in Synodo condemnatum, appellentem ad saeculare tribunal, ob indignum facinus, pecuniaria poena pauperibus eroganda multauit, sic de eo ad Claudium scribens:

Quoniam Chronopius ex Antistite idem fuit in tuo, qui fuerat in septuaginta Episcoporum ante iudicio, & eam sententiam prouocatione suspendit, à qua non oportuit prouocare: argentariam multam, quam huiusmodi facto sanctio generalis imponit, cogatur expendere. Hoc autem non sisco nostro volumus accedere, sed his qui indigent, fideliter

ANICIVS PROBI PRAEFECTURA PRATORII.

Ammianus lib. 27. 28. de offic. Praef. prouinc. Cod. Theod. l. 5. de metat. l. 2. de abolit. Cod. Theod. l. 2. de off. Praef. lib. 2. AMBROSIVS MITTITVR PRAEFECTVS TRIVM PROVINCIAE RVM.

Paulin. in vita S. Ambrosij.

Ammianus lib. 27.

AEVAS AMBROSII.

l. 20. quod appell. C. Theod. FORVM SAECVLARE VIDENT CLERICI.

liter erogari. Quod in hac causa & ceteris Ecclesiasticis fiat. Dat. VIII. Id. Jul. Valentiano A. N. P. & Victore Coss.] Quae citatur sanctio generalis, illam esse puto, qua vetitum erat, ne clerici coram secularibus Iudicibus causam dicerent: cuius quidem legis ab eodem Valentiano edita meminit sanctus Ambrosius scribens ad Valentianum iuniorum his verbis in ipso epistolae exordio: Nec quisquam contumacem iudicare me debet, cum hoc asseram, quod Augustae memoriae pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit: In causa fidei vel Ecclesiastica alicuius ordinis eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis. Haec enim verba rescripti sunt: hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare: Quin etiam si alias quoque argueretur Episcopus, & mortui esset examinanda causa; etiam hanc voluit ad Episcopale iudicium pertinere.] haec Ambrosius:

Ambros. epist. 32.

EUSEBIUS MORITVR. BASILIVS CREATOR. EP. SC. CAES. A. R. E. A. E. CAPPADOCIAE.

Hieronym. de scriptor. Eccl. in Basilio.

Greg. Nys. ep. ad Olymp. monach. Exat apud Lipton. tom. 2. ep. apud Sur. tom. 4.

Apud Gregor. Nazianzen. tom. 2. edit. Ches. nov. pag. 7443. BASILIVS ELEC. TIONIS TEM. PVS.

Iam vero ad res gestas Orientalis Ecclesiae oratio progrediat: Hoc ipso anno, de B. funde Eusebio Episcopo Caesareae Cappadociae, in locum eius S. Basilium electus est. At quoniam de tempore creationis Basilij diuersa admodum sententiae reperiuntur: antiquam ad res gestas enarrandas deueniamus; consignatae chronologiae certa est ratio disquirenda. Auctor enim ille, cuius quis fuerit, qui pulchro Amphilochei nomine usurpato, res Basilij scripsisse reperitur, oscitanter nimis, Imperij anno sexto Valentiani Augusti, cum nec dum creatus esset Episcopus, eundem Basilium vita functum affirmat: cum tamen S. Hieronymus de eodem vivente, & in Ecclesia magna laude florente, decimo tertio Valentis Imperatoris anno in Chronico meminerit, & alibi testatur sit, sub Gratiano, eum scilicet solus regnaret, mortuum esse: sed & res ab eo gestae eisdemque scripta plane indicant, eum multos post haec annos vixisse, ac pro Dei Ecclesia strenue laborasse.

B

Ex tempore itaque Basilij obitus, & annis quibus sedit (quum hae explorata reddentur) possumus pariter certum animum, in mentemque diem facile intelligere, quo Caesariensis Ecclesiae Episcopus creatus est: Gregorius Nysenus, ipsius germanus, in epistola ad Olympium monachum de obitu S. Maerinae virginis, variisque sororis, cum Basilium fratrem haud pridem defunctum recollit, eum sedisse ait annos octo absolutos, nonnumquam verò ex parte tantum attigisse: Apponam hic verba Gregorij, quae haec sunt, cum agit simul de eiusdem Basilij ordinatione & obitu: Interea, inquit, insignis inter sanctos Basilium magnae Caesareae declaratus est Antistes, & mysticis sacrificiis suis fratrem, nempe Petrum, consecrans, ad sacram presbyteratus dignitatem prouexit. Atque hic rursus eius vitae cursus ad gratiora sanctioraque dirigebatur, cum sacerdotij dignitas sapientiae studio coniuncta cumularetur. Post autem annis octo transactis, & non inchoato, per totum D. Orbem celeberrimus Basilium ab hominibus ad Deum concessit, communem patriae & Ecclesiae luctus occasionem praebens.] haec Nysenus. sed & Gregorius Nazianzenus aequè de annis octo sedis eius testatur in sepulchralibus, ubi de Basilio ait: Octo annos pij populi habenas tenuisti: hoc unum, Basili, in tuis rebus paruum ac breue fuit.]

His igitur de annis sedis Basilij certis sumis quo testibus consignatis, iam reliquum est, vt quod nemo tradit, quo potissimum anno sedere coeperit, ex tempore eius obitus hoc ipsum intelligamus. Haec vt sciamus, eundem germanum ipsius Gregorium percontemur: qui ait, ex hac vita migrasse Basilium ante menses nouem à celebrato Concilio illo Antiocheno post Valentis Imperatoris obitum; ex quo idem Gregorius eam, de qua agit, legationem accepit ad restituendas collapsas Orientales Ecclesias, Arianorum sub eodem Valente persecutione vexatas: sic enim ipse in eadem citata nuper epistola ad E. Olympium: Erat post hanc iacturam, nempe Basilij obitum, nonus mensis & paulo amplius, eum Episcoporum Concilium indictum est Antiochiae, cui nos item interfuimus.] haec ipse. Sed quoniam tempore eiusmodi Synodus fuerit celebrata, id accuratius peruestigandum est. Constat quidem, dum vixit Valens Augustus diuus Ecclesiae Catholicae persecutor, extrahatis suis ipsorum Ecclesiarum Episcopis Orthodoxis, nullum eius celebrandi Concilij locum fuisse relictum vel tempus: eo autem diuina vindicta de medio sublato (quod contigit sub ipsius Consulatu sexto, quinto Idus Augusti, anno Domini trecentesimo septuagesimo octauo) statim à sanctis Episcopis confessoribus ad suas Ecclesias restitutis indictum est ipsum Concilium Antiochenum. sicque eodem anno Domini trecentesimo septuagesimo octauo, quo Valens dicta mensis Augusti die obiit, indictam fuisse oportuit eam Synodum. Cum verò ante eius indictionem nouem menses & paulo am-

lo am-

lo amplius elapsos dicat à morte Basilij, constetque ex indicibus publicis, eum ex humanis desuisse Kalendis Ianuarij: necesse est affirmare, eodem anno trecentesimo septuagesimo octauo, quo Valens Augustus decessit, in pace requiescisse Basilium Magnum. Quem etiam cum aequè certum sit ex tabulis Ecclesiasticis ordinatum fuisse Episcopum decimo octauo Kalend. Iulij: vt eum sedisse dicamus, secundum Gregorium Nysenum, annos octo absolutos, non inchoato, hoc est, non absoluto, vtique affirmandum est, eundem hoc anno fuisse ordinatum Episcopum, sedisseque annos octo & quod excurrit à decimo octauo Kalendas Iulij vsque ad Kalendas Ianuarij: sicque fiet tempus sedis Basilij anni octo, menses sex, & dies sexdecim. Ad haec autem dilucidius examinanda nos errores aliorum adeò deformes obligarunt, dum qui nomen Amphilochei ad mentiendum accepit, ante velit Basilium esse defunctum, quam creatum Episcopum: B. cuius quoque erroris redarguendus est Nicephorus, qui hoc ipsum sensisse visus est, dum vult eundem Basilium tempore Iuliani iam sedisse Episcopum.

Martyr. Rom. Galia, die 1. Ianuarij.

Martyrolog. Rom. Epist. die 14. Iulij.

Niceph. lib. 10. cap. 23.

His igitur de tempore ingressus Basilij in Episcopatum praemissis: reliquum est, vt quae ad eius electionem spectant notatu digna, pariter enarremus. Quod enim magni ponderis opus esset, tantum virum è montium latebris euocatum, tamquam accensam facem super candelabrum ad lucem omnium sublimem statuere; vt tamquam è nubibus Sol eductus in Oriente refulgens, Occidentem pariter illustraret: non nihil aduersus impios aduersantes homines id impediens, prauosque daemones eosdem impellentes conflicitatum est: sed praualuit tamen Dei virtus, qua Basilium in sedem Episcopalem euectus hoc perditissimo tempore factus est aduersus ingruentes haereticos & furentem cum eis Imperatorem Ecclesiae Catholicae propugnaculum, Orthodoxorumque omnium robur & fortitudo: seditque inuito licet & obnitente Imperatore Valente, ac frustra fauientibus magistratibus, vsque ad obitum, diuino plane miraculo inconcussus. Sed rem ipsam aggrediamur.

MAGNUM EP. VT BASILIVS CREATOR IVR. EPISC. CAES. A. E. CAPPADOCIAE.

Eusebio itaque Episcopo Caesariensi, celeri (vt ait Gregorius Nazianzenus) morte abrepto (repentino enim violentoque morbo confectus ex hac vita sublatus est) Basilium qui aderat, quippe qui aegrotanti Episcopo assiduo ministerio vsque ad eius vitae exitum praesto fuit, adeo vt in eius manibus, vt idem auctor affirmat, contingerit ipsum animam exhalasse, sciens plurimorum in se studia, vt crearetur Episcopus, conspirasse, mature fugam arripuit: ita tamen, vt in destitutam pastore Ecclesiam oculos conuersos haberet, timens illi, ne à schismaticis & haereticis inuaderetur: scripsit enim tunc de his litteras inter alios ad Gregorium Nazianzenum his verbis è latebris:

Gregor. Nazian. orat. in laude Basilij. BASILIVS IVGIT, NR CREATOR EPISCOPVS. Gregor. ibid.

D. Basilium Gregorio. Quis dabit mihi pennas sicut columbae? vel quo modo renouabitur senectus mea, vt ad charitatem vestram transire, desideriumque vestri, quo te neor, lenire, animique molestias exponere, ac vestra opera quoddam afflictionum solamen reperire queam? A morte enim beati Episcopi Eusebij metus non paruus nos inuasit, ne forte si qui metropolitanae Ecclesiae nostrae quondam insidias struebant, eamque haereticis zizanias implere cupiebant, occasionem nunc nacti, pietatem in hominum animis multo labore sparsam perniciosius suis doctrinis radicitus euellant, ipsiusque vititatem scindant, quemadmodum in plerisque Ecclesiis fecerunt. Quoniam autem litterae quoque cleri ad nos allatae sunt, quibus rogamur ne tali tempore eos negligamus: in orbem circumspiciens, charitatis vestrae recordatus fui, rectaque fidei, ac zeli, quo pro Dei Ecclesiis semper flagratis. Eaque de causa dilectum condiaconum Eustachium misi, vt veneratio vestra illius hortatu precibusque permota, omnibus laboribus & arumnis Ecclesiarum causa susceptis hunc quoque adiungat, senectutemque meam congressione reficiat ac recreet, recteque Ecclesiae celebrem illam pietatem dirigat, nobiscum scilicet, si modò digni habiti fuerimus, qui vos in bono hoc opere iuueamus, pastorem illi iuxta Domini voluntatem praeficiens, qui plebem ipsius moderari queat. Est quidem nobis praec oculis vir, quem nec ipsi ignoratis: quo si diuina gratia, potiamur, magnam haud dubie nobis libertatem apud Deum comparabimus, maximoque beneficio populum, qui opem nostram implorauit afficiemus. Verum te rursus ac sapius rogo, vt abiecta omni cunctatione, hic nobis praesto sis, hiemisque molestias anticipes.] haec tamen Basilium ad Gregorium, quem dum rogat vt maturet aduentum, & anteuertat hiemis tempus, plane significat, anno superiori Eusebium esse defunctum, vacasseque sedem vsque ad dictam diem mensis Iulij.

Gregor. Nazian. post epist. 20. BASILIVS EPIST. AD GREGORIUM.

Quod

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 6.
369. 3. VALENTIS

Quod verò Gregorius nec his litteris monitus festinaret aduentum, rursus ad eundem A
Basilium alias literas dedit; quibus & significauit, se morbo laborare, ac in extremis pro-

BASILIIUS, NE ELIGA- TUR EPI SCOPVS, SI MVLAT AB GRITVDI- NEM.

Gregor. Nazian. epist. 21 GREGORII EPIST. AD BASIL.

Noli mirari, si quid præter opinionem tuam dixerò, nec prius à quoquam homine dictum. Quamquam tu mihi viri constantis & certi, atque animi firmitate præditi estimacionem habere videris: multa tamen simpliciter magis, quàm circumspèctè & securè deliberas ac facis. Nam qui à vitio liber est, is vitium in alio minùs promptè suspicatur. Huiusmodi tibi quiddam nunc accidit. Ad metropolitanam urbem nos acciuisi, cum de Episcopo creando consultatio proposita esset. Ac quam specioso & ad persuadendum apposito prætextu vsus es! Egrotare te finxisti, atque extremos spiritus edere, B cupereque nos videre, atque extremum alloqui. Quod quo consilio feceris, assequi nequeo, nec quid præsentia nostra ad eam rem vtilitatis allatura sit. Ego verò ad iter me accinxi, rem hanc ægerrimo animo ferens. Quid enim mihi vita tua sublimius, aut discessu tristius & acerbius? Ac fontem lachrymarum profudi, & ingemui: nuncque me primùm aliter affectum sensi, quàm Philosophi ratio postulet. Denique quid epitaphiis non impleui? Posteaquam autem Episcopos ad urbem concurrere intellexi, professionem consilium abrui: demirarique coepi primùm, si quid deceret ac honestum esset non perspiciebas, atque improborum linguis occurrendum putabas, quæ simplicissimis quibusque celerrimè calumniam struunt. Deinde, si non hæc tibi & nobis conuenire existimas, quibus & vita & doctrina & reliqua omnia communia sunt, nimirum à Deo ita iam inde à prima ætate consociatis. Tertio (licet enim hoc quoque dicere) si piorum Dei que metu C præditorum hominum huiusmodi electiones esse censuisti, ac non potentium & apud vulgus gratiosorum. Atque ego his de causis nauigij proram (vt dici solet) conuertit, ac proficisci detrectaui. Tibi autem, si videtur, hoc quoque fixum constitutumque sit, inter medios tumultus, prauasque suspiciones fugere. Tuam verò pietatem tum demum videbo, cum & negotia constituta fuerint, & per tempus licuerit: ac plura etiam & grauiora exprobrabo.] hæc Gregorius ad Basilium.

Ceterum ipse Gregorius immenso æstuabat desiderio, vt Basilium Ecclesiæ Cæsariensis præficeretur Episcopus: quod aliquando pro concione quoque vaticinatus fuerat, ista dicens: Nec dubito, quin pastorem longè præstantissimum sim assumpturus: tametsi spiritualibus quibusdam rationibus pascendi gregis prouinciam à se reiciat: & cum creditum sibi spiritum, talentorumque negotiationem, gregisque curam commissam habeat, D oleoq. sacerdotij & perfectionis delibutus sit, adhuc tamen pro sua sapientia præfecturam suscipere cunctetur, lucernamque subter modium retineat (breui illam quidem super candelabrum collocandam, quo omnibus Ecclesiæ animabus illuceat, semitisque nostris lumen porrigat) ac montes adhuc & saltus & fluuenta circumspèctet, ac lupis animarum raptoribus laqueos moliat, vt commodo quoque tempore pedum etiam ipsum accipiat, ac cum vero pastore gregem hunc ratione præditum pascat in loco pascuæ, hoc est, semper virenti Dei verbo tabernaculum ei figens, ac refocillatrice aqua, hoc est, spiritu sancto eum alens. Atque hoc quidem speramus, omnibusque votis expetimus.] hæc Gregorius: qui licet absens, omni tamen sollicitudine procurauit, vt Basilium Cæsariensis crearetur Episcopus. Nam cum ad electionem futuri Antistitis comprouinciales omnes conuocarentur Episcopi, atque eius pater Episcopus Nazianzenus tum senio tum mala detineretur valetudine, quo minus se Cæsariensem conferre valeret, suffragium ipsius, quo decerneret Basilium deligendum esse Episcopum, scripta patris nomine ad Cæsarienses epistola, significauit. Litteræ autem ipsæ Gregorij parentis sic se habent:

Gregor. Nazian. orat. de pace. GREGORII DE SEDE BASILII VALENTINIANI

Apud Gregor. epist. 22. EPIST. GREGORII EPISCOPI NAZIANZ.

Sum quidem pastor exiguus, exiguique gregis Antistes, minimusque inter ministros spiritus: ceterum gratia nequaquam angusta est, nec locis circumscripta. Quocirca paruis quoque liberè loquendi potestas concedatur, præsertim de communibus maximisque rebus orationem habentibus, & cum hac canicie consultantibus, quæ aliqui fortasse prudentius & solertius habet, quàm plerique è vulgo. Non de paruis & leuibus rebus deliberatis, verum quibus vel rectè vel secus habentibus, Rempublicam quoque vel hoc vel illo modo se habere necesse est. De Ecclesia enim nobis sermo est, pro qua Christus mortuus est, ac de illo, qui hanc Deo sistat & conciliet. Lucerna enim corporis est oculus (vt do-

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 6.
369. 3. VALENTIS

(vt docet Scriptura) non modo hic corporaliter aspiciens & aspectus, sed etiam qui spiritaliter cernit ac cernitur. Lucerna autem Ecclesiæ est Episcopus, quemadmodum ipse perspicuè nostis, etiam si non scripserimus. Itaque quemadmodum illo puro atque incolumi, corpus quoque rectè ducitur; impuro autem & vitiatò, non rectè: consimili quoque ratione vtrilibet modo sese Ecclesiæ Antistes habuerit, omnino vel periculi vel salutis participem esse Rempublicam, necesse est. Porro cum omnibus Ecclesiis tamquam Christi corpori summa cura & sollicitudine prospiciendum sit (tum maxime vestræ, quæ omnium fere Ecclesiarum mater & à principio erat, & nunc est, atque censetur, & ad quam tota Respublica Christiana oculos coniecit, non secus ac circulus centro circumscriptus, non modò propter fidei integritatem iam olim omnibus prædicatam, sed etiam ob concordia gratiam diuino haud dubiè beneficio ipsi concessam.

Matth. 6.

Quoniam igitur ad deliberationem, quam de hac re habetis, nos quoque (vt rectum erat & Ecclesiastica regula postulabat) vocastis; senectute autem & morbo correpti tenemur: si quidem ipsi quoque spiritu sancto vires nostras obfirmante, adesse queamus (neque enim quicquam fide præditis incredibile est) hoc sanè & publicæ vtilitati melius & nobis iucundius fuerit, vt & vobis aliquid conferamus, & ipsi benedictionis participes efficiamur. Si autem per corporis infirmitatem adesse non licuerit, id certè, quod absentes possunt, conserimus. Et quidem alios quoque apud vos præfectura dignos esse, confido, vtpote in vrbe amplissima, atque ita præclare & ab huiusmodi Præfulibus iam olim gubernata. Ceterum ex omnibus, qui honore & gloria apud vos florent, neminem Deo dilectissimo filio nostro Basilio præstare anteferre possum (hæc autem quasi teste Deo dico) viro tum morum integritate tum doctrina purgato, soli que omnium vel certè potissimum iis viribus subnixo, vt perditissimo huic temporì, vigenti que hæreticorum loquacitati, lingua que prurigini vtraque re obistere possit. Hæc & sacerdotali classi & monachis scribo: hæc & iis qui magistratus gerunt, & qui senatorij sunt ordinis, ac denique plebi vniuersæ. Si igitur huic sententiæ assensum fuerit, suffragiumque nostrum aded sanum & integrum vnaque cum Deo latum vicerit: & spiritaliter adsum & adero: imò etiam iam manum imposui, spiritusque fiducia nitior. Sin autem aliud quippiam potius quàm hoc placeat, ac per sodalitia & cognationes eiusmodi res expendantur, ac miscellanea turba exactum & seuerum electionem morem conuulserit & distaxerit: seorsim, sanè id quod vobis arripserit, facite: nos autem intra nosmetipsos collecti quiescimus.] hucusque Gregorius senior ad Cæsarienses. Habes ex his, lector, illud antiquitus obseruatum, vt cum à populo postulatio legitime fieret futuri Episcopi, nequaquam ille turmatim atque clamoribus expeteretur, sed per sodalitia artificum & nobilium cognationes suffragia conferrentur: tunc verò perperam, cum miscellanea turba clamoroso impetu profiliet.

GREGORII SENIORIS AD CÆSARIENSES EPISCOPI LITTERARUM

Quoniam verò qui Cæsariæ conuenerant Episcopi ad futuram electionem, haud (vt par erat) certas ad eam ipsam rem dederunt litteras, quibus Gregorius vocaretur: ipse ea de re nonnihil conquestus, has reddidit ad eos litteras, quibus rursus in electionem eiusdem Basilij calculum confert: Quam suaues estis & humani ac singulari charitate præditi! Ad metropolitanam urbem nos vocastis, de Episcopo (ni fallor) consilij aliquid inuituri (hoc enim vos in animo habuisse sentio) cū nec quod adesse necesse sit, nec quam ob causam, nec quo tempore prædixeritis: sed repente nobis, si quid facere aggressi estis, declaraueritis, tamquam videlicet non nos honorare constituentes, aut habere expetentes, sed præsentiam nostram studiosè impediētes, ne in nos inuitos & repugnantes incidatis. Ac tale quidem vestrum facinus est, iniuriamque hanc feremus. Quid autem ipsi sentiamus, exponemus. Alij quidem alios creabant atque proponunt, nimirum pro suis quisque moribus ac copiis & facultatibus, quemadmodum in his rebus accidere consuevit. Nos verò neminem (nec enim fas est) carissimo filio nostro Basilio combresbytero præferre possumus. Ecquem enim ex omnibus, quos nouimus, vel vita probatiorem, vel doctrina valentiorē, magisque ad virtutis elegantiam vndique perpolitum reperimus? Quod si quis illius infirmitatem sententiæ suæ prætextit: non athletam creatis, sed doctorem. Atque in hoc virtus illius elucet, qui infirmos (si quidem tales sint) sulcit ac corroborat. Si huic suffragio calculum vestrum adieceritis: & adero, & me vobis vel spiritali vel corporali modo adiutorem profitebor. Si autem certis conditionibus via capessenda est, factiensesque & dissidia contra ius fasque valitura sunt: volupe est, vobis contemptrui esse. Vestrum sit hoc opus. Pro nobis autem orate.] hucusque ad eos Gregorius maior.

Apud Gregor. epist. 25.

GREGORII SENIORIS AD EPISCOPOS CÆSARIENSES LITTERARUM

GRIGORIUS SENIOR P. TIT CAESAREAM.

Greg. orat. in laud. Basili.

Quid vero post haec sanctus senex? Quantumlibet senio gracilis, aegraque valetudine iam videretur proximè moriturus; diuino nihilominus spiritu feruens, animo roboratus, iuuandæ causâ electionis Basilij, Caesaream versus iter arripuit: haud dubie id filio suadente Gregorio, penes quem nihil antiquius erat, quàm vt Magnus Basilius ad summum totius prouinciæ thronum promoueretur: qui de studio patris, vt sacris comitiis interesset, iter Caesaream maturantis hæc ait: Quamuis non solum senectute confectus, sed etiam morbo fractus ac debilitatus esset, animamque ageret: iter tamen capeffere non dubitauit, vt calculo suo electionem iuuaret, spiritus videlicet ope atque auxilio fretus. Atque vt rem in pauca conferam, vehiculo non secus ac mortuus feretro impositus, iuuenis redit, firmus ac vegetus, sublimis oculos gerens, à manu impositione & vnctione, addo etiam & ab illius qui vngebatur, capite confirmatus, bonæque valetudini restitutus.]

Greg. Naz. epist. 29.

GRIGORIUS EPIST. AD EUSEBIUM SAMOSAT.

Quod autem Gregorius iunior accepisset opportunè admodum, Eusebium illum ubique Orthodoxæ fidei causâ spectatum Episcopum Samosatenum se contulisse eadem de causâ Caesaream; eidem gratulatus, sciens eum magnopere studere Basilio, has ad ipsum proficiscenti patri litteras dedit, quas ob tanti viri præconia hic intexere dignum existimamus, sic enim se habent:

Vnde tuarum laudum exordium ducam? & quo nomine propriè te appellabo? An te columnam & firmamentum Ecclesiæ vocabo? aut luminare in mundo iisdem verbis cum Apostolo vtens? aut gloriationis coronam incolumi Christianorum parti salutemque adepturæ? aut Dei donum? aut patriæ adminiculum? aut fidei regulam? aut veritatis Legatum? aut hæc omnia simul, atque his plura? At hanc laudum exuberantiam, fidem prope excedentem, per ea quæ videmus, confirmabo. Quæ enim pluuia ita matura & tempestiua siccanti terræ illapsa est? Quæ aqua ex petra, iis qui in deserto habitabant, exundans? Quem talem Angelorum panem homo manducauit? Quibus Iesus communis ille Dominus discipulis suis pessumeuntibus ita opportunè astitit, vt & mare tranquillaret, & periclitantibus salutem afferret; vt tu laborantibus nobis ac marantibus, ac velut naufragium iam facientibus apparuisti? Et quidem de aliis quid loqui necesse est, quanta nimirum læticia & voluptate Orthodoxorum animas perfudisti, & quot hominum desperationem sustulisti?

At mater nostra Ecclesia, Caesariensem dico, nunc profecto ob tui aspectum viduitatis vestes exiit, & stolam oblectationis resumit, magisque etiam splendescet, cum pastorem & se & antecessoribus Episcopis & manu vestra dignum consecuta fuerit. Nam quis sit rerum nostrarum status, ipse quoque perspicis, quamque insigne miraculum zelus tuus patrarit, & sudores, & Deo grata fiducia & libertas. Senectus reflorescit, morbus superatur, lecto affixi exiliunt, infirmi potentia accinguntur. Quæ res mihi coniecturam afferunt, negotia nostra ex animi sententia successura esse. Ac patrem quidem tum suo tum nostro nomine habes, præclarum omni vitæ canicieque venerandæ finem impositurum, nimirum præsentem hanc pro Ecclesia dimicationem. Ac certum habeo, fore, vt precibus vestris, quarum fiducia nemo non sibi quidiuis polliceri debet, firmiorem eum valentiorumque recipiamus. Quod si in hac quoque cura extremo vitæ die perfungatur: nequaquam detrimento & calamitati ducendum est, talem & ob res tales vitæ finem consequi. Mihi verò ignosce, obsecro, si improborum linguis paulisper cedens, aliquanto post ad complexum vestrum accurram, & ea quæ nunc in laudatione prætermissa sunt, per me ipsum adiiciam.] hæc ad Eusebium Magnum Magnus Gregorius.

BASILIVS CREATVR EPISCOPVS CAESAREAE. Greg. Naz. orat. in laud. Basili.

Gregor. end. orat.

At quid post hæc factum est? Cum in vnum Episcopi, calatis comitiis, de electione Episcopi acturi cõuenissent: multis licet aduersantibus obnitentibusque; promotioni Basilij, vicit tamen pars illa quæ ipsi fauebat: Non id quidem (inquit Gregorius) citra laborem, nec citra inuidiam & dimicationem tum eorum qui patriam cum imperio administrabant, tum perditissimorum quorumdam huius vrbs civium, qui ab illorum partibus stabant. Verum fieri aliter non poterat, quin Spiritus sanctus vinceret, atque ad eò abundè vicit, &c.] pergit pluribus dicere de electione tum facta Basilij in Episcopum Caesariensis Ecclesiæ, qua quidem hoc perditissimo tempore opportunius nihil contingere potuisset.

Gregorius autem audita electione Basilij, licet cum videndi violento quodam desiderio traheretur: cohibuit se tamen, modestiæque consulens aduentum suum ad tempus opportunius distulit, vt ipse his verbis significat: Cum enim in hac opinione versaren-

tur,

A tur, me statim facturum, vt summa cum animi voluptate ad eum accurrerem (id quod fortasse alius quispiam fecisset) cum eoq; imperium potius partirer, quàm proximam auctoritatem haberem; idq; ex amicitia nostra coniectarent: ego tamen cum in omnibus rebus arrogantia suspicionem, vt si quis alius, fugiens, temporis illius intudiam vitans; simul etiam quod negotia ipsius adhuc turgere & perturbari viderem, cupiditati meæ frenum iniici, domiq; me continui. Quo nomine quidem ille mecum expostulat: cereum veniam concedit.] hæc ipse, qui ad eundem Basilius electum Episcopum perbreuem hanc scripsit epistolam:

Greg. epist. 24.

Postquam te in sublimi throno collocatum, lucernamq; ac illam quidem prius obscure lucentem à Spiritu victore supra candelabrum oculis omnium expositam esse intellexi: magnam me cepisse voluptatem, fateor. Quidni enim, cum Ecclesiæ corpus grauiter laborare, atque huiusmodi ductu & auxilio opus habere cernerem? Non tamen ad te statim aduolauim, nec tu ipse id à me exposcas. Primum, vt auctoritatem grauitatemq; tibi factam restantque custodiam; ac ne ineptia quadam & præcipiti animi impetu, quemadmodum obtrectatores dicere queant, tui studiosos colligere videaris. Deinde, vt mihi ipsi constantiam æquabilitatemq; comparem, inuidiaq; occurram. Quando igitur venies, fortasse dixeris, & quamdiu procrastinabis? Quoad Deus iusserit, atque eorum qui nunc infidiose imminet, inuidiaque flagrant, vmbra præterierint. Non enim diutius (mihi crede) leprosi resistent, Dauid Hierosolymis excludentes.] hæc tenus Gregorius ad Basilius.

EPISTOLA GREGORII AD BASILIVM CRBATVM EPISCOPVM.

2. Reg. 5. licet tibi non nisi de claudij & cæciliæ. ADVERBARIUS S. BASILII.

Erant autem hi qui exagitabant Basilius, & inuidia tabescebant, magistratus Valentis Imperatoris, nempe Præfectus prouinciæ Cappadociæ, & alij huic proximi, Caesareæ agentes, ciuitatemq; ipsam sursum deorsumq; commiscens, vt in gratiam Ariani Imperatoris aliquis alius crearetur Episcopus. qui cum res secus quàm animo concepissent, accidisse viderent, liuore incensi, negotium faceffere eidem Basilio, ipso primo eius creationis ingressu minimè destiterunt. Quæ audiens Gregorius, iamq; opportunum tempus adesse existimans, vt Basilio laboranti præsto esset, ante suum aduentum, has eum consolaturus litteras præmittendas putauit:

Greg. epist. 25.

Audito te nouo hoc rerum motu perturbari, tibiq; à versuta quadam & vsitata eorum qui potentia & auctoritate florent, curiositate molestiam exhiberi. Nec sanè mirandum est. Neque enim inuidiam ignorabam, quodq; permulti ex iis qui latus tuum cingunt, negotia sua per te procurant; maleuolentiæq; & inuidia fomitem excitant. Illud verò non metuo, ne quid parum philosophicum in his molestiis atque & te & nobis indignum facias. Quin potius nunc vel maximè futurum existimo, vt Basilius meus cognoscatur, & quam omni vitæ ætate sapientiam collegisti, eam vt luculenter demonstrares, obtrectatorumq; improbos conatus superes, ac velut in altissimis fluctibus immotus maneat, aliis perturbatis. Quod si ita tibi videtur, ipse quoque adero, fortasse quidem consilij quoque tibi aliquid impartiturus (si tamen mari aqua opus est, ac tibi consultore) proculdubio autem vt à te utilitatem percipiam, patientiæque tuæ in ferendis contumeliis socium me præbeam.] hæc Gregorius, qui de eodem suo ad Basilius accessu, & quonam modo ab illo sit acceptus & honore dignatus, hæc alibi:

RYRVM AD BASILIVM GREGORIVS.

Postea cum ad eum venissem, atque eadem de causa cathedræ honorem, insignioremque inter presbyteros sedem repudiassem: nõ modò meum hoc factum non accusauit, sed vehementer etiam, vt debuit, comprobauit: atque à nonnullis, qui rationis ipsius ignari erant, factus insimulari maluit, quàm aliquid facere, quod rationi consilijque suis aduersaretur. Quonam porrò modo luculentius specimen edere potuisset animi ab omni adulationis fucò liberi, solamque honesti legem intuentis, quam ita de nobis, quos primo amicorum ac necessariorum loco numeroque habuit, constituens? ] ita de se Gregorius. Quonam verò pacto ipse Basilius aduersarios superauit, sic subdit: Deinde eos, qui cum ipso dissidebant, mitigat, & magnifico medicinæ genere curat. Non enim id assentatoriæ & abiectæ facit, sed perquam grauiter & præclare, vt pote non præsentis solum temporis rationem habens, sed hoc etiam agens, vt eos in posterum dicto audientes haberet. Nam cum mollitiem dissolutos & eneruatos homines efficere, asperitatem rursus feros & contumaces reddere perspiceret: vtrique malo ab altero opem parauit: rigiditatem nimirum humanitate, mollitiem autem seueritate temperans: sermone ad animarum curationem haud multum indigens, opere quamplurima perficiens: nec callidè ho-

Greg. Naz. orat. in laudem Basili. GREGOR. AD BASILIVM IN CONVERS.

mines sibi inferuire cogens, sed beneuolentia deuiciens: nec imperij potestate vtens, sed A potestatis repressioe atque ignoscendi facilitate pelliciens.] hæc & alia Gregorius. Quæ autem vehementiora proelia cum ab hereticis atque ab ipso potissimum Imperatore, tum à falsis fratribus in eum fuerint excitata, suis locis dicturi sumus inferius.

Hic illud vnum antequam ad alia percurrat oratio, de Basilio dicendum est: quod hoc primo anno electionis suæ, cum videret haud tutos sibi ministros assistere, quibus res magni momenti crederet; non solum sibi in curarum partem allegit Gregorium fidissimum socium & amicum, sed fratrem suum Petrum, ex decem vltimo loco natum, virtutibus verò consummatum, primoque loco habendum, ex monacho presbyterum ordinauit; de quo germanus eius pariter Gregorius Nyssenus hæc ait in epistola ad Olympium: Interea insignis inter sanctos Basilius magnæ Cæsareæ declaratus est Antistes, & mysticis sacrificiis suis fratrem consecrans, ad sacram presbyterij dignitatem prouexit. B Atque hic rursus eius vitæ cursus ad grauiora sanctioraque dirigebatur, cum sacerdotij dignitas sapientiæ studio coniuncta cumlaretur.] hæc Nyssenus.

Sed cum eius quoque assertione illud exploratum habeatur; hoc ipso anno, ante tamen creationem Basilij, vel superiori, post famem illam, quæ Cappadoces vehementer afflixit, contigisse ex hac vita migrare ipsorum matrem Emmeliam sanctissimam feminam; de ipsa modo agemus: quod enim interlapsum est temporis à fame illa Cappadocum superius recensita, vsque ad creationem Basilij Episcopi; tunc contigisse eius obitum, idem Gregorius haud obscure significat. Habetur quoque eius obitus mentio in epistola eiusdem Basilij ad Eusebium his verbis: Si omnes ordine obitus scriberem, quibus in hunc vsque diem fuerim detentus, quantumuis etiam vehementer cupierim tuam erga Deum pietatem interuifere, infinitum historiarum campum explerem. Morbos C quidem alios aliis succedentes, hiemis odium; negotiorum assiduitatem prætermittō dicere, vt quæ tibi cognita sint, & pridem significata. Nunc autem quod vnicum habebam vitæ solatium, matrem etiam hanc propter meâ peccata amisi. Tu ne me derideas, qui in hac ætate orbitatem deslere soleam: sed hoc scias, me animæ secessum nequaquam ægrè ferre, cui quid in reliquis dignitate respondeat, non inuenio: Rursus igitur in morbum incidi, iterumque in lecto decumbo, exiguis omnino viribus fluctuans, & propemodum in vnaquaque hora necessarium vitæ finem expectans. Porro Ecclesiæ ferè vt corpus meum affectæ sunt, nulla quidem spe bona affulgente, verum in deteriora rebus semper delabentibus.] hæc tamen ipse.

Ceterum de obitu eiusdem Basilij matris Emmeliæ agit idem qui supra Gregorius Nyssenus eius filius, dum in Epistola ad Olympium profectus res sanctæ Macrinæ fororis, eiusdemque Emmeliæ filiar, hæc intermiscet: Interim senex admodum mater in vtriusque filij manibus, nempe Macrinæ primogenita, & Petri vltimo loco nati, moriens migravit ad Deum. Cuius quæ vox benedictionis fuerit illius, qua erga liberos vsa est, commemorare non crit alienum. Nam cum de absentibus sigillatim amanter mentionem fecit, vt nullus esset expers benedictionis, tum præcipue præsentem ipsa precibus suis obtulit Deo. Etenim cum ei ex vtraque parte lectuli aduersi assiderent, altera manu vtrumque tangens, hæc verbis postremis Deum allocuta est: tibi, Domine, & primitias & decumam dico fructuum vteri mei. Primitiarum enim locum hæc mihi obtinet primogenita, decumæ verò extremus hic decimus filius: Tibi autem lege vtraque debentur, & tua sunt munera. In hanc igitur primogenitam meam & hunc decimum veniat sanctimoniam. oratione perspicua designans filiam & filium. Ita benedictioni simul & vitæ finem statuit E cum prius mandasset filiis, vt se in sepulchrum paternum inferrent. Id illi, vt iussi erant, cum præstitissent, in reliquum tempus ad sapientiæ fastigium semper cum antea vita pugnantes, & præterita benefacta posterioribus superare studentes contendebant.] hæc Gregorius, qui mox subdit eiusdem Basilij in sedem Episcopalem promotionem. Emmeliam verò nonagenariam vel grandiore decessisse, ex eo facile potest intelligi, quod tempore persecutionis Maximini ipsa cum viro suo facta est in Ponticas solitudines extorris. Meruit dies transitus ipsius ad Deum qui fuit tertio Kal. Iunii, adscribi Ecclesiasticis monumentis, atque anniuersaria memoria consecrari sanctissimæ feminæ, sanctorum matris, coniugis confessoris, illiusque in omnibus eiusdem coronæ consortis.

Porro ex decem filiis, quatuor tantum virorum, & feminæ vnus expressa sunt nomina ab ipso Gregorio, nempe Basilij inter masculos primogeniti, secundo loco Naukratij, qui adole-

Greg. Nyss. epist. ad Olymp. apud. Str. 20. 4. PETRVS A BASILIO CREATVS PRESBYTER

EMMELIAE MATRIS BASILII OBITVS.

Basil. epist. 7.

Apud Lipom. tom. 1. & Str. tom. 4.

Strict. Em. Malian.

A adolescens decessit: tertius verò ordine ipse Gregorius numeratur, quartus autem quem nunc diximus, Petrus monasticæ vitæ cultor. è feminis verò nominatur tantum sancta Macrina nomine auæ nuncupata, cum tamen ab Angelo adhuc in vtero matris suæ Thecla fuerit appellata: quæ desponsata viro; illo mox vita functo, virgo permansit, monasticum amplexa institutum. reliquarum verò sororum, aliis item virginibus perseverantibus, aliis verò in matrimonio collocatis, atque reliquorum liberorum ignorantur nomina; quotque mares quotve feminæ essent, haud exploratum habetur: sed omnes pro status sui conditione vitam sanctissime egisse scimus: de his enim hæc Gregorius Nazianzenus, post recensitas Basilij & Emmeliæ eorum parentum virtutes innumeras & egregias, subdit: Mihi tamen nullo nomine celebriores atque illustriores esse videntur, quàm egregiæ prolis procreatione. Nam eosdem & multorum filiorum & honestorum B parentes in fabulis fortasse reperias: hos autem experientia ipsa nobis exhibuit, tali nimirum ipsos virtute præditos, vt etiam si nequaquam tales liberos extulissent, sibi ipsis tamen ad nominis commendationem sufficere possent: rursus huiusmodi liberos gignentes, vt licet eo virtutis minimè peruenissent, omnes tamen sobolis felicitate superari essent. Nam cum vnus dumtaxat aut alter cum laude viuunt, id tale est, vt bonitati naturæ adscribi possit: at vndique perfecta, & ad summum prouecta omnium virtutis, is haud dubiè, à quibus procreati atque instituti sunt, assignari debet. Quod quidem liquido demonstrat beatus sacerdotum & virginum numerus, eorumque qui in coniugata vita eam vim sibi adhibuerunt, vt matrimonium nihil ipsis impedimenti afferret, quo minus ad parem virtutis gloriam aspirarent, sed ea vitæ generum potius quàm rationis viuendi discrimina esse censent.] hucusque Gregorius Nazianzenus.

C Quod verò spectat ad Nyssenum, aut Episcopatum fuisse coniugio obligatum, cum Nicetas, tum Nicephorus testari videntur. Annuit hoc idem ipse in libro, quem de Virginitate conscripsit. Fuit illi nomen Theosebia: quæ, sicut vir eius muneri sacerdotali, ita ipsa seorsum à viro se Ecclesiæ ministerio mancipauit: de cuius obitu extat Gregorij Nazianzeni epistola ad ipsum Gregorium consolatoria: cuius cum eam sanctam beatamque sororem appellet, castitatem consensu mutuo custoditam insinuat, quam & clarissimo huiusmodi præconio celebrat: Quid faciamus aduersus Dei legem iam olim vigentem & dominantem, quæ Theosebiam meam habet? (meam enim eam voco, quæ, vt Dei legibus consentaneum erat, vixit, quandoquidem spiritualis cognatio carnalem antecellit) Theosebiam Ecclesiæ decus, Christi ornamentum, ætatis nostræ utilitatem, feminarum fiduciam: Theosebiam in tanta fratrum pulchritudine formosissimam & clarissimam: Theosebiam verè sacram, & sacerdotis coniugem, & honore parem, magnisq; mysterijs dignam: Theosebiam, quam futurum quoque tempus excepturum est in immortalibus columnis, hoc est, omnium tam qui eam nunc norunt, quàm qui posthac futuri sunt, animis insitam. Nec verò mirum tibi videatur, quod eam sæpe appellem: nam etiam beatæ illius feminæ memoriam pro deliciis habeo.] hæc tamen verba Gregorij, qui eam sacram & honore parem sacerdoti (quantum fas est feminæ sacris officiis mancipari) ideo appellat, quod fungeretur in Ecclesia munere diaconissæ.

Quod verò ad ipsum Gregorium Nyssenum spectat: quoto potissimum Domini anno Episcopus Nyssa creatus fuerit, & num ante Basilius, an post, eam sit dignitatem consecutus, haud satis compertum habetur: eum tamen constat sequenti anno iam agentem Episcopum persecutione Valentis Imperatoris à propria Ecclesia expulsus esse, vt suo loco inferius dicturi sumus. Eius autem in dicendo facultatem ita maiores omnes prædicant, vt non impar veteribus cunctis habitus fuerit. Porro quòd plus satis quàm deceret Christianum hominem, rhetoricis disciplinis incumberet, à Gregorio Nazianzeno meruit reprehendi, qui eo argumento auream planè illam scripsit epistolam, quam huic tempori congruam hic describere, operæ pretium existimauimus: cum enim reuera historia sit humanæ vitæ bene instituendæ ratio, quæ huic conducant, minimè prætermittenda censemus. sic enim se habet.

Inest mihi natura dextrum aliquid & còmodum (liceat enim mihi quoque hoc de me arrogantius predicare.) Peræquè & mihi malum consilium ineunti succenseo, & amicis. Quoniam itaque omnes, qui secundum Deum viuunt, atque eodem Euangelij tramite incedunt, amicitia & cognationis iure inter se deuincti sunt; quid non à nobis liberè audiunt, quæ omnes submurmurant? Ingloriam tuam gloriam (vt more vestro loquar) mi-

Greg. Naz. orat. in laudem Basilij. FELIX DECEM FILIORVM SOBOLIS.

Greg. Nyss. CONIUGATAVS. Nicetas schol. 19. in orat. Greg. Nazianz. in laud. Basil. Niceph. lib. 1. cap. 9. Greg. Naz. epist. 95. in additione. DE THEOSEBIA VXORE GRIG. NYSSENI.

Greg. Nyss. STUDIIS ELOQUENTIAE NIMIS ADICTVS.

Sicut in Greg. Nyss.

Greg. Naz. epist. 43. Greg. Naz. REDARGVIT GREG. NYSSENVM.



CHRISTI  
369.DAMASI PAP.  
3.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 6.

nimè laudant, tacitamque & furtivam in deterius prolapsionem, ac dæmonum pessimam A (vt ait Euripides) ambitionem. Quid enim tibi accidit, vir sapientissime, quidque tibi de ipso displicuit, vt sacris illis suauissimisque libris, quos quondam populo lectitabas (non enim hæc audiens erubescas) calcatis atque proiectis, aut etiam ad fumum suspensis, non secus atque nauium gubernaculis & ligonibus hiemis tempore, falsos & amarulentos in manus sumpseris ac Rhetor vocari quàm Christianus malueris? Nos contra hoc potius, quàm illud, eoque nomine maximam Deo gratiam habeo. Nequaquam, quæso, ò quondam optime, ne diutius animo ita affectus sis. Verum serius quidem, sed tamen aliquando respisce, atque ad te redi, teque & piis hominibus & fide præditis purga, & Deo, atque altaribus, & mysteriis, à quibus te procul submouisti. Ac ne mihi scita hæc & rhetorica proferas: Quid verò? an non Christianus eram, cum eloquentiæ artem profitebar: an non pius & fidelis, cum inter adolescentulos versarer? Ac fortasse etiam Dei fidem implorabis. Minimè, vir eximie, saltem quantum par erat, etiam si partem aliquam concedamus. Vbi autem illud ponemus, quod ex his quæ nunc facis, alios, hoc est, eos qui natura ad malum procliuiiores sunt, offendis ac vulneras, atque occasione iis præbes de te sinistrè partim suspicandi, partim loquendi? Falsò sanè & iniquè id faciunt: quid tamen necesse est hanc illis occasionem suppeditari? Neque enim quis sibi ipsi tantum viuit, sed & proximo: nec sibi ipsi fidem facere satis est, nisi aliis quoque fides fiat. An tu pugnis in publico cœtu decertans, aut etiam in theatris colaphum in malam accipiens vicissim atque impingens, aut denique turpiter & scedè te ipsum insectens atque contorqueus, postea te animo sobrium esse diceres? Sobrius hominis non est hæc cogitatio: leuis animi est hæc admittere. Ac si quidem meliorem mentem indueris, gaudebo, vt Pythagoricus quidam Philosophus dicebat, cum prolapsi sodalis vicem lugeret: sin minus (ille quidem scripsit) mihi mortuus es. Ego autem in gratiam tuam nondum hoc dicam: nam ille ex amico hostis factus est, vt ait Tragicus: verum acerbè feram (sic enim parcius & moderatius loquar) si nec ipse, quid officij sit, perspicias (quæ prima bonorum hominum classis est) nec alium rectè monentem sequaris (qui ordo secundus est.) Habes admonitionem nostram. Ac mihi, quæso, ignosce propter amicitiam dolenti, atque æque vt tua & totius sacerdotalis ordinis, addam etiam & omnium Christianorum causa inflammato. Quod si etiam tecum vel pro te orandum est: Deus infirmitati tuæ opem ferat, qui mortuos quoque ad vitam reuocat.] hætenus Gregorius ad Gregorium: quem amico auscultasse, par est credere, quippe quem non ex verbis, sed ex rectè factis sibi gloriam immortalẽ comparare posthac studuisse, certum est: eum enim gloriosius labores octo annorum exilij pro Catholica religione exantlati corona confessionis in perpetuum illustrarunt, legationesque pro Catholica religione susceptæ honestissimè decorarunt. At de ipso Nyceno Gregorio sapius postea.

\* Ammianus  
lib. 27.  
PAX CVM  
GOTHIS.

b Ammian.  
lib. 27.  
ARSACES  
REX ARMENIAE  
CAPTVS A SARTORIS.

Hoc eodem anno bellum Gothicum, quod aduersus Athanaricum Regem Valens gessit iam triennio, redempta ab eo (vt Ammianus ait\*) pace pecunia, absolutum est. Hæc Ammianus pluribus. Quo modo autem sequenti anno idem Gothorum Rex infidelis persecutionem aduersus Christianos in iis partibus agentes mouerit, suo loco dicturi sumus. Quod verò ad res eiusdem Orientalis Imperij pertinet: Arsaces Rex Armeniæ, idemque Christianus, de quo plura superius, dolo pacis captus à Sapore Rege Persarum, dirissima pati cogitur. Res autem ipsa ab Ammiano sic describitur<sup>b</sup>: Rex verò Persidis longæuus ille Sapor, & ab ipsis imperitandi exordiis dulcedini rapinarum addictus, post Imperatoris Iuliani excessum & pudendæ pacis ista scœdera, cum suis paulisper nobis visus amicus, calcata fide sub Iouiano pactorum, iniectabat Armeniæ manum, vt eam velut placitorum abolita firmitate, ditioni iungeret suæ. Et primo per artes fallendo diuersas, nationem omnem renitentem dispendiis leuibus afflictabat, sollicitans quosdam optimatum & satrapas, alios excursibus occupans improuisis. Deinde per exquisitas periuriisque mixtas illecebras captum Regem ipsum Arsacem, adhibitumque in conuiuium, iussit ad latentem trahi posticam: eumque effosis oculis vincum catenis argenteis, quod apud eos honoratis vanum suppliciorum æstimauit esse solatium, exterminauit ad castellum Agabana nomine, vbi discruciatu cecidit ferro pœnali.] hæc Ammianus. Sicque factum est, vt Armeniæ maioris Christiani durum ingum Persarum Regis cœperint experiri: aduersus quos Valens Imperator exercitum misit per Terentium atque Ariatheum duces. Gesta ab eis Ammianus pluribus profecutus est. Quomodo autem

CHRISTI  
370.DAMASI PAP.  
4.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 7.

A autem vterque dux fuerit adiumento Catholicis in minori Armenia persecutione Arianorum vexatis, dicemus anno sequenti, in quem iam demigret oratio, absoluta anni huius rerum gestarum narratione.

IESV CHRISTI  
ANNVS  
370.DAMASI PAP.  
ANNVS  
4.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 7.

T recentissimus sepauagesimus sequitur annus, Consulatu tertio Valentiniiani atque Valentis Augustorum, Fastis adscriptus, eiusdem Valentis persecutione aduersus Episcopos Orthodoxos Orientalis Ecclesiæ excitata planè funestus. Qui enim hætenus (vt dictum est) bello Gothico triennij temporis spatio fuerat occupatus, atque Persicis tumultibus non nihil exagitatus, conceptam diu animo, nempe à tempore quo ab Ecclesia Catholica desciiuit & Arianis adhæsit, persecutionem iam vehementiori conatu aduersus Catholicos Orientis Episcopos furens Arianus Imperator immittit, edictumque promulgat, quo aduersantes sibi Episcopos Ecclesiis spoliari, vertereque solum in exilium iubet. Hæc autem nequaquam ante præsentem annum ipsum aggressum esse, sed hoc ipso, cum Consulatum tertium ageret, præsumpsisse, multa sunt quæ apertè demonstrant: vt illud in primis, quod dictum est superius, ipsum Valentem iam triennio in Imperio Catholicum perseuerasse, moxque triennale bellum aduersus Gothos (quod Ammianus affirmat) propensiori indefessoque studio exercuisse, quo toto tempore in præsentem vsque annum sciimus Catholicos Episcopos in suis ipsorum Ecclesiis liberos permanisse, nempe Athanasium vna cum suis anno superiori Concilium celebrasse, Episcopos Cappadociæ Orthodoxos Cæsaream ad electionem futuri Episcopi conuenisse, elegisseque sanctum Basilium, & inter eos Eusebium Samosatenum, quem postea huius persecutionis turbo ab Ecclesia sua procul eiecit: quæ sicut non ante præsentem annum contingere potuisse liquet, ita nec postea facta esse, illud insinuat, dum Gregorius Nyssenus, qui ex hoc ipso edicto, sicut alij plures, in exilium pulsus est, in epistola<sup>a</sup> ad Olympium de rebus gestis S. Macrinæ sororis octo numerat annos exilij sui, quod solutum est non nisi morte Valentis, anno decimo quinto sui Imperij ex hac vita nece subtracti. Quamobrem ex his omnibus certis deductis rationibus, affirmamus, hoc ipso anno de expulsionem Episcoporum Orthodoxorum ab eodem Valente fuisse promulgatum edictum, longeque longius errare eos, qui eiusmodi persecutionem ad exordium illius Imperij referunt, sicut & qui multo D postea, nempe post obitum Valentiniiani, à Valente persecutionem excitatam ferunt, vt Orosius<sup>b</sup> & alij eum secuti.

Sed quale nam eiusmodi edictum fuerit, qui item Episcopi expulsi sint, iam oratione prosecuamur. Sozomenus enim cum huius edicti meminit, ita ait<sup>c</sup>: Quin etiam singulis cuiusque gentis magistratibus dedit mandatum, vt Episcopi temporibus Constantij abdicari, & iterum regnante Iuliano ad sacerdotia sua restituti, Ecclesiis expellerentur.] id quidem vult admodum Valens: vt enim populi vitaret inuidiam, nequaquam se eius edicti auctorem voluit exhibere: sed duplo auxit, cum ex hoc se magis impium, quàm Iulianus Apostata, exhibuerit: dum ille, quos Constantius iniquè damnasset Episcopos, liberauit, Valens verò iterum eosdem restitutos crudelius relegauit.

Huius edicti auctoritate (subdit Sozomenus) Ægypti magistratus impulsu Athanasium Ecclesiis illius regionis priuare & vrbe Alexandria eiecere laborarunt. Nam litteræ Imperatoris non leuem complectebantur pœnam, sed omnibus ex æquo magistratibus & militibus quoque illis subiectis, quin etiam curiis ingentis pecuniæ multam irrogabant, & corporis præterea cruciarum minabantur, nisi imperata facerent. Itaque multitudo Christianorum in vnum coacta postulabat à Præsidente, vt non temere & inconsulto Athanasium vrbe exturbaret, sed consideraret secum accuratius, quid esset litteris Imperatoris definitum: cas enim contra illos solos valere, qui temporibus Constantij in exilium missi, postea regnante Iuliano redierant. At verò Athanasium, dicebant, tametsi temporibus Constantij exularat, ab eodem tamen reuocatum fuisse, & ad Episcopatum restitutum: Iulianum verò, cum alios omnes reduxisset, eum vnum in exilium ire compulisse: quem Iouianus rursum domum reuocauit.] Hæc quidem à Sozomeno sic enarrata haud consentiunt rebus superioribus de Athanasio recitatis: nam vsque ad Constantij

VALENTIS  
PERSECUTIONEM  
EXCITAT.

<sup>a</sup> Apud Lipo.  
to. 2. Cap. 54.  
tom. 4. die. 19  
Iulij.

<sup>b</sup> Orosius li. 7.  
cap. 32.

<sup>c</sup> Sozom. li. 6.  
c. 22.  
EDICTVM  
VALENTIS  
ADVERSVS  
EPISCOPOS.

ATHANASIVS  
DE  
FENITVR  
A POPVLO.

CHRISTI  
370.DAMASI PAP.  
4.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 7.

tij obitum latuisse, eoque extincto tandem se Alexandriam contulisse, Iuliani vero postea A rescripto iterum abire iussum, superius dictum est. Poterat autem Alexandrinorum ea captata pro Athanasio legitima defensio esse: nempe minimè constare potuisse, Constantij præcepto, vel aliorum eius nomine magistratum sententia Athanasium exilio fuisse damnatum, sed ipsum sponte fugisse, atque latebris se usque ad Constantij obitum continuisse: quamobrem haud videri posse, ipsum Valentis edicto comprehensum.

Hac verò oratione habita (subiungit Sozomenus) cum ei persuadere non possent, resistere eius conatibus, & vim afferri Episcopo non permiserunt. Quare cum populus vindicte conflueret, ac ingens tumultus ac turba ciceretur, adeò vt omnes seditionem futuram expectarent: Præses de his rebus gestis Imperatorem facit per litteras certiore, & interim Athanasium in vrbe manere patitur. Multis verò diebus intermissis, cum iam tumultus videretur sedatus esse, Athanasius clam ex vrbe egreditur, & in locum quemdam B separatim se abdidit. Nocte verò intempesta Præses Aegypti, & præfectus præsidiariorum militum, ad Ecclesiam in qua domicilium habebat, contendunt. Eo cum peruenissent, & illum in tabulatis quaesiuissent, consilio quod intenderant, frustra suscepto, inde recedunt. Nam putabant, cum populus iam in superioris tumultus obliuionem venisset, & omnes somno se dedissent, futurum esse vt facile deinceps, si modo aggredierentur, mandatum Imperatoris conficerent, vrbeque conseruarent à seditione liberam. Sed cum Athanasius minimè esset reperitus, omnes non sine causa magna incessit admiratio. Et siue diuina quadam vi, siue quorundam indicio præmonitus secesserit, vtrumque certè eodem spectabat. Quin etiam vt tam opportuno tempore, tum præcognosceret insidias, tum vitaret, maioris videtur esse prouidentiae, quam quæ homini attribui queat. Sunt autem alij, qui dicunt, eum, cum mente perciperet temerarium populi tumultum, & C vereretur ne cladis, quæ inde forte accideret, ipse auctor & causa videretur, toto hoc tempore in patris monumento delituisse. Atque hoc modo Athanasium istud euitasse periculum accepimus.

Haud diu post Imperator Valens scripsit litteras, vt Athanasius rediret, Ecclesiamque denuo capefferet. Suspicio equidem, Valentem non de suo ipsius consilio has litteras scripsisse: sed vel quod opinionem de Athanasij virtute omnium animis insitam non parui aestimabat, quodque verisimile erat, Valentianum, cum fidem Concilij Nicæni propugnaret, ipsum hac de re inculcatum: vel quod metuebat, ne cum tam multos Athanasius haberet fautores, tumultum eius causa cicerent, & res nouas non sine Reipublicæ damno molirentur. Arbitror præterea sectæ Arianæ Antistites (vti sanè credibile est) non ad eò magno studio ad eum Alexandria pellendum incubuisse, propterea quod comple- D debantur animis, si vrbe eiectus esset, denuo molestiam Imperatoribus exhibiturum, indeque nacturum occasionem cum illis ad colloquium veniendi, & Valentem quidem forsasse in suam sententiam perduciturum; Valentianum autem, vtpote eiusdem doctrinæ fautorem, ad iram contra ipsos inflammaturum. Nam eius virtutem, in his quæ regnante Constantio acciderant, satis experti, maximè ab illo metuebant. Siquidem eo tempore ita omnes aduersariorum profligabat insidias, vt haud inuiti Ecclesias Aegypti ei concederent, & tamen ipse vix litteris Constantij eo adduci posset, vt Alexandriam reuerteretur. Causam igitur, cur Athanasius non esset perinde ac ceteri Episcopatu priuatus, hanc sanè fuisse conijcio. Ceteros autem persecutio, similis fere persecutioni Gentilium, exagitauit. Nam qui ipsorum doctrinam respuebant, illis non modò parabantur exilia, verum etiam Ecclesiam auferebantur, aliisque tradebantur. Aegyptus interim, E dum Athanasio vita suppetebat, istarum calamitatum prorsus expertus fuit. ] haecenus Sozomenus.

Epiphanius<sup>a</sup> autem, rerum suorum temporum scriptor, illam vnã probat causam exhibitæ Athanasio indulgentiæ, ne cum aliis Orthodoxis Episcopis ab Ecclesia abstractus in exilium pelleretur, quod veritus esset popularem tumultum amplissimæ ciuitatis: Arianos verò tradit expetisse ab Imperatore, vt Alexandriam Lucius mitteretur: quod, quamdiu Athanasius vixit, minimè obtinere valuerunt.

Reueritus quoque est Valens ipsum Epiphanius ore omnium celebratum, virtutibusque insignem, ne cum ceteris Orthodoxis eum damnaret exilio, necnon præstantissimum illum Paulinum Episcopum Antiochenum: de ambobus enim eum Athanasio hæc S. Hieronymus ad Pammachium<sup>b</sup>: Eo tempore, quo totum Orientem, excepto Papa Athanasio

ATHANASIVS  
LATEBRAS  
CAPTA-ATHANASIVS  
AD  
ECCLESIAM  
REDIRE  
VITAVIT.<sup>a</sup>Epiph. her.  
68.CVR PAV-  
LIN. ET EPI-  
PHAN. IN  
ECCLESIIS  
RELICTI  
SINT. LI-  
BERI.  
<sup>b</sup>Hier. epi. 61CHRISTI  
370.DAMASI PAP.  
4.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 7.

A nasio atque Paulino, Arianorum & Eunomianorum hæresis possidebat, quando tu Occidentalibus & in medio exilio confessoribus non communicabas, ille, nempe Epiphanius, vel præbyter monasterij ab Eutychio audiebatur, vel postea Episcopus Cyria Valente non tangebatur: tantæ enim venerationis semper fuit, vt regnantes hæretici ignominiam suam putarent, si talem virum persequerentur. ] hæc Hieronymus inuectus in Ioannem postea Episcopum Hierosolymitanum, his autem temporibus cum hæreticis partem habentem, & eam ob causam ab eodem Epiphaniao datis litteris hæreticum appellatum. de Paulino hæc etiam Sozomenus<sup>a</sup>: Paulino autem propterea pepercit, quod vita eius<sup>b</sup> Sozom. lib. 6. sanctimoniam reuerbatur. ] & Socrates<sup>b</sup>: Paulinum Episcopum, inquit, propter eximiam eius pietatem nullo affecit incommodo. ] Cum alioqui nec hi Valentis comprehensi viderentur edicto, quo ijPELLI iubebantur, qui iam à Constantio eiecti, per Iulianum fuerant restituti: cum hi post Constantij obitum creati Episcopi videantur, Athanasius verò sponte solum vertisset.

Quam dira autem reliqui Episcopi Orthodoxi in Oriente sint passi, cum edicto Valentis iussi sunt Ecclesias cedere Arias, ipsi verò alio exules amandari: ex paucorum rebus gestis, quæ memoriæ commendatæ reperiuntur, licebit reliquorum ærumnas, quæ habentur incognitæ, meditari. De Eusebio enim Episcopo Samosateno, quem anno superiore interfuisse electioni Basilij Magni diximus, hæc habet Theodoretus<sup>c</sup>: Iam verò quantam animi magnitudinem, quantamque sapientiam idem Eusebius demonstravit, cum edictum Imperatorum, quo iubebatur in Thraciam proficisci, ad eum esset perlatum, arbitrator, his qui eius rei ignari sunt, per necessarium ad cognoscendum. Sub crepusculum enim venit nuncius, qui hoc edictum afferebat: quem Eusebius tacere, & causam aduentus occultare iubet: Nam si plebs, inquit, studio pietatis educata intellexerit, te demerget in flumen, & à me certè poenæ tuæ mortis expetentur. Hæc locutus, & vespertino precum ministerio de more perfunctus, tempore quo somnus solet obrepere, senex, solus, fide vnus famuli fretus, ex vrbe egreditur. Sequitur famulus, ceruical tantum & librum secum deportans. Cum autem ventum est ad ripas fluminis (nam muros vrbis præterlabebatur Euphrates) conscensa naue, iubet remiges recta traicere Zeugma. Vbi illuxit dies, iste Zeugma appulit: Samosatæ querelis & luctu redundarunt. Nam eius discessu per famulum illum, qui necessariis Eusebij quædam exposuerat mandata, & quinam essent eum comitaturi, qui etiam libri vna exportandi, indicauerat; patefacto: omnes se pastore orbatos lamentabantur. Itaque frequentes per flumen nauigare, quo eum quarant, coeperunt. Atque vt primum ad eum veniunt, videntque pastorem suum desideratum, conqueri, gemere, & ingentem vim lachrymarum fundere, quo persuadeant ei, vt apud ipsos maneat, & minimè sinat oues lupis tradi. Verum cum persuadere non possent, audiissentque eum recitantem præceptum Apostoli, quo perspicue iubemur magistratibus & potestatibus obtemperare: pars aurum, pars argentum, vestem alij, alij famulos ei offerunt, vtpote in regionem peregrinam & longè illinc sitam profecturo. Iste autem, paucis quibusdam rebus ab iis qui erant familiaritate coniunctiores, acceptis: vbi omnes tum doctrinæ, tum precectionis armis communiuerat, & magnopere cohortatus fuerat, vti dogmata Apostolica viriliter propugnarent, ad Istrum contendit. Illi ad vrbe suam reuersi, se ipsi mutuo excitare, & luporum incursiones fortiter depellere nituntur. ] hæc de exilio Eusebij Theodoretus.

Deducendus verò in Thraciæ fines propè Istrum fluvium Eusebius, per Cappadociam E à satellitibus trahebatur: cui cum Gregorius Nazianzenus tunc ægrotans occurrere ob morbi causam minimè potuisset, has ad eum litteras postea dedit<sup>d</sup>:

Eusebio Samosateno Episcopo in exilio agenti. Quo tempore per patriam nostram pietas tua transibat, nec è cubiculo prospicere poteram, extremo morbo laborans: me porrò non tam excruciat morbus, licet mortis metum inuehens, quam quòd bono & sacrosancto tuo congressu priuabar. Tanta nimirum vultus istius honorabilis videndi cupiditate teneor, quanta cum teneri par est, qui spiritualium vulnerum curatione indiget, eamque se à præstantia tua consecuturum sperat. Etsi autem hoc peccatis meis adscribendum est, quod tum congressu tuo frustratus sum: potest tamen nunc quoque per bonitatem tuam molestiis meis non nihil medicinæ afferri. Nam si mei quoque memoriam in Deo acceptissimis tuis precibus habere digneris, id vti que mihi omnis diuinæ benedictionis viaticum futurum est tum in hac vita mea, tum in futuro æuo. Tantum enim virum,

EVSSEIT SA  
MOSATENI  
EXILIVM.<sup>c</sup>Theod. lib. 4  
cap. 13.<sup>d</sup>Greg. Naz.  
epist. 28.  
GREGORII  
AD EUSE-  
BIVM IES-  
TERAN.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. P. 7.  
370. 4. VALENTIS

rum, ita in Euangelij fide certantem, persecutioneſque tantas perpeſſum, tantamque ſibi A ipſi apud iuſtiſſimum Deum libertatem per calamitarum perpeſſionem comparantem, hunc, inquam, patronum quoque noſtrum per orationes fieri dignari, tantam vim habere mihi perſuadeo, quantam ſi vel à quodam ſanctorum martyrum id mihi contingeret. Quocirca te obſecro, vt in his Gregorij tui aſſidue ſis memor, in quibus me dignum memoria tua eſſe ſummopere opto.]

Post hæc autem cum Euphraxius clericus, inſigni viri pietate adductus, ad eum in Thracia exultantem perrexiſſet, eidem ad ipſum Gregorium litteras dedit: quibus acceptis Gregorius alias reddidit, quas hic deſcribendas curauimus. ſunt autem huiusmodi.

Greg. epiſt. 30.  
ALLAE GRB  
GORII AD  
EUSEBIUM  
LITTERAR.

Quamquam mihi ſemper carus fuit ac ſincerus amicus venerabilis frater noſter Euphraxius: carior tamen & ſincerior viſus eſt ob animi affectum erga te ſuum: quippe qui nunc quoque ad tibi inſeruiendum non aliter perrexit, quam, vt ait Dauid, ceruus ſiti B oppreſſus, intolerabilem ſitim pura & dulci aqua refrigerans. Ac beatus, qui conſuetudine tua & congreſſu dignus habitus fuerit: beatorum autem, qui calamitatibus pro Chriſto ſuſceptis, laboribusque pro veritate exhaustis, talem coronidem impoſuerit, qualem non multi Dei metu præditi conſecuti ſunt. Non enim inexplorata virtutem oſtendiſti, nec tranquillo tempore ſolum nauigaſti, aliorumque animas gubernaviſti; ſed in tentationum quoque difficultatibus & procellis fulſiſti, perſecutoribusque ſublimior extitiſti, dum forti animo exilij cauſa ſolum vertiſti. Et alij quidem patrium ſolum habent, nos autem ſupernam ciuitatem: alij noſtrum fortatte thronum, nos Chriſtum. O præclaram negotiationem! qualia contemnent, qualia accipimus! Tranſiuimus per ignem & aquam: conſido autem, nos in refrigerium quoque exituros eſſe. Non enim Deus nos in perpetuum deſeret, nec rectam doctrinam perſecutionibus vexari ſinet: verum ſecundum multitudinem dolorum noſtrorum conſolationes ipſius nos exhilarabunt. Atque hoc quidem pro certo habemus & optamus. Te verò obſecro, vt pro abiectioe noſtra preces fundas, & quotieſcumque occaſio dabitur, bene precari nobis per litteras non graueris, ac rerum tuarum ſtatim declarando, latiores alacrioresque nos reddere: id quod nunc facere dignatus eſt.] hæc Gregorius. Quid autem Samofatæ contigerit poſt Eufebij relegationem, Theodoretus<sup>b</sup> his proſequitur verbis:

Theod. lib. 4  
cap. 14.

SAMOSATE-  
NI EXE-  
CRANTVR  
NOVVM EPI-  
SCOPVM EV-  
NOMIVM.

Atque hoc loco ardentem & ſinceram eorum fidem, nempe Samofatenorum, exponam. Quandoquidem me illis iniuriam facturum cenſerem, ſi ea non ſcriptis ad memoriam ſempiternam proderetur. Poſtea autem quàm Ariani gregem paſtore longè optimo priuarant, & alium in eius ſubrogarant locum: nemo ex vrbiſ incolis, vel preſſus egeſtate, vel diuitiis affluens, famulus vel artifex, agricola vel conſitor, vir vel mulier, iuuenis vel D ſenex, ad conuentum Eccleſiaſticum, vt moris erat, accedere voluit, ſed Epicoſopus ſolus agebat: quippe nemo aut in eius venit conſpectum, aut cum eo ſermonem contulit, licet diceretur vitam apud eos valde modeſtè inſtituiſſe. Cuius rei hoc crit argumentum, quod ſum iam dicturus. Cum ei in animo eſſet, ſe in balneo lauare: famuli, quo ingredi cupientes prohiberent, fores balnei occluſerunt. at ille vbi videt multitudinem pro foribus ſtantem, fores aperiri, & omnes audacter ſe in balneo vna lauare iubet. Idem quoque præſtitit in interiore balneo teſtudineato. Nam cum ſibi lauanti multos aſtare cerneret, mandat vt fruantur vna aquis calidis. Illi autem taciti conſiſtebant. At iſte eos honoris cauſa ſtare arbitratus, ſurgens ocyus, egreditur è balneo. Illi verò aquam hæreticæ nequitie contagione infectam eſſe rari, eam in cloacam emittunt, nouamque ſibi infundi imperant. Qua re cognita iſte, vrbe relicta, abiit: quippe ſtultitiæ, immo ſummæ dementiæ E eſſe putauit, vrbe infectam & communem ſimulatem erga ipſum exercentem incolere. Quapropter vbi Eunomius (ita enim vocabatur) Samofatam reliquerat, tamenſi Lucium in eius locum ſufficiebant, lupum planè & inſidiatorem ouium: tamen oues deſertæ à paſtore, paſtoris munus ipſæ obierunt: nam doctrinam Apoſtolicam integram conſeruarunt. Verùm in quantum odium etiam iſte ab omnibus vocatus ſit, hiſtoria, quam deinceps narrauo, docèbit.

EVERTI  
QVAM EYE-  
RINT EXE-  
CRATI LV-  
CIVM ARIA-  
NVM EPISC.

Pueri in foro pilam mutuo contorſere, quo quidem ludo ſe admodum oblectabant. Ac forte fortuna dum tranſibat illac Lucius, pila è manibus pueri cuiuſdam elapſa, per aſini eius pedes peruoluebat. Pueri autem vociferari, quippe pilam ſcelere pollutam exiſtimarunt. Qua re intellecta, dat mandatum vni ex comitum ſuorum numero, vt maneat, diſcatque quid factum ſit. Pueri verò igne accenſo, pilam per eius flammam torquent,

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. P. 7.  
370. 4. VALENTIS

A quent, ſicque eam purgatum iri arbitrati ſunt. At tamenſi non ſum neſcius, hoc puerile eſſe, & inueterata conſuetudinis velut reliquias: tamen ſatis indicij inde capi poteſt, quàm eſſet ſecta Ariana vrbi illi odioſa. At verò Lucius Eunomij manuſuetudinem neutiquam eſt imitatus: ſed ſicut perſuaſit magiſtratibus, vti illi alios complures ſacris initiatos in exilium mitteret: ita ipſe eos potiſſimum, qui ſanctam diuinamque propugnabant doctri-  
B etrinam, ad vltimas Imperij Romani oras relegauit: Euoltium dico diaconum, quem Oaſim vſque (de huius ſolitudine multus habetur ſermo) amandauit: & Antiochum tum cognatione cum Eufebio coniunctum, cuius ſororis filius erat, tum multis rectè factis nobilitatum, tum ſacerdotali dignatum honore, ad extremos Armeniæ fines expulit. Quàm verò præclare iſtæ pro diuina doctrina decertarit, poſtea oſtendemus.] hæc Theodoretus. Porro (vt ſubdit) ſanctus Eufebius eorum Epicoſopus relegatus in Thraciam, prope Iſtrum vitam traduxit: quo quidem tempore Gothi, vt eius ſcripta declarant, Thraciam populabantur, cuiusque ciuitates obſidebant: vt planè intelligatur, illud fuiſſe conſilium Arianorum cum illuc amandantium, vt ſanctus Epicoſopus ab hoſtibus necaretur.

Rurſum verò Theodoretus inter alios Epicoſos à Valente Imp. Ariano expulſos (de quibus ſingulis, quorum eſt memoria, ſuo ordine appoſitè dicturi ſumus) adnumerat Pelagium Epicoſopum Laodicenſem, de quo ita ſcribit: Laodicenſem autem Pelagio paſtore ſanè egregio orbauit. Qui cum adoleſcens eſſet, duxit vxorem; primoque nuptiarum die in ipſo nuptiali thalamo ſponſa perſuaſit, vt caſtitem pluris quàm concubitum æſtimaret, & vt amore fraternum pro coniunctione iugali teneret, edocuit. Verùm quamquam temperantiæ munus hoc pacto probè adminiſtrauit, & alias quoque habuit virtutes huic perſimiles, quæ pariter cum ea velut choros ducebant, ac propterea communi omnium conſenſu ad Præſulatum illum aſcenderat: tamen ſplendores illos vitæ præclare inſtitutæ hoſtis veritatis minimè reueritus eſt, ſed tum iſtum in Arabiam, tum ſanctum Meletium in Armeniam, in Thraciam verò Eufebium, qui in doctrina Apoſtolica diuulganda permultos labores collocatſet, relegauit.] at de Meletio inferius. legimus eundem Pelagium interſuiſſe Antiochenæ Synodo ſub Iouiano Imp. atque ſubſcripiſſe Catholice fidei, de qua ſuperius.

PELAGIVS  
EPISC. LAO-  
DICENVS  
EXVL PRO  
FIDE.  
Theod. lib. 4.  
cap. 12.

Idem verò Theodoretus cum hæc de Pelagio enarraſſet, mox ita de eodem, de quo nuper, Eufebio ſubdit. Iſte Eufebius cum multas Eccleſias paſtoribus orbatas intellexiſſet: habitu militari indutus, & capite tiara aperto, Syriam, Phœniciam, & Palæſtinam peragravit, quo tum præbyteros & diaconos crearet, tum alia Eccleſiaſtica obiret officia. Quod ſi quando in Epicoſos ſecum doctrina coniunctos incidebat: eos Eccleſiis, quæ carebant paſtoribus, præfecit.] hæc Theodoretus. Quæ quidem cum accidere minimè potuerint ante edictum de expellendis Epicoſis Orthodoxis, quod abſque mutatione habitus liberum eſſet cuique Catholico Epicoſo, quo vellet protectionem inſtituere; facta eſſe neceſſe eſt affirmare, poſtquam relegatus fuit in Thraciam, vbi ingruentibus Gothiſ in Romanum ſolum, relictus ille ſine custodia, cuiusmodi Eccleſias viſitandi inierit conſilium: cum & ne quis eſſet agnoſceretur, ex Epicoſo ſe transformauit in militem. Nec verò ob id ſacrorum canonum præuaricator habendus fuit, ſi quod aliàs vetitum eſſet, ordinauerit clericos in aliena diocèſi: cum neceſſitate vrgente, priuato quodam diuini Spiritus inſtinctu, id feciſſe, non dubium ſit; quod à nemine, nec quidem ab hoſtibus fuiſſe legimus improbatum.

EUSEBIVS  
SAMOSATE-  
NVS EPISC.  
INCOGNITVS  
LYSTRAT  
ECCLESIAS.

E Extant ad hunc ipſum Eufebium ſancti Baſilij, præter illas quæ excuſæ habentur, epiſtolæ tredecim inter alias centum viginti duas vel plures nondum editas, quas Sextilius Epicoſopus Alexanus in Latinum vertit, ſed ipſarum interea moratur editionem, quod naſtus exemplar admodum deprauatum, optaret (ſi dabitur) cum fideliori conferre. Nos interim ex eis fragmenta aliqua noſtro inſtituto conducentia mutuati, hic ea ſuis locis intexuiſſe voluimus: cum alioqui omnes ferme eius argumenti ſint, vt res præſentis temporis contineant atque deplorent. inter alias autem quæ eſt numero duodecima ad eundem Eufebium ſcripta hæc habet: Equidem volebam (ſi fieri à me potuiſſet) quæ quotidie nobis contingunt, tibi annuuciare: ſic enim multæ & præter opinionem ſunt res, vt hiſtoria quotidiana quoque egeant; quam etiam compoſuiſſem, bene ſcias, niſi aſſiduitate occurrentium, cogitationes habuiſſem cum occurrentibus conſiſtentes. Adfuit nobis Vicarius (quod eſt primum & maximum inter noſtra mala) homo ſiquidem etiam

S. BASILII  
EPISTOLAR  
AD EUSE-  
BIVM.

etiam hæreticus mente, nescio: puto enim cum omnis rationis esse imperitum, & neque A habere aliquod studium, neque curam circa huiusmodi: in aliis enim video ipsum animo & corpore noctu & interdiu occupatum: verumtamen amicus est hæreticorum, & non plus est erga eos beneuolus, quam contra nos odiosè se habens.

SYNODVS ARIANO- RVM IN GA- LATA.

Congregauit enim Synodum præuaricatorum in media hieme in Galatia, & eiecit quidem Hypsium, & substituit Endicium. Iudicatum autem fuisse statuit fratrem meum, nempe Gregorium Nyssenum Episcopum, ab vno homine & hoc insigni accusatum. Deinde parum occupatus circa exercitum, rursum rediit ad nos, iram & odium anhelans: & omnes quidem vna voce sacerdotes Cæsariensis Ecclesiæ tradidit Concilio. Sebastia autem sedit multos dies, iudicans per tribus; & eos qui nobis communicant, infidiatores nominans & damnans ministerio populari, adiungentes autem se Eustathio maximis honoribus prosequens. Rursum Synodum circa Nyssam Galatarum & Ponticorum con- B gregari præcepit. Illi autem obediuerunt, & concurrentes miserunt quemdam ad Eccle- sias: quem ego non eligerem dicere qualis fuerit, conuicere autem licet tuæ prudentiæ, quantum est conueniens, eum qui talibus institutis hominum seruit. . . . Et nunc quan- do has literas mittebam, hoc idem præceptum ad Sebastiam parauit, partim vt coniun- ctio fiat cum Eustathio, partim vt cum ipso res Nicopolitanæ conuertantur: beatus enim Theodorus mortuus est, & interim primos impetus Vicarij generosè & fortiter propul- sarunt: conabatur enim persuadere, vt ipsi susciperent Eustathium, & per ipsum acciperent Episcopum. Vt autem vidit ipsos sponte non cedentes, nunc tentat violentiori ma- nu constituere datum\*. Diuulgatur etiam quædam Synodi expectatio, secundum quam conuocatis nobis, instituunt vel capere communicantes, vel facere quod astricti sunt. Res igitur Ecclesiarum hoc modo se habent. Ego autem ipse quo modo affectus sum corpore, C tacere melius putò, quam scribere; eo quòd si vera dicam, mare te affecero, mentiri verò non sustineo. ] hucusque ad Eusebium S. Basilium.

GREGORIVS NYSSENVS DAMNATVS

At præstat hic ea quæ breuiter tantum pertigisse stylo Basilium visus est, fusius enar- rare: ac primum quidem quod de fratre suo damnato in Synodo habet. Fuit illud con- silium Valentis Imperatoris atque Arianorum, vt Episcopi illi Orthodoxi, qui à promul- gato edicto, quo damnati olim à Constantio, in exilium pelli iubebantur, minimè com- prehendi videri possent, quod postea electi fuissent; ijdem collecta ab Arianis Episco- pis Synodo damnarentur. quod in primis factum constat aduersum Gregorium Nyssæ Episcopum, sic in Synodo (vt ex epistola Basilij vidimus) ab Arianis conspirante cum illis Vicaria præfectura damnatum. Porro de eiusdem Gregorij depositione & exilio ir- rogato extat ipsius Basilij ad eundem Eusebium epistola, licet alia inscriptio perperam D præferat datam esse ad Gregorium Theologum; vbi hæc inter cetera superius recitatis consentientia<sup>a</sup>: Quanto impotentiores redduntur Ecclesiæ, tanto magis dominandi li- bido in hominibus augetur. Et hac tempestate Episcopatus nomen ad infelices homines vernarum filios deuenit, cum nullus ex Dei famulis se ipsum velit contra ipsos introdu- cere, vel ex deploratis: quales sunt quos nunc misit Anytius Euippij alumnus, & Editius Parnassenus, quem malum futuræ vitæ viaticum sibi ipsi adsciuit Ecclesiarum Præfectus. Hi nunc fratrem meum ex Nyssa ablegarunt, & eius loco virum introduxerunt, immò mancipium triobolare. ] ita Basilium. hæc autem hoc ipso anno facta esse, ipsiusmet Gregorij Nysseni testificatio declarat, qua ad Olympium scribens<sup>b</sup> affirmat annos octo inter lapsos suarum afflictionum vsque ad Valentis obitum, significans se tanto temporis spatio è sede eiectum errasse.

Basil. epi. 10.

Greg. Nyss. ad Olymp. de S. Macrina.

Greg. Naz. epi. 34.

GREGORII NAZ. EPIS. AD GRE- GOR. NYSS. SENVM.

Greg. Naz. epi. 35.

At ipse Gregorius Nyssenus sede pulsus, factus extorris, nequaquam alicubi resedit igna- uus & otiosus; sed Ecclesias lustrans, de omnibus studebat bene mereri: ad quem tunc scripsit Gregorius Nazianzenus has perbreues litteras<sup>c</sup>: Angeris tot locorum peragratiōe & discursatione, tibiq. inconstans esse videris, quem- admodum ligna quæ aquis feruntur. Nequaquam, vir egregie, nequaquam ita affectus esto. Illorum enim coactus est cursus, tua verò discursatio Deo grata & accepta est, fixum- que ac certum est de multis bene mereri, quamuis loco minimè fixus sis. Nisi verò quis Solem accuset, quia in orbem currit, radios fundens, atque omnibus rebus quas peragrat, vitam afferens: aut etiam sidera fixa laudans, planetas vituperet, quorum error quoque ipse compositus est atque concinnus. ] hæc ad illum prioribus litteris, ad quem rursus alias, ipsum consolans, dedit his verbis<sup>d</sup>:

Rebus

A Rebus acerbis ne nimis discrucieris: si enim ex iis minùs acerbum dolorem capiamus, minùs acerbæ erunt. Non ita graue putandum est, quod recalescant hæretici, ac Veris amœnitate freti ex latebris suis prorepant, vt ipse scribis. Paulum, mihi crede, sibilabunt, ac postea terram subibunt, tum à veritate, tum à tempore oppugnati: idque eo magis, si rem totam Deo permiserimus. ] hætenus Gregorius his temporibus ad Gregorium, Theologus ad Nyssenum Episcopum.

Quòd autem spectat ad Nicopolitanos in minori Armenia populos; quos Catholica fide præstantes post obitum Theodori ipsorum Episcopi ab Arianis exagitatòs Basilium in litteris superius recitatis ad Eusebium datis affirmat: cum adduci hi ipsi non possent, vt Arianae sectæ hominem accipere vellent Episcopum; dolo actum est cum eis, vt sec- lestus quidam Phortanus, qui se illis Catholicæ fidei defensorum esse simularet, cum B cis quo ipsos deciperet, versaretur; sed vir iste probus ad Arianos transierit spe illectus Episcopatus, quem quidem ab illis consecutus est: detectus autem cum fuisset hæreti- cus, omnes se ab eius communione subtraxerunt, quam ob causam ignominiosus vbi- que est redditus: de quo idem sanctus Basilium ad Eusebium<sup>a</sup> (vt Græca habet inscriptio, licet ad Gregorium, Latine perperam data reperiatur) hæc habet: Quis autem res Ni- copolitanorum miseri Phortani dignis suspirijs queat prosequi? qui prius veritatis pa- trocinium quoddam repræsentabat; tandem verò & fidem & se ipsum turpiter prodidit, proditionis autem mercedem, nempe ignominia nomen adeptus: nam ad Episcopatus fastigium, vt putat, per ipsos euectus est: sed Deo gratia, communis totius Armeniae ex- eratio factus est. ] De eodem pseudoepiscopo extat ad Nicopolitanos Basilij epistola, qua C declarat, eosdem Nicopolitanos, quòd nolent cum apostata communicare, expulsos fuisse à ciuitate: quos pluribus consolatus in fine hæc habet<sup>b</sup>: Si verò id vos conturbat, quòd extra muros eieci estis: at in protectione Dei cæli commorabimini: & Angelus il- le Ecclesiarum præses vobiscum est egressus. ] ac rursum sequenti ad eosdem epistola eo- dem argumento conscripta, post multa quibus eos exhortatus est, hæc addit<sup>c</sup> de eodem apostata pseudoepiscopo Phortano: Etenim vnum hoc tantum dolore dignum est, quod perit ille, qui temporariæ gloriæ gratia (si tamen gloria vocari debet, quod publico cum dedecore geritur) sempiterno se ipsum priuauit honore. Estis filij confessorum, estis filij martyrum, qui ad sanguinem vsque peccato restiterunt. Vtatur propriis quisque exemplis aduersus instantiam, qua pietas impugnatur. Nemo vestrum plagis affectus est, nullius ædes publicatæ sunt, nondum in exilio viximus, nec carceres experti sumus. Quid nam mali pertulimus? Nisi id forsitan triste est, quod nihil dum perpeffi sumus, D nec digni habitii qui pro Christo patiamur. Si verò quod ille, nempe Phortanus, domum orationis occupat, vos verò sub dio Dominum cæli & terræ adoratis, id vos conturbat: cogitate vnde cum quoque Apostolos in cenaculo fuisse conclusos, cum interea qui Dominum crucifixerant, in templo celebri Iudaicum cultum perficerent. Iudas etiam quoniam suffocationis mortem dedecorosa vitæ prætulit, illis se præferendum ostendit, qui nullo nunc pudore ab omnibus hominibus damnati afficiuntur, atque eam ob cau- sam impudenter quæ turpia sunt committunt. Id tantum curetis, ne mendacijs illorum decipiamini, quibus fidei rectitudinem profitentur. Non enim Christiani sunt tales, sed Christopori, qui magis hoc quærunt, quod ad hanc præsentem illis vitam conducit, quam vt secundum veritatem viuant. Vbi vanum hunc principatum adipisci se posse iudicarunt, Christi se coniungere inimicis. Vbi plebem irritari viderunt, rursum fidei re- ctitudinem prætexunt. Non agnosco Episcopum, nec Christi illum sacerdotibus adnu- merauerim, qui à profanis est manibus ad fidei destructionem Præsul electus. Hæc mea est de illo sententia. Vos, si quam nobiscum partem habetis, eadem etiam nobiscum senti- tietis. Si verò vestro ipsorum vtimini consilio: suæ quisque sententiæ potestatem habet, nos insontes erimus ab hoc sanguine. Hæc non ideo scripsi, quòd vobis diffidam, sed vt quorundam hæsitatiōem declaratione meæ sententiæ confirmem. ] ita Basilium. Verum perstantes illi in sententia, cum omninò abhorrerent ab Ariani Episcopi communicati- one, dirissima ab Ariano militum duce passi sunt, de quibus idem Basilium perbreuem hanc ad eosdem Nicopolitanos epistolam scripsit<sup>d</sup>:

NICOPOLI- TANI EXA- GITATI AB ARIANIS.

DE PHOR- TANO PSEU- DOEPISCO- PO.

Basil. epi. 10. in addi- tion.

Basil. epi. 11. in addi- tion.

EXPELST AB ECCLESIA NICOPOLI- TANI.

Basil. epi. 9. in addition.

Cum sanctitatis vestræ litteras consecutus essem, admodum ingemui, ac lamentatus sum eam ob causam, quod mala ista meis ipsius percepissem auribus, utpote verbera & probra vobis illata, populationem ædium, desolationem ciuitatis, totius patriæ subuerfio- nem,

BASILIVS HORTATVR NICOPOLITANOS CONSTATNER AGERE.

nem,persecutionem Ecclesiae fugam sacerdotum, insolentiam luporum, ac dispersionem A gregum. Verum vbi à gemitibus ac lachrymis quieui, & ad Dominum in celo suspexi: cognoui, persuasusque sum, quod & vobis notum esse volo, quod citò aderit auxilium, nec in finem vsque deferendi sumus. Quod enim passi sumus, propter peccata nostra passi sumus. Auxilium verò suum benignus Deus propter dilectionem & misericordiam, qua erga Ecclesias afficitur, declarabit. Haud tamen negleximus, quo minùs simul & praesentes illis, qui rerum potiuntur, supplicaremus, & iis qui nos diligunt, in castra scriberemus, quo iram insipientis colibeant. Et arbitror illum à multis fore reprehendum: nisi forsàn impletum tumultuationis tempus tantum otij non permittat illis, qui rebus gerendis occupantur, vt hisce de rebus agant.] hæc ipse.

Basil. epist. 11. in additione.

Quòd autem his litteris pollicitus est S. Basilius, citò illis affore diuinum auxilium, quo ab ingruenti illa liberarentur afflictione, aliis quoque superioribus litteris æque promiserat verbis illis: Quemadmodum vbi grandinis nubilum præterit, & torrens alueo suo effluxit, illud in serenitatem dissoluitur, iste profundo absorptus viam qua fluxerat siccam & aridam relinquit: ita & tempestas ista, quæ nos iam apprehendit, paulò post non erit: modò sustineamus non inspicere praesentia, sed spem in ea extendere, quæ paulò sunt vltiora.] hæc inquam haud temerè aut inaniter Basilius ipse effudit, sed prophético sanè spiritu vaticinatus: siquidem effectum est, vt intruso ab Arianis Phortano procul eiecto, facultas data sit iisdem Nicopolitanis Catholicum Episcopum deligendi.

SEDATA PERSECVTIO NICOPOLITANORVM. Ammianus lib. 27.

Adnitente enim primario exercitus duce Arintheo, Nicopolitanis cum pietate libertas affulsit. Hic quidem Arintheus (vt vidimus ex Ammiano<sup>b</sup>) his temporibus aduersus Saporem Regem Persarum cum exercitu militabat. Adiuuit quoque Nicopolitanorum negotium Terentius dux, S. Basilij pernecessarius, qui pariter principem locum in eodem exercitu (vt idem testatur Ammianus) tenebat: dicturi autem sumus de ambobus inferioriùs. Cum igitur data per hos esset facultas Catholicis Episcopis in vnum conueniendi ad electionem Nicopolitani Antistitis: praestiterunt id illi egregiè, probatumque rectæ fidei virum delegerunt. quod factum cum S. Basilius horum omnium sapientissimus architectus accepisset, magnopere gauisus, eosdem scriptis litteris hortatus est, vt datum sibi Episcopum diligerent, ex animoque eidem consentirent: quantum autem id ponderis esset, declarat his verbis:

Basil. epist. 13. ad Nicopol. in additione.

Dispensationes Ecclesiasticæ sunt quidem per eos, quibus est illarum cura concredita, verum à plebe confirmantur. Itaque quod Deo dilectissimos Episcopos concernebat, impletum est; quod reliquum est, ad vos spectat: vt videlicet datum vobis Episcopum ex animo complecti dignemini, & pericula extrinsecus imminencia fortiter repellatis. Nichil enim sic absterret tam Principes, quam reliquos pacatum hunc statum vobis inuidentes, ac concors erga traditum vobis Episcopum dilectio & infracta resistentia. incutit enim illis omnium malorum conatum desperationem, si nec clerum, nec plebem adiuuentiones ipsorum amplecti viderint.] & paulò post: Optamus autem, vt & nos aliquando digni habeamur, qui ad vos veniamus, & Ecclesiam pietatis altricem inuisamus: quam tamquam rectæ doctrinæ metropolim propterea veneramus, quòd ab honestis viris & electis Dei gubernata est, qui fideli secundum doctrinam sermoni adhæserunt, quibus dignum esse hunc praesentem & vos iudicatis & nos consensimus, modò per gratiam Dei custodiatur, &c.] at de rebus à Nicopolitanis magna gloria gestis hæctenus.

BASILIVS HORTATVR NICOPOLITANOS DATVM EPISCOPVM DILIGERE.

Hæc quidem & alia plura curans Basilius, ægra tamen (vt ipse superioribus litteris ad Eusebium datis affirmat) laborabat valetudine, qua aded affectus est, vt appropinquaret vsque ad portas mortis, quod ipse pluribus ad diuersos scriptis litteris testatus est. Sanè quidem illud admirandum fuit, vt doloribus febribusque confectus licet, nihil tamen totius fermè Orientalis Ecclesiae tot exagitata fluctibus, propensioris curæ & sollicitudinis intermitteret, cum alioqui numquam fermè bona valetudine potiretur: vnde ipse ad eundem Eusebium<sup>c</sup>: Si enim, inquit, in apparente bona valetudine inter desperatos constitutus sum, eo quòd vitam habeo infirmiore: cognoscere licet, quifnam poteram esse in infirmitate.] ac rursus<sup>d</sup> ad eundem: Puto etiam famam ad tuam sanctitatem pertransisse, quod præ infirmitate detentus sum (ne scilicet ad Synodum profectus sim) quæ deduxit me vsque ad portas mortis: & nunc quando mittebam has, reliquias ferens infirmitatis scripsi.] & rursus inferius agens de persecutionibus hæreticorum Ecclesias vexantium: Præ hoc, inquit, mærore magna ex parte impediò, ne conualescam, continuè ad me reuer-

Epist. 5. ad Euseb. ex verbone Sextily. Epist. 10. ad Euseb. ex verbone Sextily.

A reuertentibus infirmitatibus ex vehementi dolore.] addit tunc temporis penes nonnullos nuntium de sua morte peruasisse, id vulgantibus hæreticis, quos ipse conueniens ac disputatione refellens, se docuit adhuc esse superstitem: nam ait: Veni vsque ad ciuitatem, cum fama erat me esse mortuum: quoniam autem placuit Deo nos viuèntes derelinqui, disseruimus cum ipsis quæ conueniebant. Et praesentiam quidem venerantur, & promittunt omnia conuenientia: cum absunt autem, rursus ad suam ipsorum sententiam recurrunt.] hæc Basilius, cuius tanta etiam apud hæreticos erat reuerentia, vt ipsi praesenti contradicere vel aduersari nescirent. Sed iam reliquas huius anni res gestas ordine prosequamur.

Hoc item anno, sicuti alia Orientis Ecclesiae, qui Constantinopoli agebant Catholici Christiani persecutione Arianorum dirè vexati sunt, quod mortuo Eudoxio Constantinopolitano Episcopo, hi Demophilum æquè Arianum, isti verò Euagrium Episcopum subrogarint. Quæ autem hinc mala prouenerint, Socrates<sup>a</sup> rem gestam his verbis protulit: Imperator Valens denud Antiochiam ire maturans (puto ob ingruens bellum Persicum) Constantinopoli decedit. Qui cum venisset Nicomediam Bithyniæ, ibi ad tempus commoratus est ob hanc causam. Eudoxius Ecclesiae Arianæ Episcopus statim post Imperatoris discessum, cum Ecclesiae Constantinopolitanæ sedem ad decem & nouem annos occupasset, abiit è vita (hoc ipso anno scilicet) Valentiniano iam & Valente tertium Consulibus. Quamobrem Aiani in locum eius Demophilum sufficiunt. Sed qui fidei substantialis fauebant, se tempus opportunum nactos arbitrati, Euagrium quemdam suæ ipsorum fidei fautorem designant. Quem quidem Episcopum creat Eustathius ille, qui olim Antiochiæ fuisset Episcopus, quique & iam dudum à Iouiano ab exilio esset reuocatus, & tum forte Constantinopoli versaretur, fidei Consubstantialis fautores confirmandi gratia, ibique in occulto delitesceret.

OBITU EUDOXII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI. Socrates lib. 4. cap. 13.

Quo facto, alia arrepta occasione, Aiani illos de integro acerbè persequi cœperunt: quæ res ad aures Imperatoris celerrimè peruenit. Ille igitur admodum veritus, ne ex populi contentione seditio conflata ciuitatem labefactaret, copias militares ex Nicomedia Constantinopolim misit, præcepitque vt vterque, tum qui creauerat, tum qui creatus fuerat, alter in alterum locum relegeretur. Quocirca Eustathius Byzam Thraciæ vrbem amandatus est, Euagrius alio abductus. His rebus ita confectis, Aiani maiores spiritus sumere, & eos qui de Ecclesia erant, verberando, contumeliis afficiendo, in carcerem coniciendo, pecunia multando, omnia denique incommodorum genera, quæ erant plane intolerabilia, illis imponendo, grauissimè diuexare cœperunt.

ECCLIA CONSTANTINOP. AB ARIANIS VEXATA.

D Illi cum hæc ferre non possent, Imperatorem deprecatum adeunt, vt si non omninò, aliqua ex parte tamen Arianorum violentia liberarentur. Verum istud animo agitantes, longe opinione aberrarunt, praesterrim cum ab eo ius suum obtinere sperarent, qui iniuriam ipsi illatarum auctor fuisset. Nam cum pij viri ordinis Ecclesiastici octoginta numero ad eam rem delecti, inter quos principem locum obtinebant Urbanus, Theodorus, & Menedemus, Nicomediam aduentarent, Imperatorem supplices orarent, vim sibi illatam docerent, & incommoda quæ ab Arianis accepissent, ei proponerent: ille quamquam iracundia vltra modum erat in eos inflammatus, eatenus tamen eam occultauit, quoad Modesto Praefecto clam dedisset mandatum, vt illos comprehensos morte mulceret. Mortis genus, quoniam nouum & peregrinum fuit, operæpretium arbitror litteris ad posterorum memoriam commendare.

LEGATIO ORTHODOXORVM AD VALENTEM IMPER.

E Praefectus admodum extimescens, ne si illos palàm & in oculis omnium trucidaret, multitudo impetu temerario incitata ipsum seditiosè adoriretur, simulat se in exilium eos missurum. Illi rem excelso & erecto animo ferunt. Praefectus itaque iuber eos in nauigium imponi, perinde ac si in exilium recta amandarentur: nautis autem in mandatis dat, vt cum in medium pelagus peruentum foret, nauigium succenderent, vti hoc modo è vita migrantes, non haberent qui eos sepulturae mandarent. Sic igitur factum est. Nam nauæ ad medium pelagus Astacenum peruecti, imperata faciunt: ipsique succensò nauigio, scapham, quæ sequebatur, succensentes reuertuntur. Fortè fortuna ventus Subfolanus grauius spirat, nauigiumque succensum tam vehemèter pellit, vt celerrimo cursu per mare prolaberetur, & eo vsque duraret, quoad in nauale, quod Dacidizus vocatur, appelleret: vbi pariter cum ipsis pijs viris tandem penitus absumptum est. Creber quidem sermo apud multos vsurpabatur, hoc crudele & impium facinus minimè inultum

MARTYRIVM LXXX. LEGATO RVM.

fuisse. Nam statim post fames acerbissima per vniuersam Phrygiam peruasit: ita ut complures incolae illius regionis exiguo temporis spatio necessitate adducti, tam Constanti-

Sozom. lib. 6. c. 15. 14.

Sozom. lib. 6. cap. 13. DE EVTHATHIO ERRORIS SCRA- TIB ET SOZOMENUS ARGVVNTVR.

Greg. Naz. orat. ad centu quinquaginta episcopos. QUAE PASTI CONSTAN TINOPOLI TARI OR THODOXI.

AB ARIANA PATRATA SCLE- RA.

Reg. 25. Daniel. 3.

A

B

C

D

E

Corrigendus itaque in primis est Socrates, quod ait, discessisse Valentem Constanti-

At de rebus tum ab Arianis, tum ab ipso Imperatore Valente aduersus ciues Constanti-

Quem populum audacia furentem in te immisi? ut vos scilicet in nos. Quos milites in-

A raria dilecta (ut ait Scriptura) nunc autem contumeliose protrita, quifiam impudicus ac perditus adolescens turpiter cantillans, corpusque infectens impulsu nostro vobis

Psal. 83.

O cathedra praecleara, & praeclearorum virorum sedes ac requies, quaeque multos pios sacerdotes, qui iam olim sacrae disciplinae munus obierunt, subinde commutasti: ecquis tandem Ethnicus concionator te conscendit, & scelerata lingua Christianorum religio-

PERORATIO SCLEPERVM ARIANO-RVM.

B enim caedes, stupri dedecore tolerabiliores. Quas feras in corpora sanctorum immisimus, ut quidam factitarunt, humanam naturam ob oculos omnium proponentes, nec vllum aliud crimen ipsis obuiantes, quam quod impiis dogmatibus assentiri, eorumque societate contaminari recussissent, quam veluti serpentis virus fugimus, non illam quidem corpus labefactantem, verum ipsa animae penetrabilia inficientem? Quibus crimini datum est, quod mortuos terra condidissent, quos ipsae quoque bestiae honore & reuerentia sunt prosecutae? Et quidem quale hoc crimen iudicatum est? alio scilicet theatro atque aliis bestiis dignum.

Quorum Episcoporum inspectantibus discipulis, nec praeter lachrymas quicquam opis ipsis afferre valentibus, seniles carnes ferreis vngulis laceratae sunt, cum Christo suspenae, ac perpetiando victoriam assecutae, populumque pretioso sanguine aspergentes, ac postremo ad necem adductae cum Christo inhumandae, gloriamque adepturae: Christo, inquam, qui per huiusmodi caedes ac victimas de mundo triumphauit? Quosnam presbyteros ignis & aqua, elementa inter se contraria diuiserunt, nouo & inaudito more nauigantibus praelucens, simulque cum ea nauis, in qua soluerant, conflagrantes? Quinam (ut maiorem calamitatum nostrarum partem silentio tegam) ex iis qui talibus obsequiis gratiam apud Principes inire studebant, ab ipsis quoque crudelitatis accusati sunt? Nam etsi cupiditatibus eorum inferuebant, saeuum tamen & crudele mentis propositum execrabantur. Illud enim turbulenti temporis erat, hoc rationis & consilij: illud imperatorij sceleris, hoc animi sibi conscij, quid leges, ex quarum praescripto ius dicendum erat, postulerent. haec Gregorius, qui postea orationem conuertit ad res in Aegypto ab eisdem aduersus Athanasium fabricatas, & alia subinfert de Eustathio Antiocheno Episcopo, necnon de caede facta nuper S. Episcopi ab exilio redeuntis, de quo suo loco dicendum.

SAEVITIA ARIANO-RVM.

Gregor. Nazian. orat. in laud. Hieron. DIRA VALENTIS PERSECUTIO.

De his autem quae hoc potissimum anno gesta esse constat, nempe de presbyterorum in mari conflagratione, idem meminit alias ea oratione, qua persecutus est laudes Basilij: sed & in illa dicta in laudem Heronis, presbyterum vnum tantum idem supplicium passum narrat, remque gestam (ut apparet saitem ex numeri diuersitate) a priori distinctam graphicè repraesentat his scilicet verbis, dum primum de acerbitate persecutionis Valentis ita praefatur: Tanta utique praecedente persecutione (sub Iuliano videlicet) acerbior ista: quod tum quidem minime dubia & obscura erat martyrum decertatio; nunc autem res eo rediit, ut perpeffio quoque ipsa laude careat, dumtaxat apud iniquos martyriorum expensores. Vultis omnibus qui adsunt, atque huic etiam fortasse quamlibet insigni animi robore ac tolerantia praedito, perturbationibusque superiori, vnius dumtaxat ex his quae tunc perpetratae sunt, narratione lachrymas extundam? Testes autem huius sermonis permultos habeo: nam apud multos huius supplicij tragedia permanuit; illiusque etiam tempestatis historiam (nisi me opinio fallit) omnium saeculorum posteritas exceptura est.

Nauis presbyterum portans, eumque non sceleris alicuius conuictum, sed fidei causa periclitantem, in mare demittitur, non ut vectorem seruet, sed ut perdat. Atque is quidem qui vehabatur, utpote vir pietate praestans, animo erat prompto & alacri: comes autem illi ignis adiungitur: ac nouitate poenae maiorem in modum oblectatur persecutor. Proh spectaculum graue! proh grauem tragediam! Nauis mari fertur: spectantium multitudo ad litus effunditur, partim insultantium, partim illius vicem lugentium. Quonam pacto rem tantam breui oratione repraesentabo? Ignis accenditur, nauis una cum

PRESBYTERI MARTYRIVM.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 7.  
370. 4. VALENTIS

A cum onere suo absumitur, ignis aqua miscetur, resque inter se contrariae ad pij viri supplicium concurrunt, duoque elementa corpus vnum partiuntur, & nouo atque inaudito more facula super mare attollitur: ad quam vt suauem & amicam fortasse quispiam accessit: propior autem factus, miserandum atque incredibile spectaculum offendit, navigationem sine gubernatore, naufragium sine tempestate. Sic presbyter in cinerem dilabitur, immò ne in cinerem quidem, vtpote per vndas sparsus. Nec verò tantum apud barbaros homines sacerdotij dignitas impetrare quiuuit, vt minus inhonesto saltè mortis genere interiret: aut si hoc nimium erat, at certè sepultura, quæ ne impiis quidem & facinorosis hominibus negari debet, cõcederetur. Hæc impij hominis, nempe Valentis, æquorea expeditio fuit: hic pij viri finis.] atque hætenus de eo Gregorius, quem Elias Cretenfis ab alijs dictum Urbanum, ab alijs verò Theodolum, siue Theodorum tradit, qui videtur numeratus inter illos octoginta presbyteros: sed haud facilè adducimur vt credamus vnum hunc à ceteris Gregorium separasse, cum quod oratione profiteretur (id scilicet recensere, vt ab audientium oculis præ commiseratione excutiat lachrymas) magis miserabilis casus omnium, quam vnus tantum, præstare id vberius valuisset.

Quo tempore, cum Ecclesia Constantinopolitana acerbissimis hisce quateretur fluctibus, Damasum Romanum Pontificem illic misisse sanctum Zenobium creatum postea Episcopum Florentinum, qui insultantem Arianorum petulantiam penitus coerceret, eius vitæ Acta habent: ibique cum duos à dæmonibus obsessos, spectante populo, liberasset, Arianorum quoque procacia eo spectaculo coercita pariter traditur: non tamen pro vero habendum (quod euentus probauit) ipsos posthac omninò quieuisse, vt falsò existimatum est: quin potius eo recedente, liquet eosdem acrius sæuuisse. Constat quidem sanctum Basilium ad Occidentales Episcopos de his quæ Orientalis Ecclesia pateretur, litteras dedisse, quarum ipse meminit in secunda ad eosdem missa legatione, de qua agitur anno sequenti. Desiderantur tamen ipsæ litteræ Basilij primo loco ad Occidentales scriptæ: siquidem quæ ad eosdem ab ipso datæ leguntur, de alijs antea ad eos scriptis litteris mentionem faciunt, quæ non extant: aliæ verò inferius secundum legationum ordinem disponuntur.

Iam reliquum est, vt Valentis Imperatoris iter Antiochiam proficiscentis, & vbi- que impietatis suæ atque sæuitiæ impressa vestigia relinquens, eademque indelebilia posterorum memoriæ conseruata, oratione prosequamur. Nicomedia enim recedens, contulit se cum suis Cæsaream Cappadociæ, vexaturus Ecclesiam illam, à qua hætenus visus esset haberi contemptui: nempe quod præter suorum magistratum sententiam creassent Orthodoxæ fidei insignem defensorem, acerrimumque propugnato- rem Magnum Basilium: quodque reliquis iam propè omnibus Episcopis Catholicis ex suis ipsorum sedibus pulsus, ipse solus videretur inuito Imperatore sedere, aliisque cun- ctis periclitantibus Ecclesijs præsto esse. Quid autem actum sit à Valente aduersus Basilium, cum Cæsaream venit; Sozomenus<sup>b</sup> & alij cum recitant, planè hallucinan- tur, dum putant aduentum Valentis Cæsaream eo tempore contigisse, quo Eusebij eius ciuitatis Episcopi aduersus Basilium simultas illa vigeat. Nam Basilio iam Epi- scopo creato, Valentem eo peruenisse, ipsa rerum gestarum series plus certo declar- rat: sed & ipsum accessum Valentis Cæsaream accidisse hoc anno, ipso Valente cum fratre tertium Consule, quo Eudoxius defunctus est, satis est superius demonstratum. Ait igitur Sozomenus:

Valens, relicta Nicomedia, iter Antiochiam versus cepit: quo quidem in itinere cum Cappadociam peruenisset, Orthodoxos pro more suo grauibus afficere incommodis, & ecclesias eorum Arianis tradere laborauit, &c.] hæc Sozomenus. Quonam modo autem cuncta se habuerint, à nullo certius atque fidelius, quàm ab ipso Gregorio Nazianzeno, qui aderat & magna pars fuit, accipere licet. Ipse igitur publicè pro concione eandem peregre iam profectus historiam, hisce verbis eam exorditur:

Vt verò alia omnia peruagatus Valens, in hanc, nempe Cæsariensem, firmam & ab omni iniuria tutam Ecclesiarum matrem impetum fecit, vt vitalem quoque illum veritatis igniculum, qui solus reliquus erat, opprimeret: tum primum malum se consilium iniit- se intellexit. Nam, vt sagitta in durius ac solidius corpus incidens, repulsus est, ac ruden- tis instar extractus cessit. In talem Ecclesiæ Antistitem incidit: in tantum scopulum impa- ctus sese infregit ac dissoluit. Atque alia quidem ex eorum, qui tunc periculum fecerunt, sermone

ZENOBIUS  
MISSVS A  
DAMASO.  
Extant apud  
Sier. tom. 3.  
die 25. Mæj.

VALENS VE-  
NIT CÆSA-  
REAM CAP-  
PADOCIAE.

<sup>b</sup> Sozom. lib.  
6. cap. 15.

<sup>c</sup> Ibidem.

<sup>d</sup> Gregor Na-  
zian. orat. in  
basil. Basilij.  
VALENS  
QVID CVM  
BASILIO  
CÆSAREAE.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 7.  
370. 4. VALENTIS

A sermone ac commemoratione accipere licet. Nemo autem est, qui non hæc memoriæ prodat: verum ij demum admiratione desiguntur, qui perspecta atque explorata habent illius temporis certamina, insultus, pollicitationes, minas, illos ex Senatorio ordine ad eum missos, eumque flectere adnitentes, illos ex militari, illos ex gynæcco, nempe eunu- chos, illos, inquam, inter feminas viros, & inter viros feminas, atque vna tantum impie- tate viriles, qui cum naturali modo libidinari nequeant, quod vnum possunt, lingua scor- tantur: illum denique Nabuzardum<sup>a</sup> coquorum præfectum artis suæ gladios inuitan- tem atque ad ignem sibi congruentem transmissum.] erat hic Demosthenes dictus, de quo inferius. sed pergit Gregorius:

Ego verò id, quod ex omnibus eius laudibus summè admiror, & quod, ne si cupiam quidem, præterire queam, breuiter, quoad eius fieri poterit, exponam. Ecce tandem incognitus ille est, qui tum apud nos Præfecti munere fungebatur, cum suapte feritate aduersus nos præsertim inflammatus (nam ab illis quoque baptisimi aqua tinctus vel potius obrutus atque confectus fuerat) tum amplius quàm necesse haberet, Imperatori sub- feruiens, atque ex eo quod illi omnibus in rebus obsequeretur, diuturnius imperium sibi conseruans? ] erat hic Modestus nomine, auctor cædis ( vt vidimus ) octoginta illorum presbyterorum nuper in mari apud Nicomediam incensorum: qui ob egregiam impro- bitatem & nauatam impigrè operam aduersus Catholicos præcipue, non præfecturis tan- tum insignitus fuit, sed & post sequentem annum cum Arintheo Consulatum gessisse reperitur: verum & actum quoque nobilissima præfectura Prætorij, Zosimus<sup>b</sup> auctor est, quod & apertè indicant Imperatoria rescripta ad eum data: cui his verbis eleganter illuſit Cyrus Theodorus:

Præfectus es in ceteris quidem omnibus,  
Modeſte, verum Basilio Magno subes:  
Præesse quamuis gestius, subes tamen:  
Formica sanè es, rugias licet vt leo.]

Sed subdit Gregorius: Ad hunc aduersus Ecclesiam frementem, leonisq. speciem præ- ferentem, ac leonis more rugientem, tamque ferum & immanem, vt à multis ne adiri quidem posset, vir præclarus adducitur, immò verò ingreditur, perinde ac si non ad iudicium, sed ad festi celebrationem vocaretur. Quonam autem modo vel Præfecti auda- ciam, vel Basilij virtutem & sapientiam, cum qua ei restitit, satis digna oratione com- plectar? Quæ tua est, inquit, ratio heus tu (nomine illum compellans, nondum enim Episcopi nomine appellandum ducebat) vt tanto imperio obſistere audeas, solusque om- nium præfractè & contumaciter obſisteris? Quorsum, respondet Basilius, hæc oratio spectat, & quænam hæc est contumacia? nondum enim id satis intelligo. Quoniam, in- quit ille, Imperatoris religionem minimè profiteris, omnibus alijs iam substratis ac super- raris. Non enim, inquit Basilius, hæc vult Imperator meus: nec creaturam vllam adora- rare sustineo, cum & Dei creatura sim, & Deus esse iubear. Nos verò, inquit ille, qui hæc imperamus, quid tandem tibi videmur? Nihil sanè, inquit Basilius, dum hæc iubetis. Age verò, inquit ille, non magnum & honorificum existimas ad nostras partes adiungi, fociosque nos habere? Ad hæc Basilius: Vos quidem Præfecti estis & illustres, non inficias eo; minimè tamen Deo præstantiores. Socios autem vos habere, mihi quidem amplum & honorificum fuerit (quidni enim, cum ipsi quoque Dei creaturæ sitis?) sed & alios quosdam ex his qui nobis subiecti sunt. Non enim personarum dignitate, sed fidei inte- gritate Christianismus insignitur.

Hac oratione commotus Præfectus, & maiori ira succensus, de subsellio surrexit, at- que asperioribus verbis cum eo agere perrexit. Quid? inquit ille, potestatem hanc non pertimescis? Cur verò pertimescam? inquit Basilius. Quid fiet? quid patiar? Quid pa- tieris? intulit ille: vnum è tam multis, quæ meæ sunt potestatis. Quænam hæc? subiun- xit Basilius: fac enim intelligamus. Bonorum, inquit ille, proscriptionem, exilium, cru- ciatu, mortem. Tum Basilius: Si quid aliud habes, id mihi minitare: horum enim quæ adhuc commemorasti, nihil nos attingit. Quonam modo? inquit ille. Quoniam, inquit Basilius, bonorum proscriptioni pœnoxius non est, qui nihil habet: nisi fortè laceris & detritis hisce pannis indiges, ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates & copię sunt. Exilium autem haud cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum: ac neque ter- ram hanc, quam nunc incolò, meam habeo; & eam omnem, in quam proiectus fuero, pro

MODESTVS  
PRÆFEC-  
TVS QVID  
IN BASI-  
LIYM.

<sup>c</sup> Vide orat. in  
laudem Basi-  
lij schol. Basilij  
70. al. in no-  
ua edit. 24.

CONFLICTA-  
TIO MODER-  
STICVM BASI-  
LIIO.

MODESTVS  
VRGET BASI-  
LIIYM.

pro mea duco: immo, vt rectius loquar, vniuersam terram Dei esse scio, cuius aduena ego sum & peregrinus. Iam tormenta quid accipere queant, cum corpus desit? nisi forte primam plagam dixeris: huius enim solius penes te arbitrium & potestas est. Mors porro beneficii loco mihi erit: citius enim me ad Deum transmittet, cui viuo, & munere meo fungor, maximaque ex parte mortem obij, & ad quem iam pridem propero.

Quo sermone obtupestus Praefectus: Nemo, inquit, me (nomenque suum adiunxit) ad hunc usque diem ita est allocutus, nec pari verborum libertate. Neque enim, ait Basilium, fortasse in Episcopum incidisti: alioqui hoc prorsus modo differuisset, pro huiusmodi rebus in certamen veniens. Nam ceteris quidem in rebus, o Praefecte, mansueti & placidi sumus, atque omnium abiectissimi, quemadmodum nobis hoc lege praescriptum est: ac non dicam aduersus tantum Imperatorem, sed ne aduersus plebeium quidem quemquam & infimi ordinis hominem supercilium attollimus. Verum vbi Deus nobis periclitatur ac proponitur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. Ignis autem, & gladius, & bestia, & vngulae carnem lacerantes, voluptati nobis ac deliciis potius sunt, quam terrori. Proinde contumelias nos affice, comminare, fac quicquid collibuerit, potestate tua fruire: audiat haec etiam Imperator: nequaquam profecto nos vinces: nec efficies, vt impiae doctrinae assentiamur, ne si his quidem atrociora miniteris.

Haec postquam Praefectus dixit, atque audiit, ipsiusque contentionem animi eam esse cognouit, vt nulla vis eum perterrere ac superare posset: ipsum quidem foras misit, atque ablegauit, non iam cum iisdem minis, sed cum quadam reuerentia & submissione. Ipse autem quam celerrime potuit, Imperatorem adiens: Imperator, inquit, ab huius Ecclesiae Antistite victi sumus: minis superior est, sermonibus firmior, verborum blanditiis fortior. Ignauiorum alius quispiam tentandus est: huic autem aut vis aperte inferenda, aut non expectandum vt minis cedat. Qua de causa factum suum improbens Imperator, Basiliumque laudibus victus (virtus enim hosti quoque admirationi est) vim ipsi adhiberi vetuit: idemque ipsi accidit, quod ferro solet, quod quamuis igni emolliatur, ferri tamen naturam retinet. minisque in admirationem conuersis, illius quidem societatem haudquaquam amplexatus est, quod mutationem erubesceret: ceterum rationem quaesiuit, qua honestissime ipsi satisfaceret, quam etiam oratio declarabit.

Nam cum vniuersa satellitum manu stipatus ingressus fuisset in templum (erat autem Epiphaniae dies, coetusque amplissimus) ac laicorum numerum auxisset, ad hunc modum defunctorie cum eo se coniunxit. Ac ne hoc quidem praetermittendum est. Postquam enim intus fuit, atque ipsius aures psalmorum cantu non secus ac tonitruo quodam perfonauerunt, plebisque pelagus vidit, omnemque ordinem & concinnitatem, quae tam in sacrario quam prope sacrarium erat, angelicam potius quam humanam: atque ipsum quidem ante populum recto corpore stantem, qualem Scripturae Samuelem describit, nec corpore, nec oculis, nec animo, perinde ac si nihil noui contigisset, vllam in partem se mouentem, sed Deo, vt ita dicam, & altari affixum: eos autem, a quibus cingebatur, cum timore quodam ac reuerentia stantes: haec, inquam, simulatque perspexit (nec enim simile quippiam vniquam viderat) humanum quiddam passus est, atque oculorum vertigine ac tenebris totus impletur. Atque id plerisque adhuc obscurum & incognitum erat.

Verum cum dona, quae ipsemet effecerat, diuiniae mensae offerenda essent, nec quisquam vt mos ferebat, simul ea caperet (quod non satis liqueret an ea Basilium accepturus esset) tum vero manifeste se affectus prodidit. Ita enim titubare coepit, vt nisi quispiam ex sacrarii ministris vacillantem supposita manu retinisset, misere vtrique & lucluose prolapsurus fuerit. Iam vero quae ad ipsum Imperatorem & quanta cum sapientia prolocutus est (cum quidem ille nescio quo modo rursus nobiscum in Ecclesiam se contulisset, & intra velum extitisset, atque in illius conspectum colloquiumque quod iam pridem exspectabar, venisset) quidnam aliud dicendum est, nisi Dei voces eas fuisse, quas & qui cum Imperatore erant, & nos qui simul ingressi fueramus, audiuiimus? Hinc Imperatoriae erga nos humanitatis & clementiae principium natum & constitutum est: haec occasio maximam impressionis illius, qua tum vexabamur, partem, non secus ac fluctus quoddam, fregit ac dissoluit.

Sequitur alia narratio superioribus nequaquam inferior. Vincebant improbi, atque aduer-

EPISCOPVS QVOMODO BLATVS ET HVMI LIS.

Luce 21. Matth. 20.

MODESTVS VICTVS A BASILIO.

VALENTINIANI IMPERATOR ADIIT ECCLESIAM BASILII.

1. Reg. 7.

VALENTIS PROPE EX ANIMA TVR.

aduersus Basilium exilium decreuitur: nec quicquam eorum quae ad eam rem attinebant, desiderabatur. Nox aderat, in promptu currus, in plausu hostes, in luctu pij: nos parati atque alacris viatoris latus cingebamus: nihil denique, quod ad praecalam ignominiam spectabat, requirebatur. Qui haec scribit Gregorius, cum tunc simul esset inter illos qui cingebant latus Basilij, seque exilij comites sancto viro exhibere studebant, inferius tradit eadem oratione, nihil amplius Basilium fatigasse, quam vt vnum ex comitibus, acceptis pugillaribus, iuberet se sequi. Rursum vero vbi supra Gregorius: Sed quid, inquit, accidit? Exilij decretum Deus rescindit. Nam qui Aegypti aduersus Israhelitas fauientis primogenitos percussit, idem Imperatoris quoque filium morbi plaga afficit: & quidem qua celeritate: Illinc exilij tabulae, hinc morbi decretum ac scelerati scriptoris manus inhihetur, & sanctus periculo liberatur. Ita febris beneficio seruatur vir pius, Imperatoris audaciam coercentis. Quid hoc Dei iudicio vel aequius, vel celerius fingi atque excogitari potest? Postea autem Imperatoris filius aegrotabat, afflictoque corpore erat: pater etiam, utpote pater, simul aegrotabat, remedium vndecumque morbo conquirens, atque optimos quosque medicos seligens, ac precibus vt si alias vniquam, incumbens, humique proiulatus: nam Reges quoque humiles & abiectos reddit calamitas: nec mirum, cum Dauidem etiam prius ob filij morbum eodem morbo affectum fuisse, Scriptura testetur.

Cum autem huic malo medicinam nullam inueniret, ad Basilij fidem confugit: & quoniam ob contumeliam recens ipsi illatam, eum suo nomine accersere pra pudore non auderet, aliis, quos arctissima familiaritate & beneuolentia deuinctos habebat, hanc legationem committit. Ille vero nihil cunctatus, nec, quod fortasse alius fecisset, aduersus tempus insultans, confestim affuit, atque ad eius aduentum statim leuior fit morbus, patetque meliorem spem animo concipit. Quod nisi falsam aquam dulci admiscuisset, simul videlicet & ipsum aduocans, & haeretico credens, sanum quoque & incolumem filium fortasse recepisset: atque id pro certo & indubitato habebant qui tunc aderant, calamitatisque participes erant.

Idem autem & ipsi Praefecto, nempe Modesto, non multo post accidisse narrant. Nam hunc quoque morbus quispiam obortus viri sancti manibus substernit. Nam profecto plaga cordatis hominibus doctrina efficitur, ac plerumque prospero rerum successu potior & praestabilior est afflictio. Aegro corpore erat, illachrymabat, distorquebatur, Basilium accerserat, obsecrabat: Satisfactionem habes, clamabat: da salutem. Et quidem hanc consecutus est, vt & ipse fatebatur, & multis huius rei ignaris persuadebat. Neque enim illius virtutes admirari ac praedicare desinebat. Hucusque Gregorius. Modesto quidem Praefecto aegrotanti, exposcentique Basilij auxilium Cyrus Theodorus illis verbis insultauit:

Eccumne nuper qui fremebat vt leo, Virumque sanctum territabat insolens: Nunc ingemiscit, nunc miser iam supplicat, Petit leuamen, quodque postulat, capit.

His autem sic de Valente a Gregorio recensitis veteres alij alia addunt, vt inter ceteros Gildas sapiens: Cum, inquit, ab iniquo Principe minae huiusmodi intentarentur, quod nisi in crastinum Ariano caeno, vt ceteri, maculareretur, esset omnino moriturus, dixisse fertur: Ego sane cras ero sicut hodie: tu te vti nam mutares. Ac rursus: Vti nam habere rem aliquid digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis huius absolueret. Sed & Theodoretus de Valente subscribere conante decreto exilij Basilio irrogandi: Iubet, inquit edictum de illo in exilium mittendo conscribi. Quod cum sua manu ratum facere conaretur, ne apicem quidem vnum alicuius litterae facere potuit: siquidem ruptus est calamus: neque id semel, sed iterum ac tertio accidit. Ac cum impium illud edictum confirmare impensius laboraret, concussa est dextera, tremorque eam occupauit. Atque cum animo esset pra metu prope attonito, chartam manibus lacerauit. haec Theodoretus. Socrates vero de puero aegrotante haec amplius:

Filius Valentis, nomine Galates, qui tenera admodum aetate fuit, grauiter aegrotare coepit, vt medici de eius vita penitus desperarent. Cuius mater Dominica Imperatrix retulit ad Imperatorem, se per quietem ab horrendis visis valde diuexatam fuisse, puerumque propter contumeliam, quam Basilium Episcopus fuisset ab eo perpeffus, morbo affli-

BASILIO DECURNI TVR EXILIVM.

2. Reg. 12.

VALENTIS FILIO ORBATVR.

MODESTVS PRAEFECTVS AEGROTANS SVPLEXORAT BASILIVM.

Gildas orat. in Ecclesiast. or. dim.

Theod. lib. 4. cap. 17.

CALAMVS FRANGITVR ET DEXTERA OBTRIGET.

Socrat. lib. 4. cap. 21.

GALATES FILIVS VALENTIS.



CHRISTI  
370.DAMASI PAP.  
4.VALENTINIANI  
VALENTIS IMP. 7.

afflictari. Quæ Imperator animo diligenter complectens, accessit Basilium: & quo illius A faceret periculum, sic illum alloquitur: Si vera sunt tua de fide dogmata, precare ut filius meus non moriatur. Tunc Basilus: Si, inquit, credes, ô Imperator, quemadmodum ego, & efficies ut Ecclesia ad concordiam reducatur, uiuet puer. Cui cum Imperator minimè consentiret: Idcirco, inquit Basilus, de puero fiat voluntas Dei. Basilium, cum hæc dixisset, dimitti iubet: puer statim post exiit è vita. ] hæcenus Socrates. sed Theodoretus hæc habet: Magnus Basilus tum profectus ad regiam, & filium Imperatoris morti vicinum conspicatus, pollicetur eum ad vitam reuersurum, modò sacrosancto baptisinate à piis hominibus donaretur. Quæ cum dixisset, exiuit. Imperator verò iureiurando, more dementis Herodis, obstrictus (*nimirum dato olim Eudoxio iuramento se numquam recessurum ab hæresi Ariana*) quibusdam sectæ Arianae, qui aderant, pueri baptizandi negotium dat: puerque extemplo obiit mortem. ] hæc Theodoretus: at non de Baptismo, sed de precibus id accidisse, Sozomenus<sup>b</sup> tradit: nempe puerum, qui aduentu Basilij non nihil conualuisset, eo dimisso, & superinductis ad preces super puerum fundendas Arianis, expirasse.

<sup>a</sup>Theod. lib. 4.  
cap. 17.<sup>b</sup>Sozom. lib.  
6 cap. 19.<sup>c</sup>Theod. lib. 4.  
cap. 17.  
DEMOSTHENE  
NES COCQ. O.  
RUM PRIN  
CEPS.<sup>d</sup>Ephraem  
orat. de laud.  
Basilij uerbo  
nis Vossij.  
RE: GESTAE  
BASILII  
CVM VA  
LENTE.

Rursum verò à ceteris prætermissa de principe illo coquorum, quem Nabuzardum iure Gregorius nominat, Theodoretus hæc addit<sup>c</sup>: Aderat, inquit, etiam quidam nomine Demosthenes culinæ Imperatoris præfectus, qui more planè barbaro orbis terræ magistrum Basilium reprehendit. At S. Basilus subridens: Demosthenem, inquit, illiteratum vidimus. Vbi verò ille maiore exardescens iracundia minari cœpit: Tuum est, inquit Basilus ille Magnus, iusculorum curare condimenta: nam cum aures habeas opletas sordibus, sacrosancta dogmata audire non potes. Atque ita ei à Basilio responsum est. ] hæc ipse. Sed post hos omnes, præstat hic, rem tantam, nempe præclarum C certamen Basilij aduersus Valentem, ab ipsius æquali atque perneccessario magno illo Ephraem diacono Edeffeno audire, qui sic ait<sup>d</sup>: Dum graui morbo detineretur filius tyranni, rogabant sanctum hunc virum, ut pro eo Deum deprecaretur. Cumque is hanc conditionem proponeret: Si cum, inquit, mihi ita tradideris, ut eum ad immaculatam fidem traducam, & ab omni doctrinæ Arianae impietate liberem; curabo ego eum. Tyrannus verò cum esset assensus, subito Basilus pro Imperatore terreno apud caelestem se Mediatorem interposuit, cuius accepit promissum: & illi sanitate filij attulit. Ut autem puerum sanitati restitutum viderunt serpentes, rursus leuis Imperatoris animum deprauarunt: eiusque filio accepto, baptizarunt illum aqua, non tamen spiritu: docebant reicere Filium Dei, intus irretientes eum, & foris inducentes. Intus ille Christum inducibat, & intra abscindebat. Ideoque non multò post spiritum miseri illius & infelicis peremit, ingratus illius mentem redarguens. Atque ita rebus stupendis Eliæ non inferiora, signisque Elisei non minora Basilus edidit. Quemadmodum enim illi mortuos ad vitam reuocarant, sic & fidelis Basilus oratione moriturum iam puerum à periculo abripuit. Et sicut rursus Petrus Ananiam & Saphiram fraudantes de pretio agri enecauit, ita & Basilus locum Petri obtinens, eiusque pariter auctoritatem libertatemque participans, suam ipsius promissionem fraudantem Valentem redarguit, eiusque filium morte mulctauit: unde ad summam animi deiectionem & anxietatem redegit miseros illos & Imperatorem ipsum infidelem. At quis dignè enarrare poterit imbres miraculorum, quæ ostendit beatus & fidelis Basilus rebus ipsis? Cum autem impossibile sit narratione complecti tanta illius viri rectè facta, omnibus prætermisissis, vnum tamen commemorantes, ostendemus etiam, quo modo rationis ac sensus expertia simul cum viro isto pugnaverint. E

Nam cum omnem mouerent lapidem genimina viperarum, quo iustum è medio tollerent, assidue præsertim illius verbis simul ac miraculis tamquam telis quibusdam vulnerati, accesserunt, postulantes è medio eum tolli & exterminari: Grauis enim, inquit, nobis est etiam aspectu: siquidem valdè nostris aduersatur sermonibus: propterea impossibile est, ô Imperator, nostram fidem progressum habere, isto superstitè. Imperator autem illorum adductus sermonibus, incubuit ad voluntatem euicendi Basilium in exilium. Ceterum calamus statim, nolens iniquo subuenire consilio, vltro contractus est, insipientem erudiens, quam enorme facinus patrare niteretur in seruum Christi, vnam diuinitatem Patris & Filij & Spiritus sancti prædicantem, eosque qui secus sentirent aut dicerent, tamquam canes rabidos sapienter reprehendentem. Cum autem non intelligeret tyrannus, ut qui inanimato calamo insensibilior erat, ac filius erroris, secundum quoque

VALENTIS  
CALAMI  
TRES PER  
FRACCTI.CHRISTI  
370.DAMASI PAP.  
4.VALENTINIANI  
VALENTIS IMP. 7.

A quoque arripuit ad subscribendum sententiæ exilij, & ad voluntatem suam iniquam perficiendam: quem etiam vidit infringi, nolentemque communicare malo, quod ipse enitebatur facere.

Quid studes, ô Imperator, in peregrinam euicere regionem cum, qui continet inhabitatorem vniuersa implentem? Cur circumuenire & opprimere tentas eum, qui à nemine capi potest? Quamobrem ciuitate pellis ciuem caelestem & domesticum Dei? Nam si & tertium calamum fumpseris, etiam infringi videbis, nolentemque parere ac cooperari tibi, sicut re ipsa compertum est. Tunc perspicue omnibus præconis voce victoria pronuntiata est, & illustre trophæum inuicti militis Christi erectum. Tres calami substantialitatem Trinitatis prædicanti patrocinati sunt. Manus ad sententiam profendam accelerabat, & calami illam iniustam demonstrarunt. Manus ad improbum B exilij decretum scribendum festinabat, & calami inanem festinationem ac studium retardabant. Et sicut virga Moysis confudit omnes incantatores & reliquos veneficos Ægypti, ita & calami subito consilium impiorum ac filiorum tenebrarum destruxerunt. ] hæcenus S. Ephraem: quem quidem haud latere voluit Deus Magnum Basilium tot tantisque victoriis auctum, ut eius victoriæ atque triumpho eximius fieret prædicator. Quo modo autem id acciderit, ipso narrante discemus.

Deus enim Ephraem per visum admonuit, ut egregium contineret athletam, & qualis quantusque esset ostendit. Res gesta ita ab ipso S. Ephraem describitur in Panegyrico, quem dixit in eiusdem Basilij laudem, his verbis: Dominus miserandi occasione se offerente, in quadam ciuitate misericordia motus est super me. Illic vocem ad me dicentem audiui: Surge, ô Ephraem, & comede cogitationes & sententias. Cui respondens dixi in magna anxietate: Vnde ego, Domine, comedam? Et ait ad me: Ecce in domo mea vas splendidum & magnificum est, quod tibi suppedabit cibum. Super dictis autem multum admiratus exurgens perueni ad templum Altissimi: & cum sensim ad vestibulum ascendissem, & præ desiderio in introitum prospexissem: vidi in sanctis sanctorum vas electionis coram armento ouium præclare extensum, verbisque maiestate plenis exornatum atque distinctum, omniumque oculos in illud defixos. Vidi Ecclesiam ab eo spiritu vegetatam, eiusque in viduas ac orphanos potissimum commiserationem. Vidi ibi apud eum fluminis instar lachrymarum fluenta, & vellus vitæ cunctis quasi aureos radios diffundens: ipsum autem pastorem pennis spiritus sursum pro nobis preces sustollentem, filiumque orationis deducentem. Vidi ab ipso Ecclesiam ornatam & dilectam, aptissime compositam. Prospexi ab ipso, manare scilicet, doctrinam Pauli, legem Euangeliorum, D & timorem mysteriorum. Prospexi ibi vtilem & salutarem sermonem ad ipsum usque caelum fideliter tollentem se, atque ut rem paucis complectar, vniuersum illum cœcum splendore gratiæ reidentem. His verò cunctis ita religiosè ex electo vase regni efflorescentibus, laudavi sapientem & benignum Dominum, qui sic eum glorificantes glorificat.

Peracto autem auditorio, Spiritu sancto reuelante, me adesse cognouit. Qui meam vilitatem accersendam curans, per interpretem interrogabat me, dicens: Tunc es Ephraem, qui præclare collum inclinatum iugo salutaris verbi subiecisti? Et respondens dixi: Ego sum Ephraem, qui me ipsum à caelesti cursu sequestravi. Cumque me apprehendisset, sancto suo osculo consalutauit, instruxitque mensam epulis sapientis ac sanctæ & fidelis animæ ipsius, non quidem corruptilibus conditam ferculis, sed immortalibus refertam sententiis. Dicebat enim quibus rectè factis possimus nobis conciliare Dominum, quo E pacto peccatorum prohibeamus insultus, quo pacto etiam passionum occludamus ingressum, quo pacto Apostolica virtutis possessionem capiamus, & quo pacto incorruptum placabimus Iudicem. Lugensque exclamaui, & dixi: Tu pater me remissum ac segnem custodi, tu me in rectam semitam dirige, tu cor meum lapideum compunge. Ad te enim per spiritum Deus abiecit me, ut animam meam cures. Ipse animæ meæ nauem perduc ad aquam requietis. Hic mihi præclari magistri studium diligenter attende, &c. ] subdit his, S. Basilium deserto & opportuno sermone imbuisse spiritum ipsius, ut planè maximam cum gaudio vtilitatem sit consecutus, cum præsertim Basilij oratio in laudem quadraginta martyrum tunc se copiosè diffuderit: vbi è contra post eius obitum ipse Ephraem memor insignium certaminum Basilij aduersus Modestum Præfectum, atque Valentem Imperatorem, sua oratione parem illis Basilium prædicarit. Hæc ipse pluribus. Addunt nonnulli, tunc temporis sanctum Basilium eam Ephraem fuisse gratiam imper-

EPHRAEM  
CONVENIT  
BASILIUM.CONGRES  
SVS BASI  
LII ET  
EPHRAEM.

impertitum, vt Græcè dicta intelligeret, atque Græcè pariter loqueretur. sed quoniam A nihil de his ipse Ephræm, qui testatur sibi Basilium per interpretem esse locutum, libentiùs dicere prætermittimus, pauciora potiùs referre contenti, quæ omni sint fide munita, atque acceptatione dignissima, quàm plura veritate nutantia inculcare. At ad Basilij noua certamina redeamus.

Non hic quidem finis impositus est Basilij cum magistratibus certaminibus. Siquidem Eusebius\* auunculus Imperatricis, nactus Ponti & Cappadociæ præfecturam, alio tempore (quo autem anno Basilij Pontificatus, nescitur) eidem non parum negotij successit: de quo idem Gregorius Nazianzenus hæc habet<sup>b</sup>: Is qui nefarium Ader<sup>c</sup> aduersus Ibraelem olim excitauit, idem contra hunc quoque Ponticæ prouinciæ Præfectum excitat: hoc quidem prætextu, quasi mulierculæ cuiusdam causa stomacharetur, sed vera quod impietatis patrociniū fusciperet, ac pietatem oppugnaret. Mitto alias contumelias, B quibus Basilium vexauit: quod perinde est, ac si Deum dicerem, aduersus quem & eius causa bellum gerebatur. Quod vero & eum qui contumeliam inferebat, maxima ignominia affecit, & pugilem nostrum summopere extulit (si modò magnum quiddam & excelsum existimandum Christiana sapientia florere, & huius laude vulgus antere) id oratione persequar. Mulieri cuidam amplissimo loco natæ, cuius maritus haud pridem extremo vitæ die functus erat, Iudicis assessor vim afferebat, inuitamque ad nuptias pertraherebat. Illa autem cum nulla ratione hanc vim effugere posset, consilium capit non maioris audaciæ quàm prudentiæ plenum. Ad sacram enim mensam confugit, Deumque aduersus hanc iniuriam propugnatores sibi adoptat.

Quid igitur per Trinitatem ipsam (vt forensi quoque dicendi genere non nihil inter laudes vrar) faciendum fuit, non dico Magno Basilio, ac de his rebus aliis leges statuenti, C sed alij cuiuspiam longè illo inferiori, dum tamen sacerdoti? Quid aliud, nisi vt eam asseruaret, retineret, omni cura tueretur; Dei clementiæ & legi, quæ altaribus honorem haberi iubet, manum porrigeret; omnia denique potiùs faceret & pateretur, quàm vt inhumanius vllum aduersus eam consilium iniret, sicque & mensam sacrosanctam, & fidem etiam illam, cum qua supplex erat, contumelia afficeret?

Nequaquam, inquit, nouus Iudex: sed omnes imperio meo cedere, ac Christianos leges suas perfidè proderè oportet. Ille igitur supplicem deposcebat: hic omni vi retinebat. Ille rursus furore concitatur, ac magistratus quosdam mittit, qui sancti viri cubiculum perscrutarentur, ignominia causa potiùs id faciens, quàm quod eiusmodi quicquam necesse esset. Quid ais? illiusne viri cubiculum ab omni vitioso affectu tranquillū, quem Angeli complectuntur, quem vel solum intueri femina reformidant? ] hæc Gregorius. sed & in talem audaciam ita Cyrus inuehitur iambicis:

*Præfecte, quodnam dedecus? iniuria  
Quenam hæc? Requiris in domo mulierculas  
Tectisq; puris Angeli Basilij?  
Nec extimescis vindicis fulmen Dei?*

Sed pergit Gregorius: Nec eo contentus, ipsum insuper adesse, & causam dicere iubet, neque id placidè & humanè, sed quasi vnum ex iis qui capitis damnati sunt. Aderat Basilius. Ille ergo ira & arrogantia plenus sedebat: hic stabat, quemadmodum Iesus meus, Pilato iudicante<sup>d</sup>. Cunctabantur porrò fulmina, Dei que gladius<sup>e</sup> adhuc exacuebatur & differebatur, arcusque ita contendebatur, vt tamen retineretur<sup>f</sup>, poenitentiæ videlicet tempus aperiens. Hoc enim apud Deum in more atque vsu positum est.

At hic mihi, quæso, alterum persecutoris & athletæ certamen vide. Pallium detrahi ac lacerari iubebat. At ille: Exuam præterea, si ita libet, etiam tunicam. Carnis expertem verberibus se affecturum minabatur. Corpus submittebat. Vngulis lacerare. At ille: Huiusmodi, inquit, laniatione medicinam afferes hepatis, magnopere, vt vides, me affligenti ac debilitanti. Atque hi quidem in his erant. Ciuitas autem simulatque huiusce mali communisque periculi certior facta est (neque enim quisquam erat, qui non contumeliam ipsius periculum suum esse interpretaretur) tota furore corripitur atque inflammatur: ac velut fumo examen mouente, certatim omnes cuiuslibet generis & atatis excitantur & exurgunt, ac præsertim armorum opifices, Imperatorique textores. Nam hi in huiusmodi rebus acrius incitantur, atque ob libertatem ac licentiam, qua fruuntur, ad audendum sunt paratiores. Vnicuique porrò armorum vice erat vel quod

\* Nicet. school. in Greg. Naz. orat. in laudem Basilij. b Greg. Naz. orat. in laudem Basilij. c 3. Reg. II. EUSEBIUS PRÆFECTVS QVID IN BASILIVM.

APPARITORIBUS SCRIBANTVR CVBICVLVM BASILII.

BASILIVS IGNOMINIOSE SITVR CORAM PRÆSIDIBUS. d Math. 27. e Ezech. 21. f Psal. 7.

POPVLVS INVRGIT IN PRÆSIDEM PRO BASILIO.

A ars offerebat, vel quod in re præsentitumultuariè confecerat. Faces in manibus, saxa, fustes in promptu, vnus omnium cursus, vnus clamor, communis animorum alacritas. Armabat eos ira, immò ad prælium ducebat. Ne mulieres quidem tunc armis catebant, hac nimirum occasione animos earum exacuate (radij autem ipsis hastarum loco erant) immò nec mulieres iam manebant, quippe quas zelus roborasset, atque in virilem fortitudinem animiq; magnitudinem traduxisset. Quid multa? Pietatem omnes ita demum inter se partituros censebant, si ipsum Eusebium Præsidentem diuiderent, ac discerperent. Atque is maiorem apud eos pietatis laudem habiturus videbatur, qui primus ei, qui tantum facinus aggressus esset, manum iniiceret.

Quid tum igitur audax ille & fastuosus Iudex? Supplex erat, miserandus, calamitosus, quouis homine deiectior: quoad in conspectum ille citra sanguinem martyr, & citra plagas victricem coronam assecutus, populo sui reuerentia ægrè represso, supplicem suum ac vexatorem à periculo vindicauit. Hæc sanctorum Deus, qui omnia facit atque in melius commutat, qui superbis<sup>a</sup> resistit, humilibus gratiam impertitur. Quidni autem is qui mare scidit, & fluminibus cursum inhibuit, & elementis vim attulit, & manuum extensione trophæum erexit, vt exulem populum conseruaret, idem hunc etiam à periculis extraheret? Atque hic mundanum externumque bellum conclusum est, finemque habuit, Deo fauente, lætum atque felicem, qualemque fides illius merebatur. ] hæcenus de his Gregorius.

At quid de vidua illa? Transmisit eam mox S. Basilius ad monasterium sacrarum virginum, cui foror Basilij S. Macrina præerat, illicque vna cum virginibus magno studio monasticæ vitæ institutum & ipsa excoluit: ipsius namque meminisse putatur Gregorius Nyssenus in epistola illa ad Olympium<sup>b</sup>, qua eiusdem S. Macrinæ res gestas post obitum eius conscripsit, his verbis: In earum erat numero quædam femina nobilissima diuitiis & genere & corporis forma atque aliis nominibus illustris in ipsa adolescentia constituta. Hæc viro cuidam honestissimo in matrimonio collocata fuerat, sed breui tempore cum illo vixerat. Quare coniugio liberata, viduitatis suæ custodem & magistratam magnam Macrinam elegerat, & cum virginibus plurimum versabatur, vt ab eis rectam & ex virtute viuendi rationem edisceret. Vestiana illi nomen erat, pater Araxius vocabatur, vnus è numero Senatorum summi Consilij. ] at de rebus Basilij hoc anno gestis hæcenus.

Quantum autem temporis manserit Valens Cæsareæ Cappadociæ, haud certum est: illud tamen constat, institutam professionem Antiochiam, postquam inde discessit, profecurum esse, id testantibus Socrate<sup>c</sup> atque Sozomeno<sup>d</sup>, affirmantibus iisdem inde esse profectum Edessam Syriæ ciuitatem: cum nihilominus præpostero ordine Theodoretus<sup>e</sup> primum recenseat res à Valente gestas Edessæ, inde verò quæ cum Basilio Cæsareæ Cappadociæ contigerunt. At resellimus superius, & hic quoque confutamus, quod tradunt idem Socrates atque Sozomenus, istiusmodi professionem Valentis Antiochiam accidisse ipso ferme eiusdem Imperatoris exordio: nam Ammianus<sup>f</sup> ab instituto reuocatum tradit à Procopij excitata tyrannide. Accuratiùs sanè Cedrenus aduentum Valentis Antiochiam ponit anno sequenti. Quæ ergo dicti auctores gesta referunt à Valente Antiochiæ, vt Meletij exilium & alia, non tunc quidem, sed hoc ipso tempore contigisse, affirmare necesse est. At quænam ea sint, hic singula reddamus.

Qui tanto studio Cæsareæ in Cappadocia Valens Imperator S. Basilium aggressus est, ab ea Ecclesia eum exturbare conatus, eodem planè nisu Meletium Antiochenæ Ecclesiæ vnus ibi Orthodoxorum partis agentem Episcopum (nam alteri Paulinus præerat) inuasit: qui haud pridem pulsus à Iuliano, post longas peregrinationes ob Orientales Ecclesias insumptas Antiochiam reuersus erat. Tertio namque ipsum exulasse cum Gregorius Nyssenus<sup>g</sup> affirmet, eum primò sub Constantio, secundo sub Iuliano, tertio verò sub Valente eadem exilij sententia condemnatum fuisse, dicere opus esse videtur. Ait enim Gregorius, Denuo reditus, ac rursus exilium, idque tertium accidit, donec haretica caligine discussa, Dominus radio pacis ad moto, requieris aliquam à diurnis laboribus spem fecit. ] hæc ipse. At de Valente & Meletio sic Sozomenus<sup>h</sup>: Interim verò ipse Valens in Syriam concedit: nam verebatur, ne Persæ fœdera ad triginta annorum spatium, regnante Iouiano, facta rumperent. Ceterum cum hi nihil nouarum rerum molirentur, Antiochiæ commemoratus est. Quo quidè tempore Meletium Episcopum

Annal. Eccl. Tom. 4.

Y addi.

BASILIVS LIBERAT PRÆSIDEM. a 1. Mo. 4. 1. Pet. 5.

VESTIANA VIDVA MONIALIS. b Exerat apud Lipoman. tom. 1. c Sur tom 4. dia 19. Julij.

VALENS PROFECIS CIVR AN TICHIAM. c Sacrat lib 4. cap. 13. d Sozom li. 6. cap. 18. e Theod. lib. 4. ca. 15. f 6. 17. g Ammian. lib. 26.

VALENS QVID IN MELITIVM.

g Greg. Nyss. orat. in summo Meletij.

h Sozom. lib. 6. cap. 7.

addixit exilio: Paulino autē propterea pepercit, quod vitæ eius sanctimoniâ reuerēbatur. ] A
Ioannes verò Chrysoſtomus in oratione illa panegyrica, quam habuit anniuersaria die natalis Meletij, anno quinto (vt ait) ab eius exitu, vnus tantum meminit exilij Meletij: post quod cum reuerſum dicat quietè egisse, quouſque vocatus est à Theodosio ad Concilium Constantinopolitanum, de vltimo eius exilio intellexisse oportuit. De quo antequam ex eius verbis agamus, sciat lector, homiliam illam esse germanam Ioannis Chrysoſtomi, quippe cuius fragmentum recitatum habetur in Concilio Nicæno secundo, necnon à S. Ioanne Damasceno, vt tanti patris testificatione pius antiquorum sacram imaginum cultus redderetur firmè probatus atque defensus. Agens enim Chrysoſtomus de propenso Antiochenorum erga Meletium studio & amore, hæc in primis digna memoria prædicat: Cum, inquit, cum à principio in ciuitatem ingressum excepissetis, vnusquisque filium suum appellabat ab illius appellatione, per appellationem exstimens vnusquisque in domum suam sanctum illum introducere; patresque, auos, & proavos matres prætereuntes, beati Meletij nomen imponebant liberis, quos pepererant. ] & inferius eisdem Antiochenos alloquens subdit:

\* Exiat apud Sur. 10. r. die 12. Februar.

\* Nicæm. Conc. Act. 4. Io. Damasc. de imag. li. 2.

MELETTI NOMEN ET IMAGINEM ANTIOCHENI SVNT TENERATI.

\* poculis

Non ad nomen autem solum adeo fuit affecti, sed ad ipsam etiam figuram corporis. Quo modo enim fecistis in nominibus, hoc etiam fecistis in illius imagine. Etenim in palis annulorum, & in simulacris, & in phialis, & in thalorum parietibus, & vbique sacram illam multi expresserunt imaginem: vt non solum audirent sanctam illam appellationem, sed etiam vbique viderent figuram corporis, & eius excessus duplicem haberent consolationem. ] hæc de Meletio Chrysoſtomus, citata (vt diximus) in Nicæno Concilio. Sed & de eius tam animæ quàm corporis facie, necnon de nomine hæc iambis habet Gregorius Nazianzenus:

\* Greg. Naz. carm. de vita sua.

MELETTI EF FIGIES AD MAN SVTY DINEM COM POSITA.

Quos inter vnus vir erat pius admodum, Simplex, apertis moribus, plenus Deo, Placidusq; vultu, fortis & prudens simul, Segetem vel ipso spiritus vultu indicans. Quis, nostra quem vox sonat, ignorat virum, Antiochie urbis Præfulem? in quo nomini Res congruebat, rursus ac nomen rei: Nam nomen illi melleum & mores erant. ] hæc Gregorius.

Sed age iam ipsam de eius exilio historiam percurramus. Post triginta enim dies, ex quo Antiochiam reuersus erat, rursum coactum fuisse exilio solum vertere, Chrysoſtomus tradit: sed quid tunc acciderit, idem subdit his verbis: Operæpretium est autem, ne illud quidem prætermittere, quod accidit in eius persecutione. Nam cum præfes ciuitatis curru vectus exiret per medium forum, & propè fecisset sedere illum sanctum: lapides niue crebriores vndique in caput præsidis ferebantur, ciuitate nequaquam ferente separationem, sed potius volente priuari vita præfenti, quàm videre sanctum illum auelli. Quid ergo tum fecit ille beatus? Cum vidisset ictus lapidum, complexus suis vestibus contexit caput Præsidis, simul & inimicos pudore afficiens ob insignem mansuetudinem, & suos docens discipulos, quantam ostendere oporteat patientiam in eos qui iniuria afficiunt, & quod non solum nihil oporteat eis mali facere, sed etiam si ab aliis eis imminet periculum, id quoque omni studio propulsare. Quis tunc non fuit obstupefactus, videns, & insanum amorem ciuitatis, & summam philosophiam, lenitatemque & mansuetudinem Meletij? Erant enim admirabilia ea quæ acciderunt. Pastor abigebatur, & greges non dispergebantur: gubernator expellebatur, & scapha non mergebatur: agricola fugabatur, & vitis plus fructus ferebat. Quoniam enim vinculo charitatis eratis inter vos inuicem colligati: non illarum tentationes, non impendentia pericula, non viæ longitudo, non diurnitas temporis, neque quicquam aliud potuit vos disiungere à beati pastore Meletij consuetudine. Sed expellebatur quidem, vt esset procul à filiis: contigit autem contrarium: magis enim vobis constringebatur vinculis charitatis, & cum secum vniuersam accepisset ciuitatem, iuit in Armeniam. ] hæc Chrysoſtomus. Quid verò idem Meletius vna cum S. Basilio in Armenia egerit, dicemus anno sequenti.

\* Chrysoſt. hom. de S. Meletio apud Sur. tom. 1. die 12. Febr.

MELETTI EXVLANTIS VIRTVS SPACTATA.

\* Socrat. lib. 4. cap. 14.

Cum igitur longas moras Valens traheret Antiochiæ, in eo totus fuit, vt Ariane doctrinæ aduersantes validè oppugnaret. id quidem Socrates in primis testatur his verbis: Ibi commoratus, omnes qui Arianam detestabantur doctrinam, hostiliter expugnare cœpit: nam

A nam eos, vt pote contra Arianam opinionem fidei consubstantialitatis firmè ad hæreses, non solum per omnes ferè Orientis ciuitates ab ecclesiis expulit; verum etiam hoc supplicio de illis sumpto minimè satiatus, varia cruciatus genera illis irrogauit: ac multo maiorem numerum, quàm qui supra citatus sit, nempe octoginta presbyterorum, cum aliis diuersis mortis generibus, tum potissimum in flumina demergendo, è medio sustulit. ] hæc Socrates, eadem quoque Sozomenus. Ingentem quidem fuisse persecutionem illam atque posteris memorabilem, qua Valens Orthodoxos exagitauit, S. Augustinus contra Perilianum agens insinuat.

QVTD VALENS IN ANTIOCHENOS.

\* Sozom. li. 6. cap. 18. August. ebt. lit. Petil. lib. 2 cap. 91. Theod. lib. 4. cap. 13 24.

Quid verò Catholicis? Addit ad hæc Theodoretus: At Flavianus & Diodorus, tamquam rupes quadam fluctus irruentes fregerunt. Nam Meletio longe à suo grege vitam degere coacto, hi duo curam gregis suscipiunt: & tum lupis sua fortitudine & sapientia resistunt, tum ouibus conuenientem curationem adhibent. Itaque à radicibus montis depulsi (nam antea eiectioni fuerant è ciuitate) oues ad ripas vicini fluminis pascebant. Non enim more eorum, qui Babylone olim captiui tenebantur, organa suspenderunt, sed conditorem & patronum suum in omni loco dominationis eius hymnis celebrarunt. Ceterum ne isto quidem in loco conuentum piorum pastorum Christum Dominum diuinis laudibus effertentium agi, hostis ille passus est. Proinde duo illi pastores admirabiles, diuinis ouibus velut in gymnasio bellicum coactis, spirituales herbas eis demonstrant. Atque Diodorus vir sapientissimus fortissimusque tamquam fluuius limpideus & ingens tum suorum animos fortitudinis riuis irrigauit, tum aduersariorum blasphemias sinceræ doctrinæ vndis penitus obruit. Qui vt generis splendorem pro nihilo putauit, ita ærumnas pro fidei defensione lubens perpeſsus est.

B

C Flavianus autem, optimus vir, etsi ex patriciis ortus, tamen solum pietatem nobilitatis loco numerauit, & tamquam palestra magister, magnum Diodorum, velut athletam, in omni certaminum genere exercitissimum perunxit. Nam id temporis, quamquam ipse in conuentibus Ecclesiasticis minimè concionatus est; illis tamen, qui illud munus obibant, magnam copiam argumentorum & sententiarum è sacris litteris petitarum suppeditauit. Atque vt illi arcus contra Arianam blasphemiam tendebant: ita hic ex mente, tamquam ex pharetra, tela eis subministrabat. Quin etiam hæreticorum retia priuatim & publicè disputando facile dirupit, & argumenta ab illis proposita araneorum telis similia esse demonstrauit. Istis duobus se in prelio socium præbuit Aphraates, cuius vitam in historia nostra, quæ inscribitur, Philotheus, conscripsimus. Nam salutem ouium suæ ipsius tranquillitati anteponebat, gurgustio, in quo vitam monasticam excoluerat, relicto, labores pascedi gregis Dominici sibi imposuit. At licet superuacaneum putem hoc loco commemorare, quantas virtutis opes collegerit, præsertim cum in alio opere illud ipsum litteris consignariim: vnam tamen rem ab eo gestam huic peraccommodatam historia percenserebo.

FLAVIANVS ET DIODORVS LOCO MELETTI MAGNA PRÆSTANT.

D

E Orontes fluuius palatium à Septemtrionibus præterfluit: à meridie autem amplissima duarum contignationum porticus, turres vtrinque habens excelsas, in ipso vrbis muro ædificata est. Inter palatium & fluuium est via publica, quæ eos qui per portas suas ex vrbe egrediuntur, excipit, rectaque ad agros suburbanos ducit. Hac forte tranſiens diuinus ille Aphraates, se ad bellicum gymnasium, quo sanctis omnibus conuenientem curationem adhiberet, contulit. Hunc Imperator, oculis de sublimi ex porticu regia deiectis, vidit pallio vili ac sordido indutum, & cito gradu, licet confectum penè atate, incedentem. Ac cum quidam dixisset: Hic est ille Aphraates, ex cuius nutu pendet ciuitas vniuersa. Ibi tum Imperator: Cedo, inquit, quo te conferas? Ille tum sapienter sanè & appositè: Pro tuo, inquit, regno precaturus. Tum Imperator: At domi, inquit, tibi manendum est, & intra cellam, vt lex monastica postulat, orandum. Cui diuinus ille vir: Præclare admodum, inquit, dicis, ô Imperator. Istud sanè mihi faciendum est, & hæcenus feci, dum oues Saluatoris pace fruerentur. verum quoniam iam magnopere perturbantur, & multum illis impendet periculi: necesse est omnes vias persequi, non modò ne à feris capiantur, sed etiam vt conseruentur incolumes.

APHRAATES MONACHVS QVTD CVM VALENTE.

Nam dicitio mihi, quæso, ô Imperator: si filia alicuius essem, & sederem in conclauis, vt ædes curarem, atque inde cernerem flammam in cas incidisse, ædesque paternas iam conflagrare: dicitio mihi, inquam, quid me facere oporteret; intus ne manere, & ædes incensas negligere, expectareque donec flammæ impetus longius peruaderet, an relicto conclauis, nam

DIGNA COLLATIO.

CHRISTI  
370.DAMASI PAP.  
4.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 7.

furfum deorfumque curfite, & aquam afferre, qua flammam extinguerem? Hoc certe A te refponfurum conftat: nam hæc funt partes filie prudentis & prouide. Atque hoc ipfum nos agimus, ô Imperator. Etenim cum tu iam in Patris noftri ædes flammam inieceris, nos circumcurfimus, quo eam maturè poffimus extinguefe. Quæ cum locutus effer Aphraates, Imperator ei interminatus conticuit.

CUBICULA-  
RIVS DAT  
POENAS TE  
MERITATIS.

Verùm vnus ex eius cubiculariis grauiore contra hominem diuinum iactauit minas, & propterea talem plagam accepit. Fortè ei cura balnei commiffa fuit: qui fimul vt Aphraatem verbis contumeliofis infectatus fuerat, ad balneum Imperatori parandum fe contulit. Cumque ingreffus effer, repente de poteflate mentis deturbatus, in aquam calidiffimam minimeque temperatam fe præcipitauit, illicoque obiit mortem. Imperator autem fedens illum expectat, vt indicet, quando ad balneum intrandum fit. Vbi verò multum temporis præterierat, alios mittit, qui moræ caufam fibi fignificent. Hi ingreffo balneum, cum omnia intus loca oculis luftraffent, tandem offendunt hominem in aqua feruente minimeque temperata mortuum, corpusque eius ardore diffolutum. Qua re Imperatori nunciata, didicere omnes, quantum ponderis Aphraatis haberet oratio. Attamen de impia fua doctrina minime deftirerunt, fed more Pharaonis cor fuum indurauerunt: ipfeque ille Imperator, quamuis cognito fancti viri miraculo obftupefceret, non tamen eius furor contra pietatem incitatus confedit. ] at Theodoretus de Aphraate atque Valente hic hæcenus, ceterum in Philotheo hæc addit:

Theod. in  
Philoth. c. 8.

Hinc, inquit, factum effer, vt metus inuaderet Imperatorem, & omnes qui armabantur aduerfus pietatem. Sparsa effer autem fama per totam ciuitatem, quales infelix ille luerit poenas contumelie, qua affecit Aphraatem: omnesque Deum Aphraatis perpetuis celebrant laudibus. Hoc, etfi inftarent aduerfarij, obftitit, quo minus homo Dei mitte- C retur in exilium. Imperator enim perterritus, eos quidem qui hæc fuadebant, auerfabatur, virum autem reuerbatur. Porro aliunde quoque eius virtutem didicit: Equus quidam bono genere natus, & portare apprimè doctus, erat Imperatori cariffimus. Morbus quidam, qui ei acciderat, male habebat Imperatorem: retinebatur autem humidorum excrementorum excretio. Ad eum curandum accerfebantur, qui in hac arte fuerant exercitati. Sed cum ea effer etiam morbo inferior, Imperator quidem moleftia afficiebatur, lamentabatur autem is, cui equorum cura fuerat credita. Cum effer autem pius & fide firmus, in meridie venit vna cum equo ad magni Aphraatis habitaculum; & cum morbum dixiffet, & fidem fuam fignificaffet; orauit vt folueret morbum fuis precibus. Ille verò nihil cunctatus, fed ftatim Deum precatus, iuffit aquam hauriri ex puteo: & cum ei falutaris Crucis fignum impofuiffet, iuffit eam ad equum afferri. Is autem bibit D plusquam confueerat. Deinde cum oleum diuina inuocatione impleffet benedictione, equi ventrem inungit, & manus contrectatione ftatim morbus effer fublatus. Lætus ergo homo, equo accepto, cucurrit ad ftabulum. Vefpere autem (folebat enim eo tempore venire ad ftabulum Imperator) venit, & interrogauit quo modo equus fe haberet. Is verò cum & fanum effer fignificaffet, & equum valentem & exultantem, hinnientemque & collum fuperbè erigentem eduxiffet: rogauit eum caufam fanitatis. Vbi autem diu cunctatus (verebatur enim oftendere medicum, fcienf eum qui rogabat, effer ei infenfum) tandem verum coactus effer dicere, & docuit modum curationis: obftupuit quidem Imperator, & confeffus effer cum effer virum admirabilem: nec tamen à priori deftitit infania, fed perrexit furere aduerfus Vnigenitum, donec à barbarico fuit igne confumptus. ] fed hæc multo poftca. Recenfet autem Theodoretus alia eiuſdem viri fancti miracula, quibus pa- E riter fides Catholica cunctis rem attentius confiderantibus teftata reddebat.

p. fil. 92.  
IULIANVS  
SABA VOCA-  
TUR ANTIO-  
CHIAM.  
Theod. lib. 4.  
cap. 15.

Fuit Catholicis Antiochenis haud minori adiumento, quam Aphraates, inſignis ille Iulianus cognomento Saba, & ipfe gratia miraculorum inſignis, qui que feliciter id ipfum præftitit, quod ille: quæ omnia ad maximum profectum Euangelij conducebant: vt dici poſſet illud Dauidicum<sup>b</sup> ad hæc accommodatum: Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. ] nam cum perſecutionis altiores fluctus nauiculam vigerent Eccleſie, Dei omnipotentis eam regentis virtus excellior miraculorum operatione cunctis ſpectantibus apparebat. Quanam autè occaſione Iulianus perductus fuerit Antiochia, idem Theodoretus docet his verbis<sup>c</sup>: Eodem tempore ille fame celebritate inſignis Iulianus, cuius ſupra mentionem feci, & relinquere ſolitudinem & Antiochiam venire coactus effer. Nam cum Ariani educati mendacis & ad calumnias contendas valde parati, ma-  
gnum

CHRISTI  
370.DAMASI PAP.  
4.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 7.

A gnium illum virum ſuæ ſectæ fauere conſtanter affirmarent; tria veritatis luminaria, Flavianus, Diodorus, & Aphraates, Acacium ſtrenuum veritatis athletam, qui poſtea Eccleſiam Berœenſem valde ſapienter gubernauit, mittunt ad Iulianum virum omni genere laudis præſtantem, oratum, vt in infinitam hominum multitudinem miſericordem ſe præbeat, aduerſariorum de ſe confectum mendacium coarguat, doctrinam denique veritatis confirmet. ] Quonam modo autem id ipſe Acacius ac hanc rem legatus tandem perſuaſerit Iuliano, ſecumque duxerit, & quæ egregia miracula tum in via tum Antiochiæ ab eo edita ſint; hæc omnia ad confutandam Arianorum calumniam & doctrinam per cum à Domino facta, enarrare ex eiuſdem auctoris Philotheo, in quo viri clariffimi res geſtas effer ſuſtius proſecutus, dignum exiſtimamus. accepit ille cuncta hæc de ipſo ab eodem eius comite Acacio Berœenſi per omnia fidei integerrimæ viro: quæ B ſic ipſe deſcribit:

Theod. in  
Philoth. ca. 2.

Perſuadent ijdem qui ſuprà, Meletius, Diodorus, & Aphraates magno illi Acacio; cuius fecimus mentionem, vt viæ acciperet comitem ſuum quidem magiſtrum, fancti verò ſplendorem & Euangelicæ doctrinæ ſuſtentaculum, & perſuaderet, vt relinquere quidem illam in ſolitudine verſandi rationem, veniret verò, vt ferret auxilium tot millibus qui fraude interibant, & rore ſui aduentus flammam extingueret Arianam. Cucurrit diuinus Acacius, & aſſumpto, vt iuſſus fuerat, magno Aſterio, acceſſit ad maximum lumen Eccleſie Iulianum: & cum eum ſalutaſſet: Dic mihi, inquit, ô pater, quam de cauſa totum hunc laborem tam lumbenter toleras? Cum is autem reſpondiſſet: Et corpore & anima, vitaque & omnibus quæ ad vitam pertinent, effer mihi Dei cultus pretioſior: conor C autem, quoad eius à me fieri poteſt, illi à ſorde mundum offerre miniſterium & ei perpetuo placere. Oſtendam tibi, inquit Acacius, rationem, per quam ei plusquam nunc ſeruias. Idque dicam non ſolum vtens ratiocinatione, ſed vt qui id ab eius doctrina didicerim. Cum enim Petrum aliquando rogaffet, an eum plusquam alij amaret<sup>b</sup>, & didiciſſet id quod ſciebat vel ante Petri vocem: Tu enim, inquit, noſti Domine, quod amo te: oſtendit ei quidnam agens eum magis coleret: Si enim, inquit, amas me: paſce oues meas, & paſce agnos meos. Hoc quoque tibi, ô pater, effer faciendum: periculum enim effer, ne oues à lupis intereant: eas autem valde amat, qui à te valde amatur. Effer verò proprium amantium, illa facere, quæ cum ſunt, ei qui amatur, grata ſint. Et alioqui non paruum effer periculum, multorumque & magnorum illorum ſudorum detrimentum, ſi pati potueris negligere & tacitum prætere, veritatem quidem grauiter oppugnari, eos autem qui ei D adhærent, captari, ad eos verò venandos effer eſcam tui nominis appellationem: te enim habere ſocium ſuæ impietatis gloriantur & iactant præſides Arii abominationis. Hoc cum primum audiſſet ſenex, quietem quidem iubens valere ad tempus, neque ciuitatis ſtrepitus, quod eis non effer aſſuetus, refugiens, accurrit Antiochiam.

CONVENIT  
ACACIUS  
IULIANVM.PERSVADET  
IULIANO  
ACACIUS  
ADVENTVM  
ANTIO-  
CHIAM.  
Ioan. 21.

Cum autem duorum dieum iter confeciſſet in ſolitudine; noctu venit in quoddam prædium. Quædam autem diues muliercula, cum ſacrum illum chorum audiſſet venire, cucurrit, vt perciperet eorum benedictionem: & ad eorum pedes prouoluta, rogabat vt ſua domus effer eorum diuerſorium. Conceſſit ſenex, idque cum plusquam quadraginta annis à tali fuiſſet ſpectaculo ſeparatus. Cum verò admirabilis illa mulier effer in ſacris illis viris miniſtrando occupata: puer ſeptem annos natus, cuius ſolius erat mater, quæ hoſpitalitatem Sarre effer æmulata (effer autem veſperum & tenebræ) cecidit in puteum. Cum autem ex eo, vt effer conſentaneum, exortus effer tumultus, mater verò ſenſiſſet: iubet quidem omnes quieteſcere, puteo autem operculo impoſito, inſtabat miniſterio. Menſa verò viris diuinis appoſita, diuinus ſenex iuſſit vocari puerum mulieris, & accipere benedictionem. Cum autem admirabilis mulier diceret, cum male habere: perſtitit ille iubere, vt is duceretur. Sed poſteaquam ei, id quod accidiſſet, ſignificauerat mulier: menſam quidem relinquit ſenex, accurrens autem ad puteum, cum auferri quidem operculum, aſſerrique lumen iuſſiſſet, videt puerum ſedentem ſuper aquæ ſuperficiem, & aquam manu pueriliter pulſantem, & cum ludum putantem, qui reputatus fuerat interiſſe: & cum quofdam fune alligaſſent, & eos demiffiſſent, puerum extraxerunt: & ſtatim accurrit puer ad pedes ſenis, dicens ſe eum vidiffiſſe in aquis ipſum ferentem, & ne mergeretur, prohibetum. Hanc hoſpitalitatis mercedem recepit illa mulier à beato ſene.

EXEMPLVM  
MAGNÆ  
FEMINÆ  
ET MIRACV-  
LIVM  
IULIANI.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 7.  
370. 4. VALENTIS

Et ut alia prætermittam, quæ facta sunt in itinere: venerunt quidem Antiochiam: **A** omnes autem vndique concurrerunt, Dei hominem videre cupientes, & morbi sui medicinam vnusquisque accipere desiderans. Habitabat autem in speluncis, quæ erant in latere montis: vbi diuinum quoque Apostolum Paulum & habitasse dicunt, & latuisse. Sed statim, vt scirent omnes eum esse hominem, cum inuadit febris vehementissima. Cum autem videret magnus Acacius multitudinem eorum qui simul erant congregati, & eam quæ acciderat, agrè ferret ægritudinem: existimabat enim fore, vt ij qui conuenerant, perturbarentur, si viri morbum resciscerent, à cuius manu se inuenturos sperabant medicinam: Noli angi animo, inquit senex: si enim est necessaria sanitas, eam statim dabit Dominus. Mox ergo post hæc verba ad preces conuersus, & vt solebat, & genua, & frontem solo admouens, rogauit, vt assequeretur sanitatem, si ex ea reditura sit aliqua vtilitas ad eos qui conuenerant. Nondum finierat preces, & repente multus sudor **B** fluens extinxit flammam febris.

Cum illic autem liberaffet multos à morbis omnis generis, profectus est ad conuentum piorum. Transeunte verò eo per portas Regiæ: mendicus quidam, qui clunibus utebatur pro pedibus, & per terram trahebatur, cum manu extendisset, & eius pallium attingisset, fide quidem morbum exegit: exiliens autem ostendit se aquè currere, atque ante morbum: idem faciens, quod claudus, quem Petrus & Ioannes crexerunt. Hoc cum factum esset, confluit totus populus ciuitatis, eratque bellicum gymnasium plenum iis qui concurrerant: pudore autem afficiebantur calumniatores & mendacij artifices: læto autem & tranquillo animo erant alumni veritatis. Exhinc in domos suas trahebant lumen veritatis ij, qui opus habebant vt curarentur.

Vir autem quidam, cui fuerat maximus mandatus magistratus, cuiusq; fidei commissus erat clauus Orientis (*dicebantur hi Præfecti seu Comites Orientis*) ad eum misit, rogans vt ad se veniret, & à morbo virgente liberaret. Ille verò accessit, nihil cunctatus, & communi Domino fufis precibus, verbo soluit ægritudinem, & iussit, vt Deo gratias ageret. Cum hæc & talia fecisset, statuit reuerti deinceps ad suæ exercitationis monasticæ turgurium. Sed cum per Cyrum iter faceret (distat autem hæc ciuitas duorum dierum itinere ab Antiochia) diuertit quidem ad ædem præclari martyris Dionysij. Qui illic verò Dei cultui & rectæ religioni præerant, conuenientes supplicarunt, vt sibi opem ferret, exitium præuisum expectantibus: dicebant enim, Asterium, qui in sophistica & falsa discedendi arte fuerat educatus, & se in hæreticorum ecclesiam iniecerat, & Episcopale munus erat affectus, falsum acriter defendere, & improbo vti artificio aduersus veritatem: Et vereremur, inquebant, ne facundia veluti quadam esca falsum contegens, & nexus syllogismorum tamquam quædam retia extendens, capiat multos ex simplicioribus: ea enim de causa fuit ab aduersariis accersitus. Senex autem: Estote, inquit, bono animo, & Deo nobiscum supplicate, orationem & corporis afflictionem precibus adiungentes.

His Deum sic rogantibus, vno die ante diem festum ac celebrem, quo verba erat facturus falsi defensor & hostis veritatis, is diuinitus immisam accepit plagam, & cum vno tantum die ægrotasset, excessit è viuis: illam, vt est probabile, vocem audiens: Stulte hac nocte animam tuam à te repetent: quæ autem parasti retia & laqueos, iis tu implicaberis, & non alij.] hunc tandem finem est consecutus Allophilus ille, qui tanto tempore insultauit agminibus Dei uiuentis, ab ipso iam tempore Nicæni Concilij, vt superius dictum est, lues Ecclesiarum, non nisi ad perditionem hominum comparatus, vbi que semper & aduersus bonos omnes atque Fideles inuentus scelestissimus, Antij fax ad inflammandas Ecclesias paratissima, quam sanctus senex exufflans extinxit. Quæ autem reliquerit post se scriptorum monumenta, S. Hieronymus numerat, cum de eo sic ait: Ariana philosophi factionis scripsit regnante Constantio in epistolam ad Romanos, & in Euangelia & Psalmos commentarios, & multa alia, quæ à suæ partis hominibus studiosissime leguntur.] Tanta victoria, tantaque erecta de Arianorum antesignano trophæa insignes alias atque planè diuinas operationes à viro sanctissimo editas magis magisque illustres reddiderunt & immortales, succedentibus his alijs prioribus haud indignis.

Huius nempe, cum in narrationem incidit monachorum, Ioannes Chryostomus obiter meminit: dicens: Scitis vtique & audiistis & vidistis etiam nonnulli virum, quem sum dicturus, Iulianum dico illum admirandum. Hic erat rusticus, humilis & humili loco natus, & nec externæ quidem eruditionis omnino peritus, sed non ficta & simulata philo-

ADVENTVS  
IULIANI  
ANTIOCHIANI.

IULIANVS  
CVRAT SE  
ET ALIOS.

COMES  
ORIENTIS  
CVRATUR  
A  
IULIANO.

\*LUC. 12.  
ASTERIVS  
SOPHISTA  
CVRATUR  
EPISCOPVS  
EXCEDIT  
VITA.

\*Hieron. de  
script. Eccles.  
in Asterio.

\*Chryost. in  
epist. ad Eph.  
c. 6. h. 21.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 7.  
370. 4. VALENTIS

**A** philosophia repletus. Hoc ingrediente ciuitates (quod quidem raro fiebat) neque orationibus, neque sophistis, neque vilo alio ingrediente, tantus fiebat concursus: Quid autem dico? Non nomen eius nunc quoque clarius decantatur, quam quorumvis Regum? hæc ipse. Porro dies natalis ipsius vna cum ceteris clarissimis Dei amicis adscriptus indicibus Ecclesiasticis ab eo tempore cum in Orientali tum etiam Occidentali Ecclesia iugi memoria perseuerat.

At non vnum tantum Iulianum, alterumve Aphraatem, sanctissimos monachos nutrierant his temporibus Syriæ solitudines, sed alios plerosque his virtute haud impares, de quibus hæc Theodoretus: Erant, inquit, etiam eodem tempore alij vitæ monasticæ disciplina valde præstantes. Nam in solitudine Chalcidensi Auitus, Martianus, Abrahamus, & alij præterea non pauci in corporibus perturbationibus obnoxii vitam ab omni **B** perturbatione vacuam traduxerunt. In Apamea item Agapetus, Simeon, Paulus, & alij in eo genere vitæ facillè primas tulerunt. In solitudine porro Zeugmatensi Publius & Paulus: in Cyrestensi quoque vir ab omnibus laudatus Accepsum se concludit in cellulam, & cum vitæ modum sexaginta annos continuos transegit, neque visus à quoquam, neque cuiquam locus. Adde his Zeugmatium virum cum primis admirabilem: qui tamen luminibus orbarus erat, tamen circuibat sedulo, tum vt construaret oues, tum lupos dimicando profligaret: quam ob causam cellula eius monastica incensa fuit, alteram tamen Traianus dux fidelissimus ei edificauit, aliasque res ad cultum vitæ necessarias impertit. In solitudine etiam Antiochena Marianus, Eusebius, Ammianus, Palladius, Simeon, Abrahamus, & alij quoque, qui imaginem Dei, ad cuius similitudinem conditi erant, integram cõseruarunt. Atque tum horum, tum illorum vitam scriptis prodidimus.

**C** Itemque mons, qui vrbi illi amplissimæ imminet, huiusmodi floribus præsentibus pulchrè vestitus est: nam in eo cum magna nominis celebritate vixit Petrus Galata, & eius gentilis Ægyptius, quin etiam Romanus, Seuerus, Zeno, Moses, Malchus, & alij quamplurimi vulgo quidem ignoti, Deo autem penitus perspecti & cogniti. hæc Theodoretus de sanctis Syriæ solitudinum monachis, quorum nonnullorum res gestas ipse scriptis edidit in Philotheo, nempe de Iuliano, & Aphraate, quos diximus, Martiano, Eusebio, Publio, Simeone, Palladio longè alio ab illo Galata, de quo suo loco dicendum, Abrahamo, Accepsum: meminit & de magno quodam (ita enim ipse eum iterum appellat) Marone, necnon de Mose & Maleho, cuius res gestas S. Hieronymus profectus est: qui tantorum virorum fama pellectus, monasticæ vitæ institutum arripiens, Syriæ potius elegit solitudinem, de quo suo loco dicemus. Institutam iam de Antiochena Ecclesia persecutione

**D** Valentis exagitata ordine prosequamur orationem.

Putarunt Socrates atque Sozomenus, Valentem Antiochiæ aduersus Orthodoxos furentem, ad meliorem statum mentis reuocatum esse oratione Themistij. Ceterum licet Socrates tradat habuisse ea de re Themistium coram Valente orationem, Sozomenus autem ipsum eo argumento scriptum librum eidem dedicasse testetur: tamen vna eademque proculdubio scriptio fuit; sed desideratur ipsa, & multa alia, quæ horum temporum rebus magnam potuissent lucem afferre: longè verò diuersa hæc habenda ab ea coram eodem Valente dicta oratione post debellatum Procopium, de qua superius mentio facta est. Cum autem is esset lugubris status Orthodoxorum in Oriente, ac præsertim in Syria, audita Magnus Basilius Antiochenæ Ecclesiæ dira iugique afflictatione, eam scriptis est consolatus, & ad fidem acceptam à Patribus fideliter custodiendam adhortatus, **E** epistola ad ipsam data, quæ sic se habet:

Quis dabit mihi alas instar columbæ? & volabo ad vos, expleboque desiderium, quo ad dilectionis vestræ congressum aspiro. Nunc verò non solum alis destitutor, sed ipso quoque corpore, quod & longa iam dudum ægrotatione confectum & nunc continuis tribulationibus profusius attritum est. Quis enim vsque adeo animo est adamantino, quis ita plane omnis commiserationis expertus & immittis, qui cum audiat, quo modo vndique nos gemitus ac luctus, velut ex tristi quodam choro communi quadam & consona lamentatione applorante impetat, non condoleat animo, inque terram præ luctu deflectatur, & immentis istis curis omnino tabescat? Sed potest sanctus Deus aliquam ab immentis ac deploratis curis dare relaxationem, & à diuturnis laboribus quamdam largiri respirationem.

Itaque & vos oro, vt eandem consolationem amplectamini, ac spe consolationis cum gaudio

CELEBRVS  
MEMORIA  
IULIANI  
SABAB.

\*Martyr Ro.  
die 14. Iann.

\*Theod. lib. 4.  
cap. 6.

CLEBKIO-  
RESIN SY-  
RIA MO-  
NACHI.

\*Theod. hist.  
SS. Patr. c. 16  
c. 22.

\*Socrat. li. 4.  
cap. 27.  
\*Sozom. li. 6.  
cap. 36. 37.

\*Basil. epist.  
60.  
BASILIVS  
EPISTOLA  
CONSOLA-  
TVR ANTIO-  
CHENOS.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 7.  
370. 4. VALENTIS

UTILITAS  
TRIBVLA-  
TIONIS.

gaudio præsentem tribulationum luctum toleremus. Siue namque peccatorum pœnas A  
damus; valebunt ad hoc flagella, vt posthac iram Dei, quæ imminet, auertant. siue  
in certaminibus, quæ pietatis gratia decertamus, per tribulationes corroboramur: iustus  
est is, qui nos ad tolerandos agones præmiis inuitat, vt non sinat nos tentari supra id quod  
ferre possumus, sed pro toleratis iam laboribus patientiæ nobis & spei in ipsum coronam  
reddat. Ne igitur ad decertandos pietatis agones defatigemur, neque per desperationem,  
quæ iam decreta sunt, amittamus. Non enim vno actu fortitudinis, neque modico quo-  
dam labore constantis animi specimen datur: sed qui corda nostra probat, longa nos ac  
prorogata probatione vult iustitiæ coronam adeptos demonstrare. Dumtaxat constans ac  
fidelis seruetur animus noster, fidei nostræ in Christum robor custodiatur immotum, &  
breui ac velociter veniet auxiliator, veniet & non tardabit. Amplectenda enim tribulatio  
super tribulationem, spes super spem, adhuc modicum, adhuc modicum. Ad istum mo- B  
dum alumnos suos Spiritus sanctus futurorum promissione recreare nouit: post tribula-  
tiones enim sequitur spes: quæ verò sperantur, è vicino subsequuntur. Nam etiam si vni-  
uersam hominum vitam quis obiecerit: breuissimum tamen est illius spatium, respectu  
infiniti sæculi, quod in spe nostra reconditum est.

FIDEM,  
QUAM CV-  
STODIANT  
INSINUAT

Fidem autem nos neque recentiore ab aliis conscriptam acceptamus, neque ipsi  
mentis nostræ foetus aliis obrudere audemus, ne humana putentur pietatis verba: sed quæ  
à sanctis Patribus edocti sumus, ea rogantibus nos annunciamus. Est itaque Ecclesiæ nos-  
træ à Patribus administratæ, etiam à sanctis Patribus qui Nicææ conuenere, conscripta  
fides: quam etsi arbitramur ore tenuis & apud vos in vfu haberi; non tamen detrectabi-  
mus, ne desidie crimine notemur, ipsa quoque verba litteris annotare. sunt enim ista:  
Credimus in vnum Deum, &c. ipsum Nicænum symbolum Basilius integrum in eadem C  
describit epistola, quod ab ipsis integrum custoditum exoptat.

BASILIUS  
OPTAT CON-  
CILIARI  
INTER SE  
CATHOLI-  
COS ANTI-  
CHENOS.

Quod autem Ecclesia Antiochena præter afflictionem Valentis Imperatoris alia rur-  
sum intestina afflicteretur vexatione, dum Catholicæ fidei professores inter se diuisi, alij  
Meletio, Paulino alij adhererent: idem sanctus Basilius, quod non leuioris negotij,  
sed magni momenti id esset opus, ad eam rem conficiendam Magnum Athanasium lit-  
teris ad eum scriptis rogat, vt inter vtramque partem pacis sequester accedat. Sed in illud  
primum vehementer incumbit, vt quoniam Orientalis Ecclesiæ eiectione Episcoporum  
Catholicorum & subrogatione Arianorum iam penitus videretur esse collapsa, vnum  
tantum doceat superesse remedium, illudque in eo repositum, si ab Occidentalibus Epi-  
scopis subleuarentur: atque istud ipsum vt curet, enixius rogat his verbis: Olum noui  
& ipse, secundum ad mensuratam mihi rerum gerendarum cognitionem: vnam sciebam D  
acquirendi auxilij viam: quæ res Ecclesiis nostris cum Occidentalibus Episcopis conspirat  
& conuenit. Si namque voluerint illi eundem zelum, quo contra vnum & alterum qui in  
Occidente diffamabantur, nempe Auxentium & socios, vfi sunt, & pro nostrarum partium  
incolatu solliciti demonstrare: forte fiet aliquid, quod proderit communiter omnibus.  
Vnde & qui rerum potiuntur, multitudinis auctoritate permoueantur, & populi quaquã-  
uerfum illos sine contradictione sequantur.

BASILIUS  
ATHANA-  
SIUM CVPI-  
T AGERE CVM  
EPISCOPIB  
OCCIDEN-  
TIS.

Quis autem ad ista perficienda prudentiam tuam excollet? Quis acutiùs, quid facien-  
dum sit, expendet? Quis ad vtilium energiam efficacior? Quis ad considerandam fratrum  
necessitatem condolentis affectu magis præditus? Quis vniuerso Occidenti honorabili  
canicie tua venerabilior? & paulo post: Ad Occidentales Episcopos mitte, qui calamita-  
tes, quibus occupamur ac premimur, illis exponant. Instrue illos forma narrandi, qua  
vtantur. Esto Samuel Ecclesiis: particeps esto afflictionum laborantium populorum, &c. ] E  
ac post hæc, res Antiochenæ Ecclesiæ vt sollicitè curet, rogat his verbis:

BASILIUS  
ATHANA-  
SIO COM-  
MENDAT  
ECL. ANTI-  
CHENAM.

Antiochenæ sanè Ecclesiæ status manifestè à tua pietate pendet, vt alios quidem ædifi-  
ces, alios verò compescas ac quietos reddas, atque Ecclesiæ vires per vnanimem cõsensum  
restituas. Quod enim iuxta eos qui medicorum sapientissimi sunt, curandi initium ab illis  
fumere debeas, qui periculosissimè laborant, nemo est qui te melius intelligat. Quid autè  
poterit totius Orbis Ecclesiis, ea quæ apud Antiochiam est, letalius esse? Quam si conti-  
gerit ad concordiam redire: nihil prohibebit, quo minus vniuerso corpori, tamquam cor-  
poratum caput, sanitatem suppediet. Re vera autem sapientia tua & Evangelica sym-  
pathia vrbis illius ægritudines opus habent: quæ non ab hæreticis solum scissa est, sed &  
ab illis, qui idem sentire dicuntur, discerpitur. Ista verò componere, & in vnus corporis  
armo-

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 7.  
370. 4. VALENTIS

Armoniam reducere, vere illius est, qui & siccis ossibus, vt ad nervos & carnem iterum re-  
stituerentur, ineffabili virtute sua largitus est. Magna verò omnino Dominus per sanctos  
suos operatur, &c. ] hæc Basilius, qui & in his multis fuit, aliis sæpe litteris eundem Atha-  
nasium interpellans pro infelicissimo statu Orientalis Ecclesiæ, ac potissimum Antioche-  
næ, vt complures litteræ ad eundem Athanasium eodem ferme argumento datæ signifi-  
cant. Quonam modo autem ipse Athanasius, opem laturus Basilio & Ecclesiæ Orientali, <sup>Basil. epi. 49</sup>  
Petrum Alexandrinæ Ecclesiæ ministrum ad ipsum legarit, & de legatione ab eo ad Oc- <sup>50. 51. 52.</sup>  
cidentales missa, dicemus anno sequenti.

Quod rursum ad Athanasium spectat: etsi (vt dictum est) & ipse in sua Ecclesia absque  
vexatione quietè agere permixtus fuit: Ecclesiæ tamen sibi subiectæ à Præfectis earum pro-  
uinciarum non nihil vexatæ sunt; & inter alias Ecclesia Libyæ à quodam Præfecto Cap-  
padoce, homine moribus deprauato, licet fide Catholico, labefactata est: quem in dete-  
riora prolabantem, nec mores emendare curantem S. Athanasius sententia excommuni-  
cationis percussit, scriptisque ex more publicas litteras, quibus significaretur, ne qui excom-  
municatus ab ipso esset, ab alio vquam Episcopo reciperetur. Peruenerunt eadem litte-  
ræ in Cappadociam, quo idem reuersurus erat: quas cum in primis Basilius vniuersæ il-  
lius prouinciæ metropolitanus Episcopus accepisset, ne nefariū hominē, æquē ac Atha-  
nasius ipse commotus, eundem à fidelium consortio penitus declarauit extorrem, de quæ  
his sic à se gestis eundem S. Athanasium reddidit certiorē, per breui ad eum eiusmodi  
epistola scripta: <sup>Basil. epi. 47</sup>

Incidi in sanctitatis tuæ litteras, in quibus aduersus Libyæ Præfectum, virum infamem,  
ingemisti. Deploramus quidem patriam nostram, quod talium malorum & mater est  
ac nutritrix. Deploramus verò & Libyam nostræ proximam, quod malorum nostrorum  
particeps facta, ferimique viri huius moribus tradita est, qui à pueritia crudelitati pariter  
& lasciuia assueuit. Hoc scilicet erat, quod sapienter dixit Ecclesiastes: Væ tibi terra, cuius  
Rex est puer, & cuius principes manè comedunt, & in ipso meridie lasciuunt, post alienos  
thoros plusquam irrationales bestia infanientes. Itaque illum quidem flagella manent  
apud iustum Iudicem ad eandem mensuram commensurata, iuxta quam ipse iam antea  
sanctos Dei affligere præsumpsit. Innotuit autem id & Ecclesiæ nostræ ex litteris pietatis  
tuæ: atque auersandum & execrabilem illum auersabuntur omnes, ita vt nec ignis, nec  
aquæ, nec tecti communionem cum illo sint habituri: siquidem prodest, vt violenti isti  
tyranni communi & vnanimi iudicio condemnentur. Sufficiet autem ipsi damnationis  
titulus, & ipsæ sententiæ, quibus vndique ab omnibus condemnabitur. Neque enim omit-  
temus, quo minus condemnationem istam omnibus ipsius & familiaribus & amicis atque  
aduenis ostendamus. Quod si verò non statim illum istæ reprehensiones, quemadmodum  
& Pharaonem, permouebunt: attamen postremam aliquando & grauem illi ac tristem  
retributionem afferet. ] hæc Basilius ad Athanasium: quæ hic descripsisse volumus  
ad excommunicationis censuram etiam in prouinciarum Præfectos ab Episcopis exerceri  
solitam in Ecclesia insinuandam. De reliquis autem Basilij rebus cum Athanasio gestis  
agetur anno sequenti.

Hoc eodem anno, quo venit Valens Imperator Antiochiam, ipsius tertio Consulatu,  
præfecturam Pratorij Modesto administrante, diræ sunt habitæ quæstiones de complu-  
ribus, qui de vita ipsius Imperatoris consulissent magos, aruspices, vel alios, qui malis  
artibus futura prænoscere profitebantur; de quibus omnibus Ammianus pluribus agit: <sup>lib. 29.</sup>  
cuius quoque assertionem colligitur, eadem hoc ipso anno agi ccepta, nimirum cum, vt ait,  
præfecturam Pratorij Modestus administraret, ad quem eodem munere fungentem extat  
Valentis rescriptum ipso tertium Consule hoc anno datum, nec non aliud aduersus ma-  
lesicos (quod ad hanc rem, de qua agitur, pertinet) his verbis: Cesset mathematicorum  
tractatus. Nam si quis publicè aut priuatim, in die noctuq; deprehensus fuerit in cohibito  
errore versari, capitali sententia feriatur. ] <sup>16. de vno-  
nib. C. Theod.  
18. de malef.  
Cod. Theod.</sup>

Quinam autem fuerint, qui per tasi Valentis Imperij, curiosè de futuro scrutarentur  
Imperatore, Sozomenus narrat, cum ait: Eo quidem tempore omnes propè philoso-  
phi Gentiles extincti sunt: idque hac de causa. Nonnulli eorum qui aliis in Philosophia  
præstare putabantur, incrementum religionis Christianæ agrè admodum ferentes, ini-  
uere consilium de prænoscendo, quis esset Valenti in Imperio successurus. Qua de re cum  
omnia omnis generis diuinandi genera experti fuissent: ad extremum tripodem ligneum  
e lauro

PRÆFEC-  
TVS LIBYÆ  
AB ATHA-  
NASIO EX-  
COMMUNI-  
CATVS.

BASILIUS  
RATAM HA-  
BET PRÆ-  
FECTI EX-  
COMMUNI-  
CATIONEM.

POENA EX-  
COMMUNI-  
CATI.

VALENS EX-  
AGITAT MA-  
GOS DIVI-  
NATORES.

16. de vno-  
nib. C. Theod.  
18. de malef.  
Cod. Theod.

Sozom. li. 6.  
cap. 35.  
PHILOSO-  
PHI AVIDE  
SCIRE SVC-  
CESSOREM  
VALENTIS.  
e lauro

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 7.  
370. 4. VALENTIS

è lauro fabricati, inuocationes dæmonum & verba execrabilia pro more suo vsurparunt. Ad eadè vt ex coniunctione singularum litterarum per tripodis machinam & diuinationem significatarum, futuri nomen extaret Imperatoris. Philosophi igitur cum Theodorum virum inter satellites Imperatoris insignem illum, quidem & illustrem, sed Gentilem, Imperatorem fieri auidè expeterent, vtque ordo litterarum vsque ad D, huius nomini conueniret, in fraudem induciti sunt, dum hac coniectura nixi, Theodorum Imperio potiturum expectarent. Quo illorum conatu indicato, Imperator extra modum ira exardescere cœpit, quasi salutis suæ insidias comparassent.

Quam ob causam tum Theodorus, tum tripodis opifices comprehensi sunt, mandatumque vt ille igni, hi autem gladio necarentur. Pari ratione omnes illustriores in toto Imperio philosophi eadem ipsa de causa extincti. Quin etiam cum Imperatoris ira nullo modo comprimi posset; etiam in eos qui philosophi non erant, sed illorum dumtaxat B vestitu utebantur, inuidiæ flamma peruasit: sic vt qui alias artes profitebantur, neque crocoris, neque pallii philosophorum se induere vellent, idque ob periculi metum, ne viderentur ex eorum numero esse, qui vaticinia illa & ritus ad tripodem peregerint. Istam quidem implacabilem Imperatoris iram, atque ad eadè crudelitatem, addo etiam philosophorum temerarium facinus, philosophis indignum & imprudentem conatum à benè sanis hominibus arbitror merito damnandum.

Nam cum hac inscitia Valens impulsus animum induxisset eum interficere, qui esset sibi in Imperio successurus, neque vitæ illorum qui diuinatione ea de re vsi fuissent, neque eius de quo diuinassent, pepercit; quin etiam, vt ferunt, neque eorum quidem qui tum eodem nomine, si modo illustres essent, appellabantur, vel saltem simile nomen habebant, cuius primæ litteræ à Th, vsque ad D, eadem essent. Porro philosophorum C huc processit amentia, vti crederent in sua situm potestate, vt tum Imperatorem è medio tollerent, tum denuo excitarent. ] hæc & alia de philosophorum Gentilium stultitia affert Sozomenus: qui agrè ferentes Christianum hominem Romano Imperio diutius dominari, adhuc mærentes Iulianum cito extinctum, hisce magiæ præstigiis de venturo consulebant Imperatore, auidèque ex elementis illis patefactum nomen Theodori illius acceperunt, vt pote Ethnicum hominis, quem tamen moribus probè compositum Ammianus describit<sup>a</sup>, cum ait: Visus est aliis excellere Theodorus secundum inter Notarios adeptus iam gradum: & erat re vera ita, vt opinati sunt. Namque antiquitus claro genere in Gallis natus, & liberaliter educatus à primis pueritiæ rudimentis, modestia, prudentia, humanitate, gratia, litteris ornatissimus semper officio locoque quem retinebat, superior videbatur, altis humilibusque iuxta acceptus: solusque penè omnium erat, cuius D linguam non infrenem, sed dispicientem quæ loqueretur, nullius claudebat periculi metus. ] hæc de eo Ammianus, quem Constantinopoli accersitum, vt ait, quæstionibus Imperator subiecit.

Addit ad hæc de reliquis Socrates<sup>b</sup>: Itaque omnes qui erant Theodori, vel Theodosij, vel Theoduli nomine, vel aliis consimilibus nominibus appellati, Valens interficit: in quorum numero fuit Theodosiolus vir nobilis ex genere patricio; qui ab Hispania ad Valentem adductus, morte mulctatus est. Multi igitur præ metu ipsorum animis iniecto sua commutauerunt nomina: & quæ parentes illis in lucem editis imposuerat, tanquam plena periculi denegarunt. ] hæc ipse, his adiciendam putamus, quam S. Ioannes Chryso- stomus de nece alterius Theodori affert historiam sub eodem Valente, eadem, vt putatur, causa, periclitantis. Existimari quidem posset, hunc vnum eundemque esse cum illo, E cuius Ammianus<sup>c</sup> tragediam narrat, nisi quod ille ab ipso dictus Gallus, hic verò Siculus nominatur. Ait igitur Chryso- stomus<sup>d</sup>:

Reuocabo autem tibi in memoriam Theodorum illum Siculum fortasse audisti, erat enim in primis notus & celebris. ) Hic & pulchritudine & magnitudine corporis & auctoritate apud Imperatorem omnibus præstans, qui ea poterat, quæ interiorum familiarium nemo, prosperam illam fortunam non moderatè tulit: sed insidiatus Imperatori ac deprehensus, ipse quidem valde miserabiliter obruncatus est: ipsius autem vxor neque educatione, neque genere, neque vlla alia re nobilitati tuæ concedens, omnibus repente rebus suis spoliata, ac libertate amissa, cubiculariis ancillis adnumerata, ac nulla non ancilla misericordem ac magis lachrymabilem vitam agere coacta est, hoc vno ceteris antecellens, quod propter incomparabilem calamitatis magnitudinem, lachry-

THEODORVS  
EX NOMI-  
NE REVS  
CAPITIS.

LITTERAR  
IN SVSPI-  
CIONEM  
ADDICTAR.

<sup>a</sup> Ammian.  
lib. 29.

<sup>b</sup> Socrat. li. 4.  
cap. 15.  
MULTI EX  
NOMINE  
FACTI REI  
CAPITIS.

<sup>c</sup> Ammianus  
lib. 29.  
<sup>d</sup> Chryso-  
stom. epi.  
ad viduam  
iuniorum.  
THEODORI  
SICVLI  
CASVS.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMPP. 7.  
370. 4. VALENTIS

A lachrymas eorum omnium, qui ipsam aspicerent, eliciebat. Fertur etiam Artemisia viro valde claro nupta, quoniam & ille tyrannidem affectauit, in eandem incidisse paupertatem, ac præterea oculis esse capta: nam magnitudo ægritudinis & lachrymarum multitudo lumina extinxit. At nunc quidem hominibus eger, qui deducant, & ad alienas portas adducant, vt hoc modo necessarium sibi victum comparare queat. ] ista Chryso- stomus adolescens Antiochenus ibidem agens, vbi hæc omnia tractabantur. At quod ait dictos clarissimos viros ob affectatam tyrannidem extinctos esse, hæc idcirco, quod qui eos neci traderent Iudices (vt ex Ammiano colligitur) hanc de damnatione singulorum causam iustam apparentem prætexerent. Subdit idem ibi Chryso- stomus de ipsius Valentis Imperatoris miserando interitu, de quo opportunius suo loco agendum erit. At Zosimus quoque, dum de Theodoro agit, affectatum ab eo Imperium tradit, ac malis artibus con- quistum, licet cum Ammiano excuset.

Nominat idem Zosimus celebriores philosophos tum iussu Valentis occidi iussos, cum ait<sup>a</sup>: Primus ex nobilibus philosophis interfectus est Maximus, & post illum oriundus è Phrygia Hilarius, qui ambiguum quoddam oraculum clariùs fuisset interpretatus: secun- dum hunc Simonides, & Patricius Lydus, & Andronicus è Caria: qui omnes ad summum doctrinæ fastigium peruenerant, & potius inuidia, quàm iusto iudicio damnati fuerunt. ] hæc Zosimus: at nequitiam cum his Themistius comprehensus est, vt pote verè philo- sophus & ab omni magiæ studio procul abhorrens. Porro quod spectat ad Maximum illum olim Iuliani in magia magistrum, ista de eo Ammianus<sup>b</sup>: Neque ita multo post, Maximus ille philosophus, vir ingenti nomine doctrinarum, cuius ex vberimis sermonibus ad scientiam copiosus Iulianus extitit Imperator, oraculi supradicti versus audisse C insimularus, seque comperisse assensus, sed reticenda professionis consideratione non effudisse, verum vitrò prædixisse consultores ipsos suppliciiis pœnalibus perituros: Ephesum ad genuinam patriam ductus, ibique capite truncatus, sensit, docente periculo postremo, quæstitoris iniquitatem omnibus esse criminibus grauiorem. ] sic ipse. Fuisse autem, qui de Maximo habuit quæstionem, Festum Iudicem, Eunapius tradit<sup>c</sup>, qui & pluribus eiusdem Maximi necem persecutus est. Qui igitur eadem diuinandi arte summam apud Iulianum (vt diximus) gratiam fuerat consecutus, cum iam illi de eius Imperio esset vaticinatus, iusto Dei iudicio eadem ex causa sibi vltimum supplicium comparauit. hic ergo vanissimi hominis finis fuit, quem aliqui errore ducti nominarunt Tyrium, cum Ephe- sius dictus fuerit, origine verò Smyrneus, eiusque germani Nymphidianus item Smyrnæ oriundus & Claudianus, quorum Eunapius<sup>d</sup> meminit. Porro Maximus ille Tyrius Pla- tonicus, cuius extant conciones, sub Commodò vixit, vt de eo testatur Suidas. De Maxi- mo autem alio Cynico Ægyptio suo loco dicemus.

Cum igitur de his Ammianus agit, magnam factam inquisitionem refert veterarum artium codicum, quorum reperiendorum causa fuerint cuiusque ferme domus penetra- lia accuratè quæsitæ. eosdemque inuentos publicè combustos tradit, cum ait<sup>e</sup>: Deinde con- gesti innumeri codices, & acerui voluminum multi sub conspectu Iudicum concremati sunt, ex domibus eruti variis vt illiciti, ad leniendam cætorum inuidiam. ] ita Ammia- nus. Hæc illa planè tempora, quorum meminit Chryso- stomus<sup>f</sup>, cum inquit: Ante nos decem capti sunt nonnulli tyrannidem appetentes, cuius rei vos etiam meminisse ar- bitror. Fuit inter eos quidam dignitate ac principatu præditus: qui cum damnatus capite ad supplicium duceretur, populus motus misericordia vniuersus Prætorem adiit: & depre- candi communi opera efficere potuit, vt reus ille venia nulla dignus liberaretur ab ira Imperatoris. ] hæc ipse, fortasse hic ille Sallustius, quem damnatum capite & liberatum, vel potius quem filium Alypij, Ammianus<sup>g</sup> tradit. Tunc planè & illud accidit, vt complu- res, ne apud se eiusmodi codices reperirentur, eos igni confestim tradiderint, vel in proximum fluentem coniecerint: cuius rei causa Ioannes Chryso- stomus iam periclitatus esset, nisi diuino quodam præsidio (quod ipse testatur) fuisset adiutus. Porro rem gestam sic ipse refert<sup>h</sup>:

Mota est olim, me adhuc adolescentulo, magna tyrannorum hostilitas: militibus etiam foris extra ciuitatem ad insidias positis, forte fortuito libellos quærebant incanta- torios & magicos. Et qui scripserat librum, nondum perfectum in flumen abiecerat; & captus, cum postularetur ab eo, reddere non poterat, sed ducebatur per totam ciuitatem victus: & cum ita accusaretur, dedit pœnam. Tunc ergo ad martyris ædem proficisci volens,

QUI PHIL-  
SOPHI OC-  
CIDI IVSSI  
A VALENTE.  
<sup>a</sup> Zosim. lib. 4.

<sup>b</sup> Ammian.  
lib. 29.  
MAXIMVS  
PHILOSOP-  
HVS DAM-  
NATVS CA-  
PITE.

<sup>c</sup> Eunap. in  
vit. philosoph.

<sup>d</sup> Eunap. in  
vit. philosoph.

LIBRI MA-  
GIAE IN-  
QUIRI IVS-  
SI.

<sup>e</sup> Ammianus  
lib. 29.  
<sup>f</sup> Chryso-  
stom. hom. 3. cõtra  
Arianos.

<sup>g</sup> Ammianus  
lib. 29.

<sup>h</sup> Chryso-  
stom. in  
Acta Apo-  
st. hom. 38.

CHRISTI  
370.DAMASI PAP.  
4.VALENTINIANI  
VALENTIS IMP. 7.IOANNES  
CHRYSOSTO  
MVS IN MA  
GNO DIS  
CRIMINE  
POSITVS  
VITAE LI  
BERATVS.

volens, transibam per hortos iuxta flumen cum alio quodam. Ille autem viso libro, qui A in superficie fluebat: primum quidem putabat linteum esse: propior autem factus, agnouit esse librum, & descendens recepit. Ego autem contemnebam, vt de communi inuenro, & ridebam. Sed videamus, inquit, quidnam hoc sit. Reuoluit partem paginæ, & inuenit scripta magica. Accidit autem eodem tempore, militem transire: qui hoc animaduertens abiit, & timere nos fecit. Quis enim credidisset, quod è flumine sumptum susuliffemus; cum omnes tunc, etiam qui non suspecti essent, detinerentur? & abiicere non audebamus, ne videremur: idem erat periculum, si scinderemus. Concessit igitur Deus, & abiicimus, & postea à periculis liberati sumus. ] hæc tunc Chrysofomus, ista recolens, tamquam maximum à Deo tunc beneficium consecutus, ex quibus cum ceteris leuioris quoque suspicionis reis postulatis iudicio pœnam capitis exoluisset, si cum libro illo deprehensus fuisset. Agebat autem hoc tempore Chrysofomus suæ ætatis B annum decimum sextum, secundum rationem superius initam, cum de matre ipsius actum est.

MAGICAE  
ARTIS REI  
INQUISITI  
ETIAM IN  
OCCIDEN  
TE.\* l. 6. de male  
fic Cod. Theo  
\* Ammian.  
lib. 28.\* l. 1. de quest.  
Cod. Theod.

In Occidente quoque ab anno superiori diræ agitari cœptæ sunt quæstiones aduer-  
sus eiusmodi delinquentes, qui curiosi per diuinationem scientiis operam darent: adeo  
vt ipso exordio in Senatorias quoque personas exhibitæ fuerint vngulæ, fideicula; & alia  
pœnarum genera, quæ licet feruilibus tantum personis ex præscis legibus consueuissent  
admoueri, per Constantium tamen odio magiæ (vt dictum est) in quosque etiam no-  
biles fuerunt relaxata. Quamobrem (inquit Ammianus<sup>b</sup>) ne tot malis dissimulatis,  
paulatimque serpentibus, acervi crescerent ærumnarum; nobilitatis decreto Legati mit-  
tuntur, Roma scilicet, Prætextatus ex Vrbi Præfecto, & ex Vicario Venuustus, & ex Con-  
sulari Mineruius, oraturi ne delictis supplicia sint grandiora, neve Senator quisquam C  
usitatus & illicito more tormentis exponeretur. Qui cum intromissi ad consistorium hæc  
deferrent: negantem Valentinianum se id statuisse, & calumnias perpeti clamitantem,  
moderatè redarguit Quæstor Eupraxius, &c.] Rescripsit tunc Valentinianus ad Præfe-  
ctum Urbis Olybrium his verbis:

Nullus omnino ob fideiculas perferendas, inconsultis ac nescientibus nobis, vel mili-  
tiæ auctoramento, vel generis aut dignitatis defensione nudetur: excepta tamen maie-  
statis causa, in qua sola omnibus æqua cognitio est. Hi quoque citra consultationis mo-  
dum subiiciantur quæstioni, qui euidentibus argumentis subscriptiones nostras fixisse  
prodentur: qua in re ne Palatini quidem nominis assumptionem huius esse volumus  
quæstionis exortem. ] hæc, vt dictum est, anno superiori. Ceterum eiusmodi quæ-  
stiones de magis & maleficis agitatae sunt vsque ferme ad eiusdem Imperatoris obitu-  
m, prout apparet ex ipsius rescriptis eadem ex causa datis, de quibus anno sequen-  
ti agemus. D

Quoniam autem hæc quæ dicta sunt de Valente, Ioannes Chrysofomus (vt vidimus)  
testatur contigisse, cum ipse adolescentior esset; his hæc pro ratione temporis adicien-  
da putamus, quæ eadem sua ipsius ætate accidisse tradit Antiochiæ memoria digna, de  
conuersione famosissimæ meretricis: homilia enim in Matthæum sexagesima octaua ha-  
bet ista: At non audistis quomodo illa meretrix, quæ omnes impudicitia superauit, vni-  
uersos rursus continentia & virtute à tergo reliquit? Non dico illam de qua in Euange-  
lio scribitur; sed hanc quæ nostra memoria ex Phœnicæ omnium ciuitatum iniquissima  
fuit. Hæc enim pueris nobis apud nos erat, & cum prima in theatro esset, nomen eius  
vbique ferebatur; non in vrbe nostra solummodo, sed ad Cilicias vsque & Cappadocas. E  
Hæc multorum patrimonia exhaustit, hæc multos parentum orbos tenebat, hæc male-  
ficis quoque vti artibus dicebatur, quasi non eleganti corporis forma solum, verum  
etiam magicis cantibus & herbis retia tenderet: hæc Regiæ quoque fratrem attraxit:  
tanta cupidinis tyrannide pollebat. Sed subito nescio qua re, immo verò certissimè scio:  
voluntate namque commutata, & Dei gratia hoc modo impetrata, omnia illa spreuit  
& calcavit: ita diaboli officina proiecta, facile ad cælum ascendit: & quamuis nihil erat  
ea petulantius, dum in scena versaretur, postea tamen continentia magnitudine multas  
antececluit. Cilicium enim induta per totam reliquam vitam hoc se pacto exercebat.  
Huius gratia & Præfectus à scenicis perturbatus armatos milites misit, qui non porue-  
runt eam rapere, nec à numero virginum, quæ ipsam receperunt, abducere. Hæc cum in-  
effabili sacramento communicasset, & condigne suscepta gratia vixisset, vniuersis per  
gratiam

CHRISTI  
370.DAMASI PAP.  
4.VALENTINIANI  
VALENTIS IMP. 7.

A gratiam maculis deterfis: naturæ demum concessit. Mirabilem enim philosophiam post  
baptismum ostendit, nec vniquam amantibus antea, eamque sequentibus, ac diligenter  
querentibus visa est: sed postea quam semel se ipsam inclusit, multos annos quasi vin-  
cta in carceribus peregit. ] hæc de ea Chrysofomus. Iam reliqua prosequamur.

Interea verò Athanaricus Rex Gothorum, memor quæ quantæve trienniali bello à  
Valente Christiano Imperatore passus esset; quod non liceret, pacis icter legibus prohi-  
bentibus, vel potius quod haud tantum virium penes se esse sentiret inuadendi Roma-  
næ Imperium, Christianos apud se agentes ipse Ethnicus persequi cœpit, nec destitit, quo-  
usque publica expeditione, transmissis Istris, ipsum Valentem aggressus est. Quod autem  
ad tempus inchoatæ eiusmodi persecutionis spectat: istud ipsum sanctus Hieronymus  
profiteretur, qui cum anno sexto Valentis Imperatoris id factum recenseat, planè ad hunc  
B ipsum annum septimum referendum est: ipse enim sequenti anno à creatione Valentis,  
quo primus absoluitur annus & secundus incipit, eiusdem Imperatoris annos aggredi-  
tur numerare. Hic igitur primus eiusmodi persecutionis annus iure statuitur, de qua ita  
Hieronymus: Athanaricus in Christianos persecutione commota, plurimos interfecit,  
& de propriis sedibus in Romanum solum expellit. ] hæc ipse. Rursum verò eandem per-  
secutionem cœptam esse hoc anno, inde etiam deducitur argumentum, quod cum S. Epi-  
phanus reteretur se commentarium illum aduersus hæreses scribere anno vndecimo  
Valentiniani atque Valentis Imperatorum, id ipso exordio libri primi affirmans; rur-  
sumque cum agit<sup>b</sup> de Audianis hæreticis, tradat monachos Gothos persecutionem passos  
à Rege Gothorum, iam quatuor ante annos, ex quo illa scribebat: hac ratione dicendum  
est, ipsos expulsos è Gothia fuisse anno septimo eorumdem Imperatorum. At de monachis  
C illis inferius. Sed & Orofius<sup>c</sup> de fuga eorum hæc amplius: Athanaricus Rex Gothorum  
Christianos in gente sua crudelissimè persecutus, plurimos barbarorum ob fidem inter-  
fectos ad coronam martyrii sublimauit: quorum tamen plurimi ad Romanum solum  
non trepidi velut ad hostes, sed certi quod ad fratres, pro Christi confessione fugerunt. ]  
ita Orofius.

ATHANA-  
RICI REGIS  
GOTHORVM  
PERSECV-  
TIO.Hieron. in  
Chronico.\* Epiph. hæres.  
70.\* Orofius lib.  
7. cap. 7.

Contigit autem hæc persecutio, antequam iidem Gothi Arianae hæresis labe con-  
spicerentur: adeo vt qui apud eos passi sunt, Catholici omnes habiti fuerint: quod qui-  
dem S. Augustinus testatur his verbis: Rex Gothorum in ipsa Gothia persecutus est Chri-  
stianos crudelitate mirabili, cum ibi non essent nisi Catholici, quorum plurimi martyrio co-  
ronati sunt: sicut à quibusdam fratribus, qui tunc illic pueri fuerant, & se vidisse incunctan-  
ter recordabantur, audiuius. ] hucusque Augustini verba, cui magis assentiendum iure  
D quis dixerit rem adeo certa fide testatam reddenti, quodq; his temporibus vicinior fuerit,  
quam<sup>e</sup> Sozomeno eos hæresi Ariana labefactatos affirmanti. At rem maximi ponderis,  
quod de fide Catholica martyrum sit controuersia, accuratius peruestigemus: atque in-  
primis quid de his post Socratem ipse Sozomenus habeat, in medium adducamus; omis-  
sis iis, quæ de sede antiqua Gothorum & eorum è limitibus egressione ab ipso descri-  
pta sunt, vt pote re omnibus ferme nota, ac multorum scriptorum chartis memoriæ  
commendata.

Quod verò ad persecutionem, de qua agitur, pertinet: in eo in primis erroris arguitur  
Sozomenus, dum ait, ante persecutionem à Gothis motam, concessum esse ipsis ab Impe-  
ratore, agente ad hoc legationem apud eum Vulphila ipsorum Episcopo, Thraciam ha-  
bitare: quod, quidem falsum omnino esse, Ammiani<sup>b</sup> auctoritate conuincitur; cuius sen-  
E tentia liquet, Valentem Imperatorem, cum eos proelio perentauit, Istrum semper flu-  
uium pertransisse, quos scilicet illi regiones trans flumen positas incolerent. Transitus au-  
tem eorum in Thraciam postea contigit, vt dicemus. Sed audiamus quid ipse Sozome-  
nus dicat de occasione concitata ab Athanarico in Christianos persecutionis. ait enim<sup>d</sup>:

\* August. de  
Citat. Dei  
lib. 18. c. 57.\* QUI MAR-  
TYRIVM  
SVBERVNT  
IN GOTHIA,  
CATHOLICI  
ERANT.\* Sozom. lib.  
6. c. 37.\* Socrat. lib. 4.  
cap. 27.\* SOZOMENVS  
VNDI QVE  
CONTVTA-  
TVR.\* Ammianus  
lib. 27.\* Sozom. lib.  
6. cap. 37.\* ATHANA-  
RICVS ET  
PHRITI-  
GERNEVS.\* Athalar-  
cum

Haud adeo diu post, seditione intestina inter ipsos Gothos conflata, bipartito diuisos  
esse, atque alteri factioni Athanaricum<sup>e</sup>, Phritigernem alteri præfuisse dicunt. Proelio  
igitur inter eos commisso, Phritigernem, re malè gesta, auxilium à Romanis petiisse.  
Quod cum ei Imperator Valens concessisset, & milites Romanos, qui erant in Thracia,  
ei subsidio venire permisisset, proelio redintegrato, victoriam consecutus esse, & Athanari-  
cum suo exercitu in fugam vertisse. Atque quo gratia Valenti referret, & se ei in omnibus  
rebus amicitissimum fore confirmaret, se eius de fide & religione sententiæ addixisse, per-  
suasissetq; barbaris sibi subiectis, vt eadem sentirent. At verò non istam solum causam fuisse  
Annal. Eccl. Tom. 4.

Z

puto,



\* Viphilas

puto, cur vniuersa Gothorum gens ad hoc tempus vsque Arianis adiuncta sit: sed quod A Viphilas\* eorum Episcopus, licet initio ab Ecclesia Catholica nihil dissentiret; tamen post, regnante Constantio, per inscitiam vna cum Eudoxio & Acacio, utpote ex Episcoporum numero, qui in Concilio Nicano conuenerant, Concilio Constantinopoli habitato interfuit. ] At hic quoque magnopere hallucinatus est Sozomenus, dum ait Acacium & Eudoxium Nicano interfuisse Concilio: neuter enim illorum presens fuit, sed ipsorum predecessores Antistites. Sed pergit ipse: Qui simul ut eo venit, dicitur, cum principes sectae Arianae cum ipso de religione differuissent, essentque polliciti legationem ei apud Imperatorem ex sententia confectam fore, si modò ipsorum opinioni se vellet addicere, vel necessitate compulsus, vel quod eandem de Deo opinionem meliorem iudicaret, communioni Arianorum se addixisse, & totam suam gentem ab Ecclesia Catholica separasse. ] haec ipse.

At quam hic sibi aduersetur auctor, considera. Si enim (ut ait) iam à tempore Constantij Imperatoris in Concilio illo Constantinopolitano post Seleucienfē mox celebrato Viphilas vna cum suis omnibus Gothis desciuit à fide Catholica, atque Arianis inhaesit: quid intercessisse ait postea cum Valente Phritigernis promissionem, se vna cum suis eandem, quam ipse Imperator coleret, Arianam perfidiam sectaturum, quasi pergratum oblatum munus offerret pro gratiarum actione de impertita sibi aduersus Athanaricum ope? Si enim ex eius assertionē, iam temporibus Constantij, Gothi Ariani facti erant: quid ultra Phritigernes ea pollicitaturus erat? Certè quidem vsque in hanc diem Gothos persecuerasse Catholicos; eos verò qui sub Phritigernis ditione erant, ex conditione icti foederis cum Valente Imperatore, mutatos in Arianos, testatur Orosius, necnon Theodoretus, qui affirmat etiam id factum sub Valente Imperatore, Eudoxio id suadente ipsi Valenti, deceptosque ab eo tradit Gothos, quod falsò iactaret, nullam inter vtramque sectam differentiam intercessisse, sed verbalem potius inter Catholicos & Arianos cōtrouersiam illam extitisse. sicque nihil dubij remanet, Gothos antehac fuisse Catholicos, subditos verò Phritigerni hoc anno cum ipso deuiare coepisse. Sed quid post haec Sozomenus?

\*Theod. lib. 4. cap. ultimo.

VULPHILAS EPISCOPVS GOTHORVM INVENTOR LITTERARVM GOTHICARVM.

Gothi, inquit, ab eo doctore, nempe Viphila, ad pietatem & verum Dei cultum amplectendum instituti, & per eum ad mansuetiores mores traducti, in omnibus rebus faciliè eius consilio paruere: pro certo persuasi, nihil ab eo vel dici improbè vel fieri, sed omnia ad vtilitatem eorum, qui ardenti pietatis studio flagrabant, transigi. Quin etiam maximum dedit suae virtutis specimen, infinita pericula pro religione Christiana tum subeundo, cum iidem ipsi barbari Gothi, quos diximus, adhuc religionem Gentilium coluerunt. ] Sed & hic siste gradum, lector, ne errantem inconsulto sequens, in eandem erroris foveam inducaris. His omnibus nihil aliud auctor videtur asserere, nisi Viphilam primum auctorem fuisse, qui Gothos ex Gentilibus reddidit Christianos. At res Gothorum parum compertas habuit, ignorans nimirum iam temporibus Constantini Magni Gothos fuisse Christianos, ipsorumque Episcopum Theophilum nomine interfuisse atque subscripsisse Nicano Magno Concilio, prout index Episcoporum eidem subscriptorum factis aperte significat. Sed auctor haec addit:

SAEVA PERSECUTIO ATHANARICI.

Primus praterea fuit, qui litteras apud eos inuenerit, litterasque sacras in patrium sermonem conuerterit. Quare quod barbari prope Istrum omnino sectam Arianam sequebantur, haec quidem causa fuit. Per idem tempus magnus numerus eorum, qui Phritigerni parebant, propter Christum martyrio è medio sublati sunt. Nam Athanaricus, cum Viphilas multos eius ditioni subiectos ad religionem Christi deduxisset, iniquo animo ferens, perinde quasi auita & patria religio innouata fuisset, eorum complures multis ac variis multauit suppliciis: quorum pars in iudicium adducta cum viriliter & magno animo fidem Christi defendisset, interfecta est; pars, nulla pro se habita ratione, trucidata.

Siquidem fertur, eos quibus huius rei conficiendae negotium Athanaricus imposuerat, statuatam quamdam in curru collocatam per singula Christianorum tabernacula circumduxisse, iussisseque ut eam adorarent, eiq. hostias immolarent. Quod cum facere recusassent Christiani, tabernacula cum ipsis hominibus incendio consumpsisse. Porro aliam cladem hac multo miserabiliorem eodem tempore quoque accidisse accepi. Nam multi tum viri, tum mulieres, quarum aliae pueros secum adduxerant, aliae infantes recens natos & adhuc fugentes vbera, violentiae eorum qui ipsos ad sacrificandum impellebant, succumben-

A cumbentes, ad tabernaculum ecclesiae, quod ibi fuit, profugerunt: qui omnes, tabernaculo illo à Gentilibus incenso, pariter extincti sunt. Non longo tempore post Gothi ad mutuam fuere inter ipsos concordiam adducti: qui insolentia elati, Thracas grauius affecere incommotis. ] haec Sozomenus: cuius sententia illud affirmari videtur, quotquot apud Athanaricum martyrio vita functi sunt, quod essent subditi Phritigerni iam Ariana labe infecto, ut paulo ante dixit, fuisse eosdem pariter Arianos: ac proinde ipsos eius assertionē ex errore deducta, ex necesse consecutos esse impietatis supplicium, non autem adeptos coronam martyrii.

Sed videas nimia quadam oscitantia, sicut in aliis nuper confutatis, ita in his auctorem minime sibi constare; suisque ipsius scriptis perualidè confutari. Etenim quonam pacto, Athanaricus Christianos subditos Phritigerni, eo modo, ut ait, malè affecit, si ipse in proelio posteriores retulit & in fugam conuersus est, Phritigernes verò ut victor, non solum non amiserit sibi subditos, sed ( quod accidit proelio vincentibus ) aduersariae partis homines sibi subiecerit? Cum igitur tum ipsius Sozomeni, tum etiam Socratis assertionē fati liqueat, Arianam fidem in gratiam Valentis illos tantum Gothos amplexatos esse, qui Phritigerni subditi erant; cumque & hos nequaquam deuenisse conser in manus Athanarici, qui potius suorum nonnullos amisit: dicere opus est, Athanaricum sibi subditos tantum vexare voluisse. Quamobrem cum recitata à Sozomeno omni ex parte, ut vidimus, fide corruant; aequè despicienda sunt: quae etsi consisterent, praepoenda tamen illis esset Augustini sententia, ut longè magis probatae fidei auctoris, id in primis ex Gothorum gentili, qui ea spectauit, testantis: cum praesertim eidem suffragentur antiquae tabulae Ecclesiasticae tam Graecorum, quam Latinorum, in quibus aequè ac ceteri sanctissimi martyres, Gothi illi ab Athanarico fidei causa occisi, adscripti legantur, publiceque stas diebus in Ecclesia recitantur, ut Saba atque Nicetas, de quibus suo loco dicturi sumus: perseuerasse enim eiusmodi persecutionem triennio, ea quae narranda sunt inferius declarabunt.

ARIANI GOTHI NEQUAQVAM PATI MARTYRIUM POTVERE.

Ad hos alludens Cyrillus Hierosolymitanus, qui & hoc florebat tempore, ait: Per sae Gothi, & omnes gentes testantur morientes pro illo, quem corporis oculis non viderunt. ] haec ipse, haud dubium Catholicos citans fidei testes. Scimus & sanctum Epiphanium, qui (ut diximus) anno quarto post indictam à Rege Gothorum persecutionem Panarium suum scribebat, cum agit de Audianis haereticis, praeter Gothos illos, quos Audaeus in monachos conuertisset, ceteros omnes Catholicae pietatis fuisse cultores affirmare; nec quod Ariani fuerint, vel in suspicionem venisse visum esse. Sed quid ipse dicat de Audianis, audiamus: Sustinuit, inquit, ipse Audaeus senex exilium, ad Scythiae partes à Rege relegatus, eo quod rebelles faceret populos: nam ab Episcopis ad Regem delatus est. Illic enim annorum tempore ( haud scio dicere quanto ) commoratus est, vltorius progressus, & ad intima Gothiae, multos Gothorum in fide instruxit. Ab ipso sane etiam monasteria in eadem Gothia facta sunt, & vitae conuersatio instituta, virginitasque, atque exercitatio pietatis non vulgaris. Est enim re vera hic ordo in valde admiranda conuersatione, & omnia in ipsorum monasteriis rectè se habent, exceptis his contentio-nibus tum euariati Paschatis, tum peculiaris pertinaciae in exponendo id quod est secundum imaginem, nempe Andropomorphitem facere Deum. Ceterum quod grauissimum ac horrendissimum est, non faciunt preces cum aliquo, etiam si probatus videatur, & nihil habeat quod accusari mereatur, neque scortationis reprehensionem; aut adulterij, aut auariciae, sed quod talis in Ecclesia conuersatur. Atque hoc horrendum est, quod immutant nomen Christianorum à sancta Ecclesia impositum, quae non habet additium nomen, sed solum Christi; & quod Christiani, Audiani vocantur, assentiunturque in constitutionem humanae naturae, cuius ratio ab ipsis exigitur, etiam si vitae sinceritate & iustitia is ordo sit ornatus.

Epiphanius lib. 70.

AVDIANI EX GOTHIS PLVRES.

Multi porro & post illius obitum fuerunt cum ipsis, & post ipsum ordinis ipsius Episcopi: Vranus quidem Mesopotamiae, sed & è Gothia habuit aliquos, ipsosque constituit Episcopos: fuit & Siluanus, & alij quidam, quorum aliqui à vita decesserunt, praesertim Vranus, qui ex medio istorum gloriosus erat. Verum post obitum horum ipsorum Episcoporum Vranij & Siluani, qui ex Gothia originem trahebat, plerique dissipati sunt, & valde imminuta est horum congregatio & in partibus Chalcidis ad Antiochiam sita; & in partibus Euphratis. Nam è Gothia plerique fugati sunt non solum ex illis, sed etiam nostri illic

PRACIPIVI AVDIANO-RVM.

CHRISTI 370. DAMASI PAP. 4. VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 7.

Christiani, persecutione magna instante sub Rege Gentili, qui valde malus fuit & Romanis infectus, eo quod Romani Reges essent Christiani: ita ut tota gens Christianorum ab illis partibus fugata sit, ne restaret radix sapientiae, neque planta fidei. At tamen videantur omnes esse fugati, omnino sunt illic Fideles homines: non enim possibile est fidei fontem deficere. Multi igitur ipsorum Audianorum, ubi discesserunt à Gothia & nostris partibus, huc delati cohabitant à tempore hoc annorum quatuor. ] hæc Epiphanius, de Arianis nullam penitus habens mentionem, sed tantum Gothorum Audianorum, & eorum qui Christiani (ut ait) essent, nempe Orthodoxæ communionis.

Ceterum haud posthac collapsa reperitur illa Gothorum atque aliarum Borealiū prouinciarum Ecclesia: quin egregie excolta est à sanctissimo viro Niceta eorum Episcopo, de quo meminit sanctus Paulinus, qui cum & ipse pariter hoc eodem claruerit sæculo, minimè potuit quæ scriptis edidit ignorasse, dum eiusdem Nicetæ aduentantis Nolam ad sanctum Felicem martyrem in patriam reditum sapphico cecinit carmine, & inter alia hæc habet:

Te patrem dicit plaga tota Boreæ,
Ad tuos fatus Scythæ mitigatur,
Et sui discors fera te magistro
Pectora ponit.
Et Getæ currunt & uterque Dacus,
Qui colit terra medio, vel ille
Diuitis multo boue pelleatus
Accola ripæ.
De lupis hoc est vitulos creare,
Et boui iunctum palea leonem
Pascere, & ruis caua viperarum
Pandere paruis.] & paulo post:
Orbis in muta regione per te
Barbari discunt resonare Christum
Corde Romano, placidamq; casti
Viuere pacem.]

Porro quod de Getis ait, de Gothis esse intelligendum, sanctus Hieronymus\* in Questionibus Hebraicis persuadet, dum tradit omnes eruditos per Getas intellexisse Gothos. Meminit alibi idem S. Hieronymus<sup>b</sup> de Gothis simul cum aliis Christiana religione philosophantibus. Quod autem ad Nicetam spectat: diuersus esse Niceta Paulini ab illo eiusdem nominis martyre, qui hac persecutione durante, tempore tamen Imperij Gratiani, martyrio coronatus est, intelligi ex eo potest, quod ea à Paulino conscripta, post Gratiani Imperium contigisse videantur. Porro in Actis Nicetæ martyris, de quibus suo loco dicendum, dum agitur de bello Phritigernis aduersus Athanaricum suscepto, hæc leguntur: Phritigernes Thraciæ exercitu accepto, & eo qui sibi remanserat, transmittit Istrum. Itaque ferentes diuinam Christi Crucem milites præcedentem omnes suas copias, prælio confligunt cum aduersariis, & eum qui vicerat, facile vincunt: & illius multitudo partim quidem cæditur, partim capitur, cum Athanaricus turpissimè cum paucis suæ vitæ fuga consulisset. ] ita ibi. Ex quibus videas & intelligas, Athanaricum à gente Christiana & signis Christianæ religionis se superatum indignè ferentem, in Christianos Gothos sibi subiectos odium conuertisse, in eosque furorem conceptum exercuisse. Sed iam ad Valentiniāni rescripta ultimo loco anni huius orationem conuertamus.

Hoc ipso anno, iisdemque Consulibus, Valentiniānus Imperator ad Damasum Romanum Pontificem eiusmodi rescriptum<sup>d</sup> dedit, quod in Codice Theodosiano positum his verbis descriptum legitur:

Imppp. Valentiniānus, Valens, & Gratianus AAA. Ecclesiastici, aut ex Ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillorum domos non adeant: sed publicis exterminentur iudiciis, si posthac eos affines earum vel propinqui putauerint deferendos. Censemus etiam, ut memorati nihil de eius mulieris, cui se priuatim sub prætextu religionis adiunxerint, liberalitate quacumque, vel extremo iudicio possint adipisci. Et omne in tantum inefficax sit, quod alicui

\* Hieronymus Quest. Hebraic. in Genes.
b Hi. Rom. epistol. 3.
c Extant apud Metaph. ast. die 15. Sept.
d eadem de apud Sur. tom. 5.
GOTHI SINO CRVCIS PRAEVIO VINCVNT.

CHRISTI 370. DAMASI PAP. 4. VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 7.

Alicui eorum ab his fuerit derelictum, ut nec per subiectam personam valeant aliquid vel donatione vel testamento percipere. Quin etiam si forte post admonitionem legis nostræ aliquid iisdem ex femina vel donatione vel extremo iudicio putauerint relinquendum, id fiscus usurpet. Ceterum si earum qui voluntate percipiunt, ad quarum successiōnem vel bona iure ciuili, vel edicti beneficij adiuantur, capiant ut propinqui. Lecta in Ecclesiis Romæ III. Kal. Augusti Valentiano & Valente III. AA. Coss. ]

At quoniam de lege noua & parum æqua atque à Christiano Imperatore sancita agitur, de ea accuratius disquirendum, & in primis de causâ eius ferendæ, qua permotus Valentiniānus Imperator hæc ipsa statuerit. Putas ne eadem peccata in Ecclesia desuisse, quæ etiam ipsis Apostolorum temporibus, iisdem licet ex aduerso clamantibus, prauorum Christianorum studio in castra Fidelium irreperunt? An non sumus memores, versatos inter eos, qui ex Euangelio confecerent mercaturam, quæstum (quod ait Paulus<sup>a</sup>) existimantes esse pietatem? An non de his est illa eiusdem Apostoli querela ad Titum<sup>b</sup> scribentis, qui turpis lucri gratia circuirent, atque domos subuerterent; quiq; (quod Timotheum<sup>c</sup> admonet, ut hos vitet) speciem habentes pietatis, penetrarent domos, captiuasque ducerent mulieres oneratas peccatis? Et sanè non vnum tantum vel alterum id genus homines reperire erat in Ecclesia illa Apostolorum manu plantata; sed adeo abundanter eiusmodi mali fructus excreuere, ut cum non valuerint eorundem Apostolorum falce succidi, eo angustiatæ inter alios ipsum Paulum redegerint, ut manibus potius victum quaereret, quam à Fidelibus aliquid accipiendo, ex eorum numero esse videri posset: cum alioqui victum sibi necessarium iure ex Euangelio accipere potuisset: nam sic ipse ad Corinthios<sup>d</sup>: Non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. ] At quanto putas pretio Paulus redemisset, si quod non Ecclesiastica disciplina compescere posset, non coacerent Apostolicæ minæ atque censura, hoc Pauli ipsius persuasione sæcularis iudicij seueritas sustulisset, amputassetque penitus infectos segetibus vepres gladius potestatis, quos Apostolica securis succidere minimè valuisset? Duos planè gladios Ecclesiæ vsui inferuire, eosdemque sub Petri iure contineri, sua sententia Dominus comprobauit<sup>e</sup>.

In quam autem densam latamque siluam excreuisse oportuit in Ecclesia eiusmodi spinas se inuicem complectentes, ex eo saltem intueri licet. Etenim si Apostolorum temporibus ager ille Dominicus, sub Apostolorum cultu inter tot Gentilium ac Iudæorum persecutiones, hisce tamen prauis germinibus refertus erat: quid factum putandum tempore pacis Ecclesiæ, sub Christianis Imperatoribus, & in ea potissimum Vrbe, in quam è toto Orbe diuitiæ tamquam in mare flumina confluxissent? Ut non mireris, si Ammianus<sup>f</sup> dicat, adeo ditatam Romanam Ecclesiam oblationibus matronarum. Sed huiusmodi nundinationis hoc tempore Romæ exerceri solitæ, ex S. Hieronymo qui aderat, petita hic afferamus exempla de turpi clericorum quorundam assentatione, qua aucuparentur munera feminarum: Clerici inquit<sup>g</sup>, ipsi, quos & magisterio esse oportuerat & timori, osculantur capita matronarum, & extenta manu, ut benedicere eos putes velle, si nescias, pretia accipiunt salutandi. Illæ interim, quæ sacerdotes suo viderint indigere præsidio, erantur in superbiam; & quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem. ] & post multa: Quidam in hoc omne studium vitamque posuerunt, ut matronarum nomina, domos, moresque cognoscant: ex quibus vnum, qui huius artis est princeps, breuiter strictumque describam: quo facilius magistro cognito, discipulos recognoscas. Cum Solc festinus exurgit, salutandi ei ordo disponitur, viarum compendia requiruntur, & penè vsque ad cubicula dormientium senex importunus ingreditur. si puluillum viderit, si mantile elegans, si aliquid domestica suppellectilis; laudat, miratur, atreclat; & se his indigere conquirens, non tam impetrat, quam extorquet: quæ singula mecum veredarium Verbis offendere, &c. ] fortasse hic ille Sophronius, de quo idè paulo superius: Talem olim Antymum, talem nuper Sophronium Roma congemit: qui postquam nobilium introierunt domos, & deceperunt<sup>h</sup> mulierculas oneratas peccatis, semper discenses & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, tristitiam simulant, & quasi longa ieiunia furtiuus noctium cibis protrahunt. ] at hi monachorum nomine vagabantur.

Sed quid ad Heliodorum<sup>i</sup> audi: Alij nummum addant nummo, & in maris pupium suffocantes, matronarum opes venentur obsequiis: sint ditiores monachi, quam fuerant secularares: possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete diabolo non habuerant:

CAVSAS ANCIENDAE LEGIS.

1. Tim. 6. Tit. 1.

2. Tim. 3.

1. Cor. 9.

Luc. 22.

Ammian. lib. 27. CLERICO-RVM ET MONACHORVM EXERCENS CVPIDITAS COERCENDA. Hieron. epist. ad Eust. 12.

1. Tim. 2.

Hieron. epist. 1. INVESTITIO SORDIDORVM CLERICORVM.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 7.  
370. 4. VALENTIS

& suspiret eos Ecclesia diuites, quos tenuit mundus ante mendicos, &c.] & ad Nepotianum, quanto studio solerent eiusmodi personas affectari, & quouis ministerio aucupari **A**  
Hier. epist. 2. senum hereditates, hæc habet: Audio, inquit, præterea in senes & anus absque liberis quorundam turpe seruitium. Ipsi apponunt matulam, obsident lectum: purulentiam stomachi & fleginata pulmonis manu propria suscipiunt: pauent ad introitum medicitremtentibusque labiis an commodius habeant, sciscitantur: & si paulum senex vegetior fuerit, periclitantur: simulataque læticia, mens intrinsecus auara torquetur: timent enim ne perdat ministerium, & viuacem senem Mathusalem annis comparant. O quanta apud Deum merces, si in præsentis pretium non sperarent! quantis sudoribus hereditas cassa expetitur! minori pretio margarita Christi emi poterat. ] hucusque Hieronymus. At dices: Cur hæc refossa, ac in vnum collecta, omnibus spectanda in Annalibus ponis, perpetuò obruenda silentio, quorum causa ipse sanctus Hieronymus complures in studia clericorum armavit? Vt ex his, lector, intelligas sancienda ab Imperatore legis occasionem, meque (quod ingenui scriptoris est) veri amantis historici probe scias explere numeros, nec in gratiam hominum, vitia reticendo, laudare virtutes.  
Hier. epist. 2. At quàm appositè eiusdem sanctionis editæ Hieronymus in epistola ad Nepotianum **B** meminit, ex his accipe: Pudet dicere: Sacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ, & scorta hereditates capiunt: solis clericis ac monachis hoc lege prohibetur, & non prohibetur à persecutoribus, sed à Principibus Christianis ] nempe Valentiniano, Valente, & Gratiano Imperatoribus, quorum nomina in sanctionis inscriptione legebantur. & subdit: Nec de lege conqueror, sed doleo, cur meruerimus hanc legem. Caeterum bonum est: sed quo mihi vulnus, vt iudicem cauterio? Prouida seueraque legis cautio: & tamen nec sic refrenatur auaritia. Per fidei commissa legibus illudimus, & quasi maiora sint Imperatorum scita, quàm Christi, leges timemus, & Euangelia contemnimus. Sit hæres, sed mater filiorum, id est gregis sui Ecclesia, quæ illos genuit, nutriuit, & pavit: quid nos inserimus inter matrem & liberos? ] ex his videas Hieronymum eidem alludere sanctioni, qua quidem nequaquam prohibentur Ecclesiæ hereditates accipere vel legata, vel quid huiusmodi, sed Ecclesiasticæ personæ, siue clerici siue monachi, qui continentium nomine honestabantur: vt planè intelligas hosce nebulones priuatum aucupantes hereditates, tamquam harpiyas quasdam inhiantes matronarum diuitiis, & impuris moribus cuncta fœdantes proscribere ab Vrbe studuisse ipsos Imperatores. nam & de eisdem mox subdit: Gloria Episcopi est pauperum inopiæ prouidere: ignominia sacerdotis est propriis studere diuitiis ] & de aliis in sua persona, vt minus verborum flagra læsos crucient: Natus in paupere domo & in tugurio rusticano, qui vix milio & cibario pane rugientem saturare ventrem poteram, nunc simillam & mella fastidio: noui & genera & nomina piscium: in quo littore concha lecta sit, calleo: saporibus auium discerno prouincias, &c.] hæc de helluonibus illis aliorum diuitiis inhiantibus, quos imperatorum lex sancita coercuit.  
Meminit eiusdem quoque legis Ambrosius, dum ad Valentinianum iuniorem scribens sic ait: Nobis etiam priuatæ successionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non enim putamus iniuriam, quia dispendia non dolemus. ] & paulò inferius: Scribuntur testamenta templorum ministris, nullus excipitur profanus, nullus vltimæ conditionis, nullus prodigus verecundia: soli ex omnibus clerico commune ius clauditur, à quo solo pro omnibus votum commune suscipitur, officium commune defertur, nulla legata vel grauium viduarum, nulla donatio. Et vbi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio multa præscribitur. Quod sacerdotibus phari legauerit Christiana vidua, valet: quod ministris Dei, non valet. Quod ego, non vt querar, sed vt sciant quid non querar, comprehendi: malo enim vos pecunia minores esse, quàm gratia. Sed referunt ea, quæ vel donata, vel relicta sunt Ecclesiæ, non esse temerata. ] hæc Ambrosius cum agit aduersus Symmachum postulantem sacerdotibus atque virginibus Vestalibus emolumenta restituenda esse: cum alioqui idem S. Ambrosius æquè ac S. Hieronymus alibi damnet clericos ex pietate quæstum captantes, his verbis: Si enim non contentus stipendiis fuerit, quæ de altario, Domino iubente, consequitur, sed exercet mercimonium, intercessionem vendit, viduarum munera libenter amplectitur: hic negotiator magis potest videri, quàm clericus. Nam licet dicere possumus, nemo nos inuasoris arguit violentiæ, nullus accusat: quasi non interdum **C** **D** **E**

AVARITIA  
LEGE COER-  
CENDAS AB  
CVLARI,  
CONTEM-  
PTIVHABI-  
TA LEGE  
DIVINA.

Ambr. epist. 31.  
LEX PRO-  
BROSA EC-  
CLESIAS-  
TIS PERSO-  
NIS.

Ambr. Ser. 7

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 7.  
370. 4. VALENTIS

**A** maiorem prædam à viduis blandimenta eliciant, quàm tormenta. non interest apud Deum, vtrum vi, an circumuentione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum. ]

Quòd autem tum Hieronymus tum Ambrosius eodem fermè tempore æquè inuehantur in clericos bonis viduarum anhelantes; quodq. Damasus, ad quem Imperatorum rescriptum datum est, illud in Ecclesiis Vrbs legi voluerit, cum tamen id minimè repariatur ab iisdem Augustis fuisse præceptum, nec exemplum vllum præcesserit, vt Imperatoris sanctiones in Ecclesiis legerentur, sed affigerentur illæ in Albo Prætoris: equidem verisimile est, ipso Damaso id agente, ab iisdem Imperatoribus eiusmodi fuisse edita sanctionem aduersus diuinorum decretorum contemptores, ad demoliendam clericorum & monachorum eiusmodi quæstuariam ac fordiam officinam: vt qui contemnerent sancta Evangelij præcepta, & pro nihilo ducerent sacros Conciliorum canones, ipsorumque Romanorum Pontificum decreta quælibet deriderent, sic saltem iidem procaces ab ipso Imperatore Valentiniano compererentur, quem constat in ceteris iura Ecclesiastica sancta tecta seruari voluisse: nam de eo S. Ambrosius ad ipsius filium Valentinianum iuniorum: Nec quisquam, inquit, contumacem vocare me debet, cum hoc assera, quod Augustæ memoriæ pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sancit: in causa fidei, vel Ecclesiastici alicuius ordinis, eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis. ] quòd scilicet iura & causas, resque omnes Ecclesiasticas voluerit ab Ecclesiasticis pettractari, vt aliàs de his superius pluribus dictum est.

Ceterum quòd in hoc argumento versamur, vt de legibus parum æquis à Valentiniano Imperatore promulgatis agamus: de ea haud dissimulandum esse putamus, qua Socrates ait ipsum sanciuisse, vt quicumque vellet, duas posset vxores habere. At res magni momenti haud perfunctoriè tractanda videtur; sed accuratè de eius veritate disquirere, operæ pretium existimamus. Verum quoniam eiusmodi assertionis vnus Socrates primus habetur auctor: hic verba singula ab eo descripta reddemus. Iustina, inquit, orbatæ patre Præfecto prouinciæ Picenæ sub Constantio, virgo permansit. Postea tempore progrediente, Seueræ Imperatoris Valentiniani coniugi nota esse coepit, crebroque cum illa venit in colloquium. Postquam verò creuit inter eas consuetudo & familiaritas, iisdem balneis pariter lauabant. Idcirco Seuera, vbi Iustinam in balneis lotam vidisset, virginis pulchritudine mirè capiebatur: coepitque de ea apud Imperatorem verba facere: Iusti filiam virginem esse pulchritudine admodum admirabili: seq. licet esset mulier, eius forma aded venusta vehementer oblectari. Imperator vxoris verba mente interiori recondens, consilium de Iustina in vxorem ducenda iniit, Seuera de qua Gratianum, quem paulo antè Imperatorem declarauerat, suscepit, neutiquam repudiata. Quare legem tulit, vt cuiq. volenti liceret duas vxores habere legitimas, eamq. in singulis ciuitatibus diuulgauit. Lege itaque diuulgata, ipse Iustinam duxit vxorem, ex qua Valentinianum iuniorem, & tres filias, Iustam, & Gratam, & Gallam procreauit: quarum duæ vitam in virginitate traduxerunt, Galla autem postea Theodosio Magno in matrimonium collocata fuit, ex qua Placidia filia ei nata est. ] hucusque Socrates.

At conuincitur ex pluribus, apertissimis mendaciis anilem vel ab eo concinnatam esse fabellam, vel potius ipsum ab aliquo è tritio acceptum vt verum, conscripsisse commentum. Vnde, quæso, Socrati, Iustinam fuisse virginem, cum eam Valentinianus accepit in coniugem, quam constat vxorem fuisse Magnentij tyranni? testatur id quidem inter huius temporis scriptores Zosimus: qui certè quo non pretio redemisset, vt in Christianum Imperatorem proximè succedentem post Iulianum, quem in odium Christianæ religionis aded celebrat, potuisset tantum facinus exprobrare? Et quid dicemus de Ammiano æquè Gentili, & in Christianos Principes (vt vidimus) parum æquo, qui tamen nihil aded celebrat in Valentiniano atque commendat, ac castitatem? sed eius verba reddamus: **E** **A** **B** **C** **D** **E**  
Omni pudicitia cultu domi castus & foris, nullo cõtagio conscientia violatus obsecræ, nihil inestum: hancq. ob causam tanquam retinaculis petulantiam refrenauit aulae regalis, &c. ] hæc ad finem vitæ ipsius Ammianus. Appello nunc rectum eruditorum omnium sanumque iudicium: Potuissent ne hæc de Christiano Principe à scriptoribus in Christianam religionem insensis aded prædicari, si Valentinianus fuisset publica illa obsecræ pollutus, quam scimus à Romanarum rerum historicis in barbaris esse derisam, & in Romano Imperatore id tentante magnoperè improbatam?

At quo-

CONSENSV  
DAMASIPP.  
LXXIIII  
SANCITA  
VVTATVR.

Ambr. epist. 32.

Socras. lib. 4. cap. 26.  
VALENTINIANI LXXIIII DE DVABVS DVICANDIS Vxoribus.

Zosim. lib. 4. REFELLITVR FALSA OPINIO DE LEGE LATA.

Ammian. lib. 30.

Sallustius de bell. Iugurr. Sueton. in C. Iul. cap. 52.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 7.  
370. 4. VALENTIS

At quomodo non magis iidem scriptores Ethnici pudendum scelus voce præconis in vnaqueque ciuitate Romani Imperij proclamatum fuissent inuectiuis grauissimis insectati: cum non solum id minime fecisse reperiantur; sed contra potius virtutem illam domi forisq. lucentem, perspicuam conspicuamq. omnibus factam; nulla valentem offundi caligine, castitate tanti Principis tanto præconio effèrant, quanto sciam nec antea nec postea quemquam eo nomine ab eis esse laudatum: cum alioqui si talia perpetrasset, turpior videri potuisset Commodus & Heliogabalo, qui licet impurissimi, nunquam tamen huiusmodi facinus pertentassent: Et quidem honestiores illo Valerianus & Gallienus Imperatores<sup>a</sup>, qui suis legibus duas simul habentes vxores notarunt infamia: Quin & Valentiniano puriores ac iustiores dicendi Diocletianus & Maximianus Augusti; qui hæc rescriptisse reperiuntur ad Sebastianum<sup>b</sup>: Neminem; qui sub ditione sit Romani nominis; binas vxores habere posse, vulgo patet: cum etiam in edicto Prætoris huiusmodi viri infamia notati sint. Quam rem competens Iudex inultam esse non patiatur. ] hæc ipsi.

<sup>a</sup> 1. 8. Cod. ad leg. Jul. de adul. 1. 2. C. de Incest. nupt.

At quantum reuera execrabilis fuerit Christianis Principibus eiusmodi polygamia, docuit Theodosius Imperator, qui post Valentinianum cum Gratiano regnauit: nam eiusmodi scelus sic persecutus est, vt correxerit in externis<sup>c</sup>: prohibuit enim Iudæos duas simul habere vxores: quod multo magis emendasset in Christianis, si talibus inuenisset sordibus inquinatos: quorum innumera tunc planè multitudo fuisset, si, quod vult Socrates, Imperator lata per Orbem lege, carnis immunditatis laxasset habenas, immo & nefandæ licentiæ iusto prætextu viam aperuisset: Sed & quem tunc oportuisset concitatum esse per vniuersum Romanum Imperium tumultum, cum abrogata turpi lege à successoribus Imperatoribus, quæ secundo loco ductæ erant vxores, dimittebantur fuissent: cum tamen nulla de his vel leuis memoria habeatur, quod scilicet hæc omnia falso essent asserta.

<sup>c</sup> 1. 7. C. de Incest. nupt.

Sed & quonam modo, quæso, res toto Romano Imperio diffamata, non nisi vni, qui post hæc tempora vixit, innotuit Socrati? ex eo enim ceteri describere, Paulus Diaconus, Zonaras, qui vno eodemque tempore duas Valentinianum tradunt habuisse vxores, atque Nicephorus, & si qui alij, qui inconsultè nimis præuium ducem cæcum secuti sunt. Non hæc Hieronymus, Orosius, non Seuerus, & alij plures Latini, qui his temporibus claruere scriptores, huius ætatis euenta scribentes: neque penes Græcos Sozomenus, vel Theodoretus, qui eiusdem Imperatoris res gestas prosecuti sunt; qui de his ne verbum quidem vel nutum minimum edidit. Plus sanè quàm millies necessitas poposcisset, huius sæculi Latinos Ecclesiasticos tractatores eiusmodi à Valentiniano editæ legis meminisse, Hieronymum, Ambrosium, & Augustinum, cum eos de polygamia frequenter disputare contigerit, & illud Pauli ad Timotheum<sup>d</sup> sæpe sæpius reciprocare: Vnius vxoris virum ] si aliquando edita illa fuisset, cuius quidem apud eos nec vel leuis mentio reperitur: cum alioqui penes Hieronymum<sup>e</sup>, Valentinianum ipsum vt austerum nimis vindicem violatæ castitatis videas in crimen adduci, dum agit de muliere septies icta. Sed & Ammianus<sup>f</sup> fidem facit sub eius Imperio cõplures virgines & nuptas adulterij Romæ esse damnatas. At si cessarent hæc omnia: illud vnum satis ad eiusmodi explodendum commentum. Passurus ne fuisset Damasus Papa, laturive id reliqui Catholicæ communionis Episcopi, à Christiano Imperatore promulgari legem, qua solueretur penitus Christianæ disciplinæ censura: atque hæresis sanciretur? Quorum causa obnitendum erat omnibus, vt generalibus coactis Conciliis, aduersaria decreta ederentur, legarenturque Episcopi, qui velut Ioannes Herodem redarguerent Imperatorem. At de his ne leuis quidè rumusculus: cum alioqui, si vera fuissent: totus commouendus fuisset Catholicus orbis. Cesset igitur de infami lege suspicio, & de duarum simul vxorum coniugio sileat falso asserta calumnia, atque euanescat in auras qui summa leuitate concinnatus & ab aliquibus acceptus est error. Duxit quidem Iustinam, sed post Seueræ prioris vxoris obitum, cuius nulla postea mentio prorsus habetur.

<sup>d</sup> 1. Tim. 3.

<sup>e</sup> Hieron. epist. 49.

<sup>f</sup> Ammianus lib. 28.

Quod rursus ad eiusdem Valentiniani rescripta hoc eodem anno data spectare videtur: laude planè dignum extitit illud, quo iis qui Romam se conferrent liberales disciplinas addiscendi causa, consuluit, eorumque vitæ moribus optimè prospectum voluit. Est autem huiusmodi ad Olybrium iterum Vrbanam præfecturam gerentem<sup>g</sup>:

<sup>g</sup> 1. 1. de stud. libror. Vrbe Romæ C. Theod.

Quicumque ad Urbem discendi cupiditate veniunt: primitus ad magistrum census provincialium Iudicium, à quibus copia est danda veniendi, eiusmodi litteras proferant, vt oppida

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 7.  
370. 4. VALENTIS

A pida hominum & natales & merita expressa teneantur. Deinde, vt in primo statim proficantur introitu, quibus potissimum studiis operam nauare proponant. Tertio, vt hospitia eorum sollicitè censualem norit officium, quo ei rei impertiant curam; quam se afferuerint expetisse. Iidem immineant censuales, vt singuli eorum tales se in conuentibus præbeant, quales esse debent, qui turpem inhonestamque famam, & confociationes, quas proximas putamus esse criminibus, æstiment fugiendas: neve spectacula frequentius adeant, aut appetant vulgo intempestiua conuiuia. Quin etiam tribuimus potestatem, vt si quis de his non ita in Vrbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum dignitas poscat: publicè verberibus affectus statimque nauigio superpositus abiiciatur Vrbe, domumque redeat. His sanè, qui sedulo operam professionibus nauant, vsque ad vigesimum suæ ætatis annum Romæ liceat commorari. Post id verò tempus qui neglexerit sponte remeare, sollicitudine Præfecturæ etiam impurius ad patriam reuertatur. Verum ne hæc perfunctoriè fortasse curentur: præcella sinceritas tua officium censuale commoneat, vt per singulos menses, qui vel vnde veniant, quive sint, pro ratione temporis ad Africam vel ad ceteras prouincias remittendi, Breuibus comprehendat: his dumtaxat exceptis, qui corporatorum sunt oneribus adiuncti. Similes autem Breues etiam ad scriinia manufacturæ nostræ annis singulis dirigantur: quod meritis singulorum, institutionibusque compertis, vtrum quandoque nobis sint necessarij iudicemus Dat. IIII. Id. Mart. Treu. Valentiniano & Valente III. AA. Coss.

ROMANAR  
SCHOLAR  
LEGUM VA  
LENTINIAN  
NEOPTIMI  
INSTITUT  
TAB.

Ad huius planè legis decreta spectat, quod S. Augustinus de se ipso in suis Confessionibus ait<sup>a</sup>: Non ideo Romam pergere volui, quod maiores quæstus, maiorque mihi dignitas ab amicis qui hoc suadebant, promittebantur (quamquam & ista ducebant animum tunc meum) sed illa erat tunc causa maxima & penè sola, quod audiebam quietius ibi studere adolescentem, & ordinatiore disciplinæ coertione sedari, ne in eius scholam, quo magistro non vtuntur, passim & protèrue irruant, nec eos admitti omnino, nisi ille permiserit. Contra apud Carthaginem fœda est & intemperans licentia scholasticorum. Irrumpunt impudenter, & prope furiosa fronte perturbant ordinem, quem quisque discipulis ad proficiendum instituerit. Multa iniuriosa faciunt mira hebetudine, & puniendæ legibus, nisi consuetudo patrona sit, hoc miseres eos ostendens, quo iam, quasi liceat, faciunt, quod per tuam æternam legem nunquam licebit, & impunè se facere arbitrantur, cum ipsa faciendi cæcitate puniantur, & incomparabiliter patiantur peiora quàm faciunt. ] hæc Augustinus: ex cuius quoque sententia atque aliorum, & illud probè prudenterque statuisse visus est Imperator, vt in eisdem scientiis addiscendis operam Romæ nauantes adolescentem nequaquam post annum ætatis vigesimum diuinitur ibidem agere sinerentur, ne scilicet iam liberiores otio torpescerent vrbis irriterentur illecebris. Magno sanè bene ante institutæ vitæ discrimine adolescentem desides Romæ morari, illud Paulini huius quoque temporis viri ordinis Senatorij, postea verò Nolani Episcopi sanctitate clarissimi admonet, cum ad Licentium olim Romæ ab Augustino imbuto rhetoricis facultatibus ita versibus scribit<sup>b</sup>:

Nunc te sollicitat variis malè suada figuris  
Heu validos etiam sternere Roma potens.  
Sed tibi, nate precor, semper Pater Augustinus  
Occurset cunctas Vrbes ad illecebras.  
Illum tanta inter fragilis discrimina vitæ

August. Conf. lib. 5. c. 3. AVGVSTI NVS CVR SE ROMAM CCNTVLT AD DOCENDVM.

E Aspiciens, & habens pectore, tutus eris. ] ista Paulinus in epistola ad Romanianum. Et quidem quod ad hæc spectat (ex eo quod in hæc incidimus) illa de Romana mea sententia est, vt qualem quis eam velit, talem inueniat; instarque sit feracissimi agri, qui quodecumque suscipit semen, illud multiplicato reddit fœnore: adeo vt iniusta plane & inuidiosa appareat esse multorum querela quamuis occasionem captantium de Romana Ecclesia & de ipsa Vrbe quasi omnium vitiorum altrice obtrectandi; cum fortasse Romæ versari, nullum penitus de viris spectata probitate atque litteris egregie excultis, quibus illa abundat, neque de locis delectum habentes, in quas semel incidere cloacas, in iisdem meris, loco impudenter adscribant, quod suæ ipsorum vecordia in primis fuerat tribuendum. Mihi certè de Vrbe illud liceat haud ingrato fateri, quod de Athenis Gregorius Nazianzenus affirmat: nimirum Roma ipsa etsi aliquibus fortasse perniciofa fuerit, mihi certè gemmea, omni que ex parte beata atque proficua semper extitit,

Abud August. epist. 35. ROMA INCANTIS IVVENIBVS DAMNOSA.

ROMAM QVALEM QVIS VULT, TALEM HABEBIT.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 7. 370. 4. VALENTIS

titit, utpote quæ me plenæ pubertatis adolescentulum vagum & infrenem excipiens, A mox sub Christi iugo redactum alumnum quem suscepit, edomuit, sedula magistratorum existens, ac litterarum: ut planè intelligam, quod minùs in vtrisque profecerim facultatibus, mihi cedere culpæ, non Vrbi. At de his hæctenus. Iam quæ anni huius sunt reliqua prosequamur.

Eodem quoque anno pro virginibus, viduis, & pupillis Valentinianus legem sanxit, qua eos à censu plebis exemit: sic enim de his rescriptit ad Viuentium Præfectum Prætorio Galliarum: Nulla vidua, nemo pupillus ex utroque sexu, donec eos ingrediatur annos, qui iam tutoribus, curatoribus, vel publicis non egeant, exactionem plebis agnoscat. Simili deuotione habeantur immunes & si quæ se sacræ legis obsequio perpetuo dedicarunt, nempe moniales. Dat. III. Kalend. Aprilis, Treueris, Valentiniano & Valente III. AA. Coss. ]

Hoc ipso anno à S. Hieronymo basilicæ Apostolorum Constantinopoli dedicatio facta ponitur in Chronico, anno nimirum eorundem Impp. septimo, nisi magis placeat reuocare in annum sequentem, habita ratione eiusdem ordinis numerandi annos (quod attigimus) dictorum Imperatorum.

IESV CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI ANNVS ANNVS VALENTIS IMP. 8. 371. 5.

Annus aduenit Domini trecentimus septuagesimus primus, Consulibus Gratiano secundum atque Anicio Petronio Probo: Quo, Vrsicino schismatico iam (ut dictum est) sæpe damnato, sæpeque veniam consecuto, cum tandem ob eius in scelere pertinaciam Valentinianus Augustus in Gallis eum iussisset exulare, eidem exilij indulgentiam impartiens Imperator, de eo ab exilio relaxando rescriptum dedit ad Ampelium Urbis Præfectum: hoc namque anno Ampelium ipsum Urbanam præfecturam gessisse sub Consulatu secundo Gratiani cum Probo, eiusdem Valentiniani rescriptum ad eundem Ampelium datum, & alia plura quæ habes in margine notata significant. Ad Ampelium igitur Præfectum Urbis de Vrsicini indulgentia idem Valentinianus cum aliis Augustis ita rescriptit:

Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. Ampelio P.V.

Iure mansuetudinis nostræ sensibus vel diuinitus damnatum est, vel tranquillitate naturæ, ne cum delinquentium facinore legum seueritate certemus, ac spe emendationis futuræ mitiorem esse velimus correctionis iniuriam, quam prouocat meritum nostrum, Ampeli patet carissime Augustorum. Dudum Vrsicini inquietudine prouocati, fauentes concordie populi Christiani, quieti etiam Urbis sacratissimæ prouidentes, vno interim loco, intra Gallias dumtaxat, perturbatorem tranquillitatis publicæ statueramus iure cohiberi, scilicet ne applicatione morum latè dissensionis incommodum spargere- tur. Verum naturæ nostræ mansuetudine leuigati, ita memorato abscedendi copiam dedimus, ne ad Urbem Romam, vel certè suburbicarias regiones pedem inferat, neque nequitie suæ contagionem conetur infundere.

Id etiam de ceteris erroris sui confortibus, Gaudentio videlicet, Vrso, Rufo, Auxanone, Auxanio, Adiedo, & Rufino sancimus: ut quos nequitie similitudo complectitur, eosdem etiam conditio emendationis astringat. Quod si quispiam ex memoratis sacrilega intentione statutum mansuetudinis nostræ transgrediendum putauerit: non iam ut Christianus, sed ut legum ac religionis ratione seclusus, seueritatem publicæ animaduersionis agnoscat. De hac autem eadem obseruantia ad Maximinum Vicarium Urbis Romæ dedisse nos conducibilem iussionem, etiam censuræ tuæ volumus innotescere. Quo circa memoratorum personas ab his qui Reipublicæ nostræ præsidet, procliuor statutis executio deferatur: maiorque sit eorum moderatio, quam qualitatem morum suorum ad multorum sæcula senserint pertinere. ] hucusque ad Ampelium. Ad Maximinum autem sic:

Idem AAA. Maximino Vicario Urbis Romæ.

Est istud diuinitus institutum mansuetudinis nostræ, ut et si morum emendatio in hominum vita sufficiat, nunquam tamen ab indulgendi studio & voluntate cessemus; mitioremque

1. 6. de Cons. C. Theod. QVIBVS CAPITATIONIS CENSVS RELAXATVR.

VRSICINI SCHISMATICI IN GALLIAS RELEGATIO. 1. 3. de dimissionatione Cod. Theod. 1. 1. de natur. fil. C. Theod. 1. 2. de Curs. pub. C. Theod. 1. 1. de equis curul. C. Theod. 1. 10. de male. fi. C. Theod. 1. 21. de Episc. & cleric. Cod. Theod. RESCRIPTVM IN DYLGEN- TIAE AD AMPELIUM. Ex Cod. Vat. Episc. Rom. Pont.

RESCRIPTVM EIVS- DEM AD MAXIMINVM.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 8. 371. 5. VALENTIS

tioremque esse cupiamus correctionis iniuriam, quam prouocant merita delinquentium. Ex quo oritur ut Vrsicino, quem propter quietem populi Christiani, & debitam religioni ac legibus disciplinam, vno interim loco morari intra Gallias iusseramus, discedendi copiam fecerimus sub ea conditione, ne vagandi arbitrium præberemus, neve ad Urbem Romam, vel regiones suburbicarias valeat commanere. Qui si ingrata pertinacia statutum mansuetudinis nostræ egrediendum putauerit: eundem non iam ut Christianum, quippe quem à communione religionis mentis inquietudo determinat, sed ut hominem factiosum, perturbatoremque publicæ tranquillitatis, legum & religionis inimicum iuris seueritas persequatur, Maximine carissime ac iucundissime.

Sinceritas igitur tua, iussionis nostræ serie debita veneratione probata, singularum vrbium atque regionum, quibus temporariè præest, primores atque incolas propria scriptio conueniat, quatenus sciant ita memorato egrediendi terminos circumscriptos vna cum inquietudinis suæ erroris confortibus Gaudentio, Vrso, Rufo, Auxanone, Auxanio, necnon Rufino licentiam præbitam, ut ab interdictis locis incessum intelligant abstinentium. Sic enim mansuetudinis nostræ indulgentiam temperamus, ne occasione præstita, vicinitate inquietorum, ad aliquam forsitan vociferationem religiosi populi studia prouocemus. ] hæc ad Maximinum. Excepimus ambo hæc rescripta ex citato superius codice Vaticano: & licet eiusdem argumenti eisdem fermè verbis concepta sint, venerandæ tantem antiquitatis ergo ad verbum voluimus descripsisse. Et quamuis careant die ac Consule, quos fortasse imperitus librarius putauit esse superfluos: tamen ex certa huius anni Ampelij præfectura, hoc eodem anno data esse, satis apparet.

At quid post hæc proscripti semel atque iterum legibus Ecclesiasticis atque Imperatoriis peridi in incertum vagantes, errantesque & in errorem ducentes schismatici? Nihil sane, dum vixit Valentinianus, reperimus innouasse: eo autem vita functo, & Valentiniano iuniore cum Gratiano imperante, iterum maiores mouisse turbas, & excitasse tumultus, rescripta dictorum Principum, quæ suo loco descripturi sumus, aperient. Quod verò pertinet ad nominatos in rescriptis socios Vrsicini, Marcellinus presbyter recenset Lupum quemdam & Amantium, additque omnes tunc diaconos Vrsicinum sectatos esse, quos, id enixius postulante plebe, sequenti anno, decimo octauo Kalend. Octobris restitutos fuisse tradit. At Vrsicini affectas vna cum eo non semel, sed sæpius pulsos esse, recitata Valentiniani rescripta docent.

Hoc eodem anno ad eundem Ampelium præfecturam Urbanam agentem, sub iisdem Consulibus, datum est ab iisdem Augustis rescriptum aduersus Senatores maleficij accusatos. Est apud Ammianum mentio de iisdem Ampelio Præfecto & Maximino Vicario simul iudicantibus, & de Senatoribus maleficiorum insinulatis seueras quæstiones exercentibus. Accidit namque, ut quidam ex Senatoribus, qui in gratiam Imperatorum potius quam ex animi sui sententia religionem Christianam amplexi fuerant, haud ita dignè ut par erat, eam colerent, sed pristinis idololatriæ vrbibus adhuc tenerentur impliciti, atque aruspiciæ ad diuinationem, aliisque dæmonum inuocationibus essent intenti: quos seueritas Imperatoris inuigilans Maximino omnium Iudicium crudelissimo (ut Ammianus ait) puniendos tradidit. Sed & S. Hieronymus in Chronico hoc anno octauo Valentiniani Imperatoris hæc habet: Maximinus Præfectus annonæ, maleficos ab Imperatore inuestigare iussus, plurimos Romæ nobilium occidit. ] At de his Ammianus pluribus, nosque alias supra attigimus.

Quod autem ad rerum Orientalis Ecclesiæ deploratissimum statum pertinet: maximis vndique fluctibus agitatam fuisse liquet, adeo ut illud Propheticum lugubre tunc occinere licuisset: Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorrhæ similes fuisset ] nempe penitus deleti atque consumpti. Diuina enim factum est prouidentia, ut post tot tantaque naufragia Orientalium Ecclesiarum, liberi relinquerentur duo illi Magni, qui videbantur esse columnæ, Athanasius, inquam, atque Basilius: quorum labores his temporibus pro Dei Ecclesia toleratos narrare quisnam vnquam pro dignitate sufficere? Nos autem per pauca quædam ex ipsorum scriptis elicitæ, è quibus reliqua possint intelligi, quæ temporum deleuit obliuio, in medium adducemus. Ac in primis in memoriâ reuocanda, quæ de S. Basilio iteratis litteris ab Athanasio auxilium implorante superius dicta sunt. Interpellatus itaque à Basilio Athanasius pro Ecclesia Antiochena, aliisque aliarum Ecclesiarum ærumnis, misit Petrum Ecclesiæ

SCHISMATICI AD TEMPVS TANTVM QUIERUNT.

1. 10. de malefic. C. Theod. Ammianus lib. 28. SENATORES MAGICIS INTENTE DIRIVATI.

ATHANASII AC BASILII LABORES PRO ECCLESIA.

clefæ Alexandrinæ clericum (quem puto illum qui ei in sede Alexandrina successit Episcopus) ut lustraret Ecclesias, eisdemque penè prostratis, quas valeret suppetias ferret. De eiusmodi enim Petri legatione ab Athanasio missa meminit ipse Basilius ad eundem Athanasium sic scribens:

<sup>a</sup> Basil. epist. 11.

Quam de dignitate tua iam olim concepimus opinionem, ipsam semper ipse temporis progressus corroborat, immò & adauget accessionibus eorum, quæ per partes contigerunt. Quoniam aliorum quam plurimis satis habetur, si sibi ipsi quisque circumspiciat: at tibi istud haud satisfacit; sed tantam geris omnium Ecclesiarum curam, quantam eius quæ tibi peculiariter à Domino nostro credita est: ita ut nullo non tempore de sacris edifieras, admoneas, scribas, frequenterque mittas aliquos, qui vndelibet, quid optimum sit, admoneant. Et iam quoque è sacro cleri tui cœtu missum veneradissimum fratrem Petrum multo cum gaudio excepimus, bonumque peregrinationis ipsius laborem probauimus, quem iuxta dignitatis tuæ mandata executum se esse ostendit, conciliatis quæ erant contraria, ac coniunctis quæ erant diuisa. ] hæcenus de legatione Petri Orientis Ecclesiis admodum proficua atque opportuna Basilius.

PETRI ALEXANDRINI AD ORIENTALES ECCLESIAS AB ATHANASIO LEGATIO.

Ceterum etsi magno fuerit adiumento eiusmodi ab Athanasio in Orientem missa legatio: tamen quòd immensa cladi maximaque ruina impares vires Athanasij visæ essent, requiri necessariò videbatur Pontificis omnium maximi, nempe Episcopi Romani subsidium, à quo dirigerentur Legati in Orientem, qui nutantia roborarent, prostrata erigerent, atque collapsa penitus edificarent. Quòd quidem licet ipse Basilius generalibus ad Occidentales datis litteris anno superiore (ut diximus) curauisset, missò in Occidentem Dorotheo presbytero vnà cum Probo Sanctesimo pro ceteris Orientis Orthodoxis Episcopis eadem legatione fungente: tamen id etiam per Athanasium agi rogat; eaque de causa Dorotheum alium nomine, Antiochenæ Ecclesiæ diaconum, ad ipsum mittit; & quid agere debeat, iisdem litteris admonet, cum hæc subdit: Vnde & nos ad rerum istarum studium non nihil conferre cum voluissimus, accommodatissimum rebus istis initium fore arbitrati sumus, si veluti ad omnium nostrum verticem, ad tuam integritatem refugiamus, teque & consultore & rerum gerendarum duce ac principe vtamur. Hac de causa & fratrem nostrum Dorotheum eius Ecclesiæ, quæ sub colendissimo Episcopo Meletio est, diaconum bono circa rectam fidem zelo vsu, cupientemque & ipsam Ecclesiarum videre pacem, ad pietatem tuam remissi, ut consiliis tuis obsequentem (quæ in illo & tempore, & rerum experientia, & quod spiritu consilij reliquos excellis, certiora reddere potest) ita rebus agendis ac prosequendis admoueas: quem absque dubio suscipies, oculisque pacificis aspicias, confortans ipsum precum tuarum auxilio, instituentisque in litteris: immò & quibusdam illic tuorum studiosis adiunctum ad propositum duces. ] hæc ipse de legatione Dorothei diaconi. quibus subdit:

DE LEGATIONE MITTENDA AD OCCIDENTALES.

<sup>b</sup> Basil. epist. 52.

Visum est autem mihi consentaneum, ut scribatur Episcopo Romæ, ut quæ hic geruntur consideret, detque consilium. Et quoniam difficile est, ut communi ac Synodico decreto aliqui illinc mittantur: ipse sua auctoritate in ista causa vsus, viros eligat ad frenandas quidem itineris molestias idoneos, verum iuxta ad hoc quoque accommodatos, ut mansuetudine & facilitate ingenij eos qui distorti & obliqui apud nos sunt, corrigant, aptè ac dispensatoriè sermonem attemperantes; omniaque secum habentes, quæ Arimini ad necessariam solutionem gestorum illic facta sunt. Et hoc nemine sciente, absque strepitu tacitè per mare ad eos qui hic sunt vadant: ne qui pacis sunt inimici, aduentum ipsorum pertentiscant. Quæritur autem & hoc à nonnullis illic, quod & nobis videtur necessarium: ut Marcelli hæresim illi, cum venerint, tamquam malam ac nociuam & à sana fide alienam exterminent. Quoniam ad hunc vsque diem in omnibus quas scribunt litteris, pessimè audientem quidem Arium sursum ac deorsum versantes anathematizare atque ex Ecclesiis exterminare non cessant: Marcellum verò, qui ex diametro respondentem Ario impietatem attulit, atque contra eandem Vnigeniti diuinitatisque essentiam impiè egit, Verbi que appellationem malè vsurpauit, ne semel quidem accusare videntur: qui Verbum quidem Vnigenitum vocari tradit ratione ministerij ac dispensationis, & quatenus in tempore natus, prodit: ceterum ad eum vnde egressus erat, reuersum, nec ante egressum fuisse, nec post regressum subsistere. Et huius quidem experimentum ac demonstrationem reconditi apud me iniquæ illius syngraphæ libri continent.

DE VARIETATE SENTENTIA ROMANO PONTIFICIS.

Attamen

Attamen istum nequaquam reprobare visi sunt, & per hæc culpandi veniunt, ut qui ab initio illum per ignorantiam veritatis in Ecclesiasticam etiam communionem receperint. Igitur & illius decenter fieri mentionem, præsentia negotia exposcunt. Itaque ne occasionem habeant qui occasionem quærunt, ex eo quod sanctitati tuæ coniunguntur qui fide sani sunt, manifestandi sunt omnibus qui ad veram fidem claudicant: & ut post hæc agnoscamus consentientes, & non perinde atque in nocturna pugna inter amicos & inimicos sine discrimine versetur. Tantum adhortare, ut mox cum prima quaque nauigatione prædictus diaconus mittatur: ut sequenti anno fieri queant, quorum & ipse videlicet curam habes: & cum qui mittendi sunt, volente Deo aduenierint, non inferant Ecclesiis schismata, sed magis idem sentientes, quouis modo ad vnitatem pertrahant, etiam si quosdam inuenerint qui peculiaria quædam dissidij inter se argumeta præferant; ne populum Orthodoxum à præpositis suis separent, inque multas partes diuidant. Curandum est enim, ut paci posthabeantur omnia, & cum primis Antiochenæ Ecclesiæ medeatur; ne in illa sincera pars imbecillis facta, personarum respectu scindatur. Tu verò tandem hæc omnia magis ipse quam nos curabis: quandoquidem (quod & auxiliante Deo precor) intelligis omnes tibi, qui Ecclesiarum statum concernunt, permittere & commendare. ] hæcenus Basilius de legatione Romam mittenda, & Roma postea ad Orientalem Ecclesiam deleganda.

Ceterum quod spectat ad causam Ecclesiæ Antiochenæ schismate afflictæ Meletij atque Paulini, de quibus pluribus dictum est; Basilius aduersus Paulinum studuisse Meletio, alia ipsius ad eundem data litteræ per ipsum Dorotheum diaconum satis ostendunt, quæ sunt huiusmodi: Mihi quidem superioribus ad dignitatem tuam litteris sufficere videbatur, si tantum ostenderem, quod populi sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ circa fidem robur ad vnam oporteat concordiam & vnitatem conciliari, ut declaretur quod piensissimo Episcopo Meletio opus sit, quæ iam in plures partes dissecta sunt coadunare. ] quot enim illic sectæ, tot etiam Episcopi eisdem præfecti erant, nempe Arianis Euzois, Apollinaristis Vitalis, Meletius verò atque Paulinus Catholicis schismate inter se diuisis: quos in vnum conciliandos esse Meletio, Basilius eidem fauens existimauit: qui ut in suam sententiam Athanasium quoque traheret, hæc de eodem Meletio subdit:

BASILIIUS TVETVR CAUSAM MELETII CONTRA PAULINVM

Quoniam verò ipse hic dilectus syndiaconus noster Dorotheus dilucidiorum de rebus istis tibi memoriam quæsiuit: necessario subscripsimus, quoniam & in vniuerso Orienti per preces id agitur, & nobis qui quouis modo illi cõiuncti sumus, ut desiderabilem hunc virum Ecclesia videat adhaerentem Domino, & fide irreprehensibilem & vita: cui & reliqui nulla ratione comparari queant; & ut vniuerso (ut ita dicam) Ecclesiæ corpori ipse præsit: reliquæ verò sunt tamquam defectæ particule. igitur vndique & necessarium pariter est & frugiferum isti viro, ut reliqui, perinde atque magnis fluuiis minores, concilientur. ] hæc Basilius, commendans Athanasij in fide Catholica tuenda studium & vigilantiam, quibus ut in vniuersa Ecclesia recta fides firma perstaret, neruis omnibus contendebat, non quidem quod vniuersalis Ecclesiæ idem Athanasius Episcopum ageret, quem ad tantam rem auxilio indignis Romani Pontificis, tum superioribus litteris, tum aliis postea datis apertissime declarauit.

Idemque Basilius ad Meletium ipsum scribens, de eadem Dorothei diaconi ad Romanum Pontificem legatione reddidit cum certiore his verbis:

<sup>b</sup> Basil. epist. 57.

Decretum est, ut hic ipse frater noster Dorotheus syndiaconus Romamque proficiscatur, & permoueat quosdam ex Italia, ut nos inuisant: idque per mare, quo eos effugiant, à quibus possent impediri. Intellexi enim, eos qui apud rerum dominos potentes sunt, nihil neque velle illis, neque posse de causa eiectorum suggerere, sed hoc lucro deputare, si nihil in Ecclesiis peius geri videatur. Igitur si & prudentiæ tuæ consilium nostrum vtile visum fuerit: dignabere & epistolas formare, & monita dare, de quibus oporteat ipsum narrare, & ad quos, & quando, ut fidem habeant litteræ & auctoritatem, comprehendentes simul non admodum consentientes, etiam si non adsint. ] hæc ad Meletium Basilius. Qui etiam antea egerat de his cum sanctissimo illo confessore Eusebio Samosateno, cuius quoque consilio illud decretum esset, ut litteræ ad Occidentalem Ecclesiam mittendæ à se scriberentur, subscriberentur verò ab aliis Episcopis Orthodoxis: significat enim hæc omnia Basilius, ad eundem Meletium ita scribens: Litteras accepi à piensissimo Eusebio Episcopo, quibus mandatur, ut Occidentalibus iterum de quibusdam

MELETIVS SCRIBIT LITTERAS AD OCCIDENTALES.

<sup>c</sup> Basil. epist. 58.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 8.  
371. 5. VALENTIS

busdam rebus Ecclesiasticis scribatur. Et voluit quidem, ut à nobis scriberetur epistola, ab omnibus verò consentientibus subscribatur. Quoniam igitur non inueni quo modo de quibus ille præcepit ut scriberem, commentarium pietati tuæ misi, &c.] extant ipsæ litteræ à Meletio quidem scriptæ, utpote primario totius Orientis Antistite, subscriptæ verò ab aliis Orthodoxis Episcopis, quas direxerunt per Sabinum in Occidentem, qui vnà cum Dorotheo Basilij Legato profectus est.

Porro in dictis Meletij & collegarum Orthodoxorum litteris, sicut nonnisi Meletij, Eusebij, & Basilij nomina sunt expressa, reliqua verò breuitatis causa prætermissa esse in inscriptione videntur: ita & nomen Romani Pontificis desideratur, ad quem primò directas fuisse Romam, quæ dicta sunt nuper, satis ostendunt: sic enim se habent:

<sup>a</sup> Basil. epist.  
62.

Italis & Gallis, Deo dilectissimis ac sanctissimis fratribus & coadiutoribus in Italia & Gallia vnanimis & concordibus Episcopis, Meletius, Eusebius, Basilius in Domino salutē.

EPISTOLA  
MELETII  
ET ALIO-  
RUM OR-  
THODOXO-  
RUM AD OC-  
CIDENTA-  
LES.

Sæpè etiam suspirium ex alto cordis editum, solatium aliquod animis indolentibus affert, atque lacrymæ erumpentes afflictionis copiam discutunt. Nobis autem, quod affectus nostros vobis aperimus, non tantum solatij experimur, quantum gemitus & lacrymæ exhibent. Verum quænam nos spes etiam melior fouet. Nam forsàn si vobis ea quæ molesta sunt, nunciemus, incitabimus vos ad nostrum auxilium, quod iam dudum à vobis pro Orientalibus Ecclesiis expectauimus, sed nondum sumus assecuti, Deo planè nostra gubernante secundum inuisibilia eius iudicia, qui nos longiori tempore his infestari tentationibus voluit. Non enim ignoratis nostra negotia, fratres honore præcipuo digni, ut quæ extremi Orbis fines auditu perceperint: neque omnino alienos ab affectu fratrum vnanimium vos autumo, cum sitis discipuli Apostoli docentis perfectionem legis esse proximi dilectionem. Sed verum quod diximus, iustum Dei iudicium impetum vestrum cohibuit, qui pro peccatis æquam afflictionem instituerit.

Atqui nunc vos adhortamur, ut veritatis zelo incumbatis, & nostrum condolentia, vbi didiceritis etiam quæ antehac vos latuerunt, à pio fratre nostro Sabino coadiutore, qui vobis poterit etiam quæ in epistolis non comprehensa sunt, commemorare: per quem, inquam, virum adhortamur vos, ut viscera miserationis induatis, omnique deposita se-gnitie dilectionis studium recipiatis, neque viæ longitudinem, neque domus negotia, neque aliud quid humanum causemini. Neque enim vna Ecclesia, neque duæ vel tres in grauem hanc tempestatem ilapsæ periclitantur: sed à finibus Illyrici ad Thebaidem vsque hæreseos malum depascitur: cuius praua semina prius quidem auspiciatus Arius sparsit, radicatus autem fixa à multis in medio viris impietatem studiosè colentibus, nunc perniciosos fructus generarunt. Euerse sunt pietatis doctrinæ, confusa solutaque pietatis vincula: dominandi libido eorum qui non timent Dominum, præfecturas inuasit, & ex pro-patulo præmium impietatis præfectura proposita est. Qui in grauiorem blasphemiam relapsus est, is in populi Episcopatum præ aliis eligitur.

MISERAN-  
DVS STATVS  
ORIENTA-  
LIS ECCLIE-  
SIÆ.

Periit grauitas Pontificum, pastores cum scientia gregem Domini reliquerunt, dum Præfecti distributiones pauperum in proprios vsus donaque semper insumunt. Canonum exacta obseruatio pessum iuit: multa peccandi libertas patet. Nam qui fauore humano ad præfecturam deueniunt, eodem ipso fauoris gratiam implent. Iustum iudicium perit: quisque cordis sui desiderio ambulat: malitia immodica, populi immorigeri: præfecti non liberè loquuntur: nam qui per homines potestatem acquisiuerunt, serui sunt eorum, quorum fauore adiuti sunt. Iam enim arma belli inuicem (vltio videlicet sanæ doctrinæ) excogitantur, & priuatas inimicitias occultantes, pro pietate odium gerere as-

FRAEF-  
CIVKAE EC-  
CLESTASTI-  
CÆ COLLA-  
TAE INDI-  
GNISSIMIS.

simulant. Alij verò ob turpissima reprehensionem à se declinantes, populum in contentione accendunt, ut communibus malis sua vitia adumbrēt, abscondantque. Quare etiam bellum hoc praua operantium irritum est, dum communem pacem tamquam occultam ipsorum ignominiam detegentem fugiunt. Ob hæc ridet infideles, imbecilles fluctuant, fides in ambiguo est, ignorantia animis offunditur, quod adulterantes verbū in malitia veritate videantur imitari. Taceo enim impiorū ora. Omnis blasphemia lingua soluta est: profanata sunt sacra: ex populo qui sanæ mētis sunt, deprecatorias domos, siue oratoria fugiūt, tamquā impietatis scholas: in solitudine verò ad cælestē Dominū eū suspiriis & lacrymis manus attollunt. Ceterum ad nos quoque venerūt, quæ in pluribus ciuitatibus gesta sunt. Populus cum mulieribus & pueris ipsisque senibus ante portas effusus, sub dio preces fundunt, omnes aëris iniurias eū magno animo sustinentes, & auxiliū à Domino expectantes.

Quæ

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 8.  
371. 5. VALENTIS

A Quæ deploratio his calamitatibus digna aut par esse possit: quales lachrymarum fontes his malis sufficient? Quamdiu igitur stare quidem adhuc videntur, tamdiu adhuc vestigium veteris status præseruatur, priusquam consummatum Ecclesiis naufragium eueniat. Præfens instat iam nobis; instat, inquam, integerrimi fratres: porrigite manus, genua inclinate: commoueantur in vobis fraterna vestra viscera: profundatis lachrymas condolentia, & non negligite dimidium Orbis ab erroribus absorptum: non finite extinguere fidem apud quos primum illuxit. Quid igitur facientes rebus occurretis, & quo modo erga oppressos condolentiam ostendetis: id à nobis nequaquam vos discere oportebit, sed Spiritus ipse sanctus vobis suppediet, nimirum ut citò auxilium præstetis, quo comprehensos seruetis incolumes, & qui ad sunt fratres complures. Nam peregrinantes Synodi existunt supplementum, ut non solum ex Legatorum grauitate, sed etiam proprio numero ad instaurationem fidei fiduciam habeant: qui etiam in Nicæa scriptam à Patribus vestris fidem renouabunt, & hæresim funditus extirpabunt, & Ecclesiis pacifica prædicabunt, eos qui non idem sentiunt, in concordiam ducentes.

DEPLORA-  
TVS STATVS  
ORIENTA-  
LIS ECCLIE-  
SIÆ.

Hoc enim nimirum omnium miserimum est, quod & pars quæ sanioris doctrinæ esse videtur, inuicem diuisa est: & circumstant nos persimiles afflictiones iis sanè, quæ in Vespasiani obsidione vrbi Hierusalem acciderunt. Huius siquidem populus simul externo bello occupabatur, & simul intestina obsidione eiusdem tribus consumebatur. Nobis autem præter apertum hæreticorum bellum, adhuc etiam ille qui ab vnanimis doctrina existimatis dissidet, ad extremam imbecillitatem Ecclesiæ deduxit: propter quæ à vobis potissimum desideramus, ut qui Apostolicam fidem profitentur, schismatibus quæ nouerint dissolutis, deinceps auctoritati Ecclesiæ subiiciantur, ut sacrum Christi corpus fiant, omnibus membris ad integritatem redactis. At non solum aliorum bona laudibus extollamus, quod nunc facimus, sed & nostras quoque ipsorum Ecclesias inspiciamus, veterem integræ doctrinæ gloriam adeptas. Absque dubitatione enim summa laude dignum iudico, quod vobis à Domino concessum est, ut fucatum à probato puroque discernatis, Patrum autem fidem sine vlla præuaricatione prædicetis, quam & nos suscepimus, cognouimusque ex Apostolicis characteribus formatam, coniuncti quoque ipsi & omnibus quæ Synodi scriptura regulariter & legitime sunt instituta.] hucusque Meletij & collegarum epistolola, cui subscripserunt reliqui Orthodoxi Orientales Episcopi: nam de ipsis hac Meletium ipse Basilius ante monuerat his verbis: Itaque, si videtur epistolola ad Orientales necessarium quid complecti, postquam eam fide dignam scripseris, ad nos trans mitte, ut curemus ab omnibus consentientibus subscribi: & charta quam efformaris, locum habeat subscriptionibus accommodatum, quam coniungere possimus ei, quæ à fratre symprebytero circumfertur.]

CATHOLI-  
CI INTER  
SE SCISSI.

Præter has litteras erat iisdem annexus libellus petitionum, quo explicabatur quid vellent iudem Orientales præstari ab Occidentalibus: quo à Meletio misso, atque à Basilio perspecto, quid amplius illi esset addendum, sic Basilius admonet eadem epistolola: Ego siquidem quoniam causæ summam in commentario inueni] sic enim libellum nominat, quod & alij Breue dixere, Indiculum verò alij: & paulò post: Illud verò mihi argumentum velut intactum adhuc esse, locumque dare scribendi visum est; admonere illos ne sine diffinitione quorumvis communionem ex Oriente venientium accipiant; sed vna semel electa parte reliquos ex consentientium testimonio admittant, & non cuius sub prætextu Orthodoxæ doctrinæ fidei formulam scribenti astipulentur. Nam isto pactoprehenduntur cum aduersariis facientes, qui eadem sæpenuero verba prætexunt quidem, inter se verò pugnant, ut qui plurimum diuisi dissidentesque fuere. Ne igitur amplius hæreses eorum qui inter se mutuo dissident, per ipsorum scripta, quæ prætexere & obii-cere solent, incautos seducant: admonendi sunt, ut arcanas accedentium communionem & scriptis iuxta formam Ecclesiasticam comprehensas faciant.]

\* syndiaco-  
no

LIBELLVS  
PETITION-  
VM IN-  
CTIS LITTE-  
RIS.

Hæc Basilus scribens, caueri cupit ab ipso Romano Pontifice damnum illud, quod sub Liberio illatum est Ecclesiæ Orientali, cum recepisset Eustachium Sebastēnū & collegas, eosdemque omnes hæreticos, sed dolosè professos Nicænam fidem: nam illi in Orientem reuersi, quasi auctoritate Romani Pontificis roborati, hæresim, quam fouebant, liberius prædicarunt. Optat igitur S. Basilus non communicandum facile omnibus ex Oriente Romam accedentibus, etiam si viderentur profiteri Catholicam fidem, nisi secum litteras afferrent partis illius, quam Pontifex ipse probarit: nec eosdem recipi debere, nec item

BASILII  
ADMONI-  
TIO VNDE-

dimitti sine arcanis litteris, nempe Formatis. Porro eodem petitionum libello contenta A esse ea quoque capita, quorum meminit litteris ad Athanasium scriptis, existimamus.

Scriptis & tunc suas priuatim Basilius litteras, quas perferendas tradidit eidem fratri nominato Dorotheo: sed sicut præstabat ceteris in scribendo Basilius, ita eisdem litteris eloquentius atque neruosius calamitosus Orientalis Ecclesiæ status ab ipso describitur: quas, ut exactissima tantæ legationis cognitio habeatur, & quo loco repositæ essent hoc tempore res Orientalis Ecclesiæ, plenius intelligatur, hic intexere operæpretium existimamus. sunt verò huiusmodi:

Basili. epist. 70.

BASILIE GATIO ET LITTERAR AD OCCIDENTALES.

Dominus noster Iesus Christus, quoniam omnem Ecclesiam Dei suum ipsius corpus nominari sustinuit, & vnumquemque nostrum alterius esse membrum declarauit, dedit quoque nobis, ut erga omnes iuxta membrorum consensum amicè simus affecti. Quapropter etiam si habitationibus sumus alter ab altero quàm longissimè distiti ac dirempti, ratione tamen coniunctionis huius, propinqui sumus inticem. Quoniam igitur pedibus caput dicere non potest, Non estis mihi necessarii: planè neque vos amicitiam nobis renunciare sustinebitis: sed tantum vos ad commiserationem mouebunt afflictiones nostræ, quibus propter peccata nostra traditi sumus, quantum nobis congratulationis affert, quòd in pace quam vobis largitus est Dominus, celebres estis. Hac itaque ratione & nunc & aliàs dilectionem vestram voce lugubri opplorauimus, ut nostræ miseriz condoleatis ac succurratis. Verum planè prohibiti estis, ne ad iuuandum nos excitaremini: propterea quòd vltio diuina, qua castigandi eramus, nondum esset impleta. Nam hoc potissimum est, quod requirimus, ut ipsi quoque Imperatori per vestram pietatem innotescat Orbis nostri perturbatio confusioque. Hoc si factu difficile fuerit, ut vel aliqui vestrum ad visendum & consolandum afflictos veniant, qui ipsis oculis aspiciant calamitatem Orientis, quæ auditu percipi nequit, propterea quod nullo vobis sermone res nostras dilucidè exprimere possumus.

PERSECUTORIA NOMINATA CERISSIMA.

Persecutio nos apprehendit, fratres colendissimi, persecutionum omnium grauissima. Abiguntur enim pastores, ut greges dispergantur: & quod omnium est durissimum, neque qui affliguntur per martyrij certitudinem illatas passiones tolerant, neque plebs martyrum loco athletas habet ac veneratur, propterea quod Christianorum nomine tecti sunt persecutores. Vnum iam crimen est, quod vehementer punitur, si paternas quis traditiones diligenter obseruet. Ob hanc causam paternis sedibus abiguntur pij, & ad solitudines migrare coguntur. Nulla est apud Iudices iniquos cani capitis reuerentia: non iam vlla conspicitur religiosæ pietatis exercitatio: nulla conuersationis initur ratio, quæ ad Euangelij normam ab adolescentia ad senectam vsque legitime perficiatur. Sed cum nemo sceleratus sine certis iudiciis condemnetur: Episcopi sola intercedente calumnia damnantur, & nulla euidenti probatione assertis ac corroboratis criminationibus, suppliciis traduntur. Nonnulli ne nouerunt quidem accusatores suos, neque tribunalia viderunt, neque delati sunt primum; sed nocte intempesta abrepti, in exilium fugati sunt, solitudinis calamitatibus ad mortem vsque traditi.

LYONENSIS FACIES ORIENTALIS ECCLESIAE.

Quæ verò ista concomitentur, neminem latent, etiam si nos sileamus: exilia presbyterorum, exilia diaconorum, totiusque cleri depopulationes: necesse enim est, vel adorare imaginem, vel sæuæ flagitiosorum flammæ tradi. Gemitus plebis, lachymæ continuæ, & per singulas domos, & publicè omnibus quæ patiuntur inter se complorantibus. Nemo enim corde est aded vsque lapideo, ut patre priuatus placidè ferat se orphanum. Somnitus lamentantium in ciuitate, sonitus in agris, in viis, in solitudinibus: vox vna omnium miseranda ac trista loquentium. Sublatum est gaudium & lætitia spiritualis: in luctum mutatae sunt festiuitates nostræ. Domus precationum clausæ sunt: altaria cultu spirituali vacant: nulli amplius Christianorum cœtus: nulla amplius doctorum præsentia: cessarunt doctrinæ salutares: cessarunt panegyres ac festiui conuentus publicique: hymnodia nocturnæ non habentur: neque superest beata illa exultatio, qua Domino credentium animæ in synaxi ac communionem spiritualium charismatum exhilarantur.

Nobis autem dicere licet, quod in hoc tempore sit neque Princeps, neque propheta, neque præses, neque oblatio, neque incensum, neque locus vbi coram Domino possit offerri sacrificium, ac misericordia acquiri. Hæc scientibus scribuntur, propterea quod nulla Orbis pars est, quæ calamitates nostras ignoret. Quare non putabitis, quod ista vobis docendi vel admonendæ diligentia vestra gratia loquamur: nouimus enim quod nostri

A nostri numquam sitis obliti, non minus quàm mater filiorum vteri sui. Sed quemadmodum qui dolore aliquo occupantur, per gemitus solent releuare marorem; ita & nos facimus: Vt inæstimate grauitatem non nihil reiiciamus, multiformes nostras calamitates vestrae dilectioni narramus, si quo pacto ad præcandum pro nobis aliquanto feruentius per moti, impetretis à Domino, ut nobis placatus concilietur.

Quòd si hæc tribulationes nos solos pressissent: visum nobis vtiq; fuisset, & silentio has obtegere, & de afflictionibus pro Christo illatis gloriari: quoniam præsentis temporis afflictiones non sunt pares ad gloriam quæ futura est, ut reueletur in nobis. Nunc autem mœrimus, ne quandoque malum hoc acceptis viribus, instar flammæ per accensam & ardentem materiam serpentis, seseq; effundentis, si quæ vicina sunt corripuerit & absumpserit, corripiat & remotiora. Hoc enim hæreseos malum cuncta depascitur, ac periculum est; ne vastatis nostris Ecclesijs, & ad sanam incolatus vestri partem serpat. Nos enim forsitan primi quidem propter exuperans peccatum nostrum crudis istis hostium Christi dentibus, ut absumamur, sumus obiecti. Fortassis autem (quod vero propius est) quoniam à nostris locis exortum Euangelium regni in rotum Orbem egressum est; hac ratione communis animarum nostrarum hostis defectionis quoque seminaria, quæ in eisdem nostris locis initium ceperunt, in vniuersum Orbem transmittere contendit: nam quibus illuxit cognitionis Christi lumen, super eosdem & impietatis tenebras inducere cogitat.

Afflictiones itaque nostras, vestras reputate, tamquam germani Domini discipuli. Non impugnamur propter pecunias, non propter gloriæ splendorem, non propter aliquid aliud rerum temporalium: sed propter communem thesaurum, propter hereditatem paternam, propter sanam fidem in certaminis procinctu consistimus arrecti. Lugete nobiscum, & fratres amantes. Occlusa namque apud nos sunt piorum ora, reserata verò est quælibet audax blasphemiaque lingua eorum qui aduersus Deum loquuntur iniustitiam: columnæ & stabilimentum veritatis dissipantur. Nos, qui tenuitatis gratia despiciuntur, fiducia loquendi destituti sumus. Ipsi, quæso, & pro isto populo decertatore, & non vestra tantum spectate; quoniam ad portus appulistis tranquillos per gratiam Dei, quæ vos à turbine malorum spirituum protegit: sed & Ecclesijs illis, quæ per tempestatem iactantur, manus porrigite, ne quando omni prorsus destituta auxilio, fidè naufragium patientur. Ingemiscite nostri gratia. Nam vnigenitus blasphematur, & nemo est qui contradicat: Spiritus sanctus dehonestatur, & qui reprehendere posset, fugatur. Error multorum deorum obtinuit: magnas apud illos Deus est paruus: Filius non naturæ nomen, sed honoris appellatio reputatur: Spiritus sanctus nec ad sanctæ Trinitatis complementum pertinere, nec diuinæ beatæque naturæ confors, sed ex creaturarum numero temerè & vtiq; Patri & Filio adiectus esse docetur. Quis dabit capiti meo aquam, & palpebris meis fontem lachrymarum? & deplorabo complures dies populum peruersis istis doctrinis ad perditionem adactum.

In transuersum rapiuntur simpliciorum aures, ac deinceps in consuetudinem transeunt hæreticæ impietatis: in istiusmodi sermonibus doctrinæ plusquam impiæ educantur Ecclesiæ infantes. Nam quid aliud etiam facient? Baptismata sunt apud hæreticos: illi deducunt peregrè quouis progredientes, inuisunt infirmos, solantur mæstos, adiuuant laborantes & pressos, omnis generis opem afferunt, mysteriorum communionem administrant. Quod omnia per illos dispensantur & perficiuntur, quasi retinaculum quoddam est plebi, quo ad illorum concordiam astringuntur: ita ut breui temporis discursu, etiam si restituatur aliqua libertas, nulla tamen spes reliqua futura sit ad veritatis iterum agnitionem reducendi eos, qui diuturnæ dilectionis vinculo hæreticis obstricti sunt.

Quapropter complures ex nobis oportebat ad grauitatem vestram accurere, & vnumquemque rerum suarum expositorem fieri. Iam verò & hoc ipsum documentum vobis sit afflictionis eius, in qua vitam viuimus planè miserabilem; quod ne ad vos quidem detur viam capessere & proficisci. Nam si quis Ecclesiam suam vel breuissimo momento deseruerit; plebem confestim infidiatoribus expositam relinquet. Verum per gratiam Dei vnum misimus pro multis, pientissimum hunc & dilectum fratrem nostrum Dorotheum sympresbyterum, qui & quæcumque litteris nostris non satis exprimuntur, sua ipsius poterit narratione adimplere; quia & cuncta diligenter peruestigauit, & zelo rectæ fidei ducitur. Quem vbi pacificè susceperitis, prope ad nos bona nobis studij vestri, quo ad iuuandam fraternitatem præditi estis, nuncia referentem remittite. ]

IMMINENS MAIUS PERICULUM.

FIGURA CAUSA OPERIS RANÆ.

ARIANO RVM BLASPHEMIAS.

IRREPARABILE MALVM EX HÆRESI.

DOROTHEVS PRESBYTER LEGATVS. Al. syndiconum.



ad Occidentales Basilium. At hæc Dorothei legatio fuit priuatim à Basilio missa.

LEGATTO SACRESIMI PRESBYTERI. Basil. epist. 10. & 18. & in addit. epist. 18.

Dasil. epist. 74. DAMASVS CONSOLATVS EST LIT TERIS ORIENTALES.

Dasil. epist. 18. in addit. Sanctissimi.

QUID ADA THANASI VM DAMASVS RESCRIPIT. Basil. ep. 61.

Athanas. epist. ad 108. & Antioch.

Athanas. sequenti epist. OFFICIA ATHANASII ERGA BASILIVM.

Præter autem Sabinum directum à Meletio, & Dorotheum Legatum à Basilio, his iunctum fuisse quoque presbyterum nomine Probum Sacresimum, eiusdem Basilij epistolæ indicant. Porro omnes hæc litteræ etfi ad Occidentales vel Occidentis diuersas provincias habeantur inscriptæ: tamen ad ipsum in primis communem Pontificem datas esse, quæ recitata sunt superius ex litteris S. Basilij ad Athanasium, plenissimam fidem faciunt. Desiderantur autem litteræ Athanasij ad ipsum Romanum Pontificem; quarum superius mentio facta est. Quid verò actum sit hac legatione; illud tantum potuimus inuenire: Occidentales scilicet, redditis ad Orientales litteris, eos consolatos esse, bonaque spe pariter roborasse: quod quidem in primis ex eiusdem Basilij litteris ad eosdem postea datis significatur, cum ait: Tantum cuique vestrum Dominus Deus noster, in quem sperauimus, largiatur gratiæ, vt proposita spe potiamini, quanto ipsi gaudio peccata nostrâ replestis tum per litteras, quas per desideratissimos synpresbyteros nostros scripsistis, tum ex eo quod calamitatibus nostris, tamquam viscera commiserationis induti, condoletis, quemadmodum nobis prædicti fratres indicauerunt. Nam etfi vulnera nostra eodem modo perseuerant: non nihil tamen inde releuamur; quod paratos habemus medicos, qui velocem ac maturam possunt, si detur oportunitas, doloribus nostris afferre medelam.] hæc ibi. Et ad Antiochenos: Sollicitudinem illam, quam pro Ecclesijs Dei geritis, ex parte recreabit desideratissimus ac religiosissimus frater & senior noster Sacresimus, qui vobis Occidentis erga nos charitatem & affectum exponet; & rursus ex parte animos vestros excitabit; & adhuc amplius prouocabit, dum vobis per seipsum luculenter declarabit, quantum studij ac diligentia res presentes exposcant. Etenim aliorum quilibet veluti dimidiato de sententijs virorum Occidentum & statu rerum narrauit: ipse verò quoniam sufficiens ad hoc fuit, vt & voluntatem virorum cognosceret, & de statu rerum exactè inquireret, narrabit vobis omnia, & bonum vestrum studium ad cuncta veluti manu ducet: quo materiam conuenientem ad hoc habeatis, vt propositum vestrum perficiatis, quod indefinenter pro Ecclesijs Dei solliciti ostenditis.] hucusque Basilium.

Rescripserunt pariter Romanus Pontifex Damasus & alij Episcopi ad Athanasium: quas acceptas ipse litteras, ad Basilium, quo eum consolaretur, in Cappadociam misit. Id quidem ex alijs post hæc eiusdem Basilij ad Occidentales iteratis litteris accipimus, quibus dicitur: Bonus ille Deus, qui afflictionibus semper solatium adiungit, dedit etiam nunc nobis inter varios dolores modicam quamdam consolationem ex litteris, quas à vobis acceptas carissimus Pater noster Athanasius Episcopus nobis tradidit, sanæ fidei testimonium, & inoffensæ vnanimiatis & conspirationis demonstrationem referentes: & vt pastores ostenderet Patrum insistere vestigijs, & populum Domini, cum scientia pascentes. Hæc omnia me tantum exhilararunt, vt mærorem nostrum omninò discusserint, & risum quemdam exiguum animis nostris infuderint à terreo hoc rerum statu, in quo nunc agimus. Auxit autem nobis solatium Dominus per apprimè religiosum filium coadiutorem nostrum Sabinum; & relatione eorum quæ apud vos honestè aguntur, animos nostros pauit.] hæc de his quæ spectant ad præsentis anni à Basilio & alijs Orientalibus Orthodoxis Episcopis ad Damasum Papam & ceteros Occidentales Antistites legationem; de alijs autem postea ab eodem Basilio datis ad eosdem Occidentales litteris agemus annis sequentibus, quibus scriptæ fuisse videntur.

Iam verò quæ reliqua sunt Magni Athanasij erga Magnum Basilium officia, vt hic ante obitum ipsius Athanasij recensamus, ratio à nobis postulat: quæ sanè in medium afferemus; prout ea cum ex ipsius Basilij, tum etiam Athanasij scriptis licuit expiscari. Scribens enim ipse Athanasius ad Ioannem & Antiochum presbyteros, hæc de Basilio in fine habet: Valde autem admittor audaciam eorum, qui non reformidant oblatrare dilecto nostro & verè Dei famulo Episcopo Basilio; eam ex huiusmodi oblatione deprehendi & conuinci possint, quod ne Patrum quidem confessionem aut ament, aut amplectantur.] idemque rursus ad Palladium presbyterum: Quod de monachis Casariensibus significasti, hoc ipsum quoque didici à dilecto nostro Dianeo, quod grauentur & resistant dilecto nostro Episcopo Basilio. Tibi certè, quod mihi rem indicasti, gratias ago; illis verò quæ decuit scripsi, vt veluti filij obsequantur patri; nec ijs, quæ ille probat, contradicant. Nam si suspectus esset in negotio veritatis, rectè pugnarent. sin autem confidunt

A fidunt, vt nos confidimus, eum esse gloriam Ecclesiæ, dum ita decertat pro veritate, & docet eos qui indigent doctrina: non fas est cum tali homine pugnare conferere, sed amandus est potius ob pium animum. Nam ex ijs quæ cognoui ex dilecto nostro Dianeo, nulla de causa eum grauatim ferunt. Ipse enim (vt planè mihi persuadeo) infirmus efficitur apud infirmos, vt infirmos lucretur. Dilecti autem fratres nostri respicientes ad scopum eius, quo ad veritatem tendit, glorificent Dominum, quòd talem Episcopum Cappadociæ dederit, qualem singulæ prouinciæ sibi optant. Tu autem dilecte, velis ijs indicare, vt credant me hæc scripsisse: id enim vos erga patrem beneuolentes reddet, & pacem in Ecclesijs conferuabit.] hæcenus Athanasius de Basilio ad Palladium. Quæ autem hæc fuerint turba: & malæ suspiciones aduersus Basilium à suis Casariensibus monachis atque alijs alijs excitatæ, dicemus suo tempore.

B Talem verò tantamque fidem de Basilio Athanasius concepit, vt eidem iniunxerit visitationem Episcoporum extra prouinciam Cappadociæ positorum, nempe Macedoniae & Achaiae: cui & in mandatis dedit, vt lapsos omnes reciperet cum fidei Nicænæ confessione. Testatur id quidem ipse Basilius ad Neocæsarienses scribens, cum ait: Hac in re non nostro ipsorum erga tales vsi sumus iudicio, sed magis decreta Patrum nostrorum, quibus illi de talibus iam olim quid faciendū sit, nempe in recipiendis lapsis, statuerunt, sectati sumus. Ego enim cum accepissem beatissimi Patris Athanasij Alexandrini Episcopi litteras, quas etiamnum in manibus habeo, & requirentibus legendas obijcio, quibus ille manifestè edixit, quòd si quisquam ex Arianorum hæresi ad nos transire voluerit, admittendū esse, nec quicquam in illo assumendo hæsitari debere, si Nicæni Concilij fidem confiteatur & dogmatis huius consortes: ille cum mihi omnes tum Macedoniae, tum Achaiae Episcopos allegasset: necessariò arbitratus sum, vt tanto viro propter fide dignam auctoritatem eorum qui id decreuerunt (nimirum in Concilio Alexandrino) obsequeretur: simulque præmium pacis studiosis destinatum adipisci cupiens, eos qui fidem istam confitebantur, communiantium parti adscripsi.] hæc Basilius. Sed vnde ipsi & à quibus de re adeò bene gesta negotium successerit, vel quam occasione? Rem gestam hæc referemus.

C Cum sanctus Basilius minorem Armeniam visitaret, vt gregibus pastoribus destitutus daret Episcopos; aliaque ad pietatem spectantia sedulus obiret officia, nempe lapsos in hæresim poenitentes Catholicae conciliaret Ecclesiæ: accidit, vt cum in Nicopolitano in Armenia conuentu Eustathium Episcopum Sebastenum fidem Catholicam profitentem ac subscribentem in communionem acceperit, ab illius loci Episcopo primum, deinde ab alijs in suspicionè collusionis cum Eustathio adduceretur. Re igitur vndique diffamata, atque pro monstrum habita, opus habuit Basilius scribere apologiam, quam ad Terentium Comitum misit, quem ex Ammiano diximus his temporibus ad cohibendos Persas in Armenia cum exercitu in iugi procinctu stetisse. Ex quibus quidem litteris cum historia ipsa exactissimè describatur, aliunde petere, vel alijs enarrare verbis otiosum putamus. Ait ergo Basilius paulò post exordium eius epistolæ ad Terentium scriptæ.

D Alienatus à nobis est Episcopus ille, qui nobis cooperationis est gratia datus. Haud enim noui quid reuerendissimo fratri nostro Theodoro acciderit: qui cum nobis initio pollicitus esset, quòd in cunctis adiutor esse vellet, & à Gerasibus nos Nicopolim deduxisset, vbi nos in ciuitate vidit, ita est abominatus, & sic sibi à peccatis nostris metuit, vt nos nec ad matutinas, nec ad vespertinas preces assumere sustinuerit. Qua in re quod ad nos quidem attinet, iuste & vitæ nostræ conuenienter egit: verum haud vtiliter communi Ecclesiarum constitutioni consuluit. Huius autem nobis causam assignauit, quod venerandissimum Episcopum Eustathium in communionem receperimus. Est autem quod nos fecimus, huiusmodi.

E Cum ad Synodum, quæ à fratre Theodoro celebratur, vocati, illoque profecti essemus, vt vocationi propter charitatem obtemperarem: ne ignaui illic & otiosi videremur, studiosè curauimus, vt colloquium cum prædicto fratre Eustathio misceremus: proposuimusque illi, quæ in causa fidei à Theodoro illi obijciebantur: ac simul ab eo petiuimus, vt manifestum nobis faceret, rectam ne fidem sequeretur, quo consortes esse possemus: si verò alienatus esset, vt perspicuè sciret nos quoque à se fore abalienatos. Igitur cum multis inter nos ea de re conuulsemus, totumque diem illum causam hanc inquirendo consumpsissemus, appetente vespere, alius ab alio auellimur, nulla dum certa colloquij nostri conclusione posita.

Sequenti

Basil. epist. 75. ATHANASIVS VSUS BASILII OPERA IN REBUS MAGNI MOMENTI.

BASILIVS VISITAT ARMENIAE ECCLESIAM.

Basil. epist. 6. in addition.

BASILIVS RECIPIT EUSTATHIUM CATHOLICAM FIDEM PROFICIENTEM.

Sequenti die rursus mane confidentes, iisdem de rebus differere coepimus. Cum autem & Poemenus & frater, Sebastena Ecclesia presbyter accessisset, & aduersaria nobis doctrina vehementer irgeret: paulatim nos & ea diluimus, quae nobis obijcere videbatur: & illos ad consensionem eorum, quae a nobis querebantur, induximus: sic ut per gratiam Domini; ne in minimo quidem a nobis iniucem dissidere deprehenderemur. Igitur circa nonam horam ad precandum surreximus, ac Domino gratias egimus, qui dedisset nobis idem & sentire & loqui. Propterea oportebat me scriptam quamdam ab eo viro confessionem accipere, quo & aduersarij illius manifestaretur consensus, & reliquis sufficienter viri huius propositum monstraretur. Verum volebam ipse, multa diligentia cum fratribus, qui circa Theodotum sunt, conuersans, scriptum fidei ab illis accipere, & dicto Eustathio proponere, ut utraque ista fierent; ipse videlicet rectam fidem confiteretur, & illi de veritate hac persuasi nullam retinerent contradictionis occasionem, si ab ipsis proposita fuissent accepta.

At Theodotus, priusquam cognouisset quam ob causam conuenissemus, & quidnam eo colloquio effecissemus, dedignatus est nos amplius vocare ad Synodum. Itaque e medio itinere reuersi sumus tristes, quod labores nostros pro pacandis Ecclesijs suscepos, inefficaces reddidisset. Postea cum in Armeniam necessario proficiscendum esset, sciremque viri huius mores & ingenium, ac sub fide digno teste & gestorum reddere rationem & illi satisfacere vellem: veni Gerasa in agrum Deo dilectissimi Episcopi Meletij, vbi & ipse dictus Theodotus comparebat: atque ibi, quoniam ab ipso fuera- mus propter Eustathij coniunctionem accusati, quid eo congressu effecissemus, exposui, quod videlicet deprehenderim eum nobiscum sentire per omnia. Cum autem ille affirmaret, eum post discessum nostrum consensum hunc abnegasse, & suis discipulis affirmasse, quod haudquaquam nobis in causa fidei consensisset: respondi ad ista (tu autem celeberrime virorum considera, an non iustissime & irrefragabiliter responderim) Ego, inquam, hoc mihi persuado, coniectura ex reliqua viri huius constantia sumpta, haud ita leuiter virum illum in contrarium mutari, ut iam consteatur, iam quae dixerit, neget: qui etiam in vulgari bus rebus mendacium, perinde ac rem horrendam, versatur: tantum abest, ut in rebus tanti momenti, & sic apud quosuis celebratis, veritati villo pacto aduersari velit. ] haec quidem de Eustathio cum dicat Basilius, haud ita probe tunc hominem nouisse visus est, ac postea perspectum habuit: eius enim deinceps cum mores describit (ut suo loco dicemus) nihil magis eidem atque inconstantiam inhaesisse, constanter exprobrat. Sed addidit haec tunc Basilius ad Terentium:

Esto tamen vera sint quae a vobis sparguntur: oportet illi scriptum proponere, quod dunctam rectae fidei apud vnum contineat. Quod si eum dato rescripto consentientem reperero, manebo in illius communionem. Si vero recusantem deprehendero, deficiam ab illius consortio. Cum ista probaret Meletius Episcopus, qui Antiochia pulsus illic exul agebat, & frater Diodorus sympresbyter (nam & ille aderat) consentiens esset, venerandissimus frater Theodotus hortabatur nos, ut Nicopolim descenderemus, & Ecclesiam ipsius inuiseremus, ac Satalos vsque comitem ipsum itineris reciperemus, sic ut nos Gerasis relinqueret. Vbi vero Nicopolim venimus, oblitus eorum quae a nobis audierat, & quae nobis pactus fuerat, contumeliosus illis ac probris, quorum paulo ante mentionem feci, nos iterum affecit, & a se dimisit.

Quo modo igitur, venerandissimum caput, fieri potuisset, ut aliquid eorum quae iniungebantur, efficerem, & Episcopos Armeniae darem, cum ad hunc modum affectus erga me sit is, qui curarum debebat esse confors & particeps: apud quem ego me viros aptos & commodos inuenturum sperabam, quod sint in ipsius parocchia & religiosi & prudentes, ac simul linguae huius periti, & qui reliqua gentis huius idiomata sciant: quorum nomina cognita volens tacebo, ne quid impedimenti nascatur, quod minus alio saltem tempore Armeniae profim. ] subdit mox de alijs ad eam visitationem spectantibus.

Quod autem ad Eustathium in communionem receptum pertinet: extat apud eundem S. Basilius fidei libelli exemplum, quem ipse tunc Eustathio subscribendum obtulit, cuius est exordium: Tam illi qui alia haecenus fidei confessione praecupati ad Orthodoxorum iam vnitatem transire volunt, quam qui nunc primum ad veritatis doctrinam & instructionem assumi desiderant, eam fidem docendi sunt, quae in Synodo Nicenae olim collecta a beatis Patribus conscripta est, &c. ] subijcitur ibi non ipsum tantum Nicenum symbo-

THEODOTVS EPISCOPVS NICOPOLITANVS BASILIO OBRECEPTI ONEM EUSTATHII

THEODOTVS ITERVM BASILIVM RESEPVIT.

Basil. epist. 78. PROGRESSVS EUSTATHI VS FIDEM CATHOLICAM.

A symbolum, sed specialis damnatio Marcelli haereticus atque Sabellij, aperiunturque abditissima Arianorum latebrae, ne quid subterfugij esse possit dolosae impietati: nec non blasphemiae condemnantur in Spiritum sanctum. in cuius libelli sine adiacet ipsius Eustathij tunc his verbis concepta subscriptio: Eustathius Episcopus tibi Basilio. Legi, agnouit, & probavi haec praescripta. Subscripsi autem cum his qui mihi aderant fratribus, Phortone, & Corepiscopo Seuero, atque alijs nonnullis clericis. ] haec ibi: ex quibus videas haud imprudenter a Basilio Eustathium fuisse receptum.

At quid post haec accidit: Cum Eustathius atque socij viderent Basilium a Theodoro in communionem minime recipi, seque cum suis aequae repellere: quod spe frustratus esset, nec ex ea a se subscripta fidei professione, quam aucupatus fuerat, gloriam consecutus esset: terga impudenter vertit, & in Basilium verbis iactare conuicia, & scriptis quoque in eum disseminare calumnias aggressus est, quasi de fide haud recte sentiret; hanc suae ipsius rationis causam saepe praetextens, ne leuitatis argui posset, curauitque eiusmodi a se scriptas aduersus Basilium litteras circumferri. Testatur id quidem ipse Basilius ad eundem Eustathium data epistola, qua suam parat defensionem; vbi haec ad finem ipsius: Putarunt suaues isti homines impedimento sibi ad acquirendum potentatum nostram fore communionem. Et quoniam quadam fidei subscriptione praecupati sunt, quam nos illis protulimus, non quod ipsi de illorum sententia haesitaremus ( fateor enim ) sed quod suspicionibus quibus apud complures fratres nobiscum concordem laborabant, mederi cuperemus: ne quid ipsis ex ea confessione impedimenti ad hoc, ut ab iis qui nunc dominantur susciperentur, videretur occurrere, communionem nobis denegarunt, & pro separationis huius causa litterarum istarum praetextum commenti sunt. Evidentissimum vero eorum quae dico, indicium est, quod cum a nobis deficerent, accusationesque quas volebant contra nos fingerent, litteras circumquaque ad omnes, antequam ad nos miserunt. Septem namque dies priusquam in nostras manus veniret, visa est illorum epistola: & qui illam ab alijs receperant, ad alios quoque illam misuri erant. Nam ita instituerant, ut vnus alteri illam traderet, quo protinus in vniuersam regionem distribueretur. ] haec ipse de vulgatis ab Eustathio & socijs contra se litteris.

Quod igitur Basilius tardius sceleratorum hominum fraudes dolosque sensisset, nec Theodoro Episcopo Nicopolitano ista monenti acquieuit: facti sero poenitens, huiusmodi ad eundem Theodotum litteras dedit:

Recte nos & competenter reprehendis, venerandissime & re vera desideratissime frater, propterea quod ab eo tempore, quo a reuerentia tua propositiones illas de fide ad Eustathium ferentes discessimus, nihil tibi nec modicum nec magnum de causa illius significauimus. Ego vero id non ob eam causam feci, quod susque deq. faciam, quasi contempnibilia, quae in nos ille commisit: sed quod fama illorum apud quosuis passim peruagata est, & nemo sit qui opus habeat, ut a nobis, quodnam sit viri huius propositum discat. Nam hoc & ipse curauit, velut metuens, ne paucos habeat sententiae suae testes ac confcios: idcoque & ad quosuis confines epistolas suas aduersus nos scriptas emisit. Itaque a communionem nostra se ipse auulsi: quandoquidem nec in locum determinatum conuenire nobiscum sustinuit, nec discipulos suos (quod tunc pollicitus fuerat) adduxit. Sed nos etiam in frequentissimis Synodis perstrinxit vna cum Theophilo Cilice, nuda & manifesta blasphemiam, quasi aliena a doctrina sua animis plebis insinuet dogmata. Sufficiebant quidem & ista ad dissoluendam omnem nostram coniunctionem. Postquam vero & in Ciliciam venit, ibique cum Gelasio quodam degens, fidem illi exposuit, quae a solo Ario, vel germano aliquo eius discipulo conscribi debuisset: tum adhuc amplius ad separationem & disjunctionem obscurari sumus, cogitantes fieri non posse, ut vel pellem suam vniquam mutet Aethiops, vel maculas suas pardus, vel qui peruersis est dogmatibus innutritus, malum haereseos abstergere queat.

Et tamen vltra haec & illud temeritatis ausus est. Scripsit contra nos, immo conscripsit sermones prolixos, omnis generis conuicijs & sycophantijs refertos: quibus haecenus nihil respondimus, propterea quod ab Apostolo docemur ne nos ipsi viciscamur, sed locum irae demus. Et simul vbi de profunditate hypocriteos cogitamus, qua se nobis toto tempore blandiuscule insinuauit, stupore quodam praesternatione corripimur. Nam etiam si nihil illorum esset, tamen quod iam recens ausus est, cui non horrorem & omnimodam viri huius abominationem incuteret: qui, sicuti audio (modò verus est rumor

EUSTATHIUS IN DETERIVS LA PVS STRVITCALVMNIAS BASILIO.

Basil. epist. 79.

Basil. epist. 9. in addition.

BASILII EPISTOLA AD THEODOTVM DE REBUS GESTIS AB EUSTATHIO.

EUSTATHI SEBASTENI IMVLATA FIDE DETECTA.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 8.  
371. 5. VALENTIS

mor & non figmentum delationis gratia compositum) etiam manum quibusdam denuò A imponere præsumpsit; quod nemo unquam ex hæreticis fecisse videtur. Itaque quo modo fieri potest, ut talia placidè feramus, & viri huius delicta curabilia esse putemus? Quare videte ne falsis sermonibus seducamini, neve prætextibus virorum istorum omnia ad malum facillimè excipientium fidem accommodetis. Ista quo modo in nullo discrimine ponemus? Scias itaque, desideratissime ac venerandissime, haud conscium me esse, quòd unquam tantum doloris animo meo conceperim, quantum nunc ex eo patior, quòd Ecclesiasticas leges confundi percipio. Verum id unice precare, ut largiatur nobis Dominus, nihil ex affectibus iræ moliri, sed retinere dilectionem, quæ nihil agit perperam, nec inflatur. Etenim vide, quo modo qui illa carent, supra humanæ mediocritatis mensuram elati, turpiter & indecenter viuunt, ea facere præsumentes, quorum nulla præteritum tempus habet exempla.] hætenus ad Theodotum Basilius, quem ei B minimè auscultasse poenituit.

Vix credi potest, quantum hæc ad aliquod spatium temporis Basilij famæ attulerint detrimenti: quod & ex eo probè possumus intelligere: Nam si qui plus satis perfectum habuere Basilium, nempe monachi ipsius alumni, scandalum haud leue passi sunt; atque adeò, ut opus fuerit (quod nuper dictum est) Athanasium ad eosdem atque alios pro Basilij integritate litteras dare, ut eos retineret cum Basilio communione coniunctos: quid putas ceteris euenisse, quibus Basilius fama tantum cognitus esset? Quid verò de eo existimasse censet qui fluctuarent? Quid denique ipsos hostes Basilij his adiecit credendum, quod inferorum animorum sit leuia reddere graua, & parua maxima? Sed illud planè in Basilio admirandum apparuit, absolutissimo Christiano philosopho dignum, cuius est dare locum iræ, nec proprias vlsceri iniurias: Cum se (quod fatetur in recitatis litteris ad C Theodotum) aduersus Eustathium mirum in modum animo exacerbatum sentiret; ne suam defensionem ira percitus institueret (probè noscens, quod ira viri iustitiam Dei non operatur) triennio se continuit, stylumque incitatum represit, ne in Eustathium præcept excurreret.

<sup>a</sup> Basil. epist. 73. ADMIRANDA BASILII PATIENTIA

<sup>b</sup> Basil. ep. 79. <sup>c</sup> Eccl. 3.

BASILII QUID TANDEM AD EUSTATHIUM. <sup>d</sup> Psal. 37.

DAMASI STUDIUM ERGA BASILIIUM RELAXATVR.

<sup>e</sup> Basil. epist. 82.

Id quidem ipse Basilius ea de re ad suos monachos scribens testatur his verbis: Tertius iam annus hic est, ex quo à calumniatoribus notatus accusationis flagella sustinere cœpi, hoc vno contentus, quod Dominum habeo secretorum cognitorem, ac calumniæ istius testem. Quoniam verò multos iam silentium nostrum eo raptuisse video, ut ex illo intentatas calumniâs confirmarint, nosque non lenitatis ac patientiæ gratia, sed quod ad expromendam veritatem os aperire neutiquam ausim, eoque silere me arbitrentur? ob eam vobis causam scribere conatus sum, &c.] sed & ad ipsum nebulonem Eustathium D tandem scribens<sup>b</sup> sic exorditur: Tempus esse tacendi, & tempus loquendi, sermo est Ecclesiastes. Et nunc igitur quoniam abundè satis silentij hætenus præcessit, opportunum deinceps erit, ut ad patrefactionem eorum quæ ignorantur, os nostrum aperiamus.] & paulò post: Nobis igitur iam in tertium vsque silentij annum imitabilis visa est Prophetæ gloriatio illa, qua dicit<sup>c</sup>: Factus sum quasi homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Quocirca in profundo pectoris nostri dolorem, quem incussit calumnia, inclusum tenuimus, &c.]

At id tolerandum planè videri potuisset, si Orientales tantum oras eiusmodi de Basilio constata calumnia peruassisset: sed fama volans, terras oberrans, trans mare quoque penetrans, oras Occidentales etiam velocior vento pertigit. Vnde euenit, ut studium illud Damasi Romani Pontificis erga Basilium, quod litteris demonstrat, & officium quod E pollicitus fuerat, non nihil refriguerit; adeò ut sæpè ipsum, clamantem licet, minimè exaudierit, accedentibus aliis insuper aduersus eundem Basilium sparsis haud leuioris momenti rumoribus, de quibus singulis modò opportuna occasione dicendum.

Atque in primis illud in medium adducendum, eundem Basilium ab Arianis accusatum, quod litteras dederit ad Apollinarem: hoc namque anno, nempe sequenti à grauissima illa, quam passus est ægitudine, id accidisse, idem Basilius ad Patrophilum scribens affirmat: adeò ut eodem ferme tempore ipse in crimen adductus sit de communicatione inita cum Eustathio, & de scriptis litteris ad Apollinarem: cuius rei causa complures se à Basilij communione subtraxerunt. Agit de his ipse in dicta epistola ad Patrophilum, hisce scilicet verbis: Haud verò multum temporis intercessit, confestim in Ciliciam legatio, atque inde reditus, moxque litteræ adfuerunt, communionem nobis denegantes. Abruptio-

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 8.  
371. 5. VALENTIS

A Abruptiois autem huius ac secessus causam assignarunt, quòd Apollinari scripserimus, & quòd sympresbyterum nostrum Diodorum habeamus consortem.

Ego verò Apollinarem quidem numquam putavi inimicum esse; immo sunt quædam, quorum gratia virum veneror etiam: at me homini non ita coniunxi, ut ipsius velim in me recipere crimina, cum & ipse quædam habeam, quæ in illo reprehendo propter nonnullos illius codices, quos legi. De Spiritu sancto verò non noui me vel petiisse ab ipso vel vltro missum accepisse librum. Audio tamen ipsum, omnium eorum qui libros conscribunt, esse verborosissimum. Legi autem paucos illius commentarios: non enim mihi quæ huiusmodi sunt, scrutari vacat. Et alioqui eo sum ingenio, ut haud facile neoterica admittam: quemadmodum & corporis mei imbecillitas haud patitur, ut vel diuinis scripturis cum diligentia, & ut dignum est, immerer. Quid ergo mea interest, si quisquam aliquid conscripserit, quod cuiquam displicet: Quamquam, si ita fieri oportet, ut alius pro alio rationem reddat: qui me propter Apollinarem culpat, rationem nobis reddat pro Ario præceptore suo, & pro discipulo suo Aetio. Nos verò neque præceptoris neque discipuli loco unquam fuimus isti viro, cuius in nos vitia contorquent & reuoluunt.] hæc de Apollinare, ad quem scripserat Basilius, quod nondum damnatus esset. sed de consuetudine cum Diodoro hæc subdit: Porro Diodorum, tamquam beati Siluani Alumnum, primum suscepimus; nunc verò diligimus & complectimur propter sermonis quem habet gratiam, per quam multi eorum qui virum audiunt, meliores redduntur.] hæc de his Basilius.

Quod autem ad Apollinarem spectat: antequam Romæ in Concilio damnaretur à Damaso, nequaquam ut hæreticus vitabatur: nam de eodem S. Hieronymus sic ad Pamachium<sup>a</sup>: Apollinarianum Laodicenum audiui Antiochiæ frequenter & colui: & cum me in sanctis scripturis erudiret, numquam illius contentiosum super sensu dogma suscepit, &c.] eum enim in diuinis litteris suum fuisse magistrum, ingenuè profitetur. Immo & quod his amplius existimari debet, ipse Damasus Viralem primarium Apollinaris discipulum, ab eiusque sectæ hominibus factum postea Episcopum Antiochenum, dolose profitemem Romæ Catholicam fidem, recepit, eidemque litteras communicatorias tradidit; sed postquam rem sciuit, perspectamque habuit illius hæresim, ipsum cum suis omnibus Romæ damnauit, ut Gregorius Nazianzenus testatur, cum de sua cum Vitale vel Apollinare consuetudine se excusaret: nimirum quod eo tempore illos receperit, quo & à Damaso Vitalis admissus fuerat; reiecit autem, cum ab eodem Romano Pontifice pariter damnatus fuit: hæc ipse pluribus ad<sup>b</sup> Cledonium. sed de his fufius agendum

C inferius. Modò pro his omnibus Iustiniani Imperatoris sententia satisfaciatur ita dicentis: Inuenimus quod multi sanctorum Patrum quosdam hæreticos collaudauerunt, sicut & S. Damasus & Athanasius & Basilius Apollinarem; & S. Leo Eutychem: & non propter hoc hæretici facti sunt; sed cognita eorum impietate, anathemate condemnarunt.] hæc Iustinianus.

Rursum verò ad cumulum id genus ærumnarum Basilij illud accessit, quod Athanasius Ancyranus Episcopus, spectatæ fidei vir & integritatis, in ipsum vehementer commotus est: adeò ut etiam illi grauius fuerit comminatus, quod audisset quædam ab eo esse conscripta fidei Catholice aduersantia. Quod cum resciuisset Basilius, & quænam illa essent scripta ignoraret, cupiens de his reddi certior, ad ipsum litteras dedit, in quibus hæc<sup>c</sup> inter alia: Nunc verò cuiusnam auribus non obstrepit eorum, qui negotiorum quorundam gratia quandoque ad vos accedunt, quasi noxia quædam scripserimus, aut scribentibus aliis subscripserimus? Nam isto te verbo vsum esse ferunt, qui tua ad verbum referunt. Me sanè, quæ mentem meam multis ac variis cogitationibus distrahunt, nihil magis quam stupidum relinquant. Itaque & tale quid suspicari cœpi, ne forsan hæreticorum quisquam nomen meum commentationibus suis subdolè adscripserit, atque ita rectitudinem tuam contristarit, & ad istam vocem, nempe comminationis, emittendam induxerit.] & in fine: Liberabis autem nos ab hoc stupore, si quibus de causis ad istam aduersus nos iniuriam permotus sis, aperte significare volueris.] & aliis rursum ad eum datis litteris<sup>d</sup> de calumniis quibus vndique exagitur, illud Athanasio ingerit, ne adeò facile absque alterius partis defensione in quemquam sententiam ferat, ista perbellè suggerens: Cum, inquit, omnino audiuerimus: si nihil aliud, vel illud Alexandri saltem dicemus: Alteram auriculam delato, siue calumniam percipso, sinceram

ACCUSATVR BASILIVS DE COMMVNIONE CVM APOLLINARE.

QUOMODO BASIL. VS RE EXCVSET

<sup>a</sup> Hier. epist. 65. APOLLINARIS ANTE- QVAM DAMASVS AB OMNIBVS APOSTOLICE RECEPTVS.

<sup>b</sup> Greg. Naz. epist. 2. ad Cledonium. aduersus Apollinarem. <sup>c</sup> Iustinian. Imperator in edictis. <sup>d</sup> Basil. epist. ad Ioannem Papam.

ATHANASIVS ANCYRANVS ADVERSVS BASILIVM COMMOTVS. <sup>e</sup> Basil. epist. 54.

<sup>f</sup> Basil. epist. 54.

finceram & integram conseruamus.] hæc ipse. Certè quidem magna erant hæc crucia- A menra Basilio. Nam malè audire apud hæreticos, gloriæ loco ducendum erat: sed apud præclaros fidei Catholicæ defensores eiusmodi dictitari atque credi, his præsertim temporibus, cum huiscemodi diffeminatæ calumniæ in graue totius Catholicæ Eccle- siæ præiudicium verterentur, intolerandum planè & quouis supplicio grauius videri poterat.

<sup>a</sup> Sozom. lib. 6. cap. 12.

<sup>b</sup> Basil. epist. 67. ATHANASII ANCYRANITIS.

Qualis enim quantusve fuerit Athanasius iste Episcopus Ecclesiæ Ancyranæ post Ba- filium illum hæreticum sæpè damnatum, cum à Sozomeno<sup>a</sup> inter præclaros fidei Ca- tholicæ defensores adnumeretur: quæ de eodem postea luculento ipsius Basilij stylo describantur, accipe. Basilius enim vbi audisset eum vita functum, ad Ancyranam Eccle- siam de eius obitu consolatorias scribens litteras, hæc inter alia de ipso habet<sup>b</sup>: Mortuus est, qui columna erat & stabilimentum Ecclesiæ: immo magis ad beatam vitam sublatus, B à nobis abscesit. Haud parum autem periculi est, ne subtraclo hoc fundamento, simul cum illo multi decidant: & quæ in nonnullis sunt putrida ac marcida, manifesta fiant. Clausum est os, quod hæctenus & competenti fiducia & sermonibus gratiæ ad fraterni- tatis ædificationem scaturiuit. Ablata sunt consilia mentis, quæ re vera diuinitus agita- bantur. O quoties animum meum (accusabo enim me ipsum) nonnihil contra hunc vi- rum indignationis subiit, quod totus hoc desiderio tenebatur, vt dissolueretur & esset cum Christo, nec hoc plura faciebat, vt diutius propter nos in carne maneret! ] hæc & alia plura Basilius, dum ægrè ferret, nulla admissa animi consolatione, tantum virum abre- ptum: ex quibus planè eiusdem Basilij mentis candorem animumque Christianum inspi- cias, è quo omnis confectum iniuste ab eo passæ calumniæ excussus est puluis, & irroga- tæ comminationis liuor extersus, cum eundem de veritate redditum certiore ac per- suasum coluerit postea, ampliusque dilexerit.

BASILIVS A NEOCAR- SARIENSIS. VBI HÆRE- TICVS HABITVS. <sup>c</sup> Basil. epist. 75.

Atan hic finis calumniarum vndique in Basilium congestarum? minimè gentium: immo his acerbiores ipsum excruciarunt: siquidem illæ magis vrgent vexationes, quæ à propinquioribus irrogantur: quæ & eò redduntur acerbiores, quò diuturnius in aduer- santium animis infidentes, duritiem quamdam, lapidum instar contrahunt, vt frangi qua- uis arte minimè valeant. Ex quo enim (vt diximus) Basilius cum Gregorio agebat in Pontica solitudine, hæreticorum quorumdam calumniis factum est, vt suorum Neocæ- sariensium, penes quos educatus fuerat, ex quibus & paternum genus ducebat, graue expertus sit odium: quod cum nullo litterarum internuncio potuerit delinire, iam factus Episcopus acerbius recruduisse sensit, vt pote qui vitaretur ab illis vt hæreticus & confor- tio pollutus hæreticorum. Cuius rei causa egregiam illam ad eos epistolam<sup>c</sup> scribere, D qua se illis Catholicæ esse fidei integerrimum professorem argumentis plurimis demon- straret, coactus est: ac primùm illo: Sunt, inquit, iidem & nobis & vobis doctores my- steriorum Dei, & spirituales patres, qui vestram ab initio fundauerunt Ecclesiam: Gre- gorium dico præscum illum, cognomento *Thaumaturgum*, & quotquot post ipsum Episco- palem apud vos sedem susceperunt: qui ordine succedaneo, instar astrorum exorti, iisdem ingressi sunt vestigiis, ita vt haud facillè sit volentibus conuersationis ipsorum indicia de- ferere. ] & post multa hæc subdit: Fidei verò nostræ quæ potuit euidentior esse probatio, quàm quod à nutrice beata femina, quæ ex vestro gremio progressa est (Macrinam dico illustrem illam) educati sumus, à qua & beatissimi Gregorij verba; quæ memoriæ bene- ficio ad illius vsque ætatem seruata ipsa retinuit, edocti sumus, quibus illa nos adhuc in- fantes tamquam pietatis dogmatibus finxit atque formauit? ] quam quidem fidem sem- per seruasse impollutam ostendit, cum addit:

BASILIVS SEMPERE VBIQUE CA- THOLICVS.

Neque, inquit, mentem nostram vniquam execranda Arianorum blasphemia pol- luimus. sed si nonnullos aliquando Arij discipulos ad communionem assumpsimus; ita illos admisimus, vt morbum suum quàm intimè celantes, pietatis verba loquerentur, vel certè doctrinæ nostræ nihil obluclarentur. ] seque in his addit secutù canones sanctorum Patrum, necnon iussionem Magni Athanasij Episcopi Alexandrini. Denique ex commu- nione Episcoporum totius Ecclesiæ se esse Orthodoxum docet, hisce ad postremum po- sitis verbis: Fuerat, inquit, iustius res nostras æstimare non ex vno aut altero eorum qui ad veritatem haud recto pede ingrediuntur, sed ex multitudine totius Orbis Episcopo- rum, qui gratia Christi coniuncti sunt nobis. Requiritur verò Pisdæ, Licaones, Isauri, Phryges, & qui vtriusque sunt Armeniæ, quotquot vicini nobis sunt, Macedones, Achæi, Galli,

A Galli, Illyrici, Hispani, tota simul Italia, Siculi, Afri, & qui in Ægypto adhuc sani sunt; & quæ reliqua portio est Syriæ: qui quidem litteras ad nos mittunt, nempe *communicatorias*, & vicissim à nobis recipiunt: ex quibus cum quæ illinc ad nos feruntur, tum quæ vice versa istinc ad ipsos mittuntur, cognoscere potestis, quòd vnanimis omnes eodemque sensu præ- diti sumus. Itaque si quisquam communionem nostram fugit, ne prudentiam vestram la- teat ab vniuersa illum Ecclesia se se diuulsiisse. Attendite igitur, fratres, cum quibus com- municetis: postquam à nobis excludimini, quis deinceps nos sit agnitus. ] hæc & alia ad suos Neocæsarienses Basilius calumniis vndique obrutus.

GRAVIOR TENTATIO BASILIO PARATVR.

Sed quid his deterius accidit Catholicam fidem defendenti Basilio? Dum aduersus Sa- bellium atque Marcellum concionibus sæpè dimicans, tres in Trinitate distinctas hypo- stases, siue substantias adinuicem per se singulas distinctas niteretur demonstrare: qui ad- stabant auditores, vt eum carperent, non vt differerent, inde arripientes occasionem disfa- mandi Basilius, aiebant ipsum esse trium deorum assertorem. Vnde cum hæc in fidelium aures illapsa, audientium animos nonnihil admiratione perculerint: opus fuit, vt frequen- ti populo ambonem conscendens, se deorum trium cultorem numquam fuisse vel asser- torem, publica assertionem omnibus redderet exploratum. extat ipsa Basilij oratio, cuius est titulus: Aduersus eos qui calumniantur, quòd tres deos colamus, &c. ]

His accessit calumnia alia huic minimè impar, qua aduersarij Basilio turpissimam notam inusserunt; ipsum nempe contra Catholicam assertionem malè credere de Spiritu sancto, quæ quidem Basilio infamia irrogata, non tantum in ciuitatem populis iactabatur, sed ip- sos in Ponticis desertis latentes monachos eiusdem Basilij alumnos peruaserat: hæc enim vna cum aliis, quorum superius facta mentio est, ad eò Basilij monachos perturbauit, vt parum abfuerit, quin ab eius communione, tamquam hæretici, se diuulserint. Penes quos de omnibus idem Basilius defensionem litteris instituens, inter alia de his quæ ad rem hæc spectare videbantur, hæc habet<sup>a</sup>: Traducunt, inquit, nos, quasi insolens ac nouum quiddam de Spiritu sancto doceamus. Rogate igitur ipsos, quæ sit illa nostra insolentia. Nos enim, quod & accepimus, Paraclætum Patri & Filio coniunctum, non creaturæ connumeratum esse, confitemur. In Patrem namque & in Filium ac in Spiritum sanctum credimus. Deni- que in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizamur. Quapropter numquam à con- iunctione Patris & Filij Paraclætum separamus, &c. ] plura subiungit de conglorificatione in vna Deitate Spiritus sancti cum Patre & Filio: aliaque addens ad suam defensionem, demum eos admonens, ne calumniantibus aures præbeant, hæc subdit: Si verò nos in red- denda ratione deficere senseritis, tum demum accusatoribus nostris tamquam veracibus fidem habebitis. Vigilant illi in hoc, vt nobis noceant, &c. ] sic namque Basilius iustissimæ causa: fidens, innocentia: protectione securus suam parat defensionem.

BASILIVS MAXIMAM CALVMNI- AM PASSVS.

<sup>a</sup> Basil. epist. 73.

At res tanta haud ita leuioris negotij videbatur, quæ breuius litteris curari posset. Quamobrem exigentibus illis, scripsit ad eosdem Basilius libellum de vera ac pia fide (vt eiusdem præsertit titulus) egregium sanè opus: quo quidè quantum abhorruerit à nouita- te, cuius ab aduersariis insimulabatur, in primis declarat his verbis<sup>b</sup>: Quæ eius generis essent, vt præter vocis nouitatem, sensum etiam nobis nouum atque inusitatum affer- rent, & apud sanctos viros nusquam in vsu fuisse reperirentur, hæc omnia veluti pere- grina atque à pia fide penitus aliena repudiarem atque auersarar. ] sic ipse: atque demum ad calcem operis: Hæc, inquit, sunt quæ à vestra pietate admonitus necessariò mihi duxi faciendâ, vt ad vos in postremis perscriberem, sensumque animi super his rebus mei vo- bis & per vos fratribus iis qui in Christo sunt explicarem: vtque & vestris & illorum ani- mis omni ex parte satisfaceret in nomine Domini nostri Iesu Christi: quo omnis prorsus omnibus de fide nostra dubitatio tolleretur, orta fortasse propter diuersam rationem eo- rum, quæ alias alio modo exposita à nobis sunt. Quæ res eo nimirum vsu venit, quòd necessario assidue cogebamur aduersus proposita nobis à pietatis veræ impugnantibus argumenta, vt quæque ab ipsis in medium afferbantur, depugnare: neque cuiquam esset causa cur fluctuaret: summè contra adnitentibus illis, qui quæ aliena sunt, nobis attribuunt: aut sæpè numero etiam quo facilius simpliciores in sententiam suam rapiant, deprauatæ suæ ipsorum mentis flagitiosa commenta falso nobis affingunt, &c. ] hæc quidem calumnia hæc erat ingens, vt Basilio Eunomiani impingerent doctrinæ nouitatem; cum è contra ipsi more hæreticorum, se docere quæ à maioribus accepissent, magna osten- tatione iactarent. Erant enim hæc verba Eunomij<sup>c</sup> hæresiarchæ in sermonis ipsius exor- B b

BASILIVS SCRIBIT LIBEL- LVM DE FI- DE.

<sup>b</sup> Basil. de ve- ra ac pia, de- TRADITIO- NIBVS IN- HAEREN- DVM, NOVI- TAS EXPLO- RENDA.

<sup>c</sup> Apud Basil. aduer. Eunom. lib. 1.

dio: Eam quæ iamdiu apud Patres obtinuit pia traditio; tamquam amissam quamdam & regulam exponendo præmittamus, &c.] Peculiare sanè est hæreticis, cum impugnent traditiones antiquas, nihilominus se earundem vindices profiteri, quod sciant nouitatem fore ab omnibus explodendam.

OPPRESSVS CALVMNIIS BASILIVS DE FIDE OMNIVM DVBITAT.

Basil. epist. 79.

Porro quod ad Basilium pertinet: dum vndique in se constari calumnias, & non ab hostibus tantum, sed à proximè sibi studio atque affectione coniunctis, fideique professione coherentibus in suspensionem hæreseos adduci videret: factum est (quod ipse testatur) vt nemini iam se propemodum crederet, omnesque pariter vereretur, ac dolorem immensum in penetralibus cordis occultans, illum mærore decoqueret: quod cum nihil penes se ab ipsis cunabulis antiquius fuerit, quam Catholicam fidem illibatam in omnibus conseruare, eius tamen præuaricator defertorque sæpius & à pluribus accusaretur. Deplorat ipse eiusmodi suæ ipsius vitæ infelicem conditionem in litteris ad Eustachium redditis, cum hæc ait: Posteaquam verò ad gubernandam Ecclesiam vocati sumus: qui nobis quasi prætextu adiutorij, & communionis charitatem concernentis, additi sunt custodes & speculatores, tacebo, ne videar vel me ipsum traducere, quasi qui nulli fidem habendam pronunciam, aut certè si persuaderem, inhumanitatis causam darem credentibus: quod & mihi ipsi propè accidisset, nisi me propè miseraciones Dei præseruassent. Nam parum aberat, quin erga quoduis in id suspensionis incidissem, vt putassem nihil in quoquam esse fidei; propterea quòd animus meus subdolis quorundam actionibus percussus erat: attramen videbatur interea nobis aliquis esse prætextus eius necessitudinis, quam cum illis habebam. Contulimus verò semel atque iterum de dogmatibus: nec putauimus fugiendos esse vna nobiscum consentientes. Nam deprehendi nos vtrinque idem loqui de fide in Deum, quod illi perpetuo ex nobis audierant. Licet enim reliqua vita nostra digna sit cuius gratia ingemiscamus: de hoc tamen vno in Domino gloriari ausim, quòd numquam falsas opiniones habuerim de Deo, neque aliter sentiendo animi postea iudicium mutauerim; sed quam à puero sententiam de Deo à beata matre, deinde & nutrice mea Macrina recepi, illam iustis incrementis auctam & adultam in me ipso conseruari. ] hæc & alia id genus Basilii.

IVRES EXPLORATORIS DOCTRINAR BASILII. Basil. orat. contra Sabell.

Quod autem spectat ad circumstantes & obseruantes eum semper exploratores, vt ipsum caperent (quod Phariseorum muneris erat, cum inter eos Dominus Iesus Christus versaretur) in sermone; cum iidem aliquando concionanti Basilio arrectis auribus astarent, verbaque singula expenderent iniqua lance, vnde ipsum calumniandi quamlibet occasionem caperent: detegens eos Basilius, aduersus Sabellianos pro concione differens, inter concionandum sic eos affatus est: Ego verò absque vlla curiosa vestigatione assensum illis præbui: ita & auditoribus tradere vellem, vt non semper de iisdem reddenda mihi esset ratio, sed vt ex vna confessione persuasos haberem discipulos. Quoniam verò nos circumdatis iudices magis quam discipuli, vt experimentum de nobis capiatis, non vt aliquid à nobis discatis: necessarium est, vt obiectionibus quidem, velut in ius vocati, respondeamus. ] idemque sæpè alias conqueritur de circumstantibus in auditorio exploratoribus, sicuti illa oratione, quam habuit aduersus calumniatores, vbi ait: Plurimi presentium exploratores magis sunt eorum quæ dicuntur, quam discipuli eorum quæ docentur: & doctrina verbi non requiritur ad ædificationem presentium, sed ad calumnias insidiantium. ] hæc ipse. Ceterum se in omnibus custodem esse antiquarum traditionum, post assertam in dicta oratione contra Sabellianos, testatamque diuinitatem Spiritus sancti, hæc subdit: Dominus ita docuit, Apostoli prædicauerunt, Patres obseruarunt, Martyres confirmarunt: satis tibi sit vt dicas quemadmodum edoctus es. ] appendicem autem hanc ad argumenta apposuit sanctus Basilius, vt coram ipsis illatam calumniam refelleret, qua illi dicere consueuerant, nouitate vocum delectari Basilium, quem constaret esse antiquitatis Ecclesiasticæ obseruantissimum: quippe qui perstringens Eunomianos hæreticos impugnantem diuinitatem Spiritus sancti, totus in eo est, vt demonstraret eam semper fuisse in Ecclesia prædicatam, in sacro nimirum hymno glorificationis, atque ipsa forma baptismi.

Sed quid accidit his circumdato, dum concionaretur, feris bestiis S. Basilio? Equidem licet prudentis ac sanæ mentis hominis sit, omne in dicendo cauere mendacium, erroremque vitare: haud tamen in cuiusquam sapientis viribus repositum est (quod id in aliena potestate situm sit) à calumniis esse liberum. Etenim præter alias ab aduersariis illatas illi

A illi calumnias, ea recens accessit, quæ plus ceteris ipsum exagitauit, cum vnus vocular, minima scilicet dictionis occasione ab eodem Basilio pro concione prolata, ab aduersariis verò tamquam lucrum ingens obuuiis arreptæ manibus, ingentes in eum concitatae sunt turbæ. Quo modo autem res se habuerit; Gregorius Nazianzenus, scripta eo argumento ad ipsum epistola, exactè recenser: quæ sic se habet:

Greg. Naz. epist. 26.

Ego te pro vitæ duce, pro fidei ac dogmatum magistro, & quicquid præclari à quoquam dici potest, tum antiquitus habui, tum nunc habeo. Et si quis alius tuarum laudum prædicator est, omnino vel mecum est, vel post me. Vsq; adeò me tibi deuinxit pietas tua, atque adeò sincerè & ex animo sum tuus. Nec verò hoc mirum videri debet: nam vbi amplior vitæ consuetudo est, illic quoque amplius est experimentum: vbi autem vberius est experimentum, illic etiam perfectius est testimonium: & si quidem alium ex hac vita fructum capio, hunc ex amicitia tua & contubernio colligo. At de his rebus ita sentio, vt inamque sentiam. Quæ autem nunc scribo, inuitus quidem scribo, sed tamen scribam. Ac mihi eo nomine minime succenseas velim: aut admodum ipse acerbè feram, si fidem tibi non fecero, me hæc beneuolo animo loqui, atque ad te scribere. Multi nos vt circa fidem parum firmos accusant, quotquot nimirum (idque merito) res nostras communes vtriusque esse censent. Atque alij quidem planè nos impietatis insimulant, alij timiditatis: impietatis quidem, qui nec sanam doctrinam à nobis promulgari credunt, sibi que persuadent: timiditatis autem, qui nobis dissimulationis præuaricationisque crimen impingunt. At aliorum sermones quid referre attinet? Quod verò nuper accidit, tibi exponam.

ADMONEB BASILIVM GREGORIUS.

Conuiuium celebrabatur, cui non pauci illustres viri intererant, nobisque amicitia coniuncti, atque inter eos vir quidam pietatis nomè habitumque præferens. Nondum computari cœptum erat, cum, vt in conuiuiis accidere solet, de nobis sermo excitatur, instar cuiusdam aduentitiae rei in medium propositus. Omnibus porro virtutes tuas magnificè prædicantibus, nosque etiam, vt iisdem vitæ studiis dedito adiungentibus, amicitiamque nostram & Athenas commemorantibus, in rebusque omnibus concordiam, animorumque conspirationem: graue quoddam facinus hic philosophus edit: Quidnam hoc (inquit admodum furiosè exclamans) ò viri, quàm insigniter mendaces & assentatores estis? Cetera quidem laudentur viri isti, si ita lubet, nec ipse sanè contradico: ceterum, quod maximum est, non illis concedam. Orthodoxiæ nomine frustra laudatur Basilius, frustra Gregorius: ille quidem, quia veritatem suis disputationibus prodidit: hic, quia tolerantia sua prodigionis focium se præbet. Hic ego: Vnde hoc, ò homo vane, atque amentia noue Dathan, & Abiron? Vnde nobis dogmatum promulgator venis? Quo modo tantarum rerum iudicem te ipsum facis?

GREGORIUS SIMVL CVM BASILIO ACCVSA- TVR.

BASILIVM GREGORIO IN CONVIUIO ACERBE TAXA- TVR.

Tum ille: Ex Euppsychij martyris conuentu nunc venio, eumque dicti mei testem habeo (sic enim se res habebat) atque illic Basilium Magnum audiui de Patre quidem & Filio optimè ac præstantissimè, atque vt vix quisquam alius facile queat, discretè, Spiritum sanctum autem conuellentem ac disuicentem. Ac similitudinem quandam adiciebat à fluuiis petitam, qui rupes cursim prætereuntes arenosa loca excauant. Et cur randem, vir egregie (inquit me intuens) tu quidem iam perspicuis verbis Spiritum sanctum Deum esse doces (simulque vocem quamdam meam commemorauit, cum ego vt in frequentissimo cœtu de diuinitate verba faciens, peruulgatū illud de Spiritu sancto interfectus essem: Quousque lucernam sub modio abscondemus?) Basilius autem fidei doctrinam obscurè subindicat, ac velut adumbrat, nec veritatem liberè profitetur, oratoris magis quam piè auditorum aures obruens, dicendique facultate subdolum animi consiliū tegens?

OBICIT TVR BASILIO DESPIRITV SANCTO BAROR.

Quoniam, inquam, ego in obscuro positus ac plerisque incognitus, sic vt nec quæ loquar, nec an loquar, fermè homines sciant, tutò philosophor: illius autem maior habetur ratio, vt pote cuius nomen tum ob ipsius virtutem, tum ob Ecclesiæ splendorem multò sit illustrius, tum etiam quod id omne quod dicit, in publico hominum cœtu dicit, grauique hæreticorum bello vrgetur, nudam præsertim à Basilio vocem arripere quærentium, vt eo (qui solus fermè reliquus est veritatis fomes, visque viuifica, vicinis omnibus captis ac subingatis) ab Ecclesia pulso & exturbato, malum istud in ciuitate radices agat, atque ab Ecclesia non secus atque ex aggere quodam & propugnaculo, terrarū orbem perualter ac populetur. Præstare itaque veritatis doctrinam cautiùs aliquanto, minusque liberè profiteri, temporis quasi nubeculæ cuidam cedere, quam eam aperta prædicatione

QVIB GREG. IN DEFENSIONEM BASILII.

opprimere. Nos enim ea ex re nihil damni facere, si ex aliis quoque dictionibus, quibus id certo colligatur, Spiritum sanctum Deum agnoscamus: neque enim in sono verborum potius quam in mente & sententia veritatem esse sitam: Ecclesiam autem graue detrimentum accepturam esse, si vnus hominis oppressione veritas profligetur.

GREGORII DEFENSIO PRO BASILIO HAVD ACCEPTA.

Hoc consilium ij qui aderant, tamquam vanum ac frigidum, ipsosque ludificans, non modò non comprobarunt, sed etiam nos clamoribus infectati sunt, vt ignauia nostra potius quam Orthodoxa doctrinae consulentes: longè enim praestantius esse nostros per veritatem tueri atque conseruare, quam huiusmodi cautione & dispensatione eos inutiles reddere, nec interim alienos elucari. Hucusque de rebus tunc gestis dictisque Gregorius, atque mox subdit: Enimvero quae & dixi & audiui, & quam immodicè & praeter mores meos aduersus eos qui contra nitentur, stomachatus sum, sigillarim exponere, prolixum nunc fuerit, minimeque fortasse necessarium. Vt autem finem dicendi faciam, sic eos amandauit. Tu verò diuine vir ac sacrosancte, facito vt nos doceas, quousque in disputatione de Spiritu sancti diuinitate progredi, quasque voces vsurpare, & quousque cautione certaue dispensatione vt debeamus, vt ea aduersus illos qui contradicunt, in promptu habeamus. Nam si hoc nunc ipse abs te doceri postularem, cum te resque tuas omnium mortalium maximè perspectas habeam, ac certissimam de his rebus fidem saepius dederim, vicissimque acceperim: omnium profectò stolidissimus essem atque miserimus. Hactenus de his Gregorius ad Basilium. Quid ad haec autem ipse rescripserit, paulo post dicturi sumus.

AD DEFENSIONEM BASILII MANVDICITIO.

Interea verò (quòd ea res maximi momenti habita fuerit) hic repetamus necesse est quae idem Gregorius Nazianzenus eadem ipsa tractans de Basilij consilio, eiusdemque integerrima fide Catholica pluribus disserit. Sed quo cuncta absque offensa alicuius accipiantur: illud in primis exemplum de eo, quod tertio tomo fuisit est: pertractatum, in medium adducere, operæpretium ducimus; firmatum stabilitumque superius sententia sanctorum Patrum Hilarij, Augustini, & aliorum: nimirum haudquaquam confessionem illam fidei dicendam fuisse haeticam, in qua diuinitas Filij Dei cum Patre aequalis, alijs vocibus, quibus & Ariana haereticis condemnaretur, haberetur expressa, etiam si in Nicæno Concilio decretum nomen Consubstantialis esset silentio praetermissum: quod pluribus est demonstratum, cum egimus de Liberio, deque Concilio Ariminensi. Atque aded si quis pro concione Filij Dei aequam cum Patre diuinitatem alijs plerisque vocibus audientium animis insinuasset, erroremque Arii pariter conuulsisset: haud iure in crimen adduci potuisset, quod Consubstantialis vocabulum ex causa aliqua tunc temporis praetermittendum existimasset. Quòd si absque vera pietatis offensa silentio licuit praeterire vocem contentiosam alioqui à sanctis Patribus in Nicæno Concilio consilio diuino decretam: cur crimini dandum Basilio fuit, vocem vnam, non tamen à Synodo aliqua definitam, pro ratione temporis silentio ab ipso praetermissam, cum alijs illi aequè pollentibus pro assertione diuinitatis Spiritu sancti tunc iusta de causa vsus fuerit? His non tam ad defensionem Basilij, quam ad elucidationem eorum quae de Basilio S. Gregorius pluribus narrat, in hunc modum praemissis, cum per salebras incedendum sit, facilius fiet de Basilij defensione ipsius Gregorij enarratio, quae sic se habet:

Greg. Naz. orat. in laud. Basilij. l. 1. c. 111.

BASILII IN CONCILIO NIKEDOCENSI SCREBITIO.

Sermones cum iudicio dispensare, de Dauidis consilio & sententia necessarium esse iudicabat, atque aliquantisper belli tempus & haeticorum principatum tolerare, quoad libertatis tempus tranquillitatisque successisset, linguaque libertatem ac licentiam attulisset. Illi enim nudam atque apertam vocem, quae Spiritui sancto diuinitatem tribueret, arripere cupiebant (quod quidem tamen verum erat, impium tamen illis ac nefario impietatis Antastiri videbatur) vt eo cum summa Theologica lingua à ciuitate pulso, ecclesiam ipsi occuparent, eamque sceleris sui propugnaculum praesidiumque facerent, vnde postea, velut ex arce quadam, omnia quae reliqua erant, popularentur, atque incursionibus peruestarent. Quas eorum insidias vt eluderet Basilus, alijs quidem vocibus è Scriptura petitis, testimoniisque minimè dubijs eadem vim habentibus, necessariisque argumentis aduersarios ita comprimere, vt nullo modo repugnare, atque in contrarium niti possent: sed quae maxima disputationis & ingenij virtus est, proprijs vocibus constringerentur; quemadmodum is liber; quem hoc argumento edidit, perspicuo ostender, in quo calumniam quasi ex Spiritu pyxide mouet.

Sed tamen propriam & apertam vocem interim vsurpare differebat, tum ab ipso Spiritu

ritu

Aritu, tum ab alijs etiam sinceris ipsius propugnatoribus gratiam petens, ac rogans ne hoc suo consilio offenderentur: nec committerent, vt dum vnam voculam mordicus retinere conarentur, propter inexplebilem cupiditatem omnia perderent, conuulsa nimirum turbulentissimo tempore ac distracta pietate. Ipsos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, si dictiones paululum immutentur, modo alijs verbis eadem doceantur: neque enim salutem nostram in sermone magis quam in rebus consistere: quippe cum ne Iudaei quidem reiiciendi sint, si ad aliquod tempus pro Christo, vocem, Vncti, sibi concedi postulant, religioni nostrae assentiri vellent. At Reipublicae non posse maiorem pestem ac perniciem afferri, quam si ab haeticis occuparetur Ecclesia. Nam quod alioqui melius, quam quiuis alij, Spiritum sanctum Deum nosset, cum perspicue ex eo constar, quod & hoc saepe de loco superiore, quoad per tempus licebat, praedicauit, & priuatim apud eos, à quibus interrogabatur, haud cunctanter confessus est: tum verò in suis ad me sermonibus apertius id ostendit (neque enim quicquam vniquam, cum de his rebus mecum colloqueretur, animum tectum occultumque habuit) non simpliciter hoc affirmans, sed quod anted ipsi pererrò acciderat, sibi rem omnium maximè horrendam imprecatus, nempe vt ab ipso Spiritu sancto excideret, nisi cum Patre & Filio Spiritum vt consubstantialem & aequalem coleret. ] & paulo post.

TACERE A LIQUIDIM TER D VM ABSQVE FERREI / CIVRA LICIA RR.

Nec verò haec à me eò commemorata sunt, vt illius gloriam oratione mea defenderem (praestantior enim est, quam vt accusatoribus, si qui tamen sunt, in ipsius famam quicquam liceat) sed ne iis solis vocibus, quae in illius libris reperiuntur, pietatem circumscribentes, imbecilliori fide nitantur, eamque de diuinitate differendi rationem, quam ei tempus illud non sine spiritus numine afferebat, versutae malitia suae praetexant: verum eorum quae scripsit, sensum ac scopum, quem sibi in scribendo proponebat, expendentes, ad veritatem magis accedant, atque impiae doctrinae professionibus os obstruant. Mihi quidem, omnibusque qui me carum habent, vti nam adfit illius Theologia. Atque aded tam certam de ipsius circa hanc rem animi puritate fiduciam habeo, vt praeter alia omnia, hoc quoque cum eo habere commune non recusem: ita vt illi mea, mihi vicissim illius omnia & apud Deum & apud candidissimos quosque homines adscribantur: nam neque Evangelistas idcirco inter se pugnare dixerimus, quonia alij in exponenda Christi humanitate plus operæ posuerunt, alij ad explicandam diuinitatis materiam se contulerunt, &c. ] haec Gregorius pro Magno Basilio.

CONVENTIO BASILII CVM GREGORIO

Quae licet certa veraque essent, & quae esse satis possent ad tanti viri excusationem, animique consilium penitus aperiendum: tamen eius hostes, qui ipsi viuenti de his negotiis faceere non sunt veriti, haudquaquam eidem mortuo pepercerunt: vnde opus fuit viros insigniter eruditos pro eodem Basilio defensionem parare, scribereque apologias. Praestitisse id quidem in primis eius germanum Gregorium Nyssenum, qui libros Basilij aduersus Eunomium scriptos ab aduersariorum calumnijs vindicauit, auctor est Photius in sua Bibliotheca: post Gregorium verò id ipsum egisse Theodorum Antiochenum, necnon Sophronium, idem auctor affirmat, dum eorumdem Ecclesiasticorum virorum lucubrationes recenset: Vt planè intelligas viros improbos ac refractarios minimè acquieuisse Gregorio Nazianzeno, Ecclesiae Theologo, dignissimo viro de Basilio summa fide exhibenti testimonium. qui rursus haec de eodem Basilij commentario: Cum, inquit, tractatum, quem de Spiritu sancto conscripsit, euoluo; Deum quem habeo, nanciscor, ac libero & praesidenti animo veritatem confiteor, illius videlicet & Theologiae & speculationi insistens. ] haec ipse.

APOLOGIAE COMPLEVRS PRO BASILIO.

Greg. Naz. orat. in laud. Basilij.

At sentio curiosum lectorem auidè à nobis exigere, quænam esset vocula illa, immo dictio brevis vel syllaba, cuius causa tum à Gregorio, tum etiam ab eodem ipso Basilio & alijs clarissimis viris fuerint elucubratae apologiae. Dicam equidem eodè ipso Basilio auctore: qui cum eadem ex causa ab amicissimo Amphiloquio Iconij Episcopo interpellatus esset, vt obortam de syllabis quaestionem in causa grauissima, nempe de Spiritu sancti diuinitate elucidaret: obtemperans ei, peregrinum commentarium eo argumento conscribens, in fine praefationis haec habet: Ad huius quaestionis originem me paulisper conuertam. Nuper oranti mihi apud populum, & vtroque modo glorificationem absoluenti, Deo ac Patri, interdum cum Filio ipsius ac Spiritu sancto: interdum, per Filium in Spiritu sancto: cum alij quidam ex iis qui tum aderant, id obseruarant, dicentes, nos non modò peregrinis ac nouis vsos vocibus, verum etiam inter se pugnantibus: tum tu

IN QVORUM PRESEN- SVS.

præcipuè aderas, nimirum consulens illorum vtilitati. ] hæcenus Basilius de origine quaestio- nis. Viguit enim ea semper in Ecclesia consuetudo, vt concionator in absolutione ser- monis, inuocatione sanctissimæ Trinitatis cum gratiarum actione orans concioni finem imponeret, non tamen vt eadem semper vteretur præscripta forma verborum.

Sed vnde pij, fideque præstantes qui tunc erant, scandalum passi sint, id primum intelli- gendum. Antiochiæ olim obortam esse disensionem inter Catholicos & Arianos, supe- rius dictum est ex Theodoro<sup>a</sup> atque Sozomeno<sup>b</sup>, dum illi hymnum glorificationis oc- cidentis dicebant: Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto ] Ariani verò aliter, nempe: Glo- ria Patri per Filium in Spiritu sancto. ] Quod igitur S. Basilius in hymno glorificasset Pa- trem per Filium cum Spiritu sancto, magnam attulit Orthodoxis admirationem & scan- dalum. Porro vt eo modo Catholicis hymnum dicerent, non quidem, vt multi putant (quod diximus) ex præscripto venit Nicæni Concilij: quid enim ea de re decreuerit S. Syn- odus, suo loco superius demonstratum est. Nec rursus ex canone aliquo postea edito vs- que ad hæc tempora statuta forma aliqua reperitur, quam qui non serualet, excidisse dici posset à Catholica fide, & inter Arianos adnumerari: adeò vt illud esset seruandum, istud verò euitandum; illudque demonstraret quempiam esse Catholicum, hoc verò hæreti- cum: sed erat illud in vsu in Antiochena tantum Ecclesia, nec alibi (quod legatur) quàm Antiochiæ obseruatum.

Ceterum S. Basilius, quod optimè sciret, tum diuinæ scripturæ auctoritate, tum antiquæ traditionis exemplo, tum denique sanctorum Patrum testificatione id absque dispendio Catholicæ fidei licenter dici posse, ad optimum finem ea licentia vsus est. Cuius quidem rei causa probandæ, præclarum illum atque eruditum commentarium scripsit ad Amphi- lochium, quem consulat, qui hæc ab eo exactè probata optat plenè cognoscere. Sed C quod pertinet ad antiquam traditionem atque maiorum consuetudinem, qua diceretur, Gloria Patri & Filio cum Spiritu sancto: ita ipse<sup>c</sup>: Mentiuntur & illud: hanc vocem, Cum quo, ab vsu piorum alienam esse. Quotquot enim morum constantia, antiquitatis maie- statem nouis ornamentis prætulerunt, ac maiorum traditionem citra mutationem con- seruarunt, singulis cum regionibus, tum ciuitatibus hac voce sunt vsi. ] & paulo post: Ita- que videas & hodie à rusticis hanc vocem more veterum pronunciar. ] ac rursum: Pro- inde quod à maioribus nostris dictum est, & nos dicimus, gloriam esse communem Patri cum Filio, &c. ] quod enim Basilius à Patribus accepit traditum, id ipsum ex diuina etiam scriptura vindicare sibi auctoritatem pluribus docet. Sed & quod æquè diuina scriptura vsa sit, in, per, cum: sicut rectè dici, Cum Spiritu sancto, ita etiam æquè benè proferri, In Spiritu sancto, pluribus probat<sup>d</sup>; & quid inter se differrent, luculenter elucidat. atque D post multa.

Veneranda sunt, inquit<sup>e</sup>, vetusta dogmata, quod ob antiquitatem ceu canicem quam- dam habcant quiddam reuerendum. Enumerabo itaque vobis huius sermonis auctores. ] atque subdit: Ipse quidem (si de me propriè quid loquendum est) vocem hanc tamquam hereditatem paternam conseruo acceptam à viro multo tempore in seruitio Dei versato, per quem baptizatus sum & Ecclesiæ ministerio admotus, &c. ] citatque antiquos Patres in glorificatione sanctissimæ Trinitatis vsos vtroque more dicendi, nempe Clementem Romanum, & Alexandrinum, Irenæum, Dionysium Alexandrinum, Africanum, Athe- nogenem, Gregorium Thaumaturgum, Firmilianum magni nominis antiquum suum præ- decessorem, necnon præstantem illum Meletium Ponticum.

At ne quis putaret exoleuisse eiusmodi veterem morem, antiquataque tot maiorum E exempla: de his quæ tunc temporis omnibus fermè in locis agerentur, cuiusmodi affert testificationem<sup>f</sup>: Sed quid, inquit, opus est vetera commemorare? Immo qui nunc sunt Orientales, nõnne hoc vno potissimum piè sentientes agnoscunt, hac voce veluti signo suos ab alienis diiudicantes? Vt autem ego à quodam Mesopotamio audiui, viro & linguæ eruditæ, & mentis integræ: ne licet quidem illis, etiam si velint, aliter sonare vocem eo loco receptam, sed necesse est illis per voces idem cum hac pollentes iuxta quamdam maiorem proprietatem glorificationem offerre. Quin & Cappadoces sic iux- ta regionis morem loquimur, iam tum in linguarum diuisione dictionum vsu prouiden- te Spiritu. Quid porro Occidens totus, propemodum ab Illyrico vsque ad fines no- stri Orbis, nõnne per hanc vocem orat? Qui fit igitur, vt ego sim innouator, & recentio- rum verborum architectus, cum omnes nationes, & ciuitates, & consuetudinem omni hominum

<sup>a</sup>Theod. lib. 2. cap. 24. <sup>b</sup>Sozom. lib. 3. cap. 19. Vnde Oc- casto scan- dali con- tra Basi- lium.

DICTIONES PER, IN, CUM, LICITUM IN GLO- RIFICATIONE PO- NI. <sup>c</sup>Basil. ad Amphilo- ch. cap. 7.

<sup>d</sup>Basil. ad Amphilo- ch. ca. 15. & 27. <sup>e</sup>Basil. ad Amphilo- ch. c. 19. MAIORVM AVCTORI- TATEM BASILIVS SE- CVTVS EST.

<sup>f</sup>Basil. ad Amphilo- ch. c. 29.

RECENTIO- RES HODIEM MODO QVO BASILIVS TRINITA- TEM GLORI- FICANT.

A hominum memoria vetustior, insuper & viros Ecclesiæ columnas & omni scientia & virtute spiritus venerandos duces & auctores huius vocis exhibeam? ] hæc & alia plura Basilius.

Quibus planè videas Antiochenæ Ecclesiæ ritum illum, & contentionem aduersus eos qui glorificarent Patrem per Filium in Spiritu sancto, fuisse ipsius tantum peculiarem, cum liceret Catholicis vbique positus absque detrimento Catholica veritatis iisdem vt in glo- rificatione atque gratiarum actione dictionibus: cuius rei de Romana Ecclesia ex disertis- simo ac pariter sanctissimo viro eius Episcopo satis esse potest exemplum. Etenim sanctus Leo Papa concionatus in die Natalis Domini<sup>a</sup>, his verbis ad agendas Deo gratias popu- lum inuitauit: Agamus ergo, dilectissimi, gratias Deo Patri per Filium eius in Spiritu san- cto, &c. ] Virum planè fuit Arianorum, vt ea textura verborum vterentur in sancto ba- ptismo, adulterantes formam ipsam à Christo præscriptam: à quo quidem Arianorum vsu Orthodoxi penitus abhorruerunt, nefas existimantes aliter illa pronunciare verba, quàm à Domino fuerint imperata. Quomodo modo autem eadem verba in glorificatione dicentes Ariani blasphemarent, Catholici verò laudarent sanctissimam Trinitatem, idem Basilius pluribus docet<sup>b</sup>.

Ipse igitur vbi graui fortique apologia de obiectis criminibus ab amicis & aduersariis se purgauit: quod videlicet vndique in se certamina concitari, & cum hostium tum amico- rum iaculis confodi sentiret: præsentis temporis statum Ecclesiæ Orientalis, tanquam in tabula imaginem coloribus pictam, stylo reddit his verbis<sup>c</sup>: Cui, inquit, comparabimus præsentem statum? Profecto similis bello nauali, quod ex multo odio, ex veteribus offen- sis inter ipsos per longum tempus alito, naumachi quippiam ac bellaces instituerunt.

C Nunc igitur in hac imagine mihi spectata terribilem vtrinque concursum, mox ira iam eo erumpente, vt sit immedicabilis, vtramque partem simul prostratam confici. Pone, si vis, violento turbine circummagi classem, caliginemque densam è nubibus incumbere, adeoque obscurare rerum visibilibus species, vt nulla sit amicorum & hostium discretio, propterea quod ob confusionem symbola militaria sint ignota. Huic imagini propter euidentiam ad- damus etiam mare intumescere, atque ab imo subuerti, rapidumque Aquilonem è nubi- bus deorsum erumpere, horribilemque procellam ingentibus fluctibus, quos tricymias vo- cant, exurgere. Post hæc ventis vndique concursantibus, totam classem inter se cum fra- gore collidi: atque in conflictu alios quidem velut sui proditores ad ipsam desperationem vltro transfugere, alios cogi, vt pariter & scaphas impellant à ventis actas, & occurrant irruentibus, seseque mutuo per seditionem trucident: quam seditionem partim iam ad extremum prouecta inuidia, partim quæ singulis adest vincendi cupiditas excitauit. Ad hæc cogita confusum quemdam & indiscretum clamorem per vniuersum illud ma- re resonantem, partim è ventorum strepitu, partim, è collisione nauium, partim ex v- ndarum impetu feruentium, partim ex vociferatione proeliantium varias voces pro sin- gulorum affectibus emitti, vt neque naucleri, neque gubernatoris vocem exaudire liceat, sed prodigiosam quamdam mixturam, confusionemque incredibilium malorum, dum ob omnem vitæ spem creptam prorsus non timent peccare. Adice iisdem & immedica- bilem quemdam morbum, ac insanabilem præ gloriæ cupiditate insaniam, vt cum nauis iam in fundum maris deferatur, tamen nautici duces primam assequendi lau- dem contentionem non remittant. Transi iam ab imagine ad ipsum mali archety- pum, &c. ]

E Conuenientiam imaginis huius cum Ecclesiæ huiusce temporis statu in omnibus rectè respondentem idem post hæc exactè demonstrat: quæ omnia breuitatis causa hic descri- bere prætermittimus, cum ex his quæ dicta sunt atque dicentur, veritas ipsa satis descripta noscatur. Porro idem Basilius ad Athanasium scribens<sup>d</sup>, eadem collatione atque imagi- ne statum Orientalis Ecclesiæ repræsentat. Sed & Gregorius Nazianzenus<sup>e</sup> nulla aptiori comparatione visus est sibi describere valuisse mutuo inter se digladiantium Orientalium Ecclesiarum faciem, quam exemplo naualis nocturnæ pugnæ. Quamobrem æquè Basilio accidit atque Elia, qui tædio iam victus mortem vitæ præfert, & sicut Paulo dicenti: Ten- tati supra modum, ita vt tæderet nos vitæ. ] nam ad Demophilum scribens ait<sup>f</sup>: Anno præterito cum ex grauissima febri ægrotassem, & prope ad ipsas portas mortis deuenissem, bonitate verò Dei reuocatus essem; ægrè ferebam illam mei restitutionem, expendens ad quæ mala iterum reuersus essem. ]

LEONIS PA- PAE EXEM- PLVM.

<sup>a</sup>Leo ser. 1. in die Nat. Dom.

<sup>b</sup>Basil. de Spirit. sanct. ad Amphilo- ch. c. 45. 8. DESCRIPTIO STATVS ORIENTA- LIS ECCLIE- SIAE. <sup>c</sup>Idem c. ult.

E GREGORIA COLLATIO NAVALIS PVGNÆ CVM TEM- PESTATE ECCLIESIAE.

<sup>d</sup>Basil. epist. 11. <sup>e</sup>Greg. Naz. apolog. 1.

<sup>f</sup>2. Cor. 1. <sup>g</sup>Basil. epist. 82.

In tot tantisque ærumnis Basilio constituto, vnum illud sibi relictum videbatur esse con-  
fugium, vt Magni Athanasij auxilium litteris absens expeteret, cuius & ad Deum preci-  
bus fulciretur, ad quem hoc tempore perbreues has ea de causâ litteras dedit<sup>a</sup>:

<sup>a</sup> Basili. epist.  
49.  
BASILIUS  
PRESSVS  
MARTYR  
ATHANASII  
SYMIONI  
TERPELLAT

Quanto Ecclesiarum languores auctiores euaserunt, tanto vniuersi ad tuam conuerti-  
mur integritatem, vnam nobis malorum cõsolationem in tua tutela relictam esse creden-  
tes; qui & precum virtute & scientia rerum gerendarum, qua quid optimum factu sit ad-  
monere potes, ex horribili ista tempestate conseruare nos ab omnibus qui aliquantulum  
integritatem tuam vel auditu vel experientia cognouerunt, crederis. Quocirca ne cesses  
orare pro animabus nostris, excitareque litteris, quarum si agnoscis quantus sit vsus, nullam  
vniquam si qua dabitur, scribendi ad nos occasionem negligas. Si verò digni habemur ad-  
iutorio precum tuarum, vt & videamus te, & bonis quæ in te sunt perfruamur, & ad hi-  
storiam vitæ nostræ, congressum cum magna verè & Apostolica mente tua adiecerimus: B  
omnino & ex æquo respondentem totius vitæ nostræ afflictionibus consolationem nos  
Dei solita benignitate accepisse reputabimus.] hæcenus ipse ad Athanasium.

BASILIVS  
GREGORIVM  
NAZ. AC  
CERSIT.  
<sup>b</sup> Greg. Naz.  
epist. 20.

Sed & quem sciebat sibi esse fidelem Gregorium Nazianzenum, qui ipsum de his pri-  
mus admonuerat; cum ad eum rescribit, inter alia, vt sit sibi auxilio, ad se vocat non sine  
querela, quod à se recedens minimè stetit pactis conuentis: nam ait<sup>b</sup>: Si vt inter nos olim  
conuenerat, & cura & sollicitudo, quam nunc Ecclesiis debemus, efflagitat, bonam anni  
partem simul traduxissemus, aniam atque aditum obtreclatoribus haudquaquam dedisse-  
mus. Tu verò (si ita videtur) hos valere sine, nostrisque precibus adductus nos in præsentem  
certamine laborantes adiuua, simulque cum eo qui aduersus nos cum exercitu grassatur,  
manus confere. Nam si vel solus conspectus fueris, eius impetum infringes, eosque qui ad  
patriæ res eneruandas instructi sunt, fundes ac dissipabis, perspicuum videlicet eis faciens, C  
te cæcus nostri ducem futurum, atque os omne iniustum hominum iniquitatem aduer-  
sus Deum loquentium obstruendum. Quod si contigerit, res ipsæ declarabunt quis ille  
erit qui te ad præclara negotia sequetur, quis rursus claudicet, ac veritatis doctrinam  
ignauia prodat, &c.]

<sup>c</sup> Greg. Naz.  
epist. 27.  
BASILIUS  
GREGORII  
IN PRAEDI  
CATIONE  
DISTINCTA  
MYNERA.  
<sup>d</sup> Greg. Naz.  
orat. in laud.  
Basili.

His, vt ita dicam, Basilij dolentis clamoribus Gregorius interpellatus, ad eum rescri-  
bens, suum pollicetur aduentum, vbi ait ad finem<sup>c</sup>: Hoc autem habeto, me Deo aspiran-  
te, & tibi futurum, simulque dimicaturum, virilemque operam impensurum esse. Quis  
enim languescet, immò quis non magno & fidenti animo futurus est, te duce ac so-  
cio de veritate disputans ac certamen conferens? ] hæc ipse. Porro magnum emolumen-  
tum ac robur prædicationi Euangelicæ accessisse, perspicuum fuit, vbi simul iuncti Basilius  
atque Gregorius aduersus hæreticos dimicauerunt. Quo modo autem in eo certamine inter D  
se partiti sint munera, idque magno consilio, Gregorius tradit his verbis<sup>d</sup>: Quod si quis  
in huiusmodi rebus me illius socium admiserit: aliquid quod plerisque incognitum ante  
fuit, euulgabo. Nam cum temporis angustiis premeremur, hanc ipse rationem inibat:  
vt sibi quidem verbi dispensationem; nobis autem, quos ob nominis obscuritatem ne-  
mo accusaturus, patriaque eiekturus esset, loquendi libertatem committeret. Atque  
ita Euangelium nostrum firmum validumque erat vtriusque auxilio suffultum. ] hæc  
Gregorius.

ALTERCA-  
TIONES DA-  
SILII CVM  
ANTHIMO.

<sup>e</sup> Greg. Naz.  
orat. in laud.  
Basili.

Ceterum non aduersus hæreticos solum reprimendos eo modo vsus est Basilius Gre-  
gorij opera; sed etiam aduersus secundæ Cappadociæ Metropolitanum Anthimum alic-  
næ inuasorem diocesis, primæ nimirum Cappadociæ, cui præerat ipse Basilius, vsus est  
administro, quem veluti aggerem opponendum Anthimi temeritati putauit. Quoniam E  
autem modo ista acciderint, & quem finem fuerint consecuta, ab ipso Gregorio petitam  
integram rei gestæ seriem recitemus: Hinc, inquit<sup>e</sup>, iam Episcoporum, & eorum qui mi-  
litiæ societatem cum illis inierant, bellum incipit: bellum cum per se admodum turpe &  
ignominiosum, tum subditis ipsis non minus perniciosum. Quis enim alios ad moderatio-  
nem ac tranquillitatem inducere queat, sic affectis Præsulibus? At tres quidem erant cau-  
sæ, cur multi etiam ante parum æquo & amico erga eum animo essent. Prima, quod in fi-  
dei negotio nequaquam cum eo sentiebant, nisi quantum id ipsis, cogente multitudine,  
necessario faciendum erat. Altera, quod dolorem ex ipsius electione conceptum ex animis  
nondum penitus eiecerant. Postrema, quod se longè multumque ab eo gloria superari,  
acerbissime ferrent, tametsi id confiteri turpissimum esset. Orta est & alia quædam simul-  
tas, quæ hæc omnia redulcerauit.

Nam

A Nam cum patria nostra in duas prouincias & metropoles diuisa esset, ac multa ex prioribus  
nouæ metropoli adiungerentur: ea de causâ inter illos dissidium excitatum est. Hic enim  
æquum esse dicebat, vt cum publicis diocesibus nostræ quoque simul diuiderentur: ob  
eamque causam eas parces, quæ nouæ prouinciæ nuper adiunctæ fuerant, vt iam ad se  
pertinentes, atque ab illo distractas, vendicabat. Basilius contra veteri consuetudine nite-  
batur, atque huic diuisioni, quæ olim à Patribus facta fuisset, inhærebat, & optimo quidem  
iure. Atque ex hac contentione, permulta trita partim iam accidebant, partim impen-  
debant. Episcopos subdole ad se pertrahebat notus Metropolitæ, prouentus diripiebat:  
Ecclesiarum presbyteros partim oratione inflectebat, partim subrogatis aliis eiciebat. Ex  
quo efficiebatur, vt Ecclesiarum negotia deterius se haberent, vt pote quæ in partes ac stu-  
dia scinderentur. Homines quippe rerum nouatione quodammodo delectantur, ac liben-  
ti animo noxas suas obiter elucrantur: faciliusque est instituta labefactare, quam labefa-  
ctata in pristinum statum reducere.

Quod autem illum magis in furorem agebat, Taurici redditus ab ipso quidem obiter  
cernebantur, verum ad Casariensem deuehebantur. S. Orestis prouentus colligere maxi-  
mi aestimabat: adeo vt ipsius etiam iter facientis mulos aliquando corripuerit, ac ne vl-  
tra progredierentur, cum prædatoria manu prohibuerit. Et quàm speciosus his rebus præ-  
textus adhibebatur: Filij spiritalis, & animæ, & fidei doctrina, ceteraque huiusmodi cu-  
piditatis inexplibilis integumenta (res inuentu perfacilis) itemque illud: Vectigal hæreticis  
persoluedum non esse. Quisquis enim illi molestiam exhibebat, in hæreticorum nu-  
mero habebatur.

Nec tamen ille Dei sanctus sublimisque Hierusalem verè Metropolitæ, nempe Basilius,  
aut errantes secutus est, aut hoc dissimulare sustinuit, aut paruam huius mali remedium  
excogitauit: sed perspicacissimus, quæso, quàm magnum & admirandum, & illius (quid enim  
aliud dicam?) anima dignum. Et enim dissidium hoc in Ecclesiæ lucrum emolumentum-  
que conuertit, ex eaque calamitate insignem vtilitatem traxit, patriam nimirum pluribus  
Episcopis communiens. Ex quo tres præclarissimæ res secutæ sunt: nam & animarum cura  
maior suscepta est, & quælibet ciuitas prouentus suos habuit, & bellum hac ratione  
compressum & extinctum est. ] creauit enim Basilius inter alios nouum Episcopum, cui  
Tauricæ regionis S. Orestis martyris redditus tunc adscripsit, quos Anthimus sibi manu  
prædatoria vendicabat.

Quod verò ad diuisionem Cappadociæ spectat: vna in duas prouincias partita est, qua-  
rum altera Cappadocia prima, secunda altera dicebatur. Potior autem prima erat, in qua  
D Casarea, cui S. Basilius præerat Episcopus; secunda verò metropolis Tyana, cui Anthimus  
præsidebat. Rursum sub secunda Cappadocia situm erat Nazianzum, & Arianzum, vbi  
natus est Gregorius cognomento Nazianzenus. Id quidem restatur Iustinianus Imperator  
in edicto de fide ad Ioannem Romanum Pontificem, cuius est exordium: Scientes quod  
nihil aliud; &c. ] vbi propè finem habentur quæ diximus de Nazianzo & Arianzo Cap-  
padociæ secundæ subiectis sub metropoli Tyanensi. Cum igitur ita inter se altercarerentur:  
Anthimus atque Basilius, salubre hoc (inquit Gregorius) consilium excogitauit, vt plures  
in sua diocesi crearet nouos Episcopatus: sed illud planè salubrius, vt à ditione Anthimi  
vendicaret sibi Gregorium, quem nouæ institutæ sedi Sasinorum crearet Episcopum: qui  
& compefcere posset Anthimum ab alienæ inuasione diocesis. Id sanè quantumlibet ho-  
nestissima de causa à Basilio factum fuerit, ægro tamen animo ipse Gregorius pertulit; qui  
E de his agens ita conqueritur<sup>f</sup>:

Huius consilij vereor ne velut appendix quædam ipse fuerim: neque enim honestius  
ac speciosius verbum, quo vtar, occurrit. Nam cum cetera omnia huius viri facta, supra  
quàm dici queat, admirer: vnum hoc laudare nequeo (affectum enim animi confitebor)  
aliòque nec multis incognitum) eam nimirum, quam in nos adhibuit nouationem ac dis-  
fidentiam. ] ita Gregorius, quod Basilius veritus ne ab ipso defereretur, arcto eum vincu-  
lo ligandum putauit: sed subdit. Huius rei maiorem ne tempus quidem adhuc exhauri-  
re potuit. Hinc enim mihi omnis vitæ inconstantia & perturbatio manauit, quodque  
philosophari nequiebam, aut certè non existimer, tametsi de posteriori non magnopere  
laborem. Nisi quis tamen hoc à me pro illius purgatione accipiat, quod sublimiora quàm  
pro hominis conditionis sentiens, atque hinc priusquam etiam è vita excederet, digressus,  
omnia ad Spiritum referebat; atque amicitie officia, quæ alioqui sanctè colebat, hic so-  
lum

<sup>f</sup> Greg. Naz.  
orat. in laud.  
Basili.

BASILIVS  
AGIT DE  
PRAEFICI-  
ENDO GRE-  
GORIO EC-  
CLESIAE  
SASIMO-  
RVM.



CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 8.  
371. J. VALENTIS

lum aspernabatur, vbi Deum anteponi oportebat, atque antiquiores habere res in spe possitas, quam fragiles & caducas. ] hæc Gregorius de Basilij consilio in præficiendo ipsum Ecclesiæ Sasimorum: quod quidem viribus omnibus contendit vt faceret, cupiens Gregorium adsciscere sibi collegam, operaque tanti viri vt ad comprimendos nimia temeritate insolescentes Episcopos, sciens ipsum præ excellenti virtute atque doctrina ab omnibus fore colendum.

Absens erat Gregorius, dum hæc per Basilium agerentur: quæ cum internuncio litterarum ipse Gregorio significasset, restitit ille, obstinatoque animo renuit: cumque nullo persuadendi genere inflectere posset, neque eum adducere vt acquiesceret; ad ipsum rursus scribens, amicabili quadam fiducia durius increpauit, vsque adeo, vt rusticum, asperum, durumque moribus nominaret: quibus Gregorius acceptis à Basilio litteris, pari fiducia, magnaque animi ingenuitate ita rescripsit, non tamen sine stomacho:

<sup>a</sup> Greg. Naz. epist. 31.

GREGORII  
QUERELA  
DE PRAEF-  
CTURA SA-  
SIMORVM.

Desines ne nos tandem maledictis incessere, vt insulos, & rusticos, & ab amicis inopes, ac ne vita quidem dignos; quoniam ea quæ passi sumus, intelligere ac persentire ausi sumus? Neque enim quidquam aliud proferre queas, in quo à nobis læsus sis: nec vlla in re omnino nobis conscius sumus, nos inquam aliquid in te admisisse (atque vtinam numquam conscius sumus) nisi quod fraudem in quam inducti sumus, seruis quidem quam oportuit, sed tamen aliquando cognouimus: atque huius rei culpam in Episcopalem thronum confestim, vt pote qui te repente supra nos euerit. Ac vehementer fatigamur, dum tua nobis obiiciuntur, eaque apud illos, qui & pristina nostra ac præsentia perspicue norunt, defendimus. Hoc enim omnium quæ patimur, maxime ridiculum est, vel potius miserandum, nimirum quod iidem & iniuria afficiuntur & accusantur, id quod nobis hoc tempore accidit. Obiiciunt porro alij aliud quippiam & quicquid vniuscuiusque voluntas tulerit, prout vel moribus comparati sunt, vel nostra causa irascuntur: benignissimi autem quique neglectum & contempionem, & quod nos, posteaquam opera nostra vsus fueris, velut fordidissima vasa & instrumenta proieceris, vel tamquam adminicula ea quæ in fornicibus supponuntur, ac simulatque structura firmata atque compacta est, subdici ac pro nihilo haberi solent.

GREGORIVS  
RECUSAT  
OMNINO  
PRAEF-  
CTURAM.

Verum hoc sanè valere sinamus, & quæ dicunt, dicere: Nemo linguæ libertatem coercet. At tu beatas illas spes & inanés mercedis loco persolue, quas aduersus eos excogitasti, qui te eo nomine lacerant, quod per honoris speciem leues nos atque ad res huiusmodi promptos & obuios contumeliosè protruieris. Ego verò quid animi habeam, explicabo: nec mihi propterea irascaris: dicam enim quæ flagranti etiam dolore prælocutus sum, non vsque adeo vel ira æstuans, vel rei euentu percussus & attonitus, vt ratio se subduceret, ac quid dicerem ignorarem. Non arma comparabo, nec rei militaris artem discam, quam prius non didici, cum huius rei commodius tempus videbatur, omnibus videlicet arma: induentibus & furiosè inter se congregientibus (nostri infirmorum morbos) nec Martium Anthimum certamine excipiam, quamuis alioqui immaturum bellatorem, nimirum ipse rei bellicæ ignarus, vulneribusque magis expositus. Quin tu potius (si ita videbitur) cum eo bellum gere: nam infirmos quoque sæpe necessitas ipsa pugnaces efficit: aut quære qui bellum gerant, cum ille mulas tuas arripuerit, locorum angustias obseruans, quemadmodum ille Amalec, cum transitu Israël arceret. Nobis autem aliarum rerum omnium loco quietem concede. Quid enim opus est pro lactentibus & auibus & quidem alienis, non secus ac pro animabus & canonibus digladiari? Quid etiam splendidis illis Sasimis Metropolitanam urbem priuare, ac mentis arcanum, quod premendum & occultandum erat, detegere? Quocirca tu quidem viriliter age & confortare, omniaque ad tuam ipsam gloriam (quemadmodum fluij torrentes) trahe, nec amicitiam nec vitæ consuetudinem & familiaritatem virtute ac pietate potiotem habens, nec quæ ex his rebus hominum opinio de te futura sit, quicquam curans, sed vni dumtaxat Spiritui te addicens. Nos verò id dumtaxat lucrari ex amicitia tua capiemus, vt amicis posthac minimè fidamus, nec Deo quicquam præferamus. ] hæcenus ad Basilium Gregorius iuste, vt sibi videbatur, expostulans.

QUERELA  
DE EPISCO-  
PATV SASI-  
MORVM.

Quod autem ait complures succensuisse Basilio, quod ipsum tentarit præficere Sasimis iam illos admirans occinuit:

Quid

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 8.  
371. J. VALENTIS

A

Quid hoc, Basili, sacrum & venerandum caput,  
Quod Sasimorum collocas in oppido  
Vilissimo Gregorium maximum virum?  
Non mente dignum facinus hoc reor tua. ] hæc illæ.

Qualis autem esset Sasimorum locus, ipse Gregorius describit his versibus:

In Regie medio via est vicus situs,  
Qui scindit in tres se vias, lymphis carens,  
Exors vitoris, libero indignus viro,  
Arctumque prorsus oppidum, triste & nimis.  
Hic cuncta strepitus, puluis hic cum curribus,  
Lamenta, stertus, carnifex, & compedes,  
Tormenta, ciues, hospites hic & vagi.  
Erat hæc meorum Sasimorum Ecclesia.  
His liberalis scilicet vir me dedit,  
Denos haberet quinquies cum Antistites  
Sub se: & quidem, vi vendicante vt altero,  
Victor maneret, erigens sedem hanc noue, &c.]

B

At Gregorij reculantis animus ille fuit, non vt humilem locum despiceret: sed (quod sæpe refricat) quoniam locus ille cuiusnam esset, primæ ne an secundæ Cappadociæ, inter Anthimum atque Basilium in magna controuersia positum esset, ipseque Anthimus furore percitus, ducis exercitus potius quam pastoris speciem præferret, quam ob causam eum idem Gregorius Martium Anthimum nominat. Porro his se immiscere turbis, admodum præter institutum Gregorius sibi videbat accidere, qui tenebatur quietis amore.

C

Sed urgente adhuc Basilio, atque litteris expostulate: rursus idem Gregorius litteris pariter redditus, firmiori mentis proposito oblatam sedem Sasimorum recusat, ad ipsum ita rescribens quam breuissimè fieri licuit:

Desidiam & inertiam nobis obiicis, quia Sasima tua recusauimus, nec Episcopatus cupiditate incitamus; vobis, non secus atque esca canibus in medio proiecta, arma indutentibus. Mihi verò maxima actio est otium. Atque vt quippiam laudum mearum intelligas: vsque adeo quiete atque otio glorior, vt me mutuo aduersus vos animi magnitudinis eius, quæ hic sita est, legem omnibus esse putem. Quod si nostrum exemplum omnes sibi imitandum proponerent: nec Ecclesiæ quidem negotij quicquam haberent; nec fides, quæ propriarum cuique contentionum telum est, miserè distraheretur. ] hæc ipse.

D

Duabus hisce litteris, & fortasse aliis quæ non extant, eodem argumento intercedentibus, percussus non nihil Basilio animo est, quod apud Gregorium paulò liberius hæc scribentem videretur ipsi contemptui esse, dolens plurimum se adeo ab eo vilipendi, ac pro nihilo prorsus haberi: hæcque alia id genus miscens querelarum, eadem Gregorio significauit. Quæ cum ille accepisset, vt suspicionem hanc à Basilij animo dimoueret, officij plenas ad eum reddidit litteras; illud obtexens, quod non contemptus causa, sed amore tranquillioris vitæ parere penitus recusasset. Extant ipsæ litteræ & alio loco perperam collocatæ, alioque illis indito argumento: quas necessario hic putauimus esse reddendas, quo ex ipsis omnibus innotescat, Gregorium paulò licentius apud Basilium agentem, haud fastu tumidum eius spernendi causa fecisse, sed optatæ quietis amore. Sic enim illæ se habent:

E

Quo modo exiguae nobis & viles res tuæ sunt, ó diuinum & sacrum caput? Quodnam hoc effugit verbum dentalia septa? Aut quo modo hoc dicere ausus es? (vt ipse quoque audacter aliquid dicam) Quo modo vel animus id proposuit, vel atramentum scripsit, vel charta excepit? O studia, & Athenæ, & virtutes, & litterarum sudores! Me enim litteris tuis penè tragicum facis. Vtrum nos, an te ipsum ignoras? tu, inquam, Orbis lumen, magna vox & tuba, doctrinæ palatium? Tua ne Gregorio parua sunt? Quid igitur aliud quispiam admiretur eorum quæ in terra sunt, nisi te Gregorius? Vnum ver inter anni partes, vnus Sol inter sidera, vnum cælum omnia complexu suo coercens, vna vox tua de omnibus triumphans; si modo satis meus sum qui de huiusmodi rebus iudicium feram, nec mihi amor imposturam facit: quod non existimo. Quod si nobis hoc nomine

<sup>a</sup> Gre Naz. in  
carm. de vita  
sua.

PERSTAT  
GREGORIVS  
IN SENTEN-  
TIA DE  
PRAEF-  
CTURA SA-  
SIMORVM.  
<sup>b</sup> Greg. epist.  
31.

BASILIVS  
CVM GRE-  
GORIO  
ACRIVS  
EXPOSTV-  
LAT.

<sup>c</sup> Greg. epist.  
10.

GREGORIVS  
SE EXCVSAT  
APVD BA-  
SILIVM.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 8.  
371. 5. VALENTIS

nomine succenses, quod te minus, quam tua virtus meretur, suspicimus & admiramur: omnibus quoque mortalibus succenses oportet: neque enim alius quisquam satis dignè te laudavit, aut laudaturus est, præter te, tuamque in discendo libertatem, siquidem fieri posset, ut quisquam laudes ipse suas prædicaret, idque sermonum lex ferret. Quod si contemptum tui nobis obiciis: ipse prius insaniam. At quod philosophamur, indignaris? liceat mihi cum bona tua venia dicere: hoc vnum doctrina quoque tua & eruditione sublimius est & præstantius. ] hucusque Gregorius. At inconsultè quidem putat aliquis has à Gregorio scriptas esse litteras, cum à Basilio in Ponticam eremum vocatus venire recusaret; cum contrarium penitus appareat: siquidem philosophiæ amor, quem præterit Gregorius, ad Basiliam accedendi, ipsum potius impulisset.

Perstans tamen adhuc Basilius in sententia, ut Gregorium Sasimorum crearet Episcopum, usus est ad hoc opera parentis ipsius, qui adhuc superstes erat, & Nazianzenam curabat Ecclesiam in extrema senectute constitutus: cuius tandem Gregorius cessit imperio, de quo ipse sic his versibus:

<sup>a</sup> Greg. Naz. carm. de vita sua.

*ipse me tamen vi Præsulem*

*Facit, atque fallens rursus hic natum pater.]*

Sicque tandem patitur Gregorius se Sasimorum Episcopum ordinari. Conueniunt igitur ordinantes Episcopi, ipseque in primis S. Basilius, ac pater Gregorij: aduenit verò postea Basilij germanus Gregorius Nyssenus, qui ex Ecclesia (ut dictum est) opera Arianorum vagabatur extorris. Vbinam verò locorum eiusmodi ordinatio facta fuerit, haud compertum habeo: Nazianzi non puto, quod, ut diximus, ciuitas illa ad Anthimi diocesim pertinere dicebatur, prohibentibus canonibus in aliena ditione haberi eiusmodi functiones.

Gregorius ordinatus Episcopus, apologeticam habuit coram Episcopis ipsum ordinantibus orationem, quam sic exorditus est: Super me rursus vnctio & Spiritus, & rursus mærens & tristis incedo. ] iteratam dicit vnctionem respectu illius, quam, cum presbyterio fuit initiatus, suscepit. Qua oratione iterum de Basilio queritur, sed perquam modestè, cum ait: Verum non nihil habeo quod cum amico exposu- lem. Quis ex communibus amicis hanc causam disceptabit? quis incorruptus erit iudex, ut iustam sententiam ferat, ac non quod plerique facere solent, plus gratiæ quam veritati tribuat? Vis crimen proferam, nec propterea orationis tuæ aculeum in me rursus immit- tes? Fuit quondam tibi nobiscum arcanum, vir clarissime, arcanum verè, fidemque superans, nec antehac de nobis vnumquam fando auditum. ] at quodnam hoc? aperit ipse sic in carmine de vita sua:

*Qui sæpè vocem hanc ore de nostro legens,  
Animo ferenda cuncta nunc equo mihi:  
At si parentes clauderent vita dies,  
Negotiorum linquere ut molem, fore,  
Quo ferre fructum quempiam vita foco  
Possent carentis, cuius in quouis loco.  
Hæc cum audisset sapius, dicta & mea  
Probare: ipse me tamen vi Præsulem  
Facit, &c.]*

Episcopus ordinatus fuit: postredie autem eius dici, iterum in aduentu Gregorij Nysseni coram iisdem concionatus, de Basilio atque eius fratre Gregorio Nysseno hæc habuit: Horum alter nos vnxit, latentesque in medium produxit: quod quid ei acciderit ut faceret, aut quid eum ad hanc rem impulerit, haud scio, certè non ut dignum erat eo spiritu, qui in ipso est: dicam enim, etsi durior sit hæc oratio: omnia perferet amicitia, siue quid duri patiat, siue audiat: Alter hanc causam huc veniendi habuit, nempe Gregorius Nyssenus, ut nos consoletur, ac per spiritum componat, spirituique mansuetos sistat. ] hæc tunc Gregorius.

<sup>a</sup> Greg. Naz. Apolog. 3.

Quo itidem tempore eodem ferme argumento eam dixit orationem, in qua de causa cur cesserit tandem, ita præfatur: Nihil senectute fortius, nihil amicitia venerabilius: Ab his ad vos ductus sum ego vnctus in Christo, non catenis ferreis, sed tenacissimis spiritus vinculis constrictus. ] & inferius: Amicitia me subegit, nempe Basilij: patris canicies in potestatem redegit: senilis inquam prudentia, vitæ limes, portus tutior, atque illius amicitia,

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 8.  
371. 5. VALENTIS

amicitia, qui & apud Deum ipse diues est, & alios diuites efficit. Iam enim iram abiicio, audiant mansueti & lætentur: manumque hanc, quæ mihi vim attulit, placido vultu aspicio, &c. ] palinodiam enim recantat de his quæ dixerat in Basiliam, quæ aspera ac dura ibi commemorat: atque de vnctione sacerdotali rursus his verbis: Idcirco me Pontificem vnctis, ac podere cingis, capiti que cidarim imponis, atque holocausti spiritualis altari admoues, & sacificationis vitulum mactas, manusque Spiritui consecras, & sancta sanctorum spectatum introducis, verique illius tabernaculi, quod non homo, sed Dominus construxit, ministrum facis, &c. ] hæc ipse, alludens ad sacras Ecclesiæ caerimonias; quarum in antiqua lege figura quædam erat expressa, ritusque insinuans ordinandorum Episcoporum, quos adhuc Ecclesiæ à maioribus acceptos custodit.

At quid post hæc? Simulac Anthimus Episcopus Tyanensis secundæ Cappadociæ Metropolitanus de ordinatione Gregorij certum accepit nuncium: quamprimum Nazianzum se contulit, alio quodam præteritu, quasi Gregorium seniore ægrotantem inuisset, re vera tamen ut ipsum Gregorium nuper ordinatum tentaret, atque diuelleret à Basilio. Quæ autem tunc inter eos gesta fuerint, ipse Gregorius scriptis litteris reddidit Basilio certiore, in quibus hæc inter alia: Ut autem breui declarem, fortissimus Anthimus ad nos cum Episcopis quibusdam venit, siue ut patrem meum inuideret (nam id quoque præferebat) siue ut ageret quæ egit. Cumque multis modis animum nostrum tentasset, parocias commemorans, & Sasimas paludes, nostrique electionem, nunc blandè nos alloquens, nunc precibus contendens, nunc minitans, nunc exostulans, nunc laudans, nunc vituperans, variis denique orationis circulis, strophis & ambagibus vtens, tamquam is solus nobis intuendus esset, nouaque metropolis, utpote magnitudine amplitudineque superior: Quid, inquam, ciuitatem nostram intro circumscribis, cum ipsi quoque Ecclesiam faciamus, utpote Ecclesiæ verè & iam olim matrem? ] hæc de Cæsariensi Ecclesia Gregorius, & quidem nobilissima, ut nulla ex parte Tyanensis ei fuerit comparanda: matremque nominat Ecclesiarum Cappadociæ, sicut & Solinus matrem Cæsaream vocat vrbium Cappadociæ, cuius laudes celebrat Iustinianus Imperator<sup>b</sup>. sed de his aliàs. Subdit Gregorius de eodem Anthimo:

ANTHIMVS  
CONVENIT  
GREGORIO  
VM NAZIANZ.

<sup>a</sup> Greg. Naz. epist. 33.

<sup>b</sup> Iustinian. nouel. 30. de Proconsul. Cappadoc.

ANTHIMVS  
IN GREGORIO  
VM NAZIANZ.

Postremò negotio infecto, abscessit, crebris spiritibus interruptis, ac Basilissimum nobis, quasi Philippissimum quemdam obiciens ] nempe quod Gregorius Basilio deditus omnia in eius gratiam loqueretur, sicut olim falsa oracula sacerdotum in gratiam Philippi Macedonum Regis composita. Sed post hæc Gregorius addit de epistola ab Anthimo ad se scripta, cum ait: Iam etiam quo pacto nostra illa, ad nos scilicet scripta, hoc est hominis insolentis & contumeliosi epistola se habuerit, expende. Euocationem Synodalem exculpram ad nos miserant. Me verò contra repugnante, contumeliamque, nobis fieri contentente, secundo loco postularunt, ut hortatu meo & rogatu de his rebus consultantem haberetis. Id quod ego, ne quod prius moliebantur, fieret, me recepi facturum, rem omnem arbitrij vestri faciens, an eos colligere ac congregare velitis & vbi & quando: quod quidem hominis erat non contumelia, sed honore vos afficientis. ] & paulo post de eadem epistola Anthimi: Ipsam Anthimi epistolam vobis perlegam, quam cum Paludes nobis prohibentibus & adminantibus inuasisset, ad nos misit, probris contumeliosisque nos profcindens, ac velut triumphum quemdam aduersus nos ut victos & profligatos canens. Quam autem rationem habet, ut cum tua causa illius offensionem incurramus, tibi rursus displiceamus, velut illi fauentes? ] hæc & alia Gregorius pluribus, & quidem subinsensè, quod apud Basiliam in suspicionem adduci videretur, ne Anthimo adhæssisset.

Quod igitur ipse Anthimus Sasima occupasset, nec illuc eundi Gregorio facultas daretur, quodque insuper Basiliam pateretur subinsum, ab Anthimo autem minas ac iurgia experiretur: magna animi afflictione confectus, in tanta tempestate cum quid faceret non haberet, omni nauigandi spe ablata, in tranquillitatis portum se recipere, consilium iniit, quando & ad Bosphorium postea Colonæ in Cappadocia ciuitatis Episcopum, qui & interfuit Constantinopolitano Concilio, hæc pauca animo nonnihil commoto perscripsit:

Hoc iam secundo à vobis supplantatus atque deceptus sum (quid dicam nosti) ac si quidem iustè, odoretur à vobis Deus odorem suauitatis: sin autem iniustè, hanc noxam vobis Dominus condonet. Sic enim me de vobis loqui æquum est, quandoquidem

<sup>c</sup> Greg. epist. 15.

GREGORIVS  
FUGIT IN  
SOLITVDI-  
NEM.

iniurias acceptas ferre iubemur. Ceterum vt penes vos est voluntatis vestra potestas, sic A  
mea quoque penes me est. Non vltra vobis grauis erit ille Gregorius. Ad Deum secedam,  
qui solus purus est & a fraude alienus: in me ipsum colligat. Hæc mihi ipsi consului. Bis  
enim in eundem lapidem impingere, vobis solum tribuit parcemia. ] hætenus ad  
Bosphorium Gregorius.

CVR GRE-  
GORIVS  
NON ADI-  
VIT SASI-  
MA.

Quidni hoc faceret Gregorius, cui nulla spes amplius, viuente Anthimo, sedis Sasimo-  
rum inuafore, vt Sasima vel saltem inuideret, relicta erat; cum & ille occupasset redditus  
omnes, aded vt nec cibus adesset, quo vesceretur, nec alio aliquo modo sibi illum compa-  
rare posset: exprimit quidem hæc ipse eleganter illis versibus:

Greg. Naz.  
in carm. de  
vita sua.

*Quid facere, quaeso, per Deum, par hic erat?  
Retinere sedem? tam graues ferre impetus?  
Tebis feris? sordido immergi luto?  
Cum nec vbi senium ponerem locus foret,  
Tectis subinde sed meis extruderer:  
Nec panem haberem, quem ministrarem hospiti,  
(Vt rector ipse pauperis pauper gregis)  
Nec quid labore consequi possem meo,  
Viderem, &c.]*

Vnde accidit, vt ne inuideret quidem Sasima ipsi licuerit. Quamobrem & hæc idẽ inferius:  
*Datam quidem mihi Sasimensem Ecclesiam  
Non attingi, sic vt sacrum nec vnicum  
Illic obirem, iungerem aut preces meas  
Cum plebe, cuiquam vel manus imponerem.]*

GREGORIVS  
FUGIT IN  
SOLITVDI-  
NEM.

Hæc quidem Gregorius, haud contemnens sedem exiguam, vt haberet maximam, omni-  
bus penitus carere cupiens; sed quod vilis sanè causa videretur, nec digna vt inter Catho-  
licos, eo potissimum tempore, tot tantaque misererentur certamina: non enim hæc age-  
bantur pro salute animarum, aut fide Catholica tuenda, quorum quisque causa in hostes  
alacris deberet irrumperere; Anthimus enim Catholicus erat. sed quod ditionis tantum-  
sua defendendæ causa inter Episcopos eiusmodi implacabilia dissidia fuerant concitata,  
magis magisque augenda illa fuissent, si obstinata mentè illic, Anthimo inuito, contradi-  
cente, minante, bellumque ciente, consistere statuisset. Inter hæc igitur tot tantaque di-  
scrimina, in solitudinem secedere ad tempus saltem, sibi visum est optimum: sed haud diu  
licuit solitarium agere; accersitus enim coactusque est patris nonnihil subirascentis impe-  
rio: quod ipse testatur his iambis:

Greg. Naz.  
in carm. de  
vita sua.

*Quid dicam? & omnem quo tibi pacto meum  
Pandam dolorem? Pungor hic rursus, fugam  
Conscisco rursus, ac celer montem peto,  
Dulcissimè furiim persequor vita genus.  
Quid iuuat hoc me? Non enim constans eram  
Profugus in aliis rebus at firmus licet,  
Ignauus hic sum, patris haud iram fero:  
Ac primo tentat Sasimis me figere.]*

GREGORIVS  
A PATRE RE-  
VOCATUR  
AD CVRAM  
ECCLESIAE  
NAZIAN.

His autem cum dictis ex causis Gregorius patri minimè acquiesceret: ille ne quem sibi  
obtemperantem reuocauerat à solitudine; nimia faceret asperitate iterum in eremum per-  
fugam; aliud animo consilium agit, nempe vt demulceat filium, ac precibus agat, sua E  
deatque curæ pastoralis coadiutorem sibi senio iam fatiscenti assistere. Ad hæc persuaden-  
da non desuerunt seni verba gestusve ad delinendum quemuis licet animo durissimum  
comparata. Ac qualia ista fuerint, iucundum fore putamus ab ipso Gregorio hæc cuncta  
carmine præcinate audire, cum ait:

Greg. Naz.  
in carm. de  
vita sua.

*Quod cum negarem pertinax, cursum alterum  
Tenet, rogatq; sede ne maneam infirma,  
Sed collaborem (namque erat grauis admodum  
Aetate) pondus & leuem promptus suum.  
Manusq; tendit, ac meam barbam simul  
Cepesit, ad me vocibusq; his vritur:  
O care fili, te pater supplex rogat;*

Senex

A

*Senex vigentem, dominus & famulum suum:  
Natura enim te & lex duplex subdidit mihi.  
Non posco nummos, non lapillos fulgidos,  
Agrisque, mollis quicquid & luxus iubet,  
Cupio te Aaroni iungere, atque Anna sato,  
Vt præpotenti semper assistas Deo.  
Te, qui dedit, habet, nate, ne spernas patrem:  
Sic solus ille sit tibi facilis pater.  
Honesto posco: sin minus, pater petit.  
Nondum tot anni sunt tui, quot iam in sacris  
Mibi sunt peracti victimis. Da quod peto, &c.]*

VERBA GRE-  
GORII SE-  
NIORIS AD  
GREGOR.  
FILIVM.

B. multis enim illud ipsum inculcat argumentis, quo Gregorium domi sistat, qui sibi com-  
minister assisteret.

At caue, lector, hyperbolem in historia: in præceptis enim ferreris currens, nisi vbi vesti-  
gia figas, cautè consideres. Quidnam est dicere, plures habuisse annos in Episcopali fun-  
ctione Gregorium seniore, quàm Gregorius filius ætatis esset: nisi necessario affirma-  
re, ipsum genitum esse, cum iam pater esset Episcopus? Quam enim caro pretio sibi  
emerent eiusmodi exemplum tum recentiores Græci, tum Latini incontinentes, atque ij  
potissimum qui à fide Catholica exulant hæretici cælibatus hostes? Ceterum id hyper-  
bolicè dictum esse, et si aliæ rationes ad manifestè probandum deessent, illud perspicuè  
omnino demonstrat, quod generare filios in Episcopatu, procul à moribus legibusque  
Ecclesiasticis esset, tamque in Occidentali, quàm etiam in Orientali Ecclesia, hoc  
potissimum sæculo, firmiter custoditum: quod quidem certum exploratumque haberi,  
quæ primo Annalium tomo, vbi de his fufius actum est, aliisque in locis sæpe dicta sunt,  
luce clarius manifestant. At quonam modo vel fingi potest, Gregorium seniore  
aded ignominiosè leges Ecclesiasticas proculcasse, quem etiam adhuc Ethnicum virtuti-  
bus egregiè excultum Gregorius filius prædicat, factumque Christianum omni studio  
mores fidei adæquasse commendat? Vel quonam pacto eiusmodi futurorum natalium la-  
bem sic ipse Gregorius propalare non veritus esset, quæ diuinitus accidisse tantopere  
prædicat?

GREGORII  
NATALIS  
TEMPVS.

Sed & præter hæc quæ sufficere satis possent, fortiori adhuc argumento res tanta de-  
monstranda est. Reuocemus itaque orationem ad ipsius Gregorij iunioris ætatis annos:  
vt ex his, ratione numeri rectè subducta, intelligere valeamus, ipsum non solum ante pa-  
rentis Episcopatum natum esse, sed etiam antequam ille fieret Christianus. Testatur nam-  
que ipse de se, cum Athenis esset vna cum Baillio, se fuisse ætatis annorum triginta: ait  
enim:

Greg. Naz.  
orat. in fune-  
ris patris.

Greg. Naz.  
in carm. de  
vita sua,  
& in carm.  
de reb. suis.

*Nam tempus ingens fluxerat iam in litteris,  
Triginta & annos penè tunc exegeram.]*  
erat autem id tempus, quando Iulianus Apostata (vt idem Gregorius tradit<sup>d</sup>) Athenas se  
contulit, nempe Consulibus Constantio septimum & Gallo tertium, est is annus Domini  
trecentessimus quinquagesimus quartus, vt superius suo loco demonstraui. Quod si  
tunc erat Gregorius annos triginta natus: fateri opus est, natalem eius contigisse anno Do-  
mini trecentesimo vigesimo quarto, nempe anno ante Nicænum Concilium, quo tempo-  
re Gregorius parens Ethnicus adhuc erat, quem baptizatum fuisse idem Gregorius minor  
tradit eo tempore, quo celebratum est ipsum Nicænum Concilium, nempe anno Domini  
trecentesimo vigesimo quinto. Quanto autem tempore vixerit laicus, antequam initiare-  
tur sacris ordinibus, vel postea eligeretur Episcopus, ignoratur. Vt planè intelligas, longè  
abesse, vt parente Episcopo ipse Gregorius nasceretur; si præsertim his consentientia iun-  
gas quæ habet idem ipse Gregorius in oratione habita in funere patris, vbi aded mani-  
festè natalem suum recenset, antequam pater initiaretur sacro baptismo. At hæc de his  
fatis. Erat igitur Gregorius hoc anno, secundum imitam à nobis eius natalis temporis ratio-  
nem, ætatis annorum quinquaginta & vnus, pater verò agebat in Episcopatu annos circi-  
ter quadraginta tres, vel quatuor, qui (vt dicemus) functus iam Episcopatu annis quadra-  
ginta quinque, ex hac vita deceffit.

Greg. Naz.  
in carm. de  
vita sua.

Ammianus  
Marcell. lib.  
15. & Greg.  
Naz. orat. in  
Iulian.  
ARTAS GRE-  
GORII NAZ.

Tunc temporis igitur ipse Gregorius Sasimorum Episcopus, quod in sede sua agere  
minimè sibi concessum esset, post fugam (vt dictum est) reuocatus patris imperio, ipsi  
Annal. Eccl. Tom. 4. Cc 2 roganti

QUA CON- roganti inhæsit in Episcopaliibus functionibus adiutor : ea tamen lege, vt quoadusque pa-  
DITIONE ter viuere, ipsi inhæreret, postea verò, quo vellet, liberum esset abire; quod ipsemet in  
GREGORIVS primis in Vita sua his Iambis expressit, vbi egit de patre rogante, cui tandem ipse assensus  
SVSCEPIT fuerit:

REGIMEN  
ECCLESIAE  
NAZ.

*Hæc cum audissem: iamque, Sol nubem velut,  
Mens depulisset nonnihil pondus graui:  
Quid sit meorum es, quæ malorum clausula?  
Sic cogitani, nil mihi hinc damni fore,  
Adusque solium vota si explerem patris.  
Nec enim, inquebam, me reluctantem ista res  
Stringet, liget me nulla cum promissio.  
Sic me reduxit obtinens palmam timor.]*

quod & publica concione etiam omnibus notum testatumque voluit.

Cum enim ipse Nazianzum rediisset, illam coram patre publicè habuit orationem, cuius est exordium: Os meum aperui & attraxi spiritum ] quam hoc ipso tempore ab eo dictam esse, non autem antea, post priorem fugam, scito: licet enim ex ea fuerint aliqua superius recitata ad declarandum mentis eius iuge propositum; ex iis tamen quæ idem ipse habet in carmine de Vita sua, ad hæc ipsa tempora cadem oratio est necessariò referenda, qua primo de illata vi queritur, sed quam audi: Vis, inquit, nobis illata est, fratres & amici (vestram enim fidem, si non eo tempore, nunc certè implorabo) vim inquam nobis attulit tum patris senectus, tum amici, vt leuiter dicam, benignitas. Ac mihi, quæso, pro vestra quisque facultate opem afferte, ac manum porrigite oppresso, atque à cupiditate & spiritu valde distracto, Illa fugam suadet & montes & solitudines, & corporis animique tranquillitatem, & cetera: Hic contra, vt in medium prodeam, hortatur, publicæque utilitati consulam. ] ac post alia demum contestatur, se eius sedis suscipere ministerium, quousque pater viuat, postea autem, quò velit, sibi migrandum. ait enim: Proinde nunc quidem cum præclaro parente curam hanc suscipere non recuso, veluti magnæ aquilæ & altissimè volanti pullus non incommodus è propinquo aduolans. Postea verò pennam meam spiritui, quo volet, & quo modo volet, ferendam dabo: nec quisquam erit, qui me cogere, aut aliorum traducere possit cum eo consultantem. Nam etsi paternis laboribus succedere dulce est, ac noto & familiari gregi præesse iucundius est, quam externo & alieno, addam etiam Deo carius (nisi me amor fallit, & mentem eripit consuetudo) non tamen conducibilis est, nec tutius, quam vt volentes volentibus præsit: quandoquidem neminem vi duci vult lex nostra, ac coactè & non sponte gubernari. ] & paulo post ad populum: Hæc, inquit, habui, viri Nazianzeni, quæ simplici animo beneuolentiæ pleno ad vos dicerem: habetis occultum animi mei consilium, &c.]

At illud de Gregorio planè accidit admiratione dignum, quòd omnes ipsum Episcopum Nazianzenum affirmant, hæcque opinio apud omnes fermè adè inualuerit, vt nec ea de re dubitandi saltem locum admiserint. Et quid mirum si posteri eo errore lapsi sunt, cum hoc ipsum crediderint homines huius temporis, iisque præsertim, qui in Concilio Constantinopolitano eidem refragati sunt, dicentes ipsum trium sedium Episcopum esse, nempe Sasmorum, Nazianzi, atque Constantinopolis: Cum igitur id de eo creditum atque scriptum appareat, & eiusmodi causa eo statu collocata esse videatur, vt contrarium restem admittat neminem, in aliorum quoque sententiam & ego pedibus irem, nisi (quod instar omnium est, & plus omnibus æstimari debet) ipsemet Gregorius contrarium affirmaret. Quis enim contra S. Hieronymum<sup>a</sup> (vt omitamus Gregorium presbyterum auctorem Vitæ eius, itemque Ruffinum<sup>b</sup>, Socratem<sup>c</sup>, Sozomenum<sup>d</sup>, & alios ferè innumeros) id affirmare auderet, nisi fortiori certiorique fide esset de aduersantium errore persuasus? Ipse enim Gregorius Nazianzenus cum in primis expressè contestatus sit publica oratione (vt modò dictum est) se ad tempus, vsque ad obitum videlicet patris, illam præfecturam administraturum fore, postea verò alio ex voluntatis arbitrio migraturum: planè constat, nequaquam fuisse ordinatum eius Ecclesiæ Episcopum: temporariæ enim & conditionales Ecclesiarum præfecturæ nequaquam conferri solebant. Quid amplius? Si ipsi pater eiusdem Ecclesiæ agebat Episcopum, vt ex locis nuper citatis satis euidenter colligi potest: quonam pacto, quæso, accidisse potuit, vt eiusdem Ecclesiæ vno eodemque tempore duo simul præfecti essent Episcopi, refragante præsertim Nicæno canone,

GREGORIVS  
AN FVERIT  
ORDINA-  
TVS EPISCO-  
PVS NAZ.

<sup>a</sup> Hier. de scri-  
pt. Eccles. in  
Greg. Naz.  
<sup>b</sup> Ruffin. lib.  
2. cap. 9.  
<sup>c</sup> Socrat. lib.  
3. c. 35.  
<sup>d</sup> Sozom. lib.  
6. cap. 17.

A canone, qui ordine habetur octauus? Insuper quid manifestius dici potest, quàm quòd ipse Gregorius Nazianzenus ad Gregorium Nyssenum scribit, cum de subrogato Eulalio in locum patris sic ait? Inter omnes enim constat, me non Nazianzi, sed Sasmorum Antistitem creatum fuisse: tamen si patris reuerentia, & eorum qui supplices hoc à me contulerunt, ad breue tempus præfecturam quasi hospites acceperimus ] nimirum administrationem eius Ecclesiæ ad modicum tempus, vsque scilicet ad patris obitum, quem haud diu post superuixisse ab hoc tempore, non tantum hic Gregorius significare videtur, sed & in carmine de Vita sua iisdem fermè verbis ad Iambi metrum accommodatis affirmat:

*Vt hospitem aliena breui me tempore  
Gessisse curam non nego.]*

B Sed & ad Philagrium scribens, cum ab eo redargueretur, quòd post mortem patris Ecclesiam reliquisset Nazianzenam, sic se excusat: Quòd si Ecclesiam relinquere periculosum est, vt scribis: quàm tandem? si nostram, rectè dicitis, idemque ipse aio: si verò nihil ad vos attinentè, nec nobis assignatam atque decretam, culpa vacamus. Quòd si idcirco tenemur, quia ipse curam aliquantisper gessimus: multi vtrique alij eadem ratione teneantur, quotquot nimirum hospitem curam habuerunt. ] hæc ipse: ex quibus illud exploratum perspicuumque redditur, Gregorium nequaquam creatum fuisse Episcopum Nazianzenum, sed ad breue tempus, patre viuente: eo verò paulo post ex hac vita decedente, Gregorium pariter administrationem cessisse. Quando autem id contigerit, dicemus anno sequenti: inter lapsus enim putatur annus, ex quo Gregorius rediit Nazianzum, vsque ad obitum patris. Sed quòd de Sasmorum Ecclesia nulla posthac mentio habeatur: id inde euenisse existimamus, quòd Anthimus alium Sasmis, quæ sibi vendicasset, Episcopum ordinauerit, & Basilius ad dirimendas Ecclesiæ controuersias inter Catholicos periculoso illo tempore obortas, Anthimo pugnaci homini loco cesserit. His de Gregorio atque Basilio enarratis, ad res gestas Valentis Imperatoris iam reuocemus orationem.

Meminisse oportet, dictum esse anno superiori, ipsum se Antiochiam contulisse, non nihilque Ecclesiam illam vexasse, atque inde peregrinatum esse in superiore Syriam, inuentosque ibi Catholicos dirè exagitasse, quòd hoc ipso anno contigisse videtur. Nos verò de his in primis quæ facta sunt Edeffæ, agere aggrediamur, & primum de causa Valentis in eam ciuitatem profectionis; de qua sic Socrates: In ea ciuitate templum magnificum & egregium est S. Thomæ Apostolo dedicatum, crebraque hominum multitudo eò propter loci sanctitatem confluit: quòd quidem Valens videre cupiens, illuc contendit. ] Quid autem egerit, cum frequentem Orthodoxorum multitudinem eo accedentem conspexisset, idem auctor narrat, nec non Sozomenus, cuius hic verba reddemus: ait enim: Qua in vrbe omnibus ecclesiis Orthodoxorum ablatis, cum vidisset populum Ecclesiæ Catholicæ in campo ante ciuitatem conuentus egisse, dicitur verbis contumeliosis Præfidei generalem arguisse, & pugnum in maxillam eius infixisse, propterea quòd contra suum mandatum eiusmodi conuentus fieri permisisset. ] Ac eidem Præfecto (inquit Theodoretus) cui Modestus nomen erat, imperat, suos milites qui tributa solebant exigere, in vnum cogat, & reliquas copias quæ aderant, assumat, quo multitudinem congregatam dissipent, virgis fustibusque cædant, & aliis instrumentis bellicis, si opus sit, castigent. Itaque Præfectus prima luce imperatum facit. Qui dum per forum transibat, mulierculam infantem gestantem manibus & admodum properantem videt ] quæ (inquit Sozomenus) præ celeritate amiculum, contra quam sexum muliebrem deceret, negligenter sibi circumiecerat. nam militibus omnibus contemptis, primum eorum peruripit agmen: quandoquidem animus eius diuino amore succensus hominum violentiam nihil extimuit, sed huiusmodi terrores pro risu habuit ac ludibrio. Quam tum conspicatus Præfectus, cum quid factum esset, intelligeret, cam iubet ad se adduci: rogat quo se conferre velit. Tum illa: Cognoui, inquit, insidias contra famulos Dei paratas, & in animo est ad fratres fide mecum consentientes contendere, magno flagrans desiderio cædem à vobis intentatam vna cum illis subeundi. At infantem, inquit Præfectus, quorsum tandem tecum fers? Vt mecum, inquit, mortis optatissimæ particeps fiat. Quæ cum Præfectus à muliere accepisset, & ex eius animo aliorum omnium alacritatem perspiceret, refert ad Imperatorem, & cædem illis frustra illatam fore, docet: Nam & ipsi, inquit, nil

GREGORIVS  
AD BREVE  
NAZIAN-  
ZENAE EC-  
CLESIAE  
PRÆFUIT  
ADIVTOR.  
<sup>a</sup> Greg. Naz.  
epist. 42.

<sup>b</sup> Greg. Naz.  
epist. 65.

ALTERCA-  
TIONES DE  
SASMIS  
SVBLATAS.

<sup>c</sup> Socrat. lib. 4  
cap. 14.  
QVID IN  
EDESSAE  
ECCLESIAE  
VALENS.  
<sup>d</sup> Sozom. lib.  
6. cap. 18.

<sup>e</sup> Theod. lib. 4  
cap. 16.

EGREGIVM  
EXEMPLVM  
MVLIERIS  
CHRISTIA-  
NAE.  
<sup>f</sup> Sozom. lib.  
6. cap. 18.

hil præter dedecus inde consequemur, & eorum tamen propensum ac paratum studium A haudquaquam extinguemus.] hætenus de his Theodoretus & alij.

BARSAE EPISCOPI EDESSAE EXILIUM. Theod. lib. 4. cap. 15.

At de Edeffæ Episcopo iam ante aduentum Valentis in exilium misso, aliisque eiusdem Ecclesiæ clericis tunc exulare iussis arque malè habitis, hæc idem scribit Theodoretus: Barsen præterea, cuius gloria etiam hoc tempore perillustis est non Edeffæ solum, quam gubernabat, & in ciuitatibus ei finitimis, verum etiam in Phœnicia, Ægypto, & Thebaidē (per has namque nationes vniuersas fama eius propter virtutis splendorem permanuerat) primum Valens Aradum insulam incolere mandauit. At vbi intellexit, infinitas hominum multitudines ad eum confluere (etenim Apostolica repletus gratia morbos verbo depulit) Oxyrinchum, quod est oppidum Ægypti, relegauit. Rursum postquam eius gloria omnes etiam eo frequentes pertraxit, ad castellum misit in extremis oris illius regionis positum, vicinumque barbaris, qui illic habitant, cuius nomen Phœno est. Valens B senem illum, idoneum sanè regno cælorum incolam, abducendum curauit. Ferunt eius lectum in Arado insula ad hodiernum diem remanere, multo sanè honore decoratum: nam multi morbis vexati, vbi in eo decubuerint, ad integram valetudinem per fidem restituntur.

EVVS ARIANVS EPISCOPI EDESSAE.

Theod. lib. 4. cap. 16.

Valens autem grege pastore orbatō, Lupum in pastoris locum substituit. Et quoniam omnes, vrbe relicta, extra mœnia conuentum agebant, ipse Edeffam proficiscitur. vbi viso spectaculo multitudinis Orthodoxorum in agro conuenientium, flagrantique studio martyrium expetentium, vniuersaque mulieris illius percussos exemplo, sicut abstinere præcepit à nece populi, ita in Ecclesiæ ministros qui aderant, iram conuertit. Quid autem in eos decreuerit, idem auctor sic narrat: Eius Præsides (presbyteros dico & diaconos) iubentur abduci, & alterum è duobus præstare, nempe vel communicare cum Lupo, vel in vltimas Imperij oras relegari. Itaque vt primum omnes in vnum Præfectus coegerat, leni & blanda oratione conatur persuadere vt legibus Imperatoris morem gerant: Nam est, inquit, extremæ dementiæ, vt pauci homines Imperatori tam multis atque præpotentibus viris moderanti resistent. At quoniam omnes taciti consistere: Præfectus Eulogium, eorum presbyterum primum, virum sanè magna laude prædicandum, sic alloquitur: Cur tandem non respondes ad ea quæ modo dixi? Sanè, inquit, non putabam, me minimè rogatum, quicquam debere respondere. Atqui, inquit Præfectus, multa verba feci, quos vos ad ea quæ sunt vobis emolumento futura cohortarer. Tum Eulogius: Est, inquit, tua ad omnes habita oratio, & propterea absurdum certè putavi, vt ipse, aliis à respondendo exclusus, solus responderem. Verum si à me libet quicquam sciscitari, non te celabo quid sentiam.

OCTOGINTA CONFESSORES EXV. 285.

Cui rursus Præfectus: Proinde, inquit, communica cum Imperatore. Ad quem Eulogius dissimulanter quidem, sed valde facetè respondit: Numquid cum Imperio est etiam sacerdotij dignitatem consecutus? Præfectus igitur intellecta ironia, cœpit grauiter succensere, conuicia in presbyterum iacere, & hæc quoque verba addere: Non istud dixi, ô stupide, sed vos, vt quibuscum communicet Imperator, cum iisdem communicetis, hortatus sum. Atque simul vt senex dixerat se habere pastorem, cuius nutum sequerentur: Præfectus octoginta pariter comprehensos in Thraciam amandauit. vbi irumpentibus enim (vt dictum est) in earum regionum partes Gothis, insaniēteque Athanarico eorum Rege in Christianos, ad necem potius quam ad exilium iisdem missi esse videbantur. Qui cum abducerentur (subdit Theodoretus) in exilium, cultu & obseruantia summa dignati sunt. Nam ciuitates & pagi processerunt illis obuiam, & maximum honorem, vt pote inuictis Christi athletic, deferunt. Sed aduersarij inuidia armati referunt ad Imperatorem, idem ipsum quod hisce hominibus dedecori fore putabatur, summū honorem attulisse. Qua re cognita, Valens dat mandatum, vt bini dumtaxat simul eant, & pars in Thraciam, pars ad extremos Arabiæ fines, alij in quædam Thebaidis oppidula dispergantur. Ferunt autem, crudelissimorum quorundam opera, tum eos quos natura coniunxerat, distractos fuisse, tum qui fratres erant, ab se mutuo segregatos; Eulogium verò, qui aliis præfuit presbyteris, & Protogenem secundum ab eo, in Antinonem, quæ est in Thebaidē, relegatum: quorum virtutem obliuione obrui non sinam.

EVLOGIUS ET PROTOGENIS EXILIUM.

Postquam enim compererunt Episcopum illius vrbs eandem secum fidem amplexantem, Ecclesiasticis conuentibus communicarunt illi quidem: sed cum viderent paucos admodum in vnum coeuntes, & ciuitatis habitatores Gentiles esse accepissent, doluerunt certè

A certè plurimum, vt par erat, & eorum infidelitatem grauiter lamentati sunt: attamen non satis esse censuerunt dolore propterea tangi, sed quoad poterant, eorum animos sanare laborarunt. Nam sanctus Eulogius in cella conclusus, dies noctesque totas vniuersitatis gubernatorem Deum orauit. Protogenes autem vir apprime admirabilis, in litteris educatus ab Eunomio, & in celeriter scribendo exercitatus, cum locum reperisset idoneum, ludum aperuit, & pueris docendas operam dedit, atque eos non modò exercuit ad celeri manu scribendum, verum etiam sacra Dei eloquia edocuit. Nam hymnos Dauidis, tamquam dictata, illis proposuit; & eas Apostolicæ doctrinæ sententias, quas eorum ingenii accommodatas putabat, ediscendas tradidit.

PROTOGENES CONVERTIT GENTILES AD FIDEM.

B At cum vnus ex pueris in morbum esset delapsus, venit ad domum eius, & dexteram ægrotantis tangens, precibus morbum depulit. Qua re intellecta, aliorum puerorum patres cum ad suas quoque ædes deducunt, orantque vt liberis morbo vexatis opem ferat. At ille respondit, se non prius Deum deprecaturum vt morbum depellat, quàm qui ægrotaret baptisimi lauacro tinctus esset. Cui rei à patribus libenter assensum est: nam sanitaris desiderium eos ad istud faciendum impulit, & simul tum animo, tum corpore sanati sunt. Verum si quando quemquam ex numero ægrotantium ad diuinam Spiritus sancti gratiam recipendam induxisset, eum ad Eulogium deducit, pulsat ostium, orat vt tum aperiat, tum sigillum Dominicum ei, quem verbo Dei ad finem traxisset, imponat. At cum Eulogius ægrè ferret, velut precibus interruptis: tum Protogenes: Est, inquit, errantium salus magis necessaria. Itaque mirari omnes Protogenem, cum eum huiusmodi miracula edere, & tam multis lucem diuinæ cognitionis impertire cernerent, primas Eulogio concessisse, & eos quos verbo Dei ceperat, ad illum deduxisse. Merito igitur multò maiorem C præstantioremque virtutem in eo esse suspicari sunt. Postea verò quàm persecutionis tempestas sedata fuit, & Ecclesiis allata tranquillitas, isti que duo iussi domum reuenterunt, omnes eos producere, lamentari eorum discessum, lacrymas fundere cœperunt, & maxime omnium Ecclesiæ illius Antistes, quippe qui illis in agro Dominico colendo deinceps careret. Vbi in patriam veniunt; sanctus Eulogius, Barfaiillo magno ad vitam nullis aspersam molestiis translato, Ecclesiæ ab eo gubernatæ clauum obrinet. Protogeni autem illi admirabili dabatur in mandatis, vti Charras coleret, vrbem sanè incultam, & spinis Gentilium referatam, multosque & graues requirentem labores. Atque hæc quidem, pace in Ecclesiis constituta, acciderunt. ] hætenus de his Theodoretus. Porrò horum illustrium confessorum Barfæ & Eulogij Edeffæ Episcoporum, nec non Protogenis Charris Præfecti viger in tabulis Ecclesiasticis memoria diuersis diebus annotata, quibus ex hac vita eos D feliciter migrasse contigit.

EXVLES REVERSI POST LIMINIO.

Martyrolog. Rom. die 30. Ianuar. 5. 6. Maij.

QVID IN SCYTHIAM ECCLESIAM VALENS. Sozom. lib. 6. cap. 22.

Iam quod reliquum est peregrinationis & persecutionis Valentis Imperatoris simul abfoluamus: vtrumque enim ipse vna simul coniunxit, nempe peregrinari & persequi: instar que impetuosi torrentis, per fines quos transit, omnia deuastauit. Quid autem cum peruenisset in Scythiam, aduersus eius prouinciæ Ecclesiam egerit; Sozomenus ita describit: Prædicant fideles Scythas simili de causa in ea ipsa fide persistere. Gens ista multas quidem habet vrbes, pagos, & castella, sed principatum obtinet Tomis, quæ est vrbs magna & opulenta prope mare sita ad lauam, cum quis ad pontum Euxinum nauigat. Vetus cōsuetudo est, quæ ibi etiamnum seruat, vt vnus Episcopus totius illius gentis Ecclesiis præsit. Itaque tempore de quo iam loquimur, illas administravit Britannio, quando etiam Imperator Tomum aduenit. Postquam autem accessit ad Ecclesiam, & pro more suo ei persuadere conatus est, vt cum Arianis communicaret: Britannio constanter admodum apud Imperatorem & liberè pro doctrina Concilij Nicæni locutus, recessit ab eo, & ad alteram Ecclesiam se contulit: quem populus quoque secutus est. Ferè autem ab vniuersa ciuitate eo concursus est, partim quo Imperatorem viderent, partim quod aliquid nouarum rerum eum moliturum expectarent.

VALENS VRITVS SCYTHAS REVOCAT EORVM EPISCOP. AB EXILIO.

Valens igitur cum suis derelictus, illud velut contumeliæ loco factum, grauiter tulit: atque Britannionem comprehensum in exilium deduci mandauit: quem non multo post denuò reduci permisit. Nam cum videret, credo, Scythas Episcopi exilium iniquo animo pati, non parum veritus est, ne nouis rebus studerent: quos quidem & fortes esse sciret, & ipso locorum situ Imperio Romano necessarios, quippe qui impetum barbarorum illam Orbis partem incolentium propulserent. Itaque Imperatoris conatus sic à Britannione compressus est, viro cum in aliis rebus spectato, tum ob diuinam virtutem ad eò insigni,

insigni, vt etiam ipsi Scythæ laudis testimonium ei tribuerent. His ergo de causis Imperatoris ira in cunctum totius Orbis terræ clerum, Ecclesiis solum Occidentis exceptis, suam vim exercuit. ] hætenus Sozomenus. Est celebris Britannionis memoria in Ecclesia Dei, ex tabulis Ecclesiasticis quolibet anno VII. Kalendas Ianuarij rediuiua. Succesit Britannioni Gerontius, qui interfuit Concilio Constantinopolitano œcumenico sub Theodosio Imperatore.

Hoc item anno relata habetur in sancti Hieronymi Chronico mors sancti Eusebij Episcopi Vercellensis: nam licet sub septimi anni horum Imperatorum laterculo posita reperiatur; quod tamen idem Hieronymus incipiat numerare annos eorumdem Augustorum ab anno sequenti eorum electionis, in hunc ipsum incidit annum octauum eorumdem Imperij, qui ab ipso septimus numeratur. Ceterum quod in primis ad tempus obitus spectat: haud hæc sine dubitatione pertranscunt, cum tamen absque controuersa recipiendum sit, quod idem Hieronymus<sup>a</sup> testatur alibi, ipsum Eusebium sub iisdem Imperatoribus ex hac vita migrasse. Quod enim retardare maximè potest animum, ne hoc anno, sed vt longè post præfens tempus putemus Eusebium diem obiisse, illud est; quod S. Ambrosius, qui nonnisi post triennium, anno nimirum Domini trecentesimo septuagesimo quarto creatus est Episcopus Mediolanensis, ad Vercellenses scribit<sup>b</sup> litteras, cum adhuc ipsa Vercellensis Ecclesia esset destituta Episcopo successore. Ceterum hæc facile refelluntur, si quis rectè consideret, non fuisse epistolam illam ab Ambrosio scriptam, cum vacaret sedes ob mortem Eusebij, sed obitu successoris eius Limenij, qui reperitur interfuisse Concilio Aquileiensi sub Damaso: cum tamen illa epistola data appareat tempore Siricij Papæ, ipso ortu hæresis Iouiniani, vt quæ præcedunt eorumdem Ambrosij atque Siricij epistolæ declarant.

His de temporis eius obitus ambiguitate dilutis, de mortis genere peruestigandum est. Haud enim leuis est hæc controuersia, num re vera martyrio occubuerit, quo titulo in Ecclesia sua colitur, & in tabulis Ecclesiasticis adscriptus habetur: cum tamen S. Ambrosius eundem sæpe confessorem tantum appellet, immo & à martyrio disertis verbis excludat, cum in nuper citata epistola ad Vercellenses hæc dicat: Itaque vt S. Eusebius prior leuauit vexillum confessionis, ita B. Dionysius in exilij locis proprio martyribus titulo exhalauit. ] hæc ipse. Quid igitur proprio martyrij titulo Dionysius Mediolanensis Episcopus mortuus dici potest, si & ipse Eusebius æquè ab Arianis occisus interit? Quin si (vt volunt) idem Eusebius ab Arianis impetitus lapidibus necatus est: certè proprio martyrij dicendus erat Eusebius occubuisse, quàm Dionysius, qui in exilio positus, absque

vi alia adhibita, quieuit in Domino. Sed & Gregorius Turonensis<sup>c</sup> cum agit de miraculis in eius ecclesia fieri solitis, confessorem appellat, & inter confessores adnumerat: cum alioqui nec indignus fuerit martyris titulo, secundum veterem loquendi vsum, quo (vt superius dictum est secundo Annalium tomò) illi etiam martyres dicebantur, qui fidei causa post confessionem aliquid in corpore passi essent, etiam si ex illatis pœnis minimè contigisset spiritum exhalare. Ceterum ipsum etiam præter graues illas, quas exulans passus est ærumnas, post factam illam sub Constantio factam sanctissimi viri per scalas protractionem, postquam est reuersus in patriam, Ariatorum insultu, lapidum ictibus morte affectum, monumenta Vercellensis Ecclesiæ docent, quæ eum magis proprio titulo martyrem dicunt, & à confessore distinguunt. Quæ enim sub Bonomio eius Ecclesiæ Episcopo, & Gregorio Papa XIII. eius vita conscripta est, hæc de Eusebij martyrio habet: Aliquot verò post diebus, domum vbi sanctus Episcopus habitare consueuerat, Ariani confertissimo agmine veniunt: à quibus is primum raptatus, mox cruciamentis variè tortus, tum lapidibus, quorum aliqui adhuc sanguine aspersi in sepulchro eius nuper inuenti sunt, obrutus, capite contracto, martyrij cursu egregiè confecto, superatisque importunissimis religionis Catholicæ hostibus, victor, & rerum cum primis admirandarum nomine maximè illustris, annos octoginta octo ferè natus, in cælum migravit ad Dominum, pro cuius diuina gloria perpetuò dimicauit. ] hæc auctor, qui & huius martyrij generis ante recensuit hos astipulatores, Antoninum Archiepiscopum Florentinum, Volateranum, & ipsius Ecclesiæ Vercellensis Ecclesiasticum officium: quorum omnium testificatione cum illud asseritur, adèd auidax facinus Arianos aggredi præsumpsisse, quod Valens Arianus Imperator regnaret, narratæ historiæ fides minuitur: siquidem Valens nonnisi Orientis Imperij habet

EUSEBIUS VERCCELLENSIS OBITU TEMPVS.

Hier. de script. Eccles. in Euseb. Vercellens.

Amb. epist. 82.

EUSEBIUS CONFESSOR A MAIORI EUS DICTVS.

Greg. Tur. de Glor. conf. 3. cap. 3.

EUSEBIUS A SCRIPTO- RIBVS MARTYRIAM NOMINAVS.

rij habenas moderabat, Occidentis verò Valentinianus, quem omnes veteres historici Catholicum fuisse dicunt. Optassem hæc de martyrij genere ex antiquioribus esse deprompta scriptoribus. Magna enim admiratione sum affectus, quòd in his quæ collegit diligens auctor cuncta eius Ecclesiæ monumenta, & inter alia octo sermones ab antiquis Episcopis in Eusebij anniuersariis natalitijs ad populum dictos, aliisque quæ idem Eusebius ab Arianis fidei causa passus fuerit, summo studio in memoriam restituit, de eiusmodi tamen martyrij genere, quòd lapidibus obrutus finem viuendi fecerit, nihil prorsus habeatur, nisi in nouissimo tantum illorum: cum alioqui & in alijs sermonibus interdum confessor, & martyr aliquoties appelletur: eo (vt diximus) titulo dignus, quòd tormenta & carceres sub Constantio expertus fuerit, etiam si nihil præterea pati contigisset: quandoquidem in primo eorum sermone, qui sub nomine Ambrosij aliquando editus fuit, ex dicitur illo supplicio, quo per scalas tractus quassatus est capite, & membris confractus, martyris nomen consecutus ostenditur.

Sed & in epitaphio ad sepulchrum eius inuento, acrostichis versibus cum martyrij titulus egregiè habeatur expressus, quod autem lapidibus consummarit, ne verbum quidem dici posse videtur inde martyrij titulus comparatus, quod haud dubium constat ipsum fuisse sanguinem, sed infecisse etiam tunc cruore fracto capite lapideos gradus, vel alios deorsum, vt assolent, in via positos sparsos lapides sanguine conspersisse: quos à suis collectos, & ad sepulchrum, tamquam victoriæ trophæa politos, æquum est existimare, atque etiam asserere poterit, qui assertam de lapidatione sub Catholico Principe historiam, contra Ambrosij sententiam recitatam, haud facile admittendam putarit. Sed quid interest, num illis lapidibus capite, sparsoque cruore, vel ictibus lapidum fracto itidem capite, fuso sanguine, fuerit Eusebius martyrij titulum consecutus: cum alioqui licet priori illo supplicio & alijs in Palæstina additis pœnis minimè contigerit ex hac vita migrare, tamen ipsum dignum titulo martyrij omnis antiquitas prædicet? At de his hætenus: ad hæc enim digressi sumus occasione sancti Ambrosij præferentis martyrium Dionysij, qui exul finem viuendi fecit, Eusebio, qui in suam Ecclesiam rediit postliminio. Quod autem ad lucubrationes eius spectat: cum Græcarum æquè ac Latinarum litterarum fuerit callentissimus, haud otiosus absque scriptione vitam exegisse creditur, vrgentibus præsertim ad hoc eum quotidie aduersariis: verum de illis nulla est memoria, nisi de translatione in Latinum facta commentarij Eusebij Palæstini super psalmos, quæ & excidit. Ceterum sic ipse hæretici hominis cõmentarium Latinitate donauit, vt tamen (quod idem sanctus Hieronymus<sup>a</sup> testatur) quæ ad hæresim pertinerent, ommitteret; quæ verò pia sanctaque esse viderentur, acceperit. Sed dolemus nobilissimi ingenij nihil aliud superesse, nisi epistolam illam ad suos è carcere Scythopoli datam, quam suo loco superius recitauimus. Porro eius memoria tam in Occidentali quàm in Orientali Ecclesia vbique semper clara refulsit, quæ Kalendis Augusti anniuersaria celebritate recurrit.

Quanta autem miraculorum effulserit post obitum gloria, adèd vt oleo lampadum in ecclesia ipsius ex more ardentium dæmones ab energumenis pellerentur, Gregorius Turonensis certam fidem reddit, dum hæc de eo in libro illo de Gloria Confessorum describit<sup>b</sup>: Eusebius Vercellensis Episcopus magnum huic Hilario adiutorium contra hæreses fuit, qui viuere se post tumulos, præsentibus virtutibus manifestat. Nam in die natalis sui cum multi infirmi saluentur, energumeni tamen rotatu valido per totam ecclesiam debacchantes, & nimio contentes se torqueri cruciatu, eleuati in aëra lychnos qui ad officium luminis succenduntur, manu verberantes effringunt: de quorum perfusi liquore, illico discedente dæmone, personæ purgantur: scitque tunc populus tot infirmos esse mundanos, quot viderit lychnos effractus. Sed & omnia quæ sub ditione basilicæ eius habentur, ita pia protectione conseruat, ne exinde quicquam auferatur ab aliquo. Nam videres inter hostes iniquos greges pecorum, iumentorumque & ouium, nec penitus à quoquam attingi, cum vox sonuerit, Confessoris hæc sunt Eusebij. Huius sancti reliquias mater mea in oratorio domus suæ locauit. Factum est autem quadam die per hiemem, dum colloquutione hilari pro longitudine noctis diutius ante focum, qui multa lignorum strue compositus fuerat, resideret: familia iam dormitante, surrexit, & se lectulo haud procul ab ipso igne locauit. Dormientibus autem cunctis, scintillæ flammaram ad trabes vsque conscendunt, de quibus apprehensa vna earum validè cœpit flammam spargere: sed credo virtute sancti illius, cuius reliquias propinqua erant, flamma contra naturam

EUSEB. VERC. IN EPITAPH. VERSIBVS ACROSTICHIS MARTYR DICTVS.

Hier. epist. 75. aduers. Vigilans.

MIRACULA FIERI SOLITA IN ECCLIA EUSEBII. Greg. Tur. de Glor. conf. 3. cap. 3.

E

naturam desurfum incuruata retorquetur, nec ad rectum, vt mos est, extenditur, sed deorsum fluit, vt putares non flammam, sed vellera lanæ de trabe pendere: nec exurebat trabem, nisi tantum ardens per ipsam vagabatur: donec expergesta materfamilias, vocatis seruiantibus, aqua superposita, restinxit incendium, quo facile omnis domus, cunctis dormientibus, exuri potuisset, si virtus beati defuisset. ] hæc Gregorius, atque de Eusebio hæcenus.

OBITU LV-  
CIFERI  
EPISCOPI  
CALARITANI.

Eodem quoque anno, quo Eusebij obitus à sancto Hieronymo in Chronico ponitur, æquè & eius gentilis, licet communicatione diuisi, recensetur interitus Luciferi Episcopi Calaritani in Sardinia, de cuius obitu superius egimus, cum eius in schisma lapsus suo loco merentes deplorauimus. De quo tamen cum dicat sanctus Hieronymus: Lucifer Episcopus Calaritanus moritur, qui cum Gregorio Episcopo Hispaniarum & Philone Libyæ numquam Ariana se miscuit prauitati, non sic quidem hæc accipienda quis putet, vt hi dumtaxat ex omnibus Episcopis immunes fuerint ab Ariana hæresi: nam in Occidente vix aliquem Episcopum, præter Auxentium & paucos illos damnatos in Concilio Aquileiæ, fuerit facile reperire, qui eiusmodi fuerit sectator impietatis: sed ita dictum, quod iidem nominati Episcopi abstinerint à communicatione Episcoporum illorum, qui cum Arianis quantumlibet penitentibus communicarant: hoc enim sensu accipienda esse sancti Hieronymi verba, quæ superius de Lucifero dicta sunt, manifestè declarant.

GREGORIVS  
ELIBERINVS  
EPISCOPVS  
CONSORS  
SCHISMA-  
TIS.

Quod autem spectat ad Gregorium, quem Hispaniarum Episcopum nominat: hunc fuisse Episcopum Eliberi, quæ de eo extant scripta in libello Marcellini atque Faustini schismaticorum significant: siquidem hic olim pariter ibi dicitur esse execratus quos & Lucifer detestabatur Episcopos: qua ratione à Catholice communionis Episcopis vna cum aliis non nihil exagitatus est: quam ob causam pro eo supplicatum fuit Theodosio Imperatori, qui cum de ipso Gregorio, tum de aliis ad Cynegium in hæc verba rescripisset re-

Extat in li-  
bel Marcell.

periturus: *Et si nulla humanis] & infra: Cynegi carissime & pater amantissime, sublimitas tua præceptum nostræ serenitatis, quo Catholicam fidem omni fauore veneramus, & sine qua salui esse non possumus, ita iubeat custodiri, vt Gregorium & Heraclidam (erat hic Episcopus Oxyrinchi in Aegypto) sacræ legis Antistites, ceterosque consimiles sacerdotes, qui se parili obseruantia dederunt, ab impiorum hominum atque hæreticorum tueatur ac defendat iniuriis: sciantque cuncti ita federe animis nostris, vt cultores omnipotentis Dei, non alios nisi Catholicos esse credamus.] hæc Theodosius de Gregorio atque sociis, quod pro iisdem querelæ schismaticorum fuissent, ab hæreticis malè habitos esse illos nimirum sugillantium, qui ex Ariana hæresi ad Ecclesiam rediissent. Nam eodem libello explicuerunt hos ab Arianis Episcopis in Ecclesiam receptis multa passos eam ob causam, quòd nollent illis communionem misceri. Mentio quoque in eodem libello de Vincentio quodam Hispano presbytero habetur, qui etiam eo quòd communicare cum huiusmodi Arianis recuasset, à Lucio & Hygino Episcopis grauissima passus fuerat: cum (vt eodem libello restantur) iidem cum fustibus in ecclesiam irruentes, vbi plebs illi commissa conuenerat, nonnullos illic occiderint: ex quibus quidam licet decurionatus honore insigniti, nihilominus in carcerem detrusi fuerint, vnusque ex iisdem peremptus. Rursum verò de iisdem addiderunt eo libello, eosdem, cum idem Vincentius cum suis in agro synaxes haberet, in eos irruentes, adeò deturbasse, vt altare sublatum contemptus gratia sub pedibus posuerint idolorum.*

QUAE PAS-  
SI SVNT  
SCHISMATI-  
CI.

Habet libellus & illud, Aurelium quemdam Episcopum, ex eo quod cum dicto Gregorio communicasset, Romæ poenas dedisse: sed & de Macario presbytero illud additur, eum cum eiusdem esset cum Gregorio communionis, Romam quoque vocatum, luisset supplicium, atque à Damasi Papæ comunione abhorrentem, ab Vrbs Præfecto fuisse exilij sententia condemnatum, atque à militibus acceptum, cum perductus fuisset ad Ostia Tiberina, illic animam exhalasse. Meminit & de aliis Luciferianæ communicationis hominibus Romæ malè mulctatis à militibus, & vt mentitur, Damaso impellente. Ita planè schismatici illi apud Theodosium agentes, Imperatoris inuidiam in Romanum Pontificem concitare studuerunt, sibi verò inde gratiam conciliantes, quasi essent fidei Catholice acerrimi defensores: quos scimus (vt superius est manifestissimè demonstratum) in sanctissimos probatosque Catholice religionis Episcopos plurimas

A plurimas easdemque ingentes coaceruasse calumnias. Sape enim Romæ (vt vidimus) eiusmodi schismatici ab Vrbanâ præfectura pulsi atque repulsi, inque diuersa loca in exilium acti, cum omni destituerentur auxilio, ex calumniis in diuersos confarcinatis sibi patrocinium quaesivere.

GREGORIVS  
ELIBERI-  
NVS GLO-  
RIATVR DE  
FIDVS IN-  
CERE SER-  
VATA.

Ceterum quod ad Gregorium spectat qui ex Theodosij rescripto liber dimissus est: ipsemet in commentario illo, quem de Fide scriptum ad Gallam Placidiam dedit, de corrupta fide seruata, nec vnquam communionem se pollutam hæreticorum magnopere gloriat, cum ait: *Piam confessionem in nobis ex Dei gratia præstitam cupimus vsque ad mortem, auxilio eius qui præstitit, vindicare sine labe communionis hæreticorum atque prauaricatorum: quia, & Deo teste, metuimus eorum damnationis participes inueniri. Viderit si quis putat se de eorum societate reum non posse fieri; habens conscientia pro-*

Greg. de fide  
ad finem.  
Tit. 3.

rit. Tamen ego in causa Dei cautius timere compellor: siquidem & de ipsis cautum legimus: *Hæreticum hominem post vnam correctionem deuita, sciens quoniam peruerius est huiusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus. Sed & de poena prauaricatorum legimus, dicente Isaiæ: Et veniet omnis caro in conspectu meo adorare in Hierusalem, dicit Dominus Deus; & procedent sancti & videbunt membra hominum qui prauaricati sunt in me: Vermis eorum non morietur; & ignis eorum non exstinguetur, & erunt in visione omni carni. Sed & Apostolus ait: Nolite iugum ducere cum infidelibus: Qui &*

Isaiæ 66.

2. Cor. 6.

Rom. 1.

alibi idem Apostolus post descriptionem malorum: *Non solum, inquit, qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus ea: & multa alia testimonia diuina, quibus supradictorum consortium prohibetur. Sed ego hæc ipsa, licet breuiter, intimaui; ne nos de vana superstitione credat aliquis nolle communicare cum talibus, quos perspicit per diuinam sententiam reprobari.]* ista Gregorius Eliberinus pro sua defensione, causam reddens cur noluit cum Arianis communicare, qui ad Ecclesiam reuerfi essent: nam de aliis in hæresi permanentibus, nemo Catholicorum ab eo vnquam potuit dissentisse. Hæc igitur cum ex Marcellino atque Faustino collega, tum etiam eiusdem ipsius Gregorij scriptis deprompisse volumus, vt locus citatus S. Hieronymi in Chronico, quo ait, tum Luciferum, tum Gregorium & Philonem numquam communicasse cum Arianis, cunctis elucidatus atque perspicuus redderetur.

Porro Gregorius creditur postea saniori menti redditus, duramque austeritatem illam flexisse in Catholice obseruantie rectitudine: nam Orthodoxorum nonnullorum præconiis celebratus habetur: nisi hæc quis dixerit eo turpiter ignorasse, quod affirmare nunquam auderem. Quæ autem spectant ad eius res gestas eum Osio, quas ex eorumdem schismaticorum libello recitat Isidorus: cuiusnam fidei sint, superius est demonstratum. Sed & quod de eodem Isidorus ait in Osio, Gregorium fuisse ex numero vindicantium fidem integram, ex verbis S. Hieronymi petenda est verborum horum interpretatio; nimirum significatum, eum aliquando fuisse eiusdem cum Lucifero sententiæ.

Post Luciferi exitum, qui ante illi inhæserant pertinacius in sententia persistere, vt affirmarent non communicandum cum illis qui Arianos Episcopos vel inferioris ordinis clericos ad Ecclesiam redeuntes, cum honoribus & ordinibus, quibus antea ministrassent, in communionem recipissent: quam quidem quaestionem parui momenti fuisse ait S. Hieronymus, dum verbis & non rebus à nobis iudem dissentirent, nec dignam quidem vt ab Ecclesia ea de causa se diuiderent. Erat autem horum numerus sanè exiguus, qui se in Hispaniam receperunt: ibique vt solos sanctos & puros à reliquis omnibus Orthodoxis diuisos consedis, idem S. Hieronymus docet, his verbis per ironiam illis exprobrans, qui se solos mundos prædicabant: *En si Britannias, Gallias, Orientem, Indorum populos, barbaras nationes, & totum simul mundum possidet Satanas, quo modo in angulum vniuersæ terræ Crucis trophea collocata sunt? Nimirum aduersarius potens concessit Christo Iberiam & Celtiberos, luridos homines, inopemque prouinciam dedignatus est possidere.]* quasi hi soli à Christo in hereditatem fuerint vindicati, qui & veritatis vindices dici volebant. Hos quidem, quòd refugerent Catholicorum communionem, non nihil vexatos esse à vicinis Episcopis, libellus Theodosio datus (vt superius dictum est) indicat.

Hier. aduer.  
Luciferian.  
LUCIFERIANI  
IN AN-  
GVLO HI-  
SPANIA-  
RVN COL-  
LECTI.  
Hier. aduer.  
Luciferian.

Porro hos vt schismaticos non solum vicini cauebant Episcopi, sed & alij omnes Catholici: cuius rei experimentum præstitit Satyrus S. Ambrosij Mediolanensis Episcopi frater,

Ambros.  
orat. in synod.  
fratr.

CHRISTI  
371.DAMASI PAP.  
J.VALENTINIANI  
VALENTIS IMP. 8.LUCIFERIANI  
REPERTI  
AB OMNIBUS  
EXTINCTI.

frater, cum ex Africa in Italiam nauigans, ad horum ora maris tempestate delatus, baptis-  
mi cupidus exhorruit ab ipsorum Episcopo baptizari, quod & superius, dum de eius in  
Italiam ex Oriente reditu egimus, verbis eiusdem Ambrosij enarrauimus, de que eiusdem  
Luciferi obitu egimus, & cuius æstimationis apud posteros fuerit pariter cum luctu ob  
lapsum eius ingessimus: vt non sint iterum hic repetenda, vbi de Luciferianis quæ reliqua  
sunt, tantummodo sermo est. Sed & hi ipsi, licet turbas plurimas in Ecclesiam concitaue-  
rint, & apud Imperatores aduersus Catholicos obstreperint: tamen quoddam post Theodo-  
sium Augustum de Luciferianis nulla sit mentio, eos hoc ipso, quo oborti sunt sæculo ex-  
tinctos esse putamus.

\* I. de Sec-  
wic, C. Theod.  
QVID DE  
SCENICIS  
CONVER-  
SIS IN FINE  
VITAL.

Eodem anno Valentinianus Imperator de Scenicis poenitentibus, & Christianos fieri  
cupientibus, ita rescripsit: Scenici & Scenicæ, qui in ultimo vitæ, necessitate cogente  
interitus imminentis, ad Dei summi sacramenta properarunt, si fortasse euaserint, nul-  
la posthac in theatralis spectaculi conuentione reuocentur. Ante omnia tamen diligenti  
obseruari ac tueri sanctione iubemus, vt verè & in extremo periculo constituti id pro sa-  
lute poscentes (si tamen Antistites probant) beneficij consequantur. Quod vt fide-  
liter fiat, statim eorum ad Iudices, si in præsentem sunt, vel curatores urbium singularum,  
desiderium perferatur: Quo inspectoribus missis, sedula exploratione quaratur, an in-  
dulgeri his necessitas poscat extrema suffragia. Dat. III. Idus Februarij Treuer. Gra-  
tiano A. II. & Probo Coss. ] Erant Scenici & Scenicæ serui publici ad lætitiæ publi-  
cam theatricis spectaculis mancipati. Quoddam autem legibus Ecclesiasticis vetitum erat  
Christianos theatralis esse: ac proinde qui eiusmodi essent, simulac per baptismum  
Christiani efficerentur, scenicum munus exercere amplius non valent: vetuit Impe-  
rator, haud quidem piè, eiusmodi homines non nisi in mortis articulo baptizari. Vides  
quàm perperam & inconsultè Principes, ea quæ sunt Ecclesiastici muneris, tractare con-  
sueverint.

ARUSPICINA  
CONCESSA  
GENTILIBUS.  
\* I. de male-  
fic. & male-  
fic. C. Theod.

Sed his haud iustiora idem Valentinianus sanxit, cum licentiam Gentilibus dedit aru-  
spicinam exercendi, dummodo id facerent absque magia, ita ad Senatam ignominiosè re-  
scribens de impertita colendi deos patrios facultate.

Aruspicinam ego nullum cum maleficiorum causis habere consortium iudico, neque  
ipsam aut aliquam præterea concessam à maioribus religionem genus esse arbitror crimi-  
nis: testes sunt leges à me in exordio Imperij mei datæ, quibus vnicuique quod animo  
imbibisset, colendi libera facultas tributa est. Nec aruspicinam reprehendimus, sed nocen-  
ter exerceri vetamus. Dat. III. Kal. Iunij Treuer. Gratiano A. II. & Probo Coss. ] ex  
his quidem & aliis ab eodem Imperatore Gentilibus concessis indulgentiis factum est, vt  
ab iisdem ipse fautor eorum superstitionis sit habitus: nam Symmachus in relatione ad  
eius filium Valentinianum iuniorem missa sic habet in fine: Eum religionum statum pe-  
timus, qui diuo parenti culminis vestri seruauit Imperium, qui fortunato Principi legiti-  
mos suffecit heredes. Spectat senior ille diuus ex arce siderea lacrymas sacerdotum, & se  
culpatum putat, more violato, quem libenter ipse seruabat. ] hæc Symmachus pro Gen-  
tilicia superstitione causam agens.

VALENTI-  
NIANVS  
PERMISSIT  
ARAM VI-  
CTORIAE.  
\* Amb. epist.  
30.

Permisit & iste, sicut alias, aram Victoriæ in Capitolio stare, illicque Senatores Gentiles  
sacra facere: licet eum S. Ambrosius, quod tantum nefas ignorauerit, excuset, cum ait:  
Quid respondebis etiam patri? qui te maiore dolore conueniet, dicens: De me, fili, pes-  
simè iudicasti, qui putasti quoddam ego Gentilibus conuiuentiam præstitissem. Nemo ad  
me detulit, aram esse in illa Romana curia: numquam tantum nefas credidi, quod in  
communi illo Christianorum Gentiliumque concilio sacrificarent Gentiles, hoc est, in-  
sultarent Gentiles præsentibus Christianis, & inuiti Christiani interesse sacrificij cog-  
erentur. Multa & diuersa crimina, me imperante, commissa sunt: vltus sum quæcumque  
sunt deprehensa. Si quis tunc latuit, debet ergo dicere me probasse quod ad me nemo de-  
tulerat: De me pessimè iudicasti, si mihi superstio aliena, non fides mea seruauit Impe-  
rium. ] hæc Ambrosius, & puto quidem rhetoricè potius ad delinendum Valentiniani  
iunioris Imperatoris animum, atque reuocandum ne paterno exemplo permetteret Gen-  
tilibus aram Victoriæ: quam publico loco expositam, Orbi ob frequentiam accedentium  
notam, Imperatorem dumtaxat ignorasse, haud fidem inuenit. Sed & hoc eodem anno  
eiusdem Valentiniani rescriptum legitur pro sacerdotibus Gentilicij ritus, quibus priui-  
legium indulgit, honoremque Excomitibus exhiberi solitum iisdem impertit, prout eius  
rescri-

CHRISTI  
371.DAMASI PAP.  
J.VALENTINIANI  
VALENTIS IMP. 8.

A rescriptum sub huius anni Consulibus ad Viuentium Præfectum Prætorio datum docet:  
sic enim se habet:

Qui ad sacerdotium prouinciarum & principalis honorem gradatim & per ordinem mu-  
neribus expeditis, non gratia emendicatisque suffragijs, & labore peruenerint, probatis  
actibus, si consona est ciuili fama, & publice ab vniuerso ordine comprobantur, habeantur  
immunes, otio fruituri, quod continui laboris testimonio promerentur: liberumque  
sit corpus eorum ab his iniurijs, quas honoratos non decet sustinere: Honorem etiam eis  
Excomitibus addi censemus, quem ij consequi solent, qui fidem diligentiamque suam in  
administrandis rebus publicis approbarint. Dat. III. Kal. Iulij Treuer. Gratiano II. &  
Probo Coss. ] & ne quis putet de sacerdotibus hic agi Christianæ religionis, legat eiusdem  
Imperatoris rescriptum datum item Treueris sequenti anno ad probum Vicarium.

B Sic igitur videas Symmachum, qui Gentilicæ superstitionis maiorem gerebat Pontifica-  
tum, iure appellasse Valentinianum seniore ritus veteris conseruatore: vt pote quod  
(vt dictum est superius, diciturque alibi pluribus) ipse Imp. Valentinianus siuerit Genti-  
les pro arbitrio deos colere. Vnde quidem errare eum facile continget, qui legens Pru-  
dentij carmen aduersus Symmachum in fine viderit commendari fidem antecessoris Im-  
peratoris, quod veterit sacrificia, cum ait:

*Ille Vrbeni vetuit taurorum sanguine tingi.* ] putans ad Valentinianum iuniorem esse  
sermonem illum, quem constat dictum esse ad Honorium Imperatorem de Theodosio  
patre, cuius tempore (vt suo loco dicitur) Prudentius aduersus Symmachum scripsit.

IESV CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 9.  
ANNVS ANNVS VALENTIS  
372. 6.

Christi annus trecentessimus septuagesimus secundus ingreditur vnà cum Consula-  
tu Modesti atque Arinthei: amboque Consules ex Valentis familia, iisdemque fama  
notissimi, sed diuersi inter se studijs futere: nam horum alter Arianus, ad insequendos  
Orthodoxos (vt vidimus) Valenti vsui erat; alter verò, nempe Arintheus, pius & de Ec-  
clesia Catholica benemeritus. At qualis hic fuerit, dicamus aliqua, & in primis quæ de eius  
obitu ex litteris S. Basilij datis ad ipsius coniugem consolatorijs produntur: vt cum ait:  
Me verò præcipua quædam tristitia repleuit, recogitantem, quo me vir ille sit honore  
prosecutus, tum quæ sit Ecclesijs communiter adempta gubernatio ] nimirum quod Ari-  
anis quibusdam pulsus, his Catholicos subrogauit. ac de eodem rursus inferius: Erat qui-  
dem ille honestus, magnus, celebris, & animi virtutem robore corporis adæquabat, quod  
& ipse fateor, & utroque nomine excellebat: attamen homo erat, & mortuus est, sicut  
Adam, sicut Abel, sicut Noe, sicut Abraham, sicut Moyses, & si quem alium eiusdem  
naturæ consortem nominaueris. ] hæc Basilus. Præualidus quidem dux erat, de quo plu-  
ra Ammianus, & inter alia quod exercitu cohibuisset Persas inuadentes Armenos: nam  
hæc de eo: Hac clade latè diffusa, Armenia omnis perijisset, ni propugnatoris Arinthei  
aduentu territi Persæ eam incurfare denuò distulissent. ]

Per eius vxorem hunc redditum Christianum, inque vitæ finem baptizatum esse, idem  
Basilus tradit, cum ait: Decessit moriens splendide, nec senectute decrepita, nec ali-  
qua parte celebritatis suæ diminutionem passus, sed magnus adhuc in præsentem hac vita,  
& magnus in futura, nec ex præsentem splendore damni quicquam in futura ac sperata glo-  
ria expertus, propterea quod in ipso vitæ exitu cunctam maculam lauacro regenerationis  
accepto purgauit: cuius rei cum illi conciliatrix & operatrix fueris, maximam ex ea con-  
solationem cape, &c. ] hæc quidem de Arintheo hoc anno Consule, Catholicæque Ec-  
clesiæ defensore.

Quo quidem tempore, magna Dei dispensatione, huic sicut pietate non impar,  
ita & munere haud inferior Terentius exiit, cui (vt idem Ammianus est auctor) duo-  
decim parebant legiones, qui sancto Basilio æquè familiarissimè vsus est, vt ex ipsius lit-  
teris ad eum datis, de negotijs Ecclesiasticis constat. Horum Basilus vallatus præsidio,  
inuitis non Arianis ceteris tantum, sed ipso quoque Valente Imperatore, non solum in  
sua Ecclesia tutus agebat, sed & alijs etiam longè positis suppetias promptè ferebat. At  
hic opportunè egregiè facinus eiusdem ducis maximè pij ex Theodoro narrare, pergra-  
tum

Annal. Eccl. Tom. 4.

D d



<sup>a</sup>Theod. lib. 4. cap. 28. tum erit: ait enim: Cùm Terentius dux longè præstantissimus; & pietatis insignibus A egregiè exornatus, ab Armenia, erectis victoriæ trophæis, reuerisset: Valensque ei imperasset, ut donum aliquod pro labore peteret: ipseque donum quod cupiebat, dignum homine pietatis institutis educato, Valenti indicasset (petebat epim non aurum, non argentum, non agros, non domum, sed ut vna ecclesia illis qui pro doctrina Apostolica se in discrimen obrulissent; concederetur). Valens accepto libello supplici, & cognitis rebus quæ in eo continebantur, admodum stomachatus, illum dilaceravit, iussitque ut alias res peteret. Terentius verò collectis laceris libelli particulis: Accepi, inquit, iam absente, ô Imperator donum, habedoque, neque aliud petam. Nam quid ego animo instituerim, iudicet ille qui huius vniuersitatis iudex est. ] hæc Theodoretus. De epistola autem ad hanc ipsam Terentium à Basilio scripta, suo loco agemus: nunc verò de tertia eiusdem Basilij ad Damasum Papam & omnes Occidentales Episcopos epistola missa dicendum.

Meminisse debemus, anno superiori ad datas ab eodem Basilio & alijs Orthodoxis B Orientis Episcopis ad Damasum & ceteros Occidentis Antistites, ab eisdem officij plenas litteras redditas esse. At quoniam sub Ariano Imperatore Ariani magis magisque aduersus Catholicos insolescerent: idem S. Basilius alios rursus Legatos in Occidentem mittit, qua quidem legatione quid ab eis ipse optaret perfici, datis litteris significauit, quas pro certiori rerum notitia hic describemus. Decet illis germana inscriptio, sed tantum, Ad Occidentales, titulus ponitur, cum tamen primo loco eas ad ipsum Damasum Romanum Pontificem esse conscriptas, quæ superius dicta sunt atque dicentur, euidentissimè doceant. Litteræ autem sic se habent<sup>b</sup>:

<sup>b</sup>Basil. epist. 74. Tantum cuique vestrum Dominus Deus noster, in quem sperauimus, largiatur gratia, vt proposita spe potiamini, quanto ipsi gaudio pectora nostra replestis, cum per litteras quas nobis per desideratissimos compretbyteros nostros scripsistis, tum ex eo, quod calamitaribus nostris, tamquam viscera commiserationis induti condoletis, quemadmodum nobis prædicti fratres indicauerunt. Nam etiam si vulnera nostra eodem modo perseuerant, non nihil tamen inde releuamur, quod paratos habemus medicos, qui velocem ac maturam possunt, si detur opportunitas, doloribus nostris afferre medelam. Quapropter iam denuò vos per dilectos hosce fratres compellamus & obsecramus, ne, si dederit vobis Dominus copiam ac securitatem accedendi, inuisere nos detreketis: maximum enim Domini mandatum est infirmorum visitatio. Si verò optimus Deus ac sapiens vitæ nostræ moderator hanc gratiam ad aliud tempus reiecit: saltem scribite nobis, quæ vos cum ad consolationem afflictorum, tum ad erectionem contrafractorum scribere decet. Plurimum enim iam contrafracta est Ecclesia, cuius nomine & nos multum in modum contristamur. Non est autem quodd alicunde opem expectemus, nisi per vos Dominus, à quibus & sincerè colitur, euratione miserit. ] hæc præfatus Basilius admonet de Eustathio Sebasteno dolosè inter Catholicos agente, cuius ipse Basilius (vt anno superiori vidimus) simulatione deceptus eidem communicationem fuerat impartitus: qua de causa in suspensionem haud leuem ac reprehensionem Orientalium Orthodoxorum Episcoporum inciderat. Ne igitur aduersariorum calumnijs eadem infamia laboraret apud Romanum Pontificem & alios Occidentis Episcopos, prudenter profectò de Eustathio meminit, eiusque scelera commemorans, eiusdem criminum accusatorem agit, atque ait:

Improba quidem & imprudens Arianorum hæresis manifestè ab Ecclesiæ corpore diuisa proprio immoratur errori, parumque nos lædit, propterea quodd illius impietas E omnibus nota est. Qui verò ouinam pellem induiti, mansuetudinem ac placiditatem externè quidem simulant, internè verò gregem Christi crudeliter lacerant; & hoc nomine quodd ex nostro gremio progrediuntur, simpliciores facile lædunt: ij sunt perniciosi illi, & qui non ita facile caueri possunt: quos per vestram diligentiam omnibus Orientis Ecclesijs publicari ac manifestari petimus, vt vel recta gradientes sincerè nobis coniuncti sint, vel si peruersi esse perrepererint, pestem suam sibi ipsis solis contineant, nec posthac per incautam communionem morbum suum vicinioribus affricare possint. ] Puto te, lector, hæc prudenter attendere, maximi ponderis à Basilio æstimari iudicium Apostolicæ sedis, ipsius inquam Romani Pontificis, cuius sententia damnari Eustathium petit, eiusque iudicij calculum Orientalibus omnibus innotescere; cum alioqui deterrimus homo in pluribus Synodis fuerit prædamnatus. hæc sanè enixius à Damasum Basilius

BASILII DEFERTVS STATIVM DAMASO ET ALIIS OCCIDENTALIBVS EPISC.

A Basilius petit, quod probè sciret, illos omnino ab omnibus esse habendos hæreticos, atque vitandos absque aliqua tergiversatione vel controuersia; quos ab Apostolica primæ sedis Antistite constaret esse reiectos: nam Synodis alijs aliæ aduersæ Synodi obijci potuissent; & Episcopis Episcopos contradicere: quod autem à summo totius vniuersalis Ecclesiæ Præsule factum esse sciretur, omnes, nisi qui extra Ecclesiam esse vellent, amplecterentur; cum (vt sæpè superius demonstratum est) eiusdem Romani Pontificis Formatarum communionem, quis Catholicus, quive esset hæreticus; tantummodo intelligi posset. Sed rursus ibi Basilius:

Necessarium verò est, vt mentionem istorum nominatim faciam, vt & ipsi cognoscatis eos qui nos conturbant & offendicula gignunt, illosque Ecclesijs vestris manifestos, vt vitari possint, faciatis. Quæ enim nos loquimur, multis suspecta sunt, quasi B propter priuatas quasdam contentiones metum & pusillanimitatem illis incutere velimus. Vos verò quanto ab his remotiores estis, tanto plus apud plebem habetis fidei: ad quod & hoc accedit, quod ad curandos oppressos adiumento vobis est gratia Dei. Quodd si plures quoque vnanimis eadem decreueritis, manifestum est, quodd multitudo eadem decernentium indubitata omnibus efficiet dogmatis susceptionem. Est itaque vnus ex illis, qui plurimum excitant turbarum, Eustathius ex Sebastia minoris Armeniæ. Hic olim institutus ab Ario, cum is Alexandriæ florens impias aduersus vniuersitatem Dei blasphemias strueret, sectator illius, & inter selectissimos discipulos connumeratus fuit: Posteaquam verò ad suos reuersus, cum à beatissimo Hermogene Cæsare Episcopo propter impiam opinionem condemnaretur, confessionem illi obtulit sanæ fidei, atque ita manus impositionem ab ipso obtinuit. Vbi verò dormitionem accepit Hermogenes, mox ad Eusebium Constantinopolitanum sese contulit (*fuerat hic antè Episcopus Nicomediæ*) qui & ipse nihilominus impium Arii dogma tueretur. Inde pòst quibusdam de causis pulsus, ad patriam se recepit, illique denuò erroris purgationem obrulit, sed ita vt celata & oblecta mentis impietate, quamdam exhiberet verborum C reuerentiam. Mox verò vbi vtcumque adeptus esset Episcopatum, anathematissimum contra homouisionem in Synodo Ancyrae habita scripsisse deprehenditur; & ex illa ad Seleuciam profectus, cum illis quos eiusdem habet opinionis, ea gessit, quæ omnes norunt. Constantinopoli verò iterum ad ea quæ ab hæreticis proposita sunt, consensit: Atque ita Episcopatu eiectus, propterea quodd iam in Melitina Synodo depositus esset, viam sibi ipsi, per quam restitueretur, excogitauit, eam videlicet, vt ad vos proficisceretur. Quæ verò sine illi à beatissimo Liberio Episcopo proposita; & ad quæ consenserit, nobis clam est, nisi quodd epistolam attulit, per quam restitueretur: eam vbi Tyanæ Synodo exhibuit, in suum locum restitutum est.

Iste quidem iam fidem eam, in qua receptus est, depopulatur, cumque illis furit qui homouisionem anathemate percellunt. Deinde & hæresi patrocinatur eorum qui Spiritum sanctum spoliunt diuinitate. Quoniam verò istinc vires accepit lædendi Ecclesias, ac publicandæ impietatis fiducia, quam vos dedistis, ad subuersionem multorum vfus est: necesse est, vt istinc quoque veniat malorum istorum correctio, scribaturque Ecclesijs quibus quidem conditionibus ad communionem susceptus sit: simul verò adijciatur, quomodo iam immutata sententia, gratiam à Patribus qui tunc erant acceptam irritam reddat. ] hæc tamen de Eustathij causa Basilius, qui eadem planè de eodem D habet in epistola ad Patrophilum<sup>a</sup>. At nemo putet hanc ab eo epistolam scriptam antequam ab ipso Eustathius reciperetur, eò quodd nullam eius rei faciat mentionem: nam eum hac eadem epistola inferius damnandum dicat Apollinarem, cui tunc temporis ipse nefciens communicabat, satis perspectum habetur, illa antea accidisse, quam hæc epistola scriberetur.

Tacuit prudenter de Eustathio Basilius, quod contigit in Nicopolitano conuentu, vbi idem Eustathius; edita sincera fidei professione, ab ipso Basilio susceptus fuit, reclamantibus Orthodoxis, vt anno superiori fusiùs dictum est: idcirco enim ista tacuit, quodd iam apud Occidentales communicationis cum Eustathio fuerat in suspensionem adductus: qua vt se purgaret, atque ostenderet Eustathio præ ceteris aduersari, tot tantaque aduersus eum hæc epistola voluit concessisse. Nam ad Eusebium Samosatenum ipse scribens, hæc de Occidentalium conflata aduersum se suspicione habet<sup>b</sup>: Senior Eua-<sup>b</sup>Basil. epist. 82. gius filius Pampiani Antiochenis, qui quondam migravit cum sancto Eusebio versus

EUSTATHII CAUSA AB EXORDIO REPETITA.

<sup>a</sup>Basil. epist. 82.

<sup>b</sup>Basil. epist. 82.

CHRISTI  
372.DAMASI PAP.  
6.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 9.BASILIVS  
LABORANS  
SVSPICIO-  
NE APVD  
OCCIDENT.  
SE PVAGAT.

Occidentem, redijt nunc Roma, petens à nobis litteras eadem illorum scripta ad ver-  
bum continentem: Vicissim retulit quæ nostra non probantur à doctoribus qui illic sunt,  
& legationem quamdam per viros fide dignos iam adornare, vt coram sit occasio nos in-  
spiciendi. Qui nostram doctrinam profitentur, Sebastheni Eustathij improbata doctrinæ  
vltius reteregetes purulentum, petunt à nobis quamdam Ecclesiasticam procuracionem.]  
hæc ipse. Porrò Euagrium istum, quem tradit profectum esse cum Eusebio in Occiden-  
tem, illo scilicet Eusebio Vercelleni Episcopo, vt aliàs diximus, eundem esse cum Eua-  
grio illo putamus, qui ex sententia sancti Hieronymi ad Innocentium, validè oppugnauit  
Auxentium Arianum Mediolanensem Episcopum. Hic enim Vercellis apud Eusebium  
fuisse videtur vsque ad eius obitum, eoq; defuncto redijisse in Orientem, atque ea  
Basilio significasse.

DE CAUSA  
APOLLINA-  
RIS.

\* Basil. ep. 74.

\* Eccles. 12.

Rursum verò, quòd idem Basilius apud nonnullos in crimen adductus fuisset, quòd  
litterarum consuetudine cum Apollinari hæresiarcha communicasset, ipseque se pariter  
excusasset, nescisse hominem alicuius esse prauæ opinionis auctorem; re tamen postea  
comperta, tum vt se suspicione inite cum eo communionis penitus liberaret, tum etiam  
vt latentem adhuc sub Catholico nomine hæresiarcham omnes agnoscerent damnatum  
esse ab Apostolica sede: Damasum rogat vt cum suis Episcopis istud ipsum agat, ita sub-  
dens: Alter ex illis, de quibus vos admonemus, est Apollinaris, haud parum & ipse Ec-  
clesias contristans: facilitate namque scribendi, qua per occasionem ad quosvis irrepit,  
coniunctam habens sufficientem linguæ facultatem. Orbem libris suis repleuit contem-  
pro Ecclesiaste<sup>b</sup>, qui cauendum esse dicit, ne multi fiant libri. In multitudine autem cer-  
tum est quòd multa delinquantur: nam quo modo potest in multiloquio vitari pecca-  
tionibus, sed ex humanis argumentis astruccionem habentia. Scripsit & de resurrectione  
quædam fabulosè, immò Iudaicè composita: in quibus dicit, nos iterum ad cultum à le-  
ge præscriptum reuersuros, ita vt iterum & circumcidamur, & sabbatum obseruemus, &  
à cibis à lege prohibitis abstinemus, sacrificiaque Deo offeramus, & in templo Hieroso-  
lymim adoremus, atque prorsus ex Christianis Iudæi reddamur: quibus quidnam poterit  
ridiculum magis; magisque alienum ab Euangelico dogmate dici? Deinde & de incarna-  
tione tantam mouit fratribus perturbationem, vt pauci eorum, quibus colloquij cum il-  
lo non nihil intercessit, priscum pietatis characterem conseruent: multi verò rerum mu-  
tationi attendentes, ad quæstiones & contentiosas inutilium verborum hæreses auersi  
sint. ] hæc de Apollinari Basilius. At cur Apostolicæ sedi defert damnationem Apol-  
linaris hæresiarchæ? cur non ipse Cappadociæ Metropolitanus eam hæresim cum aucto-  
re damnauit? Nosti causam, lector, si memoria tenes quæ superius sæpè sunt repetita  
atque exemplis sæpius demonstrata: nimirum illum viguisse vsu ab ipsis Apostolo-  
rum temporibus, vbi primùm sedes Petri Romæ locata est, vt noua hæresis, recensque  
emergens hæresiarcha, non ab alio quopiam cuiusvis auctoritatis Episcopo, quàm à Ro-  
mano Pontifice, causa exactè peruestigata, Apostolica damnarentur auctoritate. Quo-  
modo verò Damasus, his à Basilio acceptis de Apollinari atque eius erroribus, Ro-  
mæ coegerit Synodum, atque eandem hæresim cum auctore damnarit, dicemus suo  
tempore.

ROM PONT.  
SILVS DAM-  
NAT NOVAS  
HÆRESIS  
CVM HAB-  
RESIAR-  
CHIS.DE CAUSA  
PAVLINI  
EPISCOPI  
ANTIACHE-  
NI.

At quid insuper egit apud Damasum hac missa Legatione Basilius? Ipse subdit, cum  
ait: Paulinus verò an aliqua in re, quòd manus impositionem concernit, reprehendendus  
sit, vos ipsi dicetis. ] parcius hæc Basilius atque modestius, quod de insigni nominis viro  
ageret, eodemque Antiocheno Antistite instituto à Lucifero Episcopo Calaritano Apo-  
stolica legatione fungente; cum ante ipsum (vt suo loco dictum est) Melerius ab Arianis  
olim præfectus, conuersus ad fidem Catholicam, vbi eandem validè propugnauerit, cu-  
ius causa exilia passus antea fuerat, atque hæcenus pateretur: cui quidem (vt diximus) Ba-  
silius studebat, vt pote illi intima familiaritate coniunctus, stantibus Occidentalibus à par-  
te Paulini, vt paulò inferius dicturi sumus.

DE HÆRE-  
SI MARCEL-  
LI ANCY-  
RANI EPI-  
SCOPI.

Insuper eadem legatione Basilius de Marcelli hæresi hæc ad Damasum habet in fine;  
Nos sanè contristat, quod Marcelli dogmatibus fidem habet, & sectatores illius sine dif-  
criminem ad communionem admittit. ] De Marcelli causa pluries superius actum est.  
Inuenit ille fidem dum vixit, quòd eius causa cognita in Romano Concilio, necnon  
œcumenico Sardiceno, semper magna gloria fuerat absolutus, aduersariorum verò re-  
pulsa

CHRISTI  
372.DAMASI PAP.  
6.VALENTINIANI  
VALENTIS IMPP. 9.

A pulsa atque confutata calumniæ: nec alia postea reperitur ab Orthodoxis habita esse  
Synodus, in qua fuerit Marcellus condemnatus: cum præsertim Athanasius eundem  
numquam condemnare præsumpserit, vt pote (quod refert Epiphanius<sup>a</sup>) qui habuerit  
ipsum qui se purgasset, & haud vehementer errasset, subdit tamen de eo Basilius enormia,  
quæ vera ne essent, an ab aduersarijs calumniosè composita, haud satis exploratum est no-  
bis: nam si verum Marcelli illud dogma fuisset, non ita perfunctoriè à quoquam diffimu-  
lari potuisset, præsertim à Magno Athanasio cuiusque hæresis infensissimo hoste, ac veri-  
tatis Catholicæ acerrimo propugnatore. Porrò hæc addit de eo Basilius<sup>b</sup>:

Scitis, colendissimi fratres, quam omnem spem nostram irritam faciat dogma Mar-  
celli, quòd neque Filium propria ac discreta hypostasi præditum consistetur, sed produ-  
ctum, & in eum ipsum iterum conuersum, ex quo venerat, tradit. Neque Paraclitum  
propriam habere hypostasim contendit. Ita vt non aberrer, si quisquam hanc hæresim  
profus esse alienam à Christianismo determinet, ac corruptum quemdam Iudaismum  
appellet. Horum curam à vobis requirimus: Eam adhibebitis, si vniuersis Orientis Ec-  
clesijs scribere dignabimini, vt eos qui veritatis doctrinam ad hunc modum adultera-  
runt, tum demùm ad communionem admittant, si quando errata correxerint: si verò  
contentiosè rerum nouationi immorari voluerint, ab illis secedant. Ceterum haud  
ignoramus & ipsi, quòd oportuerat nos vestræ prudentiæ assessores, communi de his  
rebus consideratione tractare: verùm quoniam nec temporis id ratio permittit, & di-  
latio perniciofa est, propterea quòd hominum istorum pestis radices altius infixit: neces-  
sitate adaçti fratres hosce misimus, vt simul quæcumque litteras fugiunt, denuò vos per-  
docentes, pietatem vestram eo inuident, vt quæsitum Ecclesijs Dei auxilium exhibeatis.]

C hæcenus Basilius.

Quod insuper ad Marcellum Ancyranum pertinet: ex Epiphanio datur colligere,  
hoc eodem ipso anno illum ex hac vita desisse: siquidem cum de eo agit, hæc habet:  
Marcellus fuit in Ancyra, qui sanè hucusque peruenit, & duobus plus minus annis an-  
te hunc annum è vita discessit. ] hæc ipse. Porrò cum ea scriberet (vt idem testatur ipse  
exordio<sup>d</sup> operis) anno undecimo Valentini Imperatoris, Gratiani autem septimo: pla-  
nè opus est asserere, hoc ipsum anno defunctum, addito tamen illo, plus vel minus, ab  
Epiphanio posito.

At quid hac legatione Basilius actum est? nihil penitus. Accidit enim, vt ipsius Basilius  
aduersarij, qui tot calumnijs, quas anno superiori recensimus, eum obruere conati sunt,  
haud satis habuerint, illum ipsius gentilibus fidei dubiæ immò & hæresis (vt vidimus) su-  
spectum reddere: quin etiam eandem in eum Romanum intruletant ad Romanum Pontifi-  
cem, nec illas quidem leuiter effusas, vel ab hæreticis diffusatas, aut in ventum distipa-  
tas, quæ nullam apud audientes inuenirent fidem, sed planè eiusmodi, vt Catholici Epi-  
scopi, iidemque Basilio familiaritate coniuncti, immò & eius alumni sanctissimi mona-  
chi, fidem eas distitantes (vt superius demonstratum est) adhibuerint. Quam ob causam  
Damasus his acceptis, dignum existimauit ad aliquod temporis spatium, quousque vide-  
licet de his aduersus Basilius prolatis certior redderetur, abstinere à consuetudine litte-  
rarum. & quamuis à Basilio scripta minime spreuerit (nam de cogenda Synodo aduer-  
sus Apollinarem, ex eius sententia in animum induxit) nihil tamen per Legatos rescripsit:  
plura enim erant, quæ ipsum Romanum Pontificem cautiùs agere cum Orientalibus  
admonebant.

E Hæc sanè cum Basilius rescuisset, magno animi dolore confectus, quod res maximi  
ponderis videretur, alienatum à se experiri Romanum Pontificem: iterum ad eundem  
legationem mittit, nec eam cuiumque credidit, sed Petro suæ Ecclesiæ presbytero: quem  
eiusdem nominis germanum ipsius existimamus, ex monacho (vt dictum est ex Grego-  
rio Nysseno) creatum ab eo presbyterum Cælarientis Ecclesiæ mox vt Episcopatum accep-  
pit: cui eiusmodi functionem delegauit, eidemque litteras ad Romanum Pontificem &  
alios collegas Episcopos dedit: quas hic recitare, dignum existimamus: magni enim mo-  
menti legationum vel apicem prætermittere, religionem putamus. sic autem se habent<sup>e</sup>.

Magno desiderio congressum vestrum expetenti, semper impedimenti aliquid acci-  
dit, vnde prohibeor ne voti compos euadam. Aut enim corporis imbecillitate impedi-  
or, quam planè haud ignoratis, quanta mihi sit à prima ætate ad istam vsque senectam vna  
mecum educata, nempe iuxta iustum Dei iudicium, qui omnia sapienter disponit,

Annal. Eccl. Tom. 4.

Dd 3 castigans,

\* Epiph. heres.

\* Basil. epist.

74.

MARCELLI  
ANCYRANI  
OBITVS  
TEMPVS.  
\* Epiph. her.  
72.  
\* Epiph. lib. 1.  
circa princ.BASILIVS  
MALE AV-  
DIT APVD  
ROM. PONT.BASILIVS  
MITTIT PE-  
TRVM LE-  
GATVM AD  
ROM. PONT.\* Basil. ep. 77.  
BASILII E-  
PIST. AD  
DAMASVM  
PAPAM ET  
ALIOS OC-  
CIDENTIS  
EPISCOPOS.

castigans, & erudiens: aut sollicitudo nos Ecclesiarum, vel certamina, quibus resistendum est veritatis sermonem impugnantibus, remorantur. Quo circa in hunc usque diem, in multa tristitia & mæstitia dego, sciens quod ope vestra destituor. Ego enim quoniam audiui à Deo, qui ob id per carnem ad nos accessit, ut & factorum suorum exemplis vitam nostram instrueret, & voce sua Euangelium regni nobis annunciar<sup>a</sup>: In hoc cognoscetis omnes quod mei discipuli eritis, si dilectionem habueritis adinuicem: & quod pacem suam veluti extremum munus discipulis suis, cum iam dispensationem quam in carne obibat, absolurus esset, reliquerit dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non possum mihi ipsi persuadere, quod sine mutua charitate, & nisi quantum in me est, paci erga quosuis studeam, seruus Iesu Christi dignè vocari queam.

Multum iam temporis expectaui, an aliquando & à vestra dilectione aliqua nostri habeatur ratio. Non enim clam vobis est, quod publicè quibusuis expositi, velut eminentes maris scopuli, furias hæreticorum fluctuum excipimus: qui vbi nobis illi infirmitur, quæ retro nos sunt haudquaquam redundant, aut alluunt. Quando verò de nobis dico, non ad humanas vires refero, sed ad gratiam Dei, qui in mortalium imbecillitate potentiam suam declarat: quemadmodum Propheta sub persona Domini loquitur dicens: An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui? Arena namque, re omnium infirmissima & nullius momenti, amplitudinem ac magnam molem maris cohuiuit potens Deus. Cum itaque ad hunc modum se habeant res nostræ: debebant continuò à vestra dilectione ex sinceris fratribus aliqui mitti, qui nos afflictos & oppressos inuiserent; & multò crebrius amicæ ad nos vestræ destinari litteræ, quibus vel in proposito confirmaremur, vel si qua in re offendimus, corrigemur: non enim negamus innumeris nos erroribus obnoxios esse, cum homines simus, & in carne viuamus.

Verùm quoniam superiori tempore, fratres colendissimi, vel quia quid ex decoro faciendum fuerit, ignorastis, debita nobis obsequia exhibita non sunt, nempe per pacificas litteras communicatio: vel quia quorundam malitia factum est, ut in calumnias, quibus traducimur, abrepti & præoccupati, indignos nos amica visitatione iudicaueritis: ecce iam litteris vos ipsi prouocamus, & causas huius rei quæ nobis adscribuntur, fatemur, parati vestram hac in re institutionem amplecti: hoc tantum orantes, ut si quos admiseritis, qui nos traducant ac vituperent, in conspectum nostrum coram vestra pietate constituantur. Nos enim si conuincamur, peccatum nostrum cognoscemus, & vobis post eam reprehensionem à Domino non imputabitur, si communionem nostram tamquam peccatorum declinaueritis: deinde & præmium habebitis, si nos reprehenderit, ut qui occultam nostram malitiam patefeceritis. Sin verò antequam conuincamur, nos condemnaueritis: equidem nos nihil inde dispendij accipiemus: propterea quod omnium pretiosissimum bonum nostrum, charitas videlicet, qua erga vos præditi sumus, lædi nequit: vos autem & hoc ipsum nobis amissis patiemini, & Euangelio repugnare videbimini dicenti: Num lex nostra iudicat hominem, nisi primùm audiuerit, cognoueritque quid faciat?

Qui verò nobis calumnias quidem offundit, non autem quæ dicit, certò probat: videbitur sibi ipsi mali nominis accersere appellationem, ex eo quod verbis inique & absurdè utitur. Quo namque alio nomine delatorem vocare conueniet, nisi ea appellatione, quam ex re ipsa, cui studet, sibi ipse imponit? Neque igitur qui nos vituperat diabolus sit, sed acculator; immò neque accusatoris nomen accipiat, sed frater sit in dilectione nos admonens, & ad emendationem reprehensionem nostri inducens: nec vos auditores sitis conuiciorum, sed redargutionum probatores & examinatores: neque nos sine remedio relinquamus, nondum patefacto nobis quid deliquerimus. Nolim enim vos hac teneri cogitatione, qua dicatis: Quoniam loca transmarina inhabitamus, extra periculum sumus earum afflictionum, quæ complures occupant, neque opus habemus aliorum auxilio: itaque quid proderit nobis, ut cum alijs communicemus? Nam insulas quidem Dominus à continenti per maris interstitium diuisit: insulas verò cum his qui terram continentem & firmam inhabitant, per charitatem coniunxit. Nihil nos separat, fratres, nisi animi proposito separationi causas roborque demus.

Vnus nobis est Dominus, vna fides, spes eadem. Siue caput vos ipsos vniuersalis Ecclesie

A clesie reputatis: non potest pedibus dicere caput: Non est mihi opus vobis. Siue in reliquum vos Ecclesiasticorum membrorum ordinem locatis: non potestis nobis dicere, qui in eodem vobiscum corpore constituti sumus: Non estis nobis necessarii. Nam & manus mutuum inter se operam necessariam habent, & pedes mutuo sese firmant, & oculi per concordiam habent, quod obiecta clarè & dilucidè apprehendunt. Nos quidem nostram ipsorum imbecillitatem agnoscimus, & vestram auidè concordiam requirimus. Nouimus enim, quod etiam si corpore non adfueritis, precum tamen auxilio magnum nobis grauissimis istis temporibus emolumentum afferre poteritis. Vobis verò nec coram hominibus decorum erit, nec coram Deo gratiæ quicquam conciliabit si talibus volueritis uti vocibus, quibus nec gentes, quæ Deum non nouerunt, vsq; hætenus sunt. Nam & illas audimus etiam, vbi pro omni sufficientia agrorum fructus demetunt, propter futurorum incertitudinem, mutuam obsequium amica inuicem salutatione offerre, & mutuam commercium inter se tamquam rem vtilem sectari. Nos verò cum simus ex illis partibus, qui vel modicis confortij symbola de terræ finibus ad fines vsque circumferenda, & quosuis eiusdem fidei pro ciuibus & familiaribus habendos esse putarunt: iam nos ipsos à reliquo Orbe separamus, & neque de singularitate erubescimus, nec damni quicquam concordie disruptionem afferre putamus; neque horremus, quod in nobis formidanda Domini prophetia adimpletur, qua dixit, quod propter iniquitatis abundantiam refrigescet charitas multorum:

Nolite fratres colendissimi, nolite hoc perpeti: sed cum propter præcedentia nos litteris pacificis consolemini, & amicis salutationibus, veluti miti quadam & blanda contrectatione pectoris nostri vlcus, quod ipsi nobis præterita nostri negligentia infixistis, mitigare: tum siue volueritis ad nos proficisci, & per vos ipsos infirma nostra scrutari, an vere ita se habeant, ut auditis, vel ex falsis adiectionibus grauiora de nobis sint ad vos relata delicta, fiat & hoc. Parati namque sumus obujs manibus vestrum excipere aduentum, nosque ipsos diligenti sistere examini, dumtaxat in his quæ fiunt, superiores habeat charitas. Siue vestro iudicio locum quemdam designare placuerit, in quo & quod nos concernit, visitationis debitam implebimus, & quantum fieri potest, nostri experientiam offeremus, ut & præterita curentur, & nullus deinceps calumnie locus relinquatur, per nos licebit, ut & hoc fiat: nam omnino, licet infirmam circumferamus carnem; tamen donec spirare datur, nostri est officij, ut nihil omitamus eorum quæ ad Ecclesiarum Christi ædificationem pertinent.

Ne velitis igitur astutus nos rationibus hac, quam petimus, consolatione fraudare, ne in eam nos necessitatem constituatis, ut & alijs nostrum reuelare dolorem cogamur. Nam hætenus, ut scitis, fratres, mæstitiam nostram in nobis ipsis contegimus, pudore prohibiti, quo minus confortibus nostris procul distitis vestram erga nos abalienationem significemus; ne & illos tribulemus, & ijs qui nos odio prosequuntur, gaudendi occasionem demus. Hæc quidem solus iam, attamen ex omnium Cappadociae fratrum sententia scripsi, qui me & hoc rogarunt, ne quouis tabellione ad vos vtar, sed virum mittam, qui quæcumque per epistolam assecuti non sumus, veriti ne vltra competentem mensuram sermonem extendamus, sua prudentia, quam ex gratia Dei habet, ipse sufficienter excipere valeat: Dicimus autem desideratissimum ac religiosissimum fratrem & sympresbyterum nostrum Petrum: quem & in charitate complectimini; & cum pace ad nos, ut rerum secundarum sit nuncius, ante vestrum aduentum præmittere dignabimini.] hætenus Basilius, expectans & expetens adhuc quod alijs litteris efflagitaret, ab Ecclesia Romana mitti in Orientem Legatos.

Quid autem ad hæc resciperint Damasus & alij Episcopi Occidentales, vel an resciperint, haud apparet: illud quidem certius, eosdem minime rescipisse. Nam quæ anno sequenti ad Occidentales eiusdem Basilij data sunt litteræ, eandem querelam ingeminant, nullas litteras ab eis datas, nullosque Legatos fuisse missos. Sanè quidem non nihil diffidentia, ne dicam simultatis & odij (nam salua charitate, hæc omnia aditara esse, Basilij modò recitata litteræ indicant) inter Basilium & Occidentales intercessisse, certum est: ut licet inter eos communicatio ablata minime fuerit; vsum tamen eius, quousque omnia exploratiora haberentur, fuisse intermissum, ex iisdem ad eos Basilij litteris possimus intelligere. Iam ante auguratus hæc ipse Basilius fuerat, ex eo tempore, quo edicto Valentis cœperunt Orientales Episcopi exulare, cum Gregorius Nyssenus ab Ecclesia pulsus est,

CONTE-  
STATIOBA-  
SILI DE  
RETINEN-  
DASEMPER  
CHARITA-  
TE.

SIN VETAS  
INIER O-  
RIENTALES  
ET OCCI-  
DENTALES.

<sup>a</sup> *Epist. epist.* 10. sus est, ut eius litteræ ad Eusebium <sup>a</sup> datæ significant, quibus postquam de exilio fratris & alijs egit, hæc de Occidentalibus subdit:

Etenim si Dominus sit nobis propitijs, quali adminiculo indigemus? sin autem ira Dei permanserit, quale nobis auxilium ab Occidentalium supercilio & fastu aderit? qui veritatem neque norunt, neque discere sustinent: verum falsis opinionibus præpediti, illa nunc faciunt, quæ prius in Marcello patrarunt; nempe cum ijs qui veritatem ipsis annunciant, contententes, hæresim autem per se ipsos stabilientes. Ego sanè ipse absque communi litterarum figura volebam ad eorum antesignanum scribere: de Ecclesiasticis quidem nihil nisi per ænigmata: quoniam nec intelligunt nostratum veritatem; neque viam, qua possunt addiscere, amplectuntur. In vniuersum hoc litteris volebam significare, non per afflictiones oppressis humiliatisque poenam esse irrogandam, neque dignitatem æstimandam superbiam; quod etiam solum peccatum Deum inimicum reddere sufficit.] hucusque ipse. Ceterum ab hac sententiâ recessisse, suæ ipsius ad Occidentales datæ post hæc litteræ officij plenæ apertè demonstrant: ut videas sanctissimos viros interdum imperu haud omnino in omnibus rationi consentaneo commoueri, & quod naturæ est, facere; mox verò, quod virtutis est, eundem motum antequam exiliat, carceribus coercere. Quænam, rogo, officiosiores, animoque submissiori à quouis scribi litteræ potuerunt, quàm illæ à Basilio datæ postea ad Occidentales?

Sed planè maxima ex verbis Basilij instat obiectio: cuiusnam rei occasione, quæve sint istæ querelæ ab ipso Basilio utcumque prolatae. Sunt hæc magna consideratione perueffiganda, ac pariter expendenda. Quis enim nouantium hæreticorum ista perlegens, non continuo & manu plaudet, exclamabitque Basilij sententia Occidentales omnes, ac potissimum ipsum Romanum Pontificem veritatis desertores haberi, atque hæresis condemnari? At bona verba quæso (vt Comici istud vsurpem) sed accommodatiùs hoc Euangelij: <sup>b</sup> Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi] & quidem non sine foenore. Ad hos istæ clamorose & insulse obiectantes vno ictu penitus prosternendos, atque inscitia infanæque temeritatis arguendos, illud vnum sufficere posset argumentum, si dixerimus: Quonam pacto habuit Basilius re vera Occidentales omnes hæreticos, si crebris cum publicis, tum priuatis legationibus, atque litteris tam suis, quàm Athanasij & aliorum procuratis, adeò auide, tantoque studio, dixerim & importunè interpellarit, expetieritque ipsorum opem, litteras, & Legatos; & retardantes illos litteris ardentioribus excitatit: cum alioqui hæreticorum communio à Catholicis rejiciatur etiam oblata? Sed perquiramus quid sibi velint verba Basilij.

Quid est igitur quod Basilius ait: vt olim factum est in causa Marcelli, Occidentales contendere cum his qui annunciant veritatem, atque hæresim stabilire? Quod ad Marcellum cum Romæ, tum in Concilio Sardicensi absolutum spectat, satis ea sunt, quæ haud pridem & aliàs sæpè antè diximus, ne tædio legentium eadem crebriùs repetamus: sed in eo quod sequitur, versetur. In quibusnam, rogo, Occidentales altercantes cum ijs qui veritatem annunciant, hæresim stabilire? Hæc est illa, lector, vetus controversia inter Orientales & Occidentales de vocibus, substantia, & subsistentia, de qua fusiùs actum est superiùs ex Actis Concilij Alexandrini anno Domini trecentesimo sexagesimo secundo, cum ex harum vocum diuerso modo facta interpretatione pars altera aduersarijs impingeret Arianismum, Sabellianismi verò altera alteram redargueret: cum tamen (vt idem testatur Theologus<sup>c</sup>) ambæ partes id ipsum re vera sentirent, & æquè Catholicæ essent, prout S. Athanasio satis exploratum fuisse confirmat.

Sed ex plurimis quæ superiùs dicta sunt, hinc satis erit repetere dumtaxat verba Gregorij Nazianzeni, quæ sic se habent: Cum essentia vna & tres hypostascs à nobis piè dicerentur, quod alterum diuinitatis naturam, alterum personarum trium proprietates declaret: ac simili quidem modo apud Romanos intelligeretur: ceterum ob linguæ illius angustiam, verborumque inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non possent, eamque ob causam in illius locum, personarum adiunxissent nomen, ne tres substantias admittere viderentur: Quid tandem contigit? res profectò ridicula, vel potius miseranda Diuersæ fidei speciem præbuit leuis illa circa vocis sonum contentio. Hic deinde alij Sabellij errori ad stipulari visi sunt, quòd tres personas dicerent: alij impietatem amplecti visi sunt Arii, quòd reiectis personis, tres hypostascs nominarent: quorum vtrumque pertinax contendendi studium effinxerat. Quid postea? Cum parua quædam (vt in contentione

NOVANTÆ  
VM FORTIS  
OBIECTIO  
DILVITVR.

<sup>c</sup> *Greg. Naz.*  
*erat. in laud.*  
*Athanasij.*

CONTR-  
VERSIA DE  
HYPOSTA-  
SIS NOMI-  
NE.

A tentione fieri solet) molestiæ causa semper accederet: eo tandem res adducta est, vt periculum esset, ne orbis terrarum fines vnà cum syllabis à se inuicem distraherentur & abrumperentur, &c.] subdit de S. Athanasio eiusmodi ambarum partium sententiam perueffigante, & inter se eas simul conciliante. Vtraque parte, inquit, leniter & humaniter accersita, verborumque sententia diligenter & accuratè perpenfa, postquam concordēs reperit, nec quantum ad doctrinam quicquam inter se dissidentes; ita negotium transegit, vt nominum vsum ipsis concedens, rebus eos constringeret.] hæc Nazianzenus.

Rursum verò quod apud Latinos (vt S. Augustinus <sup>a</sup> testatur) idem esset nomen hypostascs, quod substantiæ, ac dicere vnã vsiam & tres hypostascs, nihil aliud esset, quàm affirmare vnã essentiam & tres substantias; abhorruisse Latinos tradit ab hypostascs nomine, & rutiùs tres professos esse personas. Et hoc ipsum profectò est, quod S. Basilius vbi supra de Occidentalibus ait, quòd veritatem ignorent, nec discere velint, vt pote qui haud facile admitterent nomen hypostascs, quasi eius vocis ignari. At licet Latini, callentes præsertim Græcas litteras, differentiam inter vsiam, substantiam, & hypostasim; id est subsistentiam; optimè noscent: tamen quòd apud ipsos Latinos (vt testatur Victorinus, & ita obtinuisse vsum loquendi affirmat S. Augustinus) idem esset hypostascs, quod substantia; scitè quidem iureque à noua voce abstinere fatiùs iudicauerunt: quæ etsi vterentur, æquè penes Græcos scientes illud nomen apud Latinos pro substantia vsurpari, suspecti essent: quod docuit experimentum: nam de se, cum in Syria cremo S. Hieronymus ageret, ad Damasum scribens, sibi hæc his prope temporibus contigisse testatur<sup>b</sup>: Nunc igitur, inquit, proh dolor, post Nicænam fidem, post Alexandrinum iuncto

C pariter Occidente decretum, trium hypostascon ab Arianorum Præfule (hic erat Euzoïus<sup>c</sup>) Episcopus Antiochenus & à Campensibus (hi erant Catholici partis Meletij, sic dicti, vt vidimus, quòd pulsi Antiochia in campis synaxes agerent, quibus Basilius communicabat) nouellum à me homine Romano nomen exigitur. Qui, quæso, ista Apostoli prodidit? Quis nouus magister gentium Paulus hæc docuit? Interrogamus: Quid tres hypostascs posse arbitrentur intelligi? Tres personas subsistentes, aiunt. Respondemus, nos ita credere. Non sufficit sensus: ipsum nomen efflagitant, quia nescio quid veneni in syllabis lateret. Clamamus: Si quis tres hypostascs, aut tria enyopostata, hoc est, tres subsistentes personas non confiteretur, anathema sit. Et quia vocabula non ediscimus, hæretici iudicamur. Si quis autem hypostasim vsiam intelligens, non in tribus personis vnã hypostasim dicit, alienus à Christo est. Et sub hac confessione nobiscum pariter cauterio vnionis inurimur.]

D En quàm perspicuè vides, lector, cuius rei causa vnà cum S. Damaso Hieronymus in crimen hæresis adducebatur.

At quàm iustè, id docet, quod subdit: Tota sæcularium litterarum schola nihil aliud hypostasim, nisi vsiam nouit: & quis rogo, ore sacrilego tres substantias prædicabit? ] Et inferiùs: Quisquis tria esse, hoc est, tres esse hypostascs, id est, vsias, dicit, sub nomine pietatis tres naturas conatur afferere. Si ita est, cur ab Ario parietibus separamur perfidia copulati? ] & paulò post: Sufficiat nobis dicere, vnã substantiam, tres personas subsistentes, perfectas, coæquales, coæternas. Tacæantur tres hypostascs, si placet, & vna teneatur. Nam bonæ suspicionis est, cum in eodem sensu verba dissentiant: sufficiat nobis memorata credulitas. Aut si rectum putatis tres hypostascs cum suis interpretationibus debere nos dicere, non negamus: sed mihi credere, venenum sub melle lateret: transfigurauit se angelus satanæ in Angelum lucis. Bene interpretantur hypostasim; & cum id quod ipsi exponunt, habere me dicam, hæreticus iudicor. Quid tam anxie vnum verbum tenent? quid sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt vt interpretantur, non damno quod retinent: si sic credo, &c.] Ecce tibi tamquam in tabula pictura, ex verbis rebusque gestis S. Hieronymi causa omnis Occidentalium, ipsiusque Romani Pontificis Damasi ob oculos posita: iudica, quæso, quisquis es, num hæresis crimen iure obijcerent illi Hieronymo, vel Basilio Occidentalibus omnibus, vel inscitia nomine iudem iure redarguendi essent.

Accidit autem deinde, vt post editas à S. Basilio, Theodoro, & alijs de nominis hypostascs interpretatione scriptiones, atque agitas ea de re controversias, velut assidua confractione, quod nouum, asperum, & ambiguum videbatur nomen hypostascs, reditum fuerit tandem ex vsu iam vetus, lene, facile, atque certum: vt vox hypostascs, æquè

<sup>a</sup> *Aug. de Tri-*  
*nit. lib. 5. c. 8.*

HYPOSTA-  
SIS QUID  
APVD LATI-  
NOS.

<sup>b</sup> *Hier. epist.*

<sup>c</sup> *Euzoïus*

HYPOSTA-  
SIS NOMEN  
AMBIGUUM  
ET SVSPIC-  
TYUM.

TANDEM  
NOMEN HY-  
POSTASIS  
RECEPTUM.

æquè ac personæ, à Latinis omnibus intrepidè secureque fuerit vsurpata. At verò, vt de- A mum his finem imponamus, re à S. Basilio accuratiùs considerata, tantum abest vt Occi- dentales hæresis suspectos habuerit, vt eos solos puriores remansisse prædicet Orthodo- xos vltimis litteris ad ipsos anno sequenti datis, in quibus hæc verba leguntur: Cunctis mortalibus prædicamini, quòd in fide illibati permanetis, & Apostolicum depositum il- læsum seruetis: non sic habent res nostræ, &c.] hæc Basilius: describentis autem eam epi- stolam integram suo loco. En quàm probè intueris, lector, sublimes illos Nouantium flu- ctus, cum ad littus veritatis adhæserint, in spumas graciles disijci atque resolui.

Basilius epist. 1. in addit.

OBIECTIO DE FASTO VALVIVR.

Greg. Naz. orat. in latid. Basilijs.

Greg. Naz. in caron. de Vit. sua.

At quid (dicet aliquis) cum idem S. Basilius erecti supercilij æquè insimulet Occiden- tales? & alibi de Romana Ecclesia dicat: Odi factum illius Ecclesiæ] vt pote quæ ex di- ctis superiùs causis detrectaret Legatos in Orientem mittere, suppetias ferre, atque de- mum pacificas litteras reddere? Condonandum. quidem esse etiam sanctissimis viris af- flicti animo, ærumnis pressis, oppressisque densa molestiarum caligine, si in aliquod in- terdum verbum erumpant exorbitans, facile iudicabunt, qui præstantissimos illos Iob atque Hieremiam considerant, veniamque putò concedent. Abiit tamen omnino, vt in Basilius, dum factum Romanæ exprobrat Ecclesiæ, in ipsum inquam maximè pium, maximè sanctum, illud Platonis in Cynicum calcantem ipsius factum scomma retor- queam: Sed maiori fastu.] quamuis Gregorius Nazianzenus de eodem Basilio testetur, ipsum factus atque supercilij nomine ab alijs reprehensum: cum tamen ipse eum excusans hæc dicat: Quid ad hæc nobis dicturi sunt, qui homini factum superciliumque obijciunt? iniqui sanè & acerbi rerum huiusmodi iudices, &c.] At quod miseris, idem ipse Grego- rius, qui modò Basilius ait factus expertem, eumque excusat atque defendit, alibi tamen, cum ab eo inuitus Sasimis præficeretur Episcopus, non sine stomacho illum factus insi- mulat, cum de eo sic ait:

Ante, summe vir, potius notem, Tuumq; factum, quem tibi inuexit thronus?]

Ex quibus euidenter lector intelligis, quod nuper diximus, sanctorum quoque virorum animos interdum ex perturbatione, instar Solis alioqui semper effulgentis, ad breue tem- poris spatium pati deliquium. At de his hætenus.

Iam ad S. Hieronymum ad Damasum ex Syriæ eremo scribentem redeamus, & de tempore eius illuc accessus pariter peruestigemus. Hoc namque anno, quo (vt dicemus) defuncto Magno Athanasio, diæ persecutio exagitauit Ecclesiam Alexandrinam, to- tamque Ægyptum, ipsum Hieronymum ex Syriæ solitudine ad Ruffinum Ægyptum perentem, & monachos illic confessores inuidentem, scripsisse, litteræ tunc ab eo datae D significant. Sed quando illuc contigerit proficisci Ruffinum, vt ex ijs pariter intelligen- mus Hieronymi in eremo incolatum, exquiramus. Instituisse verò eiusmodi peregrina- tionem Ruffinum vnà cum Melania Romana clarissima femina Hierosolymam, sed in Ægyptum primò ad inuidentem illic agentes sanctos monachos nauigasse, idem S. Hiero- nymus ad Florentium, necnon ad Ruffinum scribens, duabus epistolis declarauit, quas ex Syriæ solitudine dedit. accedunt his alij testes: confirmat enim hoc ipsum de peregrina- tione Ruffini cum Melania S. Paulinus in epistola ad Seuerum, necnon Palladius de eadem Melania agens.

Hier. epist. 41. MELANIA BETHLEEMENSIS PEREGRINATIO. Hier. epist. 41. Paulin. epist. 9.

Palladius in Lausiac. 6. 33.

MELANIA AB ATHANASIO DONATA PELLEOVINA.

Quoniam verò potissimum tempore eiusmodi Ruffini cum Melania peregrinatio ac- ciderit, diuersæ ea de re reperiuntur sententiæ: nam Palladius ipso exordio Valentis Imperij id factum esse, affirmare videtur: sed apud S. Hieronymi Chronicon anno deci- mo eiusdem Imperatoris hæc leguntur: Melania nobilissima mulierum Romanarum & Marcellini quondam Consul filia, vnico Prætoris tunc Urbano filio derelicto, Hierosolymam nauigauit, vbi tantum virtutum præcipuæque humilitatis fuit miraculo, vt Theclæ nomen acceperit.] hæc ibi: quæ intelligenda putamus, non cum primò Ro- ma profecta est, sed cum ex Ægypto Hierosolymam peruenit. Nam quod spectat ad profectiorem in Ægyptum: cum ipsius Ruffini, necnon Palladij assertionem constet Me- laniam ac eius comites, viuente adhuc Athanasio, fuisse Alexandria, quem liquet hoc ipso anno ex hac vita migrasse, vtique ante decimum Valentis annum eam cum suis in Ægyptum profectam esse, affirmare necesse est. Quod enim contigerit, ipso viuente ad- huc S. Athanasio, Melaniam Alexandriam peruenisse, Palladius ex eo perspicuè demon- strare videtur, cum ait Melaniam ab ipso Athanasio donatam esse ouina pelle, quam dono

A dono acceperat à Macario abbate, oblata ipsi munere à leone pro gratiarum actione de- catulis cæcis ab ipso luci redditus, cuius rei adedò admirandæ Ruffinus<sup>a</sup> historiam narrat: qui & ait, se præsentem fuisse, cum persecutio est illata monachis post Athanasij obitum ab Arianis: Ea enim, inquit, quæ præterit vidi, loquor, & eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui.] hæc ipse. de eadem Melaniæ peregrinatione dum Pal- ladius agit, ait eam duce Isidoro eremum Ægypti iustrasse, & inter alios magni nomi- nis monachos inuississe Pambonem, eidemque pro monachorum vsu donasse trecentas li- bras argenti. Cum autem (quod diximus) tunc contigerit Hieronymum eam epistolam scribere ad Ruffinum, cum ille inuideret monachos persecutione vexatos (quod hoc ipso anno factum est post obitum Athanasij, de quo paulò post dicturi sumus) affirmandum esse videtur, hoc eodem quoque anno à S. Hieronymo ad Ruffinum eas litteras datas esse; vbi inter alia: Audio te, inquit, Ægypti secreta penetrare, monachorum inuisere choros, & cælestem in terris circumire familiam.] & inferius: Rursum suspensam voto nutante mentem, quidam Alexandrinus monachus, qui ad Ægyptios confessores & vo- luntate iam martyres pio plebis iam dudum fuerat transmissus obsequio, manifestus ad credulitatem nuncijs auctor impulerat.] & paulò post: Ruffinum Nitriæ esse, & ad bea- tum perrexisse Macarium, crebra comitantium multitudo referebat.] hæc ipse.

Ruffin. lib. 2. cap. 4.

Pallad. in Lausiac. c. 2. Lipom. c. 3.

Hier. epist. 41.

Quibus omnibus redditur manifestum, Melaniam cum Ruffino hoc anno, superstitè adhuc Athanasio, Alexandriam peruenisse, & S. Hieronymum (vt dictum est) post Atha- nasis obitum, excitata hoc anno ab Arianis persecutione in Ecclesiam Alexandrinam & incolam eremi, illam ad Ruffinum epistolam conscripsisse ex Syriæ eremo, vbi agebat sub- ægrotans: nam ait: Ægrotus est: me doluit: & nisi me attenuati corporis vires quadam com- pede præpedissent, nec mediæ feruor ætatis, nec nauigantibus semper incertum mare pia cum festinatione gradienti valuisset obistere.] hæc ipse. At de rebus magna laude dignis à Melania gestis eiusmodi persecutionis tempore, inferius sermo erit: hæc enim non ad insinuanda Acta Melaniæ atque Ruffini, sed ex eorundem peregrinationis tem- pore, incolatus tempus Hieronymi in eremo volumus demonstrasse: etenim sic ex longè petitis sæpè contigit tempora reddi certa.

HIERONY- MUS EXSY- RIABERE- MO SCRIBIT AD RUFFINUM.

Quam autem diximus Melaniam cum Ruffino atque socijs ante obitum Athanasij certum esse Alexandriam ex Vrbe venisse: quoniam potissimum tempore id accidisse pu- tandum? Si Palladio assentierimus affirmanti id factum circa exordia Valentis Imperij, ipsum Ruffinum adiungere possemus ad stipulatorem, vbi ait annis sex se Alexandria commoratum esse, & postea iterum ad aliquot dierum spatium illuc reuersum commo- rari contigisse: Sed hoc rursus dissuadet vt credamus, quod ex nuper citata Hieronymi epistola ad Ruffinum inauditum antea & inopinatum aduentum eius in Ægyptum & quàm recentissimum fuisse videtur, vt superius dictum est.

Ruffin. in Hieron. inuoc. 2.

Sed ad Hieronymi in Syriæ eremum accessum redeamus. Quando autem contige- rit, vt ipse sic monasticæ vitæ arripuerit institutum, diligenti rerum ac temporum discus- sione peruestigandum est. Ceterum quòd in re dubia & incerta versemur, nitendum est coniecturis, alijsque argumentis, quantumlibet videri possint à longè petita: sic enim sæpè accidit per angustas rimulas perspicere, quæ indagatur sollicitè veritas. At quod ad hanc rem pertinet: haud assentiri possumus affirmanti, Hieronymum cum Ruffino at- que collegis itineris socijs primò Hierosolymam petisse, inde verò inter se diuisos, Ruffinum in Ægyptum, Hieronymum autem in diuersas prouincias peregrinationem instituisse, atque illinc deserta Syriæ petisse. Nam Ruffinum Roma recessisse cum Me- lania, profectumque in Ægyptum, indeque Hierosolymam peruenisse, cum iam sanctus Hieronymus in Syria monachus degeret, tum quæ superius dicta sunt, tum quæ dicen- tur inferius, perspicuè demonstrabunt. Ex peregrinatione verò ipsius Hieronymi à se de- scripta possumus pariter intelligere tempus ipsius ex Occidente in Orientem migratio- nis: ad Ruffinum enim, cum ille iam peruenisset in Ægyptum, ex eremo Syriæ scribit, se primò profectum in Thraciam, inde in Pontum atque Bithyniam, postea in Gala- tiam & Cappadociam, deinde per Ciliciam in Syriam descendisse, vbi confedit in solitu- dine monachus. hic totius eius est peregrinationis periodus, vnà cum fidissimis comitibus Euagri presbytero Antiocheno, Innocentio, Heliodoro, & vt ait, cum Hyla S. Me- lanijs famulo.

Marian. Vi- tor. in vit. S. Hieron.

Hier. epist. 4.

At quod primò ad Euagrium Antiochenum spectat, hunc insigniter eruditum di- ximus





est aut ignorare veritatem, aut occultare causam, propter quam ad scribendum Paulino A perducus est beatissimus Episcopus Athanasius. Tuam autem perfectionem ibi agen- tem, quae postea sub Principatu Iouiani inter Episcopos facta sunt, integrè referre roga- mus, vt ab ipsis quae facta sunt discas. Verumtamen quia nullum accusamus; oramus autem magis ad omnes habere charitatem, & maximè ad domesticos fidei: congratula- mur ijs qui apportauerunt de Roma litteras; & si magnam aliquam & venerabilem habent eorum testificationem, & oramus illam veram esse, & ex operibus ipsis confirmari. Non autem propter hoc possumus nobismetipsis aliquando suadere, quia Meletium ignoremus, aut vt eam quae sub ipso est Ecclesiam obliuiscamur; aut inquisitiones, pro quibus ab initio dissensio facta est, minimas arbitremur, aut putemus modicam habere differentiam ad eam quae de pietate est, intentionem.] haec Basilius de his quae spectant ad causam Meletij.

Socras. lib. 3. cap. 21. Sozom. lib. 6. 6. 4. QUALIS FUE- RIT SEN- TENTIA DA- MASI PAPAE DE MELE- TIO.

TRANSA- CTVM IN- TER MELE- TIVM ET PAULINVM.

Socras. lib. 5. cap. 5. Sozom. lib. 7. cap. 3.

QUID DE TRIVBVS HY- POSTASI- BUS DAMA- SVS. d Cyril. Alex. epist. 15.

MELETIANI IN GREGI- TARENSI- BUS.

Ex his in primis videas Athanasij cum Paulino communionem persuasum inductumque Romanum Pontificem cum eodem Paulino communicasse. Quod autem expectat à Terentio perquiri mittique ad se Acta Concilij Antiocheni sub Iouiano: illam puto cau- sam, quod in eo Concilio cognitus fuit Meletius eius Ecclesiae Episcopus, in cuius Syno- dali epistola primo loco ille subscriptus habetur. Vides ex his etiam Basilij modestiam, qui licet eidem plurimum deferret Meletio, excusat tamen iudicium de Paulino Romae prolatum, nimirum haud vera illuc de Meletio esse prolata. Ceterum non sic exclusus Meletius, & Paulinus receptus fuisse videtur, vt tamen Meletio communicantes anathe- matis damnatione ferirentur, & ita extorres fierent ab Ecclesia: id quidem haud Basilius tacuisset, cuius sententia in primis veniret ipse damnandus: immò nec Meletius ipse, licet priuatus sede illa, fuit sententia Damasi excommunicatus, utpote vir Catholicus probè C notus, de qua Catholica veritate optime meritus.

Sed quid accidit? Cum omnes ferme Orientales Episcopi Catholicae religionis reperirentur studere Meletio, atque auersari Paulinum, indigneque ferre, Episcopum ob fidem Catholicam saepe exulem, post immensos perfunctos labores ignominiosè sede priuari, resque iam eo statu reposita esset, vt nonnisi magno scandalo quae decreta fuerant, perfici possent: placuit, & quidem puto assentiente vel saltem ratum habente ipso Romano Pon- tifice, vt amicabile transactione inter eos intercedente, res ita componeretur, vt sic ambò sederent, regens quisque illorum gregem sibi subiectum; vt tamen alterutro ex hac vita migrante, nullo ei substituto alio Episcopo successore, qui superesset alteri, solus vniuersam illam curaret Ecclesiam: quando autem id fieri contingerit, suo loco dicetur ex Socrate<sup>b</sup> atque Sozomeno<sup>c</sup>, resellereturque Theodoretii commentum. Porro, Hieronymus postea D admonitus litteris Damasi Papae, Paulini communionem amplexus est, cui & inharebat Euagrius eius perneccosarius, & eiusdem Paulini deinde in sede successor.

Quid autem ad eundem S. Hieronymum de tribus hypostasibus exquirentem Dama- sus Papa rescripserit, licet eius non extant litterae, tamen nonnisi ex sententia eiusdem Hieronymi respondisse videtur; nempe constituendum tres in Trinitate personas, tacen- dumque nomen hypostasis. id sanè assequi possumus ex Cyrillo Alexandrino Episcopo inter alia ita scribente ad Acacium<sup>d</sup>: Quod beato Paulino accidit, qui detrectabat tres dicere hypostases, disertè cum virtute & veritate eadem sentiens ac tractans. Adhaesit au- tem Occidentalibus Deo dilectissimis Episcopis: propterea quod angustior est Romana lingua, quam quae iuxta nostram Graecorum phrasin tres hypostases dicere queat. Ve- rum quoniam nos omnes, qui Ecclesiae Dei & condolere & compati possumus, magno E aestimare debemus, si vox illa expressè pronunciata reprimi possit, ne occasio detur ijs qui ad hoc parati sunt, vt Ecclesiam Dei diuidant ac scindant, &c. haec Cyrillus, planè docens eam Occidentalium de tacendo hypostasis nomine fuisse sententiam, quam ipse Pauli- nus ex eorum praescripto fuerit amplexatus. Verum (vt dictum est superius) cum ex pluri- bus Orientalium inscriptionibus innotesceret, nomen hypostasis nullam in eo pronuncian- do habere fallaciam; sicut à Graecis, ita quoque à Latinis susceptum esse, atque vsu fre- quentatum apparet, adeò vt vox Graeca in Latinitatem frequenti vsu transierit.

Ceterum et si Meletius laude dignissimus haberetur, cui meritò fauissent magni nomi- nis Orientales Episcopi; tamen eo absente his temporibus, exule (vt vidimus) causa fidei, illi qui ab eo dicti sunt Antiochia Meletiani illa quidè culpa minimè carere, cum vt praes- tarent viribus, pollerentque multitudine, cõiunxerunt se Tarsensibus, sic dictis, haereticis: Erant

A Erant hi Semiariani à Siluano<sup>a</sup> ipsorum Episcopo ita instituti, qui cum horrere Arianos<sup>a</sup> Sozom. lib. 6. cap. 4. profiterentur, contentes in Dei Filio diuinam substantiam, nolebant tamen cum Or- thodoxis asserere eius consubstantialitatem, ijs de causis, quae superius sunt memorata. Attamen non omnes qui Meletio communicabant, cum Meletianis pariter iuncti cum Tarcensibus participationem habebant. siquidem S. Basilius exhorrebat Tarsenses haereticos: hinc illa eius deploratio de Tarsensi ciuitate ab haereticis occupata, vt suo loco superius dictum est. Porro licet sic diuisi inter se essent Catholici Antiocheni; in eo ta- men haud inuiti conueniebant in vnum, vt Euzoium illic Episcopum Arianum execra- rentur, qui pulso olim Meletio ab Arianis fauore Imperatoris fuerat institutus ipsorum Antistes, de quo Gregorius Nyssenus<sup>b</sup>: Iam, inquit, multum temporis intercesserat, cum quidam adulterandi animo immaculatum lectum coniugalem aggreditur; sed sponsa non poterat corrumpi, &c.] de haeretico enim illic instituto Episcopo ipsum intelligere, quae subdit ibi significant.

Greg. Nyss. orat. in sancto- re Meletij.

Sed de rebus Antiochenis haecenus: redeamus ad S. Hieronymum in eiusmodi pro- uinciae eremo commorantem, recensamusque eius illic lucubrationes elaboratas. Coepit ibi primum ipse sui experiri vires ingenij, atque vt pullus aquilae primo volatu celsa pe- tens, culmen propheticae eminentiae ausus est penetrare; cui tamen aetate grandiori subli- miora scandenti, humilia sunt visa, ita vt illa ante elucubrata omnino despexerit, poste- rioribus priora emendans. Fuit hic Commentarius in Abdiam Prophetam, quem cum iu- uenis elaborasset, erubuit postea senex audiens per Italiam circumferri, quem obliuione putabat esse delerum. Scripserat illum priorem hoc, puto, vel sequenti anno, quo dictam ad Ruffinum dedit Epistolam, cum Heliodorum ad se venisse testatur<sup>c</sup>, antequam ille re- cederet, quem haud diu ibi commoratum esse constat; ait enim in eiusdem Commen- tarij praefatione ad Pammachium<sup>d</sup>: Hoc illud tempus, mi Pammachi, ac luce dulcior, quo egressi scholam rhetorum diuerso studio ferebamur: quando ego & Heliodorus car- rissimus pariter habitare solitudinem Syriae Chalcidis nitebamur. haec ipse.

HIERON. TRIGENA- RIVS SCRIBIT SVPER ABDIAM. Hier. epist. 41. Hier. Praef. in Abdiam.

Quotennis autem tunc S. Hieronymus esset, idem planè ibidem supra declarat, vbi ait: Quanto magis ego, qui necdum ad aetatem perfecti viri & in mensuram Christi ve- ni, mereri debeo veniam.] & inferius, tot annis postea, quot habebat quando ipse scri- pserat, allatum ad se ab Italia tradit exemplar, nempe triginta: nam & paulò post: Nec diffiteor per hocce triginta annos in eius opere me hoc labore sudasse.] sicque videas ex verbis ipsius S. Hieronymi illum elici sensum, iam natum annos triginta illa scripserat, post annos verò item triginta eadem correxisse, nempe sexagesimo aetatis anno, Christi verò circa quadringentesimum secundum. Nec est quod alius sensus accommodari pos- sit Hieronymi verbis, cuius testificatione<sup>e</sup> constat, anno quattodecimo Theodosij Im- peratoris nondum edidisse secundam in Abdiam interpretationem. His insuper consen- tient quae idem in fine eiusdem posterioris Commentarij in Abdiam ita habet: In hoc Propheta & adolescentuli lusimus, & senes praesumpimus.] adeò vt omnis prorsus am- biguitas auferatur, ne quis vel possit existimare anno trigesimo aetatis secundam ipsum edidisse in Abdiam interpretationem, sed re vera post annos triginta à prima elaborasse se- cundam: quot enim annos natus erat, cum iam priorem elucubraret, tot sanè annis po- stea interlapsis (vt ait<sup>f</sup>) posteriorem elaborauit.

Hieron. de Script. Eccl. in praef. in annos.

Hier. praefat. in Abdiam.

At quorsum, dices, tam exacta de Hieronymi aetate, cum primò in Abdiam Com- mentarios scripsit, temporis exploratio? Haud quidem intelliges otiosè susceptam, si de aetate Hieronymi diuersas consideres diuersorum sententias, easdemque longè à verbis eius abhorrentes. Vt in primis cum testetur S. Prosper in Chronico, S. Hieronymum diem obiisse Theodosio iuniore nonum & Constantio tertium Coss. (est is annus Domini qua- dringentesimus vigesimus) addatque cum tunc fuisse aetatis annorum nonaginta viuis: ea ratione dicendum esset, hoc anno Domini trecentesimo septuagesimo secundo perue- nisse iam ad annum aetatis suae quadragesimum tertium. At quo modo haec concilies cum pluribus eiusdem Hieronymi locis citatis superius & alijs inferius adducendis, qui- bus se adolescentem vel adolescentulum saepe nominat? Quod si cum alijs<sup>g</sup> dixeris Hie- ronymum peruenisse ad annos aetatis nonaginta octo vel nouem: iam hoc tempore quinquagenarium ipsum constituit. Sed planè & hallucinari sunt ijdem, dum habent, ipsum decessisse anno duodecimo Honorij Imperatoris, qui est annus Domini quadrin- gentesimus septimus: qua ratione illud sequeretur absurdus, ac planè portentum, Annal. Eccl. Tom. 4. Ee 3 ipsum

DE HIERO- NYMI AE- TATE DI- SCEPTATIO

De Hieron. in Mar- tyrolog. Sig- bor. in Chro- nico. Auctores in- certos in vit. S. Hieronymi.



ipsum hoc tempore annorum fuisse septuagintatium, quo (vt diximus) se adolescentulum sepe nominat.

Sed missis his, Prosperi tantum Chronologia nobis habenda ratio est, utpote res sui temporis consignantis: quem sicut non dubitamus certum verumque annum eius obitus ex Consulibus demonstrasse, quod res illa esset ob egregiam viri famam omnibus manifesta: ita de numero annorum quo vixit (cum de his haud ita certa & explorata veritas esse contingeret) putamus errasse. Nam quem ea ratione constat hoc tempore fuisse annorum quadraginta trium, tempore obitus Iuliani Apostatae eum natum fuisse annos trigintaquatuor dicendum esse: nam Iulianum certum est obiisse anno Domini trecentesimo sexagesimo tertio. At si ita est, quoniam pacto verum erit, quod de se testatur S. Hieronymus<sup>a</sup>, tunc temporis fuisse puerum & grammaticis facultatibus adhuc sub Gentili imbui præceptore? Sed secundum veriorum à nobis ex verbis ipsius Hieronymi initam rationem, quem hoc vel sequenti anno diximus suae ætatis annum trigessimum attingisse, erat ipse tempore obitus Iuliani annum agens circa vigesimum.

Sed quoniam modo, rursus instabis, se puerum esse ait, & adhuc sub magistro grammatices, quem pernicitate ingenij eiusmodi rudimenta ante pubertatem assecutum esse, quisque iure putarit: Ex his perspicio, lector, quantum abhorreas ab aliorum sententia de maiori numero annorum ætatis ipsius sancti Hieronymi, qui nobis longè minoris statuentibus minimè acquiescis. Vt autem cuncta magis perspecta habeas, illud in primis attende: Facile erit vt in mille labatur errores & in diuersa feratur, qui eiusdem S. Hieronymi in locutione tropos minimè considerauit & figuras, cum interdum attenuatione, amplificatione verò aliquando vratur. Et quod ad præsens pertinet argumentum, nihil est quod mireris, si se annorum viginti puerum vocat: nam & cum de commoratione sua in eremo ad Nepotianum scribit, sic ait<sup>b</sup>: Dum essem adolescens, immò penè puer, & primos imperus lasciuientis ætatis eremi duritia refrenarem, &c.] cum alioqui, vt ex ipsiusmet assertionem vidimus, esset tunc annos natus amplius triginta: nam constat de eo loqui tempore, quo iam ex eremo Heliodorus recesserat, quem illis de quibus meminit, profectus est litteris. Sed quid amplius? quod magis mireris, agens de memorabili illo terræmotu & Orientis clade, cum maris excresecientia vrbes obruit, quam ex Ammiano vidimus accidisse sub Consulatu Valentiniani atque Valentis, anno Domini trecentesimo sexagesimo quinto: ipse tamen Hieronymus postea iam senex, cum eius meminit in Commentarijs in Esaiam<sup>c</sup>, ea prodigia accidisse dicit in sua infantia: cum iuxta minimam annorum à nobis initam rationem appareat, eum tunc fuisse ætatis annorum vigintiduum: Sed & quem tradit Commentarium in Abdiam, de quo est sermo, anno trigesimo ætatis elucubrasset, postea cum iam sexagenarius in idem opus rursus incubuit, ait<sup>d</sup>: Per vetera vestigia rursus ingrediar, emendans, si fieri potest, curiosos apices litterarum: infans eram, necdum scribere noueram: titubabat manus, tremebant articuli. & quæ sequuntur.]

Ceterum quod non puerum tantum se fuisse significat tempore obitus Iuliani, sed qui Grammaticis litteris imbueretur: nec quidem, puto, dabis viginti annorum numerum ætatis eius. Verum attende verba illa Hieronymi: Dum essem puer, & in Grammaticæ ludo exercerer] haud ita accipienda esse, quasi tunc addisceret rudimenta Grammatices, sed, quod eadem voce significatur, in ipsa versaretur rectè loquendi atque scribendi scientia, quæ ita ex sententia Quintiliani, quod multiplex & varia sit ac copiosa, viros quoque faciat esse discipulos; hisque S. Hieronymum non modò vsque ad illum ætatis annum<sup>e</sup> fuisse detentum, sed etiam (vt ipse testatur<sup>f</sup>) vsque ad profectiorem in eremum, dum ait, post Quintiliani, Ciceronis, Frontonis atque Plinij perfecta volumina, cœpisse Hebraica addiscere elementa. Sed & cum dicat alibi<sup>g</sup>, se puerum in controuersijs lusisse, plane declarat, quid est quod item ait, se puerum tempore obitus Iuliani in ludo Grammaticæ exercuisse, cum tamen aliarum scientiarum facultates minimè prætermiserit: nam ipse alio in loco<sup>h</sup>: Ab ipsis, inquit, cunabulis inter Grammaticos & Rhetores atque Philosophos detriti sumus.] vt intelligas, qui se Grammatices tradit tunc imbutum disciplinis, alijs simul facultatibus excultum fuisse: ac planè cognoscas, haud tunc sub ferula puerum, sed adolescentem etiam inter philosophos versatum esse.

Hac igitur de annis S. Hieronymi accurata habita ratione, quem hoc tempore dicimus fuisse annorum triginta vel paulò amplius, consentientes pariter Prospero affirmanti sub

ÆTAS HIERONYMI TEMPORIS IULIANI OBITVS.

<sup>a</sup> Hieron. in Abac. c. p. 3.

<sup>b</sup> Hier. epist. 3.

<sup>c</sup> Hieron. in Esai. c. 15.

<sup>d</sup> Hier. Pref. in Abdiam.

<sup>e</sup> Hier. epist. 4. c. p. 20.

<sup>f</sup> Hier. lib. 1. cont. Pelag. & in epist. ad Gal. cap. 2. <sup>g</sup> Hier. prefat. in Job. ep. 11.

A sub nono Consulatu Theodosij iunioris, anno videlicet Domini vigesimo supra quadringentesimum, defunctum esse, dicimus eum vixisse annos septuaginta & octo vel nouem, natumque sub Constantio Imperatore, Christi trecentesimo quadringentesimo secundo vel tertio. Sed ad scripta eius in eremo redeamus. Origenis homilias ab illo ad populum dicitas se adolescentem in Latinum vertisse tradit<sup>a</sup>. Indeque etiam epistolas complures dedit, vt inter alias ad Rufinum, qua eum de Bonosi perarduo arrepto vitæ instituto reddidit certiorum: & quas recentissimus epistolas duas ad Damasum, necnon illam ad Heliodorum, cum ab eo recessisset, ad Florentium duas, ad Iulianum diaconum, ad Nicæam subdiaconum, ad Chromatium, Iouinum & Eusebium fratres, necnon ad Chrylogonum monachum. Quantum verò temporis in ea permanerit solitudine, dicemus postea.

B Hoc ipso tempore Gregorius Nazianzenus parentum obitu exsoluit se ab administratione Ecclesiæ Nazianzenæ, prout ante condixerat, cum ad eius regimen, cogente parente, inuitus attractus est; quod contigisse diximus anno præterito. Parentes verò modicum post tempus elapsum ex hac vita migrasse, eiusdem Gregorij testificatione retulimus. Defunctus est igitur pater (vt ipse Gregorius ait) cum annos quadringentaquinque eidem Ecclesiæ præfuisset, natus annos quasi centum: Cum autem, inquit<sup>b</sup>, centum ferme annos vixisset, hoc est vltra Davidicos de temporis nostri spatio terminos, ex ijsque sacerdotio quinque & quadraginta, quæ ferè humanæ vitæ mensura est, exegisset, ita demum in bona senectute vitam claudit.] hæc Gregorius illa ipsa oratione, quam in funere patris habuit, præsentem S. Basilio, quem contigit tunc adesse, cum etiam matrem adhuc licet viuentem eadem oratione laudauit, eiusdem, qua pater, ætatis: nam ibi de ea: Restat iam vt cum spiritali Sara, magni nostri Patris Abrahamæ coniuge, atque eiusdem ætatis, de ijs quæ ad funus spectant, philosopher.] quantum autem post obitum Gregorij senioris ipsa superstes fuerit, haud compertum habetur: sed quod ipse dicat citò se post susceptam curam Ecclesiæ Nazianzenæ parentibus orbatum fuisse, eam quoque non diu superuixisse possumus intelligere. nam ait<sup>c</sup>:

*Ast vt parentes ultimo functi die  
Tenuere sedes expetitas perdiu:  
Liber relictus sumq; planè incommode.]*

Sic igitur Gregorius orbatu parentibus, haud adduci potuit, vt vel diem vnum in administratione Ecclesiæ Nazianzenæ perseueraret, rogante licet S. Basilio, & alijs simul Episcopis & ciuibus precibus importunis id ipsum efflagitantibus: à quibus omnibus, captata fuga, se abripuit, profectus Seleuciam, pietatis ergo ad Memoriam S. Theclæ, quo frequens Fidelium peregrinatio esse solebat, vt ipse huic iambis cecinit<sup>d</sup>:

*Non desinebam dicere gregi Præsulum,  
Magni hoc ab ipsis muneris poscens loco,  
Episcopum quemdam oppido vt præponerent:  
Illudq; verè distitans, nullam mihi  
Datam esse sedem publico præconio:  
Ac rursus istud pectori iam olim meo  
Sedisse, amicos linquere & negotia.  
Cum non mouerent hæc eos, vel quod mei  
Amor hos teneret, vel quod hos fastus grauis:  
Primum fugam me confero Seleuciam,  
Vbi virgo Thecla sanum habet celebre admodum:  
Sic fortè, dicens, temporis festi mora  
Tradent habenas cuiquam. hoc sperans fore,  
Illuc peregi tempus haud sanè breue.]*

Permansit autem Seleuciæ Gregorius vsque ad Valentis obitum: quando reuersus, licet Ecclesiam Nazianzenam reperisset adhuc pastore carentem, Episcoporum tamen concilium haud amplius de eo præficiendo illi Ecclesiæ laborauit, sed saluberrimum illud consilium iniit, vt ipsum mitteret Constantinopolim ad erigendam iacentem Ecclesiam tot annis sub Ariani Episcopis Arianoque Imperatore gementem. Quomodo autè hæc se habuerint, & quo potissimum anno id acciderit, suo loco dicemus. Quod ergo ait ad S. Theclæ Martyrium Seleuciæ haud breue tempus peregrisse: si quis numeret tempus medium

<sup>a</sup> Hier. Apol. aduers. Rufin. lib. 2.

OBITVS PATRIS GREG. NAZIANZ.

<sup>b</sup> Greg. Naz. orat. in fun. patris.

<sup>c</sup> Greg. Naz. in carn. de vita sua.

GREG. NAZ. FUGIT SELEUCIAM.

<sup>d</sup> Gregor. in carn. de vita sua.

medium interlabens ab anno præfenti vsque ad Valentis necem, sex ibi eum annos con-

Hoc item anno, iisdemque Consulibus, S. Athanasius Episcopus Alexandrinus post numeros pro tuenda fide Catholica susceptos labores, cum sedisset annos quadraginta-

OBITU S. ATHANASII EPISCOPI. ALEX.

Ruffin. lib. 2. cap. 3.

Cyrril. epi. 1.

Greg. Naz. orat. in laudē Athanasii. CELEBRIS MEMORIA ATHANASII.

tunc cum Melania erat in Ægypto, ita scribit: Igitur ea tempestate cum quadragesimo & sexto anno sacerdotij sui Athanasius post multos agones multasque patientiæ coronas quieuisset in pace, sciscitatus de successore, Petrum tribulationum suarum participem & locum delegit. Hæc ipse itemque S. Cyrillus eiusdem Ecclesiæ Episcopus, de tempore quo sedit idem Athanasius ad monachos scribens, hæc ait: Celebris memoriæ pater noster Athanasius, qui Alexandrinæ Ecclesiæ sedem integros quadragintasex annos cum decore moderatus est, & loquacibus impiorum hæreticorum nugis inexpugnabili quadam & Apostolica prudentia restitit, quasi flagrantissimo quodam vnguento ipsum cælum scriptis suis exhilaravit, &c. Si igitur ex sententia Cyrilli, quem hæc omnia exploratissima habuisse oportuit, utpote eiusdem Ecclesiæ Episcopum, quadraginta sex annos, eisdemque integros Athanasius sedisse traditur; mendacij arguitur Socrates, qui cum totidem eius sedis annos eidem tribuat, decepsisse tamen ait anno superiori, Gratiano & Probo Consulibus. At hæc satis de tempore.

Porrò de eius obitu sic Gregorius Nazianzenus: In bona, inquit, senectute vitam claudit, patribusque suis Patriarchis & Prophetis, & Apostolis, & martyribus, qui pro veritate dimicauerant, adiungitur. Atque ut epitaphium quoddam paucis complectar, excellentiori honore in discessu decoratur, quam quo in ciuitatis ingressibus cumulatus fuerit: sic videlicet è vita migrans, ut multas lacrymas excitaret, maioremque ijs rebus quæ in aspectum cadunt, nominis sui gloriam in omnium animis reconderet. Hæc & alia plurima in eius laudem Gregorius, qui probè sciens precibus sanctorum hic adiuuari Fideles, ad postremum ipso sine orationis eumdem eiusmodi interpellat apostrophe: Nos autem vitam ipse benignus è cælis aspicias, atque hunc populum gubernes, perfectum perfectæ Trinitatis, quæ in Patris & Filij & Spiritus sancti contemplatione percipitur & colitur, adoratorem: meque siquidem res pacatæ futuræ sint, in vita retinens, gregem mecum pascas: si autem Ecclesiâ bellis flagrata est, reduces atque assumas tecum, & cum tui similibus colloques, tametsi magnum sit quod postulo. Hæc ipse in oratione panegyrica habita in die anniuersaria natalis illius, quæ sicut Orientalibus, ita & Occidentalibus remansit perpetua memoria consecrata.

Sunto hic loco epitaphij quæ idem Gregorius Nazianzenus in oratione quam habuit in laudem Heronis, de Athanasio prædicat, cum hisce titulis eum celebrat, nominatque Orbis oculum, sacerdotum Antislitem, confessorem, ducem & magistrum, sublimem vocem, fidei columnam, secundam Christi lucernam, præcursores. At prægrandis quidem liber conficiendus esset, si omnes præstantissimi sacerdotis laudes à Patribus editas quis simul in vnum congereret: cum nihilominus impar sit omnis lingua ad celeberrima eius recensenda certamina, primò sub Constantino, sub Constantio postea, inde sub Iuliano, atque ad vltimum Valentiniانو Imperatoribus, pro fide suscepta: ut nullus alius (fidenter dicam) sit inueniri post Apostolos in Ecclesiâ Dei, qui acerbiora diuturnioraque subierit prælia pro patrum fide tuenda, ac Magnus hic, immò maximus Athanasius.

SCRIPTA S. ATHANASII. Hieron. de Script. Eccles. in Athan. Hier. ad Luc. tam, epist. 7. Concil. Nicæn. 2. Act. 1.

Reliquit præclara scriptorum suorum monumenta, de quibus hæc in primis S. Hieronymus: Feruntur eius aduersus Gentes duo libri, & contra Valentem & Vrsacium vnus, & de virginitate, & de persecutionibus Arianorum plurimi, & de Psalmorum titulis, & historia Antonij monachi vitam continens, & εὐπραγίας epistolæ, de festis scilicet diebus conscriptæ; & multa alia, quæ numerare longum est. Dolemus epistolarum eius factam esse iacturam, quas alibi etiam idem Hieronymus laudat. erat vna ex ipsis epistola ad Ruffinianum, cuius fragmentum recitatur in Concilio Nicæno secundo. Ex Athanasij

Anasij scriptis hæc recitat Damascenus: Scimus beatum Athanasium sanctorum reliquias non in vris collocandas, sed humi condendas esse, eo consilio censuisse, ut absurdum Ægyptiorum morem abrogaret, qui mortuos suos non sub terra condebant, sed in lectulis & sympodijs collocabant. memimus aliàs de eiusmodi Ægyptiorum consuetudine. Ex antiquo autem Ecclesiæ vsu altaria esse solere sepulchra martyrum, superius est demonstratum: scimus tamen Alexandriæ etiam sub Theophilo eius sedis Episcopo perseuerasse morem illum, ut reliquias martyrum extra tumulum positæ populo certis diebus venerationi exponerentur; ut Eunapius Sardonius, cum agit de Serapidis templi ruina, testatur. De Athanasij scriptis magna auiditate perquirendis, perquisitisque colendis, est illa præclara Cosmæ Abbatis apud Sophronium sententia: Cum, inquit, ex S. Athanasij opusculis aliquid inueneris, nec ad scribendum chartas habueris, in vestimenta tuis scribe illud.

Damasc. de imag. orat. 1.

Prat. s. v. v. cap. 40.

Sed iam ad ea quæ post sanctissimi viri obitum gesta sunt Alexandriæ, funesta quidem & deplorata, conuertamus orationem. Qui stabat pro muro domui Israël, sublato pariete, quo stante, Arianorum nemini, ac ne ipsi quidem Imperatori ad Alexandrinam Ecclesiam inuadendam accessus paruit: mox idem fidei hostes magno impetu atque furore in eam grassati sunt. Defuncto scilicet Magno illo Athanasio, eius calculo probatus successor Petrus eiusdem Ecclesiæ presbyter, ætate senex, virtutibus omnibus consummatus, quem Gregorius Nazianzenus summis laudibus celebrat, euectus in thronum, mouit vehementer Arianorum inuidiam: qui freti auxilio Præsidum, & in primis Valentis Imperatoris auctoritate atque potentia qua pollebant, Lucium illum omnium Arianorum nequissimum, quem olim necato Gregorio illo teterrimo, in locum eius subrogauerant successorem, Alexandrinum ostentant Episcopum, ad eique vni parendum populum vi adhibita militari compellunt. At quoniam modo cuncta hæc gesta fuerint, ex Theodoro in primis petita prosequamur historia, qui à susceptione Petri narrationem aggreditur verbis istis:

PETRUS IN LOCVM ATHANASII SUBROGATUS.

Greg. Naz. orat. ad Episc. Ægypt.

Theod. lib. 4. c. 18. 19.

Petrus vir facile optimus præsulatum illum obrinuit, quem primum beatus Athanasius suo suffragio designarat: eiusque electioni ab omnibus tam sacerdotibus, quam magistratibus assensus est: populusque vniuersus acclamationibus, quantum lætitiæ percipisset, demonstrauit: nam laborum ab Athanasio susceptorum socius & particeps fuit, & cum eo tum ibi vitam degente, tum peregrinante, semper versatus est, & varios labores cum illo vnà exantlauit. Quapropter Episcopi vicini eò simul ire maturant, & qui vitam seuera disciplina exigebant, nempe monachi, ij ea relicta, ad Petrum in sede Athanasij collocandum se conferunt. Postquam verò in sede Episcopali locatus erat, Præfatus illius prouinciæ collecta Gentilium & Iudæorum multitudine, Ecclesiæ parietes circumfedit, deditque Petro mandatum, ut exiret: atque adeò minatus est, eum, nisi exiret, inuitum inde exturbaturum. Atque ista egit, simulans quidem se velle Imperatori gratificari, & contrariam doctrinam tuentes grauibus afficere incommodis, sed re vera ut impiæ iræ, qua exardescerat, indulgeret: nam colendis simulachris penitus addictus erat, & festi splendidissimi loco habuit turbulentam Ecclesiæ iactationem. Proinde Petrus ille admirabilis, cum bellum ex inopinato ortum videret, de Ecclesiâ egreditur, & consensa naui Romam contendit.

PETRUS EVGAIUS A PRESIDE ROMAM PERTIIT.

Paucis intermissis diebus, Euzoius Antiochiæ Episcopus Lucium secum ducens, Alexandriam aduenit, eique tradit Ecclesiâ, de cuius impietate ac scelere saniosa satis fecisset periculi. Populus autem doctrina Athanasij educatus, cum contrarium alimentum sibi præberi cerneret, conuentus Ecclesiasticos deseruit. Quapropter Lucius subsidio factellitum, qui simulacra colebant, vsus, alios verberibus cadere, includere in carcerē alios, nonnullos per vim in fugam vertere, quorumdã ædes instar barbarorū vastare cœpit. Hæc ipse. Sed antequam ulterius progrediamur, de fuga Petri quid alij scripserint, in medium afferamus. Sozomenus enim habet, Euzoiium vnà cum Magno Quæstore venisse Alexandriam, arreptumque, Petrum detrusisse in carcerem, ipsum verò inde clam fuga lapsum, consensa naui, Romam ad Romanum Pontificem se contulisse, utpote eiusdem Catholice fidei protectorem. hæc eadem quoque Socrates: sed Ruffinus nihil de Petri carcere. At grassationem hanc primò factam ab Arianis, ex Gregorio Nazianzeno eam exactè describente reddamus, qui hæc ait in primis de Lucio: Postquam ille, Athanasius, extremo vitæ die functus est, ac secunda quædam Ægypti plaga se in ipsam Ecclesiam

POPVLVS AVERSA TVR LVGIT.

Sozom. lib. 6. cap. 19.

Socrat. lib. 4. cap. 16. 17. Ruffin. lib. 2. cap. 3.

Greg. Naz. orat. in laudē Hieron.

GRANSA  
FACTA PER  
LVCIVM IN  
ALEX. ECCL.

Psal. 78.

fiam immisit, ille inquam veritatis proditor, ille luporum pastor, ille per caulam tranſcendens latro, secundus ille Arius, turbida illa & amara euerſio, ille impio fonte vberior fluiuius: piget me quidem temporis illius flagitia, immanesque cædes, cum quibus sacrosanctam sedem homo ferus & barbarus inuasit, nefariusque illius ingressus præludia referre: ex multis tamen pauca deplorabo, quæ vos quoque mecum deplorabitis, & iam ante deplorastis, ad eamque etiam Davidis<sup>a</sup> verbis utar: Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam.] & paulò post:

Esaï. 7.

Ducis munereungebatur homo sceleratus, Dei que contemptor, ne Christiani quidem nomen gerens (hoc enim totius contumeliæ indignissimum est) verum ab idolis ad Dei templum properans, ab impuris sacrificiorum cruoribus ad execrabiliores & detestabiliores, ac fortasse huiusmodi aduersus nos contumelia quasi victima quadam dæmonibus litans (*Palladius hic erat Gentilis homo, Aegypti Præfectus*) Prohibant in aciem copiarum iracundia feruentes, immanis & importunus exercitus aduersus inermes homines, bellicæque rationis ignaros: expellebatur Antistes Athanasij successor, quem præter inaugurationem ritè atque ordine spiritali peractam, canities & prudentia decorabant: regnabat autem Tabeel alienæ sedis hæres<sup>b</sup>: aduersus sanctos arma, aduersus eas res quas diuini nefas erat, impure manus; aduersus psalmos tubarum clangor.

DEPLORAN  
DA CALA  
MITA EC  
CLESTIAE  
ALEXAND.

Hierem. 9

Thren. 1.

Iam quæ sequuntur, considera, cadentes viros in locis sanctis, pedibus prostratas mulieres, nonnullas etiam cum naturæ onere, præmaturus partus, vel ut aptius dicam, non partus, virgines miserabilem in modum dilactas, foediùs etiam cruciatas (iam & ob feminas & ob viros pudore impediòr, quo minùs crudelitatis modum exponam, atque occulta dedecoris sermone denudem, utpote ob quas etiam tum denudatas erubescam) alias in interioris templi puteos sese deicientes, alias ex editiore loco se ipsas in præceps dantes propter earum rerum quas cernebant indignitatem, alias denique super eas quæ iacebant, acruatim collabentes. Adde cædes cædibus, casus casibus succedentes, sancta profanis pedibus calcata; altaria per obscenos gestus & impudicas cantiones, atque ut audio (hocine lingua audax proferet?) saltationes, foedasque membrorum inflexiones probro & contumeliæ habita: Ac de blasphemias linguas in sacrosanctis thronis concionantes, mysteria fugillata, psalmodias silentio compressas, gemitus in earum locum excitatos, fluentes sanguinis riuos, lachrymarum fontes, sacerdotes per vim abductos, monachos laceratos, expressam denique incursionis illius imaginem, qua quondam Assyrij sanctam Hierosolymam populati sunt, quam nec oratio, ut dignum est, exprimere, nec auris capere potest: vius ut Hieremias ad eam calamitatem pro dignitate deplorandam adhibendus sit, qui etiam lachrymarum<sup>c</sup> fontes exposcit, atque ex urbis mœnibus ob eandem calamitates ad lectum<sup>d</sup> homines hortatur, ipsæque Sion lectum indicit, eò quòd nullos, à quibus festa celebrentur, adducant. Hanc tragœdiam Oriens quidem vidit, at Occidens quoque defleuit, cui immanitatis huiusce signa fugitiuus Antistes publicè spectanda proposuit.

Theod. lib.  
4. cap. 20.SPISY. PE  
TRI ALEX.  
EPISC. DE  
CLADE A  
LEX. ECCL.

Nam pro cadaveribus cruentas vestes Ecclesiæ Romanæ protulit, & pertacitam accusationem omnibus lachrymas mouit, ut calamitatis magnitudinem in oculis & aspectu defigeret, æque auxilium nancisceretur, quèmadmodum etiam nactum esse scimus. Fit enim ferè, ut qui opibus & potentia præcellit, ad infirmi afflicti que miseriam subleuandam maxime inflectatur, ac spontaneæ beneuolentiæ affectu ad eum qui dignitate imminutus est, se adiungat.] hæc quidem Damasus Petro præstitit, sed de his postea. Ista itaque à Gregorio Nazianzeno summam recensita scias, paucisque narrata: extat enim ipsius<sup>e</sup> Petri Episcopi Alexandrini circularis epistola tunc ad omnes Christianæ religionis toto Orbe diffusas Ecclesias scripta, quam hic describendam putamus, ut se hæbet apud Theodoretum<sup>e</sup>, prætermisso eius exordio & alijs, à narratione sic inchoantes:

Provincia illius Præfectus Palladius, professione Gentilis, & simulacris colendis semper deditus, quoniam sæpè animo instituerat bellum contra Christum gerere: tandem copijs, quas supra dixi, in vnum coactis, Ecclesiam non aliter quàm barbaros subiugare maturat. Tum verò, tum inquam, facinora longè improbiſſima admissa fuere: quæ dum volebam solùm commemorare, eorum memoria tantum mihi artulit doloris, ut immentam vim lachrymarum profuderim. quæ sanè ægritudo me diu admodum oppressisset, nisi diuina quadam cogitatione eam lenire aggressus fuisset. Nam copiarum in Ecclesiam Theonæ (sic enim vocabatur) ingressæ, pro verbis grauius & Ecclesiæ dignas, simula-

A mulacrorum laudes decantare; pro diuinarum litterarum lectione, plausus indecoros edere, fractasque voces cum obscenitate fundere, & contumelias in Christi virgines iacere non sunt veritæ: quas quidem contumelias lingua referre reformidat, quippe cum dictu turpes sint: nam quisnam bene sanus, cum eas tantummodo audiret, non aures penitus obstrueret, immò verò optaret se potius surdum esse, quàm ut tantam obscenitatem auribus perciperet? Sed vti nam verborum turpitudine contenti in ea re solum deliquissent, & non improbitate factorum verborum petulantiam longè superassent. Nam conuicium, qualecumque illud sit, est quidem tolerabile, præsertim his in quorum animis Christi prudentia & doctrina diuina habitat. At isti vasa iræ aperta ad interitum nati, qui strepitum lasciuorum sonorum, & velut ex aquæ ductu (ut ita dicam) erumpentem per nares effundebant: vestes sanctarum Christi virginum, quarum piæ vitæ cultus exemplar viuendi sanctorum Angelorum expressit, dilacerare, easque nudas, ut in lucem editæ erant, per urbem triumphali loco ducere, & pro sua libidine petulanter & obscenè irridere cœperunt.

Denique quæ perpetrata sunt, tum crudelia erant, tum peregrina. Quòd si quis his rebus ad misericordiam inductus, eos vel vi prohibere, vel hortando à talibus facinoribus dissuadere conaretur, non sine vulneribus discessit. Verum prohi dolor, multæ virgines per vim stupratæ, complures etiam fustibus in capite cæcæ mortuæ iacuerunt: quartum corpora tumulis mandandi, nulla omnino permissa potestas est; & propterea complura earum corpora, quæ sunt ab illarum parentibus cum multo gemitu quaesita, nondum reperiuntur. Sed quid inter res magnas, eas quæ sunt exigui momenti prosequor? Aut quid in his immoror, & non ad eas quæ propter acerbitatem me ad se rapiunt, propter sermonem transfero: quarum, certò scio, vos magna capiet admiratio, & velut attoniti iuxta nobiscum consistetis, obstupescetes admodum, quòd Dominus tanta clementia vsus sit, & non funditus hanc vniuersitatem deleuerit. Nam quæ neque facta sunt, ut scriptum est, neque audita in diebus patrum nostrorum, hæc impij in ipso altari designarunt. Etenim velut in proscenio, in quo turpis aliqua ageretur fabula, puerum maculum, qui sexum denegauerat virilem, & muliebrem sibi effinxerat, qui que tum oculos habebat (ut scriptis proditum est, *nempe de Iezabel*) stibio oblitos, & vultum simulacrorum more fucò rubentem, habitu muliebri in ipso sancto altari, vbi pro Spiritu sancti descensu inuocari solet, corpore in orbem acto, & manibus huc illucque cum gestis iactatis saltare compulerunt, atque in risum immoderatum effusi nefarias voces ore extulerunt.

D Rursus cum istud quoque ad rectum ordinem spectare, & præterita facinora decora potius quàm nefaria existimarent: vnum ex suis turpitudine insigniter nobilitatum, & ut pudore, ita vestibibus, sicut natus erat, nudatum in summo Ecclesiæ folio collocant, turpemque contra Christum concionatorem appellant: Nam pro verbis diuinis turpitudinem, pro graui oratione petulantiam, pro pietate impietatem, pro continentia stuprum, adulterium, concubitum cum masculis prædicauit: docuitque tum alia, tum furtum, cibum & potionem vitæ hominum vitia esse. Quæ cum ita se haberent, & ipse de Ecclesia decessisset: qui enim ibi manere poteram, vbi incursiones à militibus factæ, vbi multitudo argento conductæ ad seditionem, vbi nimia pecuniæ cupiditas, vbi turbæ Gentilium amplissimis promissis ad maleficia inuitatæ? Noster scilicet successor Lucius, qui partes lupi nequitia & improbè factis agere impensè studebat, qui que Episcopatum non consensu Episcoporum Orthodoxorum in vnum conuenientium, non suffragijs verè clericorum, non postulatione populi, uti sacra Ecclesiæ canones præscribunt, sed pecunia tamquam dignitatem quamdam (ut ita dicam) sæcularem emerat, illo cum mandato aduenit. Istum autem comitati sunt (solus enim in urbem ingredi non poterat) non Episcopi vlli, non presbyteri, non diaconi, non populi multitudo, non monachi hymnos ex sacris libris depromptos canentes, sed Euzoius, qui iam pridem in sancto & celebri Nicæno Concilio, cum diaconus esset in urbe nostra Alexandria, vnà cum Ario abdicatus fuerat, nunc autem Præful Ecclesiæ Antiochenæ, quam velut pestis labefactat; & Magnus quidem Comes prouincialium largitionum cum ingenti militum manu, vir nullo non impietatis genere semper nobilitatus, qui Iuliani temporibus Ecclesiam Berithi (ea autem est vrbs Phœnicie perillustis) incenderat; sed Iouiano piæ memoriæ Imperatore regnante, eandem suis ipsius impensis erat denudè ædificare coactus; parumque aber-

IMMANIA  
EMPIORVM  
SCELERA.MONSTRVO  
SA PRAB  
SYMPTIO.PETRI PV  
GAE LVCI  
SVFPECTIO.

rat,

rat, quin securi fuisset percussus, nisi multis pro eodem precantibus, veniam ab Imperatore impetrauisset.

Itaque vos, qui incredibili pietatis studio flagratis, quorum opem ad hæc scelera vindicanda imploro: hinc considerare debetis, quæ & quanta maléficia ab isto, quem dixi, tyranno Lucio, qui in nos impetum fecit, contra Ecclesiam Dei designata sunt. Nam non à vestra pietate solum, verum etiam ab Episcopis omnibus Orthodoxis sæpenumero abdicatus, ciuitatem sibi iustis de causis admodum infensam occupauit. Quin etiam non modò, vti inspiens ille blasphemus in Psalmis loquitur: Dixit inspiens, non est Deus, scilicet quod Christus non est verè Deus, sed etiam vitæ institutis & ipse corruptus est, & alios corrumpit, inque maledictis contra Saluatorem ab his qui creaturam creatoris loco colunt, iactatis plurimum delectatur. Et quid, quæso, causæ est, cur cum simili cum Gentilibus opinione imbutus sit, non noua quadam & inaudita impudentia sceleratus Deum colere audeat? In cuius conspectu Gentiles has laudes prædicarunt: Gratus est nobis tuus, ô Episcopo, aduentus, qui filium Dei negas. Serapis te amplectitur, hucque adduxit. Atque isti quidem in eo excipiendo nomen simulacri sui patris recitarunt.

Porro autem vix momentum temporis iam præterierat, cum Magnus, quem supra nominaui, indiuiduus impietatis istius comes, satelles truculentus, satrapa crudelissimus, copijs commissis suæ curæ in vnum collectis, presbyteros & diaconos numero decem & nouem, quorum nonnulli octogesimum ætatis annum præterissent, comprehendit, & de illis velut in aliquo scelere, eoque Romanorum legibus contrario deprehensis, iudicium publicum exercere, & ignarus legum quæ sunt pro Christianæ pietatis defensione sancitæ, eos compellere cœpit, vti auitam fidem ab Apostolis per Patrum successionem nobis traditam prodere nt. Affirmauitque Valentem Augustum Imperatorum clementissimum hac re vehementer delectatum iri. Postremò cum maxima contentione vocis hæc verba protulit: O miseri, obsequimini, Arianæ opinioni assentite. Nam diuinum numen, licet illa quam colitis religio vera sit, si non vestra sponte, sed necessitate adducti ab ea discedatis, veniam vobis daturum est: etenim in his quæ necessitate peccantur, relinquitur excusationi locus: sed cum sua sponte quisquam deliquerit, carere reprehensione non potest. Quo circa his rationibus ante oculos mentis positis, abiecta omni cunctatione, alacri animo nostræ accedite sententiæ, & dogmati Ariano, quod iam Lucius (eum namque nominauit) palam prædicat, subscribe: pro certo persuasi, quod si istius doctrinæ obtemperaueritis, sitis pecuniam, opes, & honores ab Imperatoribus consecuturi: sin autem resisteritis, tum carceres, tormenta, quæstiones, flagella, & carnificinæ vobis subeundæ sunt, tum pecunijs vnâ cum possessionibus orbati eritis, tum denique erecti è patria, ad loca molestissima incolenda condemnabimini.

Ad hunc modum igitur generosus iste dux, minis cum fraude temperatis, omnes à pia doctrina & sententia, partim cohortando, partim cogendo deducere studuit. At verò illi quoniam pietatis prodicionem plus habere acerbatis (vti re vera habet) quam vllum cruciatus genus, existimabant: demum necessitate compulsi, his verbis ei responderunt, virtuteque & virili animorum celsitate fraudem eius pariter & minas profligarunt: Desine posthac, desine his vocibus nos perterrere: à verbis inanibus proferendis tu te cohibe. Nam nos neque nouitium, neque recentem colimus Deum. Ac tamen tu velut fluctibus iactaris, spumanti ore temerè fundis, & tamquam ventus violentus in nos cum impetu ruis: tamen nos ad extremum vsque spiritum fumus doctrinæ pietatis firmè adhæsuri. Neque certè vnquam sensimus, Deum potentia, sapientia, aut veritatis expertem esse: neque Patrem interdum existere, interdum non existere, vti impia Arianorum opinio fert: neque Filium in tempore ortum, aut momentaneum esse, opinati sumus. Nam si Filius (sicut Ariani somniant) creatura sit, & non sit Patri consubstantialis: inde efficeretur vt Pater quoque non sit: quippe si, vt illi sentiunt, quòdam tempore non exarabat Filius, Pater etiam quòdam tempore non fuit. Verum si Pater semper existit, Filio videlicet vero germine, & non ex seminis proflutuo enascentis existente (Deus enim impatibilis) quid est cur non demens & insanus existimetur ille, qui Filium, per cuius gratiam factum est vt sint omnia, quòdam tempore non fuisse sentiat? Nam Patres nostri per vniuersum orbem terrarum diffusi, ex quorum fide isti excidentis, meritò sanè patre carere dicantur, Nicææ in vnum conuocati, peruersæ Arii opinionis, cuius patrociniū nouitius iste suscepit, anathema denunciarunt: & Filium non ex alia essentia quam Patris,

atris, quod tu nos iam dicere vrges, sed ex eadem ipsa constare asseruerunt. Quod quidem præclare & pia cogitatione complexi, Filium & crebra vocum è sacris litteris petitarum collocaione Patri consubstantialem ingenuè confessi sunt.

Itaque cum hæc & alia similia dixissent, ad multorum dierum spatium in carcerem eos conclusit Magnus, ratus se eo pacto illos à pia sententia deducturum. Verum illi, non aliter quam fortissimi in stadio athletæ, omni metu penitus deposito, se rebus præclare à Patribus diuina mente & cogitatione gestis quasi perurgentes, multò excellentiores animos ad pietatem propagandam habuerunt, tormenta nihil aliud quam virtutum gymnasium arbitrati. Sic igitur cum decertarent, & spectaculum (vti scribit B. Paulus) tum Angelis tum hominibus fierent, accurrunt tota ciuitas, visura Christi athletas, verbera Iudicis eos torquentis tolerantia vincentes, & contra impietatem per patientiam exigentes trophæa, & triumphos aduersus Arianos agentes: quos quidem per minas & fraudem oppressos dirus iste hostis libidini eorum qui impietatem contra Christum exercebant, se dediturum censuit. Cum igitur tormentis crudeliter eis infligendis fatigatus esset, populusque vniuersus varijs querelæ generibus & multo luctu vteretur: truculentus ille Dux qui omnem exuerat humanitatem, consuetis suis copijs denuò ad ciendum tumultum collectis, Christi athletas ad iudicium, immò verò ad iniustam condemnationem vocat, eosque ad litus maris sisti iubet: in quo loco cum simulacrorum cultores, & Iudæi mercede conducti, more suo contra eos vociferarentur, & illi manifestæ insanorum Arianorum impietati cedere nolent, sententiam de illis, populo vniuerso ante tribunal grauitè lamentante, pronunciat Magnus, vt Alexandria exacti, ad incolendam Heliopolim urbem Phœnicæ transportarentur: in qua sanè vrbe ne vnus quidem habitabat, qui Christi nomen audire (omnes enim simulacra colebant) omnino sustineret.

Itaque iussis illis actutum nauem conscendere, ille ipse in littore stans (nam in balneis publicis, quæ propè inde aberant, eos condemnauerat) enses districtum illis ostendit, ratus quidem se terrorem iniecturum eis, qui accipiti gladio spiritus infestis dæmones sæpenumero vulnerassent. Dat igitur mandatum, vt iam, cum neque commearum vllum in nauem imposuissent, neque quicquam omninò haberent, quo exilij molestias subleuant, inde soluant. Quo quidem tempore ipsum mare (quod planè mirandum est & prope incredibile) vndis agitatam spumare cœpit, rei indignitatem, credo, ægrè ferens, & penitus (vt ita dicam) recusans eos viros excipere, ne eo pacto iniqui mandati exequendi particeps fieret: quippe his qui ignari erant, barbaram & immanem Iudicis voluntatem perspicuè patefecit: adeò vt vere dici posset, hac re cælum ipsum obstupuisse.

Quin etiam tota ingemuit ciuitas, & adhuc lugere non desinit. Nam pars alternis manuum ictibus pectora tundendo, ingentem strepitum edere: pars manus simul & oculos ad cælum tollere, quo Deum de vi sibi illata testarentur, & ita ferè loqui: Audi cælum, & auribus percipe terra, quàm iniqua atque adeò indigna edita sint facinora. Denique omnia luctu redundare, planctus & eiulatus per vniuersam urbem peruadere, flumenque tantum lacrymarum derepente manare, vt ipsum mare sua inundatione obruere quodammodo videretur. Cum autem Dux iam ad litus astans imperaret remigibus, vt vela erigant: tum fiebat fletus promiscuus virginum, feminarum, senum, & iuuenum, tum lamenta cum amaris lacrymis permixta, tum clamores ab omnibus tam ingentes editi, vt maris vndosi murmur, quòd tumidi fluctus mutuo collisi excitare solent, propemodum obscurarent. Vt primùm verò athletæ Christi, quos diximus, appulere Heliopolim, vbi omnes erant superstitioni dediti, vbi instituta diaboli ad voluptatem explendam comparata, vbi horrenda ferarum latibula; nam montes vndique cælum propter altitudinem penè attingentes urbem illam obuallabant: omnes deinceps in media vrbe communiter, & singuli priuatim lamentari, & lugubres voces fundere cœperunt. Dabatur mandatum à Palladio vrbs illius Præfecto, homine superstitioni deditissimo, vt omninò lacrymari desinerent. Vnde multi qui plorabant, hique præ diuino zelo strenui Ecclesiæ propugnatores arrepti, primum in custodiam conijciebantur, deinde verberibus cæsi, lacerati, & tormentis affecti, ad metalla in Pheno & Proconneso amandabantur, inter quos complures erant monachi ad numerum vigintitrium, qui quo seueram disciplinam excolerent, in solitudine habitarent: quibuscum vnà diaconus, qui litteras tum consolationis tum communionis à Damaso Episcopo Romano ad nos attulerat, manibus à tergo colligatis, à lictoribus palam tamquam maleficus insigniter improbus trahebatur.

EVOTI EX  
CELLEN  
IMPIBIAS.MAGNI  
PRAESIDIS  
CRUDELI  
TAS.LIBERA  
CONFESSIO  
CATHOLICORVM.CONFESSIO  
RES DATVS  
SI IN CAR  
CEREM,  
CAESI, ET  
MISSI IN  
EXILIVM.LVCTVS A  
LEXANDRE  
NORVM CA  
THOLICO  
RVM.CATHOLICI  
VBTI LV  
GERE.

QVID IN DAMASI DIACONVM ARIANI

QVID AC- TVM IN PVE ROS ET PA- RENTES EO- RVM.

Exod. 12.

EPISCOPI IN EXILI- VM ACTI DIOCAESA- REAM IN PALESTINA

ANTIOCHE- NOS PER- TIGIT PER- SECVTIO.

Epiph. here. ff. 68. Cassian. col- lat. 3. c. 7.

Qui acerbioribus tormentis, quam quisquam homicida, excruciatu fuit; cuius ceruices lapidibus & plumbo crudeliter verberatae erant. Postremo naue ad traiciendum conscensa, eodem modo cum eo atque cum ceteris actum est: nam omni ope ac subsidio destitutus erat, & propterea signo sanctae Crucis frontem signauit: sicque metallis aeneis in Pheno traditus est. Ita impietate actum aduersus diaconum a Damaso Roma tunc missum Alexandriam. Sed pergit: Porro autem cum Iudex tenera puerorum corpora torqueret, quidam eorum post cruciatu remanere extincti & iure sepulturae defraudati: idque cum parentes, fratres, cognati, & tota penè dixerim ciuitas postularer, vt vnum hoc atque adeo vltimum vitae solatium illis tribueretur. Sed o saeuam iudicantis, immo vero condemnantis crudelitatem! Nam qui pro pietate decertarint, idem cum homicidis iudicium subeunt, corporaque eorum manent insepulta: & qui pro fide strenue dimicauerint, bestijs & volucribus obiciuntur ad vorandum: qui denique patres caesorum conscientiae causa commiserati sunt, tamquam impij facinoris auctores securi feriuntur. Quae Romanorum lex, quae barbarorum sententia iudicauit in eos, qui patribus caesorum condoluerunt? Vbinam tale scelus a quoquam veterum fuit vniquam patratum? Olim Pharo iusserat Hebraeorum masculos trucidari: verum inuidia & metu adductus hoc mandatum dedit: At quae tum gerebantur, quanto sunt his, quae modò designata sunt, mitiora? quanto optabiliora, si in iniuria optio vlla sit: quanto tolerabiliora, si scelus cum scelere (cum aliud ab alio seiungi nequeat) velimus comparare? Sunt ista quae commemoro, incredibilia quidem, immania, dira, crudelia & barbara, sine misericordia, amara, sed tamen amentes Ariani in illis insolenter gloriati sunt, atque adeo tripudiarunt.

Cum enim tota ciuitas in luctu & matore esset (nulla enim domus erat, in qua, vt in Exodo scriptis proditum est, non iaceret mortuus) hi, quorum crudeles animi nullo modo exaturari poterant, non conqueuerunt, sed scelus de integro exercere aggressi sunt. Nam voluntatem suam, quae ad deteriora inclinabat, patefacientes, suae malevolentiae virus in illius prouinciae Episcopos effundere coeperunt. Siquidem opera Magni, quem diximus, Comitum largitionum, satellites ad iniuriam satis instructi, nonnullos eorum in iudicium adducere: alijs, quo libitum erat modo insidias parare, eo consilio, vt omnes vbique impietatis laqueis irretirent, nihil intentatum relinquentes. Quin etiam omnia loca circuire, non aliter atque diabolus ipsorum haereseos parens, quarentes quem deuorent. Atqui cum in eo quod conabantur, ab omnibus se destitutos viderent: vndecim tamen Episcopos Aegypti, viros qui ab ineunte aetate ad summam vsque senectutem solitudinem seuerae disciplinae causa incoluerant, qui sanctam ac sinceram fidem audacter & liberè praedicauerant, qui pietatis dogmata vna cum lacte nutricis suserant, qui victoriam contra daemones reportauerant, qui virtute aduersarium represserant, qui Arianam haeresim suis (vt aiunt) coloribus depinxerant, Magno illo, quem supra nominauimus, velut instrumento crudelitatis vsi, in exilium eiecerunt: oppidumque nomine Diocafaream, à Iudaeis, qui Dominum interfecerant, inhabitatum, incolere compulerunt. Et tamen non aliter quam oreus, morte fratrum minimè satiati, vbique terrarum velut amentes ac stupidi, suae crudelitatis monumenta relinquere non verentur, atque adeo maleficijs se nobilitare student.

Ecce enim rursus Ecclesiae Catholicae clericos, qui Antiochiae commorabantur, qui quae cum quibusdam monasticae vitae spectatis, tragica eorum scelera testata apud omnes relinquere constituerant, isti vocibus maledicis contra eos in auribus Imperatoris insusis, Neocafaream urbem Ponti relegandos curauerunt: qui quidem propter locorum asperitatem vita quoque breui expoliati sunt. Hucusque ex epistola Petri narratio apud Theodoretum, qui mox subdit: Tales quidem tempora illa tulere tragœdias: quae tamen si silentio & obliuione obruendae sunt, tamen litterarum monumentis produntur ad eos coarguendos, qui linguis petulantibus Dominum sunt insectati: qui quidem morbo blasphemiae infecti, non modò in totius vniuersitatis Dominum & moderatorem Deum conuicia iacere, verum etiam contra pios eius famulos bellum exitiale suscipere non dubitarunt. Haec ipse. Meminit quoque eiusdem dirae persecutionis sanctus Epiphanius, qui & praeter alia supplicia Catholicis Aegyptiis irrogata, nonnullos ex illis tradit fuisse damnatos ad bestias. Sed & Cassianus de sanctis monachis tum sub Lucio in Pontum & in Armeniam relegatis hac meminit occasione: Tempore

A Temporibus siquidem Lucij, qui Arianæ perfidiae Episcopus fuit sub Valentis Imperio, dum diaconiam nostris fratribus deferremus, his videlicet qui de Aegypto & Thebaide fuerant ob Catholicae fidei perseuerantiam metallis Ponti atque Armeniae relegati, licet coenobiorum disciplinam in quibusdam ciuitatibus rarissimam viderimus, anachoretarum tamen apud illos ne ipsum quidem nomen auditum fuisse comperimus. Haec per Abbatem Piammonem Cassianus, in quem potius quam in illum ad eius libitum interloquentem reijcienda culpa est, si de Ponto, quod ait, & Armenia, mendacij arguatur exijs quae superius recitatae sunt ex Gregorio Nazianzeno atque Basilio, de Ponticis eremis abundantibus anachoretis.

B Quod autem ad Aegypti monachos spectat dirissimè à Lucio exagitatos: Rufinus, qui cum Melania in Aegypto agebat, haec de illis scriptorum monumentis posteris legenda tradidit: Inde post fugas ciuium & exilia, post caedes & tormenta, flammisque quibus innumeros confecerat, ad monasteria furoris sui arma conuertit, vastat eremum, & bella quiescentibus indicit. Tria millia simul, aut eo amplius viros per totam eremum secerpta & solitaria habitatione dispersos oppugnare pariter aggreditur: mittit armatam equitum & peditum manum: Tribunos, praepositos, & bellorum duces, tamquam aduersus barbaros pugnaturus, eligit. Qui cum venissent, nouam belli speciem vident, hostes suos gladio obiectare ceruices, & nihil aliud dicere, nisi: Amice ad quid venisti? Per id tempus patres monachorum, vitae & antiquitatis merito, Macarius, Isidorus, aliusque Macarius, atque Heraclides & Pambus Antonij discipuli per Aegyptum, & maximè in Nitriae deserti partibus habebantur viri qui confortium vitae & actuum non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis Angelis habere credebantur. Quae praesens vidi, loquor; & eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui. In epistola ad Anastasium Romanum Pontificem haec item se passum esse gloriatur, cum ait: Quamuis igitur fides nostra persecutionis haereticorum tempore, cum in sancta Alexandrina Ecclesia degeremus, in carceribus & in exilijs, quae pro fide inferebantur, probata sit: tamen & nunc si quis est qui vel tentare fidem nostram cupiat, sciat, &c.]

C At haec de se summa iactantia ab ipso Rufino esse commenta, exclamat sanctus Hieronymus, cum his recitatis ipsius verbis, sic subdit: Miror quod non adiecerit: Vincit Iesu Christi & liberatus sum de ore leonis, & Alexandriae ad bestias pugnauit, & cursum consummaui, fidem seruauit: superest mihi corona iustitiae. Quae, malum, exilia, quos iste carceres nominat? Pudet me apertissimi mendacij: quasi carceres & exilia absque Iudicum sententijs irrogentur. Volo tamen ipsos scite carceres, & quarum prouinciarum se dicat exilia sustinuisse. Et vti que habet copiam de multis carceribus & infinitis exilijs vnum aliquod nominandi. Prodat nobis confessionis suae Acta, quae hucusque nesciuimus, vt inter alios Alexandriae martyris huius quoque gesta recitemus, & contra latratores suos possit dicere: De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Haec Hieronymus.

D Certè quidem Melania clarissima femina, Consulis Marcellini neptis, antiqua nobilitate & filij Praefecturae Urbanae magistratu toto Romano orbi notissima, apud quam primum locum Rufinus obtinebat, omnium Praefectorum, quocumque pergeret, frequentabatur obsequijs; tantumque abfuit, vt vel ipsi vel alicui ex eius familia irrogata exilia fuerint, quod Rufinus iactat, vt etiam qui persecutionem fidei causa paterentur, ad ipsam tamquam ad asylum confugerent, ab eademque pariter in tuto collocarentur, atque etiam alerentur; vt quae de ea proximè dicturi sumus, cum ipsa processit ad Iudicem, fidem certam faciunt. At cur Rufinus, sicut aliorum, non etiam suam recensuit confessionem exemplo Pauli Apostoli? quod praesertim sciret, rem tantam haud ab aduersarijs facilè ratam fore habendam absque aliqua certiori probationis fide, cum alioqui aliorum confessiones adeo exactè describat? Si qua tamen tunc Alexandriae contigit Rufini confessio, ea tantum fuisse existimatur, cum prouocata Melania ad iudicium, quod faueret Orthodoxis, ipse putetur eam comitatus esse: sed dimissa illa quantocyus, vti que & qui cum ea erant, rediere domum. Sed de his satis.

E Pergens Rufinus recensere res tunc gestas à Nitriae monachis, haec subdit: Hi ducebant exercitum Domini non mortalibus telis, sed fide religionis armatum, exercitum moriendo vincentem, & qui sanguinis sui profusione victor Christum sequeretur ad caelum. Quique dum in tabernaculis positi & orantes expectarent interfectores suos: delatus est

PERSECUTIO ARIANORVM AD VERBVS AEGYPTI MONACHOS Rufin. lib. 2. cap. 3. et 4.

RUFFINVS IACTANTER CONFESIONEM OSTENTAT. Hier. Apol. lib. 2.

2 Tim. 4.

G. ill. 6.

MIRACVLIS PROBATA FIDES CATHOLICA.

ad eos homo olim membris omnibus & præcipue pedibus aridus: sed cum ab eis in nomine Domini oleo fuisset perunctus, statim confirmatae sunt plantæ eius. Et dicentibus eis: In nomine Iesu Christi, quem Lucius persequitur, surge & sta in pedibus tuis, & redi ad domum tuam: continuo exurgens & exiliens, benedicebat Deum, ostendens quia verè erat in eis Deus. Ante aliquantulum verò temporis cæcus quidam rogabat deduci se ad cellulam Macarij, quæ erat in deserto, itinere trium dierum: quo postquam cæcus multo duclantium labore peruenit, Macarium non reperit domi: & contristatus valde, nullatenus mitigare maestitiam poterat, sanitatis solatio carens. Tum verò feruore fidei concalescens: Deprecor (inquit ad eos qui deduxerant) applicate me ad illam partem parietis, ubi cubare senior solet. Et cum fuisset admotus, parum luti aridi, unde paries oblitus videbatur, assumens, palmæ suæ superposuit. Rogat etiam, ut aquam de puteo, ex quo bibere solebat, haurirent; quæ resoluens glebulam, eodemque luto oculos suos superungens, & lauans de aqua, quæ hausta fuerat, repente recepit visum, ita vt nullo indigens adminiculo rediret ad sua. Sed ne secundum leprosus illos ageret, quos à se curatos in Euangelijs ingratos Dominus notat, cum omni domo sua regressus, & Deo gratias referens, rem vt gesta fuerat indicauit. ] subdit post hæc Ruffinus de eodem Macario, qui leuculos cæcitate curauit, proque gratiarum actione à leena pelle ouina donatus est. at hæc contigisse diximus viuente adhuc Magno Athanasio. subiungit verò Ruffinus:

MONACHI RELEGANTUR IN INSULAM.

POPULI AD FIDEM CONVERSI PER MONACHOS EXVLAS.

AVCTORIS DIGNA CONSIDERATIO.

2 Isai. 7. 4. Reg. 6.

Sed in his omnibus Lucius non erubuit, nec aliquid reuerentiæ virtutum mirabilibus detulit: quinimmo iubet, Patres ipsos ablatos à grege suo, immò clam raptos, in insulam quandam Ægypti paludium deportari, in qua compererat neminem profus esse Christianum, quo per hoc vel absque solatijs, vel absque consuetis actibus viuerent. Senes igitur cum duobus solis pedisequis noctu ad insulam deducuntur, in qua erat templum quoddam summa veneratione à loci incolis obseruatum. Cumque primum nauicula senum oram soli illius contrigisset: ecce subito sacerdotis templi illius virgo filia correpta spiritu cum ingenti vociferatione & clamoribus vsque ad cælum datis, agi per medios populos cœpit; & crebros ducens rotatus, stridens, huc atque illuc rabida ora vibrare. Cumque ad spectaculum tam ingentis monstri, maximè quòd esset sacerdotis filia, qui in honore præcipuo apud illos erat, populi conuenissent: per auras eam raptam sequentes, perueniunt vsque ad nauiculam senum. Ibi verò proiecta eorum pedibus & prostrata, clamare cœpit: Quid venistis huc, o serui Dei summi, antiquis nos & veteranos, euoluere domicilij? In hoc loco depulsi, vndique latebamus: quo modo vos nequaquam latere potuimus? Cedimus antiquis sedibus: populos vestros, terrasque recipite. Cum hæc diceret, increpitus ab eis erroris spiritus effugatur: & puella sana vnà cum parentibus suis iacebat ad pedes nostri temporis Apostolorum. Qui talibus exordijs prædicantes eis fidem Domini nostri Iesu Christi, in tantam conuersionem repente eos perduxerunt, vt statim manibus suis antiquissimum templum & in summa veneratione habitum destruerent, & ecclesiam confestim adificarent. Nec ad deliberandum spatium temporis eguerunt, quibus fidem rerum fecerant non verba, sed virtus. Sed hoc cum fuisset Alexandriae nunciarum: veritus Lucius, ne fortè etiam suorum in eum odia iusta consurgerent, qui aperte iam bellum non hominibus, sed Deo indiceret; occultè eos reuocari, & in eremum remitti iubet. ] hæcenus de his aduersus sanctos monachos gestis Ruffinus præfens omnium testis, in Ægypto tum (vt dictum est) cum Melania agens.

Vide, lector, bella Domini, & considera: stare pro Arianis Præfectos, Prætores, factellites, apparitores, truculentosque carnifices, æstare de Catholicis carceres, exeri gladios, patari secures, incendi ignes, solui virgarum fasces, bestias introduci, armari ludæos simulque Gentiles cum Arianis, scribi sententias, proferri Catholicos, repleti metallis pijs, exulibus & extorribus exundare prouincias, cædibus demeriri ciuitatem, sanctorum carnibus pasci volucres atque canes: contra verò intueri, stare pro pijs Deum, ac suam præsentiam euidentissimis reddere certam miraculis, cogereque impiorum omnium ductores dæmones suam ipsorum fateri imbecillitatem, victos recedere, sedibus abscedere diutius occupatis: vt occidere illud liberè liceat: Nobiscum Deus ] atque illud maiori fiducia prædicare: Plures pro nobis, quam contra nos. ] Sunt hæc adeo perspicua, omniq; fide dignissima, & quantis existimatione maiora, vt neminem putem ita impium, menteque alienatum, sui que oblitum, qui ista considerans, non potius stans medius eligat in

A in castris sanctorum mereri, quam à Lucij partibus stare: cui militare scias non Arianos tantum, sed omnes hæreticos, qui quacumque occasione à fide Catholica defecerunt: sub qua quidem non illos tantum agere, certum est, quos diximus sanctissimos anachoretas, sed pios omnes hæresum aduersarios, eandem in hanc diem fidem Catholicam profitentes, quam Athanasius, Antonius, ipsorumque alumni magna constantia sectabantur; eamque à maioribus acceptam, ad posteros propagatam, atque ab ipso virtutum Domino tot signis euidentioribus confirmatam retinentes, quamque ipsa præfens quoque Ecclesia retinet atque docet, firmè custodientes.

Sed quod ad eandem persecutionem spectat, Socrates addit accessisse ad fauoriam Præsidium Valentis Imperatoris iussione: Nam, inquit, ex edicto Imperatoris mandatum est, vt omnes qui fidem Constantinianis tenebant, non Alexandria solum, sed ex vniuersa etiam Ægypto penitus expellerentur. Quin etiam Præfecto imperatum, vt cum ingentibus copijs omnes vbique persequeretur, quos Lucius indicaret. ] hæc ipse eademque à Ruffino sunt recitata. Itemque Sozomenus, nec non Theodoretus, fideles testes sunt miraculorum in confutationem hæreticæ impietatis tunc editorum. Sed & quod silentio Ruffinus præterijt dignum memoria tunc officium exhibitum à Melania nobilissima Romana femina, his ex Paulino iungamus: scribens enim ad Seuerum inter alia digna præconia Christianæ feminae Consularis hæc habet:

Tempore illo Valentis, quando Ecclesiam Dei viui furor Arianorum, Rege ipso impietatis satellite, persequeretur: hæc erat princeps & particeps cunctis pro fide instantibus: hæc fugatos recipiebat, aut apprehensos comitabatur. Sed cum eos recepisset in latebram, qui propter insignem fidem & maiore hæreticorum odio infestabantur, & occultantium tangebantur inuidia: graui tunc seditione diabolicis facibus inflammata, quasi contra legem publicam contumax, protrahi ac pati iussa est: quæ illos manebant, nisi prodere maluisset. Proceffit impauide, cupida passionis, & iniuria publicationis exultans, quamuis non expectasset trahi, tracturos ante uolans ad iudicem: qui confusus veneratione præsentis, non executus est infidelitatis iram, dum fidei miratur audaciam. Eadem tempestate per triduum quinque millia monachorum latentium panibus suis paucis: vt per eius manum iterum Dominus Iesus pristinum numerum in deserto pasceret, tanto quidem nunc impensiore clementia, quanto minori licentia fouebantur occulti, quam illi quondam, qui ad Dominum voluntariè in libertate & pace conuenerant. Sed hæc nec timida deprehendi, interdictum secuta præbebat officium: nec volens gloria operationis agnosci, tamen operis magnitudine prodebat, totidem apud homines testimonij gloriosa, quot passis, Deo conficio. ] hæc Paulinus, mirifica prædicatione tam egregia facta celebrans: quæ sanè gesta esse in Ægypto, non autem in Palæstina, illud persuadet, quòd nullibi tam ingens numerus monachorum simul collectorum nisi in Ægypto fuerit reperiri. mansisse quidem ipsam Melaniam in Ægypto mensibus octo, Palladius docet. Porro ab his diuersa esse noscuntur, quæ de eiusdem Melaniæ officijs, quibus prosecuta est in Palæstina relegatos confessores, idem Palladius tradit, quæ paulò post narraturi sumus.

Vt autem tam ingenti opere, in occultandis atque pascentis monachis quinque millibus in deserto, veluti contumelijs prouocatus Præfectus, libens eius responsionibus cesserit; summa feminae claritudo, quæ apud hostes quoque reuerentiam sibi conciliabat, in causa fuit. Erat quidem Melaniæ nomen (vt dictum est) non Romæ tantum, sed vbique locorum Romani Imperij cognitum, atque honore habitum tum nobilitate generis, tum egregiæ pietatis præstantia: de qua hæc idem qui supra Paulinus: Mulier celsiore gradu ad humilitatis cultum ob amorem Christi deiecta sublimiter, vt viros desides in infirmo sexu fortis argueret, arrogantes in sexu vtroque personas, pauperata diues, & nobilis humilitata confunderet. Igitur Marcellino Consule auo, de ambitu generis & opum luxu in teneris adhuc annis nuptias passa, & breui mater, sed infelicitate mortalium non longum posita est, ne diu terrena diligeret. Nam præter alias orbitates, quas irrito in foetibus abortiuus labore, adhuc marito particeps defleuit: ita creuit ærumnis, vt duos filios & maritum intra anni tempus amitteret, vnico tantum sibi paruulo ad memoriam posius, quam ad compensationem affectuum derelicto. ] hæc & alia de ipsa Paulinus: sed quod eam dicat habuisse Marcellinum auum Consulem, Hieronymus filiam eius appellat: at Ruffinus Paulino consentit, qui etiam eam neptem Marcellini Consulis nominat:

Socrat. lib. 4 cap. 17. VALENTIS IMP. ADICIVM.

Sozom. lib. 6. cap. 21. Theod. lib. 4 cap. 17.

Paulin. epist. 10.

MELANIA OCCIDIT ET PASCIT MONACHOS

Matth. 14

Luc. 6.

Luc. 9.

MELANIAE CONSTANTIA.

Palladius in latif. c. 33.

Paulin. epist. 10.

MELANIAE GENVS. Hieron. in Cl. yon.

Ullm. in uel. n. ller.



sentur. Ista considerantes, plurimum temporis ex ijs quæ apud vos gesta nunciata fuerant, animos nostros stupore repleuerunt, & perculerunt. Re vera namque insonuerunt utraque nostræ aures, ubi cognouimus impudentem & humano generi inimicam haresin eorum qui vos persecuti sunt: quo modo nec aliquam reuerenti sunt atatem, nec molestias canicie, nec plebis dilectionem, sed corpora verberarunt & dehonestarunt, inque exilia eiecerunt, ac bona diripuerunt, quæcumque accipere potuerunt, neque humanam veriti condemnationem, neque terribilem iusti iudicis retributionem prævidentes: ista nos stupefecerunt, & ipso propè sensu destituerunt.

Accessit autem ad hæc animi mei disceptationes & ista cogitatio: An Ecclesias suas prorsus reliquit Dominus? An nouissima hora est, & hoc pacto initium sumit defectio, ut iam deinceps reueletur iniquus ille filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur super id omne quod dicitur Deus, aut numen? Attamen siue temporaria est ista tentatio, ferre B eam ut boni Christi athletæ: siue omnimodo res nostræ traditæ sunt corruptioni, ne socordes simus ad ea quæ accidunt, sed reuelationem è cælis & apparitionem magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi expectemus. Si namque vniuersa creatura soluetur, & transmutabitur figura huius mundi: quid fuerit insolentia, si & nos qui creaturæ portio quædam sumus, communes afflictiones tulerimus, tribulationibusque traditi fuerimus, quas pro mensura potentia suæ super nos iustus inducit Iudex, qui nos tentari non sinet supra quam ferre poterimus, sed & cum tentatione exitum dabit, ut ferre possimus?

Expectant vos, fratres, Martyrum coronæ parati sunt confessorum chori, ut manus vobis porrigant, inque numerum suum vos recipiant. Memores estote veterum sanctorum, quàm nemo sit illorum delicijs & assentionibus patientiæ coronis dignus effectus, sed omnes per magnas tribulationes ingressi, experimentum sui dederint. Alij cum illusionibus & flagellis probati sunt, alij tentati sunt, secti sunt; occisione gladij mortui sunt. Hæc sunt vnde decorantur sancti. Beatus est qui dignus habetur ut pro Christo patiar: beator is est, qui abundantiores afflictiones tulit: afflictiones enim huius temporis non sunt condignæ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quod si ipse ad vos venire potuissem, congressu vestro nihil fuisset carius, ut & athletas Christi viderem & complecterer, & precum donorumque spiritalium, quæ vobis data sunt, consortio potirer. Quoniam verò corpus habeo diuturno morbo confectum, ita ut ne lecto quidem descendere queam; & multi sunt qui instar luporum rapacium nobis insidiantur, occasionem venantes, an aliquo pacto oculos Christi aliquando rapere possint: necessario per litteras inuisere vos institui, obsecrans cum primis quidem, ut continuè pro nobis precemini, quo reliquos dies aut etiam horas Domino secundum Euangelium regni seruire merear: D deinde verò, ut & imperitiæ meæ & litterarum tarditati ignoscatis. Nam agrè nobis eius hominis copia facta est, qui desiderio nostro seruire queat: dico autem de Eugenio monacho filio nostro, per quem vos obsecro, ut pro nobis & vniuersa Ecclesia oretis, deque rebus vestris rescribatis, ut cognitis illis alacriores reddamur. ] hæcenus Basilium ad Alexandrinos.

At quid interea magna admiratione dignum accidit? Dum negat Romanus Imperator fidem Catholicam, & consentientes illam ignominijs afficit, direque persequitur: proficitur eam ac prædicat Regina Sarracenorum, quosque ille spernit, hæc honorat, ille fugat, hæc reuocat; pellit ille Episcopos, pulsos ipsa petit: atque ad eò ubi crudelis & ignominiosa Alexandria viguit persecutio, Catholicis ibi Dei nutu honore habetur Episcopus, atque magno exemplo fides Catholica prædicatur, & Arianus ipse respuitur E Antistes. Sed quonam modo tantum prodigium factum sit, aggrediamur enarrare. Tecerat iam ante fundamenta fidei apud Sarracenos S. Hilarion Abbas, qui (ut testatur S. Hieronymus<sup>a</sup>) multos Sarracenorum arreptos à dæmone frequenter liberauit, cultuque Veneris addictæ gentis illius sacerdotem conuertit ad fidem: qui quidem nec ipsum Hilarionem abire passi sunt antè, quàm futuræ Ecclesiæ lineam mitteret. Qui ergo ad eò magna ab Hilarione sunt consecuti, eo defuncto, illi parem quæserunt dari sibi hominem Episcopum Orthodoxum. At quo modo res se habuerit, Ruffinum audiamus auctorem: Dum, inquit<sup>b</sup>, Lucius omni arrogantia atque seuitia ageret, Mauuia Sarracenorum gentis Regina vehementi bello Palæstini & Arabici limitis oppida atque vrbes quatere, vicinasque simul vastare prouincias cœpit. cumq; frequentibus bellis Romanum attriuisset exercitum, & plurimis peremptis reliquos vertisset in fugam: orata pacem non aliter

EX DERA PERSECUTIONE QUID IN MENTEM BASILII VENERIT.

BASILII EXHORTATIONE AD ALEXANDRINOS.

IMPERATORIS ROMANI APOSTASIA, ET SARRACENORVM REGINAE CONFESSIO.

<sup>a</sup> Hier. in vit. S. Hilarion.

<sup>b</sup> Ruffin. lib. 2. cap. 6.

A se amplexuram promittit, nisi Moyses quidam nomine, monachus, gentis suæ ordinaretur Episcopus: qui in eremo partibus suis propinqua vitam solitariam ducens, merito & virtutibus, ac signis quæ faciebat Deus per illum, magnificè innotuerat.

Petitio eius Principi indicata Romano, sine vlla dilatione iubetur impleri à ducibus nostris, qui ibi infeliciter pugnaverant. Captus Moyses ad sacerdotium suscipiendum Alexandriam ex more deducitur. Adest Lucius, cui ordinandi ferebatur officium. Quo viso, Moyses præsentibus ducibus, qui perurgebant, & populis ait: Ego quidem me non esse dignum tanto sacerdotio iudico: verum tamen si aliqua in me licet indigno diuina dispensatio putatur explenda: Deum nostrum cæli ac terræ dominum testor, quod Lucius sanctorum sanguine pollutas & cruentas super me non iniiciet manus. Cumque Lucius tam graui nota inuictam se videret in oculis plurimorum: Quare, inquit, ô Moyses, tam

B facile condemnas eum, cuius fidem ignoras? Aut si tibi aliquis de me aliter indicauit: audi fidem meam, & tibi ipse magis quam alijs crede. Tum ille: Desine, inquit, ô Luci, dolosis tuis me quoque imaginibus aggredi: Bene mihi nota est fides tua; quam protestantur ferui Dei per metalla damnati, Episcopi in exilium trusa, presbyteri & diaconi extra Christiani nominis habitacula relegati, bestijs alij, alij etiam ignibus traditi. Numquid potest verior esse fides, quæ auribus capitur, quàm quæ oculis peruidetur? Apud me certum est, quod qui Christo rectè credunt, ista non faciunt. Et ita Lucius maiore dedecore deformatus (quoniam perurgebat necessitas Reipublicæ consulendi) compulsus est acquiescere, ut ab Episcopis quos in exilium truserat, sacerdotium sumeret. Quo suscepto, & gentis ferocissimæ pacem tenuit, & fidei Catholicæ custodiuit intemerata consortia. ] hucusque Ruffinus: eadem etiam Socrates<sup>a</sup>, Sozomenus<sup>b</sup>, atque Theodoretus<sup>c</sup>. Pacis quoque fœdera stricta fuisse vinculo nuptiarum, dum huius Regiæ filia desponsata fuit Victori exercitus duci, Socrates auctor est. Meminit huius Victoris Ammianus<sup>d</sup>, fuisseque tradit Magistrum equitum, sed & Præfecturæ Orientalis magistratum gessisse.

De Moysæ autem Episcopo Sarracenorum creato, quid apud eos egerit, Theodoretus<sup>e</sup> & Sozomenus paucis tractant. Theodoretus igitur hæc habet: Postremò Moyses, ubi cum fide admirabili gratiam Episcopalem receperat, ad illos qui eum requirebant, profectus est, & partim doctrina Apostolica, partim miraculis eos ad veritatem traduxit. ] hæc ipse: eadem fermè Sozomenus<sup>f</sup>, qui & hæc admiranda addit: Fertur etiam; id temporis gentem quandam vniuersam ad religionem Christianam traductam, Zocomo eius principe & rectore tali de causa baptizato. Iste cum sobolis omninò expers esset, ad monachum fama illius adductus venit, ut cum eo colloqueretur: apud quem de sua calamitate grauius conuenire cepit: siquidem tum Sarracenis, tum omnibus alijs, credo, barbaris, liberos procreare, permagni aestimari solet. Monachus autem iubet eum bono animo esse, & precibus Deo adhibitis, eum dimittit, pollicitus pro certo, eum filium habiturum, si modò in Christum crederet. Vbi verò Deus promissa re ipsa præstiterat, & filius Zocomo natus erat: ipse Baptismi mysterio initiatus est, suosque subiectos ad idem ipsum induxit. ] sed de Sarracenis idem ait, quod haud diu ante Valentis imperium, per monachos iuxta ipsos degentes didicerant Christianam pietatem; cum postea (ut dictum est) aucto fidelium numero, Moysen sibi dari Episcopum postularunt, qui Lucij impietatem publica est detestatus confessione.

Hæc autem de Sarracenis occasione persecutionis sub Lucio factæ Alexandria & in vniuersa Ægypto sunt recensita: quam quidem sicut exortam scimus hoc anno post obitum Athanasij, nequaquam tamen hoc eodem anno cessauit, sed vsque ad vltimum fermè Valentis annum perdurauit: quod verò haud licuit distinguere quid quoto eius anno factum sit, hic in vnum cuncta quæ ex antiquioribus monumentis de his reperimus, sub hoc ipso anno iure descripsimus. Quibus addimus, horum martyrum perseuerare iugem memoriam in chartis Ecclesiasticis descriptam, publiceque recoli in Ecclesijs tertio Idus Maij<sup>g</sup>. At, quo modo alia quoque via Valens Imperator aggressus sit persequi monachos, cogendo eos adscribi militia; inferius suo tempore dicturi sumus. Quod autem ad Petrum Episcopum Alexandrinum spectat, de eius quoque Romam aduentu meminit S. Hieronymus<sup>h</sup>, quem mansisse apud Damasum constat, quamdiu eiusmodi persecutio perdurauit: ea verò quiescente, testatur Socrates<sup>i</sup>, Alexandriam rediisse munitum eiusdem Damasi litteris, quibus cum fides Catholica, tum etiam eiusdem Petri ordinatio probaretur. sed de his suo loco agendum.

MOYSES R. LUCI VS LV. NVM R. B. CIT.

<sup>a</sup> Socrat. lib. 4. c. 29.

<sup>b</sup> Sozom. lib. 6. cap. 38.

<sup>c</sup> Theodor. lib. 4. c. 2.

<sup>d</sup> Ammian. lib. 6. c. 38.

<sup>e</sup> Theodor. lib. 2. c. 22.

<sup>f</sup> Sozom. lib. 6. c. 38.

<sup>g</sup> Idem.

<sup>h</sup> Hier. epist. 16.

<sup>i</sup> Socrat. lib. 4. c. 30.

FIDELI PROPAGATIO APUD BARBAROS.

Hoc



Hoc ipso anno S. Hilarion præstantissimus monachorum, post innumera miracula A edita, clarissimus sanctitate ex hac vita migravit anno ætatis suæ (vt testatur S. Hieronymus) octogesimo: ex cuius etiam testificatione colligitur, eundem hoc ipso anno ex hac vita discessisse: siquidem ipsum tempore obitus Antonij Magni, qui contigit anno vigesimoprimo Constantij Imperatoris (hic est annus Domini trecentessimus quinquagesimus octauus) egisse annum ætatis sexagesimum quintum tradit: quibus si addas annos quindecim, vt peruenias ad octogesium quo obiit, vtique deduces annos ætatis eius vsque ad præsentem trecentessimum septuagesimum secundum. Scripsisse de laudibus Hilarionis epistolam S. Epiphanium, idem testatur Hieronymus, cuius occasione vitam eius literis commendasse tradit, cum ait: Quamquam enim S. Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus, qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem eius breui epistola scripserit, quæ vulgò legitur: tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud de B functi proprias narrare virtutes: vnde & nos fauore magis illius, quam iniuria, cœptum ab eo opus aggredientes, maledicorum voces contemnimus. ] hæc ipse.

Sed quod de Epiphanijs cum Hilarione consuetudine ex Hieronymo mentio facta est, dignum videtur, vt eiusdem Epiphanijs his primordia coniungamus, ac explodamus ea ipsius Acta, quæ compluribus conferta reperiuntur esse mendacijs: cum enim rebus ab eo gestis qui postea sequuntur anni intexti sint, haud æquum est ipsius ignorasse principia: Quod primum ad Epiphanijs aetatem spectat, vt eius natalis temporis aliqua ratio haberi possit: S. Hieronymus de eo agens in commentario de viris illustribus, ipsum ad extremam senectutem iam peruenisse tradit: optimè namque cum nouerat, cui & magno erat consuetudinis & amicitie vsu coniunctus. Porro quando hæc de Epiphanijs ipse scribebat, erat annus (vt ipse testatur) Theodosij Imperatoris decimusquartus, Christi verò C trecentessimus nonagesimus secundus: Qui igitur eo anno ad vltimam peruenierat senectutem, possumus æquè opinari hoc tempore ipsum non minore sexaginta annorum fuisse, & quidem tantæ æstimationis Episcopum, vt (quod dictum est superius) Valens Imperator persecutor eum vexare timuerit. De eius patrio solo & exercitatione monastica ab adolescentia, hæc Sozomenus habet: cum Monachos Palæstinos recenseret: Ex eorum numero fuere Hefychius Hilarionis sodalis, & Epiphanius, qui postea Salaminæ, quæ est vrbs Cypri, fuit Episcopus. At Hefychius eo ipso in loco, in quo magister eius, vitam egit monasticam: Epiphanius autem circiter Belanducem pagum in tractu Eleuthero: litano situm, vnde etiam ortus fuerat, in eodem vitæ genere colendo se collocavit: qui ab incunte ætate à monachis præstantissimis institutus, & in Ægypto longissimo tempore eadem de causa versatus in disciplina monastica, cum apud Ægyptios, tum apud Palæsti-

D nos illustrissimus habitus est. ] hucusque Sozomenus. Quidnam verò Epiphanijs periculosum, cum esset in Ægypto, contigerit, adeo vt parum abfuerit quin seduceretur à Gnosticis: ipse narrat, cum de iisdem turpissimis Gnosticis agit, his verbis: In hanc hæresim, o carissimi, etiam ipse incidi, & ex ore eorum qui hanc tractant, hæc in propria persona audiui: Mulieres autem sic deceptæ, non solum de his verba apud nos fecerunt, & talia nobis reuelarunt, sed etiam in Ægyptia illa perniciosa ac flagitiosa Archimagiri terra, eadem effreni audacia nos attrahere in iuuentute nostra, lasciuia concitæ aggressæ sunt. Verum qui tunc astitit sancto Ioseph, etiam nobis affuit, & cum qui illum liberavit, nos indigni & insufficientes inuocantes, misericordiam consecuti sumus, & perniciosas ipsarum manus effugimus: ac Deo sanctissimo hymno decantato, etiam ipsi dicere potuimus: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare. Non enim simili iustitiæ illius virtute, sed suspirijs ad Deum misericordiam consecuti, seruati sumus. Imperabant enim mihi perniciosæ illæ mulierculæ, & deridebant me, velut indicabant ipsæ sibi ipsis multo illudentes, nimirum: Non potuimus; inquietabant, seruare adolescentem, & dimissimus ipsum in manibus Principis perire. ] hæc illæ impudentes, quod ex præscripto nefarij dogmatis, perire dicerentur, qui continentem vitam agerent. & paulò post: At misericors Deus ab improbitate ipsarum nos liberavit; vt etiam post lectos à nobis ipsorum Gnosticorum libros, & verè cognitam eorum opinionem, neque abductus sim, & effugerim, ac tunc non insecutus fuerim, sed studium adhibuerim, vt etiam Episcopis illius loci eos ostenderem, & nomina in Ecclesia latentia deprehenderem, quo iisdem ciuitate exigerentur (erant autem nomina circiter octuaginta) & ciuitas à zizanij ac spinis

S. HILARIO- NIS OBITVS.

Hieron. in vita S. Hilarion.

EPIPHANIJS PRIMORDIA.

Hieron. de Script. Eccles. in Epiphanijs. Item ibid. in fin.

Sozom. lib. 6. cap. 32.

Epiphanijs ref. 26.

EPIPHANIJS TENTATIVS A GNOSTICIS.

Anis eorum purgaretur. ] hucusque Epiphanius, qui iterum inferius se ab omni eorum sorde impollutum cunctas ipsorum lustrasse faeces affirmat: ista quidem adolescens. Sed subdit Sozomenus:

Postea quoque apud Cyprios non minore gloria fuit: apud quos electus est primariæ vrbs totius insulæ Episcopus. Vnde, credo, in vniuerso propè dixerim orbe terrarum est maximam nominis celebritatem consecutus. Nam cum in multitudine hominum, & in vrbe ampla, eaque maritima sacerdotio fungeretur, ob præstantiam virtutis, qua etiam negotijs ciuilibus occupatus vsus est, breui tum ciuibus, tum peregrinis cuiusque nationis notus factus est: illis quidem, vt qui cum eorum vidissent, eiusque piæ vitæ fecissent periculum: his autem, vt qui illis idem de eo narrantibus, fidem adiunxissent. ] hæc Sozomenus. Auctor qui Epiphanijs Acta conscripsit, Ioannes nomine, qui & se eius fuisse comitem in Ægypto tradit, de eodem ait, disputasse cum Hierace hæresiarcha, ipsumque diuino miraculo mutum reddidisse testatur, eidemque poenitenti vsum linguæ restituisse. Verum scias auctorem esse mendacem, multa que, finxisse: nam quod ad Hieracem spectat, necdum natus Epiphanius erat, quando Hierax in Ægypto docebat. Accedat de his testis ipse Epiphanius, qui Hieracem mox post Manetem ordine ponit, etiam ante Meletium atque Arium: deque ipso pluribus agens, nihil penitus de miraculo vel poenitentia Hieracis habet: hoc quidem minimè prætermississet, quod in primis exigebat argumenti ratio enarrari. At alia complura his monstruosiora idem compingit auctor, quæ suis locis confutanda erunt. Ceterum claruisse ipsum miraculis, floruisseque doctrina cum vitæ admirabili sanctitate, fama eius vbique diffusa, ac reuerentia qua coerciti sunt insensissimi ipsius hostes Ariani & ipse Valens, certo esse possunt argumento. Res autem ab eo gestas, C annis singulis, adhibita ratione temporum, inferius describemus: iam verò quæ reliqua sunt anni huius acta recenseamus.

Hoc item anno, Valentinianus Imperator Treueris in Gallijs agens ad Ampelium Præfectum Prætorio aduersus Manichæos ita rescripsit:

Vbicumque Manichæorum conuentus vel turba huiusmodi reperitur, doctoribus graui censione multatis, domus & habitacula, in quibus profana institutione docetur, sicuti iurius indubitanter adsciscantur. Dat. vi. Non. Mart. Treuer. Modesto & Arintheo Coss. ] cuius quidem legis S. Ambrosius visus est meminisse, cum ait, impietatem Manichæorum Imperatoris auctoritate damnatam. Quanam autem præcessit occasio, vt Manichæos iam diu ante etiam Diocletiani lege proscriptos oportuerit iterum Christiani Principis auctoritate damnari, deq; his scribere Romam ad Præfectum Prætorio, S. Augustinus satis manifestè insinuare videtur eo commentario, quo agit de Manichæorum moribus, his verbis: Quid dicam de moribus vestris? Dixi quæ ipse comperi, cum in ea essem ciuitate, vbi ista commissa sunt. Romæ autem, me absente, quid actum sit, longum est explicare: dicam tamen breui. Eo enim res erupit, vt occulta esse non posset ablentibus: & ego quidem postea Romæ cum essem, omnia vera me audisse firmaui: quamuis tam familiaris & mihi probatus, qui præsens erat, ad me rem pertulerat, vt omnino dubitare non possem. Nam quidam vester Auditor in illa memorabili abstinentia nihilo Electis cedens, qui & liberaliter institutus esset, & vestram sectam copiosè velleret & soleret defendere, molestissimè ferebat, quòd ei vagè pessimeque habitantium passimque viuentium Electorum mores perditissimi sæpè disputanti obijciebantur. Cupiebat itaque, si fieri posset, omnes qui secundum illa præcepta vitam degere parati essent, congregare in domum suam, & suis sumptibus sustinere: erat enim & non mediocri pecuniæ contemptor, & non mediocriter pecuniosus. Querebatur autem impediri tantos conatus suos Episcoporum dissolutione, quibus adiuuantibus implere debebat.

Interea autem Episcopus quidam, Manichæorum scilicet, homo planè, vt ipse expertus sum, rusticanus atque impolitus, sed nescio quo modo ea ipsa duritia seuerior in custodiendis bonis moribus videbatur. Hunc diutissimè desideratum & aliquando præsentem arripit iste, exponit voluntatem suam: laudat ille atque consentit: placet vt in domo eius prior ipse incipiat habitare. Quod vbi factum est, eo congregati sunt Electi omnes, qui Romæ esse potuerunt. Proposita est viuendi regula de Manichæi epistola. Multis intolerabile visum est: abscesserunt, remanserunt tamen pudore non pauci. Cœpit ita viuere, vt placuerat, & vt tanta præscribat auctoritas: cum interim Auditor ille vehementer omnes ad omnia cogeret, neminem tamen ad id quod non prior ipse susciperet. Interea

EPIPHANIJS CLARVSTO TO ORBI.

Apud Metaphrast. dia. 12. Actus. Sur. tom. 3.

l. 3. de habit. ret. C. Theod.

MANICHÆI LEGES VETITI. Ambros. epist. 82.

August. de Morib. Manich. lib. 2. c. ult.

MANICHÆORVM CONVENTVS ROMAE.

CHRISTI  
372.DAMASI PAP.  
6.VALENTINIANI IMP. 9.  
VALENTIS

Interea rixæ inter Electos oriebantur creberrimæ: obijciebantur ad inuicem crimina: quæ A ille omnia gemens audiebat; dabatque operam, vt se ipsos in iurgando incautissimè proderent. Prodebant nefanda & immania. Ibi cognitum est, quales essent, qui tamen inter ceteros vim præceptorum illorum subeundum sibi putauerunt esse. Iam de ceteris quid suspicandum erat, aut quid potius iudicandum? Quid plura? Coacti aliquando murmurauerunt, sustineri illa mandata non posse. Inde in seditionem.

Agebat Auditor causam suam complexione breuissima; aut illa omnia esse seruanda; aut illum qui talia sub tali conditione præcepisset, quæ nullus posset implere, stultissimum existimandum. Vicit tamen (non enim aliter poterat) vnus sententiam effrenatissimus plurium strepitus. Postea etiam ipse cessit Episcopus, & cum magno dedecore aufugit. Huius sanè cibi præter regulam clanculo accepti & sæpè inuenti ferebantur, cum ei de proprio sacculo diligenter occultato pecunia copiosa suppeteret. Hæc si falsa esse dicitis, nimis apertis & peruulgatis rebus obsistitis.] hætenus Augustinus. Quisiam autem fuerit Auditor iste ad eò opulentus, vt omnes Manichæos in domum suam reciperet suis sumptibus alendos, idem S. Augustinus agens contra Faustum eiusdem sectæ patronum prodit his verbis: Adhuc in rebus humanis est ille Constantius, modò iam frater noster Catholicus Christianus, qui multos vestrum Romæ in domum suam congregauerat propter implenda præcepta Manichæi, satis quidem vana & inepta, sed tamen quæ magna existimatis: quibus cum vestra infirmitas cederet, dispersi estis quisque in viam suam. Vnde illi qui in eis perdurare voluerunt, à vestra ciuitate schisma fecerunt. Et quia in mactis dormiunt, Mactarij appellantur: à quorum stratis longè dissimiles fuerunt plumæ Fausti & caprinæ Iodices; qua deliciarum affluentia non solum Mactarios fastidiebat, sed etiam domum patris sui hominis pauperis Mileuitani. Auferte ergo perditam simulationem, &c.] Lege itaque Valentiniiani iisdem cum innotuissent Manichæi, vetiti sunt conuentus agere. Quòd igitur simulando, sumnam affectarent sanctitudinem, in calumniam ieiunantium Christianorum versa Romæ res est, vt (quòd ait S. Hieronymus<sup>b</sup>) quem viderent pallentem atque tristem, miserum & Manichæum vocarent. At quonam modo qui lege prohibiti sunt in vnum conuenire, clandestinos conuentus postea egerint, resque maxime abominandas perpetrarint, inferius dicturi sumus.

Hoc item anno, iisdemque Consulibus, Saba Gothus, perseuerante persecutione Athanarici, de qua plura superius, martyrium consummauit: extant eius martyrij Acta & quidem fidelia, in quibus hæc in fine de tempore necis ipsius: Martyrio coronatus est quinta die sabbathi post Pascha, hoc est, pridie Idus Aprilis, Valentiniانو & Valente Imperatoribus, Consulatum gerentibus Modesto & Arintheo. ] hæc ibi: qua pariter die adscripta reperitur ipsius memoria in Ecclesiasticis tabulis. meminit eius quoque Suidas.

Nec prætereundum quòd S. Hieronymus sub anno octauo absoluto, nono tamen inchoato Valentiniiani & Valentis Imperatorum (est hic ipse annus) in Chronico ait: Presbyter Sirmij iniquissimè occiditur, qui Octauianum ex Proconsule apud se latitantem prodere noluisse. ] hæc ipse. Persimile namque huic factum de Firmo Episcopo narrat S. Augustinus ad Cosentium ita scribens: Quanto ergo fortius, quanto excellentius diceres: Nec prodam, non mentiar. Fecit hoc quondam Episcopus Tagastensis Ecclesiæ, Firmus nomine, firmior voluntate. Nam cum ab eo quaereretur homo iussu Imperatoris per apparitores ab eo missos, quem ad se confugientem diligentia quanta poterat occultauerat: respondit quærentibus, nec mentiri se posse, nec hominè prodere: passusque multa tormenta corporis (nondum enim erant Imperatores Christiani) permansit in sententia. Deinde ad Imperatorem ductus, vsque ad eò admirabilis apparuit, vt ipsi homini, quem seruabat, indulgentiam sine vlla difficultate impetraret. Quid autem hoc fieri potest fortius & constantius? ] hæc S. Augustinus: ex quibus videas æquiores erga Episcopum fuisse Ethnicum Imperatorem, quam contra presbyterum Valentiniianum, ab omnibus crudelitatis nimie condemnatum. huius autem Firmi dies natalis in sanctorum memoriam descriptus habetur pridie Kalend. Augusti.

Hoc pariter anno de curanda Constantinopolitana bibliotheca Valens ad Clearchum eius vrbs Præfectum ita rescripsit<sup>d</sup>:

Antiquarios ad bibliotheca codices componendos, vel pro vetustate reparandos, quatuor Græcos, & tres Latinos scribendi peritos legi iubemus, &c. Dat. v i i i. Idus Martij, Modesto & Arintheo Coss.]

<sup>a</sup> I. 1. de festi-  
liber. C.  
Theod.

<sup>c</sup> Aug. ad Co-  
sens. de men-  
dac. cap. 13.

<sup>b</sup> Hier. epist.  
22.

SABAE GO-  
THI MARTY-  
RIUM.

<sup>a</sup> Aug. contra  
Faust. lib. 5.  
c. 6.  
CONSTAN-  
TIVS MANI-  
CHÆVS  
CONVERSVS  
AD FIDEM.

MANI-  
CHÆI RO-  
MÆ DEBE-  
CTI.

IESV CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI  
ANNVS ANNVS VALENTIS IMP. 10.

373.

7.

Valentinianus & Valens Augusti, quarto inito Consulatu, dedere nomen in Fastis anno Christi trecentesimo septuagesimo tertio, quo Romæ celebratum est à Damaso Papa Concilium aduersus Apollinarem hæresiarcham, in quo & aliæ grassantes in Oriente hæreses damnatæ sunt. Quod autè ad tempus spectat: cum exciderint planè Synodi Acta, ex quibus id accipere licuisset, aliunde ratio consignati temporis petenda est: ad quam insinuandam, illud in primis meminisse oportet, ex tertia legatione Basilij ad Damasum missa anno superiori, inter alia (vt vidimus) significatum esse de hæresi Apollinaris damnanda, quæ hætenus nulla cohibita lege Ecclesiastica, liberè ab auctore Antiochiæ doceretur: immodò quòd auctor vir pius atque eruditus existimaretur, ac proinde qualis re vera esset, ignoraretur; non Basilium tantum & Gregorium Nazianzenum, sed etiam Damasum atque Hieronymum (vt dictum est) ad præsens vsque tempus cum homine litterarum consuetudine saltem communicasse certum est. hæresi autem eius curiosius explorata, quam primùm Orthodoxi Orientales sese ab eius communicatione diuisere, de quæ ipso S. Basilij ad Damasum scripsit anno superiori: qui acceptis ea de re à sancto Basilio litteris, aduersus Apollinaris hæresim Romæ Concilium conuocauit. res enim haud longiori mora retardanda erat, ne patientia Damasi, cum eo communicantis mutæ cum Apollinari societatis suspicionem afferret. Rursum verò quòd eadem Apollinaris hæresis Romæ damnata esse dicatur à Damaso atque Petro Episcopo Alexandrino Romæ tunc existente: cum eiusdem Petri Romam aduentum ex persecutione Arianorum concitata post ingressum Lucij Alexandriam, contigisse oporteat prope finem anni superioris: iure in præsentem annum idem Romanum Concilium referri debet, de quo Sozomenus: Hanc quidem Apollinaris hæresim apud multos serpere, Damasus Episcopus Romanus, & Petrus Episcopus Alexandrinus certiores facti, primi omnium, Concilio Romæ conuocato, eandem alienam esse ab Ecclesia Catholica pronunciarunt. ] hæc ipse, atque hætenus quo ad tempus.

Quòd autem eius Synodi Acta penitus excidisse videantur: ex fragmentis hinc inde petitis, quantum fas est, restituamus in integrum. Ac primùm illud non ignorandum, Vitalem Antiochiæ agentem patronum hæresis Apollinaris, ea de causa in crimen vocatum, ad dicendam causam apud Damasum Romam se contulisse, edidisseque Catholicæ fidei formulam, seque iniuste hæresis accusatum exclamasse. Cum igitur fidei libello edito, vt Catholicus probatus esset, ab eodem Romano Pontifice sic acceptus est, vt eius causam Paulino Antiocheno Episcopo cognoscendam delegauerit, libellumque ad eundem Paulinum dederit, cui Vitalis subscripsit: quod postquam à Vitale factum est, in communionem Catholicam fuit acceptus. Sic igitur Vitalis, Damasi communionis virtute, ab aliis quoque Orthodoxis in communionem admissus est, & inter eos à Gregorio Nazianzeno: qui postea eius rei causa insimulatus, ad Cleodonium scribens<sup>b</sup>, sic se apud eum excusat: Ne autem nos, inquit, hoc nomine accusent, quòd Vitalis, viri nobis charissimi fidem, quam, ita postulante Damaso Papa Romæ Episcopo, litteris consignatam edidit, prius quidem probauerimus, nunc verò repudiamus: de hac quoque re pauca differemus, &c.] post multa verò: Quoniam igitur eadem voces, si rectè intelligantur, cum pietate coniunctæ sunt; si perperam exponantur, impietate non carent: quid mirum, si Vitalis quoque verba nos quidem, ita suadente voluntate, in pium sensum accepimus, alij verò ad eorum quæ scripta sunt mentem exasperantur & inflammantur? &c.]

Quenam igitur fuerit Vitalis Romæ edita fidei confessio, vt ita à Damaso minimè reuiceretur: ex iis quæ ibidem Gregorius Nazianzenus habet, satis apparet. Quòd enim Vitalis atque Apollinaris eius magister hæresis accusarentur, quòd affirmarent Christum fuisse mentis expertem, carneque tantum absque mente suscepisse humanam: cum ipse Vitalis disertis verbis sua fidei professione confessus esset in Christo sicut carnem, ita & mentem: quisnam in tam aperta confessione credi poterat laqueus occultari? Sed latentem dolum aperit idem ipse Gregorius, cum ait: Pias quidem dictiones consentitur, suprà.

Annal. Eccl. Tom. 4.

G g verum

CONCILIUM  
ROMANUM  
ADVERSUS  
APOLLINARI-  
REM.Sozom. lib.  
6. cap. 25.Greg. Naz.  
ad Cleod.  
aduers. Apol.  
epist. 2.Greg. Na-  
zianz. ubi  
suprà.

verum circa mentem dolum struunt, non quidem animæ, nec rationis, aut mentis expertem, nec imperfectum hominem confitentes, ceterum animæ ac rationis ac mentis loco diuinitatem inducunt.] & infra: Christum mentem habere, præuè & perquam stolidè interpretantur; nimirum per Christi mentem diuinitatem significari contendentes, non autem hunc locum more nostro exponentes, &c.] At quid faciendum fuisset, quæritur, si verba pia atque Catholica falsa interpretatione Vitalis callidè corrupisset, falsoque iurasset?

<sup>a</sup> Elias Cret. apud Greg. Naz. epist. 2. ad Cleod.

Audiamus ab Elia Cretensi totam hanc de Vitali Romæ causam actam, cum eam his verbis enarrat: Hic igitur Vitalis cum apud beatissimum Damasum (erat autem hic veteris Romæ Episcopus) tanquam Apollinaris sectator accusatus fuisset: postente sanctissimo illo Episcopo, vt fidem suam exponeret, eam scriptis mandatam edidit. Et quia prima fronte recta & sana esse visa est: idcirco & Damasus, & item diuinus hic magister, nempe *Gregorius Theologus*, eam admiserunt, quod abditam & occultam fraudem nullo modo deprehendissent, nec versutam malignitatem sub verbis latentem animaduertissent. Etenim in suo de fide libello diuinæ scripturæ verba sine vlla deprauatione collocabat; nihil prorsus immutans, nec orationis seriem adulterans: at verò pietatis sensum apud eos, qui sincero erga ipsam animo erant, peruertere minimè desinebat; effringens videlicet & inuertens, atque ad hæresis suæ sententiam oborto collo trahens. Quid igitur? Statim vt dolum senserunt, fraudulentum ac versutum hominem, vt merebatur, ab Ecclesia proferunt. Quo nomine cum ab iis qui mutationis eorum causam minimè cognitam habebant, in crimen vocarentur: idcirco vir sanctus adductus est, vt & pro Damaso Romæ Episcopo, & pro se ipso causam diceret.] hæc Elias de his quæ ad historiam pertinent. Ceterum constat, nequaquam Romæ à Damaso tunc susceptum esse Vitalem, probatamque penitus eius confessionem, sed eius causam delegatam fuisse (vt diximus) Paulino Episcopo Antiocheno; quod sanè Damasi indicant litteræ postea ad Paulinum ipsum datæ: extant ipsæ, quibus eiusmodi affixus est titulus<sup>b</sup>:

<sup>b</sup> Tom. 1. Concil. edis. nona.

Ad Paulinum Antiochenum Episcopum de fide & libelli formula, cuiusmodi qui ab hæresi reuertuntur, debeant profiteri.

Dilectissimo fratri Paulino Damasus.

EPISTOLA DAMASI AD PAVLINUM DE RECIPENDO VITALI.

Per filium meum Vitalem ad te rescripta direxeram, tuæ voluntati & tuo iudicio omnia derelinquens; & per Petronium presbyterum breuiter indicaui me in articulo iam professionis eius aliqua ex parte commoratum. Vnde ne aut tibi scrupulus resideret, & volentes forsitan Ecclesiæ copulari tua cautio probanda differret: fidem nostram misimus, non tam tibi qui eius fidei communionem sociaris, quam his, qui in ea subscribentes, tibi, id est, nobis per te voluerint sociari, dilectissime frater. Quapropter si supradictus filius meus Vitalis, & qui cum eo sunt, tibi voluerint aggregari: primum debent in ea expositione fidei subscribere, quæ apud Nicæam pia Patrum voluntate firmata est. Deinde quoniam nemo potest futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæresis eradicanda est, quæ postea in Oriente dicitur pullulasse. Id est, consistendus ipsa Sapientia, Sermo, Filius Dei humanum suscepisse corpus, animam, sensum, id est integrum Adam, & (vt expressius dicam) totum veterem nostrum sine peccato, hominem. Sicut enim confitentes eum humanum corpus suscepisse, non statim ei & humanas vitiorum adiungimus passiones; ita & dicentes eum suscepisse & hominis animam & sensum, non statim dicimus & cogitationum eum humanarum subiactum peccato. Si quis autem dixerit, Verbum pro humano sensu in Domini carne versatum: hunc Catholica Ecclesia anathematizat, necnon eos qui duos Saluatores Filios confitentur, id est, alium ante incarnationem, & alium post assumptionem carnis ex Virgine, & non eundem Dei Filium & ante & postea confitentur. Quicumque huic epistolæ subscribere voluerit, ita tamen vt in Ecclesiasticos canones, quos optime nosti, & in Nicænam fidem antè subscripserit: hunc habebis absque aliqua ambiguitate suscipere. Non quod hæc ipsa quæ nos scribimus, non potueris conuertentium susceptioni proponere; sed quod tibi consensus noster liberum in suscipiendo tribuat exemplum.] hæcenus epistola Damasi ad Paulinum.

VITALIS DOLOSE HONESTIS VERBIS HÆRESIM OCCULTAT.

At quid ipse Vitalis? Audisti ex Gregorio Theologo & Elia Cretensi. Subscripsit, probauitque oblatam à Damaso Catholicæ fidei confessionem, in communionemque susceptus est. At quo modo Catholicus non inuentus? eo quod pura sinceræque eius verba

A verba in prauum illum, qui dictus est, sensum conuertit. Detectus autem, Apostolici iudicij censuram, quam merebatur, excepit. Nam hæc omnia in præsens, de quo agitur, Concilium Romanum allata cum fuissent, detecta eius impietate, fuit ipsa hæresis omnium damnata calculo, atque auctores hæresis, eiusdemque sectatores ab Ecclesia poena excommunicationis eieci. De eiusmodi autem Damasi habito Romæ iudicio ita meminit idem Gregorius Nazianzenus<sup>a</sup>, vbi ait: Quod etiam in causa fuisse reor, cur ipse quoque Damasus, cum postea rectius edoctus fuisset, simulque in pristinis ipsos expositionibus perstare audisset, eos ab Ecclesiæ cœtu abdicarit, fideique libellum (oblatum scilicet antiè Romæ) cum anathematismo deleuerit; tum etiam quod fraudem eam, in quam per simplicitatem inciderat, permolestè ferret.] hæc Gregorius, haud concisus (vt apparet) rem ipsam integram fuisse à Damaso Paulino Antiocheno Episcopo delegatam.

<sup>a</sup> Greg. Naz. epist. 2. ad Eccles.

Qui igitur damnauit Vitalem, Apollinari eius auctori & primario hæresis inuentori Damasus nequaquam pepercit, sed & in hoc Concilio Timotheum alium eius discipulum pariter condemnauit. testatur id quidem ex eiusdem Damasi litteris Theodoretus, cum ait<sup>b</sup>: Damasus item vir omni genere laudis florentissimus, simul vt hanc sectam exortam accepit, non Apollinarem solum, verum etiam Timotheum eius discipulum abdicauit: Quam rem Episcopis etiam Orientales Ecclesias gubernantibus significauit per litteras, quas in historiam illigare, non incommodum existimaui.] sic enim se habent:

<sup>b</sup> Theod. lib. 5. cap. 10. DE DAMINATIONE APOLLINARIS ATQUE TIMOTHEI.

Quod vestra charitas debitam sedi Apostolicæ reuerentiam tribuit, filij honoratissimi, vobis ipsis quoque maximo sanè honori est. Nam tamen sancta Ecclesia, in qua S. Apostolus sedens nos docuit; quo pacto illius gubernacula, quæ suscepimus, tractanda sint, nobis primæ partes deferuntur: tamen confitemur, nos illo dignitatis gradu longè inferiores esse. Verum ob hanc causam omnibus modis laboramus, vt ad gloriam beatitudinis eius, si qua ratione possimus, tandem aliquando perueniamus. Sciatis velim, fratres, nos Timotheum illum profanum Apollinaris hæretici discipulum cum impio suo dogmate iam pridem abdicasse: & ob eam causam credimus reliquias eius nihil in posterum momenti habituras. Quod si antiquus ille serpens semel atque iterum ictus ad suam ipsius poenam augendam reuixerit, & extra Ecclesiam eiectus nonnullos etiamnum fideles suis mortiferis venenis, quibus eos tentare aggreditur, ad exitum trahere non cessat: vos hanc eius astutiam velut pestem quamdam declinate, & recordamini sedulè tum fidei ab Apostolis traditæ, tum huius vel maxime quæ est à sanctis Patribus in Concilio Nicæno scriptis prodita: inque eam gradum firmè desigentes, immobiles perstite: & ne posthac suffinate, vt vel clerici vestri, vel laici inanes sermones quæstionésve obscuras audiant.

Iam enim semel formulam edidimus, vt qui se Christianum profiteatur, illud teneat quod ab Apostolis traditum est. quippe diuinus Paulus sic loquitur<sup>c</sup>: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Nam Christus filius Dei Dominus noster generi humano per passionem suam plenissimam salutem reddidit, vt totum hominem peccatis implicatum ab omni peccato liberaret. Hunc si quis aut imperfectam humanitatem, aut imperfectam diuinitatem habuisse dixerit; spiritu diaboli completus, se filium gehennæ ostendit. Itaque quid est cur abdicacionem Timothei à me rursus requiratis, qui etiam hic iudicio sedis Apostolicæ, Petro quoque Alexandria Episcopo præfente; abdicatus est vnà cum magistro suo Apollinare, qui item in die iudicij debitas penas & supplicia perfoluet? Quod si ille, qui veram spem in Christum vnà eum fidei confessione mutarit, velut spem quamdam salutis retinens, alios quosdam, qui sunt leuiore, ad suam perducatur sententiam: sciant illi, se propterea cum eo similiter perituros, quod animum aliquando induxerint Ecclesiæ canoni repugnare. Deus autem vos, filij honoratissimi, seruet incolumes.] hæcenus Damasi epistola ad Orientales.

<sup>c</sup> Galat. 1.

Scripti sunt autem ab eadem Synodo anathematismi non aduersus tantum hæresim Apollinaris, sed etiam contra alias ingruentes hæreses Arii, Sabellij, Macedonij, Eunomij, & Photini: recitat eosdem Theodoretus<sup>d</sup> ex epistola ad Paulinum Thessalonicensem, immò puto legendum, Antiochensem, ad quem tunc sedentem Antiochia Episcopum superius citata extat epistola. sic verò illi se habent:

<sup>d</sup> Theod. lib. 5. cap. 11.

Quoniam post Concilium Nicænum eiusmodi error emerit, vt quidam profano ore  
Annal. Eccl. Tom. 4. Gg 2 dicere

ANATHEMATISMI  
ADVERSUS  
HÆRESYS  
HORVM  
TEMPO-  
RVM.

dicere audeant, Spiritum sanctum per Filium factum esse: Anathema denunciamus omnibus qui non liberè prædicant Spiritum sanctum vnius & eiusdem tum essentia, tum potestatis cum Patre & Filio.

Pari ratione anathema indicimus Sabelliani erroris fautoribus, qui dicunt Patrem & Filium eundem esse.

Anathemate item damnamus Arium, & Eunomium, qui pari impietate, licet verbis discrepent, tum Filium, cum Spiritum sanctum creaturam esse asserunt.

Sint porro Macedoniani multati anathemate, qui ex radice Ariana exorti, non impietatem, sed nomen solum commutarunt.

Photino quoque sit pœna anathematis irrogata, qui hæresin Ebionis renouans, Dominum nostrum Iesum Christum ex Maria solum editum asseuerat.

Illi præterea anathemati addicantur, qui duos Filios esse affirmant, vnum ante sæcula, & alium post carnem ex Maria sumptam.

Anathema etiam illis adiudicauimus, qui asserunt, quod in carne humana Verbum Dei, loco animæ rationis participis habitauit. Nam idem ipsum Dei Verbum non animæ rationis & mentis corporis locum in corpore, quod sibi sumpsit, obtinuit, sed nostram animam, hoc est, ratione & mente præditam, expertem tamen peccati accepit, seruauitque.

Denique sit illis inflictum anathema, qui dicunt Verbum Dei productione & contractione à Patre scerni, ipsumque essentia expertem esse, aut morte interiturum, sceleratè impieque prædicant. ] quæ autem sequuntur vsque ad sequentem anathematissimum habet amplius Theodoretus, videlicet: Eos autem qui ab Ecclesiis, in quibus vixerunt, ad alias se transfulerint, vsque eò sint à nostra communione alieni, quod ad ipsas vrbes redierint, in quibus erant primùm ad aliquem honoris Ecclesiastici gradum elati. Quod si quis in alterius locum, qui sedem mutauit, cooptatus sit; tantisper à sacerdotali dignitate vacet ille qui ciuitatem propriam deseruerit, dum qui ei successerat, obdormierit in Domino.

Si quis non dixerit, Patrem semper esse, semper esse Filium, & semper Spiritum sanctum; anathema esto.

Si quis negauerit Filium genitum à Patre, hoc est, ex diuina eius essentia; anathema esto.

Si quis negauerit Filium Dei perinde verum Deum, vt Pater verus Deus, & omnia posse, omnia scire, Patrique æqualem esse; anathema esto.

Si quis dixerit, Filium Dei, cum in carne viueret, inque terris degeret ætatem, non in cælis etiam cum Patre fuisse; anathema esto.

Si quis dixerit, Filium Dei, cum passus sit in cruce, non in carne solum & anima rationis particeps, quam accepit in forma serui, vt sacris litteris proditum est, sed in sua etiam diuinitate dolorem sustinuisse; anathema esto.

Si quis negauerit Verbum Dei passum in carne, crucifixum in carne, mortem gustasse in carne, & primogenitum ex mortuis fuisse, quatenus vita est, & Deus auctor vitæ; anathema esto.

Si quis negauerit eum in carne, quam assumpsit, sedere ad dexteram Patris, in qua etiam venturus est ad iudicium de viuis & mortuis exercendum; anathema esto.

Si quis negauerit Spiritum sanctum verè & propriè ex Patre esse, perinde atque Filium ex diuina essentia, & Deum Dei verbum; anathema esto.

Si quis dixerit Spiritum sanctum non perinde omnia posse, omnia scire, & vbique terrarum adesse, vt Patrem & Filium; anathema esto.

Si quis dixerit Spiritum sanctum creaturam esse, aut per Filium factum esse; anathema esto.

Si quis negauerit Patrem omnia per Filium incarnatum & Spiritum sanctum condidisse, hoc est, visibilia & inuisibilia; anathema esto.

Si quis negauerit vnam Patris, & Filij, & Spiritus sancti diuinitatem, auctoritatem, potestatem, gloriam vnam, dominatum vnum, vnum regnum, voluntatem, & veritatem; anathema esto.

Si quis negauerit tres veras personas esse Patris, Filij, & Spiritus sancti, semper viuere, omnia continere visibilia & inuisibilia, omnia posse, omnia iudicare, omnibus vitam tribuere, omnia fabricari, omnia conseruare; anathema esto.

Si quis

A Si quis negauerit Spiritum sanctum ab omni creatura perinde adorandum, vt Patrem & Filium; anathema esto.

Si quis de Patre & Filio rectè sentiat, de Spiritu sancto autem non item; hæreticus est, quandoquidem omnes hæretici, qui de Filio Dei & de Spiritu sancto prauè sentiunt, in Iudæorum & Gentilium infidelitate versati deprehenduntur.

Si quis Deitatem diuiserit; dixeritque Patrem Deum, Filium Deum, & Spiritum sanctum Deum separatim; affirmaueritque etiam Deos dici, & non Deum, propter vnam diuinitatem & potentiam, quam credimus & agnoscimus Patris & Filij & Spiritus sancti, cum sit vnus Deus in tribus personis; aut rursus ita exceperit Filium & Spiritum sanctum, vt Patrem solum Deum dici, aut vnum credi Deum existimet; anathema esto. Nam nomen Deorum & Angelis & omnibus sanctis à Deo donatum est. In Patre & Filio & Spiritu sancto propter vnam æqualemque diuinitatem, non nomina Deorum, sed nomen Dei nostri offertur, & significatur, vt credamus quod in Patrem & Filium & Spiritum sanctum baptizati sumus, & non in nomine Archangelorum, aut Angelorum, sicut hæretici, Iudæi & Gentiles delirant.

Hæc igitur Christianorum salus est, vt credentes in Trinitatem, id est, in Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, & baptizati in eandem, credamus quoque vnam in ea Deitatem esse, vnam potentiam, vnam diuinitatem & essentiam denique vnam. ] hætenus Damasi Papæ in Concilio Romano fidei decretum.

Sed quod rursus ad eosdem Damasi anathematismos pertinet: non prætereundum, quod Iustinianus Imperator ait, ab eo excommunicatos fuisse omnes siue adhuc viuentes, siue defunctos, qui Nicænam sacrosanctam fidem violassent: sunt enim hæc verba ipsius in epistola, cuius titulus est, Ad Ioannem Romanum Pontificem, sed tamen scripta Vigilij Papæ tempore: eius autem est exordium: Scientes quod nihil aliud, &c. ] vbi post multa prope finem: Etiam, inquit, quod est amplius, dicemus: quia quidam ex ipsis, qui in Nicæna sancta Synodo conuenerunt, & expositæ ab ea fidei diffinitioni vel simbolo subscripserunt: quoniam postea contraria sapientes apparuerunt, alij quidem viui, alij autem post mortem anathematizati sunt à Damaso sanctæ memoriæ Papa antiquioris Romæ, & ab vniuersali Sardicensi Concilio, prout testatur S. Athanasius. ] hæc ipse. Sed desiderantur eiusmodi Damasi scripta Athanasio cognita, cuius tempore in alia aliqua Synodo id à Damaso factum oportuit ab hac diuersa: nam huic Petrus eius successor interfuit.

Quod autem ad huius anni Romani Concilij res gestas spectat: sic in eo damnati sunt Apollinaris, Vitalis, Timotheus, alijque omnes eiusdem sectæ participes; vt etiam vnà cum ipsis omnia eorumdem hæresum capita fuerint condemnata, vt illud in primis, quod ad antiquam hæresim millenariorum spectabat: quam idem Apollinaris, scribens aduersus Dionysium Alexandrinum illam destruentem, restituere conatus est. Sicque actum, vt post damnatam Romæ in Apollinare eam hæresim loquacem antea, omnino contuerit, nec fuerit posthac amplius profus audita. Erant Apollinaris hæresis alia quoque capita, eademque cum auctore damnata, quæ singula recensebimus. Planè accidit de Apollinare, vt quod magna cum laude versatus fuerit in Ecclesia, eius errores haud crediti fuerint, vel saltem excusati, vt ex Epiphanio<sup>a</sup> superiori tomo diximus. Magnæ quidem ipsum fuisse in Ecclesia æstimationis, ostendit etiam Cyrillus Alexandrinus<sup>b</sup>, cum sic eum redarguit. Quid enim, inquit, vtilitatis Apollinaris Laodicenus attulit, vnus ex primis, magnus ille agonista, qui cum pro recta fide adeò fortiter contra inimicos dimicavit sua ipsius sapientia fretus, velleque in puram & sinceram Christi fidem ex perplexis & inuis meatus quosdam introducere: an non hoc effecit, vt inter schismaticos à Catholica reputetur Ecclesia? &c. ]

Sed quid accidit? cum malè omnino audire cœpisset, resque ipsius eo statui essent, vt excusari dissimularique minimè possent: factum est, vt in eum pij omnes stylium acuerint, atque in eius scriptis accuratius peruestigatis alios complures errores inuenerint, vt in primis illum, cuius ex Gregorio Nazianzeno<sup>c</sup> superius mentio facta est, quo iungeretur cum Ario & Macedonio, dum scilicet constitueret Trinitatem ex magno, maiore, & maximo: cuius Apollinaris sententiæ Theodoretus<sup>d</sup> quoque meminit, atque damnat, dum ille diceret maximum esse Patrem, maiorem autem Filium, magnum Spiritum sanctum: ridiculum planè existimans quod cum Apollinaris Nicæne fidei assertorem sese dice-

Annal. Eccl. Tom. 4.

Gg 3 cret,

MILLENA-  
RIORVM ER-  
ROR DAMA-  
SIVS.<sup>a</sup>Epiphania  
ref. 76.  
<sup>b</sup>Cyrrill. epist.  
15 ad Acas.APOLLINARIS  
RISTARVM  
MULTIPLI-  
CES ERRO-  
RES.  
<sup>c</sup>Gregor. Na-  
zian. ad Cled.  
epist. 1.  
<sup>d</sup>Theod. heret.  
fabul. lib. 9.

ceret, ista tam absurda deliraret. Rursum verò Theologus ex libello eiusdem Apollinaris portentosas quasdam eius sententias patefecit<sup>a</sup>, nimirum effuisse blasphemiam, atque dixisse, carnem Christi de caelo allatam esse: addidisse insuper Christum in sua diuinitate passum esse. At idem Gregorius ad Cleonum<sup>b</sup> scribens, cum decem statuit anathematisimos aduersus hæreses Apollinaris, totidem cum ab ipso, tum à suis impias prolatas esse sententias, immò horrendas blasphemias, docet. Sunt autem hi qui sequuntur:

Si quis sanctam Mariam Deiparam non credit; extra diuinitatem est. ] asserbat id Apollinaris dum carnem Christi de caelo sumptam esse dicebat. vnde & subdit:

Si quis Christum per Virginem tanquam per canalem decurrisse ac defluxisse, ac non in ea diuino modo, quia absque viri opera, humano, quia procreationis lege formatum esse dixerit; in simili impietate versatur.

Si quis creatum hominem fuisse, Deumque postea subiisse, pronunciauerit; damnatio-  
ni obnoxius est.

Si quis duos filios, alterum ex Deo & Patre, alterum ex matre, non autem vnum eundemque induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione excitat, quæ rectè credentibus promissa est. ] & post nonnulla aduersus hanc blasphemiam dicta, subdit:

Si quis diuinitatem in eo velut in Propheta per gratiam operatam fuisse, ac non secundum essentiam connexam fuisse atque connecti dixerit, diuino afflatu careat, immò contrario, nempe diabolico, impletur.

Si quis Cruci affixum non adoret; anathema sit, atque in eorum, qui Deum interemerunt, numerum adscribatur.

Si quis eum ex operibus perfectionem assecutum fuisse, aut post baptismum vel resurrectionem à mortuis in Filium adoptatum fuisse dixerit, quemadmodum quos Græci deos adscriptios inducunt; anathema sit. Neque enim id quod cœpit, aut progreditur, aut perficitur, Deus est: tamen hæc de eo idcirco dicantur, quod paulatim hominibus innotuerit.

Si quis sanctam carnem nunc exutam & abiectam, diuinitatemque corpore spoliatam esse, non autem cum assumpta parte & esse & venturam esse dixerit; præsentis illius gloriæ non cernat. ] & paulò post:

Si quis carnem è caelo descendisse, & non hinc atque à nobis esse dixerit; anathema sit. ] ac demum:

Si quis in hominem mente carentem speret; amens profectò est, nec dignus qui totus salute donetur. ] quòd enim Apollinaris negans in Christo mentem, Christum semihominem colere videretur, idcirco idem Theologus eadem epistola subdit: Tu Sarcolatra, D<sup>is</sup> quidem ego Anthropolatra sum. ] hæc ex Gregorio Nazianzeno de erroribus Apollinaris, eiusque discipulorum, quos potentissimè confutat. Erant omnes horum errorum sectatores ab Apollinare dicti vno eodemque nomine Apollinariani, siue Apollinaristæ, cum tamen inter se non vnus eiusdemque essent sententiæ assertores. nam & recitatæ modò eorum prauæ sententiæ longè inter se reperiuntur esse diuersæ: accidit enim (quod Epiphanius in Panario atque in Ancorato testatur) vt ex Apollinaristis alij alia atque diuersa sentirent.

Primus autem omnium, qui Apollinaristarum errores confutavit, Magnus Athanasius fuit, vt ex Epiphanio liquet, qui ait missum fuisse ad eum ab Epicteto Corinthiorum Episcopo exemplar commentarij errorum ipsorum: aduersus quos eruditam illam ad eundem Epictetum idem Athanasius scripsit epistolam, quam ipse etiam Epiphanius<sup>c</sup> recitat; vbi inter alia hæc quoque ex ipsorum blasphemias, quòd scilicet asserentes carnem Christi descendisse de caelis, eam Verbo coæqualem dixerint: irémque illud, quòd affirmarent Verbum sic carnem factum, vt mutatum in ipsam fuerit: quòdque Verbum ipsum passum sit, & alias purulentas asserciones, quas in vnum colligens Athanasius sic de illis ad Epictetum<sup>d</sup>: Qualis infernus eructauit, vt coessentialia dicatur corpus genitum ex Maria Verbi Deitati? Aut quòd Verbum in carnem & ossa ac pilos & totum corpus transmutatum est, & à propria natura immutatum? Quis verò omnino audiuit à Christianis, quòd adoptione & non natura corpus gestauit Filius? Aut quis ad eum impius fuit, qui dixerit simul & senserit, quòd Deitas ipse, quæ est coessentialis Patri, ipsa circumcisa est, & imperfecta ex perfecta facta: & quòd clavis affixum erat, non erat corpus, sed ipsa opifex naturæ essentia? Quis verò audiens, quòd non ex Maria, sed ex sua essen-

<sup>a</sup> Gregor. Nazian. ad Cleon.

<sup>b</sup> Gregor. Nazian. epist. 1. ad Cleon.

ANATHEMATISIMIS GREG. NAZ. ADVERSUS HÆRESSES APOLLINARIAS.

ATHANASIVS IMP. GNAVITAPOLLINARIAS. Epiph. h. 77.

<sup>d</sup> Athan. ad Epist. Epiphanius ubi sup. h. 77.

tia transmutauit sibi ipsi Verbum desideratum corpus, dixerit Christianum esse eum qui hæc dicit? Quis autè nefariam hanc excogitauit impietatem, vt vel in mentem venerit, vt diceret: Qui dicit ex Maria esse Dominicum corpus, nõ amplius Trinitatem, sed Quaternitatem in Deitate docet? Quare propter hoc hi qui sic sentiunt, carnem quam induit Saluator ex Maria, essentia ipsius Trinitatis dicunt. Vnde verò rursus eructarunt aliqui æqualem prædictis impietatem, vt dicant non esse recentius corpus Deitate ipsius Verbi, sed conspempiternum ipsum per omnia genitum esse? ] ac postea.

Qui igitur ad eò audaces fuerunt, vt dixerint, Christum carne passum & crucifixum, non esse Dominum ac Saluatorem, & Deum, & Filium Patris? Aut quo modo Christiani volunt nominari hi, qui dicunt, in sanctum hominem, velut in vnum ex Prophetis venisse Verbum, & non ipsum hominem factum esse, accepto ex Maria corpore, sed alium Christum esse, & alium Dei Filium, qui ante Mariam & ante sæcula Filius est Patris? Aut quo modo Christiani esse possunt, qui dicunt, alium Deum esse, & aliud esse Dei Verbum? Hæc erant in commentariis indifferenter quidem dicta, vnam verò eandemque habentia sententiam respicientem ad impietatem. ] Itæc ad eò infana cum deplorat Athanasius, æquè dissoluit atque reiicit illa ad Epictetum scripta epistola, vt apud Epiphanium translata leguntur, alia verò versione apud ipsum Athanasium habentur: sed illud primò in Apollinare ipsium Athanasius intorsit spiculum ea oratione, qua omnes hæreses infestatur: etenim eo tempore ille tantum Apollinaris error innotuerat, quò diceret, corpus solum à Verbo assumptum ex Virgine, non integrum cum anima hominem. At non his tantum scriptis, sed egregio edito Commentario de Incarnatione Christi, hos omnes refellit errores; meminitque vnus ex his, Rhetorij nomine, qui diceret illud nefas, Christi carnem necesse esse fateri increatam, vt adorationem consequi posset, cum nihil creatum adorationè diuina sit dignum: hæc, inquam, omnia cum validissimè confutat, ostendit pariter magnam his cum Manichæis intercessisse coniunctionem, vtpote qui sicut illi dicerent peccatum ex natura esse. Rursum verò aduersus Apollinarem idem Athanasius, quo in omnibus relinqueret posteris testatam fidem Catholicam, eruditum illum Commentarium scripsit, De salutari aduentu Christi.

Quòd rursus spectat ad praua Apollinaris dogmata: fuisse de origine animarum eius communem cum Tertulliano sententiam, S. Hieronymus<sup>b</sup> testatur, eas nimirum ex tra-  
duce generari, atque instar corporum ex corporibus, ex animabus animas pariter propagari. De eodem quoque hæresiarcha Theodoretus<sup>c</sup> hæc habet: Hic ergo rursus in nonnullis scriptis hypostaseon, seu personarum proprietates confundebat, & idem faciebat in Trinitate: vnde etiam insimulatus est, quòd esset Sabellianus. ] Displicuit Magno Basilio<sup>d</sup> illud etiam in Apollinare, quòd Genesim interpretatus, totum se conuertit, s præta littera, ad allegoricum sensum. Sed & fastus & arrogantia fugillatus est Apollinaris, cum pro antiquis Ecclesiasticis canticis ex diuina Scriptura acceptis, nouos in Ecclesiam à se editos psalmos & diuersa genera canticorum introduxerit, atque multiplicitate librorum sibi gloriam studuerit comparare. Vnde Gregorius Nazianzenus hæc ad Cleonum<sup>e</sup> Quòd si proluxi libri, & noua psalteria Dauidique ex aduerso resonantia, & versus lepos pro tertio quodam testamento habentur: nos quoque psalmos elaborabimus, & multa conscribemus ac modulabimur: quandoquidem ipsi quoque spiritum Dei habere videmur, si tamen spiritus gratiæ hoc est, & non potius humana nouatio. Hæc te apud plebem protestari volumus, ne hominum sermonibus, veluti huiusmodi malum dissimulantes obruamur, ac pestiferum dogma propter inertiam nostram & socordiam latius grassari atque inualefcere videatur. ] hæc Gregorius, quòd scilicet Apollinaristæ calumniosè gloriarentur, ipsum Apollinarem eadem cum Catholicis sentire. Immo eo procacitæ perueniunt, vt cum damnati Romæ à Damaso Papa essent; mentirentur tamen, atque dicerent, se ab eo fuisse receptos: vt idem Gregorius eadem ad Cleonum epistola testatur, sed de se in primis his verbis<sup>f</sup>: Sed quòd nos in eadem opinione ac sententia esse mentiumur, hamum suum hac esca circumtegentes, atque hoc furore & prætextu cupiditatem suam nefarie explentes; simplicitatemque nostram, qua fiebat vt non alienorum lûco eos haberemus, sed fraternâ beneuolentia complecteremur, in sceleris occasionem arripientes. ] atque addit:

Illud etiam indignitatis accedit, quòd ab Occidentali Synodo sese, vt audio, susceptos esse affirmant; à qua eos prius condemnatos esse, nemini est obscurum. Quòd si vel nunc

<sup>a</sup> Athanas. orat. aduersus omnes hæreses.

<sup>b</sup> Hier. epist. 82. ad Oceanum.

<sup>c</sup> Theod. h. 4. Iub. lib. 4.

<sup>d</sup> ALII APOLLINARIAS. ERRORS.

<sup>e</sup> Basil. ad Theod. h. 3.

<sup>f</sup> Gregor. Nazian. ad Cleon. epist. 1.

<sup>g</sup> Gregor. Nazian. ad Cleon. epist. 1.

APOLLINARISTARUM MENTIVN. TVR SERE. C. EP. TOS A DAMASO PAPA.

vel ante suscepti sunt qui cum Apollinare sentiunt : hoc ostendant , & nos acquiescimus . A Perspicuum enim erit , eos recte doctrinae assentiri ( nec enim aliter se res habere potest ) si hoc consecuti sunt . Id autem omnino liquebit , si vel Synodalem codicem , vel epistolas , quibus ad communionem admitti iuebantur , protulerint : nam hic Synodorum mos est . ] haec Theologus .

In his vero illud in primis observa , quod dum ait in Occidentali Synodo Apollinaristas ( quod notum dicit omnibus ) iam fuisse damnatos : de nulla alia Synodo Occidentali potuit intellexisse , nisi de qua nunc agimus , ubi a Damaso ( quod testatur idem ipse Gregorius in posteriori epistola ad Cleodimum ) iidem Apollinaristae damnati sunt : nullum enim aliud vel somnari potest in Occidente hoc tempore contra Apollinaristas Concilium congregatum , nisi Romanum . Sed & habes hic , lector , quod magnopere admireris , Gregorij scilicet erga auctoritatem Romani Pontificis incomparabilem observantiam , & dum illud putaret a se tuto recipiendum fore , quod constaret ab illo esse decretum : & licet videri posset , ipsum posterioribus delevisse priora , nullum tamen crimen in eo putavit considerandum esse praevagationis ; extraque legem positum , qua Apostolus ait : Si quae aedificavi , haec destruo , nonne praevagationem me constituo ? ] Ecce tibi Theologus , Theologorumque vertex , quantumlibet sciret Apollinaristas complurium accusatos errorum , quos eadem ipse impugnat epistola , quosque omnibus compertum esse dicit in Occidentali Concilio fuisse damnatos : tamen si verum esset , quod illi mendaciter asserbant , ab eadem Synodo iterum congregata esse receptos ; se acquieturum , neque illis aduersaturum amplius pollicetur : sic namque contestatus est verbis illis hic iterum repetendis : Ab Occidentali Synodo sese , vt audio , susceptos esse affirmant ; a qua prius condemnatos esse , nemini est obscurum . Quod si vel nunc vel ante suscepti sunt qui cum Apollinare sentiunt : hoc ostendant , & nos acquiescimus . ] sed cur istud ? mox subdit : Perspicuum enim erit , eos recte doctrinae assentiri ( nec enim aliter se habere res potest ) si hoc consecuti sunt . ] vt plane appareat ex arbitrio pependisse Rom. Pontificis , fidei decreta sancire & sancita mutare , atque decernere quibuscum a reliqua Ecclesia communicandum esset . His igitur recensitis occasione Synodi hoc anno Romae habitae , iam describamus quae de codice Athanasij Romae tunc sub Damaso ab Apollinaristis deprauato Ruffinus narrat his verbis b :

Galat. 2.

Ruffinus de adulterat. lib. Orig. apud Hieronymum ATHANASI CODICEM APOLLINARISTARUM COR. RV. MIT.

Damasus Episcopus , cum de recipiendis Apollinarianis deliberatio haberetur , editionem Ecclesiasticae fidei ( cui item editioni , si Ecclesiae iungi velint , subscribere deberent ) conscribendam mandavit cuidam amico suo presbytero viro disertissimo , qui hoc illi ex more negotium procurabat . Necessarium visum est dictanti , in ipsa editione de incarnatione Domini , Hominem Dominicum dici . Offensi sunt in hoc sermone Apollinaristae : nouitatem sermonis inculcare coeperunt . Adesse sibi coepit qui dictauerat , & ex auctoritate vera scriptorum Catholicorum virorum confutare eos qui impugnabant . Accidit , vt vnus ex ipsis , qui nouitatem sermonis causabantur , ostenderet in libello Athanasij Episcopi scriptum esse sermonem , de quo quaestio habebatur . Quasi suastus iam ille , cui probatum fuerat , rogauit sibi dari codicem , quo & alii ignorantibus & contradicentibus satisfaceret . Accepto codice , inauditum excogitauit adulterationis genus . Locum ipsum , in quo sermo iste erat scriptus , rasit , & ipsum sermonem rursus rescripsit , quem raserat . Codex redditur , simpliciter receptus est . Mouetur iterum pro eodem sermone quaestio . Ad probationem codex profertur . Inuenitur sermo , de quo erat quaestio , ex litura in codice positus . Fides proferenti talem codicem derogatur , eo quod litura illa corruptionis ac falsitatis videretur indicium . Sed quoniam ( vt iterum eadem dicam ) viuenti haec facta sunt a viuente : continuè egit omnia , vt fraus commissi sceleris nudaretur , & nequitiae macula non innocenti viro , qui nihil tale gesserat , adhereret , sed in auctorem facti atque in vberiore eius infamiam redundaret . ] haec tamen Ruffinus .

Ruffinus HISTORIA A S. HIERONYMO IMPUGNATA. Hieron. Apolog. aduersus Rufinum. lib. 2.

Quae quidem de se dicta , vt pote familiare Damasi , & qui illi esset ab epistolis Synodicalis , existimans S. Hieronymus c , totam historiam fabellae loco ducit : ad illam namque Synodum ipse ea visus est retulisse , quae sub eodem Damaso , imperante Theodosio , collecta est , quando Orientalibus quoque Episcopis conuocatis , Paulinus Antiochenus ad eam se contulit cum Epiphano , quibus ipse Hieronymus comes adhaesit . Ceterum quod longe ante , nempe hoc anno ( vt vidimus ) cum Petrus Alexandrinus Episcopus profusus

Agus Romae esset ; aliam sub eodem Damaso contigit itidem Romae peragi Synodum , in qua primum actum de Apollinare & Apollinaristis haereticis ; cum & a Damaso diximus scriptum esse libellum , cui subscriberent , qui ab haeresi Apollinaris ad Ecclesiam redire vellent : non nihil animi pendeo , immo magis adducor , vt credam de aliquo alio presbytero Damaso inhaerenti Ruffinum intellexisse , quam de Hieronymo : cum dubium non sit , multis annis antequam Hieronymus eo ministerio illi vsui esset , alios ad eandem functionem Damasum habuisse ministros . Quod si in hac Synodo , de qua est sermo , ea a Ruffino narrata contigisse dixerimus : de alio potius quam de S. Hieronymo ipsum intellexisse oportuit : siquidem certum firmumque est , ipsum Hieronymum his temporibus in eremo Syriae degisse : nec venisse Romam , nisi sub Theodosio Imperatore , vt suo loco aperte constabit . Ceterum si consenserimus , Ruffinum de S. Hieronymo intellexisse : tunc affirmare necesse est , eandem de Apollinaristis altercationes rescriptas esse in alio Concilio Romano Theodosij tempore a Damaso celebrato , cui idem Hieronymus praesens fuit .

Sed haec omnia fuisse Ruffini figmenta , illud me magnopere persuadet : Nam quid est quod ait , complexionem illam , Dominicum hominem , a Damaso positam ad simulationem haeresis Apollinaris , ab Athanasio ( vt tradit ) acceptam , ab ipsis Apollinaristis quasi nouam esse reiectam ; adeo vt eius obliterandae causa , eo modo codicem deprauarint : cum econtra constet ex Gregorio Nazianzeno , eas fuisse peculiare Apollinaristarum voces ? ait enim ad Cleodimum a scribens aduersus eosdem Apollinaristas : Ne imposturam faciant homines , vicissimque ipsi fallantur , Hominem Dominicum ( vt ipsi loquuntur ) vel potius Dominicum nostrum , & Deum mentis expertem esse asserentes : non enim hominem a diuinitate separamus , sed vnum eundemque profitemur . &c . ] & Elias Cretenis ibidem locum Gregorij explicans , fuisse has voces ab Apollinaristis vsurpatas , ostendit .

CHRISTVM APPELLATVM ESSB DOMINICVM HOMINEM AB APOLLINARISTIS. Gregor. Nazianz. epist. ad Cleodim.

In quam sententiam & Athanasius b , cum inuehitur in eosdem , haec ait : Quam igitur causationem excogitatis ? Aut qua simulatione praetextum quaritis ? Ac cur non potius expressum dicitis , eum non accepta forma serui , hominem esse factum , sed quasi hominem apparuisse : Hunc enim intellectum habet vester sermo , quo ad praetextum dicitis haec verba : Qui idem est , idem est . ideoque obtrectare verae dispensationi humanitatis assumptae per sycophantiam satagitis dicentes , Christum hominem deificatum esse : ac rursus illud , In principio erat Verbum , quod accepta forma serui homo fit genitus : aut hominem eum dicitis , qui cum Deo sit , aut hominem Deo implicatum , D aut hominem pro mundo mortuum , & qui pars aliqua mundi erat , aut hominem peccati incapacem , aut hominem Angelis dominantem , aut hominem a rebus creatis adoratum , aut hominem Dominicum c , cum Apostolus dicat : Paulus seruus Iesu Christi : aut hominem crucifixum , Dominum gloriae , aut hominem audientem : Sed a dextris meis : aut hominem venientem , vt iudicio iudicet . haec est lutulenta vestra ex imo subruta aqua , quam ebibendam hominibus offertis , &c . ] Cur autem illi sic semper Christum hominem , numquam Deum ? ita subdit paulo post : Ideo enim dicitis Deum ex Virgine natum esse , ac non Deum hominem , vt Euangelista definit , ne genituram carnis confitendo , necessitas vos cogat , vt naturalem eum esse cognoscatis , &c . ] pluribus enim agit de eiusmodi differentiis ; quibus prauum suum ipsorum dogma illi astruere contendebant . Ceterum a pijs pio sensu has voces vsurpatas esse constat , & ab ipsomet Athanasio in expositione fidei , vbi ait : Dominicus enim homo , quem ad salutem nostram exhibuit , conditus est , vt esset initium viarum , &c . ] & in sermone maiore contra Apollinarem pro fide , haec habet : Dominicus autem homo non infirmatus , neque nolens mortuus est . ] citatur hic textus in Synodo Lateranensi sub Martino Papa & martyre in Secretario quinto .

Athanas. de aduentu Christi aduersus Apollinar.

Dominum

Ceterum complexio ista , Homo Dominicus , etsi a Catholicis interdum fuisse vsurpata noscatur : tamen haud tute dici , S. Augustinus eadem aliquando vsus existimauit , qui haec in retractationibus habet : Non video , vtrum recte dicatur , Homo Dominicus , qui est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus , cum sit vtrique Dominus : Dominicus autem homo quis in eius sancta familia non potest dici ? Et hoc quidem vt dicerem , apud quosdam legi tractatores Catholicos diuinorum eloquiorum : sed vbi cumque hoc dixi , dixisse me nollem : postea quippe vidi non esse dicendum , quamuis nonnulla

DOMINICVM HOMINEM CHRISTVM HAVDRB. C. DICIT. Ang. retract. lib. 2. c. 19.

nonnulla possit ratione defendi.] hæc ipse, ex quibus etiam suspecta redditur tota illa A Ruffini narratio.

Greg. Nyss.  
serm. de  
S. Ephr.  
LIBR. A-  
POLLINARI-  
S GLV-  
TINO COM-  
PACTI.

At quoniam ludibrio eundem Apollinarem hæresiarcham sanctus Ephræm affecerit, cum ad publicam ipsum disputationem aliquando prouocasset; Gregorius Nyssenus ita describit<sup>a</sup>: Sermonem quodam, qui fama etiam potius quam scriptis ad nos deuenit, unde ipsum veritatis studiosissimum exitisse, facile intelligi poterat; Apollinarem leuem, immo dementem ac insanum nuncupabat; qui res nouas moliens, multa impia Scripturæque sacræ aduersantia duobus comprehensa libris, è suo eructans ventre admodum insulse ac temerè proloqueretur. Illos verò libros cuidam, quam in deliciis habuisse ferebatur, feminæ asseruandos commiserat. Quæ cum magno innotuissent Ephræm, eiusdem se esse opinionis confingens, feminam quæ libros custodiebat, adiit; & de se, quis sit, & quam fausta ei ex eremo afferat, patefecit: nonnullaque fortè id genus alia adiciens, tandem rogat, vt præceptoris sibi scripta publicæ vtilitatis causa exhibeat; vt nobis scilicet, quos tunc hæreticos vocabat, repugnare commodius posset. Quibus caprâ verbis femina, eumque ex illis vnum qui Apollinarij sustinerent partes reputans, libros præbuit, eos tamen sibi celeriter restitui deprecans. Ceterum magnus hic Iacob dementem supplantans Esau<sup>b</sup>, ac flagitiosa illa primogenita rapiens, prudenter oppressit: nam piscis glutino omnes illiniens chartas, ita folium folio connexuit, vt cum pars vna ab altera ob firmam coniunctionem planè seiungi nequiret, in vnam quasi tabulam singuli libri apparerent redacti: sicque eos mulieri, à qua commodato acceperat, reddidit. Quæ quidem artificij huiusmodi vt mulier ignara; cum formam eorumdem exteriorem saluam esse cerneret: quicquid intrinsecus esset diligentius inspicere neglexit.

APOLLINARI-  
S DELVS  
SVS AB  
EPHRAEM.

Dies verò haud ita multi elapsi erant, cum Orthodoxis quibusdam defertur sanctus C senex, qui Apollinarium acciuisset, & cum eo sermones contulisset. In iudicium itaque vocatus, impiis illis libris fretus, ad statutum diem venit: ac dicere quidem pro se, quod graui iam premeretur senio, renuit: postulauitque idèd sibi proferri libros, vt ex illis respondere posset atque contradicere. Cum ergo istius delatoris focij frementes in medium libros produxissent: inueteratus ille dierum malorum iniustitiæ iudex, vnum ex eis in manus sumens, aperire atque explicare nitetur: sed quod glutino vinctus non cederet, ad partem eius mediam aperiendam est aggressus, eamque ipsam eodem conglutinatam modo inuenit. Quare sua illa ex priore libro frustratus spe, ad alterum se contulit: quem quidem totum ita firmiter connexum cernens, vt prorsus explicari nequiret, tanto rubore atque pudore suffusus est, animoque vsque adèd perturbatus, vt ex eo confectu abiens, quasi mentis atque consilij inops & exanimatus in morbum lapsus sit: illamque D ignominiam notam ita ægrè & moleste tulit, vt parum admodum abfuerit, quin tum mortem obiret.] hæc tamen de his Nyssenus: eo autem morbo Apollinarium periisse, habet Metaphrastes. quod quidem si verum esset; Ephræm nequaquam ante præfens tempus, sed post ipsum Apollinarem ex hac vita discessisse dicendus foret; quod tamen falsum est, testante S. Hieronymo, Ephræm sub Valente, Apollinarem verò sub Theodosio esse defunctum: nisi quis dixerit hæc de Apollinari senioris iunioris parente esse intelligenda.

Hieronym.  
de scriptor.  
Eccles. in  
Apollin. &  
de eodem  
epist. 65.  
Hieron. A-  
pologet. ad-  
uors. Ruffin.  
Hieron. epi-  
stola 152.

Quod pertinet ad eiusdem Apollinaris scripta: testatur sanctus Hieronymus<sup>e</sup>, reliquisse illum præter innumera penè volumina, triginta libros aduersus Porphyrium, qui inter cetera eius opera maximè probarentur. Conatum insuper eum fuisse diuinorum librorum translationes omnes in vnum assuere, idem tradit sanctus Hieronymus<sup>d</sup>, qui tamen opus minimè probauit. Eiusdem quoque Apollinaris in Prophetas commentarios; necnon in Matthæum Euangelistam, idem auctor citat, quos ita se legisse affirmat<sup>e</sup>, vt habito delectu, ex stercore aurum seligeret. Patrem eum eloquentiæ prædicat Philostorgius; sed tamen quæ esset verbosa potius, quam neruosa. Multis rursus voluminibus complures hæreses oppugnasse, tradit Vincentius Lirinensis; sicque de eo accidisse ait, vt quem populi quasi arietem gregis sequebantur, eum deinceps vt lupum fugere cœperint.

Theod. hæ-  
ret. sub li. 4.  
HAERESES  
ALIAE EX  
SCRIPTIS  
APOLLINARI-  
S.

Ex scriptis autem Apollinaris Polemium quemdam, Theodoretus<sup>f</sup> testatur, illam hæresim deduxisse, qua affirmaret, Verbi atque carnis commixtionem confusionemque factam esse: à quo denominatos Polemianos hæreticos, tradit. Rursus verò discipulos quosdam eiusdem Apollinaris in Arabia hæresim aduersus Dei genitricem disseminasse, Epipha-

A Epiphanius habet: illamque horrendam iactasse blasphemiam, qua dicerent post natum Christum Iosepho viro coniunctam esse: quam scelestissimam opinionem impius Heluidius in Occidente studuit propagare; sed ne profanæ quidem & impiæ mentes tantam blasphemiam calumniam in aures admittere tolerarunt: quamobrem vtrouique prauum semen exaruit. Sed de Heluidio dicendum inferius. Ad hos confutandos hæreticos, dictos Antidicomarianitas, rogatus S. Epiphanius epistolam scripsit ad Ecclesiam quæ est in Arabia<sup>a</sup>: qui & in Panario aduersus eosdem pluribus disputauit, vbi ipsa epistola ad Arabes scripta legitur<sup>b</sup>.

Epiphanius  
hæres. 77.  
Epiphanius  
hæres. 78.

In ea etiam prouincia addit exortam tunc esse aliam hæresim, dictam Collyridianorum, qui eandem sanctissimam Virginem vt Deum colerent, placentiamque illi sacrificantes offerrent: de quibus ita Epiphanius<sup>c</sup>: Admirati, inquit, sumus, cum aliud rursum<sup>d</sup> audiuissemus, alios nimirum ita decipere, vt in tractatione de ipsa sancta semper Virgine, pro Deo hanc introducere studuerint, & adhuc studeant, & furore quodam ac amentia ducantur. Narrant enim, quòd quædam mulieres in Arabia è partibus Thracæ hanc vanitatem inuenerunt, vt in nomen semper Virginis collyridem quamdam sacrificent, & simul congregentur, & in nomen sanctæ Virginis ultra modum quid tentent aggredi nefario ac blasphemo negotio, & in nomen ipsius sacra celebrent per mulieres: quod totum impium est & nefarium, alienum à prædicatione sancti Spiritus.] & alibi<sup>d</sup> de iisdem: Quædam enim mulieres currum quemdam siue sellam quadratam ornantes, expanso super ipsam linteo in quadam illustri die anni, per aliquot dies panem proponunt, & offerunt in nomen Mariæ: omnes autem pane participant, &c.] Cum autem Epiphanius hæresim confutat, primo loco demonstrat, procul à more Catholice Ecclesiæ abhorreere, vt mulieres sacrificent: deinde pluribus docet, nequaquam Dei genitricem colendam tanquam Deum. Ceterum Catholica Ecclesia sic semper suscepit cultum sanctorum, vt tamen numquam ipsis, vel in nomine ipsorum obtulerit sacrificia, sed in eorum commemorationem dumtaxat eadem Deo offerat; quod primo Annalium romo fusiùs dictum est. Quam procul autem abhorreret Epiphanius ab Agiomachorum sententia, qua sanctorum cultus impugnatur, planè docet vbi agit de Vitis sanctorum Prophetarum; vbi sæpè confirmat morem Ecclesiæ, cum tradit fideles supplicare solitos ad Hieremiæ sepulchrum; Isaiæque intercessione multa petentibus beneficia impertiri, eademque præstari in sepulchris Ezechielis & aliorum.

Epiphanius  
hæres. 78.  
COLLYRIDIANI  
HAERETICI.

Epiphanius  
hæres. 79.

Hoc item anno, qui est decimustertius à persecutione à Constantio indicta in Oriente ex Synodo Constantinopolitana post Concilium Ariminense (vt suo loco dictum est) D in qua decreta sunt ab Imperatore Constantio exilia Episcoporum: S. Basilius, vt ipse testatur, iterum scribit ad Occidentales, nempe ad Romanum Episcopum, & alios (quarto loco data hæc est epistola) exostulans toties imploratum auxilium, minimè hæcenus impertitum: litteræ autem sic se habent<sup>e</sup>: Quoniam in se sperantibus Dominus pollicitus est, quòd eos ex omni tribulationis genere velit educere: quamuis in medio malorum pelago detineamur, ac fauissimis procellis à spiritibus malitiæ excitatis agitemur; perduramus tamen in Christo, qui nos confirmat; nec vigorem eius studij remittimus, quo curam gerimus Ecclesiarum: neque veluti de salute propter excrecentem tempestatem desperantes, animi dissolutionem patimur: sed adhuc, quoad eius fieri potest, omnem operam impendimus, scientes etiam eum quem cetus deuorauerat, quoniam animum non desponderat, sed ad Dominum clamauerat, salutem esse consecutum.

LITTERAR  
BASILII  
AD OCCI-  
DENTALES.

Basile. epist.  
in aldit.

E Ad hunc sanè modum & ipsi, licet in extrema mala inciderimus; spem tamen, quam in Domino collocatam retinemus, non abiicimus: sed vndiquaque auxilium illius circumspicientes requirimus. Vnde est quod ad vos quoque respeximus, fratres venerandissimi, quos in præfenti tribulationum tempore frequenter ad nos venturos sperauimus. Verum spe ista frustrati, ipsi quoque illud nobis occinimus: Expectaui qui simul contristaretur, & non fuit; & qui consolaretur, & non inueni. Sunt enim eiusmodi nostræ afflictiones, vt & hi qui extremum Occidentem incolunt, meritò ad hunc nostrum Orbem sese recipere deberent. Et quoniam vno membro afflictio, reliqua simul omnia compatiuntur: conueniebat vt & nobis iamdiu admodum laborantibus affectu commiserationis condoleretis. Non enim locorum vicinitas, sed coniunctio spiritus conciliare & propinquos facere solet; quam inter nos ac dilectionem vestram intercedere persuasi sumus.

Qui

BASILII IVSTA EX-POSTVLATIO.

STATVS MISERANDVS ECCL. ORIENTALIS.

HABRESIBVS INNYMERIS EXAGITATA ECCL. ORIENTALIS.

Hier in proem. in epist. ad Galat. lib. 2.

ANCYRANA ECCL. QVIBVS HABRESIBVS VEXATA.

Philast. cap. 74. 75. 76.

Basiliepsib. 67.

Qui fit igitur, quod nullas consolationis litteras, nullam fratrum visitationem, nec aliam quicquam normam ac debito dilectionis conueniens a vobis accepimus? Iam enim tertium decimus annus est, ex quo nobis hereticum hoc bellum exortum est; in quo pluribus tribulationibus afflictatae sunt Ecclesiae, quae ab eo tempore commemorari possunt, quo primum Euangelium annunciari coepit. Quarum vobis singulas recensere nolumus, ne malorum illorum euidentiam sermonis nostri imbecillitas subobscuraret. Simul etiam haud necessarium esse iudicamus; ut hisce de rebus doceamini, cum veritatem illarum iam olim vel fama iudicio cognoueritis.

Summa enim mali huius est: Plebs oratoris relictis, in solitudine congregatur. Spectaculum videretis miserabile: mulieres, paruuli, senes & alias imbecilles imbrum vehementissimorum, niuium, ventorumque molestiam sub gelu hiemali, consimiliter & Solis ardorem aestate sub dio agentes perferunt: & haec propterea patiuntur, ne prauum illud Arii fermentum recipere cogantur. Quo modo autem fieri poterit, ut ista vobis sermone aliquo perspicua reddantur, nisi ipsa vos experientia & spectaculum in oculos incurrens ad compassionis affectum permoueat? Obsecramus itaque, ut vel nunc tandem manum Orientalibus porrigatis Ecclesiis, quae iam velut in genua depressae inclinant: ac viros aliquos mitratis, qui illas de praemiis admoneant, quae patientiae ac passionibus pro Christo toleratis reseruantur. Haud enim tantum habet efficaciae sermo consuetus, quantum vox peregrina ad consolandum deiectos valet: praesertim si illa afferantur a viris qui cum primis gratia Dei instructi esse cognoscuntur: quales vos cunctis mortalibus praedicamini, quod in fide illibate permanetis, & Apostolicum depositum illaerum seruetis. Non sic habent res nostrae: sed sunt apud nos quidam, qui gloriae desiderio, & maxime inflatione ista, qua Christianorum animi subuertuntur, perciti, verba quaedam nouandi studio excogitata inducere praesumunt. Vnde Ecclesiae debilitatae, quasi vascula quaedam laxata, influentem haeresim receperunt. Vos itaque, o dilecti & desiderati fratres, sitis vulneratorum medici, & eorum qui adhuc sani sunt, praedotribus, quod morbidum est curantes, & quod sanum ad pietatem instituentes.] hucusque Basilij epistola ad Occidentales, & quidem aliqua ex parte decurtata: non enim ex more, cui has litteras dederit perferendas, quemve legauerit in Occidentem, mentionem aliquam habet. Quamnam autem causam intercesserint, cur Damasus retardauerit legationem, visitationemque Orientalis Ecclesiae, satis recensita sunt anno superiori: ex his vero litteris abunde declaratur, longè abesse, ut à communionem Occidentalium se Basilij continerit, ac longè longius procul esse, ut idem Basilij Occidentales haeresis nomine suspectos habuerit, quos solos puros sincerisque Orthodoxos permansisse testatur his litteris.

Sed quod ad Orientalem Ecclesiam spectat, iure deplorat eius calamitatem Basilij, apteque comparat diuersarum ciuitatum Ecclesias laxatis vasculis vndique haeresim ebibentibus. Nam praeter Sabellianam, Arianam, Macedonianam, Eunomianam, Photinianam, & alias superius recensitas, accesserunt quas nuper diximus diuersae Apollinaristarum haereticorum classes, ut taceamus de schismatibus inter Catholicos excitatis. At tolerandum quoquo modo malum videri poterat, si non nisi vna ciuitatis vnus populum haeresis seduxisset: sed videre funestissimum erat, quot domos, tot penè haereses peculiarias fuisse. sed quod impossibile est dicere de singulis, ex iis quae contingebant Ancyrae primariae in Galatia ciuitatis, ceterarum Orientis urbium statum possumus intelligere. Etenim sanctus Hieronymus, qui Ancyram intulit, cum in recensita superius peregrinatione ex Cappadocia atque Galatia venit in Syriam, haec habet: Scit mecum qui vidit Ancyram metropolim Galatiae ciuitatem, quod nunc vsque schismatibus dilacerata sit, quod dogmatum varietatibus constuprata. Omitto Cataphrygas, Ophitas, Borboritas, & Manichaeos: nota enim iam haec humanae calamitatis vocabula sunt. Quis vnquam Passalercincitas, & Ascodrobos, & Artotyritas, & cetera magis portenta quam numina in aliqua parte Romani orbis audiuit? haec ipse. Meminit de his Philastrius; Borboritasque esse ait, qui dediti concupiscentis futurum negarent iudicium: Passalercincitas, qui digitum naribus oriique imponentes, perpetuum silentium seruantes, nihil praeterea curarent: Ascodrogitas, siue Ascodrobos, qui bacchanalia in Ecclesia induxerunt: Artotyritas autem, qui in sacrificio panem & caseum offerebant. haec monstra aiebat his temporibus Ancyra, licet sanctissimus eidem praesisset Episcopus Athanasius, quem defunctum Basilij aded luxit atque laudauit; post quem Leo sanctissimus monachus, cuius meminit

Sozom. li. 6. cap. 34.

ECCL. AFRICANA VEXATA A DONATISTIS ET TYRANNIDE FIRMI.

1 r. ne fact. baptisiter. C Theod.

Ammian. lib. 18. & 19.

Ammianus lib. 29.

Ammianus cap. 1. lib. 29. Claudian. de bello Gildon.

Oros. lib. 7. cap. 13. THEODOSIUS SENIOR INGRATE OCCIDITVR.

Ambros. orat. in funere Theodos. in fin.

THEODO. SII FILII SPECTATA VIRTYS.

Aminit Sozomenus, cum haec ait de monachis Cappadociae atque Galatiae: Inter monachos autem, quos illic vixisse accepi, primus tulit Leo, qui postea Ecclesiae Ancyrae Episcopus creatus est. Si igitur ciuitas, cui praerant magni nominis Episcopi Orthodoxi, adeo lancinata erat diuersis sectis haereticorum: quid putandum de aliis, quibus vel segetes praerant Antistites, & magna ex parte fugatis illis, pastoribus quoque carebant, vel haereticos accipere Praefectos? Iusta igitur agebat doloris causa mentem Basilij, ut ita ab Oriente vociferaretur ad Occidentem: Sed hoc ceteris deterius (vt dictum est) malum operata est astutia Saranae, vt inter Occidentales & Orientales, Damasum atque Basilium, cum occasione nominis hypostasis, tum defensione Meletij vel Paulini, atque etiam calumniis de eodem Basilio vbique sparatis, damnosa admodum diffidentia orta esset, magno totius Ecclesiae Catholicae detrimento.

Hoc pariter anno Valentinianus Imp. cum adhuc in Gallis ageret, Donatistas Episcopos rebaptizantes cohibuit, dato hoc ad Iulianum Proconsulem Africae rescripto: Antistitem, qui sanctitatem baptismi illicita usurpatione geminauerit, & contra instituta omnium, eam gratiam iterando, contaminauerit: sacerdotio indignum censemus. Dat. X. Kalend. Mart. Treuer. Valentiniano & Valente IIII. AA. Coss. haec vero post liberatam a Firmo tyranno Africam fuisse rescripta putamus. Inualuerat enim in Africa his temporibus Firmi tyrannis: ad quem oppugnandum Theodosius senior, Theodosij Imperatoris pater, a Valentiniano in Africam missus est: qui post diuersas pugnas eundem oppressit, subleuauitque Africam ea clade diutius afflictatam. Res gestas Ammianus accurate descripsit, ad quem lectorem haec cupientem plenius enarrata reuicimus: illa hic tantum, quae argumenti nostri esse videntur, nolumus praeteriisse, cum scilicet viribus fractus Firmus legatione Episcoporum a Theodosio pacem experiri, de quibus haec ipse: Fessus arumnis gemini proelii Firmus, imoque aestuans corde, ne quid vltimae rationis omitteret, Christiani ritus Antistites oraturos pacem cum obsidibus misit. Qui quoniam suscepti lenius, polliciti que victui congrua militibus (vt praecipuum est) lata retulere responsa: praemissis muneribus Maurus ipse fidenti ad Romanum perrexit ducem, equo insidens apto ad accipites casus. Cumque propè venisset, fulgore signorum & terribili vultu Theodosij perterritus, iumento desiliit, curuataque ceruice, humi penè affixus, temeritatem suam flebiliter incusabat, pacem obsecrando cum venia. Susceptusque cum osculo ( quoniam id Reipublicae conducebat ) bonae spei iam plenus, sufficientia praebuit alimenta; & quibusdam propinquis suis ad obsidum vicem relictis, abscessit, captiuos, vt spondederat, redditurus; quos primis turbarum exordiis rapuit. Biduoque post Icosium oppidum, cuius supra docuimus conditores, militaria signa & coronam sacerdotalem cum ceteris quae interceperat, nihil cunctatus restituit, vt praecipuum est. haec de pace.

Quod spectat ad coronam sacerdotalem redditam, illa esse creditur pretiosior mitra sic dicta, qua in sollempnioribus functionibus vti solent Episcopi. Fuit huius Firmi tyranni frater Gildo nomine, vt Ammianus atque Claudianus testantur: qui tyrannidem fratris collapsam reparans, Romano Imp. in Africa negotium faceffuit, pariterque Donati vehementer suscipiens, maximo fuit Catholicis detrimento: vnde factum est, vt quidam Donatistarum Episcopus, Optatus nomine, quod palam cum Gildone sauiret, fuerit cognomento dictus Gildonianus. sed de his inferius. Finis vero Firmi ille fuit, vt rursus tyrannidem exercens, rursus per Theodosium oppressus, eo desperationis redactus sit, vt spontaneo necens collum laqueo, miserè vitam finierit.

At quid gratiae redditum sit Theodosio, qui Africam ab infestissimo tyranno liberauit; audi Orosium: Post, inquit, cum experientissima prouidentia totam cum Mauritania Africam meliorem pristinis legibus reddidisset: instimulante & obrepente inuisa, iussus interfici, apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorum praoptauit; & postquam sacramentum Christi, quod quaesierat, assecutus est, post gloriosam saeculi vitam, etiam de vitae aeternitate securus, percussori iugulum vltro praebuit. haec Orosius. Quasi tum quoque fuisse ad necem Theodosium iuniorem eius filium, sed diuina voluntate anteuertisse periculum, S. Ambrosius illis verbis testari videtur, vbi in oratione in funere eius habita ita dicit: Portauit iugum graue Theodosius a iuuentute, quando insidiabantur eius saluti, qui patrem eius triumphatorem occiderant. Fuisse autem ipsum hoc tempore prima lanugine pubescentem, Duceumque Mactiae aduersus



fus Sarmatas fines Rom. Imperij inuadentes electum, egregiaque virtute spectatum ob A plures de eis victorias reportatas, Ammianus a affirmat: inde vero tantam aestimatio- nem rei bellicae ex his sibi Theodosius conciliauit, vt postea ad subleuandum collapsum in Oriente Romanum Imperium, Dux & Imperator a Gratiano electus fuerit, vt idem auctor Zosimusque b testantur. Vnde autem contigerit, vt Theodosius parens post tor praclaras victorias capite truncatus sit, & Theodosius filius eodem modo penè periculi- tatus sit: neminem inueni qui tradat. Factum tamen id existimatur dolis atque insidiis Valentis Imperatoris, qui post patefactum oraculum, successorem sibi fore, qui his lit- teris primis, THEO, conscriptum nomen haberet, complures (vt vidimus) Theo- doros, atque alios his nomine similes subiecerat quaestionibus, ac morte mulctar. At vero eo clariore Theodosij filij victoriae aduersus Sarmatas effulserit, quo reliqua fa- cies Occidentalis Imperij lugubrior apparebat: siquidem repentino motu Quadi ac B Marcomanni (vt Ammianus c est auctor) Alpes transgressi Iulias, Opitergium ex- ciderunt, Aquileiam vero diutius obsederunt; parumque abfuit, quin Constantij Im- peratoris filia Gratiano nuptura, in villa Pistrensi agens, caperetur a Barbaris. Perseue- rasse autem has clades etiam post obitum Valentianiani, Hieronymus tradit d.

a Ammianus lib. 29.

b Zosim. lib. 4.

c Ammian. lib. 29.

d Hier. epist. 3.

Sequens Domini annus trecentessimus septuagesimus quartus exorditur Consulatu C Gratiani Augusti tertio & Equitij: quo, absoluto anno decimo Imperatorum Va- lentianiani atque Valentis, & vndecimo inchoato, post Auxentij seram mortem (vt ita dicam cum S. Hieronymo) Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad rectam fidem Italia conuertitur. ] sic ipse. Quae quidem verba ita accipienda sunt, quod morte Auxentij factum fuerit, vt vnico illo Ariano Episcopo extincto, nihil superesset amplius in Italia Arianæ contagionis: quo superstiti, ea Ecclesia Ariano polluebatur Antistite, ac proinde ea ex parte Italia dicebatur impunda: munda vero tota, cum illo sublato de medio, Catholico illic Episcopo constituto, sordes omnes videri possent ablatae. Sci- mus Cedrenum anno superiori, nempe decimo Imperatorum, referre ordinationem Ambrosij: sed praestat audire Hieronymum res suorum temporum conscribentem. Quo- nam autem modo eiusmodi Ambrosij electio se habuerit, Theodoretus in primis narrat D his verbis:

AMBRO- SIVS CREA- TVR EPI- SCOPVS MEDIOLA- NENSIS.

Theodor. lib. 4. cap. 56. GRATIO IMP. AD EPISCO- POS.

Cum Auxentius Mediolanensis Ecclesiae Episcopus labe Ariana infectus, & in multis Conciliis abdicatus, e vita exiisset: Imperator iste, Valentianus videlicet, accersitis ad se Episcopis, sic apud eos verba facit: Est nobis, utpote sacris & diuinis litteris institutis, exploratè cognitum, qualis debeat esse is qui sit ad Episcopatum gerendum delectus, & quod necesse sit gregem non doctrina solum, verum etiam praecleara viuendi ratione moderari, & se cuiusque virtutis exemplar ei praebere, suaeque disciplinae rectam vitae & morum institutionem testem habere. Quare hominem ita instructum in sede & gradu Episcopali iam collocare: vti & nos, a quibus hoc gubernatur Imperium, ei verè & ex animo capita inclinemus, & illius reprehensionem (nam cum homines simus, errore la- bi necesse est) velut medicinam animarum cupidè amplexemur. ] hucusque dixit Va- lentianus: subdit his Theodoretus haec verba:

QUOMODO ELECTVS AMBRO- SIVS.

Hac oratione ab Imperatore habita, Concilium Episcoporum contendit ab eo, vti ipse, utpote sapientiae & pietatis insignibus praecclare ornatus, Episcopum eligat. At ille: Maior est, inquit, haec prouincia, quam quae viribus nostris sustineri possit: proinde vos diuina repleti gratia, & illius splendore illuminati, multo melius hoc Episcopi deligendi negotium transigetis: Illi igitur egressi separatim per se de eo deliberare coeperunt: Ciuitatis autem habitatores inter se ipsos dissidere; quorum alij hunc, illum alij deligere contendebant. Nam qui errore Auxentij erant imbuti, hi suae opinionis fautori- bus suffragati sunt: qui vero a partibus sanæ sinceræque doctrinae stabant, illi rursus Episcopum secum de fide consentientem habere laborarunt. ] haec Theodoretus de partis vtriusque studiis in Episcopo deligendo. Commendatione quidem digna fuit Valentianiani modestia,

A modestia, cum oblatam sibi electionem tantae Ecclesiae Episcopi recusauit, secundum quod alias (quod dictum est superius) fuerat contestatus, sui muneris minimè esse Ec- clesiasticis se immiscere negotiis. At quid post haec?

Cum igitur eo modo in electione noui Episcopi partium studia essent inter se diuersa, magnaque timerentur conflare dissidia: Ambrosius illius prouinciae Praefectus, Mediolani cum esset, veritus ne quid nouarum rerum diuersae factiones molirentur, properè ad Ec- clesiam contendit: Vbi (inquit Paulinus a) cum alloqueretur plebem; subito vox fer- tur infantis in populo sonuisse, Ambrosium Episcopum. Itaque qui antè turbulentissi- mè dissidebant, quia & Ariani sibi, & Catholici sibi Episcopum cupiebant, superatis al- terutris, ordinari; repente in hunc vnum mirabili & incredibili concordia consenserunt. ] haec Paulinus.

a Paulin. in vi- ta S. Ambro- sij.

B Ambrosius vero repentino casu percussus, ac veluti improviso quodam tonitruo terre- factus: vt primum sese collegit, cogitare coepit quibus valeret artibus populum & Epi- scopos ab eiusmodi sententia reuocare. Quid facit? Egressus Ecclesia (Paulinus ait) tri- bunal sibi parari fecit, quippe mox futurus Episcopus altiora conscendit: tunc contra con- suetudinem suam (minis enim sibi tunc vtile ratus consilium Probi) personis iussit adhiberi tormenta: nec se iam vt Episcopum, sed seuerissimum Iudicem exhibet. Conscendit tribu- nal, truces carnales afflictere, simulque tormenta congeri, vincosque catenis miseros reos adduci, palamque torqueri, nulla adhibita commiseratione, minaci vultu ad incutiendum terrorem composito; praecipit, quasi vir sanguinis esset, indignus altaris ministerio, & a pastorali consuetudine alienissimus. Sed cum haec spectans populus, magis magisque cla- maret, Ambrosium Episcopum: spe ille frustratus, ad potiora remedia conuertit animum: coque progressus est, vt speciem quamdam praeferebat hominis impurissimi, & ab Epi- scopali castitate & vita remotissimi, quo populum ab eo consilio dimoueret, impudicas mulieres ad se publice ingredi faceret. At cum haec, velut in scena, fidei representari po- pulus non ignoraret, eaque ex causa ardentiori studio postulare Ambrosium Episcopum non intermitteret: sed; populus peccati illius, quod specie quadam & simulatione effectum esse non dubitabat, reum clamaret, totamque adumbrati criminis poenam in se reciperet, sibi que imprecaretur omni prorsus ille consilio destitutus (quod tantummodo reliquum esse videbatur) in sola fuga spem ponit.

AMBROSIVS MULTIS MO- DISTENTAT SVADERE.

Itaque nocte intempesta, ciuitate egressus, Ticinum versus dirigit iter, neque ad me- moriam reuocans, non esse hominis dirigere vias suas. Cum enim se Ticinum perue- nisse putauit, diuino quodam interceptus numine, eursu reflexo Mediolanum rediit, iamq; D luce clara portam Romanam ante oculos positam vidit: Tum vero incredibili stupore affectus, animoque consternatus, re ipsa experitur, non esse consilium contra Dominum.

AMBROSIVS IUGA IRRI- TA.

Proter. 16.

Proter. 11.

Quid faceret? Qui magistratu praerat ceteris, facies deponit, victum se fatetur: totius populi voluntati, in modo verius diuinæ auctoritati se subicit. Audit populus, custodiam adhibet, ne iterum fugam arripiat, idque ad extremum vsque quaque perfici sedulo curat, quod tanto studio exoptauerat. Igitur ad Valentianum Principem relatio mittitur: illius eam requiri videbatur assensus: nam Imperatoris sanctionibus a veritum erat, ne Decuriones vel publicis obligati functionibus adsciscerentur in clerum. Ea re per- cepta Imperator animo opere letatur; ac tales a se constitutos magistratus esse, qui in Episcopos eligantur, accipit libentissimo animo: Probusque suum de Ambrosio iudicium, ac praedictum cum praesagio felici euentu comprobatum, gaudebat.

l. 3. c. 9. de Episc. & cler. C. Theod.

Paulin. in vita Ambros.

E At pendente adhuc ea relatione, Ambrosius fallens suos custodes, iterum fuga sibi consuluit, atque in suburbano Leoniti clauisim vlti delituit. Sed vbi relationi respon- sum est, & Imperatoris decretum publicatum, quo iubebat Ambrosium extemplo sacris initiari mysteriis (adhuc enim catechumenus erat) & Episcopum ordinari, idque Vica- rio in mandatis datum; vt rebus perficiendis instaret: mox Leontius Ambrosium prodit, qui statim Mediolanum perducitur. Hocce ipsius conatus, quibus sapius reluctatus est ne Episcopus crearetur, non Paulinus tantum, sed reliqui omnes tum Latini, tum Graeci historici profitentur. Quin etiam ipse scribens ad Vercellensem Ecclesiam haec eadem his verbis affirmat: Quam, inquit, resistebam ne ordinaret: postremo cum cogerer, saltem ordinatio protelaretur: Sed non valuit praescriptio, praeualuit impressio. ] haec ipse. Dif- ferendo enim ordinationem, putabat eludere posse populum ipsum postulantem Episco- pum: praescriptio autem praecedebat, non tantum ne catechumenus nondum plene Chri- stianus,

AMBROSIVS LATEBRAB.

Theod. lib. 4. cap. 6.

Paulin. lib. 3. cap. 1. Sacrat. lib. 4. cap. 2. Sozom. lib. 6. cap. 24.

Itianus, sed vt nec neophytus ordinaretur Episcopus: quibus suffragabantur canones Apostolici, necnon Nicænum Concilium. Cum igitur, ipso licet inuito, omnia perficienda essent: ipse se professionis esse Catholicæ, illo potissimum argumento perspicue demonstrauit, dum (quod Paulinus ait) non nisi à Catholico Episcopo petiit baptizari. Octaua verò die post baptismum fuisse ordinatum Episcopum, idem affirmat, quod contigisse septimo Idus Decembris, Dei Ecclesia hæctenus celebrans illam diem, anniuersaria solemnitate testatur.

Interfuisse eius ordinationi Valentinianum Imperatorem, auctor est Theodoretus, de qua hæc habet: Postea verò quàm Ambrosius diuinum sacrosancti baptismatis munus adeptus est, & gratam Episcopalem receperat, dicitur Imperator longè præstantissimus (nam rebus his gestis intererat) hymnum ad gratias Saluatori ac Domino agendas recitasse, his ferme verbis: Gratia tibi sit Domine omnipotens & Saluator noster, quod cum ipse corpora huic viro commisisset, tu ei etiam animas commendasti, indeque declarasti meam iustam fuisse sententiam. ] subdit his Paulinus: Cum primum autem ordinatus esset Episcopus: omne aurum atque argentum, quod habere poterat, Ecclesiæ vel pauperibus contulit: prædia autem quæ habebat, reseruato germanæ suæ vsu fructu, donauit Ecclesiæ: nihil sibi quod hic suum diceret, relinquens, vt nudus & expeditus Christum Dominum sequeretur. ] hæc ipse. Sic igitur Ambrosio ordinato Mediolanensi Episcopo, totus congaudet Catholicus orbis, communicatorumque literæ ex more vltro citroque redduntur. Quid autem ad eum scripserit Basilius Magnus (vt quæque annis reddantur suis) dicemus anno sequenti. nam cum Ambrosij ordinatione in fine anni contigerit, non prius eas potuit dedisse Basilius. Si quis verò integram, serieque rerum gestarum continuatam legere cœpit Vitam Ambrosij: sciat nos eam ex Annalibus hæc depromptam, monitu Sixti Papæ Quinti, simul contexuisse; quàm ipse recenti à se factæ operum Ambrosij editioni præponi, edique iussit: cum tamen nos hic addere aliquid, vel mutare contigerit.

Quod autem Annalium scribendorum ratio nihil importunius à nobis exigat, quàm vt quæque res gestæ certis suis quibusque reddantur annis, atque sic instituta chronographiæ ex firmis probationibus pateat demonstratio: cur hoc anno contigisse dixerimus Ambrosij Episcopatum (cum alij ea de re aliter sentiant) iam vt dicamus, astringimur. Ac primum quid senserint alij, in medium afferamus. Errandi in his illa nonnullis præcessit occasio: quod Rufinus & Socrates, simulac de Damasi Papæ agunt electione, statim subdunt narrationem de Ambrosij electione, perinde ac iudem Annales scripserint, & non historiam: cum sæpè contingat, eos post alias res gestas recensitas, de electione quorundam præcipuarum sedium Episcoporum simul agere, quos tamen constat plurimum interdum annorum interstitio inter se fuisse discretos. Rursum verò recentior quidam auctor tempus electionis Ambrosij reuocans ad tertium annum Damasi Pontificatus, rationem inuisse visus est ex Probi Præfecturæ exordio, à quo credita est Ambrosio prouinciarum administratio. At quis nescit, Probi Præfecturam Prætorij sæpè repetitam, atque diutius propagatam, id Ammiano testante? ipsumque Ambrosium, antequam in prouincias mitteretur, in eiusdem Præfecti Prætorij Probi auditorio (quod testatur Paulinus) causas orasse? vt planè appareat, nequaquam vt Probus illum adeptus est magistratum, Ambrosium prouincias suscepisse administrandas. Sed qui locus esse potuit electioni Ambrosij, superstitè adhuc Auxentio: post cuius obitum ipsum electum, cum

Latini tum Græci absque controuersia omnes affirmant: immò ipse S. Hieronymus sub præsentem vndecimo Imperatorum anno, Auxentij obitum cum Ambrosij electione configurat. Aut quo modo vel fingi potest cum Auxentio simul Ambrosium confedissee, si cum rot certaminibus exagitarus Auxentius ab Hilario Pictauiensi Episcopo, Eusebio Vercellensi, Philastrio Brixiano, Euagrio presbytero Antiocheno Mediolani tum agente, & si remotiores quæras, à S. Athanasio de his perscribente ad Damasum, ab ipsoque Romano Pontifice in Concilio Episcoporum damnatus sit, de quibus omnibus diximus suis locis superius; toto tamen hoc tempore de Ambrosio nulla vel leuis mentio habetur? Quæ enim aduersus Auxentium Ambrosij certamina recensentur, ea contra iuniorum Auxentium esse habita, & post obitum Valentiniani senioris, suo loco perspicue demonstrabimus. Quod igitur nulla antehac Ambrosij Episcopi facta mentio reperiatur, quodq. ad hunc vsque annum testificatione Hieronymi cariosum scæm Auxentium peruenisse

1. Timot. 3. 80. 2. Can. Apost. 80. 3. Conc. Nicæn. cap. 2. 4. Paulin. in vita Ambros. 5. Rufin. lib. 2. c. 11. 12. 6. Socrat. lib. 4. cap. 25. 26. 7. Paulin. in Epist. 8. Ammian. lib. 27. 28. 29. 30. 9. Rufin. lib. 1. cap. 11. 10. Socrat. lib. 4. c. 25. 11. Sozom. lib. 6. cap. 24. 12. Theodor. lib. 4. cap. 3.

Anisse constet, eiusdem auctoritate hoc anno ponimus electionem Ambrosij. Sed postet quis obicere; vtraque; nempe exitum Auxentij & creationem Ambrosij reuocanda esse in annum sequentem, quod scilicet ibidem apud Hieronymi Chronicon sub eodem laterculo signetur annus post Consulatum Gratiani & Equitij, qui sequens numeratur. Sed scias; lector, annum illum post Consulatum ibi positum restituendum esse sub sequenti laterculo (vt emendatores codices habent) sub ipso anno duodecimo Valentiniani, quo ipsum mori contigit: nam non peruenit villo pacto ad annum sequentem post dictorum Consulatum, quo creati sunt Consules Valens quinto & Valentinianus maioris filius; sed ipso anno Consulibus vacuo (vt dicitur) finem viuendi fecit. Hicce quidem vltimis Valentiniani senioris temporibus, contigisse Ambrosium creati Mediolanensem Episcopum; ex eo intelligi potest, dum de rebus gestis cum eo nihil præterea legitur, nisi quæ Theodoretus his verbis enarrat: Paucis post diebus, ab ordinatione Ambrosij scilicet, cum S. Ambrosius valde liberè apud Imperatorem verba faceret, resque nonnullas tamquam minus rectè à magistratibus administratas coargueret; respondit Imperator: Noui iam pridem tuam in loquendo libertatem, quæ exploratè cognita, non modò tuæ in Episcopum ordinationi non restiti, verum etiam suffragatus sum. Quare, sicut diuina præscribit lex, nostrorum animorum erratis medicinam facito. ] hæc Theodoretus. ceteræ autem Ambrosij res gestæ sanè quidem cum Gratiano & Valentiniano filio, non amplius cum patre leguntur esse transactæ; de quibus singulis suo loco. At de Ambrosij electione iam satis.

Eiusdem anni Consulibus data habentur literæ nomine Damasi ad Aurelium Episcopum Carthaginensem; positæ ab Isidoro Mercatore in suæ collectionis exordio, quas præcedunt literæ eiusdem Aurelij nomine ad Damasum primo scriptæ, quibus petierat ab Apostolica sede ad se mitti decreta Romanorum Pontificum. At quid opus fuit (pace illius dixerim) mentidacis exornare vestibulum amplæ domus, vt in non leuem suspicionem adducat cetera quæ vera intus habentur? Quo modo, quæso, potuit Aurelius Episcopus Carthaginensis scripsisse ad Damasum Romanum Pontificem, & hunc ad illum literas reddere hoc potissimum anno, sub his præsertim Consulibus, si adhuc cum S. Augustinus factus Christianus est, reuersus in Africam, reperit dictum Aurelium diaconum agere Ecclesiæ Carthaginensis, post aliquod verò temporis spatium factum esse eiusdem ciuitatis Episcopum? restatur id quidem ipse Augustinus, ac discretis planè verbis, cum in commentario de Ciuitate Dei meminit de reditu suo ex transmarinis partibus Carthaginem, recensetque miraculum illud de Innocentio ex incurabili morbo sanato, atque demum hæc ait: Visitabant eum quotidie sancti viri, Episcopus tunc Vzalenfis beate memoriæ Saturninus; & presbyter Gelosus, ac diaconi Carthaginensis Ecclesiæ, in quibus erat, & ex quibus solus est nunc in rebus humanis iam Episcopus cum honore à nobis debito nominandus Aurelius, cum quo recordantes mirabilia opera Dei, de hac re sæpè collocuti sumus, eumq. valde meminisse, quod commemoramus, inuenimus. ] ita ipse. Vides igitur ad quanto posteriora tempora sit referendus Aurelij Carthaginensis Episcopatus: & quam longè absit, vt ipse iam Episcopus hoc anno ad Damasum scripserit, vel acceperit à Damaso literas: cum certum sit, reditum Augustini in Africam, postquam Christianus iam effectus Mediolano recesserat, & à Portu Romano solucrat, contigisse anno Domini trecentesimo octogesimo nono; vt appareat nec post annos quindecim Aurelium creatum esse Episcopum Carthaginensem, sed perseuerasse diaconum. Vides igitur quo modo recta temporum norma tortuosa aliorum figmenta improbentur: vt non mireris, si in dignoscenda certa temporum ratione crebrius atque solertiùs occupemur.

Celebratum habetur hoc anno, iisdemq. Coff. Concilium Valentinum in Gallia III. Idus Iulij: cuius extant quatuor tantummodo canones, & perbreuis epistola de ordinationibus legitime faciendis, deque lapsorum penitentia. In eo primum locum tenuit Fægadius, qui ille putatur, ad quem simulque Delphinum Episcopum Burdegalensem sancti Ambrosij epistola scripta legitur. Interfuit eidem Rodanius, quem alium esse puto ab illo Episcopo Tolosano, quem fidei causa cum S. Hilario exilium passum esse atque exulem defunctum, ex Setero superius diximus. Euortius quoque adfuit, qui iam à tempore sancti Siluestri Aurelianensem signo cælesti accepit Ecclesiam gubernandam. Dignum planè memoria est, quid statuerint Patres de his qui oblati sacerdotij fugiendi occasione

AMBROSIVS QVID CVM VALENTINIANO. Theod. lib. 4. cap. 6. COMMEN. TICIAE LIT TERAE NOMINE DAMASI ET AVRELII. Aug. de Ciuit. Dei lib. 22. cap. 84. CONCILII VALENTINUM. Ambros. p. 55.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 11.  
374. 8. VALENTIS

ne, aliquod admisisse delictum confessi essent, his verbis<sup>a</sup>: Licet non ignoremus, multos A  
verecundia, & nonnullos horrore suscipiendi sacerdotij, & vt trepidos (quæ signa sunt  
sanctitatis) falsa in se, reiiciendi honoris causa, dixisse: tamen quia omnium ferè ad ea  
quæ sunt peiora, proclive iudicium est; & hinc materies disputationum in obrectatio-  
ne sacerdotum Dei quaeritur: sedit in Synodo (placuit nimirum) vt quisquis de se vel vera  
vel falsa dixisset, fides quam suimet testimonio confirmaret, haberetur. ] hæc ibi. quid  
simile nuper vidimus in Ambrosio; nam vt sacerdotij dignitatem effugeret, crudelis atque  
impudicus vniuerso populo videri voluit: at ne sic quidem valuit onus effugere, qui huius  
canonis paulò antè promulgati auctoritate non nihil iuuari potuisset, nisi populi in eo pe-  
tendo constantia fuisset quavis lege superior.

LEGATIO  
EX PAM-  
PHILIA AD  
EPIPHA-  
NIUM.  
<sup>a</sup> Apud Epip.  
ante Ancor-  
rat.

Quod autem ad res Orientales pertinet: iisdem Consulibus missa est legatio à magi-  
stratu & clericis Ecclesiæ Suedrorum in Pamphilia ad sanctum Epiphanium, qua pete-  
runt de fide Catholica eius litteris plenius instrui & informari. Extant binæ eodem argu-  
mento ab eisdem ad ipsum Epiphanium datæ litteræ<sup>b</sup>. Quibus ille acceptis, epistolam  
reddidit, immò commetarium, quem librum Ancoratum nominauit, eruditum quidem,  
continentem cum fide Catholica hæresum omnium confutationem: in quo his notis præ-  
sentem annum designat: Hic annus est nonagesimus Diocletiani, & Valentianiani & Val-  
entis decimus (quo & exorditur vndecimus) Gratiani sextus, Consulatus Gratiani Au-  
gusti tertium & Equitij illustrissimi, indictio secunda. ] ex quibus certam habes chrono-  
logiam de annis Diocletiani, quoto nimirum Domini anno ille regnare cœperit, nempe  
ducentesimo octogesimo quarto. Cur autem librum de fide nominauerit Ancoratum, ita  
ipse alibi ait<sup>c</sup>: Verum iam de his à me tractatum est in magno de fide sermone, siue li-  
bro, in quo rursus iuxta nostram mediocritatem ac debilitatem coacti à fratrum exhorta-  
tione scripsimus de fide: cui libro imposuimus Ancorati nomen. Etenim quemadmo-  
dum exigua mens nostra valuit per Dei auxilium, ex vniuersa Scriptura doctrinæ Dei ver-  
itatem congregantes, velut ancoram his qui volunt sanctam Patrum fidem Apostoli-  
camque ac Propheticam & ab initio vsque huc in sancta Dei Ecclesia prædicatam, clarè  
proposuimus, quo quis contineatur & muniatur, &c. ] Sed ad sequentis anni res gestas  
transeamus.

IESV CHRISTI DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. 12.  
ANNVS ANNVS VALENTIS  
375. 9.

CHRISTI Redemptoris nostri annus trecentessimus septuagesimusquintus, quod ordi-  
nariis, qui darent nomen anno, Consulibus caruit, post Consulatum Gradiani &  
Equitij in Fastis inscribitur. Cur autem desierint ex more creari Consules, sanctus Hiero-  
nymus rationem affert<sup>c</sup>. Sed fortasse nec Consulatum ordinariorum hic annus exors  
fuit: nam cum Pontius Paulinus, vt dicitur, Consulatum ordinarium gessisse reperia-  
tur apud Aufonium, eius tamen nomen desideratur in Fastis. Ait Hieronymus: Quia  
superiore anno Sarmata Pannonias vastauerunt, iisdem Consulibus permansere. ] Qui enim  
compescebantur fortitudine Theodosij, eo inuidia fugato, acroni odio in Romanum  
Imperium, quod victi antea sæpè fuerant, exarsere. Mæroris igitur eo signo notatus est  
annus, qui lætis nouorum Consulatum auspiciis atque muneribus consueuerat inchoari:  
sed tristior atque infelicio redditus est repentino obitu Valentianiani Imperatoris, cum  
aduersus Quados mouit exercitum: quo modo autem id contigerit, Ammianus<sup>d</sup> docet,  
sed prius nobis dicenda sunt, quæ hoc eodem anno ipsi ante obitum acciderunt.

Hoc ipso anno, antequam Valentianianus è vita migraret, sanctus Martinus simulac  
creatus est Turonensis Episcopus, ad eundem Valentianianum Imperatorem se contulit:  
quid verò apud eum egerit, Seuerus narrat in hæc verba<sup>e</sup>: Eodem fermè tempore, quo  
primum Episcopus datus est, fuit necessitas adire Comitatum. Valentianianus tum ma-  
ior rerum potiebatur. Is cum Martinum ea petere cognouisset, quæ præstare nolebat,  
iussit eum Palatii foribus arceri. Etenim ad animum illius immitem ac superbum vxor  
accefferat Ariana, quæ totum illum à sancto viro, ne ei debitam reuerentiam præstaret,  
auerterat. Itaque Martinus, vbi semel atque iterum superbum Principem frustra adire  
tentauit, recurrit ad nota præsidia: cilicio obuoluitur, cinere conspergitur, cibo potuque  
abstinet,

<sup>a</sup> Hieron in  
Chron.

<sup>b</sup> Ammianus  
lib. 10.

<sup>c</sup> Seuer. dia-  
log. lib. 1. c. 6.  
S. MARTI-  
NVS EPI-  
SCOPVS  
QVOD APVD  
VALENTI-  
NIANVM.

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTIANI IMP. 12.  
375. 9. VALENTIS

abstinet, oratione diebus noctibusque perpetuat. Septimo verò die adstitit ei Angelus,  
iubet eum ad palatium ire securum, regias fores quantumlibet clausas sponte referendas,  
Imperatoris spiritum superbum molliendum. Igitur istiusmodi præsentis Angeli con-  
firmatus alloquio, & fretus auxilio, Palatium petit. Patent limina, nullus obsistit: po-  
stremò vsque ad Regem, nemine prohibente, peruenit. Qui cum ventientem eiminus vi-  
deret: infrendens, cur fuisset admissus, nequaquam assurgere dignatus est astanti, donec  
regiam sellam ignis operiret, ipsumque Regem ea parte corporis, qua sedebat, adflaret  
incendium. Ita folio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit: multumque  
complexus, quem spernere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fa-  
tebatur: nec expectatis Martini precibus, prius omnia præstitit, quam rogaretur. Collo-  
quio illum atque conuiuio frequenter adsciuit: postremò abeunti multa munera obculit,  
quæ vir beatus, vt semper paupertatis suæ custos, cuncta reiecit. ] hæc Seuerus: eadem quo-  
que Venantius Fortunatus carmine cecinit<sup>a</sup>:

Cum hæc autem S. Martini sedis exordio contigisse, Seuerus affirmet: hoc anno fa-  
rendum est ipsum fuisse creatum Episcopum: nam cum sedisse eum dicat Gregorius Tu-  
ronensis annos vigintifex, menses quatuor, & dies vigintiseptem; hæc ratione ipsum per-  
uenisse oportet ad annum Domini quadringentesimum secundum, ad quod vsque terti-  
us S. Martinum vixisse, ex Seuero collegimus<sup>b</sup>: ipse enim cum dicat, sub Consulatu  
Euodij, anno Christi trecentesimo octogesimo sexto, Martinum iam fuisse sexagenari-  
um, vixisseque ab eo tempore annos sexdecim; ad dictum annum Domini quadringen-  
tesimum secundum oportuit fuisse superstitem; ad quod tempus cum eius sacerdotium  
fuerit propagatum, ab hoc anno incepisse dicendum est. At licet à Seuero discrepet ipse  
Gregorius, dum ait<sup>c</sup>, octauo Valentianiani anno Martinum fuisse electum Episcopum:  
præstat tamen Seuerus audire, vt potè Martini per necessarium: cuius sententia, addi-  
tis ex Gregorio annis quibus Martinus sedit, affirmandum est hoc anno, quarto No-  
nas Iulij esse creatum Episcopum; ea enim die id factum fuisse, idem Gregorius Turo-  
nensis alibi tradit<sup>d</sup>. Verum de annis eiusdem S. Martini superiori tomo pluribus actum  
est, dum de tempore eius baptismi prolixius disseruimus, & inferius dicturi sumus in  
ipsum morte.

Ceterum quod spectat ad Valentianiani obitum, quem hoc anno accidisse constat mte-  
se Nouembris: de eo ita Ammianus<sup>e</sup>: Post hæc (cum scilicet Valentianianus esset in pro-  
cinctu, & iam trans anem in Quados traiecesset exercitum) Quadorum venete legati,  
pacem cum præteritorum obliteratione suppliciter obsecrantes: quam vt adipisci sine  
obstaculo possent; & tyrocinium & quadam vtilia rei Romanæ pollicebantur. Quos  
quoniam suscipi placuit & redire, induciis quæ poscebantur indultis (quippe eos vexari  
diutius nec ciborum inopia, nec alienum tempus anni pariebatur) Equitio in Consisto-  
rium introducente, sunt intromissi. Cumque membris incuruatis starent metu debiles &  
præstricti, docere iussi quæ ferebant, vilitas illas causationum species, iurandi fidem  
addendo, firmabant, nihil ex communi mente procerum gentis delictum asseuerantes  
in nostros, sed per eximios quosdam latrones, amniq; confines euenisse quæ inciuiliter  
gesta sunt; etiam id quoque addendo vt sufficiens ad facta purganda, firmantes; quod  
munimentum extrui cœptum nec iuste nec opportunè ad ferociam animos agrestes ac-  
cendit. ] ad coercendos enim barbaros præsidia ædificari Valentianianus iusserat.

Ad hæc (subdit Ammianus) Imperator ira vehementi percussus; & inter exordia re-  
spondendi tumidior, increpabat verborum obiurgatorio sono nationem omnem vt be-  
neficiorum immemorem & ingrati: paulatimque lenitus, propensior, tanquam ictus  
è celo, vitalique via, voceq; simul obstructa suffocatus igneo lumine cernebatur, etum-  
pente subito sanguine, letali sudore perfusus, ne laberetur, spectantibus & vilibus, con-  
cursu ministrorum vitæ secretioris ad conclaue ductus est intimum: vbi locatus in lecto,  
exiguas spiritus reliquias trahens nondum intelligendi minuto vigore, cunctos agnosce-  
bat astantes, quos cubicularij, ne quis eum necatum suspicaretur, celeritate maxima cor-  
rogarant. Et quoniam viscerum flagrante compage, laxanda erat necessariò vena, nul-  
lus inueniri potuit medicus hanc ob causam, quòd eos per varia sparserat curaturos mi-  
litem pestilentia morbo tentatum. Vnus tamen repertus, venam eius iterum sæpiusque  
pungendo, ne guttam quidem cruoris elicere potuit, internis nimietate calorem ambu-  
stis, vel vt quidam existimabant, arefactis ideò membris, quòd meatus aliqui (quas he-  
morroidas

<sup>a</sup> Venant. For-  
tun. Vit. S.  
Martini. li. 3.  
TEMPVS E-  
PISCOPA-  
TVS S. MARTI-  
NI.  
<sup>b</sup> Seuer. dia-  
log. 1. c. 7.  
<sup>c</sup> Greg. Turon.  
hist. lib. 10.  
<sup>d</sup> Greg. Turon.  
hist. Franc.  
lib. 1. c. 14.  
<sup>e</sup> lib. 1. mi-  
rac. c. 6.

<sup>c</sup> Greg. Turon.  
hist. Franc.  
lib. 1. c. 14.  
<sup>d</sup> lib. 1. mi-  
rac. c. 6.

<sup>e</sup> Ammianus  
lib. 30.  
VALENTI-  
NIANI IM-  
PER. CEBI-  
TVS.

<sup>f</sup> et repenti  
cohibito

moridas venas vocant) obserati sunt gelidis frigoribus conuulsati... Sensit immensa vi quadam urgente morborum, vltimae necessitatis adesse prescripta...

Socrus. li. 4. cap. 26.

Hier. epist. 3

GRATIANVS IMPERATOR CVM PATRE ET PATRVO. Ammianus lib. 36. Socrus. li. 4. cap. 26.

Eo defuncto, Gratianus Augustus iam ante annos septem nuncupatus, solus imperare coepit cum Valente. Corpus autem Imperatoris Constantinopolim translatum esse, vt inter Christianorum Imperatorum reliquias humaretur, idem Ammianus affirmat.

Hier. epist. 16.

CEREALIS VIR CONSVLARIS.

Quod autem ad Cerealem auunculum spectat, penes quem tanta inesse videbatur creandi noui Imperatoris auctoritas: non alius hic putandus est ab illo, qui sub Constantio praefecturam Urbanam gessit, & sub eodem postea Consulatum: alius enim ab isto nullus reperitur clarus memoria hoc tempore Cerealis.

Roma in edibus Censurae via Iulia.

NERATIVS CEREALIS V. C. CONS. ORD. THERMARVM RESTITVTOR CENSUIT

extat & alia in Via lata eiusdem sententiae inscriptio de restitutione thermarum facta per Cerealem Consulem; atque alia rursus, qua de eiusdem Praefectura Urbana mentio habetur superius tertio tomo secunda editione suo loco restituta, quae errore posita erat tempore Constantini.

Sozom. li. 6. cap. 25. THEMISTIVS CVRARE SVBSTIT VESANIAM VALENTIS.

Eodem tempore quo Valentinianus extinctus est (inquit Sozomenus) Valens Antiochia, quae est in Syria, aetatem degens, maiore odio in dies in suae opinionis aduersarios exardescere, acerbeque affligere, & exagitare coepit.

Atitudinem dogmatum susceptam, complures contentiones de eiusmodi rebus & disputationes excitare necessum est: siquidem Deo fortasse visum sit, vt ipse non facile nosceretur, & variae existerent de eo opiniones; quod singuli magis eum vererentur, cum exquisitam eius cognitionem comprehendere non possint, secum reputantes quanta sit, & cuiusmodi ille quidem, ad cuius cognitionem venire cogitant.

Quod ad Themistium philosophum spectat: cum plura de eo superius dicta sint, hic his addendum (quod ratio exigit argumenti) ipsum erga Orthodoxos propensiores fuisse: multis enim id signis apparuit: vsusque est eo familiarissime Gregorius Nazianzenus, vt ex litteris ad eum scriptis intelligere facile est: ex quibus etiam habetur, ipsum non philosophia tantum celebrem, sed etiam apud Imperatores potentia claruisse; quippe qui iam ab ipsis Constantij temporibus functus sit amplissimis magistratibus.

Gregor. Nazianz. epist. 139, 140.

Gregor. Nazianz. epist. 140.

At Valens Imperator nequitia exardescens, sic oratione Themistij visus est ab Ecclesiarum persecutione abstinuisse, vt tamen alia via, nouo excogitato pretextu, diram aduersus monachos persecutionem conflaret, cum eos exutos monastica professione, e monasteriis, lege lata, ad militiam reuocari precepit, hoc ipso anno, quo Valentinianus ex hac vita sublatus est, vt S. Hieronymus habet in Chronico his verbis: Multi monachorum Nitriae per Tribunos & milites caesi: Valens enim lege data, vt monachi militarent, nolentes fustibus interfici iussit.

VALENS COGIT MONACHOS AD MILITIAM.

Oros. lib. 7. cap. 33.

Praeferant iniquissimae persecutionis huius ante praeludia, cum ad Modestum Praefectum Praetorio de iisdem ipse Valens ita rescriptit: Quidnam ignauae sectatores, desertis ciuitatum muneribus, captant solitudines ac secreta, & specie religionis cum coetibus Monazonton congregantur: Hos igitur, atque huiusmodi intra Aegyptum deprehensos, per Comitum Orientis erui e latebris, consulta praeeptione mandauimus, atque ad munia patriarum subeunda reuocari, aut pro tenore nostrae sanctionis familiarium rerum carere illecebris, quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum.

l. 63, de Decurion. C. Theod. Cod. Iustini. eod. tit. l. 26.

At non

MONACHI PERSECUTIONEM PASSI VALENTE.

1. de curat. Kalendar. 2. Gregor. Nazian. orat. ad Iulian. Trib. exeg.

6. Basil. epist. 19 in addit.

BASILIVS CONSOLATIVS EST MONACHOS.

MONACHI SYRIAE CONSERVNT EPIPHANIVM. 4. Epiphani in prefat.

At non adscriptos tantum militiae monachos ita vexavit Valens Imperator, sed reliquos omnes dira exagitavit exactioe tributi, quos antea Constantinus atque Constantius ab huiusmodi pensatione capitationis census exemerant. Extant de his scripta Gregorij ad Iulianum, necnon carmen ad Hellenium, quem illum ipsum puto, ad quem Vicariam Praefecturam Constantinopolitanae civitatis agentem extat Theodosij Imperatoris rescriptum. Ad Iulianum enim de iisdem monachis sic scribit, cum eidem illos commendat: Philosophorum, inquit, coetum commendo, qui scilicet nullo vinculo humani tenentur; qui sola corpora, nec ea quidem tota possident; qui Caesari nihil, Deo omnia habent, hymnos, preces, vigiliis, lacrymas, hoc est, huiusmodi opes, quae manibus premi nequeunt; qui mundo mortui sunt, Christo vivunt, carnem consecerunt, animam a corpore abstraxerunt: hos si mitius tractaris, aut etiam omnino Dei servos & discipulos, & caelestium rerum inspectores, has inquam generis nostri primitias, haec columina, has fidei coronas, has pretiosas margaritas, hos templi illius lapides; cuius fundamentum & lapis angularis Christus, hoc est, egregij Ecclesiae complementi, hos inquam si Deo plane reddideris, praeclearissime utique & ipsis & nobis & tibi consulueris, &c.] At longe pluribus cumulat eos laudibus, cum in carmine ad Hellenium eodem commendat.

Praeferunt ista de tributis diram hanc, de qua est sermo, aduersus monachos persecutionem Valentis: qua non Aegyptij tantum monachi, sed in aliis quoque regionibus agentes vexari sunt. ex eo enim quod cognitum fuit eiusmodi genus hominum esse Imperatori iniusum, quibuscunque scelestis in eosdem debacchandi viros creuit audacia, vt ex S. Basilij ad ipsos monachos scripta epistola intelligere possumus, quam ad rerum gestarum concinnationem & veritatem hic describemus: est vero huiusmodi:

Desideratissimis ac religiosissimis fratribus, & sympresbyteris Acacio, Aetio, Paulo, Siluano, & Diaconis etiam, & religiosis monachis fratribus Basilij Episcopus.

Cum de graui persecutione aduersum vos excitata percepissem: & quod confestim post Pascha qui ad lites & pugnas ieiunabant, in tabernacula vestra irruentes, labores vestros igni tradiderint, cognouissem (qui vobis quidem domum in caelis sine manibus constructam, sibi ipsis vero ignis, quo ad nocendum vobis vsi sunt, thesaurum pararunt) ingemui quidem super eo quod accidit: non vt vobis, fratres (absit) sed vt illis condolerem, qui vsque adeo absorpti sunt a malitia, vt in tantum vsque facinus malitiam suam extenderint. Verum expectabam futurum, vt confestim ad humilitatem nostram, tamquam paratum refugium, vniuersi accurreritis: sperabamque daturum mihi Dominum indefinentium dolorum meorum refocillationem e vestro complexu, & sudore illo, quem propter veritatem distillatis, in corpus hoc otiosum excepto, habiturum me consortium praemiorum illorum, quae vobis a Iudice veritatis sunt recondita.

Postquam autem id vobis ne in mentem quidem venit, nec aliquid refocillationis a nobis expectastis, continuam mihi ad vos scribendi occasionem dari optavi: vt quemadmodum aliqui decertantibus acclamant, ita ego & bono vestro certamini adhortatione aliqua per litteras acclamarem. Fuit autem nobis ne hoc quidem factu facile, idque duabus de causis: vna, quod ignorabam vbinam locorum ageretur; altera, quod non adeo multi sunt qui ad vos proficiscantur. Nunc vero obtulit nobis Dominus desideratissimum ac religiosissimum fratrem Sacetesimum presbyterum, per quem charitatem vestram salutamus, obsecramusque vt pro nobis quoque oretis, lacrimantes & exultantes, quod merces vestra multa est in caelis. Et quoniam fiduciam habetis in Domino; ne cessetis noctes & dies clamare ad illum, vt certamen hoc Ecclesiarum compescat; plebibus pastores restituar, & Ecclesiam ad suam pristinam dignitatem redire faciat. Persuasus enim sum, si vox aliqua reperiatur, quae optimum Deum flectat, non elongaturum eum misericordias suas, sed daturum nobis posthac vna cum tentatione & exitum vt ferre possimus. Cunctam in Christo fraternitatem nostro nomine salutate.] haecenus Basilij.

Puto autem hos nominatos hic monachos primores fuisse archimandritas in Syria apud Chalcedem habitantes: siquidem eius nominis ibi Acacius claruit, cuius est saepe mentio apud Theodoretum in commentario historiae sanctorum Patrum; nam huius, necnon Pauli, cuius hic item nomen exprimitur, archimandritarum extat epistola ad S. Epiphanium, qua petierunt conscriptum librum de haeresibus ad se mitti: anno enim superiore cum elaborare cepisse Epiphanium, ipse eius exordio indicat, signatis illa sua tempora,

A tempora, Valentiniani & Valentis anno vndecimo, & Gratiani septimo: ipsi autem epistolam scripserunt hoc anno, librum quem scripserat ab eo exigentes, vt in scriptio litteris affixa testatur, quae sic se habet:

Epistola scripta nonagesimo secundo anno regni Diocletiani, Valentiniani & Valentis anno duodecimo, & Gratiani anno octavo ad Epiphanium Palaestinum Eleutheropolitem, qui fuit pater monasterij in eiusdem Eleutheropolis vicinia, tunc vero vrbs Constantiae prouinciae Cypri Episcopus extitit, ab Acacio & Paulo presbyteris & archimandritis, hoc est, patribus monasteriorum partium Chalcidis & Bercoae Cauae Syriae, de eo quod contra omnes haereses scripsit, immo quod & multi adhortati sint, ac coegerint ipsum ad hoc opus aggrediendum.]

Quanta vero hi Epiphanium coluerint obseruantia, illis in primis verbis indicant: At quando via intercepta est per infirmitates & aeternas corporales, non potuimus ipsi proficisci, & ad pedes tuos prouolui, &c.] vides primum morem cultus & venerationis etiam Abbatum ad pedes se Episcoporum prostrandum. & paulo post: Confitemur enim non solum nos, sed etiam omnes, quod in hoc saeculo nouum te Apostolum & praekonem Dominus excitauit, Ioannem nouum, & praedicantem quae debent seruari ab his qui cursum hunc propositum habent.] haec & alia ibi. Reddidit ad eosdem ipse Epiphanius litteras vna cum libro, quas & praefationem totius operis esse voluit, & inter alia rationem affert, cur Panarium, nempe casulam medicam, voluerit nuncupari, egregium plane opus, & Catholicae Ecclesiae valde proficuum.

Hoc item anno S. Basilij, cum ante de mirifica electione Ambrosij in Mediolanensis Ecclesiae Episcopum ipsius litteris certior factus esset, ingenti perfusus gaudio ad eum ita rescripsit:

Magna semper & multa quidem sunt Domini nostri dona, quorum neque magnitudo mensurabilis, neque multitudo numerabilis est. Vnum vero, quod inter maxima reputari potest ab his qui non difficiliu beneficiorum Dei in se collatorum sensu tanguntur, & praesens hoc est, quod quam longissime propter locorum distantiam seiunctis, per litterarum alloquium mutuo coalescere dedit. Largitus est autem duplicem cognoscendi modum, vnum per praesentem conuietum & congressum, alterum per consuetudinem litterariam. Quoniam igitur te per ea quae locutus es cognouimus: cognouimus vero non ex eo quod nota quaedam corporis tui menti nostrae impressa sit, sed quod interioris hominis tui pulchritudinem velut ex variegata sermonum pictura nouimus: nam quisque nostrum ex abundantia cordis loquitur.

D Glorificamus autem Deum nostrum, qui ex quavis mortalium generatione eos qui sibi placuerint deligit: qui olim quidem ex pastoribus ouium populo suo Principem excitauit, & Amos de grege caprarum sumptum spiritu suo instruxit, & ad prophetica dignitatem extulit: nunc vero virum ex vrbe Regia, cui totius gentis principatus concreditus erat, sapientia sublimem, generis claritudine, vitae splendore, orandi facultate, & rebus secularibus illustrem ad gregum Christi pasturam traxit. Qui proiectis huius vitae opibus vniuersis, proque damno habitis, vt Christum lucrifaceret, commissa sibi magni ac praecleari nauigij, Ecclesiae videlicet Dei, in fide Christi gubernacula accepit. Age igitur, o homo Dei, quando quidem non ab hominibus accepisti, aut doctus es Euangelium Christi, sed ipse te Dominus e medio Iudicum terrae desumptum ad praesidentiam Apostolicam transtulit: certa bonum certamen: corrige ac moderare infirmitatem populi, si qua Arianae vesaniae labe tactus est: renoua pristinam Patrum vestigia: & quod dilectionis erga nos fundamentum iccisti, in ipsam structuram assiduitate mutui nostri colloquij excitare ac prouehere stude: nam hoc pacto spiritu poterimus coniuncti esse, licet terrestri habitatione quam longissime alter ab altero distiti simus.] hucusque Basilij ad Ambrosium.

E Perseuerasse quidem mutuam inter vtrumque litterarum consuetudinem, certum est, siquidem complura inter eos noscuntur esse transacta. Expetiisse enim Ambrosium a Basilio eius lucubrationes tum explicantes diuinam scripturam, tum praua dogmata confutantes, facile intelliget qui vtriusque legerit commentarios in Hexameron & de Spiritu sancto; videbitque magna ex parte quae Basilij Graece edidit, Ambrosium tradidisse Latinis. Sed & illud erga Ambrosium Basilij pium intercessit officium, dum corpus sancti Dionysij Mediolanensis Episcopi & martyris, qui pro fide Catholica exul obierat in

Cappa-

EPIPHANIVS ET LV. CVBRATIO NES.

Basil. ep. 55. BASILII LITTERAE AD AMBROSIVM.

BASILII CVM AMBROSIO NECESSARIVDO.

Cappadocia, procurante Aurelio Episcopo, è Cappadocia Mediolanum translatum est. A

At verò non vnus dumtaxat Basilius in Oriente Ambrosij electionem, quamvis resistente canone actam probauit, sed omnes Occidentales & Orientales Catholicæ communionis Episcopi: quod ipse ea sententia declarauit, qua ait<sup>a</sup>: Ordinationem meam Occidentales Episcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probarunt.] quibus illud in primis innuit, quod minùs ritè actum videbatur, id iudicio sedis Apostolicæ publico decreto esse firmatum: Orientales verò & exemplo probasse, dum quod factum est Mediolani in creando Ambrosio Episcopo, Orientales idem præstiterint Constantinopoli postea eligendo Nestarium catechumenum. Ceterum eiusmodi licentia quam plurimos abusos esse ex laicis & neophytis ad sacros ordines & Episcopatum etiam irrepere fauore diuersorum sollicitantes, fuit postea querela Siricij Papæ, qui inter alia hæc<sup>b</sup> habet: Certè illud etiam non fuit prætermittendum, vt quod semel aut secundò necessitas hæreticorum intulit contra Apostolica præcepta, velut legelicitum, præsumi; neophytum vel laicum, qui nullo Ecclesiastico functus fuerit officio, inconsideratè vel presbyterum vel diaconum ordinare, quasi meliores Apostolis sint, quorum audeant mutare præceptum. Et qui non didicit, iam docere compellitur. Ita nullus reperitur idoneus clericorum; nec inter diaconos, nec inter alios clericos inuenitur qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad condemnationem Ecclesiæ laicus postularur? Quæ ne fiant vltra, admoneo.] hæc Siricius. Porro de huiusmodi abusione in Ecclesia Dei licentius vsurpata, vt laici & ipsi etiam coniugati ad Episcopatum postularentur, S. Hieronymus<sup>c</sup> agens contra Iouinianum meminit. Quòd verò Siricius dicat bis in Ecclesia id vsurpatum propter hæreticos: puto eum intellexisse de ordinationibus S. Hilarij, nec non etiam S. Ambrosij, quas constat multum proficuas fuisse Catholicæ fidei, cum à duobus his hæresis Ariana in Occidente potissimum fuerit profligata.

At Ambrosius cum sic ex laico esset ordinatus Episcopus, vndique sibi auxilium comparare fatigat: cui etiam longè positi Antistites adiumento fuere: siquidem præsto fuit eidem in fide tyroni suis scriptis (vt diximus) S. Basilius: sed ad nouæ præfecturæ regimen missus est ad illum à S. Damaso Papa egregiæ eruditionis & spectatæ probitatis Romanæ Ecclesiæ presbyter sanctus Simplicianus<sup>d</sup>, de quo nonnulla superius: quem cum in omnibus S. Ambrosius habuerit monitorem atque doctorem, vt patrem obseruare consuevit, cuius scientiam in docendo, dexteritatemque in agendo, satis exploratam reddidit conuersio Marij Victorini celeberrimi oratoris, de qua superius actum est. His denique aliisque auxilijs, sed præcipuè diuina accedente gratia, quasi miraculo factum est, vt qui nuper è tribunali populo ius reddebat, è cathedra eundem diuinam legem edoceret.

Porro quòd Simpliciani status humilis, Ambrosij verò sublimis esset, illud in eo excolendo consilium inuit, vt ipse licet magister, discipulum ageret, Ambrosiumque tamquam magistrum difficillimis interdum pulsaret quæstionibus, ita prouocans ad volandum pullum suum: ad quem aliquando sic Ambrosius<sup>e</sup>: Quid est, inquit, quòd ipse dubites, & à nobis requiras, cum fidei & acquirendæ cognitionis diuinæ gratia totum Orbem peragraveris, & quotidianæ lectioni nocturnis ac diurnis vicibus omne vitæ huius tempus deputaueris, acri præsertim ingenio etiam inintelligibilia complectens? vtpote qui etiam philosophiæ libros, quàm à vero sint deuij, demonstrare soleas, & plerosque tam inanes esse, vt prius scriberentur in suis scriptis sermo quàm vita eorum defecerit.] hæc ipse de Simpliciano, de quo plura inferius. Sic igitur benè accidit, diuino operante Spiritu, à quo ad tantum regimen assumptus erat, vt catechumenus in Episcopum, & discipulus in Ecclesiæ doctorem fuerit continuò transformatus, iuxeritq. in regimine Episcopatus vitam monasticam cum muneribus & officijs clericalibus. Ipso enim in Episcopatum ingressu sic vitam instituit, vt curam rerum domesticarum Satyro fratri reliquerit (quod ipse testatur) sese verò totum spiritualibus Ecclesiæ curis penitus manciparit. erat Satyrus frater adeò spectatæ virtutis, vt in rebus agendis ac moderandis ipsum habere consueuerit consultorem & arbitrum<sup>f</sup>.

Ad sacrificium celebrandum ita assiduus erat (quòd ipse tradit<sup>g</sup>) vt quotidie illud egerit, summa præuia animi præparatione: quolibet verò die Dominico (vt auctor est sanctus Augustinus<sup>h</sup>) in ecclesia pro concione populum docendum susceperit: cetera autem munia Ecclesiastica sic strenuè solus obierit, vt (quod ait Paulinus<sup>i</sup>) circa baptizandos

ELECTIO AMBROSII PROBATA AB OMNIBVS. <sup>a</sup> Ambrosius ad Vercell. epist. 82.

<sup>b</sup> Siric. epi. ad Orthodoxos.

AMBROSII INVALUIT IN ELECTIOE EPISCOPO. RVM. <sup>c</sup> Hieron. contra Iouin. lib. 1.

<sup>d</sup> Aug. Confess. lib. 8. c. 2.

SIMPLICIANVS ROM. PRESBYTER. INUITR AMBROSIO. <sup>e</sup> Ambrosius epist. 7.

AMBROSII VITAM INSTITUITO. <sup>f</sup> Ambrosius orat. in fun. fratris. <sup>g</sup> Ambrosius in precat. ad Miss. & epist. ad sororem. <sup>h</sup> Aug. Conf. lib. 8. c. 11. <sup>i</sup> Paulinus in vit. Ambrosius.

A dos ipse solus impleret, quod post eius obitum vix quinque Episcopi perficere poterunt. Ceterum ita curauit Ecclesiastica, vt externa & secularia minimè neglexerit, verum audiret frequenter litigantes, causas iudicaret, componeret, & æquissimus arbiter, vtrisque acquiescentibus partibus, definiret. His atque alijs ex causis Episcopum requirentibus omnibus, in omnibus se paratum exhibuit, vt nemini ad eum aditus esset aliquando interclusus, nullius ostij velum esset oppansum; nec qui ad eum duceret, esset alicuius è cubicularijs officium requirendum. testatur id quidem S. Augustinus<sup>a</sup> admiratus hominis in audiendis omnibus tolerantiam. Corpus verò ea disciplina coërcuit, vt ieiunium custodiret assiduam, nunquam prandendi (vt Paulinus ait) vsu admittens, nisi religio, Ecclesiæque illius consuetudo mandasset, nempe sabbatho die Dominico, & natalitius martyrum, quibus diebus prandium reuocaret, quòd etiam non solum pauperes reficerentur, sed & viri clarissimi exciperentur: hisce enim charitatis obsequijs etiam duces exercitus demerere consuevit, vt de Arbogaste Comite ac strenuissimo duce constat, qui magna gloria prædicare solebat, se ab Ambrosio sæpè acceptum esse conuiuio: id ipsum quoque Vincentius Galliarum Præfectus sibi cõcessum, pro magno munere ostentabat<sup>b</sup>. At licet sic ipse omnes exciperet; nunquam tamen ad conuiuium inuitatus accessit: tradit enim Possidius<sup>c</sup> in Augustino, quòd et si Ambrosius factus omnia omnibus, vt omnes lucrifaceret, ab tribus tamen perpetuè se continuit, niimirum vt nemini vxorem quæreret, nullique militiam suaderet, neque ad conuiuium inuitatus accederet. Hæc sunt quæ summam collecta ab ipso in eam sedem ingressu ad exitum vsque Ambrosius sibi seruanda præscripsit, quæ hic tantum attigisse sat est.

Quòd verò Ecclesiam diu ab Arianis possessam, instar dumosi memoris, prorsus incultam inuenerit, in qua ex tanta populi multitudine vix paucos esset reperire, qui aliqua ex parte velleuiter saltem non essent Arianæ communicationis labefactati contagio: vt par erat ad recipiendos eos in Ecclesiam poenitentes, omnibus fores Ecclesiæ patere iussit: cuius rei causa quòd facilis esset ad indulgentiam (quod accidit postea quoque Gregorio Nazianzeno Constantinopoli) multorum inuidiam passus est; de quibus sic ipse<sup>d</sup>: Vos indignamini, & contra Ecclesiam congregatis Concilium, quia videtis mortuos in Ecclesia reuiuiscere, & peccatorem indulta venia resuscitari. Itaque quod in vobis est, per inuidiam rursus vultis interficere suscitatos, &c.] inferius verò de se ipso ista conante, magna animi modestia ita subdit ex aduersantium inuectiuis: Dicitur: Ecce ille non in Ecclesiæ nutritus sinu, non edomitus à puero, sed raptus à tribunalibus, abductus à vanitatibus huius sæculi, à præconis voce ad Psalmistæ assuefactus canticum, in sacerdotio manet non virtute sua, sed Christi gratia, & inter conuiuas mensæ cælestis recumbit. Serua Domine munus tuum: custodi donum, quod contulisti etiam refugienti. Ego sciebam, quòd non eram dignus vocari Episcopus, quoniam dederam me sæculo huic: sed gratia tua sum id quod sum, & sum quidem minimus omnium Episcoporum, & infimus meritò. Tamen quia & ego laborem aliquem pro sancta Ecclesia tua suscepi: hunc fructum tuere; ne quem perditum vocasti ad sacerdotium, eum sacerdotem perire patiaris: ac primum vt condolere norimus peccantibus affectu intimo.] hæc ipse. Er quidem cumulatè, quòd à Deo sic est precatus, obtinuit: nam (vt de eo Paulinus<sup>e</sup> habet) quotiescumque aliquis ad promerendam pro peccatis veniam illa ipsi confitebatur, ad eò intima cordis commiseratione afficiebatur, vt deflexa audita peccata, ad secum flendum poenitentis prouocaret affectum. Fuisse autem eiusmodi peccatorum secretam confessionem, perspicuè illis verbis Paulinus insinuat, dum ait, quòd crimina ab illis accepta, nulli nisi Domino, apud quem intercedebat, loquebatur; relinquens exemplum posteris sacerdotibus, vt intercessores apud Dominum sint magis, quàm accusatores apud homines] hæc Paulinus. Quo modo verò post euulsas delinquentium per poenitentiam spinas, Ecclesiæ agrum culturæ redditum sanctis feminibus seuerit, suo loco dicemus.

Hoc eodem anno duodecimo Valentis decessisse ex hac vita nequissimum hominem heresiarcham Phorinum, S. Hieronymus notat in Chronico. plura cum scripsisse volumina alibi tradit<sup>f</sup>, in quibus præcipui erant contra Gentes & aduersus Valentinianum libri: at de ipso plura superius.

<sup>a</sup> Aug. Confess. lib. 6. c. 3.

<sup>b</sup> Paulinus in vita Ambrosius. <sup>c</sup> Seueri dialog. lib. 1. c. 17 in fine. <sup>d</sup> Possidius in vit. Aug. c. 27.

AMBROSII INDVLGET POENITENTIBVS.

<sup>e</sup> Ambrosius de poenit. lib. 2. c. 7. 8.

AMBROSII INSIGNIS HUMILITAS.

<sup>f</sup> Paulinus in vita Ambrosius.

<sup>g</sup> Hieronymus de script. heret. lib. 1.

IESV CHRISTI DAMASI PAP. VALENTIS 13. ANNVS ANNVS GRATIANI 10. IMPPP. A 376. 10. VALENTIN. 1.

GRATIANVS VETAT CONVENTVS HÆRETICORVM.

Christi annus trecentessimus septuagesimus sextus Coss. Valente quintum & Valentiniano iuniore Impp. incipit. Cessit humanitas Gratiani anni huius Consulatam ordinarium fratri, quem etiam Imperij collegam habere consensit, cum fratris primus annus notetur imperij, Gratiani vero mense Augusti decimus inchoetur, qui nouem ante cum patre regnarat. Ipse vero probe intelligens, nimia indulgentia patris permittentis Arianos in Ecclesia Occidentali pacifice agere, immo & Episcopatus gerere, ut vidimus de Auxentio tot annis Ecclesiam Mediolanensi incubante, aduersante licet Damaso Romano Pontifice, & aliis Orthodoxis Episcopis, hæreticos audaciores factos magno Catholice pietatis detrimento; sancita lege vetans eos conuentus agere, à Fisco vindicandum statuit locum illum siue in ciuitate, siue in agro, vbi ad synaxim celebrandam conuenissent. Est menrio eius institutionis in rescripto hoc anno dato ad Hesperium Prefectum Prætorio his verbis:

L. A. de heret. C. Theod.

Olim pro religione Catholice sanctitatis, ut cæteris hæreticæ vsurpationis conuiescerent; iussimus, siue in oppidis, siue in agris extra ecclesias, quas nostra pax obtinet, conuentus agerentur, publicari loca omnia, in quibus falso religionis obtentu altaria locarentur. quod siue dissimulatione ludicum, seu profanorum improbitate contigerit, eadem erit ex utroque pernicies. cetera desunt, nam hæc mox ibi. Dat. 10. Kal. Maij. Treuer. Valente & Valentiniano AA. Coss.]

INDICVM IGNAVIA GENTILITIA SVPERSTITIO REVISIT. Apud Smerium lib. Inscr. pag. 20. num. 1.

Porro eorundem ludicum dissimulatione non solum hæretici talia presumpserant, sed & Gentiles quam sub Valentiniano seniore Augusto vsurpauerant sibi licentiam idola colendi, suam ipsorum superstitionem exercere pergentes, eandem publicis quoque monumentis testatam relinquere ausi sunt. Inueniuntur istiusmodi audaciæ testes in antiquis inscriptionibus semper loquentes, quæ huius anni Consulibus notatæ habentur in Romanæ Urbis veteribus monumentis.

DIS. MAGNIS

MATRI. DEVM. ET. ATTIDI. SEXTILIYS. AGESILAVS. AEDISIVS. V. C. CAVSARVM. NON. IGNOBILIS. AFRICANI. TRIBNALIS. ORATOR. ET. IN. CONSISTORIO. PRINCIPVM ITEM. MAGISTER. LIBELLORVM. ET. COGNITION. SACRAR MAGISTER. EPISTOLAR. MAGISTER. MEMORIAE. VICARIYS. PRAEFECTOR. PER. HISPANIAS. VICE. S. I. C. PATER. PATRYM. DEI. SOLIS. INVICTI. MITHRAE. HIROPHANTA. HECATAE. DEI. LIBERI. ARCHIBVCOLVS. TAVROBOLIO. CRIOBOLIOQ. IN. AETERNVM. RENATVS ARAM. SACRAVIT. DD. NN. VALENTE. V. ET. VALENTINIANO. IVN. AVGG. CONSS. IDIB. AVGVSTIS

Apud eundem ubi sup. pag. 19. num. 11.

Sub iisdem quoque Consulibus alia id genus inscriptio sic se habet, eodem die notata:

DIS. MAGNIS

VLPIVS. EGNATIVS. FAVENTINVS. V. C. AVGV. P. V. B. P. R. Q. PATER. ET. HIROCERYX. D. S. I. M. ARCHIBV CVLVS. DEI. LIBERI. HIROPHANTA. HECATAE. SACERDOS. ISIDIS. PERCEPTO. TAVROBOLIO. CRIOBOLIOQ. IDIBVS AVGVSTIS. D. D. N. N. VALENTE. AVG. V. ET. VALENTINIANO. AVG. CONSS. FELICITER

ibidem hi versus:

VOTA. FAVENTINVS. BIS. DENI. SVSCIPIT. ORBIS VT. MACTET. REPETENS. AVRATA. FRONTE. BICORNES

At hæc non tam ob nominatorum Consulium memoriam descripsisse volumus, quam ad infelicia hæc tempora significanda, quibus publicæ aræ diis dedicabantur, & sacrificia in eisdem immolabantur, impartita iam semel Valentiniani & Valentis Augustorum Imperij exordio cunctis gentibus facultate, ut quæ vellet quisque numina coleret: quod

CHRISTI DAMASI PAP. VALENTIS 13. 376. 10. GRATIANI 10. IMPPP. VALENTIN. 1.

A quod suo loco superius diximus. Erant enim quædam maximè, qui putant quæ ad finem carminis aduersus Symmachum Prudentius habet, à parente Imperatoris illius quem alloquitur, verita fuisse sacrificia: ad Valentinianum seniore referenda. non enim Valentinianum Iuniorem auctor alloquitur, sed Honorium Imperatorem: ut manifestum sit ipsum intelligere de eius patre Theodosio, qui re vera omnia sacra Gentilium aboleuit. In quem errorem nos etiam fidem secutos aliorum illapsos ipsi correximus. Permississe quidem Valentinianum seniore, ut quam quisque vellet religionem amplecteretur, eiusdem Imperatoris assertionem demonstratum est superius Imperij eius exordio, editi ab eo auctoritate rescripti. Quod licet plusquam satis ad certam astruendam fidem esse possit, accedit tamen his insuper testificatio Ammiani disertis verbis ista firmantis, vbi ait: Postremo hoc moderamine Principatus inclaruit, quod inter religionum diuersitates medius stetit: nec quemquam inquietauit: neque ut hoc coleretur, imperavit, aut illud: neque interdictis minacibus subiectorum ceruicem ad id quod ipse voluit, inclinabat; sed intemeratas reliquit has partes, ut reperit. hæc Ammianus, ab ipso, ut vides, plurimum commendata, quod superstitioni Gentilicæ benè cesserit tanta facilitas Imperatoris: ut non veteres tantum frequentarentur sacrificii aræ, sed & recentes erigerentur. Ex quo etiam fonte manauit, ut idem fineret in Occidente inter Christianos quàm quis vellet fidem amplecti, atque pro arbitrio hæreses consecrari. Hinc videas Mediolani Auxentium secutum egisse, ipsumque Valentinianum coniugium Arianae feminae Iustinae minimè detrectasse.

Prudent. aduers. Symmach.

Ammian. lib. 30.

VALENTINIANVS LIBERVM SI-NENS DEORVM CVLTVM A DEO PVNITVR.

Ar quæ ista ipse consultè, exitus declarauit. Duo enim filij, iudemque Augusti, factione ac prodicione Gentilium necati sunt, Gratianus à Maximo, conspirantibus cum eo Gentilibus Senatoribus, & Valentinianus iunior prodicione eque Gentilium laqueo strangulatus: factumque est diuini libramento iudicij, ut transferretur Romanum Imperium in Theodosium, qui deorum omnium demoliretur cum idolis aras & templa, omnesque hæreses seuerissimis propulsaret edictis. Vnde hæc ipse considerans, cogor illud Davidicum vehementius inclamare: Et nunc Reges intelligite, & erudimini qui iudicatis terram. At iam quæ sunt reliqua prosequamur.

Psal. 2.

Quod ad rerum Ecclesiasticarum componendum ordinem spectat: ibidem Treueris Gratianus ad Episcopos ita rescripsit:

L. 21. de Episc. & cler. Cod. Theod.

Impp. Valens, Gratianus, & Valentinianus AAA. Artemio, Euridico, Appio, Gerasimo, & ceteris Episcopis.

QUID GRATIANVS DE IVDICIO ECCLESIASTICO.

Qui mos est causarum ciuiliu, idem in negotiis Ecclesiasticis obtinendus est. ut si quæ sunt ex quibusdam dissensionibus, leuibusque delictis ad religionis obseruantiam pertinentia, locis suis & à suæ diocæses Synodis audiantur: exceptis quæ actio criminalis ab ordinariis, extraordinariisque Iudicibus, aut illustribus potestatibus audientia constituit. Dat. xvi. Kal. Iun. Treuer. Valente V. & Valentiniano AA. Coss.] grauiora namque crimina, per quæ etiam poena sanguinis irroganda foret, per sæculares Iudices exerceri siuerunt Episcopi.

Quod autem ad res Orientis pertinet: hæc ex Ammiano collegimus; prodigioso quodam motu, sed non nisi numine impellente, Hunnos ultra paludes Meoticas incolentes, in Alanos, qui Scythicas solitudines habitabant, irrupentes, ab illis repulsos descendisse in regiones trans Istrum, quas occuparant Gothi: Hi vero sub Regibus Alarico & Fritigerne (Athanasius autem ad tutiora loca confugerat) per Legatos apud Valentem Imperatorem egere, ut Thraciæ ipsis darentur ad habitandum; spondentes se Romanis subditos fore, tutaturosque fines Romani Imperij ab omnibus aliis barbarorum incursum. Permissi sunt igitur magno Romani Imperij damno barbari Istrum transire: sed & alia proxima nationes se iisdem adiungere, transmissereque. & ipsæ Istrum, Romanis licet inuitis. Meminit horum sanctus Ambrosius barbarorum, & aliorum inter se confligentium; & quæ Ammianus pluribus chartis est profecutus, ipse his paucis absoluit, vbi ait: Quanta enim prælia, & quas opiniones accipimus præliorum? Hunni in Alanos, Alani in Gothos, Gothi in Taifalos & Sarmatas insurrexerunt. Nos quoque in Illyrico exules paria Gothorum exilia fecerunt: & nondum est finis. Quæ omnium fames, lues pariter bouum atque hominum, ceterique pecoris? ut etiam nos, qui bellum non pertulimus, debellatis tamen pares fecerit pestilentia. hæc Ambrosius.

Ammian. lib. 31.

BARBARI IN ORIENTE GRASSANTVR IN ROMANVM IMPERIVM.

Ambros. cõment. in Luc. lib. 9. c. 21.

Factum namque est, ut barbari qui Istrum transierant, victus inopia laborantes, Annal. Eccl. Tom. 4. li 2. grassari

grassari cœperint in vicis & oppida, vnaque conspirantes tentarent etiam ciuitates, pro-

PAX MEDIO-

Ambrosii comment. in Luc. lib. 9. c. 20.

Socrate lib. 4. cap. 28. Euzoiiobitus, dorothei ordi-

IESV CHRISTI DAMASI PAP. VALENTIS 14. ANNVS ANNVS GRATIANI 11. IMPPPP. 377. II. VALENTIN. 2.

Qui sequitur annus trecentimus septuagesimus septimus, Consulatu Gratiani quar-

Roma in adibus Colo-rij ad Aquam Virginem, apud Smerium pag. 20. num. 4.

GRATIANO. IV. ET MEROBAVDE CONSVLIBVS DEDICAVIT. ANTIQVA GENEROSE DOMO CVI REGIA VESTAE PONTIFICI FELIX SACRATO MILITAT IGNE IDEM AVGV R TRIPPLICIS CVL TOR VENERANDE DIANA E PERSIDICIQ MITHRAE ANTISTES BABILONIE TEMPLI TAVRIBOLIQ SIMVL MAGNI DVX MYSTICE SACRI

Ad sunt ibi sculpta signa immolantium, nempe inactati arietes: quibus intelligas impietatem adhuc publicos sibi vendicasse honores.

Quo anno, Valens Imperator, accepta immensa clade illata Romano exercitui sub Luc-

A

B

C

D

E

A picino, funestaque Thraciarum à Gothis facta depopulatione, Antiochia a citò digressus est Constantinopolim peruenturus: Tunc (inquit Socrates) destitit ab illis in exilium mittendis, qui fidem Consubstantialis amplexabantur.] sed verius S. Hieronymus, qui hoc anno decimoquarto Valentis de eo ita habet in Chronico: Valens de Antiochia exire compulsus, sera poenitentia nostros de exiliis reuocat. ] eadem & Orosius: quin & ipsum Socratem id significasse oportuit, dum Petri Episcopi Alexandrini restitutionem Alexandriam, adhuc Valente Imperatore viuente, factam affirmat, cum inferius ait: Per idem tempus, simulatque Valens Imperator Antiochia decesserat: omnes qui vbi-que persecutionis tempestate iactabantur, & Alexandria potissimum, magnoperè creati fuerunt, propterea quòd Petrus Roma cum litteris Damasi Episcopi Romani eò reuersus erat, quæ quidem & homouij fidem confirmabant, & Petri creationem. Populus igitur illis confusus expellit Lucium, Petrum autem in eius locum introducit. ] hæc ibi. Vides summam in Romano Pontifice auctoritatem, cuius arbitrio Alexandriæ Ecclesiæ primæ sedis post Romanam Episcopus in suam Ecclesiam restituitur: quem eiusdem auctoritate redeuntem, contempto Valentis imperio, immò tyrannica potestate, populus in sua cathedra collocat, eiectò eiusdem sedis turpissimo inuatore. Eadem habet de restitutione Petri facta per Damasum Sozomenus: ex quibus erroris arguuntur, qui post obitum Valentis Petrum restitutum affirmant: maior certè auctoritas S. Hieronymi, ac ceteris præferenda, hoc eodem tempore degentis in Syria, & cum Valentis Imperio finem Chronico imponentis.

VALENS EX- VLES O R- THODOXOS RELAXAT EXILIO. Ammian. lib. 31. Socrat lib. 4. cap. 28. Oros. lib. 7. cap. 33. Socrat. lib. 4. cap. 30.

Intueris, lector, nouum Pharaonem, Valentem Imperatorem, nonnisi potenti grauiq. Dei manu cogente, relaxasse tandem liberum populum Dei; atque inuitum licet, grauioribus tamen imminentibus hostibus, vrgentibusque periculis, indulgisse quod nulla persuasione iustorum, diuinarumque operatione virtutum tot annis potuit extorqueri. Sed & hoc quoque signo penset aliquis grauius fuisse Valentis delictum, dum Pharaon ille aquas sceleris sensit vtrices, hæc verò ignem impietatis expertus est vindicem. At de eius obitu anno sequenti.

Hoc autem anno, periclitanti Imperio Orientali Gratianus laturus suppetias, Ricomerem illuc cum copiis misit: qui iunctus Ducibus Valentis Imperatoris, iidem simul diro proelio barbaros afflixere, attriti tamen & ipsi ab aduersariis multa cæde. sed autumni tempore ob nouos barbarorum in Gallia motus, Ricomeres in Occidentem reuocatur à Gratiano: cum interea Gothi, alijs barbaris in societatem adscitis, non Thracias tantum, sed alias interiores depopulati sunt regiones. hæc ita vsque in annum sequentem funesta iugiq. clade, perseverarunt, quæ cuncta Ammianus copioso tractat historia.

Ammian. lib. 31. RICOMERES DVX CVM EXERCITV MITTITVR IN ORIENTEM.

Quod rursus ad res Ecclesiasticas pertinet: hic ipse annus est, qui decimus septimus numeratur à tempore probrosi illius Constantinopolitani Concilij, quod sub Constantio celebratum diximus anno sequenti à Concilio Seleuciensi, nempe Domini trecentesimo sexagesimo: quo inquam ipso anno S. Basilius scripsit epistolam ad Ecclesiam Euaisenam in Armenia sitam, ut ipse in ea testatur, ex qua nonnulla quæ ad præsentem Orientalis Ecclesiæ statum spectant, habentur; nimirum Acacianos, Eudoxianosque, qui olim Semiarianos in dicto Concilio Constantinopolitano excommunicantes sedibus depouere, transactione inter se quadam facta, prout commodum cuiusque suadebat, inter se fœdere iunctos esse, sedesque partitos Episcopales. Illud quoque obseruatione dignum, quòd etsi Semiariani omnes aduersus Spiritus sancti diuinitatem blasphemias docuissent, scripissent, ac promulgassent, milleque modis insinuare curassent: haud tamen perficere potuerunt, ut multos inuenirent hæresis huiusmodi sectatores: nam sic ad eos S. Basilius: Ipsum Orbem inspicite, & videte quàm modica sit ea portio, quæ hoc morbo laborat: reliqua verò vniuersa Ecclesia, quæ ab Orbis finibus vsque ad fines Euangelium recepit, sanam hanc & rectam doctrinam sectatur, à cuius communionem vt ne excidatis, petimus. ] hæc Basilius. Ceterum etsi pauci essent qui eiusmodi detestandam hæresim sectarentur; tamen vix erat reperire in Oriente Ecclesiam, quæ alicuius hæresis penitus experta esset: nam idem Basilius ipso exordio eiusdem epistolæ eos commendans hæc habet: Re vera namque insolens iam est, ac vehementer rarum, Ecclesiam videre sinceram, quæ nihil sit à malitia temporum istorum læsa, sed integram & inoffensam seruet Apostolicam doctrinam; qualem presertim temporibus vestram ostendit, qui singulis generationibus eos qui vocatione sua digni sunt manifestat.

Basil. epist. 72. HÆRESIS MACEDONII HAVD PROGRESSA LONGIVS.

Basil. epist. 72.



NONATI- STA REBA- PTIZANTES COERCEN- TVR. 1. 1. de sanct. bapt. 1. 1. 1. C. Theod.

MANI- CHAEI IN AFRICA COMPRES- SI.

\* Viuentium Vincendum

1. 3. de her. C. Theod.

4. Aug. de Vit. bent. circ. prin.

4. Aug. Confess. lib. 1. c. 2. Aug. ibid. lib. 3. c. 4. Aug. ibid. lib. 3. cap. 6.

3. Aug. ibid. lib. 4. cap. 1. AVGVSTI- NVS CA R- THAGINE SEDVCTVS A MANI- CHAEIS. 4. Aug. Confess. lib. 4. c. 2.

1. Aug. Confess. lib. 3. c. 11. DIVINAM VISIONEM DE FVTVRA CONVER- SIONE FILII S. MONICA ACCERIT.

Quod autem ad statum Occidentalis Ecclesiae spectat; Gratianus Imperator, noua A edita sanctione, Donatistas in Africa iterum baptizantes compescuit; locaque occupata Catholicorum, tempore Firminae tyrannidis, iisdem restituenda praecipit, ita rescribens ad Flavianum Vicarium Africae:

Eorum condemnamus errorem, qui Apostolorum praecipia calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos alio rursus baptismate non purificant, sed incessant, lauacri nomine polluentes. Eos igitur auctoritas tua erroribus miseris iubebit abstinere, ecclesiis quas contra fidem retinent, restitutis Catholicae, eorum quippe institutiones sequenda sunt, qui Apostolicam fidem sine intermutatione baptismatis probauerunt. Nihil enim aliud praecipimus, quam quod Euangeliorum & Apostolorum fides & traditio incorrupta seruauit, sicut & lege diuina parentum nostrorum Constantini, Constantis, Valentiniani decreta sunt (haec spectant ad Donatistas: quae autem sequuntur, ad Manichaeos.) B Sed plerique expulsi de ecclesiis, occulto tamen furore grassantur, loca magnarum domorum, seu fundorum illicitè frequentantes: quos fiscalis publicatio comprehendet, si piaculari doctrinae secreta praebuerint, nihil ut ab eo tenore sanctio nostra diminuatur, qui dato dudum ad Nitentium praecipio fuerat constitutus. Quod si errorem suum diligunt, suis malis, domesticoque secreto, soli tamen foueant viros impiae disciplinae. Dat. xvi. Kalend. Nouembr. C. P. Gratiano A. IIII. & Merobaude Coss. ] Porro hanc posteriorem sanctionis partem de Manichaeis decernere, huius similis citata lex Valentiniani superius docet.

Erat inter Manichaeos in Africa tum commorantes S. Augustinus Auditor, annumque agens quartum sub eorum disciplina sectator, suae verò aetatis vigesimum tertium: quod quidem à natali die ratione subducta, ex scriptis ipsius ( ut inferius demonstrabimus) C certa supputatio collecta declarat. Natus est ipse anno Domini trecentesimo quinquagesimo quinto, Arberione & Lolliano Consulibus, Constantij Imperatoris decimo nono, Idibus Nouembris; eam enim diem natalem suum dicit in libro de Vita beata. Idemque decimo septimo aetatis suae anno, Domini autè trecentesimo septuagesimo primo, litterarum studij causa ( ut ipse testatur) Carthaginem petiit, quo & orbatus est patre. Decimo nono verò, nepe Christi trecentesimo septuagesimo tertio, impegit in Manichaeos, de quibus ait: Incidi itaque in homines superbe delirantes, carnales nimis & loquaces, in quorum ore laquei diaboli & viscum confectum commixtione syllabarum nominis tui, & Domini Iesu Christi, & Paracliti consolatoris nostri Spiritus sancti. Haec enim nomina non recedebant de ore eorum, sed sono tenuis & strepitu linguarum, ceterum cor inane veri. Et dicebant, Veritas, & Veritas: & multum eam dicebant mihi, & nusquam erat in D eis. ] & inferius: Per idem tempus annorum nouem ab vnde uigesimo anno aetatis meae usque ad duodecimum seducebamur & seducebamur, tali atque fallentes in variis cupiditatibus, & palam per doctrinas, quas liberales vocant, occultè autem falso nomine religionis, h. e. superbi, ibi superstitiosi, ubique vani, ac popularis gloriae sectantes inanitatem usque ad theatricos plausus & contentiosa certamina, & agonem coronarum scenarum, & spectaculorum nugae, & intemperantiam libidinum. ] & infra: h. Docebam illis annis rhetoricam, &c. ]

Quid autem tunc sanctissimae matri eius Monicae viduae deploranti filij perditionem, eam consolaturus ostenderit Deus, ipse narrat his verbis: Missi manum tuam de alto, & de hac profunda caligine eruisti animam meam, cum pro me ploraret ad te mater mea, fidelis tua, amplius quam flent matres corporea funera. Videbat enim illa mortem E meam ex fide & spiritu, quem ex te habebat: & exaudisti eam Domine, nec despexisti lacrymas eius, cum profluentes rigarent terram sub oculis eius in omni loco orationis eius, & exaudisti eam. Nam vnde illud somnium, quo eam consolatus es, ut viuere me secum crederet, & habere secum eandem mensam in domo, quod nolle ceperat, auersus & detestans blasphemias erroris mei? Vidit enim stantem se in quadam regula lignea, & aduenientem ad se iuuenem splendidum, hilarem, atque aridentem sibi, cum illa esset marrens, & marore confecta. Qui cum causas quaesisset ab ea matritiae suae, quotidianarumque lacrymarum, docendi ( ut affolet ) non discendi gratia: atque illa respondisset, perditionem meam se plangere: iussisse illum, quod secunda esset, atque admonuisse, ut attenderet & videret, ubi esset illa, ibi esse & me. Quod illa ubi attendit, vidit me iuxta se in eadem regula stantem. Vnde hoc, nisi quia erant aures tuae ad

A cor eius? O tu bone omnipotens, qui sic curas vnumquemque nostrum, tamquam solum cures, & sic omnes tamquam singulos. Vnde illud etiam, quod cum mihi narraisset ipsum visum, & ego ad id trahere conarer, ut illa se potius non desperaret futuram esse: quod eram: continuò sine aliqua haesitatione: Non, inquit: non enim mihi dictum est: Vbi ille, ibi & tu: sed vbi tu, ibi & ille. ] atque paulò post:

Dedisti alterum responsum per sacerdotem tuum quemdam Episcopum nutritum in Ecclesia & exercitatum in libris tuis. Quem cum illa femina rogasset, ut dignaretur mecum colloqui, & refellere errores meos, & dedocere me mala, & docere bona ( faciebat enim hoc, si quos forte idoneos inuenisset ) noluit ille: prudenter sanè, quantum scisci potest. Respondit enim me adhuc esse indocilem, eo quod inflatus essem nouitate haereticis illius, & nonnullis quaestionibus iam multos imperitos exagitasset, sicut illa indicauerat ei: Sed sine, inquit, illum ibi, & tantum roga pro eo Dominum: ipse legendo reperiet quis ille sit error, & quanta impietas. Simul etiam narrauit, se quoque paruulum à seducta matre sua datu fuisse Manichaeis, & omnes penè non legisse tantum, verum etiam scripturas libros eorum, sibi que apparuisse, nullo contra disputante & conuicente, quam esset illa secta fugienda, itaque fugisse. Quae cum ille dixisset, atque illa nollet acquiescere, sed instaret magis deprecando, & vbertim flendo, ut me videret, & mecum differeret: ille iam substomachus tædio: Vade, inquit, à me, ita viuas: fieri enim non potest, ut filius istarum lacrymarum pereat. Quod illa ita se accepisse, inter colloquia sua mecum saepe recordabatur, ac si de caelo sonuisset. ] sic ipse, qui hoc tempore in his totus erat: sed quando tandem è faece emerferit, dicendum suo loco erit: Gratianus autem cum accepisset ab huiusmodi nebulonibus curiosam iuuentutem duci captiuam, his & aliis, quas C dicemus, legibus eos exagitare curauit.

Hic ipse etiam annus est, quo sanctus Ambrosius, mense Ianuarij, ipso die natali S. Agnetis exorsus de virginitate sermonem, propagauit illum in libros tres ad sororem conscriptos de Virginitate: profiteretur enim id ipse, cum ait: Hæc ego vobis, sanctae virgines, nondum triennalis sacerdos munuscula parauit, licet vsu indoctus, sed vestris edoctus moribus: Quantum etenim adolescere vsus poterit in tam parua initiatae religionis aetate? ] hæc ipse. Porro hic ille est annus, quem tertium agebat in sede Ambrosius, absoluentum post decem menses & semis: vnde iure illud: Nondum triennalis sacerdos. ] Sed miraculum planè istud ingens, ut qui necdum Christianus ad docendum alios Episcopus creatus est; hoc ipso anno, secundo iam in cathedra expleto & mense vno cum dimidio, tot tantaque de fide, moribus, & Ecclesiae institutis Ecclesiastica elucubraverit monumenta: D quippe qui anno superiori in Lucam commentarios pereruditos scripserit, hoc verò anno de Virginitate luculentam elaborauerit tractationem: ut re vera appareat, non nisi diuino eum afflatum spiritu hæc adeò magna, tantaque copia prestare valuisse. Qui igitur semel ad culturam eam sedulo studio redegisset Ecclesiam, fertilem quidem terram, Ariani autem Antistitis impietate factam sterilem; quæ nobiliora essent in Ecclesia Catholica semina, nempe sanctae virginitatis, in ea serere laborauit: nec tamen fessus est aliquando, si reddere solita terra fructum centuplum, ne iactum quidem semen ingrata rependeret. hinc ipse: Dicit aliquis: tu nobis quotidie virginum canis laudes. Quid faciam, qui eadem quotidie cantito, & proficio nihil? Sed non mea culpa. Denique de Placentino sacrandae virgines veniunt, de Bononiensi veniunt, de Mauritania veniunt, ut hic velentur. Magnam rem videtis: hic tracto, & alibi persuadeo. Si ita est, alibi tractemus, E ut vobis persuadeamus. Quid quod etiam qui me non audiunt, sequuntur: qui audiunt, non sequuntur? Nam pleraque virgines cognoui velle, & prohiberi etiam prodire à matribus, & (quod est grauius) viduis, cum quibus hic mihi sermo est. ]

Aderat tunc in auditorio, cum hæc S. Ambrosius concionaretur, S. Eusebius Bononiensis Episcopus: de quo ipse: Bene, inquit, accidit: quia nos laboraturos Dominus sciebat, & auxilium de sociis ministravit. Adest piscator Ecclesiae Bononiensis aptus ad hoc piscandi genus. ] hæc idcirco Ambrosius, quoniam Eusebij cultura & studio Bononiensis Ecclesia ea præclara sobole fecundata admodum videbatur, ut idem Ambrosius eodem libro primo testatur, ad quem & scripsit commentarium, cuius est titulus, Institutio virginis.

Erant planè sacrae virgines Ecclesiae gemmae ornantes Episcoporum coronas, eademque Deo dicatae duplicis erant generis, alterius nimirum eae quae in domo paterna cum suis parentibus

Aug. 1. 1. 1. C. Theod.

Aug. 1. 1. 1. C. Theod.

AMBROSIVS SCRIBIT DE VIRGINITATE.

4. Ambrosius de Virginitate lib. 1.

4. Ambrosius de Virginitate lib. 1.

4. Ambrosius de Virginitate lib. 3.

CHRISTI 377.

DAMASI PAP. II.

VALENTIS 14. GRATIANI 11. IMPPP. VALENTIN. 2.

VIRGINES IN ECCLIA. GENVM DB. CVS.

SACRARVM VIRGINVM GENVS DV. PLEX.

Gregor. Nazian. ad Hel. ten.

Ambros. ad Virginem l. 1. p. 1. cap. 6.

1. Cor. 7.

AMBROSIVS COMPOSIT CLERVM. Ambros. de offic. lib. 1. c. 1.

Ambros. de offic. lib. 1. c. 18.

redderentur

AMBROSIVS CORRIGIT PRAVOS VSVS.

Ambros. ser. 30. Ambros. ser. 82.

Aug. confess. lib. 6. c. 2.

Cone. 3. Carth. c. 30. Aug. epist. 64.

parentibus & cognatis agebant, è quarum numero sancta Marcellina Ambrosij soror A fuit, quæ Romæ à Liberio Papa Deo sacrata domi debebat, atque alias ipsa diues in eandem professionem & consortium sibi adlegerat; sicut & Romæ iidem Eustochium, Principia, Demetria, & alia apud suos habitantes, atque Deo seruientes. alterum autem earum genus erat, quæ sub vno conclaui, nempe in monasterio religiosam vitam ducerent; quarum supra suo loco meminimus. De Orientalis quoque Ecclesiæ eiusdem institutionis obseruantia, duplicique genere distinctis sacris virginibus sanctus Gregorius Nazianzenus in carmine ad Hellenium<sup>a</sup> his verbis meminit: Multas quidem in omnibus illis regionibus, quas salutifera Christi doctrina peragravit, inuenire est, quæ partim in sodalitiis viuunt, eandemque cælestis vitæ cupiditatem fouent, atque idem vitæ institutum sequuntur, partim infirmis suis parentibus aut fratribus, quos castitatis suæ testes habent, sedulæ assident. Mihi quidem etsi paruus est huiusmodi mulierum numerus, cælestibus B tamen, pulcherrimisque Christi fideribus adeo gestio atque exulto, vt pro paucis his meis de virtutis præstantia cum multo pluribus in contentionem venire non dubitem. ] sic ille. Eiusmodi autem sacris virginibus ad ecclesiam venientibus, locus ab aliis tabulati interstitio separatus dabatur, & quidem ornatus diuersis appositis ex diuinis Scripturis virginitati congruis monumentis; prout S. Ambrosius, virginem lapsam alloquens, docet his verbis<sup>b</sup>: Nonne & illum locum tabulis separatam, in quo in ecclesia stabas, recordari debuisti, ad quem religiose matronæ & nobiles certatim currebant, tua oscula petentes, quæ sanctiores & meliores te erant? Nonne vel illa præcepta, quæ oculis tuis ipse scriptus paries ingerebat, recordari debuisti? Diuisa est mulier & virgo: Quæ non est nupta, cogitat quæ Domini sunt, quo modo sit sancta corpore & spiritu. Tu autem in contrarium vertens dictum, &c.]

Porrò etsi in his Ambrosius admodum versatus est: nihil tamen apud eum antiquius fuit, vel curauit propensius, quam ad exactam absolutamque Ecclesiasticam disciplinam clerum componere: cuius rei causâ tres illos egregios de Officiis libros scribere postea est aggressus, cum aliquandiu populum docuisset, in quorum exordio ita præfatur<sup>c</sup>: Ego enim raptus de tribunalibus atque administrationis insulis ad sacerdotium, docere vos cœpi, quod ipse non didici: Itaque factum est, vt prius docere inciperem, quam discere. Discendum igitur mihi simul & docendum est; quoniam non noui ante discere: Et quantumlibet quisque profecerit: nemo est qui doceri non egeat, dum uiuit. ] ita ipse: Qualem autem delectum habuerit in clericis deligendis, quamque in singulos ad officia Ecclesiastica cooptandos fixerit oculorum obtutum: quæ ipsemet habet in iisdem tunc à se editis commentariis, his verbis significat<sup>e</sup>: Meministis, filij quemdam amicum, cum D sedulis se videretur commendare officiis, hoc solo tamen in clerum à me non receptum, quod gestus eius plurimum dedeceret: Alterum quoque cum in clero reperissem, iussisse me, ne vniquam præiret mihi, quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos feriret meos. Idque dixi, cum redderint post offensam muneris: hoc solum excepi. Nec sefellit sententia. Vterque enim ab Ecclesia recessit, vt qualis incessu prodebarur, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Arianæ infestationis tempore fidem deseruit: alter pecuniæ studio, ne iudicium subiret, sacerdotem se nostrum negauit. Lucebat in illorum incessu imago leuitatis, species quadam scurrarum percurfantium. ] hæc ipse.

At sicut ex Arianæ Episcopi administratione populum magna ex parte corruptum curauit, atque clerum Ecclesiastica disciplina solum corripuit: ita ad Gentilios mores incuria ministrorum coalitos quanto citius extirpandos incubuit: Fidem horum facit E declamatio illa aduersus Ianuarij<sup>f</sup> Kalendas superstitione colentes. Acclamationesque illas in Lunæ defectu penitus sustulit<sup>g</sup>; auctorem extitit, vt diem illum Kalendarum, quo populus Gentilis genio indulgebat, Fideles ieiunando transfigerent. Sed & quæ symbolo aliquo & affinitate Gentilium ritibus viderentur esse coniuncta, protinus aboleuit, vt inter alia piorum illa conuiuia, Agapes nominata, in ecclesiis peragi consueta, quorum meminit Augustinus<sup>h</sup>: quæ quod imaginem quamdam Parentalium representarent, Ambrosij exemplo idem sanctus Augustinus postea in Africana Ecclesia auferenda curauit<sup>i</sup>. In eo quoque multus fuit, vt prauam illam consuetudinem, quæ tam in Occidente, quam etiam in Oriente vsu temporis coaluerat, qua Fideles quam plurimi vsque ad proeuectiorem ætatem baptismum differrent, penitus vt malum germen ex agro Dominico euelleret; & quod se fecisse doluit, ab aliis ne in posterum fieret, vehementer admo-

CHRISTI 377.

DAMASI PAP. II.

VALENTIS 14. GRATIANI 11. IMPPP. VALENTIN. 2.

A admonuit<sup>a</sup>: præfiteruntque hoc ipsum apud Orientales Basilius atque Gregorius Nazianzenus, necnon Gregorius Nyssenus, vt ipsorum de Baptismo editæ orationes significat. At de rebus ab Ambrosio gestis hoc tempore hætenus: conueniemus eum sæpe in futurum.

Hoc eodem anno idem Imperator pro clericorum immunitate ita rescriptit<sup>b</sup>: Presbyteros diaconos, subdiaconos, atque exorcistas, & lectores, ostiarios etiam, & omnes perinde qui primi sunt, personalium munerum expertes esse præcipimus. Dat. III. Non. Mart. Gratiano IIII. & Merobaude Coss.]

Hoc pariter anno, magno favore Imperatorum, tum Romæ, tum etiam Constanti- nopolis Symmacho Consulari, ipsis Principibus carissimo dedicata statua est: eius autem quæ Romæ erecta est, basis eiusmodi habuit inscriptionem<sup>c</sup>:

B  
P H O S P H O R I I  
L. AVR. AVIANTIO. SYMMACHO. V. C. PRÆFECTO. VRBI CONSVLI. PROPRAEFECTIS. PRÆTORIO. IN VRBE. ROMA FINITIMIS QVE. PROVINCIIS. PRÆFECTO. ANNONAE. VR BIS. ROMAE. PONTIFICI. MAIORI. QVINDECIMVIRO. S. F MVLTIS. LEGATIONIBVS. PRO. AMPLISSIMI. ORDINIS. DESI DERIIS. APVD. DIYOS. PRINCIPES. FVNCTO. QVI. PRIMVS. IN SENATV. SENTENTIAM. ROGARI. SOLITVS. AVCTORITATE PRVDENTIA. ATQVE. ELOQVENTIA. PRO. DIGNITATE. TAN TI. ORDINIS. MAGNITVDINEM. LOCI. EIVS. IMPLEVERIT AVRO. INLVSTREM. STATVAM. QVAM. A. DOMINIS. AVGV STISQ. NOSTRIS. SENATVS. AMPLISSIMVS. DECRETIS. FREQVEN TIBVS. IMPETRABIT. IDEM. TRIVMPHATORES. PRINCIPES NOSTRI. CONSTITVI. ADPOSITA. ORATIONE. IVSSERVNT QVAE. MERITORVM. EIVS. ORDINEM. AC. SERIEM. CONTI NERET. QVORVM. PERENNE. IVDICIUM. TANTO. MVNERI HOC. QVOQVE. ADDIDIT. VT. ALTERAM. STATVAM. PA RI. SPLENDORE. ETIAM. APVD. CONSTANTINOPOLIM. COL LOCARET ] à dextro latere eiusdem basis hæc :  
DEDICATA. III. KAL. MAIAS. D. N. GRATIANO. IIII. ET. ME ROBAUDE. COSS ]

D Aded homo dexterrimus nouit se in amicitiam insinuare Imperatorum, vt quamuis aduersariæ religionis cultor atque defensor esset, eos tamen ab iisdem assequeretur honores, quos nullus Christianorum hoc tempore accepisse legatur: ex quo illud quoque indignum accessit, vt fretus gratia Principum, atque potentia, simulque admiranda in dicendo facundia, audacter susceperit Gentiliæ superstitionis patrocinium, utpote inter sacerdotes decorum primarium locum obtinens, creatus eorum maior Pontifex, ac summus facile futurus, nisi titulus ille soleret tribui dumtaxat Imperatori.

Sed inconcessa tentanti restitit ei Damasus, expertusque item est sanctum Ambrosium fortissimum aduersarium, ac demum suæ ipsius petulantia Theodosium vindicem. Hæc autem omnia quo modo facta sint, ordine temporum dicenda erunt. At visis his quæ E Principes sæculi Romæ Symmacho præfiterunt: quid ibidem maioris honoris contulerit Deus Ambrosio, haud tacendum: accidit enim, quo anno, nescitur (post aliquot enim annos ab Ambrosij ordinatione contigisse tradit Paulinus eius Romam aduentum.) vt illud insigne miraculum ederetur, quod idem auctor describit his verbis<sup>d</sup>: per idem tempus cum Transiberim apud quamdam clarissimam inuitaretur, vt sacrificium in domo offerret: quædam balneatrix, quæ paralytica in lecto iacebat, cum cognouisset ibidem esse Domini sacerdotem, in sellula se ad eandem domum, ad quam ille inuitatus adue nerat, portari fecit, atque oranti & imponenti manus vestimenta attingit: quæ cum exoscularetur, statim sanitare cepta, ambulare cœpit: vt impleretur illud Dominicum dictum ad Apostolos<sup>e</sup>: Etiam maiora his facietis credentes in nomine meo. Quod tamen signum sanitatis vt mirabile fuit, ita etiam nec occultum: nam ego post annos plurimos, sanctis viris referentibus, positus in Vrbe cognoui. ] hæc Paulinus. Vides ex his pariter pri- stinam

Ambros. ser. de Sa. p. 1. cap. 6.

1. 1. de 3. p. 1. cap. 6.

SYMMACHO HONORI. Lib. 1. in. p. edit. Platina. pag. 70. e.

S. AMBRO SII ROMAE MIRACV LVM.

Paulin in vit. Ambros.

1. Ioann. 14.

CHRISTI 378.

DAMASI PAP. 12.

VALENTIS 15. GRATIANI 12. IMPPPP. VALENTIN. 3.

stinam illam adhuc perseverare Romae consuetudinem, quae tempore persecutionis vfu fuerat necessario introducta, nempe vt in domibus priuatis sacra agerentur Missarum solemniam: quod pluribus exemplis tomo secundo Annalium est demonstratum. quo modo vero post haec Ecclesiastico canone decretum sit, ne in priuatis aedibus sacrificia offerrentur, suo loco dicendum erit.

IESV CHRISTI DAMASI PAP. ANNVS 378. 12.

VALENTIS 15. GRATIANI 12. IMPPPP. VALENTIN. 3.

S. BASILII MAGNI OBIVS TEM. PVS.

Gregor. Nysseni. epist. ad Olym. de obitu S. Macriani.

Gregor. Nazian. orat. in laudem Basilij.

Deuter. 32. VALIS BASILII OBIVS.

1. Tim. 16. Psal. 30.

BASILII ANNVS.

Annus trecentessimus septuagesimusoctauus aperitur nouis Consulibus Valente sextum & Valentiano iunior: cuius exordio, ipis Kalendis Ianuarij, S. Basilium octo annis, mensibus sex, & diebus sexdecim in Episcopatu perfunctus, feliciter ad Deum ex hac vita migravit: quibus agitur in Ecclesia eius natalis dies, per annos singulos iugi memoria repetendus, sed & dies electionis eiusdem decimo octauo Kalendas Iulij in Ecclesiasticis tabulis adnotatur. Annum vero octauum Basilium in sede absoluisse, nonumque inchoasse, testificatione Gregorij fratris ipsius Nysseni Episcopi superius in eius electione dictum est: sed & Gregorius Theologus in ipsius epitaphio octo itidem annos eum in sede absoluisse confirmat: vt nulla plane de his remaneat dubitatio. Quod si S. Hieronymus sub Gratiano, absque Valentis Imperij mentione, dicat S. Basilium decessisse: haec idcirco, quod maluit retulisse obitum eius ad tempus pij Imperatoris, qui hoc ipso anno, extincto Valente, Orientis quoque sibi subiectum administrandum suscepit Imperium. His vero de tempore obitus Basilij elucidatis, iam ipsam de morte eius historiam prosequamur, petitam ex Gregorio Nazianzeno, qui eam ita describit:

Cum autem cursu confecto, fideque seruata, resolutionis desiderio teneretur, tempusque coronarum appeteret, atque illud quidem non audisset: Ascende in montem, & morere: verum: Morere, & ad nos ascende: hic quoque miraculum edit superioribus nequaquam inferius. Nam cum ferme mortuus & inanimis esset, maximaque ex parte vita perfunctus, circa extremos sermones inualescit, vt cum pietatis verbis abscederet, ac fidelissimis suis cultoribus ad Ecclesiasticos gradus prouehendis manum & spiritum praeberet, ne sacratio fraudarentur, quos discipulos atque in sacerdotio adiutores habuerat. & paulo post: Iacebat ille extremos spiritus ducens, atque a caelesti choro, ad quem iam pridem oculos conuersos habebat, expectatus. Circumfusa autem illi erat tota ciuitas, calamitatem hanc aegerrime ferens, ac discessum perinde ac tyrannidem accusans, eiusque animam non secus ac si vel manibus vel precibus retineri ac cogi posset, arripere tentans. Mentis enim errorem ex marore contraxerant, nec quisquam erat qui non aliquam suae vitae partem, si fieri posset, illius vitae addere paratus esset.

Vt autem victi sunt (oportebat enim eum hominem inueniri atque conuinci) atque ipse ad Angelos eos, a quibus abducebatur, postrema haec prolocutus: In manus tuas commendo spiritum meum: animam laetus exhalasset, non ante tamen quam sacrosancta doctrina eos qui aderant non nihil instruxisset, extremisque alloquiis meliores effecisset: tum vero miraculum omnium quae vniquam fuerunt celeberrimum designatur. Efferebatur vir sanctus, sanctorum manibus exaltatus: atque omnes operam dabant, partim vt fimbriam arripere, partim vt umbram, partim vt feretrum, quo sanctus portabatur, vel solum attrectarent (quid enim illo corpore sanctius ac purius?) partim vt propius ad eos qui corpus ferebant, accederent, partim vt aspectu solo fruere, tamquam eo quoque vtilitatis aliquid afferente. Plena erant fora, porticus, duplicia & triplicia tabulata hominum illum deducantium, praeeuntium, sequentium, assectantium, seque inuicem conculcantium, multa millia hominum omnis generis & aetatis ad eam diem incongnita: psalmodiae luctu interrumpiebantur ac vincebantur, patientia doloris magnitudine frangebatur. Certabant nostri cum exteris, cum Ethnicis, Iudaeis aduenis, iisque vicissim nobiscum, vtris vberiores lacrymae vberiores vtilitatem afferrent. Vt finem faciam, in periculum etiam luctus desinit, pluribus nimirum hominibus illa propulsio & protrusio violenta extinctis, atque hinc simul cum eo digressis: qui etiam mortis nomine felices existimati sunt, vt ipsius itineris comites, atque (vt feruentiorum quispiam dixerit)

CHRISTI 378.

DAMASI PAP. 12.

VALENTIS 15. GRATIANI 12. IMPPPP. VALENTIN. 3.

A dixerit) funebres victimae. Tandem corpus vix raptoribus elapsum, ac prosequenti victor in parentum sepulchro conditur, ac sacerdotibus sacerdotum princeps, praedicatoribus magna vox, meisque auribus insonans, martyribus martyr adiungitur.

At nunc ille quidem in caelis est, illicque vt opinor, sacrificia pro nobis offert, ac pro populo preces fundit (neque enim ita nos reliquit, vt prorsus reliquerit) ego autem semanimis & semiconfectus Gregorius, vtpote a praecleara illa coniunctione abreptus, ac tristem vitam & difficilem trahens, vt probabile est eum qui ab eo disiectus sit, haud scio quid de me tandem fiet illius castigatione priuato. Quamquam nunc quoque ab eo admoner, ac per nocturna visa castigor, si quando ab officio recessero, &c.] summo quidem dolore ex Basilij obitu Gregorius affectus est, vtpote illi aetate aequalis, educatione similis, religione frater, sacramento collega, professione par, studiis laboribusque coniunctus, atque amicitia idem ipse vnus cum eo, prout haec omnia ipse deplorans in orationis eius sine testatur. Quam ob causam diu multumque fleuit Basilium, non vt amicum tantum ac fratrem, sed vt Ecclesiarum Orientis lumen & gloriam. Vnde ipse hoc tempore ad ipsius Basilij germanum Gregorium Nyssenum, audita eius morte, gemens haec scribit:

Hoc quoque aeternosae huius vitae reliquium erat, vt Basilij mortem audirem, sanctaeque illius animae peregrinationem, qua a nobis peregre profectus est, vt praesens sit apud Dominum, vtpote toto vitae curriculo hoc vnum meditatus. Mihi vero praeter alia hoc quoque ereptum est (quod etiamnum graui ac periculoso morbo laborem) vt & sanctum cinerem exosculer, tibi que praesto sum conuenientibus muneribus perfungenti, communibusque amicis nostris consolationem adhibeam. Nam Ecclesiae solitudinem intueri huiusmodi gloria detonsae & spoliatae, atque huiusmodi corona excussa, tam graue est, vt nec oculis spectari, nec auribus concipi possit cordatis vique & prudentibus viris. Tu vero, quamquam & amici multi & sermones ad consolationem tibi adfint: tamen a nullo perinde mihi solatium capere posse videris, quam a te ipso, illiusque recordatione, quippe qui aliis quoque omnibus philosophiae exemplum fueritis, ac velut regula quaedam spiritualis tam moderationis in rebus secundis, quam tolerantiae in aduersis. Quandoquidem duo haec nouit philosophia, nimirum & prosperitate modestè vt, & calamitatem honestè ferre. Atque haec a nobis ad praestantiam tuam scripta sint: Me vero haec scribentem quod tempus, quae ratio consolabitur praeter tuam societatem & congregationem, quam beatus ille vir pro omnibus rebus nobis reliquit, vt virtutes illius vitae quasi in pulchro & perspicuo speculo intuentes, illum quoque habere existimemus? haecenus ad Nyssenum Theologus, cum & ad Eudoxium rhetorem eodem argumento paucis his:

Quaeris, quo statu res nostrae sint? admodum acerbo. Basilium non habeo: Caesarium non habeo, spiritualem fratrem meum & corporalem: pater meus & mater mea dereliquerunt me (vt cum Dauide loquar) corpus aduersa valetudine laborat, senectus caput premit, curae aliae aliis intexuntur, incurfant negotia, infidi amici, Ecclesiae res pastore & gubernatore carent: pereunt bona, nuda & aperta sunt mala: nauigatio in nocte, fax nusquam, Christus dormit. Quid faciam? Vna mihi malorum depulsio mors. At res etiam alterius vitae mihi formidolosa sunt, ex huius vitae rebus coniecturam ducenti.

Porro idem Gregorius luculentam quidem funebrem habuit orationem, qua eiusdem Magni Basilij res gestas contexit, dignum plane atque nobile monumentum, nobilis instar columnae & viae statuae, in qua cum Basilij egregia relucet imago, tum Gregorij excellens exprimitur artificium, vtrumque vbi que perspicuum & immortale. Laudarunt autem Basilium non solum Gregorius Nazianzenus atque Nyssenus clarissimi huius saeculi oratores, sed & magnus ille Syrus Ephraem diaconus Edeffenus eidem postrema persoluit, qui & huiusmodi praeconiis, instar tituli sepulchralis, hac apostrophe ad finem orationis apposita, amicum quem adeo coluit, sepeliuit:

O fidelis, inquit, Basili, velut Abel acceptus es, sicut Noe saluatus, tamquam Abraham amicus Dei vocatus, vt Isaac pro victima Deo oblatus: instar Iacob tentationes fortiter pertulisti, & sicut Ioseph magnifice glorificatus es: vt Moyses, Pharaonem posteroriter virga Crucis demersisti, mare passionum secans: vt Aaron, summus sacerdos Domini fuisti: vt Iesus filius Naue, inimicos in fugam vertisti: vt Phinees aemulator, gratia dignus habitus: vt Isaias, spirituali igne mundatus: vt Ezechiel, sedentem super cherubin

BASILIVS IN CAELO PRO HIS QUI IN TERRA SVNT PRRCATVR.

Greg. Naz. epist. 37.

Greg. Nazianz. EPISTOLA AD GREG. NYSSENVM.

Gregor. Nazian. ep. 39.

STATVS GREGOR. NAZ. Psal. 26.

QVAS LAVDES BASILIO TRIBIT PHRAEM.

rubin spectasti : vt Daniel, ora leonum obturasti : & sicut tres pueri, aduersariorum flammam rectè conculcasti. Instar Petri prædicasti, instar Pauli docuisti, instar Thomæ Filium Dei passum confessus es : instar Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, de rebus diuinis disseruisti : instar Apostolorum, iniquos erudisti, impios conuertisti, & Deo gratus fuisti : deprecare pro me admodum miserabili, & reuoca me tuis intercessionibus pater.] hæc & alia plura in laudem Basilij Ephræm, vir quidem ab adulatione remotissimus, verique si quis alius studiosissimus, ac proinde ab historia minimè explosenda. Quidni summis efferret virum præconiis, quem diuini Spiritus sciret aperta testificatione laudatum : siquidem ( vt auctor est Gregorius Nyssenus & eius vitæ Acta testantur ) cum illum conuenit, vidit super Basilij dexteram insidentem columbam, eidem concionanti sermonem suggerentem. columbam quidem hieroglyphicum esse Spiritus sancti, ex sancto Euangelio omnibus notum est.

BASILIVM IMITATI SVNT OMNES.

Gregor. Nazian. orat. in laud. Basil.

Tanta porrò refulsit Basilij claritudine, vt cum omnes tamquam omnibus numeris absolutum sibi proposuerint imitandum exemplar, nullum putantes in eo habendum esse delectum, vt quid deligendum, seligendum verò quid in eo existimant, sed quæcumque eius essent dicta vel facta, etiam quibus natura minùs feliciter arrisisset, eadem ex eo tantùm, quod Basilij essent, exacta perfecta que putarint. Audi de his Gregorij testimonium : Tanta, inquit, ipsius virtus gloriæque præstantia fuit, vt multa etiam ex paruis illius virtutibus, atque adeò ex corporeis defectibus ab aliis ad gloriam nominis que claritudinem parandam excogitata sint : cuius generis sunt pallor, barba, certus incedendi modus, tum etiam ad loquendum minimè promptum esse, sed vt plurimum, cogitandum atque intrò collectum ( id quod multi non rectè imitantes, nec animaduertentes, in odiosam quamdam tristitiam inciderunt ) vestis etiam genus, & lectuli species, & cibi sumendi modus : quorum nihil ille dedita opera, sed simpliciter ac fortuito faciebat. Ac multos iam Basilios specie tenus videre licet, statuas nimirum in vmbris : multum enim fuerit, si repetitam Echus vocem esse dixerò : nam illa quamuis postremam dumtaxat vocis partem, expressius tamen effingit ; hi autem longius ab eo distant, quam quantum accedere concupiscunt. Illud verò non parui, sed maximi etiam momenti ad gloriam haud immeritò existimatur, consuetudinem cum eo aliquando habuisse, aut eum coluisse, aut quippiam ab eo vel ioco vel serio dictum aut factum, monumenti loco ferre : quemadmodum ipse quoque me hoc nomine sæpè gloriatum esse scio : quoniam quæ ab illo velut obiter fiebant, multò præstantiora erant, quam ea in quibus alij elaborant.] at de his hæcenus.

BASILII SCRIPTA. Hieron. de script. Eccles. in Basilio. Cassiod. in pr. f. lib. in script. diuin. lectio. Basil. epist. 188. Basil. epist. 178.

Basil. epist. 76.

Basil. regul. fasti. diuina. interro. 10.

Gregor. Nazian. orat. in laud. Basil.

Quod autem spectat ad Basilij scripta, sanctus Hieronymus hæc tantùm relegit, cum ait : Egregios contra Eunomium elaborauit libros, & de Spiritu sancto volumen, & in Hexameron homilias nouem, & ad romanos, & breues variosque tractatus.] hæc ipse, ea tantùm ( vt par est credere ) enumerans, quæ ad manus ipsius peruenissent ; cum longè plura ab eo fuisse scripta elucubrata, ex Cassiodoro possimus intelligere, dum Basilium numerat inter eos Græcos scriptores, qui à principio ad finem vsque diuinam scripturam sunt interpretati. quantam verò curam Basilij adhibuerit, vt ipsius scripta quàm accuratissimè describerentur, eleganti epistola ad suum librarium data significat, & alia ad notarium docet. Extant eiusdem sancti Basilij complura decreta, quæ Ecclesia Orientalis piè sancteque obseruanda suscepit, vt quæ continentur in tribus epistolis ad Amphilo-chium datis, in alia ad Theodorum scripta, alia ad Gregorium, siue Parægorium, qua vetuit senem septuagenarium habitare cum femina ; & ad Corepiscopos de ordinandis. Eius super & perstrinxit grauer simoniacos, sed & nundinationes fieri solitas in festis sanctorum martyrum vetuit.

Qui autem tam monachis quàm clericis necnon laicis viuendi regulas præscripsit, ipse factus erat ( vt dictum est ) forma omnibus. nam vt omittamus interiora, quod ad abstinentiam spectat & paupertatem, hæc omnia paucis his Gregorius absoluit : Illi tunica vna, & pallium vnum, & humi cubatio, & balnei contemptus, illa eius decora ornamenta, & vigiliae, & cæna suauissima atque pulmentum illi erat, nouum inquam illud condimentum panis & sal, & potio sobria & vberima, quam nobis nihil laborantibus fontes proferunt. ] erga proximum verò talem se præbuit, vt agrotos amplexibus atque osculis quoque foueret. hæc & alia plura Gregorius. Post Basilij verò obitum successit in locum eius Helladius ipsius discipulus, a quo scriptas fuisse res ab eodem S. Basilio

A filio gestas, auctor est Damascenus, sed non extant : quæ autem Amphilo-chij falso nomine fertur vita Basilij, haud digna satis habetur, quæ eruditorum auribus ingeratur, nisi ad eò sint perspicaces, qui in eis quæ sunt vera à falsis disquirere atque secernere valcant : com-plura enim ibi vera esse, inficias nemo iuerit, vt ea præsertim quæ ab ambobus Gregorijs, Nazianzeno atque Nysseno, necnon ex Ephræm esse noscuntur accepta, vel ab Helladio mutatus est auctor.

Porrò ad postremum ex anonymo Vaticano, qualis esset S. Basilij effigies, hæc accipe : Magnus Basilij procerus fuit habitu corporis & recto, ficcus, gracilis, color eius fuscus, vultus temperatus pallore, iustus nasus, supercilia in orbem inflexa & adducta, cogitabundo similis fuit, pauca in vultu rugæ, eaque renidentes, genæ oblongæ, tempora aliquantum caua, promissa barba, & mediocri canicis. ] hæc de vultu ibi : quæ autem subduntur, ab alio aliquo auctore addita esse putantur, quòd veritati minimè consentiant, dum ista ibi leguntur : Quadraginta natus annos in Episcopalem sedem euectus est : annos quinque Ecclesiæ præfuit. ] nam certioribus initis rationibus, & firmioribus testificationibus, rem aliter se habere, iam declaratum est. Accepimus hæc à viro disertio Petro Morino Parisiensi, qui vnà cum alijs ex eodem codice in Latinum vertit.

Damasceni. de mag. orat. 1.

S. BASILII EFFIGIES.

DE TEMPORE B-PHRAEM OBITVS.

Hoc eodem anno Kal. Februarij S. Ephræm diaconus Edesæ ex hac vita discessit, post mensis vnus spatium à Basilij migratione, vel ( vt Græci eius diem natalem colunt ) duodecimo die. Expetierat id ipse ab eo in fine orationis panegyricæ, quam post obitum eius habuit, illis videlicet verbis ad finem positis : Deprecare pro me admodum miserabili, & reuoca me tuis intercessionibus, &c. ] Vt autem hæc de tempore eius exitus statuamus, euidens certaque ratio persuadet. Etenim testificatione S. Hieronymi in commentario de scriptoribus Ecclesiasticis liquet ipsum mortuum esse Valente adhuc Imperatore regnante, quem constat hoc ipso anno, mensè Augusti, vt dicemus, extinctum esse. Rursum verò cum certum pariter sit, ipsum superuixisse Basilio ; nam ( vt demonstratum nuper est ) in eius laudem panegyricum dixit : vti que cogimur affirmare, tempore hoc interlabente inter Basilij obitum atque Valentis, ipsum Ephræm vltimum clausisse diem, nec alio quidem, quàm qui vel à Latinis vel Græcis reperitur eius memoriæ dedicatus, nempe à Latinis prima Februarij dies, à Græcis verò vigesima octaua Ianuarij. Qui autem ista conuellenda putat, necesse est vt S. Hieronymum erroris arguat, ostendatque Ephræm superuixisse Valenti : siquidem superstitem fuisse post Basilium, negari minimè potest, oratione illa testimonium perhibente ; quam esse dictionem Ephræm, qui eius scriptis affluerunt, numquam inficias icerint. hæc quæ ad temporis rationem pertinent, satis.

De obitu modò dicendum. Extat oratio & quidem peregrina ab eo iam proximè morituro astantibus fratribus habita, quæ ea de causa Testamentum Ephræm est appellata, vt-pote quòd illa diuinam hereditatem sanctis admonitionibus consignatam, suis possidendam reliquit, cum inter cetera de vitandis hæreticis plurima inculcauit, nominans inter alios Vitalianos, illos nimirum qui à Vitale Antiocheno Apollinaristarum Episcopo ita vocati erant. Rursum verò inter alia quæ eo testamento suos admonitos voluit, illud fuit, quòd perfecta humilitatis, quam viuens præ ceteris virtutibus excoluit, egregium specimen dedit, dum magna contestatione prohibuit, ne exhiberi solita sanctis vitis sumptuosa funera, exanimi suo corpori impenderentur : cum tamen illa postrema, quæ à sancta Ecclesia pro salute animarum præstari solent officia, nempe preces, & sacrificia, ea sibi impendi sollicitius postularit, ac in primis his verbis :

Hortor vos, vt loco suauis aromatum odoris, vestris me adiuuetis orationibus, in ipsis continuè mei memoriam facientes. ] & inferius : Comitèmini me psalmis & orationibus vestris, & assidue pro mea paruitate offerre dignemini ; & cum trigessimum diem compleuerò, mei memoriam faciatis. Mortui enim beneficio afficiuntur in oblationibus recordationum sanctorum viuennum. ] hæc ipse : qui tamen respuit cetera quæ honoris essent, defunctorum corporibus exhiberi solita, quòd se illis indignum penitus iudicaret, vt-pote qui se ( vt ibi præfatus est ) sceleratissimum peccatorem existimaret, cum alioqui sanctissimus esset. Tale vltimis illis verbis, quorum maior ceteris in vnoquoque ratio haberi solet, quasi testamento & fide publica consignatum postremum reliquit elogium non suis tantùm Edesensis, sed vniuersæ Catholice Ecclesiæ Magnus Ephræm. Qui ( inquit S. Hieronymus ) ad tantam venit claritudinem, vt postlectionem Scripturarum, publicè in quibusdam ecclesijs eius scripta recitentur. ]

EPHRAEM VITA EVNGENDVS PRO SE PRECES ORFERRI AD DEVM IV-BIT.

Hieronym. de script. Eccles. in Ephram.

Quis ergo sanæ mentis homo non auscultandum tanto viro potius iudicavit (etiam si A cetera innumera ea de re testimonia minimè suffragarentur) quàm Nouantibus vnà cum fide Patrum traditiones Ecclesiæ conuellentibus? Lucubrationes eius, quòd Syro idiomate essent conscriptæ, haud confestim Græcorum aut Latinorum Ecclesiis innotuerunt: nam S. Hieronymus vnus tantum voluminis meminit, quod ex Syro in Græcum translatum accepit: pedetentim autem alia complura viri egregij monumenta per Græcorum alios in Latinam Ecclesiam confluxere: quorum omnium in vnum colligendorum, edendorumque fuit opus eruditi viri Gerardi Vossij. Quòd autem dicatur presbyter à S. Basilio ordinatus, minimè assentiri possumus, cum præter alia quæ repugnant, haud esset Basilij iuris, Syrum hominem ordinare.

Genad. de vira illu. scrib. c. 3. PAULINVS DISCIPVLVS EPHRAEM IN TRANSVERSVM ACTVS.

Rursus verò quòd ad postremos illos perpetua memoria dignos eius affatus pertinet: auctor est Gennadius, Ephræm commonuisse Paulinum discipulum suum caute agere, B ne in hæreseos barathrum se præcipitem daret: nam de his hæc ipse: Paulinus presbyter discipulus B. Ephræm diaconi, homo acris valdè ingenij, & in diuinis doctus valdè scripturis, sed viuente magistro clarus in doctoribus Ecclesiasticis fuit, & maximè extempore declamator. Post illius autem obitum, amore primatus & nominis, separans se ab Ecclesia, scripsit contraria fidei multa. Huic obituro B. Ephræm astanti sibi dixisse fertur: Vide, Pauline, ne te submittas cogitationibus tuis, & eleueris: sed cum te ad purum comprehendisse putaueris Deum, crede nec intellexisse. Præferat enim illum ex studij vel sermonibus noua inuestigare, & in immensum intellectum hæreseon tendere: vnde & frequenter Bardesaneum nouellum vocabat. ] hæc Gennadius, quæ tamen desiderantur in testamento, vbi complurium aliorum discipulorum eiusdem Patris benedictiones & monita recensita leguntur.

CONTENTVS EPISCOPATVS EXEMPLVM. Sozom. li. 3. cap. 15.

At infelicissimo Paulino satis ad Episcopatus dignitatis contemptum esse poterat, eiusdem Ephræm exemplū, quod à Sozomeno narratur his verbis: Quodam tempore quidam ei ad Episcopatum gerendum suffragati, comprehendere hominem conantur, uti ad locum in quo crearetur Episcopus, deducerent. Quod simul ut intellexit, in forum cursum, atque in compositè incedendo, vestem lacerando, & cibum palam capiendo, se furere monstrat. Vbi verò hi qui eum comprehenderant, illum è mentis potestate exiuisse arbitrantur, & appetitio qua ad eum constituendum Episcopum ferebantur, restincta esset: ille idoneum tempus nactus, clam aufugit, & tantisper latitauit, dum alter eius loco creatus esset Episcopus. ] hæc, inquam, si Paulinus considerasset, & desideris habenas iniecesset, magistri gloria haud impari claruisset. At de Ephræm satis, cuius memoriam Catholica Ecclesia anniuersaria commemoratione profecuta est, in qua & S. Gregorius Nyssenus orationem ad D populum habuit, atque res ab eo gestas omni fide testata complectitur.

GRATIANVS ADVERSVS GOTHOS PATRANS EXERCITVM, EIDE SE MVNIT. Aluith. 5.

Ambros. de fide ad Gratian. li. 1. c. 1. Genes. 14.

Is. 6.

Hoc eodem anno Gratianus Imperator cum expeditionem aduersus Gothos Thracias deuastrantes, suppeticas Valenti laturus, pararet: in ipso ferme militari procinctu, quo scuto fidei melius quàm quibusuis armis seruaretur incolomis, gladioque verbi Dei validius quàm lanceis hostes conficeret: petiit à sancto Ambrosio, quem sincerissimum nouerat Orthodoxum, libellum fidei: cum ille, secundum Domini admonitionem: Si quis petit pallum, da ei & tunicam: & si quis te angariauerit mille passus, vade cum eo & decem millia] duos elucubratos scripsit ad eum de fide libros, quibus & tertium postea addidit: in quorum exordio hæc de Gratiani studio pietatis: Petis à me fidei libellum, sancte Imperator, profecturus ad prælium: Nosti enim, fide magis Imperatoris, quàm virtute militum quæri solere victoriam. Nam & Abraham trecentos decem E & octo duxit ad bellum, & ex inimicis trophæa hostibus reportauit, signoq. Dominicæ Crucis & nominis, quinque Regum victriciumq. turmarum subacto robore, & vltus est proximum, & filium meruit & triumphum. Iesus quoque filius Naue, hostes quos totius exercitus manu valida superare non poterat, septem tubarum sacerdotalium sonovicit, vbi ducem militiæ cælestis agnouit. Ergo & tu vincere paras; qui Christum adoras: vincere paras, qui fidem vindicas, cuius à me libellum petisti. Mallem quidem cohortandi ad fidem subire officium, quàm de fide disceptandi: in altero enim religiosa confessio est, in altero incauta præsumptio. Sed quoniam neque tu cohortatione indiges, neque ego excusandi liber: audax negotium verecunda occasione suscipiam, ut de fide pauca disceptem, de testimoniis plura contexam. De conciliis id potissimum sequar, quòd trecenti decem & octo sacerdotes, tamquam Abraham electi iudicio, consensa fidei

A fidei virtute victores, velut trophæum toto Orbe, subactis perfidis, extulerunt: ut mihi videatur hoc esse diuinum, quod eodem numero in Conciliis fidei habemus oraculum, quod in historia pietatis exemplum. ] & in fine posterioris libri:

Ambros. de fide ad Gratian. lib. 2. PROPE FINEM VICTORIAM CERTAM VATICINATVR AMBROS. Ezech. 38.

Progredere planè scuto fidei septus, & gladium spiritus habens: progredere ad victoriam superioribus promissam temporibus & diuinis oraculis prophetatam. Namque & futuram nostri depopulationem, & bella Gothorum Ezechiel illo iam tempore prophetauit: sic enim habes, Propterea prophetiza fili hominis, & dic: O Gog, hæc dicit Dominus: In die illa, cum constitueretur habitare populus meus Israel in pace, surges & venies de loco tuo ab extremo Aquilonis, & gentes tecum multa, scissores equorum omnes, congregatio multa & magna & virtus copiosa, & descendet ad populum meum Israel, ut nubes operiet terram in nouissimis diebus, &c. Gog iste Gothus est, quem iam videmus existere, de quo promittitur nobis futura victoria, dicente Domino: Et deprædabuntur eos qui deprædati eos fuerant, & despoliabunt eos qui sibi spolia detraxerunt (dicit Dominus) eritque in die illa, dabo Gog, hoc est Gothis locum nominatum, monumentum in Israel, multorum virorum congestum, qui superuenerunt ad mare, & per circuitum struet vallis per istomium, & obruet illic Gog, & totam multitudinem eius, & vocabitur Polyandrium Gog, & obruet eos domus Israel, ut purgetur terra.

Nec ambiguum, sancte Imperator, quòd qui perfidiæ alienæ pugnam excepimus, fidei Catholicæ in te vigentis habituri sumus auxilium. Euidens enim antehac diuinæ indignationis causa præcessit, ut ibi primum fides Romano Imperio frangeretur, vbi fracta est Deo. Non libet confessorum neces, tormenta, exilia recordari, piorum sacerdotia, peritorum munera. Nonne de Thraciæ partibus per Ripensem Daciæ & Mysiam, omnemque Valeriam Pannoniorum, totum illum limitem sacrilegis pariter vocibus & barbaricis motibus audiuimus inhorrentem? Quid poterat nobis vicinia tam feralis inuehere? Aut quemadmodum res Romana tali tuta poterat esse custodia? Sed iam satis superque omnipotens Deus, nostro exilio, nostroque sanguine confessorum neces, exilia sacerdotum, & nefas tantæ impietatis luimus: satis claruit, eos qui violauerunt fidem, tutos esse non posse. Conuertere Domine, fideiq. tuæ tolle vexilla. Non hic aquilæ militares, neque volatus auium exercitum ducunt, sed tuum Domine nomen & cultus. ] qualia nam esse solent hæc signa Occidentalium Imperatorum Gratiani & Valentiniani, hic impressa ipsorum numismata declarant, nempe Christi nomine labara insignita, ut ipse probe intueri potes: in quo (ut inscriptiones in orbe ipsorum positæ docent) virtutem inesse exercitus, & Rempublicam collapsam restitui in aduersa parte numismatis Valentiniani pueri D manifestissimo signo declaratur, & inscriptione aperte docetur.

CLADIVM THRACIARVM CAUSA:

AMBROSII APOSTROPHÆ.



Exerat apud Lelium Pasqualinum.



Prægrande numisma aurorem exerat apud Lelium Pasqualinum.

Annal. Eccl. Tom. 4.

Kk 2

Iure

Iure igitur: Non hic aquilæ exercitum (inquit Ambrosius) ducunt, sed tuum Domine no-

men. ] Jam vides parenter lector, militaria signa Christi nomine insignita, quibus S. Ambrosius certam victoriam consequendam fore ante prædixit. Sed subdit Ambrosius de eiusdem Imperatoris Gratiani exercitu.

1. Cor. 1.

COG GOTHOS INTELLEGI PVTAUIT S. AMBROSIVS. Hieronym. prof. in Ezecl. ad Eustoch. Hieronym. quæst. in Gen. d. Apud Socra. lib. 7. c. 42. Nicoph. lib. 14. cap. 38. Aug. de Civ. Dei. lib. 20. c. 11.

6. Ammianus lib. 31.

8. Ammianus lib. 31.

9. Ammianus lib. 31.

10. Theod. lib. 4. cap. 29.

11. Socrat. li. 4. cap. ult.

Hic vnum illud non prætereatur, de Gog vaticinium Ezechielis, quod S. Ambrosius estimavit intelligendum esse de Gothis, S. Hieronymo haud probari in omnibus: ipse enim ad Eustochium in primis hæc habet: Illud quod vir nostræ ætatis haud ignobilis ad Imperatorem scribens super hac natione dixerit: Gog iste, Gothus est. Cui qua ratione possunt omnia quæ in ea scripta sunt, coaptari, non est meum, sed eorum qui hoc putant, disserere. ] hæc ibi: alibi vero sic: Scio quemdam, Gog & Magog, tam de præfenti loco, quam de Ezechielis, ad Gothorum nuper in terra nostra vagantium historiam retulisse: quod utrum verum sit, prælii ipsius sine monstrabitur. ] hæc ipse. Scimus S. Proclum vaticinium Ezechielis de Gog ad aliam de Barbaris victoriam obtentam aptasse, ut suo loco nos inferius dicemus. Tu de his interim consule Augustinum: haud enim patitur historia profectio, in his diutius immorari.

Mira planè diuini consilij dispensatione actum est, ut exercitus fide armatus, cui & iure victoria deberetur, sic vicrit, ut tamen inipium Imperatorem Valentem nequaquam ab internecione, diuina vindicta parata, seruaucrit: eo vero primum extincto, atque cum ipso impietate sepulta, & fide Catholica restituta, magna Dei virtute ab Italiæ exercitu hostes fuerint penitus debellati. Quo modo autem omnia ista contigerint, rerum gestarum ordine referemus. Auctor est Ammianus, barbaros Lentientes, populum Alemannicum, audita expeditione Gratiani aduersus Gothos suscepta, moræ impatientes, antequam ille à Galliis recederet cum exercitu, huius anni mensè Februarij Rhenum gelu peruium cum copiis depopulatos Gallias transisse, isto nuper fœdere perfide fracto. Quo factum est, ut paratas copias ad bellum Orientale aduersus eos dirigens Gratianus, apud Argentariam commisso prælio, ipsos penitus superarit, occideritque omnes, exceptis quinque millibus montana petentibus, quos postea in deditio nem acceptos, liberos abire iussit, cum fuisset horum exercitus quadraginta millia armatorum, vel, ut habent alij, septuaginta millia. Subdit his præterea hæc Ammianus: Hanc victoriam opportunam & fructuosam, quæ gentes hebetavit Occiduas, sempiterni numinis nutu Gratianus, incredibile dictu est, quanto cum vigore exerto, celeritate aliorum properans, expediti præclaræ indolis adolescens, facundus, & moderatus, & bellicosus, & clemens, ad æmulationem lectorum progrediens Principum, dum etiam tum lanugo genis insperperet speciosa, &c. ] quod autem subdit postea esse mutatum: agemus de his inferius. Tam præclaris breui temporis spatio rebus gestis, Galliarumque turbis compositis, Gratianus magna celeritate recedens, Sirmium vsque peruenit: cum Valens eo non expectato, temerè cum hostibus de rerum summa decernens, turpiter victus est, turpiusque igne crematus. Sed quo modo hæc se habuerint, ut singula clariùs innotescant, res cunctas ab eodem Valente hoc anno gestas in primis recentemus.

Qui (ut vidimus ex Ammiano) Valens Imperator ob tumultus Thracios anno superiori recesserat Antiochia, hoc anno (idem addit) longitudine viarum emensa venit Constantinopolim. vbi eum moratum dicit paucissimos dies popularium seditione pulsatum. Ex his erroris arguitur Theodoretus, qui Valentem longo tēpore Constantinopoli mansisse tradit. De aduentu autem eius hoc anno Constantinopolim hæc Socrates: Imperator Valens ad sextum suum Consulatum, Valentiniæ autem secundum, tertio Kalendas

Adas Iunij aduentans Constantinopolim, populum in marore magno constitutum offendit. ] Quamnam autem ea fuerint, & cuius causa populus mæstus esset ex seditione concitata, dicendum, & in primis de Lucio, de quo habet Socrates, Lucium Episcopum Ariannum Alexandria, recepto Petro per Damasum restituto, pulsus, venisse ad Valentem Imperatorem Constantinopolim. Addit verò Sozomenus, quod Valenti (ut est verisimile) curis implicato, vim in istos, qui expulerant Lucium, inferendi, otium minimè suppetebat. Siquidem, inquit, barbari & Thraciam populati, & ad vsque suburbia progressi, iam ipsa vrbs mœnia, nemine prohibente, oppugnare aggressi sunt. Quibus de rebus, ciuibus in eum grauius commotis, Imperatori, quod non restitit hostibus, sed bellum gerere distulit, iidem crimini dabant, dissipantque rumorem, hostes ab illo in vrbs deductos fuisse. Tandem verò cum ludis Circensibus interesse viderent, palam contra eum, B utpote Reipublicæ salutem contemnentem, vociferari, & arma postulare ceperunt, ut illi ipsi cum hoste configere possent. Itaque Valens his affectus contumeliis, ad bellum cum barbaris faciendum proficiscitur: minaturque si redeat, se populum tum harum contumeliarum causa, tum quod ante Procopio tyranno seadiunxerant, probè vlturum. ] habet eadem quoque Socrates.

Subdit verò Theodoretus de eodem Valente aduersus nobilem ducem Traianum temerè concitato, propterea quod in præterita pugna Gothica posteriores retulisset, eiusque ignauia illud adscribente, quod ipsius impietati potius fuerat tribuendum. Insignis plane religione Traianus fuit, cuius vxor, Candida nomine, laudatissima femina, post viri obitum magno animo monasticum vitæ institutum arripuit, secumque duxit filiam virginem Christo dicendam: quarum in suscepto instituto laudabilem perseverantiam & optimum finem Palladius in Lausiacis testatur reliquit. Ait igitur Theodoretus: At postquam Traianus ab hostibus superatus reuertit, Valens illum conuiciis valde lacerare, & molliem, ignauiamque ei obiicere cepit. At ille liberè, uti virum generosum decebat: Non ego, inquit, o Imperator, victus sum; sed tu ipse prodidisti victoriam, qui contra Deum aciem instruere non desinis, & ita eius auxilium barbaris concilias: nam abs te oppugnatus, se illis adiungit. Atque Deum semper sequitur victoria, & ad eos accedit, quibus Deus se ducem præbet. Non nosti, inquit, quos viros Ecclesiis expuleris, & quibus eas tradideris? Ista quidem ita se habere, & Arintheus & Victor, qui duces quoque erant, ingenuè confessi sunt: Imperatoremque hortati, ne reprehensiones cum veritate coniunctas iniquo animo ferret. ] hæc Theodoretus. Spectato pietate Traiano duci Ammianus affirmat pedestres copias commissas fuisse, sed à Valente exauctoratum eo munere, collatum. que illud Sebastiano ex Italia accersito duci strenuo, atque militia diu summa cum laude perfundæ egregiè nobilitato.

At rursus Theodoretus: Ferunt Iliacium, qui in eo loco cellam habebat monasticam, vbi vidit Valentem cum exercitu egredi, contenta voce ei dixisse: Quo proficisceris o Imperator, qui auxilio Dei, contra quem bellum gesseris, prorsus destitutus es? Nam quoniam tu multorum linguas ad blasphemias aduersus eum loquendas acuisisti, & pios laudibus illum celebrantes Ecclesiis exturbasti: idcirco ille barbaros aduersus te concitauit. Desine igitur tu bellum contra eum facere, & ipse bellum contra te commotum sedabit. Redde gregibus optimos pastores, & victoriam facile reportabis. Quod si his omnibus neglectis, bellum suscipias; rerum euentu experiere, quam durum sit contra stimulos calcitrare. Nam neque ipse reuerteris, & exercitum propterea amittes. Cui admodum iratus Imperator: Reuertar, inquit, & te interficiam, falsæque prædictionis pœnas abs te repetam. Tum ille minas neutiquam veritus, clara voce: Eneca, inquit, si quid falsi me dixisse deprehenderit. ] hæc Iliacius ad Valentem. Quod autem Theodoretus ait, eum expetiisse ab Imperatore, ut destitutis suis pastoribus Ecclesiis, iidem redderentur; planè apparet, sic à Valente Episcoporum Orthodoxorum esse solum exilium, ut tamen suæ ipsorum Ecclesiæ iidem minimè fuerint restitutæ. sed subdit: Britannion quoque omni genere virtutis insigniter decoratus totius Scythiæ Episcopus, animo diuino pietatis amore incenso, pestiferam dogmatum Arianorum corruptelam & iniqua facinora contra sanctos edita coarguit, & cum sanctissimo Dauide clamauit: Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebat. ] hæc Theodoretus.

Egressus (ut dictum est) Constantinopoli Valens, ad Melantiada villam Cæsarianam

Socrat. li. 4. cap. ult.

TRAIANVS DVX PIVS QVID IN VALENTEM

Palladius in Lausiac. c. 44 Theod. lib. 4. cap. 29.

Ammianus lib. 31.

Theod. li. 4. cap. 30. QVID ISACIVS ADVERSVS VALENTEM.

Psalm. 118.

VALENS IN VIDET GRATIANO VICTORIAM.

cum exercitu quietit; vbi accepit nuncium de Alemannis victis à Gratiano, deque eius A profectioe in Thracias cum exercitu, aduentuque Sirmium. Cuius gloriæ æmulus, quasi ad maiorem certamque proficisceretur ipse victoriam, inde recedens, Hadrianopolim veniens, in suburbiis castra locauit, vbi suscepit Ricomerem præmissum à Gratiano, qui nunciaret eius proximè futurum aduentum. Ibidem degens, Regis Gothorum Fringeris Christianæ religionis presbyterum Legatum excepit, rogantem ab eo honestis conditionibus pacem. Sed mali dæmonis impulsu Valens nec Gratianum expectandum putauit, licet præstantissimi duces id suaderent; & legationem Gothi Regis inanem remisit, concitusque ad pugnam profiluit, se suosque incautus in discrimen adducens. Commissoque prælio, suis mox in fugam conuersis, & ipse fugiens, inter gregarios milites latens, sagitta percussus est, delatusque à suis fuit in agrilem casam, quam intus occlusam cum expugnare barbari in prædam effusi, & terere tempus haud vtile sibi putarent, suppositis B lignis & stipula incenderunt: cum vnus ex comitibus inhærentibus Imperatori, è fenestra elapsus, ardere intus nunciauit Imperatorem. Exinctique sunt eodem prælio præcipui militiæ duces, Traianus atque Sebastianus.

VALENTIS INTERITVS. Ammianus lib. 31. Rufinus lib. 2. cap. 13. Socras. li. 4. cap. ult. Sozom. li. 6. cap. ult. Theod. li. 4. cap. 31. Niceph. li. 11. cap. 50. Hier. epist. 3. Chrysof. ad Viduam inuiciorum.

Contigit tam dira clades quinto idus Augusti, eiusdem Valentis quinquagesimo ætatis anno, Imperij decimoquarto, adiectis mensibus quatuor, & diebus nouem. hæc omnia ex Ammiano<sup>a</sup>: eadem sermè Rufinus<sup>b</sup>, Socrates<sup>c</sup>, Sozomenus<sup>d</sup>, Theodoretus<sup>e</sup> habent. Addit his Nicephorus<sup>f</sup>, Ilacium agentem Constantinopoli monachum, ea ipsa hora qua malè periit Valens, diuino afflatum spiritu, dixisse: Nunc Valens igne torretur, & naves profluentem ab eo ingratum odorem sentiunt. De eodem S. Hieronymus<sup>g</sup>: Valens, inquit, Gothico bello victus in Thracia, eundem locum mortis habuit & sepulchri. sed & in Chronico plenius: Lacrymabile, inquit, bellum in Thracia, in quo, deferente C equitum præsidio, Romanæ legiones à Gothis cinctæ, vsque ad internecionem casæ sunt. Ipse Imperator Valens, cum sagittâ faucius fugeret, & ob dolorem nimium sæpè equo laberetur, ad cuiusdâm villulæ casam deportatus est: quò persequentibus barbaris, & incensa domo, sepultura quoque caruit. Sed & S. Ioannes Chrysostomus<sup>h</sup> ex Valentis miserando casu consolans alios hæc habet: Ecquid verò mirum, si multi ex ducibus hoc modo interierunt, quando & Imperator ipse in vicum quendam cum paucis militibus conclusus, exire quidem & sese inuadentibus opponere, minimè ausus est; sed intrus manens, accenso ab illis igne, vnâ cum iis omnibus quos secum habebat, combustus est, nec viris solùm, sed etiam equis, & trabibus, & muris, & omnia in vnum atque eundem cinerem abierunt? Atque hunc nuncium ij qui cum Imperatore ad bellum profecti erant, loco Imperatoris ipsius ad vxorem (hæc erat Dominica Augusta) reportantes, redierunt. D vt plane prophetica illam indignationis diuinæ pœnam Valens incurreret: Sicut ignis qui comburit siluam, & sicut flamma comburens montes; ita persequeris illos in tempestate tua, & in furore tuo conturbabis eos. Post barbarorum discessum (inquit<sup>i</sup> Zonaras) cum Imperatoris corpus quæreretur, inuentum est in iis ædibus, vbi combustus fuerat, vetus sepulchrum cum hac inscriptione: HIC MACEDO MIMAS IMPERATOR EST SITVS ] quod quidem spectabat ad oraculum illud Valenti antea demonstratum eo disticho:

1 psal. 82. Zonar. An. nal. 3.

Miser ad Mimanta magnum iter capefito Citus: hic te seua mortis opprimit dolor. hæc enim in somniis ipsi dicta testatur auctor, ab eruditis interpretata de Mimante monte Asiæ ad mare sito. Præcesserunt & alia signa prænuncia mortis Valentis, vt inscriptio illa E reperta Chalcedone; necnon vulgi clamores Antiochiæ editi, VIVVS ARDEAT VALENS ] & alia quæ Ammianus<sup>1</sup> narrat.

Ammian. lib. 31. GENTILES QUID IN CHRISTIANAM RELIGIONEM. Oros. lib. 7. cap. 33.

Ex huiusmodi acerbissimâ illata à barbaris clade sub Christiano Imperatore, datum est Gentilibus occasionem omnem captantibus in Christianam religionem insultandi argumentum haud leue: ad quos Orosius, dum de his agit<sup>m</sup>: Consoletur se, sed in hoc solo, periuicacia, miseriaque Gentium, quia temporibus, & regibus Christianis tantæ simul congestæ clades pressam Reipublicæ onerare ceruicem, euerfæ prouinciæ, deletus exercitus, Imperator incensus. Magnum reuera hoc est ad nostrum dolorem, magisque miserum, quo magis nouum, sed quid hoc ad consolationem proficit Paganorum, qui palam peruidet & in his quoque persecutorem Ecclesiarum fuisse punitum? Vnus Deus vnâ fidem tradidit, vnâ Ecclesiam toto Orbe diffundit, hanc aspicit, hanc diligit, hanc defendit,

A fendit. Quolibet se quisquis nomine tegat; si huic non sociatur, alienus; si hanc impugnat, inimicus est. Consoletur se Gentiles in quantum volunt, Iudæorum, hæreticorumque supplicis: tantum & vnum Deum esse, & eundem personarum acceptorem non esse, vel ex hac potissimum Valentis extincti probatione fateantur. Gothi antea per Legatos supplices poposcerunt, vt illis Episcopi, à quibus Christianæ fidei regulam discerent, mitterentur. Valens Imperator exitiabili prauitate doctores Ariani dogmatis misit: Gothi primæ fidei rudimentum, quod accipere, tenuerunt. Itaque iusto Dei iudicio ipsi eum vitium incenderunt, qui propter eum etiam mortui, vitio erroris arfuri sunt. ] hucusque Orosius. & quidem appositè accidit, vt quos Valens ex fide Catholica ad sectam Arianam capessendam adduxisset, immò conditione pacta isti fœderis coegisset, ab iisdem flammis vtricibus cremaretur; digno supplicio impiorum.

B Quod ad cladem acceptam spectat: equidem perfidia Imperatoris tot tantisque malis exagitatum esse Romanum Imperium, cum prudentes omnes æquè sentirent, sanctissimi quoque viri Ecclesiarum magistri sua ipsorum testificatione posteris scriptorum monumentis reliquere testatum: nam ante Orosium Gregorius Nazianzenus refricans ista adeò tristia, sic dixit<sup>a</sup> pro concione Constantinopoli: Grauius sunt insuper quæ nunc partim cernimus, partim audimus. Patriæ captiuitate oppressæ, innumerabiles copię ferro procumbentes, terra cruore & cadauerum mole laborans, externa natio alienam regionem velut propriam percurrens, non ob defensorum molliciem & ignauiam (neque enim eam quisque accuset; hi enim illi sunt qui vniuersum penè Orbem bello atque armis subegerunt) sed propter vitia nostra, impiamque doctrinam aduersus Trinitatem inualefcentem. ] hætenus Gregorius: eadem quoque (vt vidimus) S. Ambrosius<sup>b</sup> vaticinando antè testatus est; nempe ob impietatem Principis, & blasphemias suorum gregalium in Filium Dei, atque persecutiones aduersus pios sanctosque viros ab eisdem excitatas, diuina peccatis vltione pensata, traditos esse eisdem in manus barbarorum: fore tamen, vt per impios illata tam grauis Romano Imperio iactura, per pios viros, nempe Italos, vt ait, Catholicos inquam ipsos, sub Gratiano ad bellum proficiscentes, refarciretur, pellendosque esse barbaros, & in pristinum statum restituendum Imperium. quæ cuncta vera, explorataque in omnibus probauit euentus.

Gregor. Nazianzen. orat. de pace. PERFDIA NON IGNAVIA PERDIDIT ROMANVM IMPERIVM. Ambros. de fide ad Gratianum. li. 29.

Antequam autem aduentaret Occidentalis exercitus, audita clade Orientalium, neceque Valentis, consedit ad tempus Sirmij, donec aduersus victores Gothos maioribus fulcirentur auxiliis: alij verò qui erant in Oriente Catholici, Constantinopoli periclitanti D suppetias attulere. Etenim velut miraculo accidit, vt præstò fuerint Sarraceni, idemque non Christiani solùm, verùm & Orthodoxi (vt vidimus) sub sanctissimo Episcopo Mose Anachoreta. Ammianus<sup>c</sup> enim de Gothis post victoriam consecutam tradit, tentasse primò crebris insultibus Hadrianopolim, sed spe frustratos concessisse Perinthum, verùm inde quoque eiectos, venisse Constantinopolim, eamque obsidione cinxisse. Quo modo autem sic laborantes ciues à Sarracenis sint liberati, Socrates<sup>d</sup> ita narrat, atque Sozomenus<sup>e</sup>: Barbari (inquit iste) victoria elati Thraciam vniuersam depopulati sunt, & in ipsa suburbia demum Constantinopolis incursiones fecerunt. Rebus tunc in discrimen adductis, ingenti præsidio fuere primùm pauci quidam ex confœderatis Sarracenis à Mauiâ ipsorum Regina submissi: deinde & ex ipso populo quamplurimi. Hi enim, quia Dominica Valentis vxor ipsis ex ærario certum stipendium persoluebat ( vt quisque poterat) armati obuam hostibus ierunt, eosque facto impetu procul ab vrbe fugarunt. ] hæc E ipse: sed paulo fufius ac dilucidius Ammianus his verbis<sup>f</sup>: Sarracenorum cuneus ( sum per quorum origine & moribus diuersis in locis retulimus suprâ ) ad sortem magis expeditionalium rerum, quam ad concursatorias habilis pugnas, recens illuc accessit; congressurus, barbarorum globo repente conspecto; à ciuitate fidenter eripit: diuque extento certamine pertinaci, æquis partes discessere momentis. Sed Orientalis turma nouo neque antè viso superauit euentu. Ex ea enim crinitus quidam, nudus omnia præter pubem, subraucum, & lugubre strepens, educto pugione, agmini se medio Gothorum inseruit, & interfecti hostis iugulo labra admouit, effusumque cruorem exhaustit. Quo monstruoso miraculo barbari territi, postea non ferocientis more, cum agendum appetere aliquid, sed ambiguis gressibus incedebant. ] hæc Ammianus. Addit verò his, Gothos omnes iam fœderatos antè, in militiamque acceptos atque securos, vna die opera Iulij Magistri militiæ trans Taurum ex improviso esse iussos occidi,

SARRACENI LIBERANT CONSTANTINOPOLIM. Ammianus lib. 31. Socras. li. 5. cap. 1. Sozom. li. 7. cap. 1.

Ammianus lib. 31.

occidi, datis ad alia loca ubi degerent ad prouinciarum rectores secretis litteris.

ACHOLIVS EPISCOP. THESSALONICENSIS. NIC. PVGAT. GOTHOS. Ambros. epist. 39.

At quantum roboris esset ad barbaros, eosdemq. hereticos propellendos fides Catholica etiam in homine inerme & infirmis viribus, satis apparuit in S. Acholio Episcopo Thessalonicensi, qui eosdem barbaros ab ingressu eius ciuitatis his temporibus saepe repressit: quod S. Ambrosius docet his verbis: Hunc ipsum, nimirum Acholium, toties ingruentibus Gothorum cateruis, nequaquam tamen potuerunt barbarica penetrare tela, expugnare multarum gentium bellicus furor. Denique in ceteris populatores locis, illic pacem rogabant. Mirantibusq. quid sibi sine milite vilo obsisteret: à prudentioribus intimabatur, Elisei intus imitatore degere ætate supparem, non imparem spiritu: cauerent, ne exemplo Syriaci agminis, sibi quoque cæcitas offunderetur. Et tamen circa discipulos suos diuersa sunt dona Christi. Eliseus quidem in Samariam captiuas acies induxit Syrorum: sanctus autem Acholius precibus suis fecit, vt de partibus Macedoniae victores fugaret. Nonne & hoc intelligimus virtutis superioris fuisse, vt ubi miles nullus aderat, illic pellerentur sine milite? Nonne & hoc cæcitas est, vt fugerent, quos nullus urgebat? Sed urgebat, & preliabatur sanctus Acholius, non gladiis, sed orationibus; non telis, sed meritis. An incognitum nobis est, dimicare sanctos etiam, cum ferientur? & paulo post, quo modo pulsati sunt, declarat hæc addens:

EVGA. EX. BRCLIVS GOTHORVM.

Non enim inani metu, nec superflua suspitione, sed saeuiente lue, & ardenti pestilentia perturbati Gothi ac territi sunt. Denique tum fugerunt, vt euaderent; regressi postea pacem rogauerunt, vt viuerent. Vidimus itaque in tanti viri meritis superiora sæcula, & opera Prophetarum, quæ legebamur, aspeximus. Quasi Eliseus inter arma, inter acies dum vixit, versatus est meritis suis componens prælia.] hæc tamen S. Ambrosius. Ex quibus planè perspicue declaratum est, datum esse Gothorum agminibus aduersus Romanum exercitum robur propter peccatum, ipsam scilicet perfidiam Imperatoris: quibus ubi fides vera licet inermis occurrit, eisdem ferratas barbarorum cohortes redditas esse profus imbelles; superasseque senem vnum omnem exercitum barbarorum, qui victor Regem dimidiæ Orbis partis subegerat, extinxeratque vnà cum suis copiis Imperatorem. Adeo vt si haberent Gentiles quid oblatrarent in religionem Christianam ob perfidum ducem; non deesset quid mirantes prædicarent ob sanctum Episcopum legitimum fidei Catholicæ cultorem ac defensorem.

CLADES A GOTHIS ILIATAE. Ammianus lib. 31. Hieron. epist. 3.

Recessisse ex his regionibus perfractos Gothos, atque retrogressos deuenisse vsque ad Iulias Alpes, Ammianus affirmat: eosdemque palabundos omnia quæ sibi occurrerent, deuastasse, S. Hieronymus tradit, dum non has tantum hoc anno illatas per barbaros clades, verum alias simul congerens quæ postea per quatuor lustra acciderunt, ita scribit ad Heliodorum: Viginti, inquit, & eo amplius anni sunt, quod inter Constantinopolim & Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur: Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessaliam, Achaïam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni vastant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot virgines Dei, & ingenua nobiliaque corpora his belluis fuere ludibrio? Capti Episcopi, interfecti presbyteri, & diuersorum officia clericorum, subuersæ ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effossæ reliquiae: vbique luctus, vbique gemitus, & plurima mortis imago: Romanus orbis ruit, & tamen ceruix nostra erecta non flectitur. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperant barbari? hæc Hieronymus, ex cladibus mundi consolans Heliodorum lugentem nimium Nepotianum: ceterum eadem Gothorum incurfione patriam suam, Stridonem ciuitatem, fuisse subuersam, alibi idem tradit.

Hieron. de Script. Eccl.

GRATIANI EDICTVM PRO CATHOLICIS.

Sozom. li. 7. cap. 1.

Extincto Orthodoxæ fidei perduelle Valente, irrita pariter reddita sunt eius edicta pro Ariana hæresi aduersus Catholicam fidem sæpe statuta; cum & qui (vt dictum est) anno superiori exules relaxati sunt, etiam facultas iisdem data fuit ad suas reuertendi Ecclesias, à quibus, Arianis Episcopis subrogatis, eiectiones fuerant. Agens de his Sozomenus hæc ait: Gratianus interim vnà cum fratre vniuersum Romanum Imperium adeptus, cum patris sententiam non probaret, qua ille pertinaciter istos, nempe Catholicos fuerat persecutus, qui religionem ab ipso disenserant; omnibus iis qui ab illo viuente religionis ergo in exilium pulsati fuerant, reditum concessit (ad suas scilicet Ecclesias) legemque tulit, vt quisque liberè quamcumque religionem, quemcumque cœtum vellet, sectaretur.

Atur, exceptis Manichæis, Photinianis, & Eunomianis.] ita ipse: satis namque visum Imperatori, vlcerosum morbum pedetentim curare, hocq. primo initio fidem Catholicam postliminio restituere, ac viros Catholicos suis Ecclesiis reddere, illosque comprimere hereticos primum omnium, qui execrabiliores haberentur. nam Eunomiani eius prauæ æstimationis erant, vt ipsos Ariani quoque detestarentur, licet reuera impietate confortes: de iisdem enim ita Ambrosius ad Gratianum: Sed quem potissimum legam? Eudoxium, Eunomiumve, an Arium, vel Actium eius magistros? plura enim nomina, sed vna perfidia, infirmitate non dissonans, communionem discordans, non dissimilis fraude, sed cogitatione discreta. Cur enim secum nolint conuenire, non intelligo. Eunomij personam diffugiunt Ariani, sed eius perfidiam asserunt, impietatem assequuntur. Aiunt eum prodidisse estusius quæ Arius scripserat. Magna cæcitas effusio, auctorem probant, executorum refutant. Itaque nunc in plures sese diuisere formas: alij Eudoxium, alij Eunomium, vel Actium, alij Palladium, vel Demophilum, atque Auxentium, vel perfidiæ eius hæreses sequuntur, alij diuersos.] ita S. Ambrosius de vna Ariana hæresi diuersis capitibus sibilante, quorum duo illa præcipua primò demetenda præsentis sanctione hoc anno Gratianus constituit: cuius etiam editæ legis meminit Socrates.

Ambros. de fide ad Gratian. lib. 1. cap. 4.

Socrat. li. 5. cap. 2.

At licet de Arianis nullam factam esse in edicto mentionem Socrates demonstrare videatur: tamen satis eos lege Gratiani perstrictos esse, videri poterat, cum iussu eiusdem Imperatoris iuberentur, Catholicis, quas occupauerant, Ecclesias cedere, de qua quidem lege hæc Theodoretus: Conscript, inquit, legem, qua iubebat, cum pastores eiectiones in exilium, redire, suisque gregibus restitui, tum sanctas Ecclesias tradi iis qui Damasi communionem amplexarentur. Hic Damasus Episcopus Romanus fuit in illius Ecclesiæ administratione successor Liberij, vir sanè propter vitæ præstabilis ornamenta insignis; qui quoad eius fieri poterat, doctrinam Apostolicam assidue tutatus est. Vt autem lex, quam dixi modò, maiorem haberet auctoritatem, misit cum ea Ducem Saporem, virum id temporis propter nominis & famæ celebritatem facile præstantissimum; cui dedit in mandatis, vt tum Arianae blasphemiarum præcones, tamquam feras quasdam agrestes, ex sacrosanctis templis exigeret, tum optimos pastores sanctis eorum gregibus restitueret.] hæc Theodoretus. Vides, lector, quam scite atque prudenter in tanta hereticorum ac diuersarum hæresum colluue norit pientissimus Imperator, vna data tessera, Catholicos distinguere ab hereticis, nempe communicatione cum Romano Pontifice; nimirum ex more, illos dumtaxat Orthodoxos esse significans, quibus tali edito signo sinceræ & solidæ fidei comprobatis, tuto committendæ forent Ecclesiæ. Subdit Theodoretus, ipsum Saporem Ducem à Gratiano cum edicto in Orientem missum, venisse Antiochiam, edictumque promulgasse, cuius occasione illic Concilium celebratum fuit.

Theod. li. 5. cap. 2.

GRATIANI LEX ADVERSUS ARIANOS.

Theod. li. 5. cap. 3.

Qui igitur Valentis primùm edicto ab exilio relaxati sunt Episcopi Orthodoxi, Gratiani verò sanctione suas Ecclesias recipere, vnanimi conspiratione, mutuoque consensu hoc anno mense Septembris Antiochiæ conuenerunt, vt prostratæ Orientali Ecclesiæ paribus votis consulentes, supplicasque laturi, quid agendum esset, vnà decernerent. Sed antequam de rebus in eo Concilio gestis narrationem aggrediamur; ne quid animi arbitrio absque maiorum testificatione temerè effundere videamur: quod ad tempus spectat, docet id in primis Gregorius Nyssenus in epistola ad Olympium monachum de vita obituque S. Macrinæ fororis: cum enim ibi dicat eiusmodi Synodum, cui ipse interfuit, Orthodoxorum Episcoporum collectam Antiochiæ nono mense ab obitu S. Basilij, quem superioris demonstrauimus huius anni exordio, ipsis Kalendis Ianuarij, ex hac vita migrasse, planè eiusdem irrefragabili auctoritate dicendum est, eam hoc anno mense Septembris fuisse habitam. Sed subdam verba Gregorij: Post hanc iacturam (nempe obitus S. Basilij Episcopi Cesareæ Cappadociæ) nonus mensis aut paulo amplius, cum Episcoporum Concilium indictum est Antiochiæ, cui nos item interfuimus.] hæc quod ad tempus pertinet.

CONCILIUM ANTIQCHENVM.

Gregor. Nyssen. ad Olymp. apud Socr. tom. 4.

Quæ autem in eo Concilio gesta sint, ex abditis perquirenda sunt locis. Atque in primis memoria repetendum, quod sæpe sapius diuersis obortis occasionibus dixisse meminimus: Catholicos Antiochenos Nicænæ fidei professores fuisse longo schismate, nempe à tempore Iuliani, ab inuicem separatos, inhærentibus aliis Meletio, Paulino aliis communicantibus: negotium autem tale erat, vt torus fermè Oriens, & fortasse etiam Occidens in schisma induci facillè potuisset, pro cuius studio alterutri parti aliis fauentibus, aliis aduersantibus. Quod igitur desperata profus videretur, ac frustra tentata omnis

CONCILIUM SIMVL MELETIVS ATQVE PAVLINVS.



omnis medela erigendarum Orientis Ecclesiarum, nisi in vna eademq; pacis & vnitatis A concordia conuenirent: ante omnia eiusmodi inueteratum schisma tollendum, Patres necessarium existimarunt. Huius itaque rei causa Antiochiæ (vbi malum exortum erat atque in imensum coaluerat) duxerunt illi celebrandum esse Concilium. Vbi quod neutra pars alteri cederet, remedium illud excogitatum est, vt inter vtramque partem ita transigeretur (quod superius diximus) nempe, vt cum alteruter ex duobus, Paulinus, vel Meletius, prior ex hac vita decederet; qui superstes esset, in locum demortui nullo alio creato Episcopo successore, solus remaneret Ecclesiæ illius presbyteros: ad quod præstandum iericiurando adegerunt sex primores Ecclesiæ illius presbyteros, qui propinquo ad eum gradum consequendum esse viderentur. quod quidem, ambabus partibus consentientibus, fuit salubriter constitutum. testantur id Socrates<sup>a</sup> atque Sozomenus<sup>b</sup>, & alij hos secuti, quibus potius standum esse quisque iure sentiet, quam Theodoro<sup>c</sup> B quem in suo narrationis contextu errores admiscuisse cognosceret, dum ipse res tunc Antiochiæ gestas sic narrat:

<sup>a</sup>Socrus. li. 5. cap. 5.  
<sup>b</sup>Sozom. li. 5. cap. 3.  
<sup>c</sup>Theod. li. 5. cap. 1.

FLAVIANVS  
QVID IN  
PAVLINVM

Id temporis autem aduentante Antiochiam Sapore Duce, cum legem Gratiani ostendisset, Paulinus se à partibus Damasi stare constanter affirmat: idem quoq; affirmat, morbo erroris sui occultato, Apollinaris. At diuinus ille Meletius se & quiete gessit, & ab eorum contentione continuit. Flavianus verò vir sapientissimus, qui adhuc fuit ex numero presbyterorum, ad Paulinum, Duce audiente, sic verba facit: Si Damasi communionem, o amice amplecteris: nobis tuæ & illius doctrinæ consensum, cognationemque manifestò commonstra: Nam ille vnam trinitatis essentiam confitetur, tresque personas palam prædicat: at tu contra personarum trinitatem penitus tollis. Quare ostende doctrinæ consensum, & Ecclesias capeffe, vt lex iubet. Qui cum illi os hac refutatione obturasset, ita C Apollinarem alloquitur: Demiror, o amice, te non solum tam impudenter velle veritati repugnare, cum certò scias, Damasum, virum sanè admirabilem, affirmare perfectam nostram naturam à Deo Verbo sumptam esse, verum etiam contrariam te opinionem docere: nam mentem nostram salute prius tu quidem. Quod si nos hæc tibi obiectando falsa dicimus, iam ergo tute nouam doctrinam à te primùm in lucem editam denega, Damasi doctrinam amplectere, & sacrosanctas Ecclesias capeffe.

QVID ME-  
LETIUS  
CVM PAU-  
LINO.

Cum autem sapientissimus Flavianus certis verisque rationibus eorum compressisset audaciam: Meletius vir omnium mansuetissimus comiter admodum & benignè Paulinum compellat his verbis: Quoniam & mihi istarum ouium procuracionem commisit Dominus, & tu aliarum curam suscepisti, ipsarumque oues inter ipsas veræ pietatis communionem consentiunt: greges, o amice, concordia vinculis coniungamus, atque contentionem de primatu dirimamus: & cum oues communiter pascamus, communem illis ritè moderandis curam adhibeamus. Quod si sedes contentionem gignit: ego hanc contentionem à nobis repellere conabor. Nam ponamus, quæso, in ea librum Euangelij, & vtrinque nos sedeamus. Quod si ipse prius è vita abiero; tu solus, amice, gregem moderaberis: sin autem tibi illud contigerit, ego rursus curam ouium pro virili geram. Verum tamen ista placidè & leniter à Meletio dicebantur: Paulinus tamen illis minimè acquieuit. Itaque Dux Sapore, eorum quæ vtrinque dicta erant, Iudex constitutus, magno Meletio Ecclesias tradidit: Paulinus autem ouium, quas ab initio à reliquis segregauerat, Antistes permansit. ] hucusque Theodoretus. At non sunt hæc perfunctoriè transeunda, sed magna consideratione adhibita expendenda, quod de re haud leui controuersia agitur.

DEFENDI-  
TUR PAULI-  
NVS A CA-  
LYMNIA  
FLAVIANO.

Hic primùm attende, Theodoretum vel ignorasse, vel dissimulasse Synodum Antiochenam hoc anno (vt perspicue est demonstratum) à Catholicis Episcopis congregatam: sed iudicium causæ tanti momenti vni tribuere Saporis Duci: idque præsertim contra præscriptum sanctionis, quam ibi promulgauit, Gratiani Imperatoris, cuius illa erat certa difertis expressa verbis assertio, vt illis tribuerentur Ecclesiæ, quos constaret cum Damaso Romano Pontifice communicare. Porro Paulinum iunctum fuisse communicatione litterarum formatarum ipsi Damaso, superius luce clariùs est demonstratum. Sed & extitisse calumniam Flauiani, & Vitalis primùm, Paulinum distinctionem personarum auferentem in Trinitate, consentientem fuisse Sabellio; ea quæ suis locis superius de eo sunt enarrata, manifestè declarant, demonstrantque ipsum semper integerrimè in omnibus fidei Catholicæ assertorem fuisse probatum.

Scias.

A Scias, lector, eam de Sabellianismo calumniam, iam olim tempore Iouiani Imperatoris, cum Athanasius & Epiphanius Antiochiæ essent, fuisse à Vitale Apollinaris hæresis patrono obiectam Paulino; ipsum verò, edita tunc oblataque Athanasio fidei suæ professione, qua & inter alia Sabellium quoque damnaret, se, qualis semper fuerat, demonstrasse Catholicum, purissimæque Patrum fidei assertorem: recitat enim, qui interfuit, hæc omnia Epiphanius<sup>a</sup>, nosque suo loco pluribus egimus; demonstrauiusque ex litteris Damasi ad Paulinum, non solum illum ipsi fuisse communionem coniunctum, sed & tantæ apud eum æstimationis, vt qui recipiendi Antiochiæ essent, eiusdem Paulini arbitrio crederet.

At cogimur tandem lapsum Theodoretum detegere. Nec quis tamè ob id aduersum me clamet, reuelari à me ignominiam Patris: nam vulgatum est omnibus, Theodoretum B male cœpisse, misericordia autem Domini benè consummasse; eundemque veracem in reliquis historicum comprobari, in his verò quibus priuato fuit affectu, indigere censura, prout prudens lector intelliget. Quod enim post mortem Meletij etiam idem conflatum schisma perseuerauerit in posteris, & Flavianus contra præstitum iusurandum fuerit suffectus in locum Meletij, ipseque Theodoretus eiusdem Flauiani partes sectatus sit: hoc modo inuersa alea, res gestas in Antiocheno Concilio aliter quam se haberent, in gratiam ac excusationem Flauiani narrauit, & contra aduersarium eius Paulinum malè congescit. Cuius infensi animi aduersus eumdem Paulinum & illud certum accipe argumentum. Quod enim sciret ex litteris Synodicis Damasi ad Paulinum de fide Catholica scriptis manifestè probari mutuam inter eos communionem, ac proinde aduersariæ partis causam infirmari: quid indignum quouis Christiano homine, nedum Catholico Episcopo ausus est perpetrare? Dicere cogor inuitus, dicam tamen studio veritatis, cui tantum absque aliqua priuata affectione ex instituto deuincior.

Scripta fuit Synodalis epistola à Damaso ex Romano Concilio ad Paulinum Episcopum Antiochenum, quæ continet anathematismos aduersus omnes adhuc oblatrantes hæreses: eam cum intexuit Theodoretus loco non suo in historia, pro Paulino Antiocheno, posuit Paulinum Thessalonicensem; ne videlicet ex illis saltem litteris communicatio Damasi cum Paulino conuinci posset. Latina omnia exemplaria, quæuis consulas antiquius scripta atque etiam typis excusa, habent Paulinum Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum. Theodoretus autem ita difertis verbis eius epistolæ titulum ponit: Confessio fidei Catholicæ quam Damascus Papa misit ad Paulinum Thessalonicæ vrbs Macedonia, siue Macedoniæ. ] ita ibi, & perperam quidem, nisi ad eum excusandum dixerimus, eiusmodi mentitum titulum ab aliquo alio esse appositum. At quàm prudenter, ommissa antiqua lectione, & auctoritate Latinorum exemplarium, in recentiore Conciliorum editione facta Veneris in Nicolina typographia, posita sit ea epistola ex Theodoro cum falsa illa inscriptione; ipse videat, quisquis auctor extitit, qui & superioris epistolæ titulum ad eundem Paulinum inscriptum, ex eo ambiguum quoque reddidit, ponens in margine pro Antiocheno Thessalonicensem. Quisnam, quæso, dixerit textum vnum Græci auctoris præferendum sexcentis Latinis, in rebus præsertim primùm Latine conscriptis in Ecclesia ipsa Latina?

Sed manifestum in nomine conuincamus errorem, atque videamus quisnam eo tempore, quo Theodoretus scriptam esse à Damaso eam vult epistolam, cum ageretur Constantinopolitanum Concilium sub Theodosio, Thessalonicensi Ecclesiæ præerat Episcopus, num Paulinus, ad quem vult eam datam epistolam, an alius aliquis. At relegamus E catalogum Episcoporum Thessalonicensium huius sæculi. Tempore Constantini præfuit illi Ecclesiæ Alexander, qui interfuit Nicæno Concilio, cuius extant litteræ ad Athanasium: tempore verò Concilij Sardicensis eius Ecclesiæ Episcopus erat Aetius; post autem Concilium Ariminense Iremius<sup>a</sup>, de quo Athanasius in Apologia ad Constantium, post verò Ambrosij<sup>b</sup> certa testificatione constat, his temporibus, quibus Oriens afflicta batur à Gothis, præfuisse Ecclesiæ Thessalonicensi Acholium Episcopum sanctitate clarissimum, de quo haud pridem dictum est. Quin etiam inuenies idem nomen Acholij in epistola Synodali Concilij Constantinopolitani apud ipsum Theodoretum<sup>c</sup>: etenim idem Acholius cum Paulino, Epiphanio, & aliis compluribus Orientis Episcopis Romam ad Synodum se contulit: vt planè intelligas, ipsius quoque Theodoretum testificatione eo tempore non alium quempiam quàm dictum Acholium Ecclesiæ Thessalonicensi

THEODO-  
RETI STRO-  
PHA DETR-  
GITVR.

THEODORE-  
TVS DE PRA-  
VAT IN-  
SCRIPTIO-  
NEM EPI-  
STOLAR  
DAMAS.

Theod. li. 5.  
c. 11.

EPISCOPI  
THESSALO-  
NICENSES  
HVIVS TEM-  
PORIS.

\*Irenius  
c. Ambros.  
epist. 59.

cenſi Episcopum præſuiſſe, dum recitat titulum epiſtolæ Synodi Conſtantinopolitane A ſcriptæ ad Episcopos Romæ in Concilio congregatos, vbi inter alios Acholio nomen habetur expreſſum.

At ſi hæc non ſufficiunt, ſuffragetur etiam apertiffima fides de Acholio Epifcopo, Theſſalonicæ hoc tempore præſidenti, vrpote qui anno ſequenti ( vt auctor eſt Sozomenuſ<sup>a</sup>) baptizauit Theodoſium Imperatorem morbo laborantem. Conſtat etiam auctoritate Ambroſij<sup>b</sup>, Acholio ſubrogatum Anyſium, eumque vixiſſe diutiùs: nam liquet eiufdem Ambroſij aſſertione<sup>c</sup>, ipſum fuiſſe ſuperſtitem poſt Concilium Capuanum, quod celebratum eſſe dicemus anno Domini recentefimo octogefimo nono, Siricij Papæ anno Pontificatus vndecimo. Videtur igitur, lector, ne fingi quidem poſſe, vt Paulinus, quem iacet Theodoretus, fuerit Epifcopus Theſſalonicenſis tempore Concilij Conſtantinopolitani, nec ante vel poſtea, quouſque federunt Acholius atque eius ſucceſſor Anyſius: quam B que præſter in his auſcultare Socratem atque Sozomenum, vrpote externos hominẽs neutri harum partium addictos Nouatianos. At de his hæcenus. Iam reliqua eiufdem Synodi Antiochenæ Acta proſequamur.

Rurſum verò recognitam in eodem Concilio fuiſſe rectam fidei regulam ac ſtabilitam apparet ex Synodica epiſtola Concilij Conſtantinopolitani ad Damafum, vbi hæc leguntur<sup>d</sup>: Atque iſta de fide à nobis libere ingenuèq. prædicata ſummam diſcrimus, de quibus pleniorem cognitionem animis poteritis percipere, ſi libellum, Concilio Antiocheno conuocato, de fidei deciſione editum, & eum etiam qui ſuperiore anno à Concilio generali compoſitus eſt, legere placuerit, in quibus tum fidem noſtram vberiùs expoſuimus, tum hæreſibus nuper excogitatis anathema ſcriptis proditum denunciauimus. ] hæc ibi, quibus etiam innuitur recens obortam hæreſim Apollinaris in hac eadem Synodo Antiochena fuiſſe damnatam.

Præterea (quod maximi ponderis negotium viſum eſt) decretæ ſunt legationes complures ad viſitandas Orientis Eccleſias, eaſque ſubleuandas, atque in fide Catholica ſtabiliendas. Electi ad hoc opus qui præclarioris nominis in ea Synodo interfuiffent Epifcopi, nempe Gregorius Nyſſenus, Eufebius Samofatenus, Gregorius Nazianzenus, atque Meletius Epifcopus Antiochenus: agemus autem de ſingulis. Legationis in primis Gregorij Nyſſeni teſtis eſt ipſe, cum ſanctam Macrinam ſororem ita ſibi loquentem introducit: Te ad ferendum auxilium, te ad res conſtituendas Eccleſiæ mittunt, & Dei munus non aſpicias? ] Idemque miſſum ſe alibi reſtatutur ad inuiſendam atque componendam Eccleſiam Prouinciæ Arabia, cum ita ait<sup>e</sup>: Mihi propter hanc viuendi rationem, in qua vt viuam, ab eo qui diſpenſat vitam noſtram, cõſtitutus ſum; necelle fuit pro ſancto Concilio habito, emendandæ Arabia Eccleſiæ gratia ad loca iſta proficiſci. At cum eſſet Arabia locis Hieroſolymitanis contermina, pollicitus eram me cum his qui ſanctis Hieroſolymitanis præſunt Eccleſiis diſceptaturum, quòd rerum illis eſſet ſtatus perturbatus, ac quodam qui mediùs intercederet, egerent. Præterea verò ipſo quoque piiffimo Rege viæ facilitatem concedente curru publico, nulla nobis neceſſitas fuit ea perpeti, quæ etiam aliàs cogitabamus. Vehiculum enim nobis pro eccleſia & monaſterio erat, omnibus per totam viam ſimul præſentibus & ieiunantibus in Domino. ] hæc ipſe. Placuit tamen vt antequam collatum ſibi munus obiret, rediret in patriam, ſororemque ſanctam Macrinam virginem in monaſterio agentem inuiſeret, quam octo annorum ſpatio, quibus extorris ab Eccleſia atque à patria fuerat, nunquam viderat. Accidit id quidem diuino planè conſilio, vt ſanctam ſororem proximè morituram videret, de cuius obitu in via per viſum E admonitus fuit, vt ipſe teſtatur ea epiſtola, quam de rebus ab ea præclare geſtis ad Olympium ſcripfit.

Porro Gregorij eam inuiſendi illud fuit inſtitutum, vt de obitu Baſilij aliquam ab ipſa, vrpote ſanctiſſima atque doctiſſima femina, conſolationem acciperet: quo tempore idem Gregorius ex iis quæ tunc ſoror ipſa cum eo diſſeruit, librum illum aureum conſcripfit de Anima & reſurrectione, in quo eam ob ipſius inſignem eruditionem nominat ſæpe magiſtram. Quanta verò emineret illa vitæ ſanctitate, ex eadem epiſtola ad Olympium poterit quiſque abundè cognoscere. Quàm autem prædiuitem Gregorius ex bonis eius poſt obitum acceperit hereditatem, haud erit otioſum referre, cum ex iis ſanctorum erga ſancta piũ ſtudioſum referretur: ait enim hæc Gregorius (vt plurima de ea digna memoria prætermittam) Illa de qua mentionem fecimus, Veſtiana, quæ curam ornandi

<sup>a</sup>Sozom. li. 7. <sup>b</sup>4. c. 5. <sup>c</sup>Ambros. epi. 59. <sup>d</sup>Am. rof. epi. ſtola 79.

FIDEI REGULA FIRMITER IN CONCILIO ANTIOCHENO. <sup>d</sup>Apud Theodor. lib. 5. cap. 9.

DECRETÆ LEGATIONES IN DIVERSAS ProuINCias. <sup>e</sup>Gregor. Nyſſ. ſen. ad Olym. monach. de S. Macrina vita apud Sur. ſ. tome 4. <sup>f</sup>Gregor. Nyſſ. de peregrination. Hieroſolytm.

GRGOR. NYSS. AD ILL. S. MACRINAM SOROREM, ET MORTI EIVS INTERFUIT.

Ornandi ſuum corpus acceperat, illudque munus obiret, propriis manibus ornans ſacrum caput illud, cum eius ceruici manum ſubmiſiſſet: Ecce (inquit ad me reſpiciens) quale eſt collo ſanctæ monilis ornamentum pendet. Et hæc dicens, ſolutis à tergo vinculis protendit manu ferreum Crucis ſignum, & anulum quemdam ex eadem materia: quæ quidem vtraque cordi ſemper adhærebat. Et ego: Communis, inquam, ſit hæc poſſeſſio: ac tu quidem habeas Crucis inſigne, mihi autem hereditas annuli ſatis erit: ſiquidem in huius etiam pala Crux erat impreſſa. At eum mulier intuens, ruriſum ad me: In deligendo, inquit, non aberrati: etenim excauatus eſt annulus ſub ipſa pala, ibique de ligno vitæ particulam conditam habet, quod ſuperadiacens pala ſimili nota ſignificat. ] hæc ibi, atque ſatis ad alia feſtinanti, cum alioqui iucundiſſimum foret integram illam epiſtolam de clariffimæ virginis vita & obitu à ſancto fratre conſcriptam audire.

Gregorius verò religioſo curato ſanctæ ſororis puriſſimo corpore, Eccleſiæ antiquo more, cum pſalmore cantu noctis peruigilio, & accenſis cereis ad martyrum ædem religioſo funere collocato, ſuſceptum legationis munus obiuir, ſcripſitque dictam ad Olympium ſanctiſſimum monachum epiſtolam; quem Antiochiæ, cum ibi Gregorius huiusmodi cauſa Synodi moraretur, cognouit illac tranſeuntem, Hieroſolyman ad ſancta loca viſenda peregrinantem, prout idem Gregorius in eadem ad ipſum epiſtola ſcripta præfatur. Cetera autem eius legationis monumenta penitus excidere: ſed quæ præſtiterit, ex S. Eufebij collegæ functionibus poſſumus exiſtimare, nimirum quod horum in diuerſas prouincias Legatorum idem muneris eſſet, vt quos ſcirent Catholicos ſacerdotes, Eccleſiis ab Arianiſ obſeſſis Epifcopos conſtituerent. hoc quidem exhibuiſſe in ſua legatione officium magnum illum virum, de quo ſæpè ſuperiùs mentio facta eſt, Eufebium C Samofatenum Epifcopum, Theodoretus<sup>a</sup> docet his verbis:

Porro Magnus Eufebius ab exilio reuerſus, Acacium qui in magna gloria apud omnes fuit, Berœæ Epifcopum ordinauit, Theodorum autem Hierapolis, cuius ſeuera viuendi diſciplinâ ad hodiernum diem ab omnibus celebrata eſt: Eufebium Chalcedoniſ, & Cyri noſtræ Iſidorum Antifiſitem conſtituit, vtrumque admirabilem & diuino pietatis ſtudio egregiè exornatum (ſuerant hi præſtantiffimi monachi quorum idem Theodoretus<sup>b</sup> alibi meminit.) Ferunt quoque eumdem, Eulogium illum qui pro doctrina Apoſtolica ſtrenue decertaauerat, qui que apud Antinoem vnâ cum Protogene relegatus erat, paſtorem Edeſſæ (iam enim diuinus Barſes è vita exceſſerat) creatuſſe: Protogenem verò eorumdem certaminum ſocium Charris, vrbi haud ſana doctrina imbutæ, tamquam medicum ad eius errores curandos præfecuſſe: poſtremum autem Epifcopum ab eodem diuino viro D ordinatum fuiſſe Marin, quem Dolichæ paruo oppido, & per id temporis morbi Ariani contagione admodum infecto præpoſuit. Quem quidem Marin, virum ſanè præſtantem, & omni virutum genere eximiè illuſtratum, cum Eufebius ipſe Magnus in ſede Epifcopali collocare vellet, Dolicham contendit.

In quod oppidum mulier quadam peruerſæ Arii doctrine peſte admodum laborans, regulam è ſuperiori loco deiicit, qua caput eius diminutum fuit: quo quidem vulnere paulo poſt ex hac in aliam longè præſtantiorem vitam migravit. Qui cum iam eſſet moriturus, eos qui aderant, iureiurando obſtrinxit, ne vllum ſupplicium de ea quæ facinus fecerat, omninò ſumerent. Etenim in eo imitatus eſt tum Dominum ſuum, qui pro iis qui eum Cruci affixerant, ſic orauit: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt: tum E conſeruum Stephanum, qui poſt crebros lapidum icſus, quibus obrutus erat, clamauit<sup>c</sup>:

Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Tali mortis genere Eufebius ille Magnus poſt multa pro fide conſecta certamina occubuit: qui licet barbarorum in Thracia eſſuſſer crudelitatem, impiorum tamen hæreticorum manus haud quaquam eſtugit, ſed per eos coronam martyrij conſecutus eſt. ] hæcenus de Eufebio Theodoretus: qui licet ab Antiochena Synodo eum eſſe legatum ad illud opus, ſilentio præterierit; tamen certum conſtansque eſt, cum ipſum vniùs ciuitatis Epifcopum in aliena metropoli tot tantaque præſumpſiſſe, vt in Syria atque Meſopotamia Epifcopos ordinarit, cum nonniſi ex Synodi decreto potuerit tam ampla illi tunc fuiſſe impertita auctoritas. Verùm præſtantiffimi Præfulis iugem memoriam, cum Orientalis, tum etiam Occidentalis Eccleſiæ proſecuta eſt, diem natalis eius, quo coronatus martyrio triumphauit in cælo, incertum publicis Eccleſiæ monumentis, anniuerſaria memoria celebrans.

Inter alios autem Epifcopos, qui ab eadem Synodo ad diuerſas prouincias legati ſunt, Annal. Eccl. Tom. 4. L1 ſanctus

CRUX FERREA ANNVLVS CVRRI LIGNO CRVCIS.

<sup>a</sup>Theod. lib. 3. cap. 4.

EUSEBIUS SAMOſATENIſ LEGATIO. Chalcidicis. <sup>b</sup>Theod. in hi. ſor. ſanct. Patri. cap. 3.

EUSEBIUS SAMOſATENIſ MARTYRIVM.

<sup>c</sup>Luc. 23. <sup>d</sup>Act. 7.

CHRISTI  
378.DAMASI PAP.  
12.GRATIANI 12.  
VALENTINI 3. IMPP.

sanctus Gregorius Nazianzenus missus est à Patribus Constantinopolim ad ruinas tantæ Ecclesiæ reparandas : quo enim difficilior provincia, opusque durius ac penè desperatum videri poterat, eo doctior atque sanctior, animique viribus præstantior ex sacro illo confessorum conuentu delectus est. Quis enim satis valeat Ecclesiæ illius statum deploratissimum mente assequi, cui tot annis fæx hæreticorum Eudoxius, idemque perditissimus hæresiarcha præfuit, & post eum Demophilus æquè impius atque nefandus? aded, ut qui ibi reliqui erant pauci Catholici, sicut oves errantes absque pastore, luporum semper paterent incurfui. Eligitur ad illos expugnandos, hos autem subleuandos atque firmandos, potens opere & sermone Theologus, qui aliquot annis à parentis obitu (ut dictum est) à pastoralis cura liber, in abscondito faciei Domini, Seleuciæ apud sanctam protomartyrem Theclam magno negotio otiosus agebat. Puto hunc inde abduxisse secum Meletium, cum ab exilio ex Armenia rediit Antiochiam. Quid autem aded nobili legatione perfundus egerit, dicturis per singula, ante omnia certa ratio temporis eius Constantinopolim profectiois exquirenda nobis est, quod sciamus alios eiusdem Gregorii res gestas profectos longè ante præsentem annum eius aduentum Constantinopolim posuisse.

TEMPVS AD-  
VENTVS  
GREGORII  
NAZ. CON-  
STANTINO-  
POLIM.

Enim Gregorius presbyter, qui encomiastica oratione vitæ eiusdem Gregorij Nazianzeni tractauit, cum tradat ipsum duodecim annis egisse Constantinopoli, consertque eiusdem tempus certum, quo inde recessit: ex eius sententia dicendum esset, ipsum anno sexto Valentiniiani atque Valentis Imperatorum se Constantinopolim contulisse, Christi verò anno trecentesimo sexagesimo nono, quem liquet recessisse tempore œcumenicæ Synodi illic habitæ, Syagrii & Euchario Coss. anno Domini trecentesimo octogesimo primo. In eandem quoque sententiam de annis duodecim commorationis Gregorij Constantinopoli visus est Nicephorus in Chronico abiisse, dum ait eum sedisse annis duodecim Constantinopolitanum Episcopum. Prætermittimus autem recensere alios hos secutos, eadem quoque scribentes, à quorum omnium sententia ut penitus abhorreamus, ipsemet Gregorius Nazianzenus in primis admonet, dum in carmine de Vita sua de se testatur, non recessisse Nazianzo, nisi post obitum patris, quem tempore Nicæni Concilij redditum Christianum, sedisse tradit Episcopum annos quadragintaquinque, sicque propagasse vitam ad annum Domini saltem trecentessimum septuagesimumsecundum. At postquam Nazianzo recessit, cum testetur ibidem, se ad ecclesiam S. Theclæ profectum esse Seleuciam, ibique esse diutiùs commoratum; nihil esse loci potest dictæ ipsorum sententiæ de annorum duodecim commoratione Constantinopoli. quam qui sequuntur, ipsi Gregorio deformiter aduersari noscuntur: nam præter hæc, idem ipse D alibi certum definit annorum numerum quibus Constantinopoli detentus est: ut planè nullus de his remaneat amplius dubitandi locus.

TRIENNII  
MORAE  
GREGORII  
CONSTAN-  
TINOPOLI.  
\* Greg. Naz.  
Carm. de E.  
pist. edit. Leu-  
scenklai.  
b Ruffin. lib. 1.  
cap. 9.

Ipsè inquam Gregorius Theologus, cum tantum triennio tradat se commoratum esse Constantinopoli, certè non ante præsentem annum illuc profectum esse declarat: sunt enim hæc verba ipsius: Vos laborum meorum testes estis. Quid improbum, quid vobis contrarium, quid noxium vel verbis protuli, vel designaui toto hoc iam triennio? vnum licet excipiatis, quod malis pepercerim, à quibus ingressu primo lapidatus, hoc ipsum constanter toleraui, &c.] hæc ipse. quibus probè consentit Ruffinus, qui ea fermè quæ præ oculis habebat temporum suorum gesta scribebat, dum ait de Gregorio: Reddita verò pace, Constantinopolim ad Ecclesiam docendam venire cohortatus, non abnuit: vbi breui tempore tantum ad emendandum populum vetustis hæreticorum infestum venenis profecit, ut tunc primum Christiani fieri viderentur, &c.] Quod igitur nonnisi reddita pace Ecclesiæ, illuc Gregorium accessisse, breuique tempore permanisse dicat: planè recitata ipsius Gregorij sententiæ de triennio assentitur. Sed illud malè Ruffinus, dum ibi affirmat Gregorium antè creatum fuisse Episcopum Nazianzenum: nam eodem in loco ipse Gregorius, vbi agit de aduentu suo Constantinopolim, sic ait: Nequaquam deserto populo, cui aliqua necessitudine obligatus essem: nam illa sunt hostium meorum figmenta, falsique sermones, &c.]

c Greg. Naz.  
in Carm. de  
Episcop. edit.  
Leuvenklai.

Quod verò illuc non sponte profectus sit, sed coactus ab Episcoporum conuentu, Catholicis qui erant reliqui Constantinopoli maximè id petentibus, alibi ipse etiam Gregorius testatur, cum ait: Huic orationi testimonio sum ego ipse qui hæc dico. Cum supra res spectabiles positus essem, & mente cum solis intelligibilibus versarer abiecta gloria,

CHRISTI  
378.DAMASI PAP.  
12.GRATIANI 12.  
VALENTINI 3. IMPP.

A gloria, possessionibus, spe, doctrina, deliciis ex eo ipso capiens, quod deliciis nullas sectarer, exiguo pane contentus iucundam vitam agerem ab omni petulantia liber: præter omnem spem, à bonis his abreptum me quispiam longè abduxit. Et quis ille fuerit, dicere non habeo, diuinus ne Spiritus, an peccata mea, vtelectionis pœnas darem. Hoc quidem manifestum est, impulisse me huc pastorum conuentum, & populum rectè sentientem, qui tamen nondum amplius & copiosus erat.] hæc ipse, qui & in carmine de vita sua:

*Ad hos (quod esse crederemur in Deo  
Sermone, vita & nobiles, quamuis fere  
Semper secuti rusticum vita genus)  
Me misit almus Spiritus, vocantibus  
De plebe multis, atque item pastoribus:  
Plebem ut iuuarem, pro fide arma sumere.]*

& paulo post:

*Sic sum profectus, sponte non certè mea,  
Verùm coactus, ut fidem defenderem.]*

Sic itaque cum ipsius iterata assertione liqueat, coactum à conuentu Episcoporum Constantinopolim profectum esse: licet vbi eiusmodi Synodus Episcoporum collecta sit, minimè dicat: tamen quod nullum aliud reperiatur hoc anno conuocatum Concilium Episcoporum, nisi Antiochenum, immò quod nec alibi ab aliis colligi potuerit, cum eo tempore perpauci qui erant in Oriente Episcopi Orthodoxi (ut dictum est) coierint Antiochiæ: sed & quod nec quæuis alia Synodus in Oriente celebrata tantæ auctoritatis esse potuerit, vt ad curandam Constantinopolitanam Ecclesiam valuerit renitentem Gregorium cogere: necessitate adstringimur profiteri id factum in Antiocheno Concilio, in quo & alia huic similes (vt diximus) legationes decretæ fuerunt.

De vi autem, quam tunc passus est, hæc idem ipse Constantinopoli cum esset, pro concione ad Arianos: Ego paruulus ille obscura & ignobili patria natus (obicitabant enim hæc in eum Ariani) ad vos accessi, idque non vitro, nec me ipsum offerens, vt moris est hodie plebsque qui ad Ecclesiæ gubernacula temere profiliunt, sed accitus, ac vi compulsus, ac timori Spirituique obsecutus. Quod si falsa loquor: hoc mihi pro sceleris pœna imprecor, vt diutiùs hic belli molestias incassum sustineam, nec quemquam errore liberem, sed voti sui compotes fiant, qui animæ meæ sterilitatem imprecantur:] hæc ipse. At antequam Gregorij proficiscētis Constantinopolim vestigia affectemur, pauca quæ reliqua huius D Antiochenæ Synodi sunt, his addamus.

Theodoretus addictus Meletio, & à Paulino perquam auersus, nulla penitus de collega in munere pastorali & societate laborum habita mentione, nec aliorum qui Synodo interfuerunt, sed omnia in ea gesta Meletio tribuens, ita narrat: Diuinus verò Meletius Diodorum illum, cuius ante mentionem feci, qui nauem Ecclesiæ in grauissima tempestate incoluinem seruauerat, Tarfi pastorem designauit, Cilicumque gentem ei credidit: Episcopum verò Apameæ Ioannem creauit, qui illustri genere ortus quidem fuit, sed suis ipsius rectè factis multo maiorem splendorem quàm ex maiorum rebus præclare gestis est consecutus: nam non doctrinæ solùm, sed præstabilis vitæ ornamentis insigniter decoratus erat. Hic turbulentis procellæ temporibus, conuentum eorum qui fide secum sentiebant, gubernauit, sociumque habuit & adiutorem Stephanum virum cum primis laudatum. Verum istum diuinus Meletius ad alia transtulit certamina: nam vbi intellexit Germaniciam labe Eudoxij infectam, eum velut medicum (nam & humaniore litteratura & sacris litteris ab ineunte ætate instructus fuerat) ad morbum curandum misit. Neque certè spes eum frustrata est. Siquidem spiritualis doctrinæ subsidio lupos in oves mutauit.] hæc Theodoretus, atque finis esto Synodi Antiochenæ: si quæ autem alia ibi decreta sunt, nos latent. Addimus tamen his appendicem de Meletio: qui cum visitaret diocesium, ecclesias erigens, & Syriæ quoque monachos inuiseret sibi subditos, inuenit inter alios Simeonem Stylitam habitationem sibi super columnam statuisse, inauditumque hæc vitæ institutum arripuisse: quem cum vincitum quoque arctè ferro spectasset, iussit acciri fabrum, qui solueret ferri vincula, illud addens: Amanti Deum homini satis pro vinculo esse mentem. In ceteris eum ab instituto minimè dimouere voluit. Fuerant hæc eiusdem Simeonis primordia, & quidem Deo iuuante felicia,

Annal. Eccl. Tom. 4.

L 1 2 vtpote

A SYNODUS  
ANTIOCHENÆ  
NAZ. MIS-  
SUS CON-  
STANTINO-  
POLIM.

Greg. Naz.  
Orat. ad Arianos.

Theod. lib. 5.  
cap. 4.  
MELETIVS  
NOVVS OR-  
DINATVS  
EPISCOPOS

CHRISTI  
378.DAMASI PAP.  
12.GRATIANI 12.  
VALENTIN. 3. IMPP.

ut pote qui in eodem, immo arctiori viuendi genere propagauit ætatem vsque ad tempo-  
ra Theodosij iunioris. hæc modo satis indicasse de eo ex Theodoro<sup>a</sup>: cetera autem aliis,  
ut occasio feret inferius.

<sup>a</sup>Theodoret.  
lib. 55. Patr.  
c. 16.

At prosequamur iam Gregorium properantem Constantinopolim. Cum enim illuc  
peruenisset, hospitio excipitur à pijs uiris sanguine sibi coniunctis: testatur enim id ipse, cum  
ait<sup>b</sup>: Quod si grauauimus, parcendo potius & repudiando, quàm accipiendo graues fui-  
mus. Huius rei si causam quaeritis: domus quædam pia Deiq; amore flagrans, non secus  
atque<sup>c</sup> Elifæum Sunamitidis domus, nos refocillauit, hominum corporis spiritusq; cogna-  
tione mecum coniunctorum, ac singulari liberalitate præditorum: apud quos hic quoque  
populus compactus est, cum furtim adhuc Orthodoxam fidem persecutionibus vexatam  
atque afflictam hauriret, nequaquam liberè ac sine periculo. Rependat illis Dominus in  
die retributionis. ] hæc Gregorius. Erat hic Nicobolus Nicoboli iunioris parens, de quo  
inferius. Quod igitur maxima ex parte ciuitas illa Arianis hominibus cõferta esset sub  
Ariano Episcopo præpotente, quamuis Valens extinctus esset, Gratianiq; edictum fuis-  
set promulgatum: haud tamen his poterat contineri procacia atque ferocia Ariano-  
rum publicè in Catholicos debacchantium: cuius rei causa ipse sui aduentus initio domi  
clandestinè docebat.

<sup>b</sup>Greg. Naz.  
orat. in Max.  
<sup>c</sup>4. Reg. 4.  
GREG. NAZ.  
HOSPITI-  
VM CON-  
STANTINOPOLI.

At diuino planè miraculo factum, ut domus illa in ecclesiam conuerteretur; atque cre-  
sceret in basilicam, quod & ipse antè prædixit, nempe ut Iebus in Hierosolymam, &  
Bethlehem mutaretur in Silo: quæ ab ipso uocata est Anastasia, ea de causa, ut idem testa-  
tur, quod compressa & extincta fides Catholica in ea ciuitate<sup>d</sup>, ibi excitata reuixerit. Ce-  
terum haud assentiri possumus Gregorio presbytero, qui locum illum antea Anastasiam  
appellatum putat, fuisseq; ecclesiam ab Arianis uelut ignobilem derelictam: nam illam  
ipsam priuatam domum extitisse, & ab effectu eo nomine decoratam, idem ipse Gregorius  
sæpe affirmat, de qua ita ait<sup>e</sup>: Illa primum Dei uerbum, quod prius in radicibus manebat;  
ad supremum montis cacumen euexit; ob idq; Anastasiæ nomen adepta est, Anastasia  
inquam illa laboriosum manus meæ opus insigne. ] Porro ob loci angustiam (ut dictum  
est) eandem sæpe Bethlehem nominauit. Sed & illam dicatam fuisse in memoriam san-  
ctissimæ Dei genitricis Mariæ; Sozomenus testatur; qui & ait<sup>f</sup>, sententiam quorundam  
fuisse, ex eo dictam Anastasiam, quod mulier grauida è sublimi porticu, cum uerbum Dei  
audiret, deorsum lapsa, atque extincta, communibus omnium precibus reuocata ad vitam  
fuerit. Sed præstat audire Gregorium ipsum tantæ fabricæ architectum, qui à fidei resur-  
rectione locum nomen adeptum, sæpe confirmat. Potuit uerum esse quod de muliere  
collapsa Sozomenus tradit: siquidem ob loci angustiam & sexus honestatem structa illie  
fuerant tabulata, ex quibus Dei uerbum feminæ audirent, ut apparet ex eiusdem Gregorij  
carmine de Infomnio Anastasiæ.

<sup>d</sup>Greg. Naz.  
orat. ad centu  
quinquag.  
Episcop.

<sup>e</sup>Greg. Naz.  
in somnio An-  
astasiæ.

<sup>f</sup>Sozom. lib. 7  
cap. 5.

Accidit postea, ut quæ latioribus fidei terminis longè lateq; crescens totum ambitum  
ciuitatis complexa fuit, æquè creuerit amplioribus murorum spatiis: nam post hæc Mar-  
tianus<sup>g</sup> nobilis ciuis, idemq; prædiues, ingentem ibi suo patrimonio extruxit ecclesiam,  
in qua ipse presbyter semper uixit. Auctor est Theodorus Lector in Collectaneis, ob no-  
men Anastasiæ, illuc postea fuisse delatas Anastasiæ sanctissimæ martyris reliquias, eius-  
demq; martyrij die natali ipsam basilicam in eius memoriam consecratam. His addi-  
mus (ne quid prætereat) fuisse Constantinopoli aliam eiusdem nominis ecclesiam, Ana-  
stasiam dictam, sed (ut habet Sozomenus<sup>h</sup>) fuisse Nouatianorum, ab Arianis dirutam,  
ab ipsis uerò denuò excitatam, unde & consecuta fuerit id ipsum nomen, Anastasia: sed  
hæc ab Anastasia Gregorij longè diuersa, in qua ipse tamquam certaminis campo omnes  
profligans hæreticos, uictoria erexit trophæa uictoriæ: illic enim pro concione insignes  
quinque illas inter alias de Theologia habuit orationes, ex quibus nomen est Theologi  
consecutus, quibus exultantes & insultantes repressit hostes: qui diutius summa rerum  
potiti, nemine aduersante fastu tumido incedentes, magnam cum potentia ex perfidia  
& impietate sibi gloriam comparauerant. sed cum fortis ille armatus<sup>i</sup> fores obseruaret,  
quo tuta esset absque exturbatore possessio; fortior illo ueniens, nempe in Gregorio  
Christus, ablata aucta scœnore recuperauit. Quàm autem opportunus atque pernecessa-  
rius fuerit Gregorij tunc aduentus, & qualis esset urbis ipsius status, ex ijs intelliges, quæ  
ipse aliquando pro concione ad ingratum populum dixit<sup>k</sup>: nimirum non secus ac si na-  
ui tempestate iactatæ & periclitanti manum porrexisset, aut urbi obsidione cinctæ, uel

<sup>g</sup>Martian.  
Act. apud  
Metaph. die  
10. Ianuarij.

<sup>h</sup>Sozom. lib. 2  
4. cap. 19.

<sup>i</sup>Luc. 11.

<sup>k</sup>Greg. Naz.  
demon. ass. 7.  
cathed. Con-  
stantinop.

adibus

CHRISTI  
378.DAMASI PAP.  
12.GRATIANI 12.  
VALENTIN. 3. IMPP.

Ardibus flammatum ardore conflagrantibus, instrumentis extinguendæ flammæ accom-  
modatis opem tulisset. his & alijs symbolis usus est ipse, apologiam habens aduersus eos  
qui ipsum ambitionis nomine redarguerent.

Cum autem detectus esset Gregorius suscepisse patrocinium Catholicæ fidei, mox sen-  
sit Arianos infestos, qui eo audaciæ atque furoris adacti sunt, ut eum hæreticum inlama-  
rent, atque etiam lapidibus sanctissimum uirum impeterent: testatur id ipse pluries, & in  
Vita sua his uerbis<sup>a</sup>:

*At qui mearum tunc fuit rerum status?  
Ingressus urbem plurimis iactor malis.  
Exarsit in me tota primum ciuitas,  
Multos perinde ac si deos inducere em.  
Mirum nec est hoc: instituti sic erant,  
Ignota prorsus ut quibus fides pia  
Esset, modog, irina quonam est unitas,  
Atque una rursus Trinitas, siquidem piè  
Intelligantur hæc duo.]*

B

Sic namque res se habebat hoc tempore: quod reciperetur ab omnibus hypostasis,  
hactenus pro substantia usurpatum, planè accidebat, ut qui tres hypostases dicerent, ac pro-  
inde tres substantias alias subsistentias prædicarent, trium deorū assertores inclamarentur;  
sicut è contra qui eam uocem non reciperent, ab istis nominarentur Sabelliani, ut nuper  
uidimus de Paulino, dicturiq; sumus de S. Hieronymo. Sed de furente in ipsum plebe  
hæc ibidem subdit:

*— Plebsq; insuper  
Lasis fauere suenit, ut tum Prasuli  
Suo, uicem eius grauius insaufam ferens:  
Plebs tanta & animis plena non in omnibus  
Superare rebus, qua probrum ingens duceret.  
Imbres tacebo saxeos, epulas meas:  
Vanos fuisse quos queror tantummodo,  
Hæc affecutos, assequi quæ nil inuau.  
Necem nec inferi.]* ista à plebe Ariana Gregorius passus est.

C

Qui autem modestius cum eo uisi sunt agere; eundem raptum ad tribunal, quasi male-  
ficum ac seductorem, falsæq; doctrinæ auctorem, traxerunt. Nam ipse hæc mox addit:

*— Post uelut sicarius  
Vultu superbo præditos ad Præsides,  
Queisq; una studio lex erat plebi obsequi,  
Trahor ipse, sceleris qui nihil patraueram,  
Nec cogitaram: discipulum Christi ut decet.  
At tum patronus astuit Christus mihi, &c.]*

D

Etenim magna fiducia Gregorius in se Dei sæpe expertus auxilium (licet undique im-  
pendere sibi mala conspiceret, & ex multitudine Ariatorum, florentique rerum statu  
consterni animo potuisset) diuinitus confortatus spe certa melioris temporis, his se conso-  
labatur alloquiis<sup>b</sup>: Hic, inquit, mecum cogitans aiebam: Domos Ariani habent, nos in-  
quilini: hi templa, nos Deum, idq; præterea quod Dei uiui templa sumus, uictimæ  
de se ipso.

E uiuæ, holocausta spiritalia, sacrificia perfecta, Dei denique, Trinitatis adoratæ bene-  
ficio: hi vulgus habent, nos Angelos: hi temeritatem & audaciam, nos fidem: hi mi-  
nas, nos preces & orationes: hi ferendi insolentiam, nos patientiam: hi aurum & argen-  
tum, nos purgatam fidei doctrinam: Fecisti tibi (ut cum Scriptura<sup>c</sup> loquar) duplices &  
triplices contignationes, domum fenestris distinctam: At hæc fide mea nondum sub-  
limiora sunt, celsiue, ad quos excelsus feror: At mihi grex exiguus, sed ad præcipitia  
non fertur: At angusta mihi caula, sed lupis inaccessa, & latrones non admittens; atque  
eiusmodi, ut nec à furibus, nec ab extraneis transcendere queat. Nec dubito, quin eam  
quoque aliquando latorem persecturus sim: multi enim ex ijs qui in luporum nume-  
ro sunt, à me inter oues recensentur, ac fortasse etiam inter pastores. Hæc mihi felici-  
ter annunciat bonus ille pastor, propter quem ego animam meam pro ouibus pono.]  
hæc Gregorius, quem Deus aliqua uisione (ut olim<sup>d</sup> Petro ostenso linteo) eorum quæ  
Annal. Eccl. Tom. 4. L1 3 futura

<sup>a</sup>Greg. Naz.  
in uita sua.  
GREGORIVS  
PRIMO IN-  
GRESSVS  
QVAE PAS-  
SVS.

PLEBS LAP-  
DIBVS GRE-  
GORIVM  
PETIT.

GREGORIVS  
RAPITVR  
AD TRIBU-  
NAL.

CONSOLA-  
TIO GRE-  
GORII.  
<sup>b</sup>Greg. Naz.  
ad Ariam &  
de se ipso.

Agg. 1.

futura essent bonorum, fuit in tanta rerum angustia consolatus. At ista modò satis de Gregorij primis illis diebus commoratione Constantinopoli: reliqua autem ab eo gesta reuicimus in sequentem annum.

HIERONY-  
MVS CALVM-  
NIAM PAS-  
SVS IN ER-  
MO

Sed vt ad res Syriæ redeamus: Eandem prorsus calumniam, quam Paulinus Episcopus Antiochenus (vt vidimus ex Epiphânio atque Theodoro) passus est à Vitale primum, ac deinde à Flauiano, cum ab eis Sabellianus appellaretur, pati cogitur S. Hieronymus in Syriæ solitudine apud Chalcidem in eremo degens, quod communicaret cum eodem Paulino, à Meletij puto studiosis exagitatus, nominatus & ipse ab iisdem Sabellianus, adeoque vexatus, vt coactus fuerit inde recedere. Tradit hæc omnia ipse scribens ad Marcum presbyterum Chalcedensem (vt habet vetus exemplar) non Celebensem: debebat enim ipse (vt dictum est) in Syriæ solitudine Chalcedense, cum quæ pateretur ab illis, narrat his verbis:

Hier. epist. 77.  
Psal. 38.  
Psal. 37.

Decreueram quidem vtendum mihi psalmistæ voce dicentis: Cum consisteret aduersus me peccator, obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis. Et iterum: Ego verò tamquam furdus non audiebam, & tamquam mutus non aperiens os suum, & factus sum vt homo non audiens. Sed quia charitas omnia superat, & propositum vincit affectus, non tam iniuriam facientibus reddo vicem, quam tibi respondeo postulanti. Apud Christianos enim non qui patitur (vt quidam ait) sed qui facit contumeliam, miser est. Et primo quidem antequam de fide mea, quam optimè nosti, mecum loquar; aduersus barbariæ huius loci versu cogor clamare vulgato:

Virgil. lib. 1 Aeneid.

Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem  
Permittit patria? Hospitio prohibemur arena:  
Bella cient, primaq; vetant consistere terra, &c.

Quæ idcirco de Gentili poëta sumptimus, vt qui Christi pacem non seruat, pacem saltem discat ab Ethnicis. Hæreticus vocor, homouision prædicans Trinitatem. Sabellianæ impietatis arguor, tres subsistentes, veras, integras, perfectasque personas indefessa voce pronuncians. Si ab Arianis, merito: Si ab Orthodoxis: qui huiusmodi arguunt fidem, Orthodoxi esse desierunt: Aut si eis placet: hæreticum me cum Occidente, hæreticum me cum Aegypto, hoc est cum Damaso, Petroque condemnent. Quid vnum hominem, exceptis sociis, criminantur? Si riuus tenuiter fluit, non est aluei culpa, sed fontis. Hæc idcirco S. Hieronymus, quod cum Damaso, Petro Alexandrino, totaque Ecclesia Occidentali, dicere mallet tres in Trinitate personas, quam hypostasies, cum (vt diximus) per hypostasies intelligerent Latini substantias: quod etiam ex eiusdem Hieronymi ad Damasum epistola cognosci potest. At obserua, lector, qua etiam aduersarij reuerentia persecuti

Hier. epist. 57.  
REVEREN-  
TIA ERG-  
ROM. PONT.

sint Romanos Pontifices: vt licet Flauianus & alij cum Paulinum tum Hieronymum Sabellianæ hæresis insimularent, aduersus tamen Damasum, ex cuius hi ore pendebant, nequaquam ausi sint loqui. Sed subdit idem S. Hieronymus:

EPISCOPO-  
RYM, NON  
MONACHO-  
RYM ESSE  
DE FIDE  
COGNOSCE-  
RE.

Pudet dicere. De cauernis cellularum damnamus Orbem: in sacco & cinere volutari, de Episcopis sententiam ferimus. Quid facit sub tunica pœnitentis regius animus? Cate-næ, sordes, & comæ non sunt diadematis signa, sed fletus. Permittant me, quæso, nihil loqui. Cur eum lacerant, qui non meretur inuidiam? Hæreticus sum: quid ad te? quiesce iam dictum est. Ista quidem Hieronymus, quod non esset monachorum, sed Episcoporum hæc perscrutari atque punire. sed paulo post: Hæc venerabilis & sancte pater, cum quali gemitu, cum quali dolore conscripserim, testis est Iesus. Tacui: Num-

Isaia 42.

quid semper tacebo, dicit Dominus? Non mihi conceditur vnus angulus eremi: Quotidie exposcor fidem: quasi sine fide renatus sim. Confiteor vt volunt, non placet: sub-scribo, non credunt. Vnum tantum placet, vt hinc recedam. Iam iam cedo: abruperunt partem à me animæ meæ carissimos fratres. Ecce discedere cupiunt, immò discedunt, melius esse dicentes, inter feras habitare, quam cum talibus Christianis. Et ego ipse, nisi me & corporis imbecillitas, & hiemis retineret asperitas, iam modò fugerem. Verum tamen dum vernum tempus adueniat, obsecro, vt paucis mihi mensibus eremi con-

Psal. 23.

cedatur hospitium: aut si hoc tardum videtur, abscedo: Domini est terra & plenitudo eius, Ascendant soli cælum: propter illos tantum Christus mortuus sit: habeant, possideant, glorientur. Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, &c.

Gal. 6.

Hæc quidem passus est S. Hieronymus, non (vt multi putant) ab hæreticis, sed ab iis qui

commu-

A communicantes Meletio, insectabantur Catholicos Paulini communionis, qualis erat ipse Hieronymus, vt superius pluribus demonstratum est. At planè consilium Dei fuit, vt his turbis S. Hieronymus exagitatus, eremum licet inuitus relinquere cogere, cum tamen nunquam monachus esse desierit: factumque est, vt sub modij angustia lucerna latens, super candelabrum in Ecclesiæ amplitudine collocata, longè lateque splendoris sui radius effulgeret.

Quo autem profectus sit ipse egressus ex Syriæ eremo: certè quidem Hierosolymam autè abiisse, quam Romam veniret ad Damasum, ex ipsius assertionem probatur, dum in præfatione ad Paulinum in Didymi commentarium de Spiritu sancto, recedens tunc Roma post obitum Damasi, se postliminio Hierosolymam reuersum affirmat: & in epistola ad Asellam, quam Roma egressus, nauem conscensus conscripsit, ait: Ora autem, vt de Babylone Hierosolymam regrediar. quibus intelligas, iam antè ipsum Hierosolymis versatum fuisse, quam Romam veniret ad Damasum. Quantum verò temporis Hierosolymis manserit, haud satis liquet: constat tamen eum posthac esse profectum Constantinopolim, vbi audiuit illic docentem Gregorium Nazianzenum: quando autem id contigerit, suo loco dicemus.

Cum verò S. Hieronymus Hierosolymis moraretur, totus erat in rebus Hebraicis per-scrutandis, prout intelligi potest ex eius ad Damasum eo tempore datis litteris. Quando etiam Damasus Papa eumdem epistolis frequentabat, crebris eum diuinæ Scripturæ quæ-stionibus pulsans, prout eiusdem Damasi litteræ ad eum datæ significant. Intercurrebat tanta viarum spatia Etherius tabellarius, idemque diaconus, cuius cum in Damasi tum etiam in Hieronymi litteris habetur mentio. Admiratione quidem dignum erat, tantum Antistitem, atque doctorem, qui munere pastoralis ex sublimiori cathedra in medio Ecclesiæ sita omnes doceret, tamen non dedignatum aliqua, vt plenius disceret, à priuato homi-ne percontari. vt ex his saltem videas, quam procul ab omni fastu, cuius aliquando insimulatus fuerat, Damasus abhorreret. quod & facilius ex eiusdem Damasi verbis intelli-ges, cum ad Hieronymum scribens postquam Syriæ reliquerat solitudinem, hisce verbis eum compellat:

Dormientem te longo iam tempore, legentem potius quam scribentem, quæstiuiculis ad te missis excitare disposui: non quo & legere non debeas (hoc enim veluti quotidiana cibo alitur & pinguescit oratio) sed quo lectiois sit fructus iste, si scribas. Itaque quoniam Etherio tabellario ad me remisso, nullas iam te epistolas habere dixisti, exceptis his, quas aliquando in eremo dictaueras, quasque tota auiditate legi atque descripsi: & vltro pollicitus es, te futuri nocturni operis aliqua, si vellem, posse dictare: libenter accipio ab offerente, quod rogare volueram, si negasses. Neque vllam puto digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quam si de Scripturis fermocinarem inter nos, id est, vt ego interrogem, tu respondeas: qua vita nihil puto in hac luce iucundius, quo animæ pabulo omnia mella superantur. Hæc & alia quam familiarissimè Damasus cum Hieronymo. Quibus iridem litteris, non nuper eum ex eremo egressum, sed iam pridem inde recessisse demonstrat: sed quoniam potissimum anno Domini id acciderit, ignoramus: quatuor tamen anni mansionis eius in eremo ab incerto auctore numerantur: qua ratione dicendum esset, ipsum egressum ab eremo ante annum superiorem, nimirum Domini trecentesimo septuagesimo sexto. at quoniam haud solidæ fidei auctor ille est qui complura de S. Hieronymo mendacia confarcinauit, nolimus hæc dubia certo superius consignare anno, sed hic potius occasione calumniæ Flauiani in Paulinum eiusdem meminisse. At de lucubrationibus ipsius Hieronymi ad Damasum agemus inferius.

Placuit Paulino Episcopo Antiocheno, eumdem sanctum Hieronymum ordinare presbyterum: cui tamen sic ipse assensit, vt non pateretur alicui adscribi Ecclesiæ, quippe qui sic consentiret in clerum adsciri, vt tamen nollet deserere esse monachus, sed pro animi arbitrio liber, quo veller, pergeret. testatur id ipse Hieronymus, cum à Ioanne Episcopo Hierosolymitano ipsius Ecclesiæ subiici tentaretur, ad Pammachium scribens, ipsum Ioannem ita compellans: Porrò quod dicis, te petiisse, vt subiicerentur Ecclesiæ Dei, & non scinderent eam, neque proprium sibi facerent principatum: de quibus dicas, non satis intelligo. Si de me & presbytero Vincentio: satis multo dormisti tempore, qui post annos tredecim nunc excitatus hæc loqueris. Ob id enim & ego Antiochiam, & ille

Hier. epist. 99.

Hier. epist. 125.

Apud Hier. epist. 124. & 125.

Apud Hier. epist. 124. DAMASVS AB OMNI FASTV ALIIS NVS CONSVLIT S. HIERONY- MVM.

Extrat apud Hieron. 10. 9.

HIERONY- MVS PRESB. ORDINA- TVR A PAV- LINO. Hier. epist. 61.

& ille Constantinopolim vrbes celeberrimas deseruimus, non vt te in populis pradicantem laudaremus, sed vt in agris & in solitudine adolefcetia peccata deslentes Christi in nos misericordiam deslenderemus. Sin autem de Pauliniano tibi sermo est: vides cum Episcopo suo esse subiectum, versari Cypri, ad visitationem nostram interdum venire, non vt tuum, sed vt alienum, eius videlicet a quo ordinatus est. Quod si hic etiam esse voluerit, & in exilio nostro quietus in solitudine viuere: quid tibi debet, nisi honorem, quem omnibus debemus Episcopis? Fac a te ordinatum: idem ab eo audies, quod a me misello homine sancta memoria Episcopus Paulinus audiuit: Num rogavi te, vt ordinarer? Si sic presbyterum tribuis, vt monachum nobis non auferas: tu videris de iudicio tuo. Sin autem sub nomine presbyteri tollis mihi propter quod seculum reliqui: ego habeo quod semper habui: nullum dispendium in ordinatione passus est. ] hanc ipse.

Apud Hier. epist. 60.

Ex his vides, nequaquam sustinuisse Hieronymum alicui, cum ordinatus est, adscribi titulo, nec postea in aliquam referri Ecclesiam tolerasse: immo de ambobus, nempe de Hieronymo & Vincentio, Epiphanius ad Ioannem scribens testatur, nec precibus adduci vquam potuisse, vt vel saltem in monasterio sacerdotis munere fungerentur. At si quod plerique dicunt, idem Hieronymus a Damaso Papa factus est Cardinalis tituli S. Anatalia: cur cum redigi velle ad Ioanne sub Ecclesia Hierosolymitana, non aequo excepit, sicut de ordinatione a Paulino facta, ita de Cardinalatu, quo dicunt a Damaso Romae donatum? Vel cur ex illa facta contestatione Paulino, se omnino liberum esse declarat, si postea a Damaso in titulum Cardinalis cooptatus est? Sed cum omnino se liberum fateatur, nec vquam tituli vinculo voluisse astringi testetur: vide quo modo subsistat, vt fuerit ipse creatus a Damaso presbyter Cardinalis. Da igitur presbyterum Cardinalem sine titulo, & acquiescent qui de his dubitant dicentibus Hieronymum ordinatum a Damaso presbyterum Cardinalem: sunt enim correlatiua, & ad aliquid significantia antiquo more presbyter Cardinalis & titulus, vt alterum sine altero esse non valeat. Nec est quod fingere quis possit, Hieronymum postquam recusauit adscribi Ecclesiae Hierosolymitanae, venientem rursus Romam, passum a Damaso in titulum Cardinalis adscribi: nam illa epistola (vt ibi testatur) decimo tertio anno scripta est, postquam Hieronymus Hierosolymis commoratus est, totidemque & amplius post obitum Damasi. sed de his rursus inferius.

CONSULTVS AVSO-NII GALLI.

Apud Gratian. ad. pro Consul.

PIETAS GRATIANI

Recentesimus vnde octogesimus annus Domini Aufonium Gallum & Olybrium habuit Consules ordinarios. Eiusmodi honore primario Gratianus Augustus Aufonium magistrum suum ornare voluit, illud probe sciens, magistris aequo ac parentibus haud dignam meritis vicem referri posse. Rependit illi pro munere & ipse Aufonius egregiam gratiarum actionem, quam coram ipso Imperatore & amplissimo Senatu dixit: qua & haec inter alia: Tu Auguste venerabilis, districtus maximo bello, assultantibus tot milibus barbarorum, quibus Danubij ora protexitur, Comitibus Consularibus mei armatus exeres. Tribunitia ista quod in vrbe Sirmio geruntur, an vt quod in prociectu, Centuriata dicuntur? an (vt quondam) Pontificalia vocabuntur? sine arbitrio multitudinis sacerdotum tractata collegio? sic potius sic vocentur: quae tu Pontifex Maximus Deo participatus habuisti. Non est ingenij mei, piissime Imperator, talia comminisci: verba sunt litterarum tuarum, quibus apud me auctoritatem summi nominis & tuae voluntatis amplificas. sic enim loqueris: Cum de Consulibus in annum creandis solus mecum voluntatem, vt me nosti, atque vt facere debui, vt velle te sciu: consilium meum ad Deum tuli. Eius auctoritati obsecutus, te Consulem designaui, &c. ] hanc ibi: & inferius de Gratiani pietate: Nullum tu vquam diem ab adolefcetia tua, nisi adorato Dei numine, & reus voti, & illico absolutus, egisti lautis manibus, mente pura, immaculabili conscientia, & (quod in paucis est) cogitatione sincera. ] hanc ipse. Ista volumus retulisse ad insinuandam Christiani Principis pietatem: cui etsi hucusque cum Imperio titulus ille nomine tenus potius quam te inhaereret, Pontificis Maximi, sicut aliis superioribus

A ribus Christianis Imperatoribus: ipse tamen (vt dicemus) pietatis purus cultor abiecit. Porro autem idem Aufonius in precatone illa, qua sui Consulatus auspicia occinuit, haec haud vane anni huius auguratus est bona, dum post alia ita habet:

Aufon. in precat. prid. Kalend. Ian. edyl. 8.

Iane, veni, nouus anne veni, renouate veni Sol, Hostibus edomitis, qua Francia mixta Sueuis. Certat ad obsequium, Latius vt militet armis. Quae vaga Sauromates sibi iunxerat agmina Chumis, Quae Getis socijs Histrum adfultabat Alanis. Hoc mihi praepetibus Victoria nunciat alis. Iam veni Augustus, nostros vt comat honores Officio exornans, quos participare cupiscet. ] & paulo post:

B Ecce ubi se cumulat mea purpura (mitibus audi. Auribus hoc Nemesis) post me dignatur oriri Augustus Consul, plusquam conferre videtur Me sibi, qui insis nostros precedere fasces. ] de Theodosio nimirum eodem mense Imperatore creato intelligens.

Nam paulo post, nempe eiusdem mensis Ianuarij die decima sexta, idem Gratianus Augustus proximè spectans imminentes in cladem totius Romani Imperij Gothorum victrices turmas: cum ipse reuocaretur in Gallias ob Alemannos iterum rebellantes Imperatoris absentia, & ob cladem Orientalem ferocionibus animis insolentes: Sirmij agens, adoratoque numine, eius instinctu, publicis Comitibus militaribus creat Orientalis Imperij in locum Valentis defuncti Theodosium Imperatorem annum agentem aetatis tertium

Socrat. lib. 5. cap. 2. THEODOSIUS IMP. BELIGIVR.

C supra trigimum, qui tempore Valentiniani senioris post praclaras aduersus barbaros res gestas, inuidiam passus, atque ad necem quaesitus, seruatus tamen fuit magno Dei consilio ad erigendum collapsum in Oriente Romanum Imperium ob incursiones barbarorum, & ad vindicandum Occidentale e cruentis sanguine regio manibus tyrannorum. Affulsisse diuinitus numen in eius natalibus, vt bonorum futurorum praenuncium nomen consequeretur; Theodosiusque diceretur, auctor est Aurelius Victor, qui ait: Huic ferunt nomen somnio parentes monitos sacrauisse, vt Latine intelligimus, A Deo datum. De hoc etiam quibusdam oraculis in Asia diuulgatum est, cum eum Valenti dicerent successurum, cuius nomen e O, E, O, atque A, Graecis litteris initiaretur, qua cognatione principij deceptus Theodorus, cum sibi Imperium praesumeret, seclera cupidinis supplicia petcepit. ] haec Victor, qui eum patre Honorio, matre Thermantia, genere Hispanum, originem a Traiano, traxisse dicit. Ceterum quod ad parentem eius spectat, non Honorium fuisse, sed Theodosium, sanctus Ambrosius, Orosius, Ammianus & alij testantur: patriam vero ipsius Marcellinus tradit Italicam, Zosimus autem eum Caucae Galleciae oppidi natum dicit. Vnus hic inter tot tantosque Imperatores inuentus, sententia Claudiani, qui non quaesierit purpuram, sed ipse quaesitus sit ab ea: nam ait:

Aurelius Victor in Theod.

Ambr. orat. in funere Theod.

Orosius lib. 7. cap. 33. Marcell. in Chronic.

Zosim. lib. 4. Claud. de Consulatu Honorij.

Haec sunt innumeris per se quaesita trophaeis: Non generis dono, non ambitione potitus. Digna legi virtus: vltro se purpura supplex Obrulit, & solus meruit regnare rogatus. ]

E Laudatur summopere de Theodosij electione Gratianus, utpote qui prospiceret publica potius quam priuata vilitati, fortissimo duci dimidium cedens Imperium, qui reliqui dimidij iam ante fratrem adsciuisset sibi consortem. Commendat eum S. Augustinus his verbis: Gratianus Theodosium regni participem fecit, cum paruulum haberet & fratrem, audior fide societatis, quam nimia potestatis. ] ita ipse. Porro de creatione Theodosij errasse conuincitur Theodoretus, dum ait non nisi post adeptam victoriam de Gothis fuisse a Gratiano nominatum Imperatorem; cum reliqui omnes antiqui historici dicant eum ante creatum fuisse Augustum, postea vero cum exercitu profectum esse contra barbaros. Pugna autem ab eo inita aduersus Gothos, victoriaque adepta sic ab ipso Theodoretto describitur: Theodosius fide communitus, alacri animo & erecto iter suscipit: & ingressus in Thraciam, barbarosque ex aduerso venientes conspicatus, aciem velut praecelium facturus instruit. Facta autem leui pugna, cum barbari Romanorum impetum sustinere non possent, aciem deserunt, atque terga dantes fugae se mandant: quos Romani,

Aug. de Civ. Dei lib. 5. c. 25.

Theod. lib. 5. cap. 5.

THEODOSIUS DEBELLAT GOTHOS.

Romani, quantum poterant; persequuntur; magnaque barbarorum fit caedes: nam non a Romanis solum, sed ab se mutuo interfecti conciderunt. Quare cum quamplurimi essent ad hunc modum trucidati, & pauci qui latere poterant, Istrum traiecerunt: Dux ille longe praestantissimus Theodosius, copiis suis ad vicinas vrbes distributis, ad Imperatorem Gratianum celerrime, quo suae victoriae ipse nuncius esset, proficiscitur. Atque cum Gratianus Imperator, quae narrabat, ne credibilia quidem putaret, & factum supra modum miraretur: illi quos stimuli pungebant inuidiae, aiunt eum & fugae se dedisse, & exercitum amisisse. Theodosius igitur postulat ab illis qui contradicerent, ut mittant nuncios, per quos eos multitudinem barbarorum interfectorum diligenter cognoscant: facile namque esse ex spoliis numerum addiscere. Cui orationi assensus Imperator, misit nuncios qui res gestas explorarent, eique postea referrent.

VI SIO OSTENSA THEODOSIO.

Duci autem optimo Theodosio interim apud Gratianum commoranti diuina quaedam visio ab ipso omnium rectorum Deo obiecta est. Videbatur enim videre diuinum Meletium Ecclesiae Antiochenae Praesulem, laenam sibi Imperatoriam iniicere, & coronam illi honori conuenientem capiti imponere. Quae cum noctu secundum quietem vidisset, prima luce cuidam ex familiaribus indicauit. Ille somnium manifestum esse, & nihil obscuri ambiguiue in se complecti dixit. Ac pauci dies iam intercesserant, cum redierunt nuncios, qui ad res a Theodosio gestas exploratae cognoscendas profecti fuissent, retuleruntque permulta barbarorum milia esse trucidata, &c. ] haec de victoria Theodosij, postquam perperam ponit ipsum creatum Imperatorem: quamobrem & visionem recensitam longe ante contigisse oportuit. Non enim vno, sed multis ante proclis victos a Theodosio Gothos, testantur Victor & Marcellinus. Quanti momenti fuerit ista victoria, Claudianus his versibus cecinit:

Claud. de Consulatu Honorij.

Nulla relicta foret Romani nominis umbra, Ni pater ille tuus iam iam ruitura subisset Pondera, turbataeque ratem, certa que leuasset Naufragium commune manu, &c.]

Sozom. lib. 7. cap. 4. GRATIANVS VICIT ALEMANNOS.

Sozomenus de bello nihil, sed Gothos per Legatos tradit pacem perentes in amicitiam esse receptos, Gratianum autem profectum contra Alemannos, eos feliciter debellasse: nam ait: Sub hoc tempus Gratianus, Alemannis Galatas, Gallos scilicet, Occidentales adhuc infestantibus, ad paternam Imperij sortem reuersus est, quam ipsi, fratrisque ipsius gubernandam reliquerat, cum prius Illyricos & Orientis Imperium Theodosio commisisset. Res autem illi ex voto contra Alemannos, ut & Theodosio contra Istrum accolentes barbaros, confecta est. Illos quidem bello subegit, hos in amicitiam populi Romani supplices recepit: a quibus acceptis obfidibus, firmata pace, Thessalonicam venit. ] haec Sozomenus.

Zosim. lib. 4.

Sanè quidem ingentem hostium multitudinem a Gratiano prostratam, reliquos vero in deditionem acceptos fuisse, Zosimus auctor est. Sed vnde tanta haec Gratiano, nisi precibus sanctissimi sacerdotis Ambrosij? Accipe quid ipse in litteris postea redditis ad Gratianum habeat, cum se excusat, quod redeunti ipsi ex Illyrico profectu in Gallias non occurrerit: Reuertenti tamen, inquit, etsi non occurri vestigio, occurri animo, occurri voto, in quo maiora sunt officia sacerdotis. Occurri dico? Quando enim abfui, quem toto sequebar affectu, cui sensu ac mentibus inharebam? Et certè maior animorum praesentia est. Tuum quotidianum iter legebam, nocte ac die in tuis castris cura & sensu locatus orationum excubias praetendebam, etsi inualidus merito, sed affectu sedulus. Et haec quidem cum pro tua salute deferebamus, pro nobis faciebamus. Nihil hic adulationis est, quam tu non requiris, & ego alienam nostro duco officio: sed plurimum gratiae, quam dedisti. Scit ipse nostri arbiter, quem fateris, & in quem pie credis, resciri viscera mea tua fide, tua salute, tua gloria, meque non solum officio publico debitas pendere preces, sed etiam amore priuato. Reddidisti enim mihi quietem Ecclesiae, perfidorum ora atque (quod vrinam) & corda clausisti, & hoc non minore fidei quam potestatis auctoritate fecisti. ] haec ipse.

PIORVM VOTA PRO GRATIANO

At non Ambrosius dumtaxat pro Gratiani victoria sollicitus iuges obtulit Deo preces, sed Fidelium omnium vota publica nuncupata sunt, frequensque tunc pro eo piorum ad basilicas concursus prospera illi assidue postulantium: vnde Ausonius huius anni Consul in gratiarum actione: Non forum, & basilicae olim negotiis plenae, nunc votis, votisque

tisque pro tua salute susceptis: nam de sua cui non, te imperante, securitas: ] Ex his plane intelligis hoc esse tempus, quo Gratianus Imperator eas litteras ad Ambrosium dedit, quibus ab eo petiit scribi non libros fidei (nam hos iam ante dederat) sed de Spiritu sancto, quos post sequentem annum ab ipso Ambrosio esse conscriptos, inferius demonstrabimus. Qui ergo adeo perspicuis cognouisset exemplis, pietate Deum conciliari, praestoque ipsum esse cultoribus religionis, reuersus è proelio nihil antiquius habuit; quam in veram incumbere religionem: quamobrem ut eam omni studio perfectam omnibusque numeris absolutam redderet, Ambrosium ad se his litteris accersiuit:

Apud Ambrosium epist. 25.

Ambrosio religiosissimo sacerdoti omnipotentis Dei Gratianus Augustus:

Cupio valde, ut quem recordor absentem, & cum quo mente sum, cum eodem corpore sim praesenti. Festina igitur ad me, religioso sacerdos, ut doceas doctrinam verè credentem: non quo contentioni studeam, aut velim magis Deum verbis quam mente complecti, sed ut magis aperto pectore reuelatio diuinitatis insideat. Docebit enim me ille, quem non nego, quem fateor Deum ac Dominum esse meum; non ei obiciens, quam in me video creaturam, qui Christo nihil me addere, posse confiteor; verumtamen ut etiam Patri me commendem, Filium praedicando. Non ego in Deum verebor inuidiam, non me talem laudatorem putabo, qui diuinitatem verbis augeam. Ego infirmus & fragilis, quantum possum praedico, non quantum est ipsa diuinitas, non quantum de ipso tractatu, quem dederas, augendo illic de Spiritu sancto fidelem disputationem, Scripturis atque argumentis Deum esse conuincas. Diuinitas te seruet per multos annos, cultor Dei aeterni, quem colimus Iesum Christum. ] haec tenus Gratianus ad Ambrosium.

LITTERAE GRATIANI AD AMBROSIVM.

Abierit ne ad eum Ambrosius, licet quid certi minime affirmari possit: non defuisse tamen ipsum adeo religiose petenti, par est credere: ceterum antequam proficisceretur, liquet ad eiusdem Gratiani recitatas litteras rescriptisse: extat ipsa epistola omni plena officio, ex qua ea quae paulo ante sunt recitata, hic exscriptisse sufficiat; & meminisse tituli, cum, Christianissimum Principem nominat. Insuper excusans, scriptionem elaborandam de diuinitate Spiritus sancti haud ita cito a se mittendam, cum magni momenti esset opus, haec ait: De Spiritu vero interim veniam scriptioni peto: quoniam quem iudicem mei sim sermonis habiturus, agnoui, &c. ] porro non ante biennium eam lucubrationem ab Ambrosio absolutam, & ad Gratianum missam, suo loco dicturi sumus. Expetiisse interim ipsum Ambrosium lucubrationes Basilij eo argumento conscriptas, facile intelliget, qui leget vtriusque doctoris ea de re commentarios editos; quod & S. Hieronymus probe nouit.

Ambr. epist. 26.

Post tantam autem adeptam victoriam, quamnam gratiarum actionem Gratianus Deo, populoque fidei pro precibus impensis munus rependit? vtrique illud quod ait Ambrosius: Reddidisti mihi quietem Ecclesiae, perfidorum ora, atque (quod vrinam) & corda clausisti. ] quoniam vero modo hoc? vtrique sanctionem pio dignam Imperatore promulgando, qua haereticorum omnium ora blasphema compefcuit, ad Hesperium Praefectorio ita scribens:

Is debet ver. C. Theodosij Cod. Instim. l. 2.

Omnes veteris legibus & diuinis & Imperialibus haereses perpetuo conuiescant. Quisquis opinionem plectilibus Dei profanus imminuit: sibi tantummodo nocitura sentiat, aliis obfutura non pandat. Quisquis redempta venerabili laetacro corpora, parata morte, tabificat, id auferendo quod geminat (nempe baptismum) sibi solus talia nouerit, alios nefaria institutione non perdat: Omnesque peruersae istius superstitionis magistri pariter & ministri, seu illi sacerdotali assumptione Episcoporum nomen infamant, seu quod proximum est, presbyterorum vocabulo religionem mentiuntur, seu etiam se diaconos, cum nec Christiani quidem habeantur, appellant: hi conciliabulis damnatae dudum opinionis abstineant. Denique antiquato rescripto, quod apud Sirmium nuper emerfit, ea tantum super Catholica obseruatione permancant, quae perennis recordationis patris nostri & nos ipsi victura in aeternum aequè numerosa iussione mandauimus. Dat. 111. Non. August. Mediol. Accept. x 111. Kal. Septemb. Ausonio & Olybrio Cons. ] haec ex Codice Theodosiano, ut antiquiori, deprompsimus: in Codice autem Iustiniano cum haec habeantur summam perstricta, his additur ista appendix: Haereticorum autem vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio Catholicae religionis & tramite detecti fuerint deuiare. ] haec ibi.

GRATIANI LEX ADVERSUS HAERETICOS.

l. 2. Cod. de hereticis.

Porro

VICTORIA RELIGIONIS CONIVNCTA.

Porro iam intelligis absque admonitione, lector, vna cum haeresi in tegna cladem A inuehi, & cum fide Catholica salutem ferri: perdidisse profanam haesim simul cum Imperatore pariter Orientis Imperium; restitutum tamen ipsum atque amplius & pulchrius redditum, simulac fides Catholica imperavit: sicque in Occidente cumulari victoriis Gratianum, & frementes vndique barbaros reddi debiles ac prorsus imbelles, cum in castris excubat cum gratia atque precibus sacerdotum sancta religio: contra vero felicissimum ac tranquillissimum Imperij statum inuerti senties, mox vt Augustus haereticis fauere videris, atque pro defensione Catholicae veritatis torpescere, vel religiosos Antistites ab iisdem impiè perturbari: aded vt perspicue intelligas, alaram Victoriam (si dicere ita licet) religionem penitus consequi, haereses vero tristes Erymnas euocatas ab inferis secum ducere. haec enim S. Ambrosius in libris ad Gratianum de fide scriptis consideranda proponit, atque in iis etiam quos de Spiritu sancto ad eundem adiecit, in mentem reuocat, vt diximus suo loco, & inferius dicturi sumus.

1. 17. de lustrali collat. Cod. Theod. 1. 3. de Prae lat. sacrar. Lvgit. C. Theod.

Compescuit hoc item anno, dato rescripto ad eundem Hesperium PP. Gratianus avaritiam clericorum exercentium mercaturam, quos à lustrali collatione non nisi in denis vel quindenis solidis voluit immunes esse. Extat praeterea hoc eodem anno eiusdem Gratiani rescriptum ad Caternium Comitem sacrarum largitionum, virum pietate insignem, cuius memoria viger titulo sanctitatis apud Tolentinas: Acta tamen eius, quae vidimus, erroribus scatent. Sed iam ad res Orientalis Ecclesiae huius anni se conuertat oratio.

ARIANI ADHUC PROACACES.

Quod autem hoc anno post edomitos Gothos Theodosius nequaquam Constantino- polim se contulerit, immo nec ultra Thessalonicam sit progressus, sed ibidem ei hiemare contigerit, quodque insuper idem Imperator adhuc catechumenus nesciretur à cuiusnam C sectae baptizari vellet Antistite, cum praesertim in baptizandis Imperatoribus in Oriente Ariani id sibi muneris arrogassent, baptizatis ab eis Constantio atque Valente, immo de Constantino Magno id ipsis mendaciter asserentibus: inde accidit, vt iisdem Ariani adhuc animis erecti Catholicos inceserent, lacerarentque illis praesertim in locis, in quibus numero praestarent, atque fauore magistratum auctoritate pollerent; vt inter alia loca scimus accidisse Constantinopoli. Ibi enim S. Gregorium Nazianzenum fidem Catholicam edocentem, lapidibus primum impetere, traxeruntque vt maleficum ad tribunal: cum ille inter haec diuina confortatus spe de magno ex praedicatione futuro prouentur, omnia sustinebat propter electos, sciens agrum Dominicum afferre solere fructum centuplum in patientia: sicque appetitus lapidibus tolerans, contumeliisque vexatus, vberes benedictiones rependens, plane effecit, vt etiam complurium perditorum animos sibi conciliaret, D atque ad fidem Catholicam suscipiendam magnopere prouocaret.

Greg. Naz. orat. ad 150. Episcop.

Id quidem de se ipse coram amplissimo Synodi auditorio, coactus sua prosequi instituta, atque pro concione suae sementis fructus ostendere, his verbis significat: Vultis aliquid elatius adiciam? Videris aduersarias linguas, posita feritate, mitescentes, atque eos qui diuinitati bellum indixerunt, nihil iam turbarum nobis facessentes? Id quoque spiritus, id quoque agriculturae nostrae est. Non enim inscite atque inerudite docemus, nec aduersarios contumelios & conuiciis incessimus, quemadmodum plerique faciunt, non cum dogmate, sed cum dogmatis assertoribus confligentes, ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes; non aliter ac sepias ante se atramentum vomere aiunt, vt piscatores effugiant, aut conspectum sui eis eripiant. Verum nos pro Christo bellum gerere perspicuo argumento declaramus, dum secundum illum E pacificum & clementem Christum, atque infirmitates nostras portantem, dimicamus. Neque enim cum veræ atque Orthodoxae fidei pernicie pati studemus, non nihil de animorum contentione remittentes, vt moderationis, & æquitatis famam colligamus (non enim quod bonum est, malè aucupamur) atque interim tamen pacem colimus, legitime nimirum pugnantes, atque intra limites nostros, spiritusque regulam nosmet continentes. Ac de his quidem ita sentio, cunctisque animarum dispensatoribus rectaeque doctrinae arbitris legem statuo, vt nec asperitate sua aduersariorum animos exulcerent, nec submissione insolentiores efficiant, sed prudenter & consultè in fidei causa se gerant, nec in alterutro horum mediocritatis lineas transiliant.] haec Gregorius.

Gregorii Naz. in docendo modestia.

Hicce quippe exemplo & doctrina Christi comparatis ad expugnandos implacabiles hostes

A hostes armis Gregorius vicit tandem, cum alioqui alijs ex causis contemptui esset atque despectui haberetur, vt ipse testatur his iambicis:

Greg. Naz. contra temeritatem in carm. de vita sua.

Nec enim ferebant pauperem plane virum, Rugis aratum, visibus fixis humi, Vilijs veste, tabidum fletu & fame, Meum & futuri, ceterisque etiam malis; Nec eleganti praeditum vultu, hospitem, Vagumq; tenebris horridis terra abditum.]

At plane accidit, vt quemadmodum si fumus clarescat in flammam, qui ante molestus oculis erat, suo splendore visum illustret, exhilaretque, ita sane euenerit de Gregorio; vt quod vitae duritia, vultusque asperitate horridum & tetrum aspectum praesferret, puritate tamen doctrinae lucescens, animique moderatione, aliarumque virtutum fulgore resplendens, hostium quatuos oculos in se conuerteret, alliceretque eos, atque adduceret ad rectam semitam veritatis: adeo vt quae caecutientibus oculis prius esse videbantur horroni, fierent eadem ad pietatem illecebrae: sicque quod scriptum est in Prouerbijs: Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crefcit vsque ad perfectam diem.] Gregorius longe lateque doctrina & sanctitate resurgens, admirationi esse coepit cunctis, etiam absentibus. Haud enim vrbis licet amplissimæ ambitu valuit contineri insigne nomen Gregorij, quin etiam provincias remotissimas penetret.

Greg. Naz. virtus innotescit.

Gregorij enim fama permotus, impulsusque S. Hieronymus vna cum collega Vincencio, è Syria, tam longinquo terrarum spatio, contulit se Constantinopolim. Res plane admiratione digna est, hominem quem ob insignem eruditionem consulerent Occidentales Episcopi, immo ipse Episcopus Episcoporum Damasus id crebrius factitaret, tam longa difficiliaque itinera peragrassè, vt Gregorij esse mereretur auditor, ac sub tanto magistro posset profiteri discipulum, inde sibi summum gloriae decus conciliaturum existimans cum accessione doctrinae. Quam autem magni ipse hoc idem fecerit, audi quanta gloria id ostenter: Eo ego (inquit aduersus Rufinum agens) magistro glorior & exulto.] & alibi ad Domnionem scribens, Gregorium Nazianzenum suum catechistam appellat, quasi eius comparatione plane rudis, qui fidem eo explanante didicerit, videretur: & aduersus Iouinianum agens, putans tanti nominis auctoritate perfringi posse procaciam petulantis haeresiarchae, eum sic citat: Praeceptor meus Gregorius Nazianzenus virginitatem & nuptias differens Graecis versibus explicauit.] & cum alibi praecleara eiusdem Gregorij scriptorum recenset monumenta, quanta gloria id exaggerat, cum ait: Gregorius Nazianzenus Episcopus, vir eloquentissimus.] sed non id sibi satis; vnde illud addit; Praeceptor meus.] & hoc parum, nisi adieciat: Quo Scripturas explanante didici.]

Hieron. vna nit constantino p. ad Gregor. Nazianz.

Quae autem ipse sitiens ex vberissimo limpidiissimoque fonte potauit, ita merite retinuit, vt non ea solum quae serio ab ipso explanata essent in cathedra, sed & quae familiariter loco iactata essent, tenacis memoriae thesauro condita custodierit, posterisque tradiderit, vt illud ad Neporianum docet, cum ait: Praeceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me, vt exponeret, quid sibi vellet in Luca sabbatum daveron pōtari eleganter lusit: Docebo te, inquiens, super hac re in ecclesia: in qua mihi omni populo acclamante, cogeri inuitus scire quod nescis: aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus iniustitia condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam & indoctam concionem linguae volubilitate decipere: quae quicquid non intelligit, plus miratur.] haec Hieronymus: ex quibus & illud plane significatur, iam agnitum Gregorium Constantinopoli eo aestimationis peruenisse, vt excipi soletet magno plausu quicquid ipse dixisset. At eiusdem Gregorij dexteritas quam suavis, dum se à discipulo magistrum extempore magna quaestione pulsante sic comiter liberauit, & pulchra honestaque tergiuersatione delusit!

Hieron. ad Pammach. aduers. Rufin. Hier. epi. 5. t. Hier. aduers. Iouinian. l. 1.

Inhaerens tunc Gregorio Hieronymus, vt magnae aquilae pullus, qui eius interdum humeris portaretur, ausus est sublimi volatu superare caelos, & vsque ad Dominum ascendentem super solium excelsum & eleuatum peruenire, seque admiscere Seraphinis: vbi quae didicit arcana mysteria, scriptis madata tradidit Damaso Romano Pontifici. testatur id ipse, cum sextum Isaia caput post annos triginta interpretaturus, his se verbis excusat: De hac visione ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli, & apud virum

Hieronym. de script. Eccl. in Gregor. Naz.

Hier. epi. 2. Luc. 6. Greg. Naz. facete eludit Hieron.

De hac visione ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli, & apud virum eloquentem



eloquentissimum Gregorium Nazianzenum tunc eius urbis Episcopum sanctarum Scripturarum studijs erudire: scio me breuem dictasse, subitumque tractatum, vt experimentum caperem ingenioli mei, & amicis iubentibus obedirem. Ad illum itaque libellum mitto lectorem, oroque vt breui huius temporis expositione contentus sit.] hæc Hieronymus. Ex amicis iubentibus Damasus præcipuus fuit, ad quem ipse tractatum illum inscripsit. Porro quod tanto doctore quæ didicit securus scripserit, haud opus habuit post annos triginta eadem repetens interpretationem, priora (vt fecerat secundò interpretatus Abdiam) delere posterioribus, aut amplioribus eam terminis dilatare. Hoc planè ipsum tempus designat, cum de erroribus Origenis ad Pammachium & Oceanum Hieronymus scribens epistolam ait, ab hoc tempore, quo edidit eiusmodi interpretationem in Isaia: caput sextum, intercurrisse spatia annorum viginti.

Hieron. epist. 142. 143.

Hieron. epist. 65.

Greg. Nys. Senus in Notescit. Hieronymo.

Hieron. de Ser. p. Eccl. in Greg. Nys.

Greg. Naz. Q. Valis. Cvm. Hye. Ronymo.

Hieron. ad Ephes. c. 5.

Hieron. ad Pammach. aduersus Rufin.

Hieronymus in Quiescent. Peravit Greg. Naz.

Gregor. Naz. in epist. 71. ad Pammachianum.

Hier. epist. 61.

Quantum autem temporis contigerit Hieronymum apud Gregorium Constantino- poli commemorari, exactius disquiramus ex consignata ab ipso superius eius scriptionis chronographia, cum testatur se illa scripsisse, Gregorio ipso iam facto Constantinopolitano Episcopo: contigit id post annum sequentem. quod insuper se ibi Gregorium Nys- senum cognouisse testetur, quem tempore indictæ Constantinopolitane Synodi illuc cum alijs Episcopis contigit proficisci: ex his inquam (si à præsentis anno numeres) inuenies Hie- ronymum tribus ferme annis Constantinopoli audisse Gregorium. Ipse verò de Grego- rio Nyseno ita meminit: Gregorius Nysenus Episcopus frater Basilij Cæsariensis ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, &c.] Sed re- deamus ad Theologum Constantinopoli publicè profitentem.

Quonam modo qui inter alia nobilissima ingenia Hieronymum Gregorius discipulum habuit, ad eum docendum est comparatus? num supercilio præceptoris, doctorisve tumi- do fastu? minime gentium, sed familiariter omnia, ac velut cum socio & æquali ( nisi quando ille è suggestu doceret) mutua colloctione disceptationeque pari: vt interdum ab omni arrogancia ipse Gregorius procul abhorrens, se minorem imparemque sublimi Scripturæ sensu fateri non erubesceret. Sit in exemplum quod de ipso in commentarijs in epistolam ad Ephesios idem Hieronymus docet his verbis: Gregorius Nazianzenus vir valde eloquens & in Scripturis apprime eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, solebat dicere: Vide quantum istius capituli sacramentum sit, vt Apostolus in Christo & in Ecclesia illud interpretans, non se ita asserat, vt testimonij postulabat dignitas, expres- sisse: sed quodammodo dixerit: Scio quia locus iste ineffabilibus plenus sit sacramentis, & diuinum cor quærat interpretis.] hæc Hieronymus: qui quidem mente retinens subli- me illud in Gregorio dicendi genus, scriptaque eius ferri velut flumen exundans, in quod omnium scientiarum riuus confluerint; nõ potuit non succensere Rufino, qui exiguo an- gustoque alpeo illud in Latinos deriuare præsumpserit, ob id iure illud in eum exclamans: Responde, cur scribere aliqua ausus sis, & virum disertissimum Gregorium pari eloquij splendore transferre: Vnde tibi tanta verborum copia, scientiarum lumen, transla- tionum varietas? &c.]

Ceterum quod gloria patris sit filius sapiens, discipuli que excellens doctrina decori sit præceptoris, secundum illud antiquum: Multi discipuli prudentiores magistris ] si confe- ras Hieronymum cum Gregorio, inuenies aliqua quibus amplius hic excellat: vt ve- ram iudices Ennodij Ticinensis esse sententiam, ita dicentis: Hieronymus noster, nisi præceptorem suum Gregorium diceret, illo melior censeretur: sed illi applicanda sunt bona nominatim à quo sumpsisse videntur originem.] hæc ipse. Cerrè quidem in his quæ spectant ad multiplicium linguarum peritiam, quam in diuinis explicandis scripturis, & diuersarum linguarum scriptoribus consulendis, magni momenti esse nemo negat, absque controuersia Gregorium primas dare Hieronymo certum est, vt ipse qui profiteatur etiam Latinam linguam toto orbe Romano diffusam se penitus ignorasse: quod ad Posthuvianum Græcam Latinamque linguam callentem, scribens, ita testatur: Sublimis es eruditione, & quidem utroque eruditionis genere, & utraque dicendi facul- tate: alterius enim quantam famam audiuius? ( nec enim lingua Romanus sum, nec Italicam doctrinam calleo) alterius autem periculum ipsi fecimus, &c.] Factus ve- rò postea Episcopus Constantinopolitanus Gregorius ordinauit presbyterum Vincen- tium Hieronymi comitem, ita tamen, vt non passus sit ille Constantinopoli, sicut nec ipse Antiochiæ retineri, prout idem Hieronymus testatur in epistola ad Pammachium.

Sed

A Sed de Hieronymo satis: quando autem contigerit ipsum inde recedere, Romamque ad Damasum se conferre, dicemus suo tempore.

At verò Gregorius Constantinopoli docens, haud ita felix in Euagrio Pontico suo discipulo fuit, sicut extitit in Hieronymo. Hunc quidem tradit Palladius ordinatum fuisse lectorem à S. Basilio, secutum verò post illius obitum Gregorium Constantinopolim, ab eoque ordinatum fuisse diaconum, commendatumque ab eodem Constantinopoli rece- dente eius successori Nectario, sed coactum postea recedere ab vrbe profectum esse in Ægy- ptum, vbi ipse cum Didymo Alexandrino Origenis studiosissimo consuetudinem habens, dogmata Origenis comminiscens, renouansque illius prauas opiniones, factus est Origeni- starum dogmatum assertor & propugnator: de quibus singulis dicendum est inferius pro temporis ratione, simulque recensendæ lucubrations ab eo editæ, quas enumerat Socra- tes: qui tamen in eo magnopere errat, cum ait Gregorium Nazianzenum vna cum Eua- grio post abdicatam sedem esse profectum in Ægyptum. quonam verò se contulerit Gre- gorius, cum recessit Constantinopoli, dicemus inferius.

Pallad. in Lausiac. c. 25. DE EVAGRIO PONTICO DISCIPULO GREG. NAZ.

Socrat. lib. 4. cap. 18.

Maxim. Cynici ad Venetvs. Constantinopoli.

Hieron. de scrip. Eccl. in Greg. Naz.

Greg. Naz. in eadm. de vita sua.

Inter hæc autem Maximus ille Alexandrinus ex philosopho Cynico Christianus, qui se iactabat martyrum filium, & pro fide exulem in Oasis solitudine: quasi gloria confessio- nis illustri, Constantinopolim veniens, tamquam in scena ludens edidit ostentationis spe- ctaculum ob oculos omnium: cum Gregorius, vt par esse videbatur, hominem suscepit, amplexatusque est, quasi à prælio victorem redeuntem, inque laudem eius luculentam habuit orationem, de qua hæc S. Hieronymus: Scripsit Gregorius laudes Maximi philo- sophi post exilium reuersi, quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt, quia & est alius liber vituperationem eiusdem Maximi continens: quasi non licuerit eundem

C laudare & vituperare pro tempore.] hæc ipse. Venit quidem is dolose, vt exturbaret Gre- gorium Constantinopoli, ipse verò cathedram illam arriperet: significat id sanè Gregorius illis versibus:

improbe quod struxerat Seneg. falso scilicet me vt pelleret, Cui nec thronus erat, vlla nec alia dignitas, Instructor essem quam quod & custos gregis.]

exceptit autem eum domi Gregorius, suæque mensæ participem fecit, & inter suos primo loco habuit, vt paulo inferius idem ipse Gregorius ita docet:

amicus ille sit mihi, sic vt fide In me anteiret Maximus cunctos viros: Mensa, domusque, dogmatum hunc, & consilij Consortem habebam.]

Porro Maximus ad tantam rem, quam moliebatur, iace- re instituens fundamenta, aggressus est primum aucupare animum maioris Imperatoris, nempe Gratiani: quamobrem Mediolanum ad eum profectus, obtulit illi librum, & qui- dem (vt ait S. Hieronymus) insignem, de fide aduersus Arianos.

Maximus adit Gratianum.

Hieron. de scrip. Eccl. in Maximo.

Greg. Naz. post vltim. Tyr. Episcopus.

Inter hæc autem, cum opera Gregorij creuisset magnopere numerus Orthodoxorum Constantinopoli: iidem Catholici, in odium Demophili Ariani in eadem Vrbe Episcopi, ne ipsi soli pastore carere viderentur, Gregorium postulant eius urbis Episcopum. cuius quidem postulationis licet nullus fuerit plenus consecutus effectus, quod ipse in folio inuidioso sedere penitus recusaret, tamen Petrus Alexandrinus eundem Gregorium in- stituit per litteras Episcopum Constantinopolitanum, prout his versibus ipse Gregorius

E indicat:

Qui Petrus ipse Præsulum illorum arbiter Prius quidem nos litteris clarissimis Fucoque vacuis, litteræ ipsæ vt fidem Facient, sacro fixerit nos in throno.]

Greg. Naz. in eadm. de vita sua.

Sed haud stetit in sententia Petrus, qui ab instituto reuocatus, fauens Maximo aduersus Gregorium, manibus pedibusque nisus est vt idem Maximus ordinaretur eius sedis An- tistes: ad quod perficiendum septem legauit Episcopos, alia tamen occasione præten- sa, nempe vt frumentum debitum Imperatori nauigijs impositum portarent Constantinopo- lim. erant hæc episcoporum nomina, Ammon, Apammon, Stippas, Rhodon, Annubis, & Hermanubis. Hi verò quod Catholici essent, declinates in vrbe commu- nionem Demophili Ariatorum Episcopi, Gregorio adhererunt, à quo & benignè susce-

Episcopi Aegypti pro Maximo agunt.

Greg. Naz. orat. in Aegypt. Episcop. appell. sum.

pri sunt, immo & ab eo laudati publica concione, cuius est exordium: Eos qui ab Aegypti venerunt, prout debeo, salutabo, &c. ] qua quidem oratione cum S. Athanasium, tum Petrum, totamque Aegypti Ecclesiam custodem Catholicæ fidei plurimum prædicavit: ipsos denique ex eo potissimum commendavit, quod Constantinopolim venientes declinassent Arianorum cõmunionem, & Catholicis adhæsisent; atque: Non enim vos promiscuæ multitudini admiscuistis, nec hominum numero pietatem definiuistis, nec miscellaneum vulgus potius esse sustinuistis, quàm populus Dei verbo perpurgatus. Verum posteaquam Cæsari quæ sunt Cæsaris (vt par erat) contulistis, Deo quoque quæ Dei sunt attribuistis, illi nempe vectigal, huic timorem. Ac nutrito cibus vestris populo, ipsi quoque cibi accipiendi causa ad nos perrexistis: nam & ipsi frumentum erogamus, &c. ]

EPISCOPI PRVMENTARIII.

Quod audis allatum ab Episcopis vectigal ad Imperatorem, nequaquam existimes id pensitatum ab Aegypti Ecclesia, nam tantum abest vt Ecclesiæ triticum pro tributo perferrent ad Imperatorem, vt etiam ab Imperatore clerici omnes ex Constantini munificentia (vt dictum est superius) solerent illud accipere: Publicum namque totius Aegypti vectigal id erat, quod legatione Episcoporum Constantinopolim, Episcopi Alexandrini accedente opera, mitteretur: indeque accidit (quod suo loco diximus) vt inter alias calumnias in Athanasium ab Arianis confarcinatas, illa fuerit, quod comminatus esset, si vellet, impedire, ne frumentum Constantinopolim deferretur. id quidem ipsemet (vt hic etiam eadem repetamus) docet his verbis: sed frumentum ab Athanasio, nauisque detentas calumniati sunt: eumque gloriatum esse dixere: quod frumenti deportationem ex Alexandria Constantinopolim impedire posset. ] hæc ibi, & licet calumniosè, ex vltu tamen rerum veri similitudo videri poterat comparata. Quin & Constantij quoque Ariani tempore perfoluebatur Ecclesiæ Aegypti frumentum ex Constantini munificentia annua pensitatione debitum. id sanè epistola Synodalis Concilij Alexandrini testatur ad finem: habetur ipsa intexta ab Athanasio in secunda ipsius Apologia. Fortasse tunc accidit, vt quemadmodum postea lege Theodosij iunioris scimus præceptum fuisse, vt ad prædam curialium anteuerendam, ad eiusmodi negotia frumentaria Alexandria alia certa designarentur officia, ira id muneris antea fuerit delegatum Episcopis. Sed ad Gregorium redeamus.

Athanas. Apol. g. 1.

Apud Athanas. Apolog. 2. de frumento Alex. Cod. Theod.

STYDIA MAXIMI PRO SEDE ADIPISCENDA.

Quid autem post hæc ausu temerario Maximus pertentari, ipse Gregorius in carmine de Vita sua satis abundè explicat: coisse nimirum simul cum Maximo quemdam presbyterum Constantinopolitanæ Ecclesiæ ordine secundum, Catholicæ communionis, ob æmulationem verò atque liuorem in Gregorium infensissimum, quod præceptam fortasse doleret spem illius Ecclesiæ Episcopatus, quam conceperat ob toleratum multorum annorum bellum ab Arianis illatum. Hic itaque aduersus Gregorium cum Maximo conspirauit. Qui quidem Maximus suffarcinatus auro mutuo accepto ab amico qui apulerat Constantinopolim pecunia publica empturus tabulas ad fabricam templi construendam, Aegypti Episcopos illic agentes illo sibi conciliat, idque iidem simul tractant, quod gratum Petro ipsorum Episcopo esse scirent, gentilem suum sedi Constantinopolitanæ præficere cupienti; occasionis interea opportunitatem expectantes, quo secretiùs, quoad fieri posset, Maximum detonsa Cynica coma, Episcopum ordinarent. Quid plura? Accidit ex sententia, vt Gregorius ægrotans, foris in suburbio esset: cum illi ea captata occasione, noctis tempore in eius irrumpunt Ecclesiam, atque in sede collocant Maximum.

Greg. Naz. in carm. de vita sua.

Manè autem facto, magnus clericorum Orthodoxorum excitatus est ob facinus deformæ tumultus, atque vniuersa commota est ciuitas, detestantibus omnibus Arianis nefandum scelus: quod concinnè à Gregorio his iambis concinitur:

Nox erat, at ager ipse eram: cum isti, velut  
Caulam introgressi conciti rabie lupi,  
Nautas habentes plurimos pecunia  
Partos, facile Alexandriam qui incendere  
Solent (eos nam iunxit irrumpens cohors  
Secum) locare in sede detonsum canem  
Nisuntur, antequam gregi ac primoribus

MAXIMVS INTRVDITVR IN SEDEM CONSTANTINOP.

Hoc

A

Hoc indicassent, aut mihi; saltem vt cani: Sic impetratum nam sibi ipse dictitant. ]

& paulo post ita subdit:

Vt luxit autem, clerus (etenim proxime Habitabat) ira sfrendet, atque celerrimè Disseminatur ista res. Tum maxima Hinc flamma surgit: nam magistratus statim Multi, exteriq, confluunt etiam nothi. Ariani videlicet. Ob hoc furebant nam scelus cuncti, mihi Pendi laborum premia hac cum cernerent. ]

At ne sic quidem perfracta est illorum audacia, quæ eo impudentius vrget opus, B quo viribus premi contrariis sensit: siquidem quod perficere non licuit in Ecclesia, in scenici hominis diuerentes domum, sacrilegum munus explent. Subdit de his ita Gregorius:

Quid multa? referunt illico è templo pedem Illud dolentes maxime, cepta irrita Cessisse. Verum ne mali incassum forent, Explere pergunt, deerat quod fabule. Namque in choraula sordidam ingressi domum Graues superno & numini cari viri, Ac quosdam habentes face de vulgi infima, Canem refecta Præsulem signant coma Nequisissimum, &c. ]

ORDINATIO MAXIMI DOMO SCENICI.

C

Re autem comperta, quo animo id acceperint ciues, ita narrat ipse Gregorius:

Cerè ob parvatum tum scelus tantus dolor Inuasit Urbem: nemo non vt tum foret, Qui non fureret, ac multa in ipsum effunderet Acerba, vitamq, illius proscinderet, Ira efferente quicquid animus finxerat. Hic illud, aliud ille promebat mali, Quo pingeretur vnus peruersitas Insignis. ]

At quid tandem? ab iisdem ciuibus Maximus pulsus est Vrbe: qui ne sic quidem cessit, sed Thessalonicam proficiscitur ad Theodosium Imperatorem, D prout ipse Gregorius inferius narrat: quæ tamen reiicimus in sequentem annum, quod Theodosium constet Thessalonicæ diutius quieuisse: qua ratione & quæ de Maximo narrata sunt, hoc ipso anno contigisse oportuit.

Hæc dum exactè copioseque Gregorius describit, addit appendicem, excusationem de eo quod talem hominem, immò monstrum recepisset, ac tantopere publicè pro concione laudasset: excusat se inquam ita dicens:

Greg. in car. de vita sua. GREG. N. 2. RECANTAT PALINODIAM DE LAVDATO MAXIMO.

Quid igitur? An non carus hic nuper tibi? Non hunc ferebas laudibus summis prius? (Fortasse dicet quispiam, hæc qui sciet, Ac faciliatatem vertat hanc mihi crimini, Per quam colebam pessimos etiam canes.) Culpanda prorsus hæc mea ignoratio. Me gustus, Adamum vt, traxit in fraudem improbus. Visu decorum lignum erat, re non item. Fidei sefellit larua me: fucum mihi Fecere verba subdolo corde edita. ]

E

Sic planè Gregorius deceptus ab hypocrita Maximo. Sed paulo post:

Quid erat agendum? dicite o sciti viri, Aliud ne quiddam cuiuspiam vestrum placet? Angusta cum tam foret adhuc Ecclesia, Stipulas vt ipse cogerer quoque legere: (Namque arcta tantam non ferunt licentiam, Quam lata quæ sunt tempora, & late flumne)

Annal. Eccl. Tom. 4.

M m 3

Magnè

CHRISTI 379.

DAMASI PAP. 13.

GRATIANI 13. VALENTIN. 4. IMPPPP. THEODOSII 1.

Magni aestimabam, quod canis caulam meam

Tereret. ] Aded namque tenues & exiles erant res Catholicorum ipsis primordiis aduentus Gregorij Constantinopolim, vt magno lucro duceret, si quem inuenisset Catholicum hominem sibi communicatione inhærentem, præferentem ignominiam Christi diuitiis Pharaonis.

LAVDES DE CTAS DE MAXIMO.

Sed & quid amplius elucere videbatur in Maximo, si quæ ille iactabat, vera fuissent: illa omnia, quæ in ea oratione in eius laudem, mutato titulo, in laudem Heronis scripta leguntur: nempe, vt paucis multa perstringam, quod se ex parentibus martyribus prognatum diceret, quodque Christo ipse totum se addixisset, temporeque persecutionis sæuissimæ sub Lucio Alexandria aduersus Catholicos excitatæ stetit infractus pro fidei patrocinio, cuius causa dirè virgis cæsus fuisset, ad postremum verò in Oasim deportatus, illic quadriennio permansisset. Accedebat iis, quam hypocrita affectabat, Christiana in omnibus philosophia, nempe gloriæ diuitiarumque contemptus, modestia, animique fucata submissio, charitas erga omnes, studium salutis omnium, & ad confutandos hæreticos, Gentilesque conuincendos scientia minimè vulgaris. His inquam coloribus pictam laruam, absolutissimum reddentem omnium virtutum exemplar, tali tempore, tali loco non potuit non magni facere Gregorius tantopere indigens in tanto prælio non ducibus tantum fortissimisque militibus, sed lixæ cuiusuis etiam ministerio.

Alter hic planè Proteus, sic enim quoque ipsum appellat Gregorius: & vt proprius dicam, alter hic Luciani Peregrinus, qui ex Euangelio captans sibi gloriam, quæ scelestus ob delicta passus esset, fidei defensionis causa se tolerasse iactaret: nam & id quoque testatur ita Gregorius:

Greg. in car de vita sua.

Hocq; maius, quod fugam ob noxas graues Velabat, vt si pro Deo hanc passus foret, Qui vapularat vt nocens, hunc martyrem Falsò arbitrabar, &c.]

GREG NAZ REDIENS ORAT IN MAXIMUM

Postquam autem talia tamque nefanda Maximus præsumpisset: Gregorius è suburbano, ad quod valetudinis causa concesserat, Constantinopolim rediit, Ecclesiamque quam tanto labore collegerat, schismate scissam reperit: nam presbyter ille nefarius cum adhæssisset Maximo, nonnullos è Catholicis eidem conciliarat. Hæc ergo sciens, immo oculis spectans ipse Gregorius, orationem illam habuit, cuius est exordium: Desiderabam vos, filij, pari que à vobis desiderio expetebar, &c.] post multa verò hac inuectiua perstringit Maximum ac sectatores ipsius: Iam, inquit, mihi quoque timorem iniiciunt canes, per vim pastores sese constituentes, idque (quod absurdum est valdè) cum ad pastoralis muneris administrationem nihil omnino aliud contulerint, quam quod comam, cui orandæ & alendæ turpiter studuerant, raserunt: qui nec in canum ordine manserunt, nec pastores facti sunt, nisi vt lanient ac dispergant, laboresque aliorum infringant. ] & paulo post: Ac proinde ne nunc quidem insolentiùs efferantur qui canes aduersus gregem concitarunt, qui nec ouiculam quidem vnam proferre possunt, quam adduxerint, vel conseruauerint: nec enim rectè facere didicerunt, qui improbitatem studiosè coluerunt, &c.] post multa verò in schismaticos dicta, eosdem contestatus, exprobrat animi sui moderationem, quam experti iam essent ab omni sedis cupiditate remotam; cum videlicet illi iam ante delegissent eum Episcopum, & in sede voluissent collocare, nec acq̄uieuit:

Greg. Naz. ait enim: ead. orat.

Quid præterea? agent ipsi scilicet. Episcopatum abrogabunt, & thronis deiicient? Et quos tandem aut nunc, aut antea prompto atque hilari animo conscendi? An verò eos qui ascendunt, beatos prædicare soleo? Scilicet, mihi eos dulces ac iucundos reddis, ita indignè concedens? Quid? ne hæc quidem quæ nuper acciderunt, animi mei sententiam voluntatemque declararunt? An illa quoque delicia quædam & fucus erant, atque amoris erga me vestri & desiderij exploratio? Nimirum callidi ac versuti homines facilè adducuntur, vt vitia sua de aliis partim suspicentur, partim loquantur. Quid verò illa animi oppressio? quid illæ imprecationes, quas aduersus nos ipsos publicè concepimus? quid illæ lacrymæ, quarum tantam vim profudimus, vt vobis etiam misericordiam moueremus, quamuis alioqui propter oblectationem odio penè essemus? ] hæc & alia Gregorius, illis in memoriam reuocans, quantopere refragatus fuerit, cum ab ipsis eligeretur Episcopus. Demum in Petrum Episcopum Alexandrinum, quem propitium primo,

GREG. NAZ NON EST PASSES FIERI EPISCOPI.

CHRISTI 380.

DAMASI PAP. 14.

GRATIANI 14. VALENTIN. 5. IMPPPP. THEODOSII 2.

A primo, postea verò sensit auersum, ita iure conqueritur: Nihil proprius factum est, quam vt Petrus etiam me abiuraret. Ac fortasse nec flet quidem amare, vt peccato medeatur. ] ac rursus scismaticos eiusmodi compellat apostrophe: Quomodo distracti estis, & distraxistis, quasi boues teneri vinculis soluti? Quomodo altare aduersus altare crexistis? Quomodo repente in desolationem ac vastitatem facti estis? Quomodo & ipsi hac præcisione extincti atque mortui estis, & dolorem nobis inuistis? Quomodo pastorum simplicitate ad gregis euerisionem & interitum abusi estis? non enim eorum imperitiam reprehendo, sed vestram malitiam accusabo. ] sic Gregorius aduersus Egypti Episcopos, qui Maximo manus imposuerant, additque alia fletu digna: quæ autem postea acciderint, sequenti anno dicemus.

B IESV CHRISTI DAMASI PAP. AN NVS 380.

GRATIANI 14. VALENTIN. 5. IMPPPP. THEODOSII 2.

Christi sequitur annus octogesimus supra trecentessimum, Consularu quinto Gratiani atque Theodosij inchoatus: quo idem Theodosius Imperator ab Acholio Episcopo Thessalonicensi baptizatur. Qua autem occasione ibi eo sacramento ipsum initiari contigerit, sic narrat Socrates: Theodosius autem post erecta trophæa, Constantinopolim ire maturans, Thessalonicam peruenit. Ibi in morbum incidens, cupiebat baptismo donari: quippe ex maioribus religionem iam olim didicerat Christianam, fideique Confubstantialis se totum addixerat. Et cum propter morbi grauitatem baptizari properaret, & Episcopum Thessalonicensem ad istud munus obcundum requireret: primum sciscitabatur ab Episcopo, quam fidem amplexaretur. Et cum Episcopus respondisset, opinionem Arii minime per Illyricum peruasisse, neque nouam illius doctrinam eius regionis Ecclesias potuisse occupare; sed omnes qui in illis versabantur, antiquam illam & verustam fidem ab Apostolis traditam, inque Concilio Nicæno confirmatam semper obseruasse: Imperator ab Acholio (ita enim vocabatur Episcopus) libentissimo animo baptismum recepit. Paucis igitur post diebus à morbo recreatus Constantinopolim contendit octauo Kal. Decembris, Gratiano iam quintum Consule, eoque ipso Theodosio primum. ] hucusque Socrates, in eo sanè corrigendus, dum loco Macedoniae ponit Illyricum: Thessalonica enim, cuius Acholio erat Episcopus, non in Illyrico, sed in Macedonia sita est. Ceterum ipsum delegisse ab Acholio baptizari ob infirmitatem viri vitam miraculorum virtute conspicuam, existimamus. Qualia autem quantave aduersus Gothos diuina virtute operatus sit, cum victorem exercitum, qui copias Romanorum viccerat, & ipsorum Imperatorem extinxerat, superauit, superius enarratum est. Deo igitur omnia accepta ferens Theodosius, Imperium atque vitam, nihil antiquius habuit, quam de fide Catholica bene mereri: de quo S. Augustinus sic ait: Inter hæc omnia ex ipso initio Imperij sui non quieuit iustissimis & misericordissimis legibus aduersus impios laboranti Ecclesiæ subuenire, quam Valens hæreticus fauens Arianis vehementer afflixerat: cuius Ecclesiæ membrum esse, magis quam in terris regnare gaudebat. ] hæc ipse. Huius quidem rei fidem facit aurea illa sanctio ab eo hoc anno Thessalonicae promulgata, quæ sic se habet:

THEODOSIUS BAPTIZATUR.

Sacrat. lib. 5. cap. 6.

Macedonia

Acholio

Aug. de Ciuit. Ver. lib. 5. cap. 20.

l. 1. de fide Cathol. Cod. Theod.

THEODOSII SANCTIO DE FEDECATHOLICA.

l. 1. de Episc. & cleric. Cod. Theod.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad populum vrbis Constantinopolitanae.

Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio vsque nunc ab ipso insinuata declarat: quamque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandria Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis: Hoc est, vt secundum Apostolicam disciplinam, Euangelicamque doctrinam, Patris & Filij & Spiritus sancti vnam Deitatem sub parili maiestate, & sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos verò dementes, vesanosque iudicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere, nec conciliabula eorum, Ecclesiarum nomen accipere: diuina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpsimus, vltione plectendos. Dat. 11. Kal. Martias, Thessalonicae, Gratiano A. quintum & Theodosio A. I. Coss.] qua die hæc quæ sequuntur itidem Thessalonicae rescriptisse reperitur: Qui

ALIAN THEO DOSII LEGES. l. de quest. Cile Theod.

Qui diuinæ legis sanctitatem aut nesciendo confundunt, aut negligendo violant & of- fendent, sacrilegium committunt. Dat. iiii. Kal. Mart. Theosal. Gratiano Aug. v. & Theo- dosio A. I. Coss.] sequenti verò mense de pio religiosoque cultu sacri Quadragesimalis temporis ibidem loci ita ad Albucianum Vicarium Macedoniæ rescripsit:

Quadragesima diebus, qui auspicio cæremoniarum Paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeat criminalium quæstionum. Dat. vi. Kal. April. Theosalonicæ, Gratiano quintum & Theodosio I. Coss.]

MAXIMVS REDIT ALEXANDRIAM.

Dum autem adhuc Theodosius Theosalonicæ moraretur: Maximus Cynicus, qui Con- stantinopolitanam sedem inuadens pulsus ab vrbe fuerat, Imperatorem conuenit, rogans ab eo sibi cathedram confirmari: Verum ab ipso penitus repulsus est atque reiectus, immò & nisi à cœptis desisteret, graues minæ intentatæ fuerunt, quamobrem desperatus infe- lix, magno æstimationis suæ mendaciis comparatæ dispendio se contulit Alexandriam ad

Greg. Naz. in eam. de vita sua.

Petrum adhuc in humanis agentem. hæc omnia pluribus enarrata Gregorius ipse habet. Quid verò idem Maximus insaniens nimia Episcopatus cupiditate Alexandriæ egerit, idem subdit his verbis:

Aggreditur, atque non parum angustat senem, nempe eundem Petrum Epi- scopum Alexandrinum,

*Postens vel illam, sinxerat quam spe sibi  
Sedem: vel eius in throno sese, minans,  
Sessurum. Hyparchus donec hanc (vt par erat)  
Flammam expansens, vetera ne ad mala quippiam  
Adiungeretur, urbis hunc pepulit solo:  
At nunc videtur hic quidem quiescere.  
At est verendum, ne graui quæ grandine  
Est facta nubes, aspero vento incita  
In non putantes grandinem effundat suam.  
Nec enim quieti prauitas umquam iudet.]*

Theod. lib. 5. cap. 8.

hæc ipse, & quidem propheticè. Etenim lapsus est in hæresim Apollinatis, cuius rei causa ab Episcopis (vt Theodoretus ait) damnatus fuit. Constat insuper eundem Maximum post hæc aliqua aduersus ipsum Gregorium conscripsisse: quæ tamen vt valde inepta ipse contempsit, satisque sibi visum, qualis ille qualiæue eius scripta essent, paucis occinere, cum ita rem exorditur: Quid de his dicam? Audes ne tu quoque Maxime, aliquid scribere? Tu ne scribere audes? Proh quanta hæc est impudentia! Profecto hac ex parte canes alios, nempe Cynicos, superas. Omnia scilicet quibusuis iam tentare licet. ] & inferius: O rem in- credibilem & inauditam! Saul vates est, Maximus librorum scriptor. Quis deinceps non vates esse volet? quis à scribendo manum continebit? Omnium scilicet est charta, vel ani- culæ scriptorium sibi calamum vsurpent. ] hæc & alia plura lepide quidem atque animo imperturbato Gregorius. Cœpta itaque contentio Maximi cum Gregorio anno superiori, præsentis iam anno extincta fuit.

Greg. Naz. eam. in Maximi tom. 1. edit. Leuen- kles. MAXIMVS SCRIBIT IN GREG. NAZ.

DAMASVS PAPA FA- VIT GREG. NAZ.

Quod autem Theodosius eum cum primum vidit, despexit, à seque repulit, hominem alioqui profitentem fidem Catholicam: id ea de causa opinamur contigisse, quòd sciret Damasum Romanum Pontificem aduersus eum in capessendo Episcopatu fauisse Gre- gorio: Dolemus excidisse ipsas Damasi litteras tunc pro Gregorio contra Maximum scriptas, quarum meminit Nicolaus Rom. Pontifex in epistola ad Michaëlem Imp. in quibus hæc habet: Denique vt ex his paucos commemoremus: Nonne Maximus, post- quam multum à Damaso Papa (sicut eius ad diuersos epistolæ indicant) laboratum est, Constantinopoli pulsus est? ] ita ipse. Equidem puto S. Hieronymum auditorem Gregorij (vt dictum est) Constantinopoli tunc agentem, apud Damasum pro ipso Gregorio litte- ris egisse: factumque vt cum sententia Damasi innotuisset ciuibus Constantinopoli- tanis, idem ipsi confestim infelicem Maximum ab vrbe pellerent, deque his admonitus Theodosius Imperator eundem ad se venientem Theosalonicam æque fugarit. Et quis dubitat de re tanta, cum scriberet Damalus in Orientem, eodem quoque argumento ex more scripsisse etiam ad Theodosium Imperatorem? Sedisse aliquantisper in se- de Maximum, indicium illud est, quod fecit ibidem ordinationes, quas Synodus Constantinopolitana celebrata anno sequenti irritas penitus esse decreuit, vt ex eius Concilij Actis Sozomenus testatur. At de Maximo hæcenus: ad res autem Gre- gorij

Sozom. li. 7. cap. 9.

A gorij huius anni, Constantinopolitanæque Ecclesiæ statum oratio conuertatur.

Perculis licet Arianis nouo Imperatoris edicto dato ad populum Constantinopoli- tanum: tamen tantum abfuit, vt ita compressi quieuerint, quin potius maioribus audaciæ spiritibus sumpris, insolentius aduersus Catholicos insiluerunt, instar sæuissimæ bestia, quæ etsi semper noxia visa sit & infesta; cum sese laqueis constringi senserit, tunc violentius commouetur, & in quemcumque sibi obuium furit. Ariani enim cum se Theodosij legibus vinciri scirent, acrius in Orthodoxos exacerbabantur, eoq; furoris adacti sunt, vt in confessorum haud pridem ab exilio reuersum incidentes, cum lapidibus impetentes occiderint. Testatur id quidem Gregorius Nazianzenus ea oratione, quam habuit ad Arianos: ibi enim Catholicorum commendans animi moderationem, qua feliciore tempore vte- rentur, illorum contra in pios viros ac in Ecclesiam ipsam Catholicam immania scelera perpetrata recenset; atque ad postremum quod nefas admisissent, ob oculos ponit his verbis: Nonnulli, inquit, atrociore quoque atque immaniores sese præbuerunt, quam temporis ratio ferre videretur, non secus ac sues, qui per septa quædam violentius impel- luntur. Hominem meum posco, quem hesternò die trucidastis, senem inquam illum & Abrahamicum patrem, quem ab exilio redeuntem & huc appellentem, medio die, in media vrbe saxis exceperistis. At nos (nisi hoc dictu graue & inuidiosum est) obruncatores etiam ipsorum deprecatione nostra periculo mortis liberauimus. ] & post multa in exprobra- tionem ipsorum arrogantia & petulantia, in commendationem verò modestia Orthodo- xorum hæc addit: Et quid ex hac temporis insolentia perperam æmulatus sum? idque cum talia exempla ob oculos posita haberem, quibus etiam remotis, à vitio tamen absti- nere difficile atque arduum est, rarique exempli: De quibus Ecclesiis vobiscum contendi- mus? de quibus pecuniis? præsertim cum vtraque re ipsi afflueretis, vtriusque autem nos inopia premeremur? Ecquod Imperatoris edictum à vobis contemptum & pro nihilo ha- bitum ardenti zelo persecuti sumus? Quos principes in perniciem vestram coluimus at- que obseruauimus? Quorum importunam audaciam iudicio nostro prodidimus? Domi- ne ne statuas illis hoc peccatum, dicebam (nam opportunè Stephani verba in mentem venerunt) & nunc eadem vota facio. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem pa- timur, & sustinemus. ] hæc & alia multa id genus Gregorius obiecit ea oratione in Aria- nos, & quidem post Gratiani prius & Theodosij posterius promulgatum edictum, cum res Catholicis arriderent.

Greg. Naz. orat. ad Arian. ARIANI SÆVIUNT MAGIS.

Act. 7. I. Cor. 4.

CATHOLY- CICYRIA TI GREGO- RIO.

Greg. Naz. orat. ad 150. Episcopos.

Sed quid accidit? Tolerantia ista Gregorij, & pro illatis ab eis contumeliis atque cædi- bus officiorum compensatio, nonnullorum Orthodoxorum animum exacerbauit, illo- rum præsertim, qui in eam fermè diem à temporibus Constantij Imperatoris ab eisdem insolentibus Arianis durissima iugiter passi essent: quippe hæc dictitare solebant, quæ ipse Gregorius in oratione, quam coram Episcopis ad Synodum conuenientibus habuit, recitat his verbis: Iam crimina quoque nostra, quæso, expendite. Tanto iam tempore, inquit, Ecclesiæ præes, temporis fauore & auxilio fultus, Imperatorisque generoso im- petu, quod maximi æstimari debet. Ecquod mutationis signum nobis affulsit? Quot hominum contumelias prius pertulimus? Quid acerbioris passi non sumus? non iniu- rias? non minas? non exilia? non pecuniarum direptiones? non bonorum proscriptiones? non presbyterorum in mari conflagrationes (non templa profanata, atque ex templis in sepulchra mutata? non publicas senum Episcoporum, aut vt magis proprio verbo vtar, Pa- triarcharum cædes? non eam immanitatem, vt piis solis iniuus esset locus omnis? non de- nique quicquid calamitatis vllis verbis exprimere quisquam possit? Quorum quidnam iis qui nos læserunt rependimus? Quandoquidem versis, vt par erat, rerum vicibus, re- pendendi potestas nobis facta est, atque eos à quibus importunè vexati fueramus, castiga- ri oportebat. Atque vt omittis aliis calamitatibus, ad nostras ne dicam ad tuas calami- tates, veniamus, his scilicet que cum Gregorio idem passi essent, postquam venisset Constanti- nopolim: Nonne persecutionibus vexati sumus? non iniuriis omnibus oppressi? non Ecclesiis, domibus, & quod acerbissimum est, solitudinibus exturbati? non furentem populum tuli- mus? Præfectos violentos & importunos? Imperatores simul cum edictis suis contu- meliosè spreto? Quid postea? superiores extitimus, & persecutores nostri pœnas effu- gerunt.]

EXPOSTU- LATO CA- THOLICO- RVM IN GREGO- RIVM.

Ista erant quæ Catholici Constantinopolitani subinfensè in Gregorium ab hoc tem- pore ad finem vsque eius commorationis Constantinopoli iactare solerent: ad quos hæc erat

erat Gregorij responſio, quam ſubdit: Ita fanè eſt, inquam. Mihi enim aduerſus eos qui in- iuriam intulerunt, ſatis grauis pœna eſt referendæ iniuriæ poteſtas. ] quæ quidem reſpon- ſio haud illis arridere videbatur, qui (vt ſubdit) incitabant Gregorium ad vltionem, illa rur- ſus verba ingeminantes: Quis Præfectus mulctatus eſt? inquit. Quis Populus caſtiga- tus eſt? Quinam plebis inflammatores? Quem terrorem nobis ipsis in poſterum indulſi- mus? ] ita illi quidem, qui hanc ob cauſam deinceps animo abalienato à Gregorio eſſe cœ- perunt. ſicque propemodum factum eſt, vt diuulſis ab eo Catholicorum nonnullis prius (vt diximus) ſchiſmate Maximi, cõpluribus autem ab eo dictis ex cauſis animis frigeſcen- tibus, res Gregorij paulatim diſſuerent. verùm populi amor erga eum erat immenſus: cuius quidem rei periculum factum eſt, cum ipſum recedere cupientem non permiſit.

Gregorius cogitatio de diſceſſione.

Greg. Naz. in carm. de vita ſua.

His enim agitated moleſtiis Gregorius, cum iam res Catholicæ fidei ſub Catholico Imperatore in tuto collocatas eſſe videret, conſideraretque nequaquam ſe illius ſedis aſtringi vinculis, vt ibi permanere cogere- tur: etenim quamuis à populo electus, accla- matuſque fuiſſet Epifcopus, non tamen ea electio legitima ſecundùm canones Eccleſiaſti- cos ſibi videbatur: quamobrem recedendi Conſtantinopoli conſilium inuit: ſed cum clau- deſtinè facere minimè licuiſſet; communicato cum populo animi ſui decreto; piorum precibus, clamoribus, lacrymiſque retinetur inuitus; ſed quibus conatibus, ipſe verſibus

illis inſinuat:

Hæc verba ſimulac audiit plebs, illico Effrenis altum quippiam queſtum dedit, Populusq; ſurgit, agmen vt fumo ſolet Apum: furitq; maximis clamoribus Puerq; ſexus, virgines, iuuenuli, Pueri, ſeneſq; nobiles, ignobiles, Vita quieti, Præſides, ac militum Nonnulli: amore quilibet & ira aſtuans, Iratus hoſti, Præſulem expoſcens ſuum. At non decebat me genu ad vim ſteſtere, Nec capere ſedem ritè non mihi traditam.] hæc ipſe.

Socrat. lib. 5 cap. 6.

Theodoſius venit in Conſtan- tinopolim.

Marcell. in Chronic. hoc ann.

Sozom. lib. 7 cap. 3.

Matth. 10.

Greg. Naz. in carm. de vita ſua.

Ariani autem, qui abſente Imperatore eius edictum contemnere viſi ſunt, eum iam Theſ- ſalonica Conſtantinopolim venientem cœperunt præſentem timere: contigit eius ad- uentus in urbem (vt ex Socrate dictum eſt) hoc anno iuſdemque Conſulibus oſtauo Ka- lendas Decembris. At quid tunc primum in Arianos egerit, Marcellinus Comes docet, cum ait: His Conſulibus, Theodoſius magnus, poſtquam de Scythiſ & Getiſ triumphauit, expulſis continuo ab Orthodoxorum eccleſiis Arianiſ, qui iam ferè per quadragin- ta annos ſub Arianiſ Imperatoribus tenuerant, noſtris Catholicis Orthodoxis reſti- tuit Imperator menſe Decembris.] hæc ipſe. Quo modo autem id factum ſit, Sozome- nus ſic narrat: Imperator verò per nunciium præcepit Demophilo (erat hic poſt Eudo- xium Epifcopus Conſtantinopolitanus hæreticus) vt aut ex decreto Nicæni Concilij religio- nem propagaret, & populum ad concordiam reduceret, aut eccleſiis excederet. Ille verò, conuocato populo, mandatum Imperatoris expoſuit, & in poſterum diem ſe extra urbem concionaturum ſignificauit: Quandoquidem, inquit, diuina lex iubet, vt ſi vos ex hac vrbe pellant, fugiatis in aliam. Hæc cum præfatus eſſet, deinceps extra urbem conciona- tus fuit, & vna cum eo Lucius, qui ab Arianiſ quondam Alexandrinæ Eccleſiæ præfectus fuit, & qui expulſus, exul, vt dictum eſt, Conſtantinopolim conceſſit, ibique moratus fuit. Poſtquam igitur Demophilus eccleſiam reliquiſſet, ingreſſus Imperator preces fundit: & ex eo tempore qui conſubſtantialem Trinitatem profitebantur, templa recu- perarunt. Erat autem hic annus, quo Gratianus quintum, Theodoſius primum Conſu- les fuerunt, quadageſimus ſcilicet ex quo Arianiſ eccleſiis occuparunt.] hucusque Sozo- menus, quæ quidem (vt dicemus) anno potius ſequenti contigerunt: nam ab his diuer- ſa ipſe Gregorius tradit, nimirum Arianos totos in armis fuiſſe, vt primarium templum tuerentur.

Viſus eſt autem Gregorio Theodoſius paulo frigidius agere, ſi comparatio faciendâ fuiſ- ſet cum Arianiſ Imperatoribus longè maiori animi ardore hæreſim propagantibus: in car- mine enim ſæpe citato, quo res ſuas contexuit, hæc habet de Theodoſij aduentu Con- ſtantinopolim:

Dum

A Dum ſtatim nos hoc ſumus, En Imperator aduenit nobis repens Terra ex Macedonia, Marie domitis barbaris, Stimulat at ingens quos manus, & ingens furor: Minime quidem ille vir malus, quantum ad fidem: Tenere mentes poſſet vt qui ſimplices, Triadiſq; ſanctæ cultor eſſet maximus: (Sic quippe & ipſe ſentio, & cuncti aſſerunt, Qui ſede ſtabili turò amant inſiſtere) Feruore ſed non præditus tanto tamen, Aequaret vt cum priſtinis præſentia, Sanaret atque temporis mala tempore: Feruore vel ſi par erat, non par erat Fiducia ne pectoris, an audacia Dicam? Vocare præſtat hoc prudentiam. Suadere quippe eſt æquius, quam cogere.] ſic ille lenitati adſcribens tarditatem

Theodoſius viſus paulo fri- gidior.

atque remiſſionem Theodoſij Imp. nam paulo poſt: Hæc ille opinor, cogitans, nulli grauem Metum infererebat, comiter cunctos trahens, Cuiusq; mentem liberam lege & ſinens.] hæc Gregorius de Theodoſio. Quomodo autem tunc, cum veniſſet Conſtantinopolim Imperator, ad eccleſiam ubi erat Gregorius & Catholici conuenerant, properarit, & quid ipſi Gregorio dixerit Theo- doſius, idem ſic narrat:

Vt ergo cupidus venit ad cupidos ſui, Complexus vt me ſit ſtatim: qua dixerit, Qua perlubenti rursus aure acceperit, Quid eſt neceſſe dicere? Pudendum foret, Si gloriarer tum ſenex ob talia, Qua cuncta parui deſuto præter Deum. Tandem iſta ſatur: Dat tibi per nos Deus Nunc hocce templum, dat tuis laboribus.]

Quid Theodoſius cum Gregorio.

Hæc licet Theodoſius Gregorio polliceretur: vt tamen præſtaret effectui, impoſſibile tra- dit eſſe viſum, reſiſtentibus Arianiſ, quibus reſerta ciuitas erat, iuſdemque incenſis animis vt templum tutarentur, nec cederent ſedem alicui, paratis etiam ſi vis adhiberetur, in Gregorium impetum facere.

Post hæc autem Theodoſius occupat templum, relinquitque ad cuſtodiam militum partem, atque relique exercitus parti iubet vt Gregorium ad templum perduceret, vt col- locaretur in throno. Cum verò Arianiſ interim ſe reſiſtere non poſſe cernerent, omnia mi- ſcent luſtu atque clamoribus: quæ quidem eleganter ipſe ita deſcribit:

Iam tempus aderat, militum & vis maxima Templum obtinebat, bellicos enſes gerens. Faciebat omnis imperium contra tumens Populus, arena vt, nix vel, aut ſuetus maris Vrens & ira, precibus & blandis ſimul, Iratus in nos, Principi ſupplex. Erant Plena via, dromiq; pleni omnes loci, Plena domuſq; tum viris, tum feminis Aetate quaſis, paruulis ſpectantibus. Gemitus, dolores, lacryma, clamor granis, Imago capiti bellico inſultu oppidi. Ego verò fortis ille dux ac ſtrenuus Aegro tameſi corpore eſſem ac debili, Spirante quiddam languidum ac ferè mortuum, Inter Ducem medius & inter milites Ibam bona ſpe fulſus, & ſurſum videns, In ade donec collocor, &c.]

Theodoſius occupat tem- plum, in- trodicit- que Greg. Nazianz. Greg. Naz. in carm. de vita ſua.

Subdit

NON PATI- TYR GREG. NAZ. COL- LOCARI IN THRONO.

Subdit verò mirum quiddam accidisse, nimirum tunc temporis atram nubem sic radios A Solis obtegisse, ut media die noctem ferme redderet: quo tamquam prodigio exultarent hæretici, metuere autem pijs, sed quasi miraculo factum, ut simulac Gregorius sacros can- cellos introiuit, adorato numine, nube disiecta, Sol purissimis radiis effulserit; perinde ac si superi accensa cœlitus face, Gregorij lætum, Deoque gratum ingressum significarent. Secutaque mox est Orthodoxorum omnium acclamatio, qua peterent Gregorium collo- cari in throno, reclamante tamen ipso Gregorio, atque dicente:

Hunc premite, quæso, premite clamorem, ô viri: Nunc sunt agenda gratia summa Deo. Maiora quæ sunt, his erit tempus suum. Hac verba plausu maximo plebs excepit. Amica namque est omnibus modestia. Abiitq; Princeps maxima hac laude efferens. Hic concionis exitus tandem fuit.

Additque ob nimiam compressionem, confusionemque prementium, ensẽm euaginatũ ad incutiendum terrorem à quodam, sed mox in vaginam reductum. Cũ autem templi & ædium Episcopaliũ possessor effectus esset, Ariani æstuabant aduersus Gregorium im- mense implacabiliq; odio: quos tandem ipsius Gregorij insignis animi modestia delini- uit: quæ cũ in omnibus rebus quas gereret eluceret, nouo casu aded omnibus perspicua atque manifesta reluxit, ut sibi etiam hostium animos deuinciret. Accidit enim, ut ipso subagrotante Gregorio, in lectulo decumbente, sicarius ad eũm consociendum, clam in- gressus sit, reclusis multitudinẽ accedentium, ut ei gratularentur de templo recepto, ab Ari- nisque vindicato, pro quo munere vota Deo nuncupassent. Eoque perfuncto officio, cũm C discessissent, sicarius ille solus ibi relictus, manibus pedes sanctissimi viri prehensens, la- chrymas copiose fundens atque lamentans supplex veniam postulauit. Gregorio autem sciscitante, quid hoc sibi veller: atque præ immenso dolore, ipso tacente; vnus ex his qui aderant, rem sentiens, Gregorio dixit: Hic ille carnifex tuus est, ô pater, qui à nonnullis subornatus, ferrum tibi in præcordia defixurus erat, nisi Christus perspicuẽ tibi auxilio fuisset: quod enim ad eorum voluntatem spectat, scelus est consummatum: proinde hic facti pœnitens ad pedes tuos lachrymis veniam petit. Ad quem conuersus Gregorius ait: Propitius sit tibi Deus, tibiq; ignoscat, qui me seruauit: hocq; solum pro noxa peto, ut hæresim execrans, in eius fiat. Hoc autem cũm vniuersæ innouisset ciuitati: hostium Gregorij, Arianorum hominum nonnihil emollita sunt corda, ergaque ipsum reddita propensiora. hæc omnia breui compendio recitatata, ab ipsomet Gregorio fufius descri- D pta sunt.

\* Greg. Naz. incant. de vita sua. DAMASVS AGIT CVM THEODO- SIO PRO ECCLESIA ORIENTA LI.

Quòd autem sequenti anno Orientales Episcopi Orthodoxi Constantinopolim, ut Gregorium collocarent in throno, vocati fuerint à Theodosio Imperatore: id quidem sua- dente Damaso, qui (ut dictum est) Gregorij suscepit patrocinium, factum putamus. Cuius etiam admonitione, idem Episcoporum Concilium collectum Constantinopoli condem- nasse hæresim Macedonij, quis est qui non facillè sibi persuadeat? Cũ enim certum sit, Romanos Pontifices solere litteris salutare novos Imperatores, ad eosdemque de tollen- dis hæresibus, sedandisque schismatibus scribere, hortari, viamque qua id perficerent ape- rire: par est credere Theodosium, Damaso suadente, ad hæc omnia perficienda sedulo animum addixisse: docet enim id etiam vehemens coniectura ex frequẽti rerum vsu com- parata, exempliq; sæpè monstrata. Ad de his suo loco pluribus agendum crit: hic verò E iam esto finis rerum Gregorij præsentis temporis.

GRITVS PE- TRI, SVBRO- GATIO TI- MOTHËI. 61. de hære. C. Theod. Theod. lib. 5. cap. 8. Cassiod. lib. 9 cap. 13. Nicoph. lib. 21. cap. 11.

Hoc iridem annò moritur Petrus Episcopus Alexandrinus, cum sedisset annos octo: in locumque eius est subrogatus Timotheus ipsius frater, cuius mentio habetur in Theo- dosij sanctione anno sequenti data: in illa autem quam datam diximus præsentis anno cũm Petri sit mentio, planè apparet, alterum eorum, nempe Petrum hoc tempore desuis- se; alterum verò, Timotheum videlicet, Episcopum eius Ecclesiæ creatum esse. Sunt qui vt excusent Petrum fauentem aduersus Gregorium Nazianzenum Maximo Cynico, ea omnia quæ dicta sunt, adscribant eiusdem Petri successori Timotheo: sunt hi Theo- doretus, Cassiodorus, Nicephorus, & fortasse alij. At certè nugæ sunt hæ: nam que- relæ ipsius Gregorij de Petro satis perspicuæ extant, ut de his dubitandi omnis prorsus occasio auferatur. Non ita quidem de Petro ista se habent, ut illa quæ in ipsum vulgò E iactata

A iactata tradit S. Hieronymus; nimirum, quod reuersus in Ecclesiam, aded facilis fuerit in recipiendis ad communionem lapsis hæreticis, vt nonnullis acceptæ pecuniæ in suspicio- nem venerit: nam scimus ex instituto Athanasij ad Basilium scribentis (quod supra suo loco demonstratum est) omnes Arianos ad Ecclesiam redire volentes, oblata fidei Nicæ- næ confessione, nullatenus debuisse repelli. Quòd autem idem Petrus Maximo fauerit pecuniæ causa, vt credamus adduci non possumus, sed ab eo deceptum aliqua noua larua, sicut ab eodem vidimus ipsum Gregorium fuisse delusum.

Ceterum quòd pertinet ad Timotheum successorem: quantumlibet Petrus defunctus esset, nulla tamen spes fuit sub Catholico Principe, Lucio Ariano Episcopo Alexandrino eam recuperandi sedem, ipso Theodosio resistente, è qua & pulsum ab eo tradit S. Hiero- nymus, qui de Lucij scriptis ita subdit: Extant eius solemnes de Pascha epistolæ, & pau- B ci variarum epistolæ libelli. ] Vendicarat sibi profanus Arianorum Antistes, vt Pascha- lis epistolas scriberet ad Catholicam Ecclesiam, quæ annis singulis dari solebant ab Epi- scopo Alexandrino vniuersis Christi fidelibus ad Paschatis certum tempus infinuandum. Ceterum Theophilum eiusdem Ecclesiæ postea Episcopum ab hoc anno Paschalem cy- clum annorum centum inchoauisse, nimirum à primo Consularu Theodosij, restatur S. Leo Papa in epistola ad Marcianum Imperatorem, erat tunc ipse Theophilus Ecclesiæ Alexandrinæ clericus apprime eiusmodi scientiam callens, quam ne quis hæreticus sibi in posterum arrogaret, centum ipse annos incluit, quibus dies Paschatis exploratus annis singulis haberetur.

THEOPHILI CYCLVS PA- SCHALIS. Leo epist. 64.

Eodem planè tempore quo hæc agebantur in Oriente, contigit Mediolanensem Ec- clesiam perturbari ceptam esse à Iustina Augusta Valentiniã senioris Imperatoris con- iuge, Ariana femina audacissima. Hæc quidem hæresi patrocinatora, cũm accepisset Sir- miensem Ecclesiam (est Sirmium ciuitas posita in Illyrico) destitutam esse pastore, il- luc properauit, quòd Arianum illi Antistitem præfici procuraret. Ambrosius etiam illuc se contulit (perseuerabat enim antiqua illa diuisio prouinciarum, qua lege Vatinia c con- iuncta erat prouincia Illyrici Galliæ Cisalpinæ) vt Ecclesiæ Sirmienti suæ diocesis consul- turus præficeret Catholicæ communionis Episcopum. Quæ nam autem tum ibi conti- gerint, Paulinus ita describit: Cũm Ambrosius Sirmium ad creandum Episcopum Anemmius\* perrexisset, ibique Iustinæ tunc temporis Reginæ potentia & multitudinc coadunata, de ecclesia pelleretur, vt non ab ipso, sed ab hæreticis Arianis Episcopis in ea- dem ecclesia ordinaretur, essetq; constitutus in tribunali, nihil curans eorum quæ à mu- liere excitabantur: vna de virginibus Arianorum impudentior ceteris, tribunal conscen- dens, apprehenso vestimento sacerdotis, cũm illum attrahere vellet ad partem mulie- rum, vt ab ipsis cæsus, de ecclesia pelleretur: audiuit (vt ipse solitus erat referre) Etsi ego indignus tanto sacerdotio sum: tamen te non conuenit, vel professionem tuam, in- qualem cumque sacerdotem manus iniicere: vnde debes vereri Dei iudicium, ne tibi ali- quid eueniat. Quod dictum exitus confirmauit: nam alio die mortuam ad sepulchrum vsque deduxit, gratiam pro contumelia rependens. Sed hoc factum non leuem aduer- sariis incussit metum, pacemque magnam Ecclesiæ Catholice in ordinando Episcopo tri- buit. ] hæc Paulinus. Ordinatus est itaque Anemmius: quem cũm constet anno sequen- ti interfuisse Aquileiensi Concilio, pariterque eius nomẽ reperiat inter Episcopos Oc- cidentales, ad quos Synodalis epistola è Concilio Constantinopolitano data est; planè de- claratur Aueniij electionem ante sequentem annum contigisse, sed non quidem ( vt pu- tamus) ante præsentem: nam hætenus res Ambrosij tranquillissimè se habuisse, quæ sunt recensita demonstrant. Hoc verò tempore Arianos fauore Iustinæ tumultuari cœ- pisse liquet, atque aded res perturbasse, vt Gratianus basilicam vnã, quam peterent ipsi Ariani sibi tradi, ab Ambrosio abstulerit, non tamen illis dederit, sed eidem Ambrosio restituerit; vt ex iis quæ S. Ambrosius ad eum scribit, intelligi potest; dum ait: Neque enim aliud possumus dicere, nisi sancti Spiritus hanc fuisse gratiam, quod ignorantibus omnibus subito basilicam reddidisti. ] & paulò post: Etenim basilicam sequestrasti, vt fidem probares. Impleuit igitur propositum suum pietas tua, quæ sic sequestrauerat, vt probaret; sic probauit, vt redderet. Nec fructum amisi, sed iudicium teneo. patuique omnibus in quadam facti discretione, discretam tibi numquam fuisse sententiam: patuit inquam omnibus, & tuum non fuisse cũm sequestrares, & tuum esse cũm redderes. ] hæc Ambrosius.

IUSTINA AVGVSTA FAVET A- RIANIS. Ambros. lib. 5. ep. 16. Socrat. lib. 5. c. 2. Sueton. in C. Julio c. 22. Paulin. in vita S. Am- brof. Auenonium QUID SIR- MIANI AM- BROSIVS.

\* Ambros. de Spiritu Jan- ilo lib. 1. c. 1.

CHRISTI 380.

DAMASI PAP. 14.

GRATIANI 14. VALENTIN. 5. IMPPPP. THEODOSII 2.

Coell. Aquileiensi in princ. ARIANI AGYNT AVVD GRATIANVM IMP. DECOGENDO CONCILIO.

Cum autem Ariani instarent, & perinde atque iustam fouerent causam, quod Concilium Ariminense patrocini- um suscepissent, eundem Gratianum Imperatorem hoc anno Sirmium venientem interpellant, querentes se a Catholicis vindicari ob id quod se generale postulare Concilium, quo in eo vniuersae Ecclesiae demonstrare possent se esse Catholicos, atque iniuria infamari haereseos Arianae, instant, vrgerent, obrunduntque Principis aures, donec ab eo quod petierant extorserunt de indicendo generali Concilio. Ceterum cum haec ab Imperatore esse decreta Ambrosius intellexisset: continuo intercessit, probrosum esse & indignissimum asserens, propter duos cariosos haereticos, totius Catholici Orbis Episcopos conuocare, magno Ecclesiarum detrimento, quae pastoribus destituta, luporum paterent incursum. Sicque ex sententia Ambrosij factum est, vt Imperator acquiesceret Aquileiense celebrari Concilium, in quo finitimi tantum conuenirent Episcopi, ex Africa autem & Gallia satis esse Legatos adesse. Indictio autem Synodi dilata est in annum sequentem Aquileiae celebrandae mense Septembris, in qua eorundem causa tractanda esset haereticorum: nos vero de ea suo loco pluribus. Haeretici autem qui id extorserunt a Gratiano, fuerunt Palladius & Secundianus Episcopi, quorum frequens est mentio in ipso Aquileiensi Concilio.

Eunap. Vir. philosph. in Maximo.

Nouissimè autem quod ad priuatas res gestas anni huius pertinet: hoc ipso anno tertia Ianuarij (vt ex Eunapio Sardiano colligitur) Festus Proconsul in Asia cum idolorum cultui se dedisset, miserando modo diem clausit extremum. Quo vero pacto id se habuerit, Eunapius docet his verbis: Tertius illuxerat dies a Kalendis Ianuarijs, quas ita Romani nuncupant, quando omnes Festo gratulantes, conuiuium adducunt: ipse vero Eumenidum delubrum accedit, haud temere vniquam deos colere fuerat, quippe qui omnes a se supplicio affectos, hanc potissimum ob causam de medio sustulerit. Ingressus ad eas narrat visum sibi somnium, atque inter narrandum lachrymis vultum aspergit: id autem eiusmodi erat. Dicebat Maximum (philosophum nempe illum Iuliani Apostatae magistrum, qui sub Valente accusatus magia male periit) numella collo iniecta, visum fuisse ipsum ad orcum pertrahere, sistendum Plutonis iudicio. Qui aderant, conterriti, vitamque viri totam recolentes, lachrymas quisque pro se profusas siccabant, iubebantque veniam & pacem a deabus precari. Ille dictis audiens, vota facit. Sed dum egreditur, ipse concidit humi, duobus pueris in terga delatis, vocisque vsu defectus iacuit, ac domum relatus, confestim expirauit. Ea res visa est a diuina prouidentia procurata. Haec quidem Eunapius, qui & ipse deorum cultor & impius, talia effari de suis cogit. Sed iam ad sequentis anni res gestas progrediamur.

IESV CHRISTI ANNVS 381.

DAMASI PAP. ANNVS 15.

GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMPPPP. THEODOSII 3.

\* Eucherij

Recentissimus octogesimus primus Christi annus Eucharj & Syagrii Consulatus auspicijs aperitur, idemque numeratur decimus quintus Pontificatus Damasi, atque ab exorto schismate Vrsicini: quo tribus iam lustris saepe compresso, numquam autem extincto; Gratianus & Valentinianus in Occidente Imperatores nouissimè aduersus eisdem schismaticos rescripserunt. Acciderat enim, vt etsi iidem schismatici saepe damnati fuissent, atque in diuersa loca exules amandati: iidem nihilominus, torpescuntibus Iudicijs, inde recedentes, atque ad propria remeantes rursus seditiones turbasque consularint non sine magno Catholicae Ecclesiae pacis detrimento. Quamobrem iidem Imperatores in primis redarguentes ignauos Iudices, quid ab eis post haec de iisdem agendum esset, decernentes, rescriptum ad Vicarium ordinariorum iudiciorum dederunt, quod hic primò eudendum curauimus ex bibliotheca Vaticana acceptum, ex codice inquam illo, vbi descriptae habentur complures Pontificum Romanorum epistolae, a nobis saepe citato: quod sane scatebat mendis, sed collatione habita cum alio exemplari, vt licuit, restituumus.

QVID IMPERATORES IN SCHISMATICOS RESCRIBVNT.

Gratianus & Valentin. AA. Aquilino Vicario Ordinariorum. Sententias Iudicum aut quae temporum limes, aut contumacis pronuntiatio, aut habitum coram patribus sanxit examen, nec a mediocri auctoritate labefactari, atque conuelli, nec a potentioribus, nec ab impudentibus pertimescunt nostra praecipua per vestram negligentiam.

CHRISTI 381.

DAMASI PAP. 15.

GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMPPPP. THEODOSII 3.

A gentiam destituta. Quae tandem poterit ferri sententia, quam quidem dum despicitis, non excitetis, vt longè tolerantiae in desperatos sumat effectum, & officium metus cogat agnosci? At nonne absurdus est quod Vrsicini iussit amentia, quam quod serenitas nostra mitibus persuasit edictis, vt omnes qui impios cœtus profanata religione tentarent, vel ad centesimum Urbis milliarem pellerentur? vbi pertinax furor ab obsequentibus destitutus in eius tantum perniciem rueret, qui solus erraret, & vt condemnati iudicio rectè sentientium sacerdotum, reditum postea vel ad Ecclesias, quas contaminauerant, non haberent; vel redintegrationem iudicij frustra a nobis impudenti pernicacia precarentur. Repetat laudanda & spectata tua sinceritas, quales ad virum clarissimum Simplicium quondam Vicarium litteras clementia nostra transmiserit; & desinat iterationem sperare mandati: quia pingendus manufactudinis nostrae pudor est, instaura-

B re praecipuum.

Vrsicinum quidem Gallia coerces, & ne motus aliquos inquietos exerceat, cohibet Agrippina secessio: quem tamen ipsum per occursum obtundentem saepius quam momentem, ad hoc vt sequentes abiiceret, audiuius. Hisacem remotus Hispaniae angulus titulo damnationis inclusit. Non bene capiti consultum, si quid turbarum vefanus agitauerit Parmensis Episcopus eo perniciosior, quod inelytae Vrbi magis proximus, & imperitorum multitudinem magis exagitat, & Ecclesiam, de qua iudicio sanctorum Praesulum deiectus est, inquietat, inanem videlicet gloriam sententiae grauioris expectans: quem, si quid decessor traus deuoti vigoris habuisset, protinus vltra fines debuisset extrudere. Et Florentius Puteolanus post damnationem, quam recto iudicio conuictus accepit, mansuetudinem nostram inquietare conatus, dignum tulit in progressionem responsum: post quintum decimum annum Ecclesiam, de qua extrusus fuerat, rursus contaminare conatur; congressiones illicitas facere molitur, egentemque consilij multitudinem perditum animi persuasionem deprauat, nostrorum videlicet Iudicum socordia fretus, qui priuatae gratiae Imperialia praecipua condonant, & religionem, quam nos iure veneramus (quam fortasse ipsi negligunt) inquietari, patienter accipiunt.

Claudianus etiam ab his qui contra diuina praecipua vitia religionis instaurant, ab his inquam, quos expelli iusseramus, accitus, quasi parum facinoris aggressus esset, si in Africa perstitisset, Romae sese dicitur intinasse, falsusque praecipua vel expertes adhuc deuio profanare mysterio, vel iam initiatus ex integro nititur flagitio maiore corumpere, cum religionis sanctissimae disciplinam non cumulet iteratio, sed cœrret. Quem nos Claudianum dissimili poena ac meruit prosequentes, repetere tantummodo patriam haecenus, remota seueritate, praecipimus: sed residere etiam nunc dicitur imperitos sollicitans, & cassam omnino mercedem requirens perdit animas corporum redemptorum. Hinc illi insectatores sanctissimae sedis, non solum Dei numine (quod satis erat) sed etiam iudiciorum examine exploratum mentis sanctissimae virum (vt etiam diuo patri Valentiniano est comprobatum) turpissimis calumnijs Episcopum Damasum inquietare non veriti: postquam desperauerunt posse percelli, populum pro quo ille diuinitati obsecus est, inquietant. Sed haecenus stertit iners dissimulatio iudicantium (nec est admonere necesse, quo possit sanctio contempta procedere) haecenus, inquam, stertit apparitorum supina desidia.

Post haec nisi omnes (vt nominatim iussione nostrae summa complectitur, vel quos turbas istiusmodi molientes sanctorum Episcoporum Concilia consensu ostenderint) vltra centesimum milliarem ab vrbe depuleris; atque eorum ciuitatum finibus extorres esse praecipimus, quarum plebem, vel Ecclesias, vel per se, vel per simile sui vulgus exercent: praeter aestimationis iniuriam, cuius apud bonos non leuis iactura est, piaculum neglectae sanctionis incurres.

Volumus autem, vt quicumque iudicio Damasi, quod ille cum consilio quinque vel septem habuerit Episcoporum, vel eorum qui Catholici sunt, iudicio vel consilio condemnatus fuerit: si iuste voluerit Ecclesiam retentare, vt qui euocatus ad sacerdotale iudicium per contumaciam non iussit: vt ab illustribus viris Praefectis Praetorio Galliae atque Italiae, auctoritate adhibita, ad Episcopale iudicium remittatur, siue a Proconsulibus vel Vicarijs, vt ad urbem Romam sub prosecutione perueniat: aut si in longinquijs partibus alicuius ferocitas talis emergerit, omnis eius causa edictio ad Metropolitanam eadem prouincia Episcopi deducetur examen: vel si ipse Metropolitanus est, Romam

necessario, vel ad eos quos Romanus Episcopus Iudices dederit, sine dilatione contendant: Ita tamen, ut quicumque detecti sunt, ab eius tantum urbis finibus segregentur, in quibus fuerint sacerdotes. Mirius enim grauitur meritos coercemus, & sacrilegam pertinaciam lenius quam meretur vlciscimur.

ROMANAE ECCLESIAE SUPREMVVM TRIBVNAL.

Quod si vel Metropolitanus Episcopi, vel cuiuscumque sacerdotis iniquitas est suspecta, aut gratia: ad Romanum Episcopum, vel ad Concilium quindecim finitimorum Episcoporum accersitum liceat prouocare, modo ne post examen habitum, quod definitum fuerit, integretur. Iam vero illud quod in negotiis quoque rerum minorum, & in leuibus causis dictionibus animis nostris iustitia naturalis inseruit, multo diligentius in causis iustissimis volumus conualefcere, ne facile sit cuiquam praedito notabili prauitate morum, aut infami calumnia notato personam criminatoris assumere, aut testimonij dictionem in accusationem Episcopi profiteri. ] haecenus Imperatorum rescriptum: ex quo cum Damasus calumniis schismaticorum impetitus cognoscitur; tum Ursicinus exilio longinquo multatus, eodemque in praesens continuato, percipitur. Ex his omnibus suspectum redditur falsitatis, quod habetur in libro de Romanis Pontificibus; ipsum Neapolis in Campania fuisse post schisma creatum Episcopum: cuius quidem Episcopatus nec Marcellinus eius fautor in libello dato Theodosio, quo eius causam profecutus est, meminit; quod (ut puto) non tacuisset, si id verè accidisset. Hic quidem positum volumus Imperatorum à nobis recitatum rescriptum, cuius testificatione hoc anno decimo quinto Damasi datum constat: sed iam ad res à Theodosio Imperatore in Oriente pie gestas orationem conuertamus.

1. 6. de heret. C. Th. cod.

Hoc ipso anno, iisdemque Consulibus, quarto Idus Ianuarij Theodosius Imperator cum alijs Imperatoribus aduersus haereticos huiusmodi edidit sanctionem:

THEODOSII LEX CONS. TRARIANA NOS.

Nullus haereticis mysteriorum locus, nulla ad exercendi animi obstinationis dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiam si quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicitum ab huiusmodi hominum genere impetratum est, non valere. Arceantur cunctorum haereticorum ab illicitis congregationibus turbæ. Vnius & summi Dei nomen ubique celebretur. Nicænae fidei dudum à maioribus tradita, & diuinæ religionis testimonio atque assertione firmata obseruantia semper mansura teneatur. Photiniana labis contaminatio, Ariani sacrilegij venenum, Eunomianæ perfidia crimen, & nefanda monstrosos nominibus auctorum prodigia sectarum ab ipso etiam aboleantur auditu. Is autem Nicænae assertor fidei, Catholicæ religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum, & Christum Filium Dei vnum nomine consistetur, Deum de Deo, lumen de lumine: qui Spiritum sanctum, qui id quod ex summo rerum parente speramus, accipimus, negando non violat: apud quem intemeratæ fidei sensu viget incorruptæ Trinitatis indiuisa substantia, quæ Græci assertionem verbi, & recte credentibus dicitur. Hæc profectò nobis magis probata, hæc veneranda sunt. Qui vero iisdem non inseruiunt; desinant affectatis dolis alienum veræ religionis nomen assumere, & suis apertis criminibus denotentur, ab omnium summorum ecclesiarum limine penitus arceantur: cum omnes haereticos illicitas agere intra oppida congregationes vetemus. Ac si quid erecto factiosa tentauerit; ab ipsis etiam urbium mœnibus, exterminato furore propelli iubemus, ut cunctis Orthodoxis Episcopis, qui Nicænam fidem tenent, Catholicæ Ecclesiæ toto Orbe reddantur. Dat. III. Id. Ianuar. C. P. Eucherio & Syagrio Coss.]

\* substantia

Huius quidem edendæ sanctionis causa efficax illa præcessit, quod cum ab ipso Theodosio (ut vidimus) in fine anni superioris tradenda esset Ecclesia primaria Gregorio Nazianzeno, Ariani aded perfrepere, atque cetero tumultus, ut opus fuerit armato exercitu adire templum, & illuc Gregorium introducere: quos omnes vnâ cum alijs haereticis eiusmodi promulgato edicto Theodosius coercendos esse iure decreuit. Mentio huius legis, qua Photiniani interdicti sunt contentus, est in epistola Synodali Concilij Aquileiensis, de quo inferius. Post hanc autem sanctionem contigisse videtur, quod ex Sozomeno dictum est, Arianos exutos ecclesijs conuentus extra mœnia collegisse.

OBITU S. ATHANARI CI REGIS GOTHORVM. b. Marcellin. in Chron. c. Anomian. lib. 27.

Hoc quoque Ianuarij mense (inquit Marcellinus) Athanaricus Rex Gothorum cum quo Theodosius Imperator foedus pepigerat, Constantinopolim venit, eodemque mense morbo perit. ] de quo Ammianus hæc ait: Athanaricus proximorum factione genalibus terris expulsus, Constantinopoli fatali sorte deceffit, & ambrosiosis exequiis ritu sepultus est nostro ] nempe Gentilitio: non enim Christianus, sed Christianorum perfe-

A persecutor extiterat. Tanta clementia inerat Christiano Principi Theodosio, ut ea etiam voluerit hosti Christianæ religionis impertiri. Zosimus & ipse Ethnicus hæc vehementer admiratus, ita rem gestam scribit: Athanaricus à suis expulsus, se celeriter ad Theodosium contulit non ita pridem morbo liberatum, qui spem de vita dubiam fecerat. Theodosius vero hominem cum barbaris comitibus amanter excipit, spatium non exiguum extra Constantinopolim obuiam ei progressus. Cumque confestim extinctus fuisset, regia sepultura mortuum terræ mandauit: & tantam sepulturæ magnificentiam adhibebat, ut tam superbo funere barbaris omnibus obstupefactis, Scythæ quidem domum redirent, nec Romanos amplius infestarent, bonitatem Principis admirati: quotquot autem cum Rege vita defuncto venerant, custodiendæ ripæ fluminis Istris intenti, diu quo miris Romani vexarentur incursionibus, impedirent. ] hæc Zosimus.

Zosim. lib. 4.

B Sed & Themistius philosophus & ipse Gentilis, quanta bona Theodosij clementiam fuerint consecuta, admiratus hæc ait: Quibus munitus praefidijs, ô Rex, non sagittarijs, non armatis militibus, non Armenijs, aut Hispanijs, non equorum armatorum agmine ad extinguendam Scytharum flammam eguisti, sed tuo vsu consilio & prudentia, flamma illa per se extincta est. ] Verum & Orosius ex nostris: Vniuersæ, inquit, Gothorum gentes, Rege defuncto, aspicientes virtutem benignitatemque Theodosij, Romano sese Imperio dederunt. In iisdem etiam diebus Persæ, qui Iuliano interfecto, aliisque Imperatoribus sæpè victis, nunc etiam Valente in fugam acto recentissimè victoriae satietatem cruda insultatione ructabant: vitro Constantinopolim ad Theodosium misere Legatos, pacemque supplices poposcerunt. Ictumque tunc foedus est, quo vniuersus Oriens usque ad nunc tranquillissime fruatur. ] hæc Orosius. At Pacatus, Persas munera miseris Legatos, pacemque supplices poposcerunt. Ictumque tunc foedus est, quo vniuersus Oriens usque ad nunc tranquillissime fruatur. ] hæc Pacatus, Persas munera miseris Legatos, pacemque supplices poposcerunt.

Themist. orat. 6.

Oros. lib. 7. cap. 34.

QVID HÆRESIS, QVID VERA RELIGIO APERIAT.

Pacat. in Panegyric. Theodosij.

C deulisse ad Theodosium Imperatori, affirmat.

Quis hæc tot tantaque considerans, non admiretur, quot mala hæreses inuenerint in Orientem; & quot bona restituta postliminio Catholica fides secum attulerit: ut eodem ferè tempore quo scriberet Theodosius leges pro Orthodoxa fide aduersus hæreticos, eodem è Gothicis & Persis victoribus hostibus de inuenda pace Legatos idem exceperit? Hæc tam perspicua considerans pariter S. Ambrosius, scribens ad Gratianum commentarios de Spiritu sancto; ista præfatur: Etiam Constantinopoli iam verbum Dei recepit; & euentia meruit tui documenta iudicij. Etenim quamdiu venena Arianorum suis fotebat inclusa viscibus, bellis finitimis inquieta, murus armis circumsonabat hostilibus. Postea vero quam fidei exules abdicauit, hostem ipsum iudicem Regum, quem semper timere consueuerat, deditum vidit, supplicem recepit, orientem obruit, sepulchrum possidet. Quantos ergo & Constantinopoli, quantos postremo toto hodie in Orbe mundasti? Non mundauit Damasus (Deum alloquitur) non mundauit Petrus, nempe Alexandrinus; non mundauit Ambrosius, non mundauit Gregorius: nostra enim seruitia, sed tua sunt sacramenta. ] hæc Ambrosius: quibus planè & illud innotescit, haud ante præsentem annum ipsum ad Gratianum Imperatorem scripsisse duos libros illos de Spiritu sancto.

QVOT QUANTAQUE ROMANA SECVM VEHAT FIDES CATHOLICA.

Ambros. in prolog. lib. 1. de Spiritu sancto.

\* obtinuit.

Porrò hoc ipso anno hæc scripta esse ab Ambrosio, certum argumentum est, quod meminisset Petri, de cuius obitu, ipse nondum certior redditus esset: nam Timotheum nominasset, si scisset ipsum in locum Petri subrogatum fuisse. Quod verò spectat ad ipsum commentarium de Spiritu sancto ab Ambrosio ad Gratianum elaboratum: nescio quid sibi velit Rufinus his verbis: Ambrosius sanctus de Spiritu sancto non solum verbis, sed & sanguine suo scripsit: obtulit enim persecutoribus sanguinem suum, quem in se fudit, sed à Deo ad alios adhuc reseruabatur labores. ] hæc ipse; quem miror ignorasse libros illos, exposcente Gratiano Catholico Principe, scriptos, ab eo primum expertos, audeque susceptos, qui eundem Ambrosium ut parentem coluit, & aduersus Arianos, ut ipse testatur, suscepit patrocinium.

AMBROSII LIBRI DE SPIRITU SANCTO.

Ruffin. inuit. in Lion. non.

CONFVTATIONE RVFFINI NICALVM NIA IN HIERONYMVVM. Hieronym. epist. 1-5.

Sed & calumnia Rufini ibidem in Hieronymum illa est, dum subdit ea de causa ipsum interpretatum esse Didymum de Spiritu sancto, ut Ambrosij furta detegeret: siquidem longè antè quam Ambrosius in opus incumberet, illud aggressus fuerat S. Hieronymus, ut testatur litteris ad Damasum scriptis ex Oriente, antequam Romam redisset: nam in Orientem postea non nisi post mortem Damasi reuersus est, quod suo loco dicemus: ut planè appareat aliud fuisse consilium Hieronymi in opere aggrediendo, quam quod Rufinus calumniosè sugillat.



CHRISTI 381.

DAMASI PAPA 15.

GRATIANI 15. VALENTINI. 6. IMP. P. P. THEODOSII 3.

\*Pacat in Pa- negyric. Theo- dofy.

Quod rursus spectat ad felicitatem Theodosij ex pietate comparatam : præstat atidi-

\*I. 26. de E- pisco. Cleric. Cod. Theod.

Qui igitur fauendø pietati , quam amplissimos inde prouentus se præcoci messe colle-

CONCILIVM CONSTANTINOPOLI- TANVM. \*Socrat. lib. 5. cap. 8.

Hoc eodem anno mensè Maij celebrata est Constantinopoli Synodus centum quin-

\*Acholius

\*Eucherio \*Syagrio

QUI CONVE- NERINT AD SYNO- DVM ET CVR. Gregor. Nazian. in carm. de Vita sua.

Quod verò Socrates ait, diu antè accersitum fuisse Meletium Antiochia Constantino-

Mala auspicatur hic mihi celso à throno: Nam quicquid Ortus Præsulum (Aegyptum citra) Habebat usque ad inclytam Romam nonam Terra marisq; ex intimis recessibus (Quo concitatum calitus pacto, haud scio) Coit repente, firmet ut thronum mihi. Quos inter vnus vir erat pius admodum, Simplex, apertis moribus, plenus Deo, &c.]

describit enim Meletium illis ver-

CHRISTI 381.

DAMASI PAPA 15.

GRATIANI 15. VALENTINI. 6. IMP. P. P. THEODOSII 3.

A sibus, quos superius recitauimus. Ex his quidem duo consideranda sunt : afferere in pri-

Sed quòd Gregorius ait , se ignorasse quonam modo totius Orientis Episcopi , vt con-

C At quinquam de his potuerit dubitare , eum constet absque auctoritate Romani Ponti-

D reddere rationem : quia cum nec personam iudicandi haberet , subrepsit : & Synodum

E Inter alios autem insignes Episcopos Orientis , qui Constantinopolim venerant , fuit

VOCATI SECRETA.

DAMASVS ET THEO- DOSIVS SI- MUL AGVNT PRO PIR- TATE. Socr. Synod. lib. 16.

NON PO- TUIT SYNO- DVS AGE- RE QVIA ROM. PONT. VBIQVE CHALCEDON.

Damas. epi- stol. ad Episc. lib. 1. apud Theod. lib. 2. c. 22.

Socrat. lib. 5. cap. 13. Socr. lib. 5. cap. 9.

LITTERIS IMP. VOCA- TI EPISCO- PI.

Apud Theod. lib. 5. c. 9. GREG. NYSS. VENIT AD SYNODV. Hieronym. de script. Eccles. in Greg. Nyss.

Extat apud Syr. tom 1. die 12. Iubr.

EPISCOPUM  
INSIGNIO-  
RES HVIVS  
C. N. O. L. I. I.

pore persecutionis Valentis Imp. exilium passi fuerant, ut ipse Meletius inter primos adnumerandus, & alij, quos complexa est Theodosij constitutio, quam suo loco inferius recitabimus. Verum & praefto fuerunt plures ex illis, qui antea, Valentis tempore, pulsus Orthodoxis, Arianorum favore, vacantes sedes acceperant: hi enim tempore inferuientes, sub Catholico Imperatore aequae Catholicae fidei defensores se praebere, cum antea vel gratia ducum exercitus, vel favore aliorum magistratum in Episcopatum omnino licet indigni, nihilominus irrepsissent, de quibus omnibus fufius ipse Gregorius Nazianzenus inferius.

\*Socrat. lib. 5.  
cap. 8.  
b Sozom. lib.  
7. cap. 8.

Quod autem pertinet ad rerum in Synodo gestarum ordinem: errore quidem lapsi mihi videntur Socrates<sup>a</sup> atque Sozomenus<sup>b</sup>, qui post creationem Nectarij tradunt transactas fuisse in Synodo controuersias, actumque de perperam facta electione Maximi & alijs, quae in hac Synodo statuta esse reperiuntur. Nam quo modo id potuit accidisse, si restificatione Gregorij Nazianzeni (ut suo loco dicemus) satis aperte constat, post abdicationem ipsius Gregorij ante electionem Nectarij, qui prudentiores erant in Synodo Episcopi ob indignum facinus protinus secessisse? Rursum vero quo modo non prioris Synodi tempore de his actum esse dixerimus, si Meletius, qui ante abdicationem Gregorij mortuus est, ipsi Synodo reperitur esse subscriptus? Nos ergo concinnum magis ordinem rerum gestarum in Synodo prosequemur firmiori ratione subnixum. Qui igitur omnes conuocati Constantinopolim fuerunt, ut Gregorio sedem Constantinopolitanæ Ecclesiae stabilirent: antequam id agerent, aggressi sunt Maximi causam pertractare, qui aduersus Gregorium sedem exerebat, ordinatus ab Aegyptijs Episcopis eius sedis Antistes, & Episcopales ibidem functiones administrarat, utpote qui aliquot ordinasset, & in eorum eius Ecclesiae adfuerat.

PRIMUM DE  
MAXIMI  
ORDINATI  
ONE A  
CTVM.  
Theod. lib. 7.  
cap. 8.  
d Sozom. lib.  
7. cap. 9.

Percognita itaque fuit in primis, examinataque causa Maximi: iudicialis enim Ecclesiastica ordo id exigebat, ut antequam in sede legitimus collocaretur Antistes, eius qui primo fuerat perperam ordinatus, causa Maximi tractaretur. Quamobrem praepostero plane ordine cum Theodorētus<sup>c</sup>, tum Sozomenus<sup>d</sup> post Nectarij etiam creationem, qui successit Gregorio, abdicationem a Synodo factam Maximi collocant. Ceterum de eodem Maximo constat, S. Synodum in eam sententiam abiisse, ut communi consensu declararet, eum nec fuisse, neque esse Episcopum, clericos item ab eodem ordinatos omnis Ecclesiasticae functionis & muneris expertes vacuos abire debere: hæc Sozomenus. Addit Theodorētus, eundem Maximum hæresis Apollinaris sectatorem quoque fuisse conuictum, ob idque etiam Ecclesiastica communione priuatum: sed alij id postea Synodi vero canone quarto de damnatione Maximi ita decernitur:

QVOD DE  
CRETVM IN  
MAXIMVM.

Quod ad Maximum Cynicum attinet, & ea quae illius tempore inhonestè, indecentè, ac flagitiosè Constantinopoli acciderunt: decreuimus, ac censuimus, Maximum neque Episcopum fuisse, aut esse, neque eos qui ab eo in quocumque gradu Ecclesiae ordinati sunt, clericos vel fuisse, vel esse debere: omnibus his quae circa ipsum, vel ab ipso acta sunt, improbatis ac rescissis.

GREGORIVS  
CONFIRMATVR  
EPISCOPVS  
CONSTAN.

Eiecto igitur ab Ecclesia Maximo ante perperam intruso, coetumque Fidei illius interdicto, communi Patrum calculo probata confirmataque est electio Gregorij Nazianzeni, cui enim debebatur messis, nisi qui seminarat: cuiue domus, nisi qui cum eam dirutam inuenisset, edificarat? Id vero pergratum Deo, id hominibus veræ religionis cultoribus iucundum, id denique acceptum scientes Imperatori, omnes Episcopi mox læta citaque nulla cunctatione præpedita de sede Gregorij tulere suffragia, solus ipse mærens tunc erat & lugens, ut declarat illis versibus:

\*Gregor Nazianzenus in carm. de vita sua.

Sacris me collocant his sedibus

Flentem, gementem, &c.]

Addit enim, se vita illa causa per motum acquiescisse, ut dissidentes in Ecclesia Episcopos simul pace conciliaret, quod & perficere curauit: nam in dicendis sententijs in Synodo non nisi paci consuluit, de pace enim tunc egregiam habuit concionem, adiecit & alia, de quibus suo loco dicturi sumus.

Dato iam, obfirmatoque in Ecclesia Constantinopolitana Gregorio Episcopo, sublato in hunc modum schismate, ad concordiam vnitatemque omnibus vna redactis, iam de his quae spectarent ad fidem Catholicam asctitatum est inter Patres. Hoc namque ordine Synodum progressam esse, declarant eiusdem Concilij litterae ad Theodosium datæ inferius

A ferius describenda. De fide igitur tractaturis Patribus exhibitum fuisse volumen Occidentalium, eiusdem Synodi canon quintus significat. At quodnam scriptum per illud volumen Occidentalium intelligendum sit, explorandum est. Ad quod assequendum, illud considerandum: cum in dicto canone comprobari dicatur cum eo volumine etiam fidem Antiochenorum vnam substantiam in personarum Trinitate consentium: in eam sententiam adducimur, ut nihil aliud per volumen Occidentalium Patres intellexerint, quam professionem illam fidei à Damaso ex Concilio Romano<sup>a</sup> scriptam ad Paulinum Episcopum Antiochenum, quæ continet anathematismos aduersus omnes hæreses tunc temporis Orientalem Ecclesiam potissimum infestantes. recitat eam Theodorētus<sup>b</sup>, sed perperam mutato titulo, cum loco Paulini Episcopi Antiocheni apposerit ipse Paulinum Episcopum Theffalonicensem: quod cum de eadem scriptio egimus, superius dictum est. Rursum vero ipsum errasse diximus, cum eam suo loco minime ponit, post Concilium Constantinopolitanum collocans, quam constat scriptam esse ex Romana Synodo superius recensita: nam quo modo potuit ea Damaso scripsisse ad Paulinum Episcopum Antiochenum, quem (ut demonstrabimus suo loco) liquet tunc vna cum Damaso presentem fuisse Romano Concilio? Ex volumine igitur illò Occidentalium, nempe Damasi, elicita esse plenissimam de Spiritus sancti diuinitate assertionem in Symbolo in hac Synodo institutum collocatam, omnes qui eam legent, intelligent: ut non mirum sit, si de his quæ ad fidem spectant, Damaso Oecumenicam hanc voluerit Synodum nominari, in qua quid Occidens, quid Oriens, quid vniuersa demum Catholica Ecclesia, ipseque praesertim Romanus Pontifex quid de Spiritu sancto sentiendum esset, paribus votis, vnaque sententia ediderunt.

B Quod verò Patres qui eidem Constantinopolitano Concilio praesentes fuerunt, optime scirent Antiochenos communicationis Paulini recepisse à Damaso fidei professionem: haud potuerunt eosdem communicantes cum Damaso Romano Pontifice non recipere. Quamobrem ad tollendam omnem schismatis suspicionem, se eos recipere, publica attestazione decernunt, cum eiusmodi in eadem Synodo canonem statuerunt.

Quod ad volumen attinet Occidentalium: etiam eos qui sunt Antiochia, approbauimus, vnam consistentes Patris & Filij & Spiritus sancti diuinitatem. ] hæc canon in libello Synodicarum constitutionum<sup>c</sup>, necnon apud Theodorum<sup>d</sup>, sed paulo diuersè. Sic igitur ex his plane intelligis, ita diuisos fuisse inter se Christianos Catholicos Antiochenos, ut tamen id fieri absque schismatis labe contigerit: qua etiam conditione ea diuisio perseverauit in posterum.

D Præter autem Damasi volumen fidei, cognitum pariter fuit in hoc eodem Concilio atque ab omnibus absque cunctatione receptum Nicænum fidei Symbolum: Sed cum in eo parcius de diuinitate Spiritus sancti actum fuisset, eo quod nulla tunc hæresis ei aduersaria emerisset: placuit S. Synodo de Spiritus sancti diuinitate addere aliqua (ut olim de Filio in Nicæno Concilio factum fuerat) quibus aduersus omnes hæreticos eiusdem Spiritus sancti vna eademque cum Patre & Filio diuina substantia prædicaretur, idemque Dominus diceretur, quem seruum esse impij blasphemabant hæretici: scriptum namque fuisse in hac Synodo à Patribus libellum fidei, iidem ipsi testati sunt in epistola sequenti anno data ad Damasum & alios Episcopos qui Romæ conuenerant, his verbis: De his plenior cognitionem animis poteritis percipere, si libellum Concilio Antiochia conuocato de fidei decisione editum, & cum etiam qui superiori anno à Concilio generali compositus est, legere placuerit: in quibus tum fidem nostram vberius exposuimus, tum hæresibus nuper excogitatis anathema scriptis proditum denunciauimus. ] hæc ibi. Porro ipsum libellum fidei, siue dixerimus Symbolum summa deliberatione sanctorum Patrum examinatum, atque decretum, tradunt scriptum fuisse à S. Gregorio Nysseno Episcopo: quod sic se habet recitatum in Concilio Chalcedonensi<sup>e</sup>, his præmissis:

Sancta fides, quam exposuerunt sancti centum quinquaginta Patres, consona est sanctæ & magnæ Nicænae Synodo.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli & terræ, visibilium & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: non factum: homouion Patri (hoc est eiusdem cum Patre substantiæ) Per quem omnia

EDITVM IN  
SYNODO  
CONSTANTINOPOLITANORVM  
VOLUMEN OCCIDENTALIVM.

\*Estat tom. 1. Concil. in Damaso. Theod. lib. 5. cap. 11.

Concil. Constantin. 1. c. 5. Theod. in Notian. Photij.

DE DIVINITATE SPIRITVS SANCTI PATRES DECERNVNT.

Apud Theod. lib. 5. c. 9.

Nicoph. lib. 12. c. 13. & Conc. Chalced. lib. 2.

SYMBOLVM CONC. CONSTANTINOPOLITANORVM.

omnia

omnia facta sunt. Qui propter nos homines & nostram salutem descendit: Et incarnatus est de Spiritu sancto & Maria virgine humanatus est: Et crucifixus pro nobis sub Pontio Pilato, & sepultus: Et tertia die resurrexit: Et ascendit in caelos, sedet ad dexteram Patris: Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos: cuius regni non erit finis: Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum, & conglorificandum: qui locutus est per Prophetas. In vnam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptismum in remissionem peccatorum: Et expectamus resurrectionem mortuorum: Et vitam veturi saeculi. Amen.] subditur ibi: Omnes reuerendissimi Episcopi clamauerunt: Haec omnium fides: haec Orthodoxorum fides: omnes sic credimus.] idem reperitur apud Latinos, diuersa tamen translatione, & cum illo additamento, **FILIO Q.** quod quando, quae occasione appositum fuerit, suo loco dicturi sumus. Vt autem in Occidente infra sacrorum solemnium caneretur, recentior vsus fuit, non autem (vt aliqui putant) ex Damasi Papae decreto: nam auctoritate Ruffini <sup>a</sup>, qui his temporibus scribebat; liquet nullum aliud Romanam Ecclesiam nouisse in sacris ritibus, quam Symbolum Apostolicum. Tantum namque abest vt id Damaso tribui possit, vt quod careret hac consuetudine Occidentalis Ecclesia, Toletanum <sup>b</sup> tertium Concilium cum se profiteatur ab Ecclesia Orientali accipere velle laudabilem vsu.

<sup>a</sup> Ruffin. in exposit. Symbol. in prim.

<sup>b</sup> Concil. Tolet. 3. c. 2.

Post scriptum libellum fidei, consecutam esse in Synodo communi omnium Patrum sententia damnationem haeresum, decreto edito, eorum epistola ad Damaso scripta testatur <sup>c</sup>. Illum vero ipsum tunc ea de re ab iisdem Patribus sancitum canonem hic subicimus, qui sic se habet <sup>d</sup>:

<sup>c</sup> Apud Theod. lib. 3. c. 9.

<sup>d</sup> Ex libello Synodico. c. 1. Concil. PROBATAE FIDES NICAEA, DAMASCI, TYR. HAB. RESSES.

Ne reuictor, reprobatorve fides trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa Bithyniae conuenerunt: sed maneto ea firma ac rata. Et extrema execratione ac detestatione damnator omnis haeresis, peruersa & impia opinio, praecipue Eunomianorum, siue Anomaxorum, item Arianorum, siue Eudoxianorum, item Semiarianorum, siue Pneumachomachorum, Sabellianorum, Marcellianorum, Photinianorum & Apollinarianorum.] haec canon. At non tantum haereses, sed eorum auctores nominatim in hac Synodo fuisse damnatos, omnes aequè consentiunt.

Quod autem hoc eodem canone damnati scribantur haeretici Eudoxiani, ita dicti ab Eudoxio Episcopo Constantinopolitano, de quo superius: cum iidem desiderint Eudoxiani nominari, redactique essent vnde exierant, in classem Arianorum: accidit vt postea obscurum redditum fuerit Eudoxij quoque nomen. Inde q. est quod S. Gregorius <sup>e</sup> ita scribit ad Eulogium Episcopum Alexandrinum: Praeterea idem frater noster, nempe **Cyriacus D. Episcopus Constantinopolitanus**, omnia in suis Synodicis catholicè, Deo auctore, locutus est: quemdam vero Eudoxium damnauit, quem neque in Synodis damnatum inuenimus, neque à decessoribus eius in suis Synodis reprobatum. Et canones quidem Constantinopolitani Concilij Eudoxianos damnant: sed quis fuerit eorum auctor Eudoxius, minimè dicunt. Romana autem Ecclesia eosdem canones vel gesta Synodi illius haecenus non habet, nec accipit: in hoc autem eandem Synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum: Reliquas vero haereses, quae illic memoratae sunt, ab aliis iam Patribus damnatas reprobat. De Eudoxianis vero nihil haecenus agnouit. In historia autem Sozomeni de quodam Eudoxio, qui Constantinopolitanam Ecclesiam Episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narratur: sed ipsam quoque historiam sedes Apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur.] haec Gregorius. At praeter Sozomenum, à pluribus antiquioribus Patribus Eudoxium nefandae haeresis infamatum atque conuictum fuisse, quae dicta sunt superius manifestè declarant. Sed ex Gregorij verbis iacturam passa esse Romana archiua significantur, in quibus de rebus impie ab Eudoxio gestis & eius damnatione nihil praeterea reperiri daretur; quam quae à Sozomeno scripta essent. Cur autem factum sit, vt canones Constantinopolitani Concilij apud Occidentales in suspensionem adducti sint, vt eos nec vellent habere, nec recipere: dicimus postea id accidisse impostura Graecorum quorumdam veris falsa miscantium.

<sup>e</sup> Gregor. lib. 6. epist. 125.

Quod ad Semiarianos, de quibus saepe superius, damnatos hoc eodem Concilio pertinet: adhuc superstitem fuisse eorum antesignanum Eleusium Episcopum, & ad Synodum conuocatum, tradit Socrates <sup>f</sup>, cum ait: Ab Imperatore itaque & Episcopis, qui eandem cum eo fidem amplexabantur, modis omnibus laboratum fuit, vt Eleusium cum

<sup>f</sup> Socrat. lib. 5. cap. 8.

A

B

C

D

E

A suis ad concordiam fidei adducerent: eumque non solum legationis, quam Eustathius, & alij cum illo eorum nomine ad Liberium iam dudum Romanum Episcopum obierant, in memoriam redegerunt: verum etiam quod cum multo antè, nullo habito discrimine, sua sponte cum illis qui fidem Consubstantialis tuebantur, communicauerant: eosque nequaquam pie & religiose facturos, si cum antea consentientem cum illis de fide opinionem agnouissent, iam rursus ea quae praeclare decreuerant, penitus euertere molirentur. Verum apud illos nec admonitioni, nec reprehensioni locus relictus fuit: Nam se malle opinionem Arianam asseuerare, quam fidei Consubstantialis assentiri, dixerunt. Quae cum respondiissent, Constantinopoli abscesserunt; perque litteras populo cuiusque ciuitatis significauerunt, vt fidei Concilij Nicæni minimè consentirent.] haecenus Socrates. De consuetudine verò Eleusij cum Catholicis olim tempore Constantij, dictum est supra

ELIUSII HAERETICI OBSTINATIO.

B ex Hilario.

His autem in sacrosancto Patrum Concilio pro fide Catholica aduersus haereticos eam labefactantes stabilitis: ad pacem inter Catholicos initam conseruandam aliud decreuit recentis mali occasione à sancta Synodo excoGITATUM est. Quod enim Aegyptij Antistites, Petro Alexandrino Episcopo (vt vidimus) annuente, praesumpsisent in tam remota à sua diocesi ciuitate Episcopum ordinare: eiusq. rei adeo perperam facta causa destrudenda opus fuerit (vt diximus): tot ex vniuerso Oriente Constantinopolim Antistites conuenire, vt statum illius Ecclesiae perturbatum componerent: ne id ulterius à quouis praesumeretur Antistite, quae decreta fuerant in Nicæno Concilio de distinctione dioceseon innouantes, eiusmodi canonem Patres sancierunt <sup>a</sup>:

DECRETUM DE SERVANDIS LIMITIBVS DIOCESEOS.

<sup>a</sup> Concil. Constantin. can. 2. ex libel. c. 11. Synod.

Qui ultra quamque diocesim sunt Episcopi constituti, ne ad Ecclesias extra suae administrationis fines sitas accedunt, neque confundunt Ecclesias. Sed secundum canones <sup>b</sup> Alexandrinus quidem Episcopus res Aegypti dumtaxat administrato. Orientis autem Episcopi Orientem solum regunt (reseruat Ecclesiae Antiochenae iis quae in canonibus Nicæae editis continentur, dignitatibus, praerogatiuisve) Asiaticae item administrationis Episcopi res Asiaticae dioceseos dumtaxat regunt. Item Pontici res Ponticas solas, similiter Thracij Episcopi res Thraciae administrationis administrant. Inuocati autem neque accessiti Episcopi ultra diocesim ne accedunt, neque ordinandi, neque alias Ecclesiasticas res administrandi causa, obseruato veteri superscripto canone de dioceseibus. Nam hoc clarum & manifestum est, quod in quaque prouincia, praesenturave ipsius prouinciae Concilium administrare debeat ea, quae Nicæae decreta atque statuta sunt. Ecclesias autem Dei in barbaricis nationibus constitutas administrari

tom. 1. Concil. <sup>b</sup> Concil. Nicænae. c. 6.

D oportet secundum eam quae obtinuit, & in vsu habetur, consuetudinem Patrum.] haecenus ibi: haecque omnia ex praescripto Nicæni Concilij sibi visi sunt agere. Vnde in epistola Synodali anno sequenti ad Damasum data haec leguntur <sup>c</sup>: De administrationibus autem quae sunt cuiusque Ecclesiae propriae, cum vetus (vt nostis) lex est, tum sanctorum Patrum in Concilio Nicæno decisio: vt videlicet singularum prouinciarum Antistites vna cum finitimis, modò id ipsum visum fuerit Episcopis, ministros ad Ecclesiarum commodum in suis ipsorum prouinciis ordinent. Ex cuius legis & decisionis praescripto scitote tum alias quoque Ecclesias apud nos administratas esse, tum illustrissimarum Ecclesiarum sacerdotes electos.] sic ibi. Porro ad hunc canonem haec habetur appendix adiecta <sup>d</sup>:

<sup>c</sup> Apud Theod. lib. 5. c. 7.

<sup>d</sup> Concil. Constantinop. c. 4. alibi 5. apud Theod. 3.

B secundum Episcopum Romanum, idè quod Constantinopolis nota Roma est.] haec ibi in cuius canonis explanatione ait Theodorus, fuisse olim Byzantij Ecclesiam sub metropoli Heraclae, sed hisce postea auctam priuilegijs cum à Constantino collatis, tum ab hac Synodo impertitis, primum post Romanam Ecclesiam locum obtinuisse. Sed quod in eo commenticium prorsus illud priuilegium (vt vidimus) habeatur, quo ea dicuntur ab ipso eidem Ecclesiae esse collata, quodque insuper (vt ex S. Gregorio nuper recitantur) Romana Ecclesia non nisi quae in causa fidei ab hac Synodo essent decreta recepisset: hinc illud libera voce Gelasius Papa <sup>e</sup> aduersus Acacium profert elogium: **Cuius sedis Episcopus? Acacius scilicet:** cuius metropolitanae ciuitatis Antistes? nonne parochus Heracleensis Ecclesiae? &c.] Sicine mutus fuit Timotheus Alexandrinus Episcopus, vt praefati sibi aequo animo Constantinopolitanum Antistitem passus esset? At praeter id quod constat hunc canonem à Romana Ecclesia minimè fuisse receptum; imposturae nomine

CANON DE SEDE CONSTANTINOPOL. QVAELIS HABEANTUR.

<sup>e</sup> Gelasius Papa epist. ad Episcop. Damas. lib. 1. c. 1. Concil.

CHRISTI  
381.DAMASI PAP.  
15.GRATIANI 15.  
VALENTIN. 6. IMP. P. P.  
THEODOSII 3.

nomine etiam suspectus habetur, immò planè additicius esse atque suppositus, vel ea saltem ratione docetur, quòd in Synodo, immò post absolutam Synodum Chalcedonensem, id tamquam ibi in ea Synodo factum vsurpare conatus Anatolius Constantinopolitanus Episcopus, mox Leonem Romanum Pontificem expertus est sibi acerrimè aduersantem. Quòd si id ante Constantinopolitanæ sedi concessum fuisset ab hac Oecumenica Synodo: satis erat Anatolio præsentem citare canonem, cuius numquam vel leuè saltem habuit mentionem: qui quidem canon si exitisset, fuisset omninò sæpè citandus, cum S. Leonis sibi refragantis litteris tantopere vigeretur.

<sup>a</sup> Socrat lib.  
5. c. 2. <sup>b</sup> Sozom. lib. 7. c. 8.

Quod si quis obiciat, huius canonis mentionem haberi apud Socratem <sup>a</sup> & Sozomenum: dicam maioris apud me argumenti esse, quòd cum Episcopi, qui sequenti anno Constantinopoli conuenerunt, scripserint litteras ad Damasum de rebus hoc anno gestis in Synodo, nullam penitus habuere huius canonis mentionem: qui quidem si sancitus esset, minimè prætermittendus fuisset. Rursum verò quòd hic canon aduersari videatur superiori edito canonem: haud par est credere ab eadem Synodo eundem esse decretum. Quoniam modo, quæso, ex præscripto Nicæni Concilij voluit S. Synodus quibuscumque prouinciis iura sua integra esse seruata, si in præiudiciu aliarum Ecclesiarum vni Ecclesiæ Constantinopolitanæ tanta contulit? Certè nisi canonem istum commenticiu fuisse dixerimus, ille saltem post hæc primò decreta, postque Nectarij electionem sancitus esse dicendus erit, ab iis qui remanserunt Constantinopoli Episcopi Orientales; quorum (vt dicemus) tantum studium fuit, vt Orientalem Ecclesiam etiam præferrent Occidentali: ipsorumque decreto tunc factum, vt Episcopus Constantinopolitanus curaret Ecclesias non Thraciæ tantum & alias proximas, sed Asiæ quoque. Nam in Concilio Chalcedonensi, vbi actum est de iure ordinationis Episcopi Ephesini totius minoris Asiæ Metropolitanæ, hoc spectare ad Episcopum Constantinopolitanum, proclamarunt clerici eiusdem Constantinopolitanæ Ecclesiæ, id sibi ex huius Synodi canone vendicantes: hæc enim ibi leguntur <sup>b</sup>: Clerici Constantinopolitanæ Ecclesiæ clamauerunt: Ea quæ sanctorum Patrum centum quinquaginta sunt, teneant priuilegia Constantinopolis, ne depereant: Ordinatio secundum morem ab Archiepiscopo nostro fiat. ] ita ibi. Et ne putes iuris fuisse Episcopi Constantinopolitani Episcopum Ephesinum tantum deponere & ordinare: ex S. Ioannis Chrylostomi Actis constat ipsum non solum eius vrbs Antistitem deposuisse, sed & alios plures Asianos Episcopos, aliosque in ipsorum locum substituisse. Quinetiam ex alia eiusdem Synodi Actione pariter intelligitur <sup>c</sup> Bithyniæ prouinciæ Ecclesia posita fuisse ex priuilegio sub dicecesi Constantinopolitana. At hæc quidem non nisi huius Synodi auctoritate potuit huic temporis proximus sibi vindicare Chrylostomus, qui successit Nectario, substitutus ipse Magno Gregorio, qui hoc anno in eiusdem Ecclesiæ thronum ab hac Synodo euectus est: haud enim par est credere tantum Episcopum ea sibi vsurpassè absque maioris Synodi auctoritate.

<sup>b</sup> Concil. Constantinop.  
Act. 11.

<sup>c</sup> Concil. Chal.  
Act. 13.

<sup>a</sup> Can. 6. & 7.  
ex libello Synod.  
nod. Constit.  
tom. 1. Concil.  
<sup>b</sup> Estat in libello  
Constit.  
Synod. 10. 1.  
Concil.

Denique canon <sup>d</sup> in hoc eodem Concilio statutus reperitur de accusationibus Episcoporum; nouissimè verò quo modo ab hæresi redeuntes hæretici recipiendi forent. Quibus omnibus absolutis, hæc ad Theodosium Imperatorem iudem Patres simul conuenientes conscripserunt <sup>e</sup>:

Religionis ac pietatis obseruantissimo, Dei que amantissimo Imperatori Theodosio sanctum Concilium Episcoporum, qui ex diuersis prouinciis præfecturisve Constantinopolim conuenimus.

SYNODIA AD  
THEODOSIVM  
LITTE  
TERA PRO  
CONFIRMATIONE.

Initio quidem nostri ad tuam pietatem scripti, gratias agimus Deo, qui tuæ pietati Imperium constituit ad communem pacem Ecclesiarum, & sanæ fidei confirmationem. Agentes autem Deo debitas gratias, necessaria quoque ea, quæ acta sunt in sancto Concilio, ad tuam referimus pietatem: nempe quòd ex quo tempore ex mandato tuæ pietatis Constantinopoli conuenimus, primum quidem mutuam inter nos concordiam renouauimus: deinde verò breues etiam præscriptimus ac prænuiciauimus quosdam quasi terminos, regulasque, quibus & Patrum qui Nicææ congregati fuerunt, fidem confirmauimus comprobauimusque, & quæ aduersus eam obortæ sunt, peruersas hæreses ac prauas opiniones extrema cum execratione ac detestatione reprobauimus. Præterea etiam ad rectè constituendum ac ordinandum statum & disciplinam Ecclesiarum, certos canones statuimus ac præscriptimus. Quæ omnia huic nostro scripto subicimus. Rogamus igitur tuam clementiam, vt per litteras tuæ pietatis ratum esse iubeas, confirmesque Concilij de-

lij de-

CHRISTI  
381.DAMASI PAP.  
15.GRATIANI 15.  
VALENTIN. 6. IMP. P. P.  
THEODOSII 3.

lij decretum: & sicuti litteris, quibus nos contuocasti, Ecclesiam honore persecutus es, ita etiam summam eorum quæ decreta sunt, conclusionem sententia atque sigillo tuo corroborea. Dominus autem Imperium tuum in pace & iustitia stabiliat, transmittatque & producat in multas & infinitas vsque ætates & generationes, atque ad terrenam potentiam cælestis quoque regni gaudium & fructum adiciat. Gratificetur Deus Orbi terrarum, vt te, qui re vera pietatis studiosissimus, Dei que amantissimus Imperator es, valentem, omnibusque præclaris rebus florentem & excellentem videat: id quòd sancti etiam ab illo precibus ac votis petunt & orant. ] hæstenus Patres, qui his sancitos canones subiecere.

Quòd autem adeò studiosè exposcunt statuta in Synodo ab eo confirmari, atque sigillo muniri: id quidem prudenter, quòd eo modò sibi fidem Imperatoris stabilem duraturam oppignerarent: vt pote qui experti essent Valentem Imperatorem in deterius esse mutatum. Porro eandem Synodum Constantinopolitanam confirmatam fuisse à Damaso Papa, Photius tradit in libello de septem Synodis: quòd sanè intelligendum est in his quæ spectant ad fidem Catholicam, vt ex sententia S. Gregorij paulò superius est declaratum. Ceterum auctoritate eiusdem Damasi, eadem ex parte, hoc Concilium constat obrinuisse nomen Oecumenici: eo enim nomine posteri omnes ipsum nuncupare soliti sunt. Etenim tantum roboris & firmitatis quælibet Synodus consequi solet, quantum eidem auctoritatis impertit Romana Ecclesia, ipsa Apostolica sedes: quòd multis exemplis demonstratum est, & alias sæpè continget inferius diuersis temporibus demonstrari.

CVR VO-  
LVNT CON-  
FIRMARI  
AB IMP. DE-  
CRETA CON-  
CILII.

Post hæc autem consecuta est subscriptio Patrum, ita tamen, vt nomina postea superuenientium Episcoporum, nempe Timothei Episcopi Alexandrini, Dorothei Oxyrinchi in Ægypto Episcopi, & aliorum, immò & Nectarij, qui post abdicationem Gregorij creatus est Constantinopolitanus Episcopus, fuerint superadiecta. Sed perperam factum, nescimus à quo, vt quoniam Gregorius nuncium remisit sedi, qui antè subscripserat Episcopus Constantinopolitanus, inueniatur inter Episcopos prouinciæ Cappadociæ & vltimo loco positus, quasi non fuerit Constantinopolis Episcopus, sed Nazianzi. Nec est quòd quis dicere possit, post eius abdicationem, & subrogationem Nectarij, Patres Synodo subscripserunt. Nam id omninò falsum esse, ex eo conuincitur, dum subscriptus huic Synodo reperitur Meletius Episcopus Antiochenus, post cuius mortem liquet Gregorium sedem reliquisse, eamque tandem collatam fuisse Nectario, qui vltimo loco habitæ Synodo suum apposuit chirographum, sed librarius qui excerpserat, imprudens quidem (si tamen velimus dolum malum abfuisse) quòd sciret sedem Gregorij collatam esse Nectario, sublato à Gregorio eius sedis titulo, ne duo simul inuenirentur subscripti Constantinopolitani Episcopi Gregorius & Nectarius, illum inglorio patriæ tantum nomine, exiguæ ciuitatis Episcopum vltimo deposuit Cappadocum Antistitem loco, Nectarium autem titulo Episcopi Constantinopolitani in eadem subscriptione recensuit, quòd scilicet absurdum sibi visum esset, duos eiusdem sedis ibidem Antistites nominari.

DE SUBSCRIP-  
TIONE E-  
PISCOPO-  
RVM.

Licet autem ita, vt dictum est, sacrosancta Synodus fuerit absoluta, atque præsentium Episcoporum subscriptione firmata: noui tamen euentus retinere Patres, ne recederent Constantinopoli, sed illic diutius morarentur. Fuit moræ prima causa, ex qua aliæ confluxere, obitus Meletij Episcopi Antiocheni, viri quidem ob consummatam longæuam ætatem in exiliis, ad quæ ob tuendam Catholicam fidem tum à Constantio, tum à Valente Arianis Imperatoribus sæpius pulsus fuerat, aliaque pro pietate officia honestissimè perfuncta, omnium ore laudati, summaque veneratione ab omnibus culti. Laudauit eum tunc Gregorius Nyssenus <sup>a</sup> panegyrica illa oratione, cuius est exordium: Auxit nobis numerum Apostolorum nouus Apostolus, qui coopatus est in ordinem Apostolorum, &c. ] Immo ante ipsum alius ex Patribus, fortasse Amphilocheus disertissimus vir, pro concione pariter eiusdem persecutus fuit laudes Meletij: quòd idem Gregorius illis verbis testari videtur, quibus ait <sup>b</sup>: Meministis omnino, quemadmodum vobis ante hanc nostram habita oratio labores & certamina viri exposuit, quòd cum per omnia sanctam Trinitatem honoraret, etiam in numero certaminum honorem conseruaret, vt qui in tribus incurssionibus decertauerit: audistis continuationem, contextum & seriem laborum, qualis in primis, qualis in mediis, qualis esset in postremis, &c. ] vt pote qui sub Constantio primum, inde sub Iuliano, demum sub Valente Augustis gloriosa

DE OBITU  
MELETII  
EPISCOPI AN-  
TIOCHENI.

<sup>a</sup> Greg. Nyss.  
orat. in fune-  
ro Meletij.

<sup>b</sup> Greg. Nyss.  
ibid.

pro fide certamina obiisset. Quomodo autem publico & celebri funere fuerit honoratus, A idem Gregorius in fine sic habet:

EVNVS ME- LATII.

Exponite bonas narrationes, dicite miraculum, cui fides derogetur: Quomodo maris in modum condensati, innumerorum hominum populus, vnum continuum corpus vniuersi erant, tamquam aqua quædam circa tabernaculi pompam astuantes: Quomodo præclarus Dauid multifariam multisque modis in innumeros ordines sese distribuens inter diuersæ simul & eiusdem linguæ homines circa tabernaculum tripudiabat & saltabat. Exponite studium totius populi, Apostolorum contubernium, quomodo sudaria faciei eius ad præsidium atque custodiam Fide- lium dispergebantur. Adiciatur orationi etiam Imperator mærens ob calamitatem, & è folio exurgens, totaque ciuitas vnà cum pompa sancti transiens: & consolamini vos inuicem in sermonibus istis. post hæc verò de Meletio in cælo cum Deo agente: Intercedit autem pro nobis & populi erratis, &c. hæc Gregorius Nyssenus coram amplissimo Patrum Senatu: vt probè intelligas, id ipsum esse professum, quòd vniuersum Concilium & cum eo Catholica Ecclesia piè crederet, sanctos in cælo pro nobis apud Deum preces fundere.

MELETII CORPORIS TRANSLATIO ANTIOCHIAM.

Exiat apud Lipsiæ die 12 Febr. & Stat. 10. I. ea die.

Gregor. Nazianzenus in carmine de vita sua.

Sozom. lib. 7. cap. 10.

ACTVM IN SYNODO DE ORDINANDO SVCCESORE MELETII.

Translatum deinde fuit corpus eius Antiochiam, ibique summo honore exceptum, anniuersariaque celebritate perpetuâq; memoria consecratum, nomine eius relato in tabulas Ecclesiasticas die festo iugiter celebrando. Euoluto autem lustro, postea S. Ioannes Chrysostomus in laudem eius habuit fræquenti populo concionem. Quod verò tertio Idus Februarij Meletij memoria in publicis monumentis legatur adscripta: non quidem quod ea die ex hac vita migrarit, id factum est: cum constet æstiuo tempore esse defunctum; sed quòd, more maiorum, vel ea die fuerit Episcopus ordinatus, vel fortè quòd Constantinopoli Antiochiam ea die transferri contigerit. De cuius translatione Gregorius Nazianzenus ita iambicis breuiter agit:

Ecclesiamq; vêtus est post ad suam Theaurus ingens, hoc bonum agnoscentibus.]

Rursum verò de translatione reliquiarum Meletij hæc Sozomenus: Meletij reliquæ Antiochiam translatae, iuxta loculum Babylæ martyris conditæ fuerunt. Fertur autem, eas regia continuè via ex Imperatoris mandato intra mœnia in ciuitates fuisse receptas præter consuetudinem Romanis vîsitatam, & alternatis psalmodiarum cantibus vnoquoque in loco honoratas, donec Antiochiam vsque transportarentur. hæc Sozomenus. Gregorius Nazianzenus de eodem sancto Meletio tradit, ipsum morientem commendasse Episcopis pacem Ecclesiæ: Ex cuius planè sententia, de non subrogando alicui in locum ipsius à prudentioribus in Synodo agi coeptum, idem Gregorius affirmat: sed per factiosos quosdam Flauiani studiosos, qui in locum Meletij sufficiens ipsum Flavianum Antiochenum presbyterum conabantur, conflatae sunt turbæ, tumultusque concitati non leues: de his enim ita Gregorius:

De non mouenda re statim captum est agi, Quam turbulenti scilicet urgebant viri: Hoc molientes improbi, vt tunc vnico Opponeretur Prasuli Prasul nouus.]

Iam dictum est, diuisum à tempore Iuliani, citra tamen schisma Orientem ab Occidente ob Meletium atque Paulinum Catholicos Episcopos Antiochenos, studuisseque Orientales Meletio, Paulino autem, quem creauerat Lucifer Calaritanus, fauisse Ægypti Episcopos & omnes Occidentales. Porò seniores, prudentioresque pacis cupidi Patres ex facta iam ante transactione, quam diximus, cessandum esse ab ordinando successore Meletij, æqua lance rem tantam pensantes, existimabant: erat autem minor longeque inferior horum numerus, respectu eorum qui contrarium suadebant, indignè ferentes ordinatum ab Occidentali Episcopo præesse Orientalibus populis.

SENTENTIA GREG. NAZ. FEBRUARIANA.

Cum de tanto negotio Patrum sententiæ rogarentur, Gregorius Theologus grauissimam sanè sententiam dixit: cui quidem si paruissent ceteri, ingens illa discordia fuisset penitus consopita, immo prorsus extincta. suadere enim conatus est, vt sineretur Paulinus iam

iam ætate consumptus, paucis diebus quibus vita superstes foret, solus sedere Episcopus Antiochenus; eo verò defuncto (ne quid suorum iurium Orientales dispendij paterentur) in defuncti locum tunc subrogarent quem cuperent: ita namque fore, vt Oriens & Occidens summa concordia iungerentur: quod si secus fieret, discordias nouas iterum pullulare, & veteres recrudescere oportere.

Hanc autem ipsam quam Gregorius sententiam dixit, in Vita sua carmine scripta, iambicis exarauit metris, vbi post multa, quibus eos ad pacem exhortaretur, & exacerbatorum molliret animos, dicta, quid ipse sentiret, his explicat:

Thronum retineat, qui tenuit ad hunc diem, nempe Paulinus.

Quid hoc nocebit, paulo si diuini Nos lugeamus hunc virum, mos vt vetus Ferebat? Aetas post dabit cana exitum Rebus secundum, quibus mortales manet Omnes caduce terminus vite. bonus Abibit ille morte, quo pridem cupit, Functus, datori spiritum reddens. Deo. Plebisq; tum nos scilicet concordibus, Antistitumq; calculis prudentium, Alium, fauente Spiritu, dabimus throno, Si forte presens opprimi poterit malum.] scitum sanè probumque consilium.

B

& post multa:

Cedamus ipsi paululum, palma amplior Hinc vt paratur, nosq; seruemur Deo, Seruemus atque perditum Orbem pessime, &c.]

C

At quid consultissima hac sententia profecit Gregorius? nihil prorsus: tantumque abfuit, vt quod vellent, persuaderet, dissidentesque in concordiam reuocaret; vt contrariæ factionis Episcopos magis magisque ad iram prouocaret, reddideritque eorumdem animos odio concitatos; in se ipsum hæc sapientissimè perorantem, iustaque suadentem, in senos ac planè implacabiles, vt pote qui illis visus esset ab Occidentalibus stare, eorum causam fouere, patrocinarique sententiæ Damasi Romani Pontificis Paulino studentis. id enim versibus illis Gregorius ipse significat, quibus ait:

Hæc conciones comprobant nostra, licet Saxis petite: liuor unde in me improbus Exarsit.] & quæ sequuntur.

D

Ceterum qua cœperat animi constantia dicere quod equum, vtile, omni que ex parte optimum videbatur, eadem persequeretur in finem, contestatus se cessurum throno potius, quam vt illis iniusta, damnosa, in omnibusque pessima decernerentibus inhæresceret: quod his quoque versibus explicat:

At mihi carentem vos, throno concedite Vitam, periclo liberam, cæsi ingloriam: Illic sededo, nulla vbi sedes malis. Hoc namque præstat, ceteris quam vt miscear, Meamq; nec eos flectere in sententiam Possim, nec illos rebus in prauis sequi, &c.]

E

Quid demum illi post nouissimam hanc contestationem Gregorij? ipsum probè describentem audiamus: ait enim:

Clamitant illi undique, Vt graculorum turba, rem vnã moliens Inuenum caterua (quam tabernam diceres) Trahensq; turbo puluerem venti emuli: Dignatus esset cum quibus nemo metu Sancto, thronoq; præditus, quicquam loqui: Præposere vt qui funderent verba, & velut Vespe insilirent concito in frontem impetu. At hos secutus est tamen cæcus senum

GREG. FAVRE VISVS OCCIDENTALIBVS CONCITAT ADVERSARIO.

SENIORES SEQUUNTUR IUVENVM SENTENTIAM.

Motus inuenta feruidos, quos par erat Frenare.] hæc ipse.

At non omnes puto senes Orientales de electione Flauiani tumultuantes alios esse sectatos sed ex iis aliquos erga eundem Flavianum nimium studiosos, resiliisse autem sanctissimos confessores veri amantes, quibus æquæ ac Gregorio mens nulla priuata cuiusquam flecteretur affectione.

Ceterum minimè leuis hæc quidem culpa fuit,noxæ uenit, sed ea planè quæ turpem illis notam inuissit; cum præsertim qua ratione, quæue prætextu rem prorsus iniquam uelarent, nullum habuerint: cum iidem miseri ut consulerent pudori, primorum instar parentum, opus habuerint consilere ficus folia, quibus denudata peccato uerenda contegerent. At quænam ista? ridebis cum Gregorio, si audies. Factiosi enim illi quo probarent præstare Orientalem Ecclesiam Occidentali, quod omnibus aliis destituerentur probationibus & argumentis, vnâ illam rationem afferebant, dicentes: Quoniam Christus in Oriente natus est, idcirco potior esse debet auctoritas Orientalis Ecclesie. Scitè quidem, nisi eadem ratione contra eos dicendum quoque fuisset, Ægypti prouincie, quæ iungitur Iudæorum regioni, in qua natus est Christus, potiora esse iura debere, quàm aliarum remotiorum prouinciarum; ob eamque causam controuersiam illam ad iudicandam fore Paulino, cuius electioni ( ut sæpè diximus ) fauuit in primis Magnus Athanasius, & omnes Ægypti Pastores.

At indignam prorsus tanto coetu sententiam, & perpetuo silentio condemnandam, ipse Gregorius deridet hisce uerbis:

Ratio porrò quàm scita, aspice: Debere nostras nempe res Solem sequi: Ortum hinc trahentes, unde regnator poli Nobis, amictus carne, primum splenduit.] & inferiùs his alludens: Aduersa stabat his tumens Phæbo phalanx.]

Porrò quales nam essent, qui ad eò insulsa effutirent, pluribus docet, nempe Episcopos, qui temporariam solummodo habere fidem & cum Principibus mutarentur, quorum arbitrio solummodo esse Catholici, uel hæretici: horum uerò inconstantiam & perditum studium idem Gregorius hac sugillat ironia:

Alloquimur omnes: intret huc quisquis uolet, Fidem licet his, pluries aut uerterit. Nunc nundinarum tempus est, questu sine Nullus recedat. Versa erit quando alea, (Mutationem facile nam tempus capit) Artem ipse calles: prouinus rursus exeat.] hæc ipse, & alia plurima de iisdem omni contemptu dignis Episcopis.

Ex quibus colligere potes, quali quantòue liberamento iustitiæ, Romana Ecclesia huius Synodi canones respuerit, & tantum quæ de fide statuissent, discernens pretiosum à uili, summa auctoritate amplexa fuerit; utpote, quod nihil præterea noui in ea appositum fuisset, sed quod antiquitus traditum, diuini Scripturis probatum, à ueteribus Patribus custoditum, & à recentioribus scriptoribus declaratum, nimirum à S. Basilio, qui decesserat, & Gregorio Nazianzeno atque Nysseno, qui aderant: quod uerò magnæ uidebatur esse securitatis atque fiducia, omnia iidem decreuissent secundum quod acceperant per recitatum in Synodo uolumen Damasi ab Occidente. At cur, dices, summa auctoritate idem Damasus eiusmodi Synodum honestauit, paremque Nicænz esse statuit, cum eidem Oecumenicæ nomen indiderit, utpote cum qua tum Oriens, tum Occidens conspirarint consenserintque, si tamen indignam existimauit, cuius præter id quod de fide in ea statutum fuisset, cetera probarentur? Ex nuper dictis causam ipse conuicere poteris, quam tibi apertius pandam.

Intelligis, puto, testificatione Gregorij Nazianzeni, quales exceptis paucis, tunc esse solerent Episcopi Orientalis Ecclesie, quo modo fidem habere consueuerint pro ratione temporis mobilem, & non nisi ad priuatum commodum accommodatam: cuius quidem rei non Gregorius dumtaxat, sed & Basilius suis scriptis locuples testis accedit, ut suo loco superius est demonstratum. Quod ergo Macedoniana & Eunomiana hæresis inualuisset in Oriente, licet eam Damasus in Concilio Romano damnasset, cum idem per-

FVTLÈ AR- GUMENTVM ADVERSA- RIONVM.

Greg. Naz. in eadm. de Vita sua. QVALES EPISCOPI TVM VL- XVANTES.

CONSILIVM DAMASI DE CONC. CONSTANTINOPOLYCVMENICO NOMINANDO.

A percepisset ab amplissimo Patrum conuentu, ab omnibus inquam qui tunc post persecutionem colligi potuerunt Orientales Episcopi, ipsas damnari, Nicænzque fidem firmiter stabiliri: oblatam ansam libenter arripiens, quo eodem motu leues in officio contineret, firmaretque, ipsi Synodo summam est impertitus auctoritatem, ut sic iidem suis ipsorum uinculis firmiter stringerentur, qui posthac nefas ducerent, quod summo consensu fuerat institutum, & ab Occidentalibus receptum, ac sublimi loco repositum, solita leuitate conuellere, atque infringere temeritate. Quod quidem consilium Damasi magno fuisse Catholicæ Ecclesie emolumento, euentus edocuit. Sed ad res in Synodo gestas redeamus.

Quod autem in ea Synodo suprema uideretur esse Gregorij Nazianzeni auctoritas, tum ex eminenti doctrina, fideque Catholica, tum optimis moribus longo usu rerum ad senectam usque indefesso studio propagata ( ut omittam dicere de throno sublimi, in quem nuper euectus erat ) haud ausi sunt improbi tentare tanti uiri constantiam, quem cuperent ad uota pertrahere, quo æstimatione Gregorij suam ipsorum ualere turpitudinem honestare. Quid faciunt contentiosi illi & malè compositi iuniores Episcopi? Quod scirent & reliquos seniores Episcopos inuitos obrortoque collo ab eis traduci abque Gregorio; ausi sunt illud ipsum quod conabantur de Flauiano, per eius familiares eidem suadere. At quàm procul abfuerit ut ab his ipse Gregorius ageretur in præceps, ita idem narrat:

Quid me necesse est dicere, quibus uocibus Ab his amicis nostra canities fuit Tentata? cum illi cederent primas mihi, Aliquid perentes pro fide summa? A fido amico, sed fide summa in malis: Nempe ut inuarem rebus hos in omnibus In omnibus ne? Finxit hoc quisnam sibi, Quo turbam sequeretur ipse, non gnatum Dei? Natura sursum fontium tendens prius, Partesque ad imas flamma labetur uorax, Quam quid salutis perfidus prodam mea. Eximere cepi hinc ipse de medio pedem.] sicque indignans abscessit è Synodo.

Quid demum? Cum è Synodo Gregorius recessisset, qui remanserunt communibus votis eligunt Flavianum presbyterum Antiochenum Meletij successorem: sicque continuata est prior discordia, ut vnus Ecclesie Catholice populò duo præessent Episcopi, nempe Paulinus, atque Flavianus: sed & his defunctis; eorum successores in locum ipsorum successit, ad eò ut usque ad annum Domini quadringentesimum octauum minime ualuerit ( licet plurimum in hoc insudauerint sanctissimi uiri ) schisma componi, quod tandem per Innocentium Romanum Pontificem uix potuit, reddita pace, tolli. En uides quàm bene consuluerit Gregorius sapientissimus architectus, & quàm malè consilium iuuenum reliqui secuti fuerint seniores. Laudanda magnoperè emittit in his fluctibus Damasi Pontificis Maximi incomparabilis longanimitas, qui licet id minime probaret quod egerant, haud tamen nexu excommunicationis eos obuoluit, ne magna scissura in duas Ecclesiam Catholicam partes diuideret, separaretque ab inuicem totum Orbem: sed tum ipse, tum posteri successores opportuna tolerantia agendum existimauerunt, officiis potius & beneficiis aduersarios demerentes, prout inferiùs sapius ac pluribus diuini sumus.

Rem indignam indignè ad eò Gregorius tulit, ut non è Synodo tantum, sed ex ipsius Episcopatus adibus ( ut ipse testatur ) excesserit; quo significaret se potius abque Episcopali functione otiosè vitam acturum, quàm ut talia tantaque aduersus ius nefasque tractari conspiceret. At illi qui eius secessione debuerant emolliiri: ut quem pro Occidentalibus agentem experti fuerant aduersantem; è throno prorsus dimouerent, nouam oblatam sibi recens occasionem quàm libentissimè arripuerunt: Quænam autem ista fuerit, rerum ordo postulat ut dicamus.

Timotheus Episcopus Alexandrinus uenit hoc tempore Constantinopolim uia cum suis, & cum eo aliquot Episcopi Macedoniæ, acciti hi quidem omnes, ut ipsorum quoque sententia componerentur res Antiochenæ: sed cum peruenissent, resque deploratas ob-

TENTATA GREG CONSTANTIA.

Greg. Naz. in eadm. de Vita sua.

FLAVIANVS EPISCOP. ANTIOCH. ELIGITVR.

CHRISTI 381.

DAMASI PAP. 15.

GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMPPPP. THEODOSII 3.

TIMOTHEI EPISC. ALEX. ADVENTVS CONSTANTINOPLIM.

electionem Flauiani reperissent, indignantesque ipsis non expectatis, sedem Gregorio confirmatam, quam ante Aegyptij tempore Maximi improbauerant: eius promotionem vt illegitimè factam coeperunt arguere, negantes fuisse id iuris Episcopi Antiocheni, nempe Meletij. Etenim Episcopus Alexandrinus, quod primæ sedi post Romanam præfesset, id ad se spectare contendebat, arque iam Timothei prædecessor Petrus in ordinando Maximo eiusdem sedis Antistite quasi ius debitum antea vendicarat. Quin & post hæc, scimus defuncto Nectario eiusdem sedis Episcopo, in ordinatione Ioannis Chrysostomi eius successoris requisitum esse consensum Theophili tunc Episcopi Alexandrini, vt Socrates<sup>a</sup> Sozomenus<sup>b</sup>, atque Palladius<sup>c</sup> tradunt. Verum hæc de exturbatione Gregorij, ipsius auctoritate narremus, & in primis quæ de aduentu Aegyptiorum ac Macedonum Episcoporum ipse narrat his versibus<sup>d</sup>:

<sup>a</sup> Socrat. lib. 6. cap. 2. <sup>b</sup> Sozom. lib. 8. cap. 2. <sup>c</sup> Pallad. in dialog. de Actis S. Ioh. Chrysost. <sup>d</sup> Greg. Naz. in epy. de vita sua.

Veniunt repente: nam vocati, federi  
Vt sanciendo iungerent vires suas,  
Niloticis, Macedonesque, operarij  
Mysteriorum seduli & legum Dei,  
Inhalitantes Hesperium in nos & graue.  
Aduersa stabat his tumens Phæbo phalanx.]

B

hæc idcirco Gregorius, quod Aegyptij atque Macedones tuerentur partes Paulini, Orientales verò partes fuerint consecrati Meletij. Aegyptij ergo atque Macedones, cum cernerent ipsos Orientales, contempta pace de electione Antiocheni Episcopi decreuisse: & ipsi nulla habita communis concordia ratione, confirmationem (vt dictum est) Gregorij ab ipsis factam impugnare coepere, non quidem in odium ipsius Gregorij, sed in inuidiam Orientalium Episcoporum: quod idem Gregorius testatur his verbis, cum pugnas inter eos acerbissimas excitatas recenset:

DISCORDIA INTER AEGYPTIOS ET ORIENTALES.

Odio quidem non tam mei, vel vt in throno  
Alium locarent, quam dolorem vt inurerent  
Aliquem his, throno me fixerant, qui in Præsulis.  
Saltem remotis hoc mihi interdum arbitris  
Ipsi asserebant. Non enim nec pristinas  
Se ferre posse, nec nouas iniurias.]

AEgyptij EPISC. QUAELES ERGAGRIGOR.

Et quidem haud poterant, qui partes Occidentalium tuerentur Aegyptij atque Macedones Episcopi, non bene velle Gregorio, qui (vt demonstratum est) tam vehemens pro componenda pace Occidentalium Episcoporum susceperat patrocinium, ad eò vt eisdem diserta oratione & vehementi contradictione resisterit. Sic igitur erat causa Gregorij, vt in eum, à quibus collocatus in throno fuerat, Episcopi Orientis ob defensionem causæ Occidentalium inuenso animo essent, & Occidentales ipsi in odium Orientalium de sede illegitimè occupata negotium illi facerent. At quoniam, rogo, animo Gregorius ista tulit? ipsum audi, ante stomachatum in Episcopos ob res iniquè perpetratas, cum iam secessionem parauit, ait enim:

Monere at ista capit, vt primùm hac cohors:  
Effringo vincla, traditamque ansam libens  
Arripio, &c.]

REG. CONCIONATVR IN SYNODO DE PACE. <sup>a</sup> Greg. de Pace orat. 3.

At non sic quidem abcessit Gregorius, vt quod erat officij, prætermitteret, nempe vt ad simul conciliandos eos tam asperè inter se concertantes sequester medius intercederet. Tunc enim orationem de Pace habuit, quam tertiam ordine positam dicunt, cuius est exordium: Pax amica, non re dumtaxat, sed nomine quoque ipso suaui, &c. ] Ibi autem post multa, quod ad causam de qua agitur spectat, hæc habet: At nunc alij, in ea quidem sententia, perquam miserè mutuis opibus, auxiliisque fulciuntur: adeò vt mundus, qui diuturno labore vix tandem & paulatim, nec sine plurimi cruoris effusione collectus fuerat, in duas iam contrarias partes distinctus sit: quicumque autem paci student, mediosque se profitentur, ab vtrisque malè mulctentur, vt pote qui vel contemptui sint, vel etiam bello lacerantur. A qua parte cum ipsi quoque hodierno die stemus, qui hæc reprehendimus, ac propterea cathedram certaminis inuidiaque plenam accepimus, haud mirandum erit, si ab vtroque laceremur & proculcemur, ac post multos sudores & arumnas de medio submoueamur, vt sublato iam omni obice atque interstitio, cominus atque omni animi ardore sese mutuo conuulnerent. Enimvero hæc sedare atque comprime,

E

CHRISTI 381.

DAMASI PAP. 15.

GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMPPPP. THEODOSII 3.

A mere, maxime quidem Dei fuerit omnia amicitia vinculo constringentis; deinde autem & hominum eorum, qui virtutem summo studio colunt, & concordia bonum cognunt atque perspectum habent, &c.] at licet hæc Gregorius sapientissime perorasset, altercantium tamen aures pertinacia & obstinatione simul obductæ nihil admittere poterant, quod Christiana professio suaderet.

Eodem ferme tempore, cum aduersarij oblatrantes in Gregorium, de eo sparsissent in vulgus, non defendendæ veritatis amore Constantinopolim se contulisse, sed eius sedis cupiditate incensum: idem Gregorius egregiam illam habuit Apologeticam orationem, cuius est titulus: De non affectata cathedra Constantinopolitana. ] Sed licet animis affectibus vacuis hæc plus satis persuasiva essent: apud aduersarios tamen odio turgescentes nihil omninò profecit, vt erga ipsum (quod dignum erat) æquanimiores redderentur, sed contra exasperarentur magis. Re igitur penitus desperata; Gregorius quod ante fuerat meditaturs, iam perficiendi tempus opportunum accepit, oblatamque occasionem abdicandi se Episcopatu libenter arripuit: eo nimirum iusto dignoque prætextu, vt quia sua causa sedis inter se mutuo concertant Episcopi, ea sublata, tamquam obstaculo quodam medio interiecto remoto, dissidentes sanctæ vnitatis cœdere iungerentur in vnum: præstare quidem ratus, vt sedis suæ iactura, omnes concordiam mutuamque pacem inirent. Quamobrem ipsam Synodum ingressus, vt desinerent inter se mutuo concertare, & procellosis exagitati fluctibus tandem reddita tranquillitate quiescerent, cohortatus; vt alter Ionas, deuouere se mali, suæque sedis dispendium perliberenter fore passurum, liberaliter obtulit, quod & ingenuè præstitit: hæc enim ipse his iambris<sup>a</sup>:

Gregorius ob pacem sedi re-nunciat.

Gregor Naz. in epy. de vita sua.

C

Tempus, nactus commodum, in medio offero  
Hæc dicta cætu: Vos viri, quos hic Deus,  
Grata statuatis vt suo que numini,  
Iunxit, videte postero de me loco.  
Quid namque de me, cætu hic si maximus  
Consideretur, fiat, haud magni interest.  
Erigite mentes altius vestras, precor:  
Coite in vntum: vos amor tandem liget,  
Quousque seui vt & truces ridebimur?  
Præterq, pugnas omnium vt rerum in scy  
Dexteris amici fœderis date iniuicem.  
Ego verò Ionas<sup>b</sup> facinus excelsum amulor:  
Me pro salute do libens nostra ratis,  
Licet excitati turbinis causa haud siem,  
Nos sorte captos mergite insano mari:  
Nos hospitalis cætu excipiet. Sit hoc  
Concordia vobis initium: pergite  
Ad cuncta deinceps alia. Latitudinis<sup>c</sup>  
Locus hic vocetur: Splendidior hinc surget mihi,  
Si stetis in me, &c.]

Ion. 1.

Genes. 26.

D

hæc & alia ad eos Gregorius, egregia planè comparatione alludens etiam ad putetium, quem post multa Philistinorum iurgia S. Patriarcha Isaac effodiens, absque altercatione possedit, ob idque eum Latitudinem nominauit. Et quidem puto ex verbis his Gregorij in magna Synodo coram Patribus dictis, factum esse, vt locus ille, vbi eiusmodi Concilium celebratum fuit, nuncupatus esset Concordia. id enim S. Iohannes Damascenus testatur<sup>d</sup>, cum ita ait: Erant in oratorio reliquæ Pantalemonis & Marini martyrur. Quod quidem oratorium, Concordia nominatur: quoniam illic centum quinquaginta Episcopi, Theodosio Magno Imp. regnante, in eandem sententiam conuenerunt. ] hæc ipse.

LOEVS SYNODICON COEDIA NVNCVPATVS.

Ioan. Damascen. de Imag. lib. 1.

Sic rebus dispositis, haud fuit qui (vt par erat) Gregorium sedere coegerit. Etenim Orientales, à quibus fuerat in thronum illum impositus, in ipsum ob denegatum Flauiani electioni suffragium subinfecti, se frigidis iustissimæ causæ exhibuere defensores. Aegyptij autem atque Macedones, quod infectum irritumque reddere cuperent quicquid ab illis non expectato ipsorum aduentu de Antiochenis rebus decretum fuerat, æquè passi sunt Gregorium sedi cedere; qui de Synodi consensu subdit:

Facilis repente cætu assensit mihi.]

Si quis

CHRISTI 381.

DAMASI PAP. 15.

GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMPPP. THEODOSII 30.

Si quis autem requirat quantum temporis Gregorius ipse sederit: certe quidem habitatio eius in throno sessionis, cum hoc anno (vt dictum est) ipse in sede collocatus fuerit ab hac ipsa Synodo, rursus autem cum in hac eadem Synodo se abdicarit; paucas sane numerabit hebdomadas, ne dicam menses. unde ipse inferius ad eisdem:

Heri locastis in throno, nunc pellitis.] Porro egressus e Synodo Gregorius (vt ipse tradit) ad Theodosium Imperatorem se contulit, quem enixis rogauit precibus, vt acquiesceret ob totius Ecclesie pacem, sedem quam acceperat Constantinopolitanam altercantibus se relinquere Episcopis, vt ita inter se mutuo digladiari desisterent: fore namque, vt iurgiorum causa submota, tot fluctibus exagitatis Ecclesiis optata diu tranquillitas redderetur, quo nihil excogitari posset vtilius vniuerso cui ipse praeferret Imperio. Sed quid ad hanc Theodosius? ipsemet subdit Gregorius:

His Imperator vocibus plausum dedit, Alijsq; pariter. Cedit at votis meis. Ille haud liberater, vt ferunt: cedit tamen.]

Erat quidem Theodosius Imperator erga Gregorium propensiori animo, quem venerabatur vt dignissimum sacerdotem, atque colebat vt amantissimum patrem, eumque exepere conuiuiis consuevit; quibus tandem caruisse, ad quae abducebatur inuitus, Gregorius maximo lucro duxit. Id quidem ipse alibi testatur his verbis: Non iam, inquit, Imperatori, vt prius, contubernalis erit Gregorius, vtri suo nonnihil gratificans, atque inter medios epulones tristis & tacitus accumbens, aegre anhelitum ducens, & seruilem in modum edens.] hanc ipse.

His diebus idem Gregorius cum sedi nuncium remisisset, in primario vrbis templo, vbi aderant omnes illi Episcopi numero centum quinquaginta, egregiam eademque nouissimam habuit orationem, cuius est exordium: Quo modo res nostrae vobis se habere videntur, o cari pastores, &c.] est quidem oratio eiusmodi, vt neminem, qui Gregorij ante actas dignissimas actiones accurate consideret, eam sicis putem oculis perlecturum. In ipsa igitur magna Synodo, centum simul ac quinquaginta Episcopis confidentibus, perorans Gregorius, vt alter Samuel e populum contestatus, vel vt alter Paulus Ephesios, primum omnium cunctarum a se gestarum rerum, ex quo tempore Constantinopolim venit, exactam redditurus rationem, quo statu illas collocatas inuenit, & quo relinquat, ob oculos ponit: nempe e gutta progressum fluiuium, e scintilla fornacem globos igneos in caelum extollentem, atque e grano sinapis arborem creuisse demonstrans; aliisque his similibus vsus exemplis, quantum profecerit insinuans, labores, & arumnas, quas subierit, contumelias, iurgia, atque mortis pericula, quae a fidei hostibus passus sit, quae ab inuidis & amicis dolose agentibus pro gratia receperit mala, adducit in medium tamquam viuos testes pro ipso Gregorio in aduersarios inclamantes. Ipsam insuper tamquam monilibus ornatam sponfam; Constantinopolitanam Ecclesiam, coram omnibus repraesentat, quae expurgata nigredine Ariana, absterisique aliis sordibus haereticorum Catholicae fidei candore resulgeat, sacrorum ministrorum nitore splendeat, sacrarum virginum agminum decore relucent, emicetque egregius totius populi vitae cum integra fide moribus, ac denique (vt paucis absoluam) omnibus charismatibus insignita, longe lateque nitescat: pro quibus omnibus quid sibi ab illis compensari optet, ita declarat:

Quid igitur est, inquit, quod dico? Non enim gratuitus virtutis sum cultor, nec in eam virtutis magnitudinem perueni. Laborum meorum praemium mihi date. Quod tandem? Non quod nonnulli fortasse ex his qui ad quid vis supplicandum facile adducuntur, existimarint, sed quod mihi tuto postulare liceat. Diuturnis laboribus me leuate, atque in quietem vindicate. Moueat vos haec canicies, fleat hospitij & peregrinationis ratio: alium subrogate, qui pro nobis hostiliter prematur, qui purus sit manibus, qui voce non tarda & inerudita: qui ita animo comparatus, vt omnibus in rebus vobis obsequi, curasque Ecclesiae simul perferre possit; quandoquidem tales praesertim hoc tempus efflagitat. At mihi cernitis quo modo corpus etiam hoc se habeat, nimirum & tempore, & morbo, & labore confectum. Quid vobis timido & ignauro sene opus est, atque in dies singulos (vt ita loquar) moriente, non corpore tantum, sed etiam curis & arumnis? qui vix hanc quoque vobis loquor, &c.]

CVR GREGORIVS AB IKR PRA-MITTI TVR.

GREGORIVS ADITHEODOSIVM IMP.

Gregor. Nazian. in carmin. de vita sua.

Gregor. Nazian. in carmin. de vita discessit.

DEORATIONE GREGORII AD CENTVM QVINQUAGINTA EPISCOPOS. 1. Reg. 12. Act. 20.

Gregor. Nazian. orat. ad 150. Episc. vix edit. PETR GRECOR. AB EPISCOPISSIMO NEM.

Cur

CHRISTI 381.

DAMASI PAP. 15.

GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMPPP. THEODOSII 30.

Cur autem praeterea abdicacionis consilium inierit, explicat, simulque defensionem struit de his, quibus ab aduersariis impugnaretur, ista subdens: Non iam vltra ferre quoco facultatem animi atque clementiam criminis loco mihi obiici: non iam vltra cum dogmatibus & cum inuidia pugnare queo, cum hostibus, & cum sociis. ] quam autem immantia & implacabilia haec essent proelia, pluribus docet, cum haec addit: Quin haec quoque fortasse nobis exprobrauerit (iam enim exprobrarunt) quod nec mensa lauta & opipara, nec augusta veste vtimur, nec magnifice in publicum prodimus, nec eos a quibus conuenimur, fastuose excipimus. Nesciebam scilicet, nobis cum Consulibus, & Praefectis, clarissimisque belli Ducibus, qui rot opibus copiisque circumfluunt, vt quo sua proiciant non habeant, amulationem ac certamen esse; dandamque esse operam, vt & nobis pauperum bonis ad luxum & delicias abutentibus, venter vndique comprimatur, & necessaria in res superfluas effundantur, atque altaria ipsa rusticis nostris contaminentur. Nesciebam nos equis insignibus & lasciuis ferri, sellisque & curribus magnifice attolli, ac cum fastu & pompa deduci, velutque blanda manu demulceri oportere, atque omnes nobis perinde ac belluis de via decedere, & in vtramque viae partem scindi ac distrahi, aut etiam tantam praeventium turbam esse, vt procul conspicuus sit incessus noster. Si haec grauia & acerba fuerunt, praeterierunt: hanc iniuriam mihi condonate. Antistitem alium, qui multitudini placeat, create: mihi autem solitudinem date, & rusticam vitam, ac Deum, cui soli per frugalitatem etiam pertenuemque victum cultumque placebimus.

At graue est, concionibus, & coetibus, & publicis conuentibus, & plaussibus his, a quibus quasi pennis in sublime ferimur, & familiaribus, & amicis, & honoribus, & vrbis pulchritudine ac magnitudine, & hoc denique fulgore, qui eos, qui haec intuentur, nec oculorum aciem intro collectam habent, circumfundit & illuminat, priuari. At hoc mihi minus graue fuerit, quam si diutius in tumultu verser, ac ciuiliu vitae turbis & feruoribus commaculer, atque ad vulgi mores me ipsum inflectere necesse habeam. Non enim sacerdotes, sed rhetores quaerunt, nec animarum dispensatores, sed pecuniarum custodes, nec puros sacros, sed fortes & robustos defensores, &c.] atque demum: Hoc mihi sit dimicacionis praerconium: missionis libellum mihi date, quemadmodum Imperatores militibus solent: ac si quidem vestra voluntas tulerit, cum fausto & praclaro elogio & testimonio, vt honori meo consulatur. Sin minus, vtcumque vobis collibuerit. Nihil de ea re altercabor, quamdiu Deus rerum nostrarum statum inspectabit. Quem igitur vbi substituemus, dicit aliquis? Videbit sibi Dominus pastorem ad praefecturam, quemadmodum ouem vidit ad holocaustum. Hoc vnum requiro, vt ex eorum numero sit, qui aliis inuidia sunt, non miserationi: qui non in omnibus rebus cunctis obsequuntur, sed qui in quibusdam etiam ob recti studium in hominum offensionem incurunt: alterum enim in praesens iucundissimum est, alterum in posterum vilissimum. Ac vos quidem orationes discessui meo congruentes parate.] hanc & alia Gregorius.

Atque tandem ad calcem oratione perducta, nouissimis verbis omnibus salutationem impertiens, postremae finem imponit orationi. Dignum vero est vt vltima haec tanti Patris eloquia, tali tempore, tali loco prolata, hic singula perpetuae memoriae consecrentur; sic enim se habent: Ego autem his verbis extremum vos salutabo. Vale Anastasia, nomen a pietate habens: tu enim nobis fidei doctrinam, quae adhuc contemptui erat, excitasti. Vale, inquam, communis victoriae sedes, noua Silo, in qua primum arcam fiximus quadraginta annis in deserto circumactam, incertisque sedibus vagantem. Tuque o magnum hoc templum & nobile, noua haereditas, quod magnitudinem, quam nunc habes, ab Orthodoxa doctrina suscepisti, quodque nos, cum prius Iebus esses, Hierusalem effecimus: Vosque etiam alia aedes sacrae huic dignitate proximae, alia aliam, quamdam vrbis partem complectentes, quali vincula quaedam & compages, ac propinqua loca vindicantes, quas cum hac corporis imbecillitate non nos, sed Dei gratia nobiscum, qui pro perditis & desperatis habebamur, impleuit. Valete Apostoli (nempe templum Apostolorum) praecleara colonia (in illud enim Andrea, Luca & Timotheis, reliquia translatae fuerunt) certaminis mei magistri, etiam minus saepe festa vestra celebraui, fortasse Pauli vestri fatanam ad vtilitatem meam in corpore circumferens, ob quem tunc a vobis abscedo.

Vale cathedra, inuidiosum hoc & periculosum fastigium: Pontificum Concilium, sacerdotum non minus maiestate, quam atate ornatorum, & quicumque tandem alij circa sacrosanctam mensam Domini ministratis, atque ad appropinquantem Deum appropinquatis.

CVM AP-LOGIA RE-PREHENSIO NIVM-CTA.

GREGORIVS CVR CON-TENNAT QVAE ALII CVPIVNT.

GREGORIVS VLTIMA SA-LVATIO.

2. Cor. 12.



CHRISTI 381.

DAMASI PAP. 15.

GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMPPP. THEODOSII 3.

pinquatis. Valet Nazarovum chori (nempe monachi) psalmodiarum concentus, nocturna stationes, virginum sanctimonia, mulierum modestia, viduarum & orphanorum coetus, pauperum oculi in Deum & in nos intuentes. Valet domus hospitales, & Christi amantes, infirmitatisque meae adiutrices. Valet sermonum meorum amatores, & cursus & concursiones, & calami tam perspicui, quam occulti (nempe exceptores concionum) atque huius suggesti cancelli a multitudine compressi, hominum audiendi studio sese mutuo protrudentium. Valet Imperatores, & Palatia, atque omnes Imperatoris famuli & cubicularij: si quidem Imperatori fideles, haud quaquam certum habeo, Deo autem magna ex parte infidi. Manibus plaudite, acute clamate, Rhetorem vestrum in sublimi tollite: siluit vobis improba & loquax lingua, nec tamen filebit: pugnabit enim manu & atramento: ceterum in praesentia consulimus.

Vale magna ciuitas & Christi amore praedita (vera enim testabor) etsi non secundum scientiam hic zelus est: benigniores nos disunctio reddidit: ad veritatem accedite, ad meliorem frugem tandem aliquando vos conuertite: Deum amplius quam consuevistis colite. Non turpe est sententiam mutare; sed in malo perseverare, funestum & exitiosum. Vale Oriens & Occidens, pro quibus & a quibus oppugnamur: testis est ille qui pacatos nos reddet, si nonnulli secessionem meam imitentur.] hac dicens Gregorius haud dubium alludit ad Flavianum nuper creatum Episcopum Antiochenum, cuius causa tot dissidia constata erant. Sed subdit: Non enim Dei iacturam quoque facient qui thronis ecesserint, sed supernam cathedram habebunt his multo sublimiorem & tutiorem. Praeter omnia & ante omnia clamabo: Valet Angeli, huius Ecclesiae praesides, meaque praesentiae & peregrinationis, si modo in manu Dei res nostrae sunt. Vale Trinitas, meditatio mea & decus meum: His velim serueris, & hos serues, meum hunc populum (meus enim est, etiam si aliter gubernemur) atque audiam te quotidie tum sermone, tum vita, & moribus augeri & in sublimi attolli. Filioli, depositum, quae so, custodite: memento lapidationum mearum. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.]

At quid tunc accidit? commiseratione plane dignum, ac nouum. Populus enim sui amantiissimi Praefulis studiosus, absoluta lachrymabili concione, loco acclamationum, quibus dicta Patris prosequi consueverat, rependit luctus & eiulatus, pro latis plausibus tristes manus ad manum vberationes, pectoris tusiones, lamenta, fletus, atque singultus: soli persecutores Episcopi silice duriores perseverabant immobiles; illi autem, quorum mens sanior, & erga Gregorium propensior animus, longe aliter: hi enim cum hunc tandem infelicem exitum rem consecutam fuisse conspicerent, adeo perculsi animoque consternati sunt, ut protinus in sedes reuersuri, lugentes discesserint Constantinopoli, haud ferre valentes alium videre in throno Gregorij collocari: de his enim hac ipse:

Gregor. Nazian. in carmin. de Vita sua. EPISCOPI QUIDAM RECEDUNT CVM GREG. SE AB DICAT.

Antistitesq, carpserat quos hinc dolor: Plerique siquidem capta consilia vt statim Sensere, fugiunt illico, ietum vt fulminis, Aurem obstruentes, atque ferientes manus, Tam triste ne ipsi cernerent spectaculum, Alium insidentem scilicet nostris thronis.]

Quinam autem hi fuerint, licet verbis non exprimat: coniectura tamen ducimur, fuisse veteres ipsius collegas, amantiissimos amicos, quibuscum arcta necessitudo ex diuturna consuetudine intercesserat, quales fuere Amphilocheus Episcopus Iconij, Gregorius Nyssenus, Petrus germanus eius Episcopus Sebastenus, Helladius Caesariensis Antistites, & alij Cappadoces, nec non Otreus Melitenus, Eulogius Edessenus, Bre-tannio Scythia, & si qui alij magni nominis viri mente stabiles inuenti sunt ibi Gregorio studentes.

At qualiter tunc affectus Gregorius? ipse fatetur, nimirum contrariarum passionum ventis animo agitatam, ac primum quidem ingenti gaudio, utpote quod e tempestate peruenisset ad portum, immenso vero dolore, quod Ecclesiam suo labore cultam, ac filios carissimos, quos in Euangelio genuisset, deserere cogere, nec sciret cui relinqueret: quem quidem animi maiorem, quoad vixit, numquam potuit superare, sed (vt ipse fatetur) semper vt sauum tyrannum sibi expertus est dominantem, adeo vt illa sua Anastasia semper

CHRISTI 381.

DAMASI PAP. 15.

GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMPPP. THEODOSII 3.

A esset in mente, in ore versaretur assidue, eademque semper calami litura formatet, sed & dormienti quoque ipsi eam somnia representarent. Sic igitur magnus Gregorius, sublimis Ecclesiae Theologus, post triennij commorationem, paucos post dies ex quo thronum acceperat, pacis studio, sedi vale faciens, inde recedens reuertitur in Cappadociam. Quae autem post haec eius fuerint studia & actiones, dicturi sumus inferius. Hic vero admonitum lectorem volumus, Prospero Chronicon sui exordio totum penè inuersum esse, ac deprauatum, dum sub huius anni Consulibus ponitur ibi obitus ipsius Gregorij Nazianzeni, & Concilium hoc de quo agitur, celebratum habetur anni superioris Consulibus, & alia pleraque in nominibus & numeris penitus labefactata. Quod volumus admonuisse lectorem, ne imprudens in foueas errorum incurrat.

Quod rursus ad Gregorium spectat; illud certe hic dicere minimè praetermittimus, B ipsum tanto stomacho discessisse a conuentu Episcoporum, vt numquam amplius Synodo tumultuantium interesse decreuerit; sunt enim haec verba ipsius: Mihi enim uero certum est & deliberatum, numquam posthac anserum aut gruum temere inter se pugnantium Synodis interesse, in quibus omnia contetione ac bello ardent, flagitiaque prius obscura atque incognita in vnum collecta, ab inimicis in lucem proferuntur, &c.] Quo tempore ipsum scripsisse carmen de Vita sua, vt credamus, eo certo ducimur argumento, quod illud nonnisi vsque ad sedis abdicacionem appareat profectus. Sunt & aliae ipsius, eorumdem sacerdotum causa, aduersus Episcopos grauissimae inuectivae, eademque versibus decantatae, vt illa in carmine de Vita differentis, & contra falsos sacerdotes, vel cuius est titulus, Ad Episcopos] & in eo cuius est inscriptio, De Episcopis] vbi inter alia de his iunioribus Antistitibus, a quibus persecutionem passus est, quales fuerint, docet his verbis: Dimiserunt me ab vrbe non admodum repugnantem: quippe turpissimum erat illorum me fidei cauponum in numero esse: quorum alij nepotes erant eorum qui tributorum scribae fuerant, & aliud nihil animo voluebant, quam falsas & subdolas rationum deprauaciones: alij ab aratris venerant aduulti a Sole: alij a ligone vel bidente totum diem non quiescente: alij remos, exercitusve reliquerant, redolentes adhuc sentinam, vel corpus foedatum cieatricibus habentes, populi gubernatores, ac duces militum, qui ne minimum quidem concessuri videntur: nonnulli etiam opificiorum, quae citra ignem operas suas perficere nequeunt, gnari, ne fuliginem quidem carnis integrè abluerant, flagriones, ac pistrinis digni, &c.]

Gregorius REDIT IN CAPPADOCIAM.

Greg. Nazian. in carm. de vita different.

Habebat in edic. Teuuar. kl. tom. 1.

Quales Episcopi ad vrbe. S. ANTH. GREG.

Sed vnde ista fax hominum emerfit ad sacerdotium? Meminisse oportet, eodem auctore Gregorio, superius dictum esse eiusmodi sacerdotes nundinarios ex lucro temporali fidem temporariam coluisse. Quod enim Valentis tempore contigerit Episcopos Catholicos exulare, & complures ex illis vita sanctos esse, tunc cuique audaci inuadendi Episcopatum additus animus ex oblata occasione fuit, quod scirent ad publicum praconium satis esse perfidiam Arianam. Hi vero sub Catholico Imperatore mox euasere Catholici, & quò imperitiores erant, eò loquaciores, & eruditius infestiores esse solebant. A quibus in hac Synodo illud tantummodo bonum prouenit, vt fidei Catholicae formulae subscriberent, suoque chirographo ita tenerentur perpetuo obligati. Sed ne pie sancta viliam subscribentium personarum nomine periclitari possent omnino, Damasus summa (vt dictum est) auctoritate munivit, vt quicquid ibi de fide Catholica statutum esset, tamquam totius Ecclesiae Catholicae decretum (utpote in id ipsum cum maioribus omnibus iisdem consentientibus) Oecumenici Concilij nomine munitum, stabile firmumque in perpetuum perduraret.

E Sed ad res gestas post Gregorij & aliorum ipsi similium Episcoporum discessionem, & ad electionem successoris Gregorij redeamus: de qua illud in primis admonendum est, errare eos qui tradunt ante Meletij obitum Nectarium electum fuisse, deceptos nimirum ordine narrationis epistolae Synodalis ad Damasum scriptae: nam assertione Gregorij historiam hanc exactissime describentis liquet, longe ante electionem Nectarij Meletium esse defunctum. Quod autem ad creationem Nectarij spectat: accidit plane prodigium, ac plane monstrum: etenim cum Episcopus Gregorio haud impar meritis atque doctrina, qui in locum eius sufficiens esset, quaeri deberet (nam secundum sententiam Ioannis Chrysofomi, cum lapis e structura tollitur, illi magnitudine similis collocandus ibidem est, ne quid vacuum in pariete maneat) contigit loco absolutissimi Christiani, suffici hominem nondum Christianum, sed catechumenum adhuc; & loco Theologi perie-

PRELECTIONE NECTARIJ.

Chrysost. de transt. sancti Ignatij.

perfectissimi, subrogari hominem rerum Ecclesiasticarum penitus imperitum; ac denique pro consummatissimæ perfectionis monacho, hominem petum è curia; & loco virginis, dari qui hæctenus intemperantiis vixisset, quod ipsemet apud Sozomenum a testatur: qui licet in sæculi obeundis negotiis dexter videri potuerit, tamen in Ecclesiasticis functionibus (vt ita dicam cum Gregorio b) præferret cadaver vitium, nulla penitus ex parte conferendum cum ipso Gregorio. At quo modo id factum sit ab iis qui remanserunt Constantinopoli Episcopis, sic describitur à Sozomeno c:

a Sozom. lib. 7. cap. 10. b Gregor. Nazian. in carm. de vita sua. c Sozom. lib. 7. cap. 8.

DIODORVS TARSENSIS STVDET NE CTARIO.

Et, inquit, tempore, Nectarius quidam Tarsensis è Cilicia splendidissimo Senatorij ordinis gradu ortus, Constantinopoli morabatur. Is iam accinctus ad iter in patriam, Diodorum Tarsi Episcopum conuenit, vt litteras peteret, si quas ille scribere vellent. Meditabatur autem Diodorus tum fortè secum, quemnam potissimum ipse ad electionem tam feriam proponere deberet: & intuitus Nectarium, dignum Episcopatu censuit, eique statim tota mente addictus fuit, cum propter caniciem viri & vultum sacerdotis dignum, tum propter suauitatem morum. Itaque velut aliud agens, eum ad Antiochiæ Episcopum (hic erat Flavianus) adduxit, commendauit, & vt illi studeret hortatus est. Hic verò in negotio ferio, ad quod multi viri spectatissimi suffragiis expeterentur, risit votum Diodori: nihilominus tamen accitum ad se Nectarium, paulisper adhuc manere iussit. Non multo post, cum sacerdotibus nomina eorum, quos ad ordinationem dignos iudicabant, chartæ inscribere Imperator iussisset, ac sibi ipsi ex omnibus iis vnus electionem reseruasset: alij alios in album retulerunt: quare & Antiochenæ Ecclesiæ Præsul inscripsit quoque quos voluit: quibus omnibus vltimo loco & Nectarium adiecit in gratiam Diodori.

THEODO SIVS NECTARIVM ELIGIT.

Imperator igitur, perlecto inscriptorum catalogo, substitit in Nectario, & intendens C mentis aciem, secum tacite consultabat, impresso vltimæ nomenclaturæ digito. Rursusque ad caput egressus, cunctos ordine percurrit, ac Nectarium deligit. Hoc factum admirantur omnes; ac sciscitantur, quisnam esset iste Nectarius, & quod sectaretur institutum vitæ, & vnde esset: multo etiamnum magis admirati sunt insolentiam iudicij in Imperatore. Ignorabat autem id, opinor, etiam Diodorus: neque enim ausus fuisset sciens, nondum baptizato dare suffragium sacerdotij: sed vt consentaneum est, quia canus erat, putauit eum iam olim fuisse baptizatum. Facta verò sunt hæc non sine prouidentia diuina, cum & Imperator, postquam baptismi expertem intellexisset, in eadem sententia persistenterit, multis sacerdotibus reluctantes. Postquam igitur omnes cefferunt, & in Imperatoris calculum consenserunt: baptizatus fuit, & sacri baptismatis conuenienti habitu etiamnum indutus, communi Synodi suffragio Constantinopolis Episcopus declaratus D est. ] hæc Sozomenus de electione Nectarij, de quo illud sententia omnium affirmatur, probum quidem virum fuisse, imparem tamen tanto oneri & inexpertum: vnde factum est postea, vt nimia viri facilitate & imperitia consilij hæretici, rursus Constantinopolim magno Catholicæ fidei irrepserint detrimento, vt constat ex his quæ de eodem Nectario suo loco dicturi sumus. Porro auxit Nectarij electio maiorem luctumque Gregorij, vt pte qui sciret sub tali pastore patere relictum gregem incursum luporum, sicut postea apud ipsum litteris conquestus est.

a Apud Theod. lib. 5. cap. 9. FACTANTIA EPISCOPO RVM GREGORIO ADVERSA NECTARIVM.

De eadem electione Nectarij, iidem qui conuenerant iterum Constantinopoli anno sequenti Orientales Episcopi, ad Damasum Romanum Pontificem inter alia ita scribere d: Ecclesiæ Constantinopolitane recens (vt ita dicam) ædificatæ, quamque ex hæreticorum blasphemia, tamquam ex ore leonis per misericordiam Dei nuper eripimus, reuerendissimum, sanctissimumque Nectarium in Concilio generali cõmuni omnium consensu, præsentè Theodosio Imperatore religiosissimo, totius denique cleri totiusque ciuitatis suffragiis Episcopum constituimus. ] hæc ipsi. Intelligis ne perspicue, lector, vel saltem aspicias per transfennam, quales sint isti? qui nulla habita honesta mentione Gregorij Theologi sponte se in eadem Synodo abdicantis, & laborum ipsius in eadem Ecclesia ab hæresibus liberanda, & è fundamentis restituenda, totum id immensa gloria sibi tribuunt, illud summa iactantia magna emphasi effluentis: Ex hæreticorum blasphemia, tamquam ex ore leonis per misericordiam Dei eripimus. ] egregiam sanè laudem, vt cum sapientissimum, qui molem construxerat, architectum eiecissent, se ipsos exhiberent, ac inaniter ostentarent esse eiusdem ædificij erectores. Ex his discite alia, nempe quam vera sint quæ in eisdem Gregorius sæpè conscripsit. Horum quoque arbitrio illud potuisse statutum

A statutum esse decretum post discessionem Timothei Episcopi Alexandrini, in cuius Ecclesia præiudicium vertebatur, vt Constantinopolitana Ecclesia præferretur Alexandrina, de quo superius actum est, mihi facile persuadeo: nam quod furtiuè res est transacta, in eadem epistola ad Damasum nuper citata, cum de reliquis hoc anno rebus gestis in Concilio generali statutis exactè distincteque fecerint mentionem, rem tantam silentio obuolutam penitus reliquerunt. Cetera autem de Cyrillo in hac eadem Synodo statuta, & de alijs confirmatis Episcopis, dicentur, cum eadem epistola inferius suo loco & tempore describetur.

Quod verò spectat ad tempus electionis Nectarij: licet qua potissimum huius anni die contigerit ignoretur, tamen ante Augusti mensē factam esse, Theodosij Imperatoris sanctio edita tertio Kal. Augusti, in qua de Nectario mentio habetur, ratio manifesta B demonstrat. Ad hanc quoque Synodum spectare videtur, quod idem Theodosius Imperator cum sciret complures hæreticos sub Catholico nomine adhuc retinere Ecclesias, ad horum fraudes conuincendas in diuersis prouincijs Orientis, quosdam nominauit sacerdotes, quorum fides Catholica spectata esset, quibus qui communionem iungerentur, idem Catholici haberentur, & Ecclesijs præficerentur; qui secus, exploderentur. sanctio autem sic se habet:

Theodosius Imp. ad Auxonium Proconsulem Asia: Episcopis tradi omnes Ecclesias mox, iubemus, qui vnus maiestatis atque virtutis Patrem & Filium & Spiritum sanctum consententur eiusdem gloriæ, claritatis vnus, nihil dissonum profana diuisione facientes, sed Trinitatis ordinem, personarum asserctionem, & diuinitatis vnitatem: quos constabit communionem Nectarij Episcopi Constantinopoli C litanæ Ecclesiæ, necnon Timothei intra Ægyptum Alexandrinæ vrbis, Episcopi esse sociatos: quos etiam in Orientis partibus Pelagio Episcopo Laodicensi, & Diodoro Episcopo Tarsensi: necnon in Asia Proconsulari atque Asiana diocesi Amphilochio Episcopo Iconiensi, & Optimo Episcopo Antiocheno: in Pontica diocesi Helladio Episcopo Casariensi, & Otreio Meliteno, & Gregorio Episcopo Nysseno, Britannio Episcopo Scythiæ, Marmario Episcopo Marciopolitano communicare constitent. Hos ad obtinendas Catholicas Ecclesias ex communionem probabilium sacerdotum oportebit admitti: omnes autem qui ab eorum quos commemoratio specialis expressit, fide communionem dissentiant, vt manifestos hæreticos ab Ecclesijs expelli, neque his penitus posthac obtinendarum Ecclesiarum Pontificium, facultatemque permittit: vt veræ ac Nicænæ fidei sacerdotia casta permaneant, nec post euidentem præcepti nostri formati malignæ locus detur astutiæ. Dat. III. Kal. August. Heraclæ, Eucherio & Syagrio Cõs.]

Huius quidē functionis meminisse visus est Gregorius Nyssenus in epistola ad Flavianum, cum ait in fine: Quod si ex sacerdotio dignitas æstimanda est: par & idem à Synodo concessum est priuilegium, vel potius cura emendationis publicæ: idque in eo quod iure pari esse iussissemus. ] hæc ipse: ex quibus quoque colligitur, quod Theodosius postea promulgauit, iam ante fuisse decretum in Synodo; nam ex Synodi canone, non autem Imperatoris sanctione id sibi Gregorius Nyssenus vindicat: vt appareat ex his etiam eos in Theodosij edicto esse nominatos, quos iam Episcopi in Synodo tali honore dignassent: vt non mireris si ille doctrina excellens, & qui in his dignoscendis accuratissimus esset, atque demum in omnibus omnium celeberrimus, præteritur silentio, & E relinquitur proflus inglorius Gregorius Nazianzenus, iam ab illis penitus obliuione sepultus. Porro Episcoporum in edicto nominatorum diuersis locis superius facta est mentio. Otreius autem Episcopus Melitina in Armenia, cuius ibidem nomen exprimitur, non solum fide Catholica insignis habitus est, sed vitæ quoque sanctitate clarus enituit; eius enim meminit Cyrillus monachus in Actis S. Euthymij, qui infantulus (vt tradit) Deo oblatas est ab eodem Otreio; necnon tonso capite in clerum coopatus.

Sed hic aduerte, Socratem b à veritatis scopo longè aberrare, dum putauit ex hoc Concilio Metropoles, immo Patriarchatus à Patribus constitutos fuisse. ait enim: Dispartitis prouincijs, Patriarchas constituunt, deciduntque vt nullus Episcopus relicta sua diocesi, ad exteras Ecclesias demigraret: nam antea propter persecutionum tempestates istud facere, cuique liberum erat. Nectario igitur ampla illa ciuitas Constantinopolis & tota Thracia obuēnit. Ponticæ autem diocesis Patriarchatus Helladio Casareæ Cappadociz

a l. 3. de fide Cathol. c. Theod.

\* profitentes

\* Tyrannio Terennio Martyrio

SYNODI DECRETVM DE PROBANDIS CATHOLICIS.

b Socrat. lib. 5. cap. 8. SOCRATIS ERROR DE INSTITVTIS PATRIARCHIS.

CHRISTI 381.

DAMASI PAP. 15.

GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMP. P. P. THEODOSII 3.

cia post Basilium Episcopo, Gregorio Nyssæ ( hæc est etiam vrbs Cappadociæ ) fratri Ba- filij, & Otreio Melitinæ quæ est in Armenia, contigit. Patriarchatum autem Asianum Amphilocheus Episcopus Iconij, & Optimius Antiochiæ Pifidizæ sortito capiunt. Ægypti diocæsis Timotheo Alexandriæ Episcopo tribuitur. Ecclesiarum denique versus Orientem diocæsim iidem Episcopi qui antea, Pelagius scilicet Episcopus Laodiceæ, & Diodorus Tarsi, honoris prærogatiua Ecclesiæ Antiochiæ reservata, quæ in Melerio tunc præfenti tribuerunt. Itemque statuerunt, ut si visus postulare, res cuiusque provinciæ Concilium provinciale dispenseret. his etiam Imperator suffragatus est. Istud itaque Concilium talem exitum est consecutum. ] hætenus Socrates, qui non vnum, sed plures (pæce ipsius dixerim) simul coaceruauit errores, licet haud volens, sed quod minime sit assecutus sensum decreti Synodi, Theodosijque sanctionis nuper recitatæ. Vndenam somnauit tot tunc Patriarchatus institutos, Cappadociam diuulsam à Cæsarea Metropoli, datamque Asiam Amphilocheio, & alia id genus multa?

Sozom. lib. 7. cap. 9. SOZOMENI RECTA SENTENTIA.

Sed felicis Sozomenus ex sententia eiusdem Imperatoris sanctionis ait, non ad distinguendas provincias, sed ad dignoscendos verè Catholicos ab hæreticis, Imperatorem eam voluisse adhiberi cautelam, nimirum ut hi censerentur esse Catholici, quibus & committi possent Ecclesiæ, qui in eo edicto nominati essent insignioris nominis Orthodoxi Episcopi: Hos porro, inquit ipse, esse, qui congruerent in fide cum Nectario Constantinopoli, & in Ægypto qui cum Timotheo Alexandriæ Episcopo: in Orientalibus verò Ecclesiis qui cum Diodoro Tarsensi, & cum Pelagio Laodicensi in Syria Episcopo: apud Asianos, qui cum Amphilocheio Iconiensis Ecclesiæ Præsule: in ciuitatibus verò Ponti à Bithyniâ vsque ad Armeniam cum Helladio Cæsariensis in Cappadocia Ecclesiæ Episcopo, & cum Gregorio Nyssæ, & Otreio Melitinæ Episcopo: in Thracia autem C Scythiæque vrbibus, qui cum Ferentio Tomorum, & Martyrio Marcianopolis Episcopo conuenirent. Hos enim & Imperator quoque visos & coram allocutus approbavit, de quibus & integra constabat fama, quòd suis Ecclesiis religiosè præessent. Postquam autem hæc ita peracta essent, finemque Concilium cepisset, ceteri quidem domum quisque reuersi sunt. ] hæc Sozomenus.

\* Tyrannio Bicerannio

At quoniam Nectarius haud tantæ erat scientiæ, vt hæreticorum dolos cauere posset: ne ab illis deciperetur, cautè egit, vt retineret sibi vnum ex Episcopis Cilicibus, gentilibus suis, & alios eiusdem provinciæ disertos viros, de quibus hæc idem Sozomenus: Nectarius autem præceptore Cyriaco Adanorum Episcopo officium sacerdotale didicit: cum hoc enim ipso, vt secum aliquamdiu maneret, Diodorum Tarsensem Episcopum rogauerat: inuitauerat & alios multos Cilices, vt secum morarentur: ex quibus & Martyrium, quem vt medicum familiarem, ita commissorum in iuuentute delictorum conficiam habuerat, diaconum ordinare cogitabat: ceterum Martyrius in eo aduersatus est, indignum se esse ministerio diuino asseuerans, actæque sibi antea vitæ testem Nectarij ipsum citans. Cui Nectarius: Numquid ego, inquit, idem qui nunc sacerdos sum, vitam meam hætenus multo magis dissolutè traduxi, quàm tu tuam, cum vel tu ipse id testari possis, qui frequenti intemperantiæ meæ opem per læpe tulisti? Tum ille vicissim: Atqui tu, o beate, recens baptizatus ac purificatus, & mox insuper sacerdotio auctus es: vtraque autem hæc peccatorum expiatoria esse, Deus constituit. ac proinde, vt mihi quidè videris, tu ab infantibus iam recens natis nihil differs: ego verò iam olim sacri baptismi factus particeps, in consuetudine vitæ meæ vsus semper antiquum obtinui. Atque ille quidè talia causatus, ordinationè non admisit. ] hæc Sozomenus. Erat tunc Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconus E à Gregorio ordinatus Euagrius Põticus, qui ibi remansit post eius discessionem, eo consilio, vt qui discipulus ipsius Gregorij extitisset, esset adiumento Nectario in dogmatibus disquirendis: sed quoniam pacto iste coactus fuerit Constantinopoli proficisci, dicemus suo tempore.

Sozom. lib. 7. cap. 10. CILICES VTI ERVDITI RETENTIA NECTARIO.

Quod verò Episcopi confessores exules Imperatoris sanctionibus iam ante in suas ipsorum Ecclesias fuerant reuocati: æquum visum est Theodosio, inspirante numine, vt & qui eiusdem persecutionis Arianae tempore subiissent martyrium, è remotioribus locis eorum reliquiæ cum honore, tamquam triumphantium athletarum, in suas ipsorum reuocarentur Ecclesias; vnde de Pauli sanctissimi Episcopi Constantinopolitani, qui apud Cucufum Armeniæ oppidum sub Constantio fuerat strangulatus, vt eius venerandum corpus Constantinopolim transferretur, mandatum dedit hoc fermè tempore, vt Sozomenus tradit his verbis: Porro Imperator vbi cognouisset ea quæ Paulo quondam Constan-

TRANSLATIO PAULI EPISC. CONSTANTINOP. SOP. Sozom. lib. 7. cap. 10.

CHRISTI 381.

DAMASI PAP. 15.

GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMP. P. P. THEODOSII 3.

A Constantinopoli Episcopo acciderant, transtulit eius corpus, & in ecclesia sepeliuit, quam Macedonius Episcopus eius persecutor extruxerat, quæque adhuc de ipsius nomine nomen seruat, augustissima existens ædes & nobilissima: quæ res multos veritatis ignaros, velut & mulierculas & è plebe complures, suspicari facit, Paulum Apostolum illic esse conditum. ] ita ipse. Socrates etiam eiusdem translationis meminit. Quod autem ea semel fama vulgo concepta, posteris eodem errore tradita, auctaque magis magisque fuerit: inde puto accidisse, quod legimus in epistola Clementis Quarti Romani Pontificis ad Reginam Francorum de homine Græco, qui attulit ad ipsam caput, quod diceret esse Pauli Apostoli: illud enim (nisi strophæ ab eo confecta fuit) potuit iure existimari fuisse caput Pauli Episcopi Constantinopolitani insignis martyris, errore vulgi creditum Apostoli Pauli.

Socrat. lib. 5. cap. 9.

B Dum autem adhuc Synodus ageretur, quæ (vt vidimus ex Theodosij nuper recitato edicto) vsque ad finem mensis Iulij producta est, eodem mense idem Theodosius Imperator edicto vetuit ab hæreticis fabricari ecclesias intra vel extra vrbes. Quòd enim expulsi ab ecclesiis essent, vetiti que synaxes agere, iidem qui potentes diuitiis essent, vtpote penes quos sub duobus Imperatoribus Constantio atque Valente summa rerum fuisset, aggressi sunt fabricare nouas ecclesias, alias in vrbibus, alias in suburbis, ad quas conuenirent: id quidem cum Theodosio innotuisset, dato eiusmodi rescripto ad Comitum Orientis, ipse occurrit:

l. 8. de hæret. C. Theod.

Nullum Eunomianorum atque Arianorum, vel ex dogmate Aetij in ciuitatibus vel agris fabricandarum ecclesiarum copiam habere præcipimus. Quod si temerè ab aliquo id præsumptum sit: domus eadem vbi hæc constructa fuerint, quæ construi prohibentur, fundus etiam vel priuata possessio protinus Fisci nostri viribus vindicetur, atque omnia loca fiscalia statim fiant, quæ sacrilegi huius dogmatis vel sedem receperint, vel ministros. Dat. x. III. Kal. August. C. P. Eucherio & Syagrii Coss. ] Potrò non hos tantum hæreticos, sed & alios, nempe Manichæos, Encratitas, Apotacticos, & Hydroparasas, idem Theodosius suis hoc anno legibus exagitauit, eosdemque infamia notatos inestabiles reddidit, & ne quid caperent ex testamento prohibuit. Quo item tempore & hæc rescripsit aduersus apostatas:

\* iuribus

l. 7. de hæret. C. Theod.

l. 1. de apost. stat. C. Theod.

His qui ex Christianis Pagani facti sunt, eripiat facultas, iusque testandi. Omne defuncti si quod est testamentum, submotâ conditione rescindatur. Dat. vi. Non. Maij. C. P. Syagrii & Eucherio Coss. ]

Eodem anno Nonis Septembris celebratum est Concilium Aquileiense, à Gratiano extortum illud à duobus Episcopis Palladio & Secundiano, vt dictum est anno superiori. Hi enim cum à Catholice Ecclesiæ Episcopis, vt Ariani, extra Ecclesiam pulsi viderentur, callida arte nomen sibi Catholicum vsurpantes, tales se reuera esse apud Imperatorem Gratianum conquesti, à Concilio vniuersali suam ipsorum causam examinari expetierunt. Cum Gratianus, licet inuitus, de cogenda Synodo Aquileiæ hoc anno, litteras ad Italiæ comprouinciales Episcopos dedit; cum reliquis autem externarum prouinciarum Episcopis ea est vsus modestia, vt neminem cogeret, sed cuiusque arbitrio relinqueret aduentum: venientes tamen vt publicis deducerentur expensis, præcepit: Orientalibus quoque Præfecti Italiæ litteris significatum est, vt si vellent, conueniendi liberam potestatem haberent. Sed satis illis visum hoc anno (vt vidimus) conuenisse Constantinopoli, cum nonnisi in Occumenicis Conciliis vna simul Orientales & Occidentales conuenire, Ecclesiasticæ consuetudinis esset. hæc omnia ex Actis eiusdem Synodi, quæ extant, certa redduntur.

CONCILIUM AQUILEIENSE.

Qui autem Aquileiæ conuenierant Episcopi, pauci quidem extiterunt, sed iidem virtute sublimes, omnesque numero triginta duo: quorum ex Africana Catholica Ecclesia missi fuere Legati duo, Felix, & Numidius; ex Galliis Narbonensi, Viennensi, & Lugdunensi Legati tres, Constantius, Proculus, atque Iustus. Horum igitur omnium, qui antiquorum scriptorum monumentis celebrati reperiuntur, post Ambrosium omnibus fama notum, est in primis numerandus Valerianus ipsius Aquileiæ ciuitatis Episcopus, qui labefactam à Fortunatiano Ariano Antistite prædecessore eam Ecclesiam ab omni quàm citissime labe purgauit, reddiditque eam noua propagine eruditorum & morum præstantia illustrium clericorum toto Orbi conspicuam, vt suo loco superius dictum est. Porro eiusdem Valeriani nomen iugi memoria in publicis Ecclesiasticis tabulis

EPISCOPI INSYNTORES QUI HVIC SYNODO INTERFVERUNT.

bulis perseverat<sup>a</sup>. Huic in eadem Episcoporum serie proximo loco iungitur Eusebius Bononiensis Episcopus, & ipse sanctitate clarus, sancti Ambrosij elogio<sup>b</sup> commendatus, interque sanctos post obitum receptus sacris dypticis retinetur adscriptus. Quartus vero ordine positus Limenius Vercellensis Episcopus, post sanctum Eusebium primus eius civitatis post longa dissidia, Ambrosio admonente<sup>c</sup>, creatus Antistes.

Anemmius autem Sirmienensis quinto loco recensitus habetur, eodem Ambrosio promotore, aduersantibus licet Arianis & Imperatrice Iustina, factus Episcopus Sirmienensis, vt anno superiori dictum est. Sed mea sententia, qui sequitur ordine sextus, siue spectes doctrinam viri, siue vitæ egregiam sanctitudinem, inter primos adnumerandus Sabinus Episcopus Placentinus: quanta enim huius esset in litteris sacris peritia, illud vnum satis tibi euidens sit argumentum, quod magnus noster Ambrosius huic sua scripta dignoscenda atque emendanda credebat. locupletis huius rei testes sunt eiusdem Ambrosij ad eundem ea de re scriptæ<sup>d</sup> litteræ. sed & quam insignis miraculorum operatione nituerit, S. Gregorius<sup>e</sup> qui ea describit, amplam sanè fidem facit. recensetur & ipse in Ecclesiasticis<sup>f</sup> tabulis digno præconio sanctitatis. Octauus verò ibi ordine collocatus Philastrius Episcopus Brixianus scriptorum memoria clarus, & certaminibus aduersus Arianos insignis habitus, accedentibus ad doctrinam dignis vitæ meritis, & ipse inter claros scriptores & viros sanctos adnumeratus habetur<sup>g</sup>, de quo plura superioribus dicta sunt: hunc apud S. Ambrosium se nouisse Mediolani, sanctus Augustinus<sup>h</sup> gloriatur. Recensetur post alios nonnullos Heliodorus Episcopus Altinensis, quem scimus sancti Hieronymi<sup>i</sup> litteris plurimum commendatum: quantum præterea Græcarum litterarum facultate imbutus esset, superioribus est demonstratum: accessit verò ad ipsius coronam Neporiani nepotis egregia morum institutio: hic in bona senectute diem claudens extremum, adhuc anniuersaria commemoratione in Ecclesia<sup>k</sup> viuuit: sicut & collegæ Euentius<sup>l</sup> Ticinensis, & Bassianus<sup>m</sup> Laudensis inter sanctos relati.

Qui verò adfuerunt Legati ex provincia Narbonensî & Viennensî Constantius & Proculus, vt Synodi litteræ declarant, ille Araucicæ, Proculus verò Massilensis fuit Episcopus, insignes planè huius sæculi viri, quorum Proculus à S. Hieronymo mirifice commendatur: nam scribens ad Rusticum Narbonensem<sup>n</sup>: Habes istic, inquit, sanctum & doctissimum Pontificem Proculum, qui viua & præsentis voce nostras schedulas superet, quotidianisque tractatibus iter tuum dirigat. ] mentio eiusdem est etiam in Concilio Taurinensî. Qui verò Gallorum Legatus Iustus nominatus legitur; fuit hic Episcopus Lugdunensis sanctitate clarus, cuius iugis memoria in Martyrologio perseverat<sup>o</sup>, eiusque res gestæ conscriptæ leguntur<sup>p</sup>. His & aliis clarissimis viris tunc enituit illa corona sanctorum tamquam floribus semper viuidis atque odore fragantibus in Ecclesia Dei: adeò vt vix sit reperiri alia Synodus, in qua tam exiguo Episcoporum numero, tot comprehensî habeantur viri sancti & eruditi, fama que celebres, vigentes in Ecclesia memoria sempiterna, anniuersaria commemoratione votis fidelium rediuiui. At quam commodè accidit, vt qui à nobis ex instituto fuissent magno labore colligendi, hic vna collectos, vno eodemque confessu dispositos, perfacile fuerit recensere, atque de singulis agere.

Iam verò par esset, vt ipsa Acta Synodi Aquileiensis hic verbatim describerentur, singulaque tot sanctorum Patrum sententiæ, vt diuina quædam oracula ex integro redderentur. sed quoniam ea singula pluries edita adeò innotuerunt, vt cuiuscunque ea cupienti pateant; abstinemus, satisque erit omnia summatim complexa (quod ad rerum cognitionem spectat) hic paucis repræsentare. Fuit eius Synodi vnica tantum Actio, quod à prudentibus bellatoribus dolosa impietas è latebris in lucem coacta progredi citò citius tamquam horrendum monstrum iaculis omnium confecta est: adeò vt (quod eadem Acta habent) vna die à prima hora vsque ad septimam totum prælium confectum sit, licet visæ fuerint Patribus longæ moræ, laborque superuacaneus, iam publicè notos hæreticos ad defensionem admitti, atque iterum condemnari; quos manifesta impietatis nota semel iniustos, ab Ecclesia Catholica extorres, vbiq; profugos, omnes vitarent, atque maximè exhorrent.

Ante sessionem Ambrosius diu (vt ipse tradit) differuit cum iisdem Palladio & Secundiano hæreticis, si forte eos ad meliorem frugem perducere potuisset: sed opera frustra impensa, in ipsa sessione prælocutus, in Acta redigi omnia postulauit; quo eorum blasphemiarum

ACTA SYN-  
ODI SV-  
MATIM  
COLLECTA.

<sup>a</sup> Martyrolog. Rom. 27. No-  
uemb.  
<sup>b</sup> Ambrosij de Virgini-  
lib. 1.  
<sup>c</sup> Ambrosij ad Vercellens.  
epist. 82.  
<sup>d</sup> Ambr. epist.  
40.  
<sup>e</sup> Greg. dialog.  
lib. 3. cap. 10.  
<sup>f</sup> Martyrolog.  
Rom. die 11.  
Decemb.  
<sup>g</sup> Martyrolog.  
Rom. die 18.  
Iulij.  
<sup>h</sup> Augustin.  
de hær. ad  
Quintul.  
denim.  
<sup>i</sup> Hier. epist. 1.  
2. 3.  
<sup>k</sup> Mart. Rom.  
die 3. Iulij.  
<sup>l</sup> Martyrolog.  
Rom. die 18.  
Februarij.  
<sup>m</sup> Martyro-  
log. Rom. die  
19. Januarij.  
<sup>n</sup> Viri CLA-  
RIS SIMI  
QUI INTER-  
VERVNT  
CONCILIO  
AQUIL.  
<sup>o</sup> Hier. epist. 4.  
<sup>p</sup> Martyrolog.  
Rom. die 2.  
Septemb.  
<sup>q</sup> Apud Sur-  
tom. 5. die 1.  
Septemb. Ado  
in Chron. G.  
alij.

A  
B  
C  
D  
E

phemiæ cunctis patentes, nulla valerent postea tergiuersatione celari. Sicque in Acta primum omnium relata est epistola Imperatorum, qua Episcopos spontaneos ad Synodum conuocarunt. Inde causa agi cœpta est, recitataque epistola Arii, in qua dictum erat, Solus æternus Pater. Et rogatus Palladius, quid sentiret; subterfugiens ille, negauit se respondere posse, absentibus Episcopis suis, nempe Orientalibus: quos vocatos Præfetti litteris venire noluisse, respondit Ambrosius. Vrget tum ipse Ambrosius cum aliis Episcopis, vt propositæ rogationi respondeat de diuinitate Filij Dei, quam Arius scripto negarat: eundemque moras neccentem eo dilemmate arctat, cum diceret: Soles te Arium negare: Aut damna hodie Arium, aut defende. ] At cum nec sic responderet, sed de minus pleno Concilio congregato querelas iungeret: Ambrosius à Synodo petiit, damnari Palladium, qui Arium damnare noller; atque ad ipsum Palladium conuersus, illud addidit: Dubitas damnare post diuina iudicia, cum creperit medijs: Interpellati que Legati Afrorum, Gallorum, & primæ sedis Illyrici Episcopus Sirmienensis, omnes vna voce, anathema dixerunt omnibus secundum Arium sentientibus.

Rursum rogatus Palladius, sic tandem Christum Filium Dei confessus est verum, vt secundum cauillos Auxentij, confiteretur verum Filium, non verum Deum. Sed cum adigi non valeret hæreticus, vt diceret Filium verum Deum; ab omnibus ei dictum est anathema, qui non confiteretur Filium Dei verum Deum. Post hæc cum ex sententia Apostoli<sup>a</sup>, Patrem solum habere immortalitatem Palladius diceret, ac ex eo diuinitatem Filij Dei negaret: dicentibus Episcopis secundum diuinitatem atque Patri ac Filio & Spiritui sancto eadem immortalitatem competere; detrectante hoc profiteri Palladio, à Synodo anathema dictum omnibus id non affirmantibus.

Ac rursus Palladius spiritus se, serpentis instar, inuoluens, quod non explicaret quid sentiret sincera fidei libertate; iterum anathema dictum est ei. Sed cum idem Palladius eo blasphemiarum prorumperet, vt palam negaret Filium Dei sapientem, iterum anathema eidem inflatum est. Quodque itidem sic diceret Filium bonum, vt asserere noller Deum bonum; iterato anathema ipsi irrogatum est. Sic item eadem percussus est sententia, cum noller asserere Filium Dominum omnipotentem, sed prouocaret ad Concilium generale. Post hæc autem ipse Palladius percontari cœpit Catholicos, & disputationem struere ex verbis illis Domini: Pater maior me est. ] Sed et si à Sabino repulsus est, vt indignus qui audiretur, nisi prius Arium condemnaret: tamen & hoc eidem indulsent.

Vrgente verò adhuc Palladio Catholicos illa sententia: Pater maior me est ] & illis perspicuè omnes soluentibus ambages: falsa vsus Palladius textus eius allegatione, dictabat esse scriptum: Qui misit me, maior me est. ] Sentiens igitur Ambrosius ab illo adulterari diuinam Scripturam adiectione illorum verborum: Qui misit me ] inclamauit cum alijs in eum anathema, dicens: Anathema illi qui diuinis Scripturis addit aliquid vel minuit. ] Appellante verò illo alios auditores, sententia Sabini Episcopi definitum est, deteriores esse Palladij blasphemias, quam Arii. Surgente autem illo, vt exiret, & persistente in sententia maiorem secundum diuinitatem Patrem esse Filio; iterum in eum à Patribus inculcatum est anathema. Instantibus rursus Catholicis, vt contra Arium Filium æqualem Patri profiteretur: cum noller respondere, eam ipse silentij falsam causam prætextuit, quod quæ dicerentur ab eo, minimè à Notariis exciperentur. Quare ad omnem cauillationem eludendam, permisit illi Synodus vt ipsius, Notarij exceptores introducerentur. Sed cum rursus Palladius prouocaret ad plenum Concilium: detrectante illo damnare epistolam Arii, ac diuersis subterfugijs vrente, Valerianus Episcopus Aquileiæ detexit laruam, nempe Palladium ordinatum fuisse à Photinianis, atque cum illis iam antea damnatum: quare dicto in eum rursus anathemate, ille iterum ad alios prouocat auditores.

Cumque eo tandem dementia venisset Palladius, vt sæculares etiam Iudices peteret: Sanctus Ambrosius grauem illam sententiam dixit: Sacerdotes de laicis iudicare debent, non laici de sacerdotibus. ] atque tandem nouissimam hanc in eum damnationem his verbis intulit: Etsi Palladius in multis impietatibus deprehensus sit: erubescimus tamen, vt videatur qui sacerdotium sibi vendicat, à laicis esse damnatus. Ac per hoc, quoniam & in hoc ipse damnandus est qui laicorum expectat sententiam, cum magis de laicis sacerdotes debeant iudicare: iuxta ea quæ hodie audiuimus Palladium

ARIÏ EPI-  
STOLA IN  
SYNODO  
RECITATA.

PALLADIÏ  
TERGIUER-  
SATIONES  
VARIÆ.

PALLADIÏ  
VRGET CA-  
THOLICOS  
ERVSTRA.

PALLADIÏ  
APPELLAT  
IUDICES  
SACERDIA-  
RES.  
SENTENTIA  
IN PALLA-  
DIÏVM.

profitemem, & iuxta ea quæ condemnare noluit, pronuncio illum sacerdotio indignum A & eiciendum, & vt in loco eius Catholicus ordinetur. ] ita Ambrosius: in quam sententiam à ceteris omnibus Patribus itum est.

SECUNDIA-  
NI EPISC.  
ARIANI  
CAUSA.

Damnato Palladio, Secundianus rogatus est sententiam dicere, quid profiteretur de Filio Dei: qui eadem quæ Palladius de ipso Filio Dei sentire professus est, licet circum- uentione videri vellet esse Catholicus; sed tamen quadam inuersione verborum, quem- admodum arte ioculatoria impostores visum fallunt, ita assereret Filium esse Deum ve- rum vnigenitum, vt dictionem illam, Verum, ad Filium, non autem ad Deum relationem habere vellet; vt cum Deum verum diceret, Verum ad vnigenitum referret; quasi diceret, Filium verum esse Patris vnigenitum. At licet hic terminentur Acta quæ extant, nec ea integra omnia habeantur: tamen ex epistola à Synodo scripta, æquæ damnatum esse Secundianum atque Palladium, apparet. Quinetiam Attalum presbyterum ex Ca- B tholico Arianum factum Patres eadem sententia percudere: Valentem quoque Pseu- doepiscopum intrusum in locum Marci Petauionensis Episcopi, quod à populo eiec- tus, patriam Gothis proditione tradidisset, habitu Gothico cum torque & brachialibus in- cendentem, necnon ordinationes illegitimas vbique facientem, derulerunt per litteras Im- peratoribus; à quibus & petierunt, ne Photinianis cogendi conuentum apud Sirmium, quod tentabant, facultas daretur. Sed Synodalem hic epistolam ad Augustos per Lega- tos missam recitemus, prout de aliis factum est.

Imperatoribus clementissimis & Christianis, beatissimisque Principibus, Gratiano, Va- lentiniano, & Theodosio sanctissimi Concilii quod conuenit Aquileiæ.

LITTERAR  
SYNODI AD  
IMPBRATO-  
RES.

Benedictus Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui vobis Romanum Imperium dedit: & benedictus Dominus noster Iesus Christus vnigenitus Dei Filius, qui regnum ve- C strum sua pietate custodit: apud quem gratias agimus vobis, clementissimi Principes, quod & fidei vestræ studium probauistis, qui ad remouendas altercationes congregare studuistis sacerdotale Concilium, & Episcopis dignatione vestra honorificentiam reser- uastis, vt nemo deesset volens, nemo cogere inuitus. Itaque iuxta mansuetudinis ves- træ statuta conuenimus sine inuidia multitudinis, & cum effectu disceptationis: nec vlli de hæreticis Episcopi sunt reperti, nisi Palladius & Secundianus, homines vetustæ perfid- iæ, propter quos congregari Concilium postulabant de extrema parte Orbis Romani. Ecce nullus senectutis annis grauatius, cuius vel sola esset reuerenda canicie; de vltimo sinu maris Oceani venire compulsus est, & Concilio nihil defuit, nullus debile corpus trahens ieiuniorum stipendiis oneratum itineris est coactus iniuria, fortitudinis amissæ damna deflare; nullus postremo pauperiem, in sacerdotibus gloriosam, subsidio veniendi D destitutus ingemuit.

psal. 40.

Vnde completum in te est, clementissime Principum Gratiane, quod scriptura diui- na laudauit: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Quam graue autem, si propter duos in fidē cariosos, toto in Orbe essent Ecclesiæ sacerdotibus destitutæ? Qui etiam si venire propter prolixitatem itineris nequiverunt: tamen omnes propè ex omni- bus prouincijs Occidentalibus, missis adfuere Legatis, & altercationibus euidentibus id se tenere quod nos asserimus, & in tractatu Nicæni congruere Concilij designarunt, &c.] postquæ enarrata Acta Concilij superius explicata, ibidem Patres, vt damnati hæretici mi- nisterio Præfectorum ab Ecclesijs arceantur, auxilium implorant his verbis: Vestram fi- dem, vestram gloriam deprecamur, vt reuerentiam Imperij vestri deferatis auctori, cen- scatisque impietatis asserores & adulteros veritatis, datis apicibus clementiæ vestræ, ad iu- E dicia competentia ab Ecclesijs arceandos esse liminibus: vt in damnatorum locum per no- stræ paruitatis Legatos sancti subrogentur sacerdotes. Attalum quoque presbyterum de præuaricatione confessum, & palam sacrilegiis inhærentem par sententia comprehendat. Nam quid de magistro eius Valente dicemus? Qui cum esset proximus, declinauit sacer- dotale Concilium, ne euersæ patriæ, perditorumque ciuium causas præstare sacerdotibus cogere- tur. Qui etiam torquem, vt asseritur, & brachialia, impietate Gothica profana- tus, more indutus Gentilium ausus sit in prospectum exercitus prodire Romani. Quod sine dubio non solum in sacerdote sacrilegium, sed etiam in quocumque Christiano ab- horretur more Romano, nisi fortè sic solent idololatræ sacerdotes prodire Gothorum.] Episcopus Arianos torquatos interdum incedere consueuisse, alibi diximus, & inferius quoque alijs patebit exemplis. Subdunt iidem Patres:

DE ATTALO  
ET VALEN-  
TE PRODI-  
TORE PA-  
TRIAE.

Moueat

Moueat pietatem vestram sacerdotale nomen, quod ille sacrilegus infamat: qui etiam suorum vocibus (qui tamen superesse possunt) nefandi sceleris arguitur. Certè domum repetat suam: non contaminet florentissimas Italiae ciuitates, qui nunc illicitis ordina- tionibus consimiles sui sociat sibi, & seminarium quærit suæ impietatis atque perfidiæ per quosque perditos relinquere, qui Episcopus esse nec cepit. Nam primo Petauione superpositus fuerat sancto viro Marco admirabilis memoriæ sacerdos: & postquam de- formiter deiectus à plebe est, qui Petauione esse non potuit, is nunc Mediolanum post euerisionem patriæ, ne dicamus prodicionem, inquietauit. Super omnibus igitur pietas vestra consolari dignetur, ne obtemperantes vestra tranquillitatis statutis, frustra con- uenisse videamur. Non solum enim cauendum est, ne nostra, sed ne vestra decreta infam- entur. Petimus igitur, vt Legatos Concilij sanctos viros æquæ clementia vestra audire dignetur, & cum effectu eorum quæ poscimus, maturius redire præcipiat, vt mercedem accipiatis à Domino Deo Christo, cuius ecclesias ab omni sacrilegorum labe purgastis. Photinianos quoque, quos & superiori lege censuistis nullos facere debere conuentus, & eam quæ de Concilio sacerdotum data est congregando, remouistis: petimus, vt (quoniam in Sirmieni oppido adhuc conuentus tentare cognouimus) clementia vestra, interdicta etiam nunc coitione, reuerentiam primùm Ecclesiæ Catholice, deinde etiam legibus ves- tris deferre iubeatis: vt & vos, Deo præstante, triumphetis, qui paci Ecclesiarum, quie- tiquæ consulitis.] hæcenus Episcopi ad Imperatores.

ALTA FETI-  
CIO EPISCO-  
PORVM.

nos

PHOTINIA-  
NI NE CO-  
EANT.

Dederunt quoque iidem litteras ad comprouinciales Episcopos, qui Legatos ad Con- cilium miserant, quarum ibidem extat exemplar, earum scilicet, quæ missæ sunt ad Epi- scopos Galliarum prouinciæ Narbonensis ac Viennensis, ex quibus Proculus & Constan- tius Synodo interfucere Legati. Quod verò nulla legatio ab Hispaniarum Episcopis mis- sa fuerit, cum ex Africa etiam aduenerit: illa causa creditur, quod vniuersa Hispania hoc tempore ob Priscillianum hæresiarcham maxima iactabatur dissidij tempestate. Quo modo autem hæc se habuerint, proximè dicturi sumus. Lex verò illa, qua Photinianis conuentus interdicti erant, vtique ea est, quam superius recitauimus hoc anno datam, quarto Idus Ianuarij, iisdem Consulibus Eucherio atque Syagrius. Quod item aiunt, Arianum hominem Mediolanensem ciuitatem perturbare: tantam fiduciam haud du- bium Iustinæ Augustæ fauorē sibi impios vendicasse, certum est; cuius quoque studio eiusdem sectæ homines sese in aulam etiam Gratiani insinuarunt, eoquæ insolentia pro- gressi sunt, vt duo ex illis illudere conati sint sanctissimo sacerdoti Ambrosio: quoniam modo id acciderit, Paulinus narrat his verbis:

Paulin. in  
Vit. S. Am-  
bros.

ARIAN-  
AVLIC-  
QVID IN  
AMBROS.

Matth. 28.

Fuerunt etiam duo eubicularij tunc temporis Gratiani Imperatoris de hæresi Ariano- rum, qui tractandam Episcopo quæstionem proponerent. Ad quam audiendam altero die ad basilicam Portianam se adfuturos promiserant. Erat enim quæstio de Incarnatio- ne Domini. Sed alio die miserandi homines superbiæ tumore completi, nec memores promissorum, contemnentes Deum in sacerdote ipsius, nec plebis expectantis confide- rantes iniuriati, immemores etiam dictorum Dominicorum: Quoniam qui scandali- zauerit vnum ex minimis istis, oportet vt mola asinaria collo eius alligetur, & demerga- tur in profundum maris: conscendentes in equos, quasi gratia gestandi, ciuitatem egressi sunt, expectante sacerdote & plebe in ecclesia constituta. Sed huius contumaciæ quis fi- nis fuerit, horresco referens. Subito enim præcipitati miseris animas emiserunt, atque corpora illorum sepulturæ sunt tradita. Sanctus verò Ambrosius cum ignorasset quod factum esset, nec diutiùs posset plebem tenere, ascendens pro tribunali, de eadem quæ- stione quæ fuerat proposita, sermonem adorsus est, dicens: Debitum, fratres, curo sol- uendum, sed hesternos meos non inuenio creditores, & reliqua quæ sunt scripta in libro, qui de incarnatione Domini intitulatur.] hæc Paulinus: ex quibus videas iuxta illud Pro- uerbiu eisdem accidisse: Parata sunt derisoribus iudicia.] at de rebus Ambrosij hæc- ctenus: ad Romanum Pontificem orationem conuertamus.

Proverb. 9.

Post hæc autem cum de rebus gestis in Synodo Constantinopolitana Damasus Roma- nus Pontifex nuncium accepisset, & inter alia quod in Paulini Episcopi Antiocheni con- tumeliam creasset Episcopum in locum Meletij Flauianum: quod res eo progressa esse videretur, vt dissimulari non posset, agit cum Imperatoribus de cogendo anno sequenti Romæ Cõcilio generali, ad quod vt Orientales Episcopi, qui hoc anno conuenerunt Con- stantinopoli, venire compellerentur, auxilium implorat Theodosij Augusti Constanti- nopolis

DAMASUS  
AGIT PRO  
COGENDO  
ROMÆ  
CONCILIO  
GENERALI.

<sup>a</sup> Apud Theod. lib. 5. c. 9.

<sup>b</sup> Sozom. lib. 7. cap. 11.

QVI PAULINO, QUIVE FLAVIANO FAVENT.

<sup>c</sup> Apud Theod. lib. 5. c. 9.

<sup>d</sup> Hier. epist. 16. c. 27.

HAERESIS GNOSTICORVM ILLA PRAEVA IN HISPANIA.

<sup>e</sup> Seuerus hist. lib. 2.

GNOSTICI EX AEGYPTO IN HISPANIA.

<sup>f</sup> Epiph. h. v. 26. prope fin.

<sup>g</sup> Hieronym. in Isai. c. 44.

nopoli commorantis. id quidem testantur litterae Orientalium Episcoporum, qui sequenti anno Constantinopoli conuenerunt. Sed & Gratianum quoque interpellatum à Damaso, vt id perficiendum curaret, Sozomenus affirmat, qui de his eiusmodi instituit orationem: Ex eo, inquit, nempe quod Flavianus in locum Meletij Episcopus Antiochenus subrogatus est, maxima rursus perturbatio Antiochenam Ecclesiam corripuit, ac plurimi se à Flauiani communione abstraxerunt, & priuatim sub Paulino conuentum egerunt. Quin & ipsi quoque sacerdotes ob hanc rem inter se contēdebant: atque Aegyptij quidem & Arabici & Cyprij velut ob Paulinum iniuria affectum stomachabantur: Syri verò, Palæstini, Phœnices, tum etiam ex Armenis, ex Cappadocibus, ex Galatis, & ex Ponticis plurimi pro Flauiano stabant. Non minimè autem indignatus fuit Episcopus Romanus, & cum eo cuncti sacerdotes Occidentales: ac Paulino quidem ceu Antiochiæ Episcopo consuetas scribebant epistolas, quas Synodales appellant; ad Flavianum verò silentium agebant. Quin & Diodorum Tarfi, & Acacium Bereæ Episcopos, qui illum ordinarant, reos agebant, & pro excommunicatis habebant. Itaque vt de hisce rebus cognosceretur, scripserunt tum ipsi, tum Gratianus Imperator, in Occidentem conuocantes Episcopos Orientales. ] hæc Sozomenus. Ceterùm haud eò res peruenit, vt sectatores Flauiani sententia excommunicationis percellerentur, licet Sozomenus dicat ordinatores fuisse excommunicatos. Verùm toleratum id diu, quod non vnius ciuitatis vel Ecclesiæ, sed totius Orientis hæc causa esset. Isthæc omnia per Damasum apud Theodosium acta esse post Aquileiense Concilium, litteræ Orientalium fidem faciunt, quibus pariter declaratur paruisse Damaso Theodosium, vt datis ad Episcopos Orientis litteris, eos Romam ad Concilium proficisci debere significaret. Meminit & S. Hieronymus eiusmodi Imperialium litterarum, quibus Episcopi Orientis in Occidentem Romam conuocabantur: ex quibus ipse Paulinus Episcopus Antiochenus, Epiphanius in Cypro Constantiæ Episcopus, & alij accersiti Romam se contulerunt, cum & ipse quoque S. Hieronymus in Urbem reuersus est. Sed de his anno sequenti.

Iam verò reliquum est, vt de rebus Hispanicis huius temporis hic contexamus historiam, cui sanè Ecclesiæ exagitatae turbis Priscilliani hæresiarchæ, minimè liberum fuisse vt Legatos mitteret ad Concilium Aquileiense, paulo superius diximus. Vnde autem eiusmodi hæresis ex Gnosticis irrepserit in Hispanias, atque Priscillianum infecerit, vt ipse in ea prouincia huiuscemodi primus auctor haberetur: res ex altiori principio repetenda, quam Seuerus ita describit:

Sequuntur tempora ætatis nostræ grauia & periculosa, quibus non vilitato malo polluta Ecclesiæ, & perturbata omnia. Namque tum primum infamis illa Gnosticorum hæresis intra Hispanias deprehensa, supersticio execrabilis, arcanis occultis secretis. Origo istius mali oriens ab Aegyptiis. Sed quibus ibi initiis coaluerit, haud facile est disserere. Primus eam intra Hispanias Marcus intulit Aegypto profectus, Memphis ortus. Huius auditores fuere Agape quædam non ignobilis mulier, & rhetor Helpidius. ] hæc Seuerus de origine & loco vnde manauit. Hic tibi, lector, in memoriam reuoco quæ dicta sunt superius: nimirum S. Epiphanius Constantiæ in Cypro Episcopum, cum in Aegypto iuuenis esset, impegisse in huiusmodi latentes ibi turpissimos Gnosticos, parumque abfuisse, quin ipse blanditis illius sectæ feminarum fuerit irretitus: qui diuina fulus gratia liber exiens, eos latitantes circiter octoginta denunciavit locorum illorum Episcopis, quorum studio iidem infames hæretici ex Aegypto expulsi fuerunt: quos assertionem Seueri in Hispanias nauigasse scimus, licet quo profecti fuerint, Epiphanius nihil dicat. Certè quidem conueniunt tempora, nempe Epiphanius iuuenis cum Marco ex Aegypto veniente, & alios edocente, à quibus Priscillianus veneno potatus fuit.

Porrò Marcum in Gallias primò, deinde nauigasse in Hispanias cum his mercibus, sanctus Hieronymus tradit, dum ita de his scribit: Insidiatur in apocrypho, quasi in spelunca sua, insidiatur vt rapiat pauperem. Ascensio enim Isaiæ, Apocalypsis Eliæ, hoc habent testimonium: & per hanc occasionem, multaque huiusmodi, Hispaniarum & Lusitanæ deceptæ sunt mulierculæ oneratae peccatis, quæ ducuntur desideriiis variis, semper discentes & numquam ad scientiam peruenientes, vt Basilidis, Balsami, atque Theauri, Barbelonis quoque & Leufibote, ac reliquorum nominum portenta suscipiant, de quibus diligentissimè scribit vir Apostolicus Irenæus Episcopus Lugdunensis & martyr, multarum originem explicans hæreseon, & maximè Gnosticorum, qui per Marcum

**A** Marcum Aegyptium Galliarum primum circa Rhodanum, deinde Hispaniarum nobiles feminas decerpserunt, miscentes fabulis voluptatem, imperitiæ suæ nomen scientiæ suæ vendicantes, &c. ] hæc Hieronymus. Sed prosequamur narrationem Seueri rem accurate ita describentis:

Ab his Priscillianus est institutus, familia nobilis, prædiues opibus, acer ingenio, facundus, multa lectione eruditus, differendi ac disputandi promptissimus: felix profectò, si non prauo studio corrupisset optimum ingenium: prorsus multa in eo animi & corporis bona cerneret: vigilare multum, famem ac sitim ferre poterat, habendi minimè cupidus, vtendi parcissimus, sed idem vanissimus, & plus iusto inflatio profanarum rerum scientia. Quin & magicas artes ab adolescentia eum exercuisse, creditum est. Is vbi doctrinam exitabilem aggressus est, multos nobilium, pluresque populares auctoritate persuadendi, & arte blandiendi allicit in societatem. Ad hoc, mulieres nouarum rerum cupidæ, fluxa fide, & ad omnia curioso ingenio cateruatim ad eum confluebant: quippe humilitatis speciem ore & habitu prætendens, honorem sui & reuerentiam cunctis iniecerat.

Iamque paulatim perfidiæ istius tabes pleraque Hispaniæ loca peruaserat. Quin & nonnulli Episcoporum deprauati, inter quos Instantius & Saluianus, non solum consensone, sed sub quadam etiam coniuratione susceperant. Quo Adyginus Episcopus Cordubensis ex vicino agens, comperto, ad Idacium emeritæ ætatis sacerdotem refert. Is verò sine modo & vltra quàm oportuit, Instantium & socios eius laceffens, facem quandam nascenti incendio subdidit, vt exasperauerit malos potius, quàm compresserit. Igitur post multa inter eos & digna memoratu certamina, apud Cæsaraugustam Synodus congregatur, cui tum etiam Aquitani Episcopi interfuere. Verùm hæretici committere se iudicio non ausi. In absentes tum lata sententia, damnati que Instantius & Saluianus Episcopi, Helpidius & Priscillianus laici. Additum etiam, vt si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eandem sententiam promendam. ] hæc Seuerus. Extant fragmenta quædam eiusdem Concilij Cæsaraugustani, non autem ipsum integrum, in nominibus Episcoporum enormiter deprauata, atque errore Collectoris reiecta ad tempora Hormisdæ Papæ, cum idem Concilium ex certa auctoritate Seueri sub Damaso collocandum fuisset: reddamus hic ipsum decurtatum (vt reperitur) & emendemus pro virili qui irreperunt errores: sic enim se habet:

Quarto Nonas Octobris Cæsaraugustæ, in Secretario residentibus Episcopis Siradio, Delphino, Raticio, Ampelio, Augentio, Lucio, Italio, Splendino, Valerio, Symposio, Catterio, & Italio, ab vniuersis dictum est: Recitentur sententiæ, &c. ] Habes hic Delphinum nominatum, quem fuisse Burdegalensem Episcopum & aduersarium Priscilliani idem Seuerus affirmat. Legis insuper, Italium & Italium: scias legendum ex eodem Seuro, Idacium & Ithacium, qui fuerunt acerrimi oppugnatores Priscilliani. At sicut defunt integra Synodi Acta, ita etiam excidisse plurimorum nomina Episcoporum qui eidem Synodo interfuerunt, possumus existimare. Ac ne dubites hunc illum ipsum esse conuentum, quem Seuerus describit: habes in primis Seueri sententia decretum esse in ea Synodo, vt damnatos hæreticos nemo in communionem reciperet, alioqui eadem ipsum sententia plectendum esse: quod inuenies expressum in quinto canone his verbis:

Item lectum est: Vt hi qui per disciplinam aut sententiam Episcopi ab Ecclesia fuerint separati, ab aliis Episcopis non sint recipiendi. Quod si scientes Episcopi fecerint, non habeant communionem. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Qui hoc commiserit, Episcoporum non habeat communionem. ] hæc ibi. Sed & ex dogmatibus atque corruptelis Priscilliani, quæ sancitis contrariis legibus idem Concilium conatum est conuellere; planè intelliges, hoc illud ipsum esse Concilium Cæsaraugustanum, cuius Seuerus meminit. Vt in primis, quod constat cum ex Seuro, tum etiam ex S. Hieronymo (vt dictum est) à Prisciliano atque collegis deceptas esse plurimas nobiles feminas, atque seductas sub specie pietatis & disciplina: cui quàm apposite ad hæc auertenda Patres primum omnium statuere:

Vt mulieres omnes Ecclesiæ Catholicæ fideles à virorum alienorum lectione & cætibus separantur; nec ad ipsas legentes alij studio vel docendi vel discendi conueniant: quoniam & hoc Apostolus iubet. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Anathema futuros, qui hanc Concilij sententiam non obserauerint. ] At quod idem hæretici ieiungerent

QUALIS PRISCILLIANVS.

HISPANIAS CORRUPIT A PRISCILLIANO. \*Hyginus

CONCILIVM CÆSARAVGVSTANVM.

Tom. 1. Concil. veteris.

ACTA CONCILII CÆSARAVGVSTANI CONTRA PRISCILLIANVM. Seuer. hist. lib. 2. prope fin.

Concil. Cæsaraugust. cap. 5. tom. 1. Concil.

1. Cor. 14. 1. Timoth. 2.

rent die Dominico, & abominanda perpetrantes, clandestinos conuentus agerent: his A

Ne quis ieiunet die Dominico causa temporis, aut persuasionis, aut superstitionis: nec Quadragesimæ diebus ab ecclesiis fideles desint. Nec habitent in latibulis cubiculorum ac montium qui in suspicionibus perseuerant: sed exemplum & præceptum custodiant sacerdotum: & ad alienas villas agendorum conuentuum causa non conueniant, &c.] Sanè quidem Priscillianistas consueuisse ieiunare die Dominico, S. Leo in epistola ad Tur-

Leo epist. 93.

ribium \* expresse testatur, atque alij antiquiores affirmant.

Quod insuper iidem vt laterent, conuenientes ad ecclesiam Catholicorum, vt viderentur communicare, sic accipiebant Eucharistiam, vt eam non comederent: hæc ob eam causam contra eos decreuit Synodus: Eucharistia gratiam si quis probatur acceptam non consumpsisse in ecclesia, anathema sit in perpetuum. ] Rursum aduersus eorum dem occultas collectiones hæc iidem: Vigesimo & primo die \*, id est, à decimo sexto Kalendas Ianuarij, vsque in diem Epiphaniæ, qui est octauo Idus Ianuarij, continuis diebus nulli liceat de Ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec sedere in villam, nec motes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad Ecclesiam. Quod qui non obseruaerit de suspectis, anathema sit in perpetuum. ] De his idem qui supra S. Leo tradit, eosdem Priscillianistas ieiunare consueuisse tempore Natalis Domini, ea nimirum ex causa, quod non credebant eum carnem suscepisse humanam.

Viginti & vno diebus

Rursum verò quod (vt ex Seuero dictum est) Priscillianus affectaret sanctitatem in habitu, quem & eius sectatores imitarentur: ideirco Patres hæc statuere: Si quis clericus propter luxum, vanitatisque præsumptum de officio suo sponte discesserit, ac velut obseruatorem legis, monachum videri se maluerit esse quam clericum: ita de Ecclesia repellendum, vt nisi rogando & obsecrando plurimum temporis satisfecerit, non recipiatur. ] sed & illud etiam contra Priscillianum: Ne quis doctoris nomen sibi imponat, præter has personas quibus concessum est. ] lam probè ex his vides, hoc illud esse Concilium Cæsaraugustanum, cuius Seuerus meminit, qui & mox subdit: Ithacio Sossubensi \* Episcopo negotium datum, vt decretum Episcoporum in omnium notitiam deferret, maximeque Hyginum extra communionem faceret: qui cum primus omnium infectari palam hæreticos cœpisset, postea turpiter deprauiatus, in communionem eos recepisset.

Seuerus hist. lib. 2. m. 10. \* Sossubensi

Interim Instantius & Saluianus damnati iudicio sacerdotum, Priscillianum etiam laicum, sed principem malorum omnium vna secum Cæsaraugustana Synodo notatum, ad confirmandas vires suas Episcopum in Abilensi oppido constituunt (sic restituendum Labilensi: nam Abile Episcopum postea factum Priscillianum fuisse, S. Hieronymus contra Pelagianos affirmat) rati nimirum, si hominem acrem & callidum sacerdotali auctoritate armassent, tutiores fore sese. Tum verò Idacius atque Ithacius acrius instare, arbitantes posse inter initia malum comprimere: sed parum sanis consiliis sæculares Iudices aduertunt, vt eorum decretis atque executionibus hæretici vrbibus pellerentur. Igitur post multa & foeda, Idacio supplicante, elicitur à Gratiano tum Imp. rescriptum, quo vniuersi hæretici excedere non Ecclesiis tantum, aut vrbibus, sed extra omnes terras propelli iubebantur. Quo comperto, Gnostici diffusi rebus suis, non ausi iudicio certare, sponte cessere qui Episcopi videbantur: ceteros metus dispersit.

PRISCILLIANVS EXPELLITVR.

At tum Instantius, Saluianus, & Priscillianus Romam profecti, vt apud Damasum Urbis ca tempestate Episcopum obiecta purgarent. Sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit: vbi tum ab imperitis magnifice suscepti, sparsere perfidiæ semina, maximeque E Elculanam plebem sanè tum bonam & religioni studentem prauis prædicationibus peruertere. A Burdegala per Delphinum repulsi: tamen in agro Euchrocia aliquantisper morati, infecere nonnullos suis erroribus. Vnde iter cœptum ingressi, turpi sanè pudibundoque comitatu cum vxoribus atque alienis etiam feminis, in queis erat Euchrocia, ac filia eius Procula, de qua fuit sermo hominum Priscilliani stupro grauidam, partum sibi graminibus abegisse. Hi vbi Romam peruenere, Damaso se purgare cupientes, ne in conspectum quidem eius admissi sunt. Regressi Mediolanum, æque aduersantem sibi Ambrosium repererunt.

PRISCILLIANVS VENTIT ROMAM.

Tum vertere consilia, vt quia duobus Episcopis, quorum ea tempestate summa auctoritas erat, non illuserant: largiendo & ambiendo, ab Imperatore cupita extorquerent. Ita corrupto Macedonio tum Magistro officiorum, rescriptum eliciunt, quo calcatis quæ prius

PRISCILLIANVS VBRIDIIT RESCRIPTVM.

præius decreta erant, restitui Ecclesiis iubebantur. ] Immanè profectò piaculum, quo suggestionè Macedonij Gratianus Princeps maxime pius, eius quod pie sancteque sanxerat, præuicator est factus: ex quo quidem facinore sibi necem comparauit. Nam ad immane scelus vindicandum, & hæreticos libera voluntate indulgentia Gratiani vagantes comprimendos, atque digna animaduersione plectendos, suscitauit aduersus eum Deus Maximum tyrannum, qui Imperatori necem intulit, & in principes hæreticorum gladio animaduertit. Sed hæc licet postea, ex præsententi tamen causa contigisse, nemo non videt.

Sed nec inultus abiit improbus Macedonius hæreticorum fautor, erga Catholicos parum æquus, de quo ista Paulinus \*: Temporibus Gratiani, cum ad prætorium Macedonij tunc Magistris officiorum pro quodam intercedendo Ambrosius perrexisset, atque præcepto prædicti viri fores inuenisset clausas, nec copiam ingrediendi adeptus esset, ait: Et tu quidem venies ad ecclesiam, quam nec clausas ianuas inueniens, ingredieris. Quod factum est, mortuo Gratiano. Confugiens etenim Macedonius ad ecclesiam, patentibus ianuis aditum reperire non poterat. ] hæc Paulinus. Quod enim scirent aulici nihil à Gratiano Imperatore Ambrosio denegari; inuidiæ æstu succensi, præcludere aditum illi interdum consuevere; vt aliquando contigit, cum Ambrosius pro pœnâ mortis damnato intercedere cœnaretur. rem gestam Sozomenus ita narrat \*: Paganus quidam ordine vir illustris Gratianum quidem conuiciis prosciderat, & patre indignum appellauerat, eiusque rei habito iudicio, capite damnatus erat. Cumque iam ad supplicium duceretur, venit ad Palatium Ambrosius pro illo supplicaturus. Ceterum cum Gratianus eorum instinctu qui illi damnato insidiabantur, distinctetur spectaculis venationum (quales priuatæ delectationis, non publici commodi gratia Principes exhibere consueuerunt) nec atriensium quisquam illi rem indicaret, quasi opportunum non esset, recessit. Progressus autem ad illam portam, per quam feras introducebant, clanculum se habuit: ac simul cum venatoribus ingressus, non antea rei causam agere omisit, neque prius Gratiani & aulicorum eius obsecrationibus cessit, quam salutiferum suffragium Gratiano extorsisset, quo morti destinatum liberaret. ] hæc tenus de his Sozomenus. Sed redeamus ad institutam de Priscilliano & fociis orationem.

MACEDONIVS CONTEMPTVS.

Quid demum scelestissimi hæretici, extorto atque subrepto edicto à Gratiano? subdit ita Seuerus \*: Hoc freti Instantius & Priscilliantis, repetiuere Hispanias. Nam Saluianus in Vrbe obierat. Ac tum sine vlllo certamine Ecclesias, quibus præfuerant, recepere. Verum Ithacio ad resistendum non animus, sed facultas defuit. Quia hæretici corrupto Voluentio Proconsule, vires suas confirmauerant. Quinetiam Ithacius ab his, quasi perturbator Ecclesiarum, reus postularus, iussusque per atrocem executionem deduci, trepidus per fugit ad Gallias. Ibi Gregorium Præfectum adiit. Qui compertis quæ gesta erant, rapit ad se turbarum auctores iuber, atque de omnibus ad Imperatorem refert, vt hæreticis viam ambiendi præcluderet. Sed id frustra fuit: quia per libidinem & potentiam paucorum, cuncta ibi venalia erant. Igitur hæretici suis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obtinent, vt Imperiali auctoritate, Præfecto erepta cognitio, Hispaniarum Vicario traderetur: nam iam Proconsulem habere desiderant. Missique à Magistro officiales, qui Ithacium tum Treueris agentem ad Hispanias retraherent: quos ille callidè frustratur, ac postea per Pritannium Episcopum defensus, illudit. ] hæc tenus Seuerus de his quæ contigerunt vsque ad Maximum tyrannum, nempe ad annum sequentem, qui (vt dictum est) pro Catholicis aduersus hæreticos suscepit patrociniū. Vides, lector, quibus suffulciatur fundamentis Imperium, nempe veræ religionis defensione; à qua si deficiant Imperatores, omnia quantumlibet firma corruui necesse sit atque prosterni.

Sozom. lib. 7. cap. 2. 4.

Ceterum Idacius non apud Iudices tantum siue Ecclesiasticos, siue sæculares Priscillianum cum fociis persecutus est, sed scriptis editis eosdem exagitauit, de quibus Isidorus \*: Idacius Hispanus Episcopus, cognomento & eloquio Clarus, scripsit quemdam librum sub Apologerici specie, in quo detestanda Priscillianorum dogmata, & maleficiorum eius artes, libidinumque eius probra demonstrat, ostendens Marcum quemdam Memphiticum magicæ artis scientissimum discipulum fuisse Manis, & Priscilliani magistrum. ] hæc ipse, qui sic dixit Marcum Manis discipulum, quod etiam Manichæorum hæresim sit amplexus, non autem Manetis temporibus vixerit: nam quod ad Priscilliani dogmata spectat, hæc S. Augustinus \*: Priscillianistæ, quos in Hispania Priscillianus instituit, maxime

Seuerus hist. lib. 2.

VNDE CLAVDES IMPERATOR.

Isidor. de vir illust. IDACIVS VERGILII SCRIPITIS PRISCILLIANVM.

Aug. de haeres. cap. 70.

DOGMA  
PRISCIL  
LIANI.  
<sup>a</sup>Leo epist. 93.

maximè Gnosticorum & Manichæorum dogmata permixta fectantur: quamuis & ex aliis hæresibus in eas sordes tamquam in sentinam quamdam horribili confusione confluerint.] & S. Leo epistola ad Turibium <sup>a</sup> tradit, ita Manichæos & Priscillianistas inter se mutuo fœdere esse connexos, vt solis fuerint nominibus discreti.

Subdit verò Augustinus hæc de Priscillianistarum erroribus: Propter occultandas atrem contaminationes & turpitudines suas, habent in suis dogmatibus & hæc verba:

*Iura, periura, secretum prodere noli.*

Hi animas dicunt eiusdem naturæ atque substantiæ, cuius est Deus, ad agonem quendam spontaneum in terris exercendum, per septem cælos, & per quosdam gradatim descendere principatus, & in malignum principem incurrere, à quo istum mundum factum volunt, atque ab hoc principe per diuersa carnis corpora seminari. Astuant etiam fatalibus stellis homines colligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa cæli esse compositum: sicut hi qui Mathematici vulgo appellantur, constituentes in capite arietem, taurum in ceruice, Geminos in humeris, cancrum in pectore, & cetera nominatim signa percurrentes ad plantas vsque perueniunt, quas piscibus tribuunt, quod vltimum signum ab Astrologis nuncupatur. Hæc & alia fabulosa, vana, & sacrilega, quæ persequi longum est, hæresis ista contexit: carnes tamquam immundas escas etiam ipsa deuitat: coniuges, quibus hoc malum potuerit persuadere, disiungens, & viros à nolentibus feminis, & feminas à nolentibus viris: opificium quippe omnis carnis non Deo bono & vero, sed malignis angelis tribuunt; hoc versutiores etiam Manichæis, quod nihil scripturarum canonicarum repudiant, simul cum apocryphis legentes omnia, & in auctoritatem fumentes, sed in suos sensus allegorizando verentes quicquid in sanctis libris est, quod eorum euertat errorem. De Christo Sabellianam sectam tenent, eundem ipsum esse dicentes non solum Filium, sed etiam Patrem & Spiritum sanctum. ] hæc Augustinus, qui & alibi <sup>b</sup> ait, Priscilliani fuisse assertionem de mendacio, quod peccatum non esset, etiam iuncto periurio: quo tanto errore permotus, vt eum confutaret, se tradidit scripsisse librum contra mendacium. Porro hæc ipse Priscillianus offusus tenebris, cuncta quæ vniquam excogitari possent, cum suis quas seduxisset feminis turpitudines operabatur. Idem de his alibi <sup>c</sup> dicit, solitis habere librum, quem Libram appellarent, eo quod duodecim questionibus velut vncis explicaretur, quibus horrendæ continebantur blasphemix. Eisdemque ait vti solitis hymno quodam peculiari, eumque ipsum esse dicebant, quem Dominus post cœnam dixisset. De eorumdem dogmatibus planè ridendis est epistola Orosij <sup>d</sup> ad Augustinum: ibi de duodecim Patriarcharum nominibus, duodecim precipuis corporis membris attributis, & aliis deliramentis ex Manichæorum petitis insomniis. Eiusdem verò Orosij impulsu sanctus Augustinus volumen scripsit peculiare aduersus Priscillianistas.

<sup>b</sup> August. Re- tractat. lib. 2. cap. 11.

<sup>c</sup> Aug. contra mendac.

<sup>d</sup> Apud Aug. in consil. de error. Priscil.

<sup>a</sup> Hier. aduers. Pelag. ad Ctesiphont. <sup>b</sup> Virg. 2. Georg.

S. Hieronymus <sup>e</sup> aduersus Pelagianos agens, Priscillianistarum quoque detegit turpitudines, eosdemque ex parte Manichæos fuisse restatur, eosque solos cum solis claudi solitos mulieribus, & carmina illa inter amplexus canere: *Tum pater omnipotens fecundis imbribus ether Coniugis in gremium late descendit, & omnes Magnus alit magno commixtus corpore fetus.* ] & post pauca, hæc de Agape, femina illa, quæ seduxit Elpidium: Mulier, inquit, virum, cæcum cæca duxit in foueam, successoremque sui Priscillianum habuit Zoroastris magi studiosissimum, & ex mago Episcopum; cui iuncta Galla non gente, sed nomine, germanam huc illucque currentem, alterius & vicinæ hæresis reliquit heredem, nunc quoque mysterium iniquitatis operatur, &c. ] Porro capita singula dogmatum Priscilliani S. Leo & Papa in epistola ad Turibium complexus est, de quibus alia occasione suo loco dicendum. hæc modò de his, quod ad institutum pertinet orationis, satis sunt.

<sup>e</sup> Leo Pape epist. 93.

<sup>f</sup> L. 7. de Pagani Cod. Theod. RESCRIPTVM ADVERSVS GENTILES.

Hoc eodem anno mense Decembris à Theodosio Imperatore aduersus idololatriam eiusmodi rescriptum <sup>h</sup> datum reperitur: Si quis se veritis sacrificiis diurnis nocturnisque velut vesanus & sacrilegus incertorum consulatorum immerferit, fanumque sibi aut templum ad huiusmodi sceleris excusationem assumendum crediderit, vel putauerit adeundum; proseriptioni se nouerit subiungendum; cum nos iusta institutione moneamus castis Deum precibus excolendum, non diis carminibus profanandum. Dat. XIII. Kal. Ianuarij Constantinopoli, Eucherio & Syagrio

A Syagrio Coss. Valentis enim temporibus, cuius aduersus Catholicos tantummodo odium feruebat, in Orientali Imperio in primis adeò inualuerat Gentilium licentia cõtra eos, vt Alexandriæ (quod dictum est superius) iidem cogere præsumpserint Catholicos ad deorum cultum, tempore persecutionis Lucij Episcopi Ariani. Quam illam sub Christianis Imperatoribus tunc ignominiam ipse Theodosius alta mète conseruans, non hoc tantum aduersus eos promulgauit edictum, sed opportuniori oblata occasione, mirificum illud templum Serapis Alexandriæ situm demolitus est, de quo suo loco dicendum erit.

B T Recentissimus octogessimus secundus Domini annus Consulatu Syagrii secundo cõ collega Antonio annotatur: quo Romæ Concilium celebratum est ex Episcopis diuersarum prouinciariuin, nempe Orientis, aliarumque Catholici orbis regionum. Inter alios autem venerunt ab Oriente Paulinus Episcopus Antiochenus, & ex Cypro insula Epiphanius Episcopus Constantiæ: de his enim hæc S. Hieronymus <sup>a</sup> ad Eustochium: Cumque Orientis & Occidentis Episcopos ob quædam Ecclesiarum dissensiones Romam Imperiales litteræ contraxissent: vidit admirabiles viros Christi que Pontifices Paulinum Antiochenæ vrbis Episcopum, & Epiphanium Salaminæ Cypri, quæ nunc Constantia dicitur. Quorum Epiphanium etiam hospitem habuit (S. Paula scilicet mater Eustochij) Paulinum in aliena manentem domo, quasi proprium humanitate possedit. Quorum accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat; non domus, non familiæ, non possessionum, non alicuius rei quæ ad sæculum pertinet, memor, sola (si dici potest) & incommitata ad eremum Antoniorum atque Paulorum pergere gestiebat: tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad Ecclesias suas Episcopis, & ipsa voto cum eis ac desiderio nauigauit. ] hucusque Hieronymus, quibus non tantum Episcoporum aduentus Romam ad Concilium significatur, sed tempus, quo Romæ manserunt, pariter innotescit, nempe commoratos esse Romæ vsque ad sequentis anni veris tempus.

<sup>a</sup> Hier. epist. 27. CONCILIVM ROMANVM

D Idemque S. Hieronymus <sup>b</sup> ad Principiam scribens tradit se quoque tum Romam ex Oriente venisse cum iisdem sanctis Episcopis; nam ait de S. Marcella: Deniq; cum & me Romam cum sanctis Pontificibus Paulino & Epiphanio Ecclesiastica traxisset necessitas, &c. ] indicat his sanè verbis Hieronymus, se vocatum à Damaso. Sed quod ait venisse Romam cum iisdem nominatis Episcopis; haud putò intelligendum, cum Antiochia vna cum Paulino soluisse, vel cum Epiphanio è Cypro insula: nam cum ipsius sententia (vt dictum est superius) constet, ipsum apud Gregorium Nazianzenum permansisse Constantinopoli vsque ad tempus quo idem Gregorius Episcopatum eius Ecclesiæ consecutus est: planè apparet eum non ante præteritum annum recessisse Constantinopoli: quem quidem haud existimò Antiochiam reuersum esse, vt cum Paulino & Epiphanio se Romam conferret; sed Damasi monitu litteris, venturum Romam, iter per Græciam suscepisse, eoque tempore Athenas adire voluisse: ipsum namque petiisse Athenas, verba hæc in commentariis in Zachariam <sup>c</sup> fidem faciunt: In arce, inquit, Atheniensium iuxta simulacrum Mineræ, vidi spheram æream grauissimi ponderis, quam ego pro imbecillitate corpusculi mouere vix potui. Cum quærerem quidnam sibi vellet: responsum est ab vrbis eius cultoribus, athletarum in illa massa fortitudinem comprobati, nec prius ad agonem quemquam descendere, quàm ex leuatione ponderis sciatur quis cui debeat comparari. ] hæc ipse. Sic igitur qui Constantinopoli recedens per Græciam in Italiam venit, iisdem Episcopis eodem tempore vocatis Romam venientibus potuit occurrisse. Venisse creditur vocatus & ipse à Damaso Papa, qui eo in responsonibus Synodalibus vteretur. Contigisse autem videtur ipsum Hieronymi & aliorum Episcoporum Romam aduentus autumnali tempore: nam cum ad Asellam scribens dicat se propè triennium Romæ mansisse, minimè tamen absoluisse, rursusque eiusdem Hieronymi in Apologia aduersus Ruffinum assertionem certum sit, ipsum mense Augusti Roma profectum: certè quidem ipsum hoc anno, autumnali (vt dictum est) tempore, vel hieme Romam venisse oportuit.

<sup>c</sup> Hieron. in Zachar. c. 11.



CHRISTI 382.

DAMASI PAP. 16.

GRATIANI 16. VALENTIN. 7. IMPPP. THEODOSII 4.

EPISC. ALII QUI VENERUNT AD SYNODVM. Apud Theod. lib. 5. c. 9.

ORIENTALES VITANT ROMANAM SYNODVM

GREG. NAZ. VOCATVR CONSTANTINOP. AD SYNODVM.

Greg. Naz. epist. 54. RES GREGORII CVM EST REVERVS IN PATRIAM.

FALSVS RUMOR DE GREGORIO SEDE PATRIATO. Greg. Naz. epist. 42.

BYZANTINVS EPISC. NAZ. CREATVR.

Greg. Naz. carn. quo queritur de calam. suis.

Venit ad eandem Synodum Romanus Acholius Episcopus Thessalonicae, Anemmius A Episcopus Sirmij, metropolis Illyrici, Valerianus Episcopus Aquileia, S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, & alij qui nominati habentur in epistola Synodalis inscriptione Constantinopoli hoc anno tempore Concilij Romam missa, licet paucorum tantummodo ibi nomina Episcoporum habeantur expressa, reliqua silentio praetermissa: nam (vt de alijs tacemus) nec Paulini Antiocheni, nec Epiphani, quos constat interfuisse Synodo, in ea epistola nomina recensentur.

Sed quid inter haec moliantur Orientales Episcopi, qui anno superiori interfuerunt Constantinopolitano Concilio, cum litteris Theodosij (vt diximus) Romam ad Synodum vocarentur? Astuto consilio subterfugium quavis occasione captantes, veniunt ex condito Constantinopolim, persuadent Theodosio, maximam iacturam passuras Orientales Ecclesias ob eorum absentiam, haereticis etiam ab eis expulsis, pro foribus tamen excubantibus, paratis in eas irrumperere, cum illas pastoribus vacuas vidissent: satisfactumque Damaso fore addiderunt, si Constantinopoli ipsi Concilium celebrantes, Romam ad Synodum Legatos Episcopos mitterent: quod & persuasum Theodosio fuit. Cogunt itaque Constantinopoli Concilium, ad quod etiam plures absentes vocant Episcopos, & inter alios nomine Imperatoris accersendum curant Gregorium Nazianzenum, puto quidem vt tanti viri praesentia ipsorum Synodus maiorem sibi conciliaret auctoritatem. At quid ipse responderit, antequam describamus; quo statu ipsius res sitae essent, cum Constantinopoli reuersus est Nazianzum, operae pretium est recensere.

Cum in patriam peruenisset, eamque Ecclesiam adhuc pastore destitutam ab obitu patris comperisset, ne illud subire onus cogere, nihil antiquius habuit, quam vt ageret cum Metropolitanis Antistite Helladio Caesariensi de creando Episcopo Nazianzeno. C salutaris enim ab eo litteris tempore festi Paschalis, inter alia ita rescriptit: Nunc autem purius ex hac graui & caliginosa vitae Aegypto egressus, & luto ac lateritio opere, cui astringimur, liberatus, ad promissionis terram transferri concupisco: Hanc nobis precare, si quid tibi curae est quam praclarissime de nobis mereri. Tibi vero vtinam vivo & incolumi saepius contingat simul cum Ecclesia festum celebrare. Quod si mihi senectutem quoque beneficio vestro egregie claudere licuerit, constituto nimirum a vobis huic Ecclesiae Episcopo, quem Spiritus sanctus designauit: egregio opere perfundi fueritis, paternisque (vt sic loquar) benedictionibus digno. haec ad eum, qui sibi ius eius Ecclesiae vendicarat.

Annuit Helladius Gregorio, Ecclesiaeque Nazianzenae praefecit Eulalium, quem missis illuc Episcopis prouincialibus ex more ab eisdem ordinandum curauit. Sed quid accidit? D Falsus rumor increbuit, inuito Gregorio id factum esse, eumque etiam ad Helladio sede paterna spoliatum. Quo & ad Gregorium Nyssenum perlato, cum de his Gregorio Nazianzeno litteris condoleret, ita ipse ad illum rescriptit: De nobis autem & dominis Episcopis, ne quisquam, obsecro, falsos sermones iacet, eos nimirum, inuitis nobis ac repugnantibus, Episcopum alium nominasse. Non enim vsque adeo illis contemptui sumus, nec ita infesto odio in nos commouentur: sed multum diuque obtestatus propter effectum annis & emortuum corpus, simuletiam quod neglectae Ecclesiae grauitatem pertimescerem, hanc ab iis gratiam postulauit, nec Ecclesiasticis legibus aduersantem, & nos refocillantem, vt is Ecclesiae pastor daretur, qui & precibus tuis datus est, pietate vestra dignus, quem tibi quoque in manus trado & colloco: venerabilem dico Eulalium, cuius vtinam manibus immori mihi contingat. Quod si quis est, qui putat, Episcopo viuente, E alium institui non debere (prohibitum id enim est decreto Magni Concilij Niceni) is sciat, se ne hac quidem in parte nobis causa superiorem esse. Inter omnes enim constat, me non Nazianzi, sed Sasimorum Antistitem creatum fuisse; tamen patris reuerentia, & eorum qui supplices hoc a me contenderunt, ad breue tempus praefecturam quasi hospites accepimus. haec Gregorius, qui & de hoc quoque calumniam passus est, cum obsecratores in eum tacite susurrarent, ipsum nimirum fastu contempsisse parvam Ecclesiam, qui maximam adeo affectasset. Has vero & alias mente voluens arumnas ipse suas, pro solatio sic versibus cecinit:

Vt vero ad patrios idem remeare penates Me voluit, morbis natum, curisque molestis: (Cura homini porro crux & letale venenum est)

Exigue

CHRISTI 382.

DAMASI PAP. 16.

GRATIANI 16. VALENTIN. 7. IMPPP. THEODOSII 4.

A

Exigue fessos recreavi corporis artus, Insigni pastore dato, ne Praesule cassas Aggrederetur oues quisquam, raptasq; voraret.]

& paulo post subdit:

Pars hominum nostris omnino incredula morbis Vsq; meum tacito lacerabat murmure nomen, Meq; pium nimio populum contemnere fastu Censebat, si non verbis iactabat apertis. At cernit nostros, qui cernit cuncta, dolores.] haec & alia ipse.

Cum autem hoc statu res Gregorij essent, & ad Synodum Constantinopolim Imperatoris Theodosij nomine litteris Praefectorum accerseretur, ita ipse breuiter ad Procopium primo scripsit:

B Ego, si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, vt omnia Episcoporum Concilia fugiam: quoniam nullius Concilij finem laetum, faustumque vidi, nec quod depulsionem malorum potius, quam accessionem & incrementum habuerit. Pertinaces enim contentiones & dominandi cupiditates (ac ne me, quae, molestum & importunum existimes haec scribentem) ne vllis quidem verbis explicari queant: citiusque aliquis in culpam vocabitur, dum de aliena iudicium fert, quam vt aliorum peruersitatem comprimat. Quocirca egomet me collegi, animaeque securitatem in sola quiete solitudineque mihi positam iudicavi. Nunc vero huic quoque meo iudicio paronus morbus accedit, quippe qui me ita distorqueat, vt quotidie fere extremos spiritus efflem, nec vlla re me ipso vti queam. Atque ob hanc causam ignoscat mihi tua animi magnitudo; detq; operam, ne pientissimus Imperator me inertiae condemnet, sed infirmitati veniam det, ob quam se quoque nobis, instar alius cuiuspiam beneficij hoc postulantibus, secedendi potestatem fecisse nouit.] haec ad Procopium tunc Gregorius, recusans plane ad conuentus illorum accedere, quos inter se discordia sciebat esse concisillos, fauentibus alijs Flauiano, alijs vero Paulino. Cum autem rursus iteratis litteris, immo edicto Imperatoris importunius vocaretur, ita ad Olympium Praefectum Cappadociae:

C Hoc mihi morbo ipso grauius est, quod ne aegrotanti quidem fides habetur, sed peregrinationem ita longam inire iubeor, atque in medios tumultus me me intrudere: quorum secessionem ita amaui, vt hoc nomine gratiam quoque corporis afflictioni prope modum habeam. Quieta enim & a negotijs semota vitae ratio actuosae vitae splendore praestantior est. Hoc illustrissimo quoque Icario non ita pridem scripsi, cum idem ab eodiditum accepissem. Magnificentiam autem tuam rogo, vt pro nobis quoque id scribere dignetur, quippe quem morbi nostri locupletem testem habemus. Argumento est detrimentum illud, quod nunc accepimus, cum per corporis infirmitatem nec ad te accurrere, nec te frui nobis licuerit, Principe adeo commodo, tamque admiranda virtute praedito, vt praedia quoque ipsa magistratus tui excellentiora sint ea gloria, quam alij toto Imperij tempore consequuntur. haec Gregorius, qui non sic contempsit Synodos, vt communis Ecclesiae vtilitatis causa, cum se occasio daret, accedere penitus recusat; sed Synodi illorum vitauit accessum, quos quales essent, & quam praeter ius Flauianum instituisent, superiori anno plus satis (vt vidimus) expertus fuerat. Nam quantum ipse alijs Patrum conuentibus detulerit, & pro Ecclesiae pace sollicitus fuerit, dicemus inferius.

E Qui igitur declinantes Romanam Synodum Orientales Episcopi conuenerunt Constantinopoli, Legatos Romam miserunt ad congregatum ibi Concilium, litterasque dedere, quibus quae gessissent anno superiori in generali Synodo, pariter significarunt. Recitantur eadem litterae a Theodoro, quae sic se habent:

Dominis honoratissimis & cum primis reuerendis fratribus ac collegis Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Acholio, Anemmio, Basilio, & ceteris sanctis Episcopis in celebri vrbe Roma conuocatis, sanctum Concilium Orthodoxorum Episcoporum in amplavirbe Constantinopoli coactum in Domino salutem.

Multitudinem calamitatum nobis a dementis sectae Arianae principibus inflatarum, vestrae reuerentiae tamquam earumdem ignarae exponere, & narrareque erit fortasse superuacaneum. Nam neque vestram pietatem res nostras tam paruo aestimare arbitramur, vt de his docendi sitis, pro quibus deberetis nobiscum vna condolefcere: neque eiusmodi

Annal. Eccl. Tom. 4.

Q 9 2

suat

GREG. RECV SATVNIIB AD SYNODVM. Greg. Naz. epist. 55.

Greg. Naz. epist. 76.

GREG. VOCATVS ITERRVM SE BKCVSAT.

Apud Theod. lib. 5. c. 9. EPISC. CONSTANTINOP. AUCMIO \*Basiliano

CHRISTI  
382.DAMASI PAP.  
16.GRATIANI 16.  
VALENTIN. 7. IMPPP.  
THEODOSII 4.

sunt tempestates illæ, quibus vndique iactamur, vti propter earum paruitatem vos late-  
re queant. Quinetiam tempus persecutionis adeo nuper præterit, vti non illi solum qui  
in eo afflictati erant, verum etiam eorum amici qui propter amorem in doloris cum il-  
lis venerant societatem, recentem eius memoriam teneant. Nam heri (propè dixerim) &  
nudiustertius, nonnulli exilij vinculis liberati, & infinita ferè afflicti onum genera perpeffi,  
ad Ecclesias suas redierunt. Aliorum autem exilij cruciatibus extinctorum reliquæ dum-  
taxat in patriam sunt reportatæ. Quidam post reditum ab exilio in furorẽ hæreticorum  
adhuc saeuientem incidentes, grauiora tormenta in sua ipsorum quàm in aliena regione  
tolerarunt, & more B. Stephani lapidibus obruti occubuerunt. Alij variis cruciatibus dila-  
cerati, stigmata Christi & vibices in corpore adhuc circumferunt. Porro pecuniæ iacturam,  
amissiones ciuitatum quas incolebant, proscriptiones, singulorum insidias, contumelias,  
carceres quis poterit enumerare? Nam afflictionum genera nobis impactarum vix nume-  
ro comprehendendi possunt, propterea fortasse, quod pœnæ peccatis debitæ nobis persoluendæ  
erant. Fortasse autem quod benignus Deus per ingentem rerum aduersarum multitu-  
dinem nos exercere volebat: pro quibus Deo certè agendæ sunt gratiæ, qui per tor-  
ciatus seruos suos erudiuit, & secundum multitudinem miserationum suarum rursum  
eduxit nos in refrigerium.

STATVS EC-  
CLÉSIAE  
ORIENTA-  
LIS.VIGIS IN-  
FESTATIO  
HÆRETI-  
CORVM.VIXVS ATTO  
EPISCOPO-  
RVM.

1. Cor. 4.

LEGATIO A  
SYNO DO  
CONSTAN-  
TINOP.

Nobis quidem diuturno otio & multo tum tempore, tum labore ad Ecclesiarum emen-  
dationem opus est, vti corpus earum tamquam diuturno morbo vexatum, curationibus  
pedetentim adhibitis, recreantes, tandem ad pristinam pietatis sanitatem reducamus.  
Nam etsi videmur persecutionis asperitate penitus liberati, & Ecclesias diu ab hæreticis  
occupatas modo recuperasse: tamen lupi nobis permultum faceffunt, molestiæ: atque licet  
ab ouilibus abacti sint, in siluis tamen greges diripere, conuentus contrarios nobis auda-  
cter opponere, populi seditiones concitare non cessant: denique nihil omnino prætermi-  
tunt, quod Ecclesiis quicquam afferre possit incommodi. Itaque erat (vt diximus) perne-  
cessarium, vt in his rebus ritè constituendis plus temporis collocaremus.

Iam verò, quoniam vos, quo fraternam vestram erga nos charitatem declararetis, Con-  
cilio Dei voluntate ac nutu Romæ coacto; nos velut membra propria per Imperatoris  
sanctissimi litteras accersuistis: ne cum nos soli iam antea res acerbis subire coacti esse-  
mus, nunc Imperatoribus de pietate consentientibus, sine nobis vos regnaretis, sed potius,  
(vt loquitur Apostolus) vt nos vobiscum corregnaremus: est certè nobis in optatis, si  
posset fieri, Ecclesiis penitus relictis, vestro desiderio, aut necessario potius Ecclesiæ negotio  
inseruire. Quis enim nobis dabit pennas sicut columbæ, & volabimus, & requiescimus  
apud vos? verum quoniam hoc modo Ecclesiæ nuper renouatæ nudarentur, & res à ple-  
risque fieri omnino non queat, propterea quod Constantinopoli mandato litterarum  
superiori anno à vestra reuerentia post Concilium Aquileiense ad sanctissimum Impe-  
ratorem Theodosium missarum, ad iter dumtaxat Constantinopolim vsque faciendum  
nos preparauimus; atque de hoc vno Concilio celebrando consensum Episcoporum qui  
in prouinciis manserant vna vobiscum attulimus: idcirco neque longiore itinere opus  
esse expectabamus, neque de vilo alio omnino ante acceperamus, quam Constantinopo-  
li in vnum conuentum esset. Huc accedit, quod temporis præstituti angustia, neque ad  
longius iter parandum, neque ad Episcopos in singulis prouinciis, qui sunt eiusdem no-  
biscum communionis, de hac re commonefaciendos, neque ad eorum consensus obti-  
nendos satis spatij dedit.

Itaque cum & hæ res & aliæ præterea complures maiori parti Episcoporum impedi-  
mento sint, quo minus ad vos veniant: idcirco quod secundo in loco faciendum erat, tum  
ad statum rerum Ecclesiasticarum ritè ordinandum, tum ad ostendendum quanti vestram  
ergo nos charitatem æstimemus, illud certè fecimus: quippe orauimus reuerendissimos,  
honoratissimosque fratres & collegas nostros Episcopos Cyriacum, Eusebium, & Priscia-  
num, vti laborem ad vos proficiscendi suscipere non grauarentur. Qui quidem non so-  
lum vobis exponunt, quàm nostra voluntas pacis studiosa sit, & quo pacto nihil aliud  
quàm Ecclesiæ concordiam sibi proponat, verum etiam quàm ardenti studio ad sanam  
fidem tuendam accensissimi; perspicue significabunt. Nam persecutionum procellas,  
eruciatus, minas Imperatorias, crudellem magistratuum violentiam, aliarumque rerum in-  
commodarum tentationes, quas ab hæreticis sustinimus, pro fide Euangelica à trecentis  
decem & octo sanctis Patribus Nicææ vrbis Bithyniæ confirmata pertulimus. Etenim ista  
fides

CHRISTI  
382.DAMASI PAP.  
16.GRATIANI 16.  
VALENTIN. 7. IMPPP.  
THEODOSII 4.

A fides tum à nobis, tum à vobis, tum ab omnibus qui non verbum veræ fidei peruertunt,  
approbari debet: quippe cum & antiquissima sit, & lauacro baptismatis, quo tincti sumus,  
consentanea, & nos doceat credere in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, hoc est in  
diuinitatem, potentiam, & substantiam vnam Patris & Filij & Spiritus sancti, æqualem  
dignitatem, & coæternum regnum in tribus perfectis *personis*, id est, in tribus perso-  
nis: adeo vt neque quicquam loci detur pestiferæ Sabellij hæresi, qua confunduntur per-  
sonæ, hoc est, proprietates earum tolluntur: neque blasphemiam Eunomianorum, Ariano-  
rum, aut eorum qui Spiritum sanctum oppugnant, quicquam habeat ponderis, quæ quid-  
dem essentiam, naturam, & diuinitatem Trinitatis discindit, & ei quæ nec creata est, &  
consubstantialis est, & coæterna est, naturam posterius genitam, aut creatam, aut quæ sit  
alterius essentia, tribuit.

B Nos autem doctrinam Dominicæ incarnationis integram & perfectam tenemus, &  
neque œconomiam carnis Christi vel animæ vel mentis expertem vel imperfectam esse  
asserimus, sed agnoscimus Verbum Dei ante sæcula omnino perfectum esse, & perfectum  
hominem in nouissimis diebus pro nostra salute factum esse. Atque ista de fide à nobis li-  
berè ingenueque prædicata summam didicimus: de quibus pleniorẽ cognitionem  
animis poteritis percipere, si libellum, Concilio Antiochiæ conuocato, de fidei decisione  
editum, & eum etiam qui superiori anno à Concilio generali compositus est, legere pla-  
cuerit: in quibus tum fidem nostram vberius explicauius, tum hæresibus nuper excogi-  
tatis anathema scriptis proditum denunciauimus.

De administrationibus autem quæ sunt cuiusque Ecclesiæ propriæ, cum vetus (vti no-  
stis) lex est, tum sanctorum Patrum in Concilio Nicæno decisio: Vt videlicet singularum  
C prouinciarum Antistites vna cum finitimis, modò ipsis ita visum fuerit Episcopis, mini-  
stros ad Ecclesiarum commodum in suis ipsorum prouinciis ordinent. Ex cuius legis &  
decisionis præscripto, scitote, tum alias quoque Ecclesias apud nos administratas esse, tum  
illustrissimarum Ecclesiarum sacerdotes delectos. Vnde Ecclesiæ Constantinopolitanæ  
recens (vt ita dicam) ædificatæ, quamque ex hæreticorum blasphemiam, tamquam ex ore  
leonis per misericordiam Dei nuper eripuimus, reuerendissimum sanctissimumque Nesta-  
rium in Concilio generali, communi omnium consensu, præsentem Theodosio Imperatore  
religiosissimo, totius denique cleri, totiusque ciuitatis suffragiis, Episcopum constituimus.  
Ecclesiæ autem vetustissimæ & verè Apostolicæ Antiochiæ vrbis Syriæ, in qua primo  
Flavianum Episcopi illius prouinciæ & dioceseos Orientales in vnum conuenientes, tota  
D illa Ecclesia (vti canon postulat) suffragante & velut vno ore virum illum honorificè col-  
laudantem, Episcopum ordinarunt: quæ quidem ordinatio, vti legitima, communi Concilij  
consensu approbata est.

Porro Ecclesiæ Hierosolymitanæ, quæ est aliarum omnium mater, reuerendissi-  
mum & sanctissimum Cyrillum Episcopum vobis ostendimus, tum ab Episcopis pro-  
uinciæ (vti canon vult) iam pridem creatum esse, tum plurima proelia aduersus Arianos  
variis in locis confecisse. Quibus rebus tamquam legitime & secundum Ecclesiæ cano-  
nes constitutis, obsecramus vestram reuerentiam, vti congratuletur: spiritali charitate  
nos mutuo deuinciente, & timore Domini, qui omnem humanam affectionem reprimat,  
Ecclesiarumque ædificationem amori illi & beneuolentiæ, qua singuli singulos com-  
plectuntur, longè anteposit. Quod si doctrina fidei ad hunc modum communi con-  
sensu stabilita sit, & charitas Christiana in nobis confirmata: posthac desinemus dicere  
illud quod ab Apostolis condemnatum est, nimirum: Ego quidem sum Pauli, ego  
autem Apollo, ego verò Cephas: atque omnes cum simus Christi, qui in nobis non est  
diuisus, corpus Ecclesiæ, Dei largiente gratia, integrum conseruabimus, & ad tribunal  
Domini fidenti animo nosmet sistemus. Isti contra Arii, Aetij, & Eunomij insaniam,  
quinciam contra Sabellij, Phorini, Marcelli, Pauli Samosatani, & Macedonij amentiam  
scripserunt. Simili ratione & nouæ Apollinaris doctrinæ palam anathema indixerunt:  
quandoquidem, nos, inquit, doctrinam incarnationis Dominicæ integram tenemus, &  
neque carnis eius œconomiam animæ mentisque expertem aut imperfectam asserimus.  
] hætenus Synodalis epistola secundi Constantinopolitani Concilij ad Synodum quæ  
Romæ hoc anno agebatur.

Quoniam animo, quoque consilio ista scripserint Episcopi iterum congregati Constans-  
tinopoli,

Annal. Eccl. Tom. 4.

Q 9 3

tinopoli,

DECRETA  
IN PRIORI  
SYNO DO  
CONSTAN-  
TINOP.DE FLAVIA-  
NI ELE-  
CTIONE.DE CON-  
FIRMATIO-  
NE CYRILLY  
EPISCOPI HIE-  
ROSOLY-  
MITANI.

1. Cor. 1.

CHRISTI  
382.DAMASI PAP.  
16.GRATIANI 16.  
VALENTIN. 7. IMPPP.  
THEODOSII 4.

tinopoli, rectè cognosces, lector, si memoria retines quæ gesta sunt anno superiori ab eisdem Episcopis in Concilio generali ibidem confidentibus: nempe in hoc incubuisse, ut iustis quibusdam prætextibus declinarent Romanam Synodum, in qua reddituri rationem essent de Flauiani electione perperam facta aduersus Paulinum, cui cum Aegyptiis Occidentales fauebant, pariterque de canonibus ab eis statutis, num rectè legitimeque sanciti essent, iudicandi fuissent. Sed & quod superius attigimus & magnopere displicet, vides ex iis ingratum de Gregorio Nazianzeno eorumdem Episcoporum silentium, & inanem falsamque ostentationem iactantiæ de Constantinopolitana Ecclesia ab hæreticis liberata: itemque quod de Flauiani electione dicitur ab Episcopis prouincialibus habita: Synodi enim id tunc fuisse operis, ex Gregorio satis superius demonstratum est. Verum & quòd intelligis nullam hic haberi mentionem de primatu sedis Constantinopolitanæ post Romanam, sicut de aliis rebus in Synodo institutis, iam manifestè apparet, vel id minimè factum, vel si verè contigit, illud fuisse clandestinis suffragiis sancitum, latereque voluisse tum Damasum Romanum Pontificem, tum Timotheum, quos scirent habituros acerrimos aduersarios.

QVALE CON-  
CILIVM O-  
RIENTALI-  
LIVM EPI-  
SCOPORVM.\*Theod. lib. 5.  
cap. 10. 11.

Quid autem Romæ his acceptis litteris Synodalibus, auditisque Legatis, factum sit, latet: deperiere enim Acta Romani Concilij: nam quæ Theodoretus de damnatione Apollinaris atque Timothei facta dicit post has acceptas litteras in dicto Romano Concilio, haud ei satis aptari posse videntur, nam in litteris Orientalium nulla reperitur facta mentio quod ipsi petierint damnandum Apollinarem ab ipso Romano Pontifice. Sed & sequens fidei confessio, quòd scripta esse appareat in legitima codicum lectione ad Paulinum Episcopum Antiochenum absentem, nequaquam ab ista Synodo potuit esse conscripta: nam de Paulino (vt dictum est ex S. Hieronymo) liquet Romæ hoc tempore eisdem interfuisse Synodo, nec nisi ea absoluta, Antiochiam reuersum esse. Ceterum quoniam consilio ab eodem Theodoro, loco Paulini Antiocheni, positus fuerit Paulinus Thessalonicensis, cum nec nunc, nec antè à tempore Nicæni Concilij præfuerit Ecclesiæ Thessalonicensi aliquis Paulinus nomine, suo loco superius pluribus demonstratum est. Scias ergo, eadem à Theodoro sub hoc Romano Concilio posita, iure meritoque collocata esse in superiori Romana Synodo aduersus hæresim Apollinaris congregata, de qua pluribus actum est.

PAVLINO  
CAUSA AD-  
IUDICATA.\*Theod. lib. 5.  
cap. 23.\*Ambros.  
epist. 78.

Ceterum licet huius Synodi Acta non extant: tamen quæ in ea fuerint definita, ex rerum euentibus indicantur. Cum enim Paulinus reperiatur (vt dictum est) absoluto Concilio, sequenti anno esse reuersum Antiochiam, atque etiam ipso defuncto, in locum ipsius non sine assensu Romani Pontificis fuisse subrogatus Euagrius, planè eidem adiudicatum fedem Antiochenam, ex Synodi Romanæ decreto, affirmandum est, cum & Paulini partes successores Damasi Romani Pontifices, vt æquiores, defendendas susceperint. Sed de his inferius suis quibusque annis agendum erit. Admonemus te interim, lector, cautè legendum esse Theodoretum in Paulinum & Euagrium plus æquo inuidentem, ac nonnulla à veritate abhorrentia scriptis prosequentem, prout quæ superius dicta sunt sub priori Romano Concilio aperta luce declarant. Cuiusnam autem potiora iura essent, Flauiani, an Euagrij Paulini postea successoris, Ambrosius testis accedat, apud quem ex rebus gestis, & causa in pluribus Synodis examinata, nullum vel ignoratio, vel priuata affectio locum habere potuit, vt pote hominem sinceræ veritatis amantem. Sed de his inferius. Illud tamen æquè prudenter factum reperimus, quod Flavianus, quamuis eius ordinatio minimè probata esset, toleratus tamen fuerit, nec ab Ecclesia Catholica anathematis sententia segregatus, ea nimirum (vt demonstratum est) ex causa, ne totus fermè Oriens vna cum illo, cui communicaret, & cuius causam foueret, à Catholica communicatione pariter scindendus esset.

Quod rursus ad hoc ipsum Romanum Concilium spectat: in Collectione Cresconiana nobili antiquitate veneranda, tam in Vaticano codice, quam in nostro, post descriptos recensitos superius anathematismos & diuinarum scripturarum catalogum, eiusmodi de sedium Patriarchalium prærogatiua editum habetur decretum:

CANON DE  
PRAEROG-  
GATIVA SE-  
DILIVM.

Post has omnes Propheticas & Evangelicas & Apostolicas, quas superius deprompsimus, scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, etiam intinandum purauimus, quod quamuis per Orbem Catholicæ diffusæ Ecclesiæ quasi vnus thalamus Christi sit: Sancta tamen Romana Ecclesia nonnullis Synodicis constitutis ceteris Ecclesiis

CHRISTI  
382.DAMASI PAP.  
16.GRATIANI 16.  
VALENTIN. 7. IMPPP.  
THEODOSII 4.

- A Ecclesiis prælata est: sed & Euangelica voce Domini Saluatoris nostri primatum obtinuit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo clauis regni cælorum, & quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælo. Addita est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli, Vasis electionis, qui non diuerso (sicut hæretici garrunt) sed vno tempore, vno eodemque die, gloriosa morte cum Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est, & pariter supradictam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus in vniverso mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia non habens maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius discipulo atque Euangelista consecrata est: ipseque in Aegyptum directus à Petro Apostolo, verbum veritatis prædicauit, & gloriosum consummauit martyrium. Tertia autem sedes est apud Antiochiam beatissimi Apostoli Petri, quæ habetur honorabilis, eo quòd illam primus quàm Romam venisset, habitauerit, & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exordium esset. Hucusque canon: cuius quidem sancienti occasionem inde credimus emanasse, quòd licet Orientales Episcopi Constantinopoli congregati ad Concilium Romanum nihil scripserint de prærogatiua collata Ecclesiæ Constantinopolitanæ super Alexandriam; Damasus tamen hoc ipsum subodoratus, vnà cum vniverso Concilio ista de legitima & antiqua sedium prærogatiua palam scriptis ediderit, quo audax illorum retunderetur presumptio: qua etiam occasione hæc eadem scimus à Gelasio Papa iterum scriptis prodita in Romano Concilio, & aduersus Acacium Constantinopolitanum Episcopum eadem pertentantem sæpius inculcata.

Math. 16

\*Cap. sacro-  
sanct. dist. 15  
ex Ro. Concil.

- In actis autem Damasi Papæ in Ecclesiis recitari solitis, de quibus inferius erit mentio, habentur aliqua ab eodem Pontifice decreta in Romano Concilio, hoc ne, an priori, haud certum est: Ac primo, vt decimæ atque primitiæ à Fidelibus darentur, & qui detrectarent, anathemate ferirentur: Eadem quoque plectendos sententia, qui scenori vacarent. Eici etiam ab Ecclesia præcipiuntur, qui in ea vanis sermonibus operam darent: Necnon etiam excommunicandos esse omnes maleficiis, auguriis, sortilegiis, omnibusque aliis superstitionibus vacantes: qua sententia præsertim feminas illas plectendas esse, quæ illud à dæmone, se putant noctu super animalia ferri, atque vna cum Herodiade circumuagari. Prohibitum etiam ex præscripto (vt ibi ponitur) Nicæni canonis, ne ante horam tertiam diebus festis Missæ canerentur, aliis verò diebus à media hora quarta vsque ad nonam facere liceret. Decretumque ibi ponitur, quo iubetur in fine cuiusque Psalmi apponi: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.]

DECRETA  
ROMANI  
CONCILII.

- At hic opportunè admonendus est lector, nequaquam fluxisse ab Oriente (quod multi putarunt) vt in fine cuiusque Psalmi caneretur Gloria Patri. Licet enim istiusmodi glorificatio Trinitatis, quæ & à maioribus appellata est Hymnus glorificationis (vt superius dictum est) ab exordio nascentis Ecclesiæ, ipsis Apostolorum temporibus, in Ecclesia à Christianis cani soleret, nondum tamen vsu receptum erat in Oriente, vt caneretur in fine Psalmi, sed in fine hymnorum recens conscriptorum, vt in Ecclesia Mediolanensi fecit S. Ambrosius more Orientalium, vt S. Augustinus affirmat: vel in fine Antiphonarum, sicuti Cassianus docet. Vt autem in fine cuiuslibet Psalmi, Gloria Patri, dicatur, vt moris est, peculialis fuit Occidentalis Ecclesiæ vsus, nam audi Cassianum: Illud etiam quod in hac prouincia vidimus, vt vno cantante, in clausula Psalmi omnes astantes concinant cum clamore: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: nusquam per omnem Orientem audiuius. Sed cum omni silentio, ab eo qui cantat, finito Psalmo, orationem succedere. Hac verò glorificatione Trinitatis, tantummodo solere Antiphonam terminari.] hæc ipse.

- Quod autem spectat ad canonem de feminis eo modo à dæmone illis: eadem fermè à S. Augustino descripta habentur, necnon in appendice Ancyranæ Concilij, & apud Gratianum sub eodem titulo collocata. Constat quidem auctoritate Seueri, hoc tempore tum in Occidente tum etiam in Oriente maleficorum hominum artes plurimum inualuisse. Qui quidem Seuerus vbi narrat quemdam Sabbatium monachum à dæmone illulum, ista mox subdit: Animaduersum est tamen eodem ferè tempore fuisse in Hispaniis iuuenem, qui cum sibi multis signis auctoritatem parauisset, eo vsque elatus est, vt se

\*Aug. de spi-  
rit. & anim.  
cap. 28.

\*26. q. 5. c. 12.

\*Seuer. Vit. S.  
Martin. c. 25

Eliam

Eliam profiteretur. Quod cum plerique temere credidissent, addidit, ut se Christum esse diceret: in quo etiam adeo illudit, ut eum quidam Episcopus, nomine Rufus, ut Dominum adoraret: propter quod eum postea ab Episcopatu deiectum vidimus. Plerique etiam nobis e fratribus retulerunt, eodem tempore in Oriente quemdam existisse, qui se Iohannem esse iactaret. Ex quo conicere possumus istiusmodi pseudopropheticis existentibus, Antichristi aduentum imminere, qui iam in istis mysterium iniquitatis operatur.]

Sed quod deterius videri poterat, in ipsos sacros Dei ministros praestigia quoque magicarum excantationum irrepserunt. Audi quidnam de Gerontio diacono S. Ambrosij habeat Sozomenus: Hic inquit, cum sub Ambrosio Mediolanensi Episcopo diaconus esset, haud scio quare re motus, utrum ne praestigias molitus, an vero daemones instigationibus ac spectris agitatus, noctu indicabat se Onofcelidem (hoc est, daemone genus asininis cruribus apparens) apprehensum, capite raso, in pistrinum coniecisse. Qua de causa Ambrosius eum, ut indigna ministro Dei locutum, praescripto tempore manere domi, & poenitentia expiari iusserat. Ille vero cum & medicus praestantissimus, & ad dicendum persuadendumque promptissimus, & ad amicos conciliandos accommodatissimus esset, Constantinopolim profectus est eo proposito, ut Ambrosium criminaretur, &c.] tradit demum ipsum a Chrysostomo Nectarij successore exauctoratum fuisse. At pleni sunt Anamiani ultimi libri de quaestionibus tum Antiochia, tum Romae aduersus maleficos his temporibus agitatis. Sed reliqua prosequamur.

His igitur de Romano Concilio enarratis, iam superest, ut res gestas S. Hieronymi Romae toto triennio, quo illic ipsum morari contigit, peruestigemus. Ac primum quod ad publicas pertinet functiones: Damasus Papa, qui eum longè licet absentem de diuina Scriptura locis consulere, crebrisque epistolis excitare consuevit; cum haberet praesentem, haud passus est degere otiosum: siquidem in primis eius opera vsus est in conscribendis epistolis ad diuersas consultationes ex diuersis Ecclesiarum Conciliis ad ipsum Romam perlatas: testatur id quidem ipse Hieronymus his verbis: Ante annos plurimos, cum in chartis Ecclesiasticis iuarem Damasum Romanae urbis Episcopum, & Orientis & Occidentis Synodicis consultationibus responderem, &c.] sed perire haec omnia cum ipsis Conciliorum Actis adeo egregia monumenta Hieronymi. Quanta vero tunc ob consuetudinem cum Damaso adeo intimam apud omnes fuerit aestimationis, ipse alibi ad Afellam scribens ita ait: Antequam domum S. Paulae nossem, totius in me Urbis studia consonabant, omnium penè iudicio dignus summo sacerdotio decernebar. Beatae memoriae Damasus meus sermo erat; dicebar sanctus, dicebar humilis & disertus, &c.]

Ex his autem quod dicat dignum summo sacerdotio aestimatum, opinati sunt, puto, nonnulli eundem Hieronymum creatum fuisse a Damaso Papa presbyterum Cardinalem, non intelligentes, per summum sacerdotium, quemlibet Episcopatum designari, ut pluribus in nostris ad Romanum Martyrologium Notis palam fecimus. Sed & quod intimè Damaso inhæreret, eam dignitatem existimant consecutum: quasi necesse fuerit, omnem qui ab epistolis esset summo Pontifici, fuisse Cardinalem; cum de S. Prospero, auctore Gennadio, certum sit in eodem ministerio vsui fuisse S. Leoni Pontifici, nec tamen Cardinalem extitisse. Vel ex eo alij deduxerunt argumentum, quod S. Augustinus ad ipsum Hieronymum scribens, hæc dicat: Quamquam secundum honorum vocabula, quae iam Ecclesiae vsus obtinuit, Episcopatus presbyterio maior sit: tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Ita ipse. Sed quae haec multa? accipe: quod ætate grandior, cui plurimum deferendum erat; quodque Christianus a puero; quod insuper linguarum peritia excellebat; quod nulla aliquando hæresi fuerit infamatus, vel spuria sobole auctus: quibus omnibus Augustinum Hieronymo fuisse minorem, liquido constat. Sed & quod superius a nobis pluribus dictum sit, Hieronymum ita creatum esse presbyterum Antiochia à Paulino, ut numquam passus fuerit alicui adscribi titulo: haud adeo liberè possumus, ipso contradicente, eius Cardinalatui suffragari.

Sed contra ipsam eiusdem Hieronymi assertionem auctor illorum sermonum quos Augustino supposuit, & ad fratres de eremo inscripsit (quisquis ille fuerit, hac certe ex parte non nisi impostor dicendus, cum multorum mendaciorum sanctissimum ac doctissimum virum constituerit assertorem, ut in Notis ad Romanum Martyrologium demonstrauimus)

Sozom. li. 8. cap. 6.

HIERONYMI QUID APVD DAMASVM.

Hier. epist. 11.

Hier. epist. 99.

DE CARDINALATVS HIERONYMI OPINIO.

Gennad. d. v. illustr. cap. 84. apud Hier. epist. 97.

ASSERTORIS CARDINALATVS HIERONYMI.

Astrauimus) hic inquam aduersus eiusdem Hieronymi assertionem hæc habet: Legimus enim, fratres carissimi, sanctum Patrem Hieronymum Cardinalem fuisse in ecclesia sancti Laurentij martyris, &c.] At quàm perspicue se detegit recentiore auctorem, cum ait: Legimus? Sed & quod eodem sermone ait sanctum Hieronymum recessisse ab Urbe una cum Paula & Eustochio; rogatu patris illarum; certè examinasse videtur Paulam & Eustochium fuisse sorores, eodemque parente genitas. Vides quos ea assertio ad stipulatores habeat. Sed & idem auctor Cardinalatus Hieronymi quantum calluerit res eiusdem Hieronymi, ex eo intelliges, dum ait ipsum peruenisse vsque ad Sixtum Pontificem quem constat diem obiisse sub Bonifacio, Consulibus Theodosio octauum atque Constantio. Rursus vero alius ille anonymus auctor (tutius enim sine auctoris nomine produntur mendacia) qui scripsit vitam S. Hieronymi, æque Cardinalatus eius assertor est: sed quot portentosis mendaciis confarcinatus sit libellus ille, suo loco dicturi sumus. Ecce tibi iam habes, è quibus fontibus hausere recentiores scriptores, atque pictores prototypum mutuati sunt. Verum in his non immorandum diutius: sed iam quæ sunt germana Hieronymi prosequamur.

Damasus diuinarum scripturarum studiosissimus indagator, plura ab ipso S. Hieronymo (ut dictum est) praesente exegit, quàm quæ ab eo absente accipere consueuerat: haud enim voluit Romae agere otiosum; sed aliqua semper percontatus, pulsans hominem quaestione, latius disserendi ansam praebat. Etenim tunc ipsum Hieronymum ea credimus elucubrasse, quæ tractationem potius quàm epistolam representant, utpote praesentem traditam, non autem ad absentem per tabellarium missam, nimirum de Osanna quaestionem, appendicem ad tractationem de Seraphim, tractatum de filio prodigo, translationem duarum Origenis homiliarum in Cantica Cantorum, emendationem quatuor Euangeliorum editionum inter se discrepantium, nec non canones Concordantiae Evangelicæ: sed & emendationem quoque Psalterij, Romæ cum esset, elaborauit, adque septuaginta duorum translationem accommodauit; sed cursim factam eandem iterum maiori diligentia examinandam subiecit incudi.

Insuper Romæ cum esset sanctus Hieronymus, inter alios exantlatos labores oblatrantem canem Heluidium, hominem imperitum, sed blasphemis pollentem compefcuit. Fuit hic hostis virginitatis, utpote qui diceret eiusdem esse gloriae virgines ac maritatas; eoque scelere atque dementiae prolapsus est, ut sanctissimæ Deiparae negare scelestus virginitatem post partum auderet: quem tam sacrilega audentem Hieronymus non confutauit solum, sed & derisit, contemptuique ut par erat, illum exposuit, qui ex blasphemia sibi comparare gloriam studuit: de eo enim hæc inter alia ipse Hieronymus: Quis te, oro, ante hanc blasphemiam nouerat? quis dupondij supputabat? Consecutus es quod volebas, nobilis es factus in scelere. Ego ipse qui contra te scribo, cum in eadem tecum Urbe consistam, albus (ut aiunt) a terve sis, nescio.] Scripsisse autem Hieronymum hunc librum Romæ, & Damaso ostendisse, ipse quidem testatur in Apologia ad Pammachium, in qua hæc verba leguntur: Dum adhuc viueret sanctæ memoriae Damasus, librum contra Heluidium de beatæ Mariæ virginitate perpetua scripsimus, in quo necesse fuit nobis ad virginitatis beatitudinem prædicandam, multa de molestiis dicere nuptiarum. Num vir egregius, & eruditus in scripturis, & virgo, Ecclesiae virginis doctor aliquid in illo sermone reprehendit: in libro quoque ad Eustochium multo duriora de nuptiis diximus, & nemo super hac re læsus est.] hæc Hieronymus. Porro tractationem illam de custodia virginitatis ad Eustochium Romæ itidem scripsit post editum commentarium aduersus Heluidium, quod ipsemet tradit, simulque addit S. Damasus eodem argumento carmine & prosa scripsisse libellos, ac S. Ambrosium alios: quod ipsum in Oriente Basilium, necnon Gregorius Nazianzenus paulo ante, Chrysostomus vero postea præstiterunt: ut planè intelligas, instinctu diuino sanctissimos atque doctissimos Patres tam in Oriente, quàm in Occidente, in eadem versatos esse materia, cum diabolus sua monstra erat in medium producturus, impios, qui nobilem Ecclesiae thesaurum voce Domini commendatum, oreque Apostolico prædicatum, maiorum omnium denique præconiis celebratum terræ infoderent nulli vsui profuturum. Ceterum translationem illam ad Eustochium de custodia virginitatis, quod post editum in Heluidium commentarium scriptam fuisse constat, ultimo ferme anno eius commorationis Romæ, nempe trecentesimo octogesimo tertio vel quarto, elucubratam esse putamus, ex rationibus inferius subiiciendis.

HIERONYMI ROMAE ELUCUBRATIONES.

HELUIDIVM HIERONYMI CONSVTAT. Hieron. contra Heluid.

Hier. epist. 19.

Hier. epist. 22.

At







CHRISTI 382.

DAMASI P.A.P. 16.

GRATIANI 16. VALENTIN. 7. IMPPP. THEODOSII 4.

BYTVS PRAETEXTATI.

Psal. 47. DE PAULINA VXORE PRAETEXTATI. Inscript. An. tiquar. apud Smetium pa. 153. num. 5.

O quanta rerum mutatio! Ille, quem ante paucos dies dignitatum omnium culmina precedebant: qui, quasi de subiectis hostibus triumpharet, Capitolinas ascendit arces: quem plausu quodam & tripudio populus Romanus excepit: ad cuius interitum Vrbs vniuersa commota est: nunc desolatus & nudus, non in laeteo caeli palatio, vt vxor mentitur infelix, sed in sordentibus tenebris continetur. Hac vero, quam vnus cubiculi secreta vallabant, quae pauper videbatur & tenuis, cuius vita purabatur amentia, Christum sequitur, & dicit: Quaecumque audivimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri & reliqua. ] erat aequè impia atque vir eius, vxor Praetextati, nomine Paulina, cuius hic meminit Hieronymus: quod sequens tibi inscriptio declarabit:

FABIAE. ACONIAE. PAULINAE. C. F. FILIAE. ACONIS. CATVLLINI. V. C. EX. PRAEF. ET. CONSVLIS ORDIN. VXOR. VETTII. PRAETEXTATI. V. C. PRAEF. ET. CONSVLIS. DESIGNATI. SACRATAE. APVD. ELEV SINAM. DEO. BACCHIC. CERERI. ET. CORAE. SACRATAE. APVD. LAERNAM. DEO. LIBERO. ET. CERERI ET. CORAE. SACRATAE. APVD. AEGYNAM. DEABVS TAVROBOLITAE. ISIACAF. HIEROPHANTRIAE. DEAE HECATAE. GRAECO. SACRATAE. DEAE. CERERIS

Hac inquam Paulina magna sacerdos, inani quadam iactantia, in inuidiam Christianorum, effutiebatur virum suum Praetextatum inter deos esse receptum; quod dendet sanctus Hieronymus atque subannat. Meminit eiusdem Paulinae coniugis Praetextati Symmachus ad ipsum scribens. Sed & atexamus his alia de eadem Paulina vetera in Vrbe haud pridem reperta monumenta, atque illud in primis:

FABIA. ACONIA. PAULINA. FILIA C. CATVLLINI. V. C. EXPRAEFECTI. CONSVLIS ORDINARI. VXOR. VETTII. AGORII. PRAETEXTATI. PRAEFECTI. ET. CONSVLIS. DESIGNATI SACRATA. DEAE. CERERI

Et alia in basi statuae repertae nuper in hortis Federici Casij:

COELIAE CONCORDIAE VIRGINI VESTALI MAXIMAE FABIA PAULINA C. F. STATVAM FACIENDAM COLLOCANDAMQVE CVRAVIT CVM PROPTER EGREGIAM EIVS PVDICITIAM INSIGNEMQVE CIRCA CVLTVM DIVINVM SANCTITATEM TVM QVOD HAEC PRIOR EIVS VIRO VETTIO AGORIO PRAETEXTATO V. C. OMNIA SINGVLARI DIGNOQVE ETIAM AB HVIVS MODI VIRGINIBVS ET SACERDOTIBVS COLI STATVAM COLLOCARAT.

Hac ipsa inscriptio, vbi primum eam legi, in memoriam reuocauit quae Symmachus habet in epistola ad Flavianum, dum quid actum fuisset inter collegas Pontifices, cum de collocanda atque dicanda eiusmodi statua rogarentur sententiae singulorum, quidve ipse senserit ea de re, his verbis ad eum scribit:

Praetextato nostro monumentum statuae dicere destinant virgines sacri Vestalis antistites. Consulti Pontifices, priusquam reuerentiam sublimis sacerdotij, aut longae aetatis usum, vel conditionem temporis praesentis expendere, absque paucis qui me secuti sunt, vt eius officium statuerent, adnuerunt. Ego qui aduerterem neque honestati virginum talia in viros obsequia conuenire, neque more fieri quod Numa auctor, Metellus conseruator religionum, omnesque Pontifices Maximi numquam ante meruerunt: hac quidem filii, ne sacrorum aemulis enuntiata noxam crearent. Inusitatum censentibus,

Symmach. li. 2. epist. 36.

Exscript. Philipp. V. gnus Louanienf.

CHRISTI 382.

DAMASI P.A.P. 16.

GRATIANI 16. VALENTIN. 7. IMPPP. THEODOSII 4.

A tibis, exemplum modo vitandum esse rescripti, ne res iusto orta principio, breui ad indignos per ambitum perueniret. Ne longum loquar, ipsa verba ad te mihi bonis probata, sed numero fortasse vincenda licet decretis Pontificum non sit eadem forma quae Curiae in decretis est: sed hoc quoque parui faciet inscientia. Quod si tu adesses, multum duorum sanitas promoueret. ] haecenus de his Symmachus ad suum aequè Ethenicum Flavianum, de quo plura suo loco. Sed ex superiori inscriptione vides, in ipso collegio Pontificum, inuito & contradicente Symmacho, concessum fuisse Maximae Vestali statuam erigere Praetextato. At haec occasione Paulinae, de viro suo hoc anno defuncto, inaniter praedicantis in caelum inter deos esse receptum, dicta sunt. Credimus (quod & coniectura facile persuadet) eundem Praetextatum maiore confectum ea de causa ex hac vita esse sublatum, quod Imperatores sacris deorum penis explosis, impensas quoque ad illa peragenda ex publico conferri solitas abstulissent, quin & redditus Vestalibus virginibus antiquo iure debitos pendi vetuissent: de quibus omnibus pluribus egit Symmachus, cum creatus Praefectus Urbis libellum scripsit post sequentem annum ad Valentinianum Imperatorem, nosque de eo agemus suo loco.

Hac quidem hoc anno contigisse, ex eo possumus affirmare, quod post eiusmodi sanctum ab Imperatoribus edictum de auferendis redditibus qui sacris Gentilium erant adscripti, ait Symmachus in eodem Relationis libello diram famem esse consecutam, quam suo loco ostendemus accidisse anno sequenti, qui praecessit eiusdem Symmachii Praefecturam. Ceterum hoc ipso anno, biennio nimirum ante dictam Symmachii Urbana Praefecturam, a Gentilibus Senatoribus legatio missa est ad Imperatorem: cui quidem legationi intercessit primo Romae Damascus, & Senatores Christiani, quo minus superflitionis Gentilium sectatores voti compotes fierent. Horum testis est S. Ambrosius, qui ad Valentinianum Imperatorem scribens haec ait: Pauci Gentiles conuini vtuntur nomine: nam & ante biennium ferme, cum hoc petere tentarent, misit ad me sanctus Damascus Romanae Ecclesiae sacerdos, iudicio Dei electus, libellum quem Christiani Senatores dederunt, & quidem innumeri, postulantes nihil se tale mandasse, non congruere Gentilium istiusmodi petitionibus, non praebere consensum. Quae etiam publice priuatimque se non conuenturos ad Curiam, si tale aliquid decerneretur. Dignum non est temporibus vestris, hoc est Christianis temporibus, vt dignitas Christianis Senatoribus abrogetur, quo Gentilibus Senatoribus profanae deferatur voluntatis effectus. Hunc libellum ego fratri clementiae vestrae direxi. Vnde constitit, non Senatorem aliquid de superflitionis impensis mandasse Legatis. Sed fortasse dicatur: Cur dudum non interfuerint Senatui, cum ista peterentur? Satis loquuntur quid velint, qui non interfuerunt: satis locuti sunt, qui apud Imperatorem locuti sunt, &c.]

Hoc item anno, qui numeratur vigesimus a conflagratione templi Apollinis Daphnici apud Antiochiam, S. Ioannes Chrysostomus, vt ipse testatur, aduersus Gentiles disertissimum commentarium elaborauit, nam ait: Ecce enim iam vigesimus ex eo annus agit, nec tamen aedificij ab igne relicti pars vlla deleta est. ] haec ibi Chrysostomus, qui eodem anno quinque illas nobilissimas orationes aduersus Iudaeos elucubrauit: significat id ipse etiam, cum in eorum secunda haec ite haberet: Sub Imperatore qui fuit aetate nostra ante annos viginti Iulianus scilicet, qui Imperatores omnes superauit impietate, &c.] Insuper & eodem itidem anno aduersus Anomaeos haereticos de incomprehensibili Dei natura quinque homiliis eruditè copioseque tractauit. Id enim facile inde potest intelligi, quod in secunda earum sic ipse ait: Nuper cum in hoc venissemus curriculum disputandi, & luctandi captus eisdem tetigissemus, quemadmodum meministis, pugna nos cum cuneo Iudaeorum excepit. ] En vides, tunc contra haereticos illos exeruisse stylium, cum paulo ante conseruisset manus aduersus Iudaeos. Sed & inferius cum dicat ante decem annos accidisse saeuitiam illam Valentis Imperatoris Antiochiae exhibitam aduersus eos qui Imperium affectassent, eandem vtique chronologiam conseruat.

Vides magno miraculo, ipso sui ortu statim in tria flumina erumpere fontem, & in militia tyronem aduersus triplicia armata in Ecclesiam agmina Gentilium, Iudaeorum, & haereticorum irumpere, eadem summa felicitate atque facilitate discurrere, ardua petere, appetereque acerbiores Ecclesiae hostes. Haud enim pridè diaconus a S. Meletio Ioannes fuerat ordinatus; Antiochiaeque degens, absente Flauiano successore Meletij, docendi munere eius vicè agebat. De absentia enim Flauiani haec ipse in exordio tractationis ad-

in decretis

PRAETEXTATI OBIVS CAUSA.

LEGATIO GENTILIVM SENATORVM PRO CVLTV DEORVM.

Ambr. epist.

expositio DAMASVS RESTITIT GENTILIVS SENATORIBVS.

Chrysof. ad uerf. Gentil. IOANNES CHRYSOST. SCRIBIT ADVERSUS GENTILES. Chrysof. orat. contra Iud.

IOANNIS CHRYSOST. FACVNDIA CVM DOCTRINA CONIVNCTA.



CHRISTI  
382.DAMASI PAP.  
16.GRATIANI 16.  
VALENTIN. 7. IMPPP.  
THEODOSII 4.

uerfus Anomæos hæreticos ait: Quid hoc fit, fratres carissimi? Pastor abest, & tamen A  
oues suum cum diligentia seruantes ordinem video. Profecto boni illius pastoris id quo-  
que officium est, vt non modò illo præfente, verum etiam absente, quile studium omne  
adhibeat. ] Quoniam autem profectus fuerit Flauianus, iam anni huius initio dictum est,  
nimirum ad Constantinopolitanum Concilium, vt Romanam declinaret Synodum, ad  
quam vna cum Epiphano venisse Paulinum alterius partis Antiochiæ Episcopum, & cum  
illis sanctum Hieronymum, iam demonstratum est.

Sed quid insuper hoc eodem anno ad populum tractasse Antiochiæ reperitur? Habuit  
eodem tempore sermonem illum, cui est titulus, De Anathemate, ab alio verò perperam  
addita inscriptio illa: Quod neque viui, neque mortui Anathemate plectendi sint. ] eam  
quidem homiliam dictam esse ab ipso mox post quinque illas aduersus Anomæos oratio-  
nes, planè fateatur eius exordio, cum his verbis orationem auspicatur: Nuper ad vos de B  
incomprehensibili cognitione Dei differens, tam Scripturarum testimoniis, quam ratio-  
nibus, quas natura suppeditat, copiosè declarabam. ] & paulò post: Age nunc & de Ana-  
themate, quæ conuenit in medium fideliter afferamus. ] Sic igitur videas perspicuè  
demonstratum certa quadam concinnatione temporum, tamquam in catena annulum  
inclusum annulo, hoc anno Chrysofomum primò aduersus Gentiles scripsisse, deinde  
differuisse aduersus Iudæos, confutasse postea Anomæos, atque ad postremum de Ana-  
themate sermonem habuisse. At quorsum, dices, eiusmodi adedò exacta de scriptis Chry-  
sofomi disquisitio? Plurimi quidem interest, nosse quo tempore eam ipse de Anathemate  
tractationem instituit; vt & ex huius temporis rebus gestis nonnulla quæ in eo sermone  
habentur obscura, quæ & in petram scandali insipientibus posita esse videntur, in quam  
offendant, perspicua fiant, & manifesta luce intelligantur.

At quænam ista? Audi: Heus tu, inquit, qui tantæ auctoritatis, qui tantam tibi vsurpas  
potentiam? *vt scilicet dicere audeas anathema, quo qui separatur à Deo, mancipatur diabolo.*  
Tunc enim sedebit filius Dei, & statuet oues à dextris, & hædos à sinistris. Cur igitur  
dignitatem tantam assumis, quæ Apostolis tantum communicata, & iis qui illorum sunt  
idonei successores, verè pleni gratia & virtute? Iam Apostoli diligenter id mandati ser-  
uarunt: sic enim hæreticos eiciebant ex ecclesiis, quasi effodiendus esset dexter oculus:  
qua tempestiua membri defectione magnum suæ compassionis & doloris indicium præ-  
ferebant, &c. ] ostendit enim Apostolos perrare & perægrè ea vsos esse potestate: atque  
subdit: Vultis discere qualia de hoc *nempe qui indebitum sibi ius vsarpans, audeat anathe-  
ma inferre*, qui & Apostolorum temporibus martyrium meruit? Monstraturus huius verbi  
grauitatem, tali vtebatur exemplo: Sicut priuatus homo regiam sibi ipsi purpuram cir-  
cumponens, vna cum omnibus qui eum iuuant, punitur vt tyrannus: ita & qui Domini-  
cam sententiam fert, & hominem facit anathema Ecclesiæ, abducit se ipsum in extre-  
mam perniciem, vsurpando dignitatem filij Dei. Sic ille dicebat. Putatis ne hanc parui  
momenti rem esse, ante iudicem, iudicijque tempus, aliquem huiusmodi sententia con-  
demnare? ] At quæ his grauiora subdit, atq; edè: Obsecramus & contestamur vos, vt à tanto  
malo desistatis. Nam is quem tu anathematizare decreuisti, vel viuuit, & adhuc in mortali  
vita hac superest, vel mortuus est. Quòd si adhuc superest, impiè agis, qui eum, qui à malo  
in bonum se vertere potest, crudeliter absecas: Sin mortuus est, multo magis crudelis es.  
Cur ita? Quia Domino suo stat, vel cadit, non iam sub iure humano existens ] atque  
tandem hæc ad finem: En propter vos oro, ne vobis verba hæc mente excidant. Dogmata  
enim impia, & quæ ab hæreticis profecta, arguere, & anathematizare oportet: hominibus E  
autem parcendum, & pro salute ipsorum orandum. ]

Hæc verò cum tanta energia inculcet Chrysofomus, eius stylum exasculantur hære-  
tici, quasi vnum inuenerint qui eadem quæ ipsi sapiat, tantum doctorem excommuni-  
candi ius è manibus Episcoporum iniuste hæctenus vsurpatum extorquentem. Sed hos  
omnes vna, si velimus, responsione perfacile possemus eludere, si dixerimus, ipsum quod  
hoc anno adhuc diaconus, nouus miles (quod fert ætas) inconsultè disseruit, postea pro-  
uectioris factum ætatis, atque maturioris consilij, cum dictis factis abundantius  
emendasse, dum de infligendo ab Episcopis anathemate sexcentis (vt ita dixerim) locis  
pro concione tractauit, & sublimiores quoque personas (vt inferius apparebit) anathe-  
mate condemnauit. Hæc inquam si dixerimus, errasse Chrysofomum, quod humanum  
est; quod iuuenum est; sed factum virum, cum verbis, tum operibus perperam dicta cor-  
rexisset.

IOANNIS  
CHRYSOST.  
TRACTATIO  
DE ANA-  
THEMATE.VERBA  
CHRYSOS-  
TOMI AB  
HÆRETI-  
CIS MALè  
ACCEPTA.CHRYSOS-  
TOMVS AS-  
SERTOR A-  
NATHEMA-  
TIS.CHRISTI  
382.DAMASI PAP.  
16.GRATIANI 16.  
VALENTIN. 7. IMPPP.  
THEODOSII 4.

A rexisset: quid esset quod obiectare adhuc valeant obgannientes hæretici? nisi nolint pœ-  
nituisse, quem incautè semel lapsum esse constasset, quod S. Augustinum laudabiliter sæpè  
fecisse, omnes prædicant. Non habes igitur quid, hæretice, dicas, si Chrysofomum oppo-  
nimus Chrysofomo, senem adolefcenti, veteranum tyroni, peritiorem perito, verbo semel  
lapso contrarium sæpius verbis & operibus astruentem, & ad rectam Ecclesiastici dogma-  
tis lineam veritatem vim passam accommodantem.

Sed absit, vt vel minimum quicquam eum in his errasse dicamus: non enim recto pede  
incessisse ad Euangelij veritatem, ipsis tantum videri potuit, qui limis oculis intuentes,  
strabones nostri temporis, quæque à recto distorquent. Ex tempore enim, loco, rebus,  
personis, quisnam sit germanus sensus verborum Chrysofomi, quisque cupidus veritatis  
facilè assequetur: quorum omnium nisi ratio habeatur, vix erit, vt obiectionum multipli-  
ces laqueos quis euitet. Considera, inquam, tempus: hoc nempe anno, quo est celebratum  
B Romæ Concilium, & sedes Antiochena est adiudicata Paulino, Ioannem Chrysofomum  
eum habuisse sermonem. Attende & illud, Antiochiæ concionem dictam, absente eius  
partis Episcopo Flauiano (vt diximus ex eius verbis) qui Constantinopolim profectus erat  
ad Synodum. Intuere pariter, Chrysofomum ea perorasse ad populum communionis  
Flauiani, exasperatum in aduersæ partis Fideles Paulino communicantes, & in eumdem  
odio percitum anathema inclamantem; locutum ad ignobile vulgus, quod nec quid vox  
anathema significaret, intelligeret: in hos ipso penè exordio his verbis Chrysofomus sic  
inuehitur: En specta viros, qui nullum ex sacris litteris germanum sensum, immo nihil  
omnino sacrarum litterarum tenent, & (vt pleraque transeam, nam erubescere dicere) furi-  
bundos, nugaces, contentiosos; qui neque sciunt quæ dicunt, neque de quibus affirmant,  
C in hoc vno tantum audaces, quòd dogmata statuunt, & anathema declarant ea quæ maxi-  
mè ignorant. ] En vides ad quos sit sermo Chrysofomi, & quibuscum tota illa disceptatio  
infumatur. In hos, inquam, est tota illa de non inferendo anathemate exaggeratio, vel  
cum ait: Heus, qui tu tantæ auctoritatis, qui tantam tibi vsurpas potentiam? &c. ] vel cum  
illam citat martyris sententiam, qui Apostolorum temporibus vixit. At quisnam hic qui  
scriptorum monumenta reliquerit, alius quam Ignatius? Est sanè locus in epistola ad  
Smyrneses, vbi hæc leguntur verba: Si enim iure censetur pœna dignus qui aduersus  
Regem insurgit, vt qui violet bonas legum constitutiones: quanto putatis grauiori sub-  
iacebit supplicio, qui sine Episcopo quid volet agere, concordiam rumpens, & decentem  
ordinem confundens? &c. ] reddidit ipse sententiam, & non verba Chrysofomus, atque  
ad propositum illud suum inflexit.

D Sed & illo quoque dilemmate conuincenda erat plebs ipsa, & omni denique argumen-  
ti genere infrenanda, quo à cœpta reprimeretur audacia: plurimi namque intererat Fla-  
uiani communionis homines in officio continere; ne qui à Romana tolerabatur Ecclesia  
Flauianus ipse cum suis, nec anathemate hæctenus perculsus erat, licet improbaretur eius  
electio, pateretur ipse cum illis, quod inferretur in Paulini communionis homines ana-  
thema. Magna quidem indulgentia Romanæ Ecclesiæ ea fuit, vt cuius non probaret elec-  
tionem, eum à communionem minimè separarit. Versans igitur in re magni momenti  
Chrysofomus, acerrimè in eos inuehitur, qui in Paulini sectatores anathema conclama-  
rent, perinde ac si essent hæretici, atque eadem ratione qua Appollinaristæ censendi: quo-  
rum temeritatem, procaciamque retundens, vanumque prætextum redarguens, ista  
subdit: Ad hæc quid respondent illi malitia potentes? Hæreticus, aiunt, ille factus est, &  
E inhabitantem habet diabolum: aduersus Deum iniustitiam loquitur: multos in profun-  
dum perditionis abducit eloquentiæ suæ efficaci suadela & deceptione. Sanè propter hoc  
à Patribus eiectus est, maximè quia eius magister quoque partem Ecclesiæ abstulit, Pau-  
linum vel Apollinarem designando. Sanè de istorum singulorum discrimine sermo  
multis bene nouitatem refutauit, errorem in perniciosissimæ præsumptionis penetrabilibus  
inualuisse redarguens. ] hæc ipse, planè significans, longè diuersam esse Paulini causam  
atque Apollinaris, quorum differentias alio sermone se discriminafle testatur, qui  
non extat.

Iam puto, probè intelligis, lector, ex tempore, loco, personis, & rebus, Chrysofomum  
tumultuantem populum (vt ipse proficitur) redarguere voluisse, qui inanibus vocibus in  
aduersarios, Paulini asseclas anathema inclamaret; cuius rei nec ius, nec tempus, nec lo-  
cus esset. Intuere pariter, quàm necessarium sit, ex occasione oblata vim orationis expendere,

VERBORVM  
CHRYSOS-  
TOMI GER-  
MANVS  
SENSVS.Ignat. epist.  
10.QVA MOTVS  
OCCASIONE  
IOANNES  
SAM HA-  
BUIT ORA-  
TIONEM.

PROV. 15.

dere; cum interdum contingat, his minime perspectis, aliquem existimari loqui blasphemias; cum tamen habita causa perfecta cognitione, nihil dici inueniat potuisse sanctius, atque rectius. Nam ex sententia Salomonis, Sermo opportunus, ille est optimus. ] cum alioqui nec ipsa Chrysostomi oratio ita solute fluat, ut quis licet ignoret ex rebus gestis comparatam occasionem, necesse sit errore labatur: habet enim ossa sua, quibus subsistat, aliosque labentes sustentet, cum ait ius excommunicationis a Christo communicatum Apostolis, & successoribus eius Episcopis, illisque tantum denegatum, qui ab horum numero haberentur extorres; nam hac adiecit verba: Cur igitur dignitatem tantam assumis, quae Apostolis tantum communicata, & iis qui illorum sunt idonei successores vere pleni gratia & virtute? &c. ] quibus plane intelligis, in eos iniuehi doctorem Ecclesiae, qui extra ordinem Apostolicae successionis existunt homines, ista sibi temere vendicantes, quae tantummodo Episcoporum esse noscuntur: quo nihil rectius, nihilque dici potuit aureo ore dignius. At de his haec tenent.

ARTAS IO. CHRYSOST. DE VITA EIVS INST. TITIO.

Haec omnia (ut diximus) Chrysostomus cum diaconus esset, ad populum peroravit: secundum enim Marcellini atque Palladij calculum, dicentium ipsum quinquennio ministrasse diaconum, duodecim vero annos egisse presbyterum usque ad tempus quo Episcopus creatus est: plane inuenitur, cum anno superiori sacro diaconatus ordine initiatum, & ut omnes affirmant, a Meletio, antequam scilicet ad Constantinopolitanum Concilium se conferret. Ex quibus & Socratem & alios confutes, qui scripta Chrysostomi nuper recensita, ab eo elucubrata tradunt, cum esset Antiochenae Ecclesiae lector. Sed ut eiusdem Ioannis aetatis & rerum gestarum scriptorumque ratio inear: auctore Palladio aequali eius, & aliis, sic se habuit. Ex auditorio ad forum, e foro in eremum, & ex eremo in lectorem adscitus fuit Ecclesiae Antiochenae, ubi diaconatu, ac deinde presbyteratu auctus permansit usque ad tempus, quo inde abstractus Constantinopolim ad eius Ecclesiae regimen vocatus est. At tanta haec nimia breuitate complexa, quo adeo celebris viri res gestae aliqua saltem ex parte innotescant, paulo prolixiori profequamur oratione.

FACUNDIA CHRYSOST. IN FORO COGNITA. b. Isid. Pelus. lib. 1. epist. 12.

E rhetoricis scholis egressus, quanta cum felicitate in agendis causarum controuersis in foro versatus sit, ex litteris Libanij tunc temporis ad eum scriptis satis assequi vales: recitat eas Isidorus Pelusiota b in epistola ad Ophelium, quae sic se habet: Quod non dicam alij (paruum enim id fortasse plerisque videri queat) verum etiam ipse Libanius, qui eloquentiae nomine apud omnes clarus & celebris est, praecleari viri Ioannis linguam ac sententiarum pulchritudinem & argumentorum densitatem ad stuporem usque miratus sit: argumento est ea epistola, in qua non modò eum qui tanta dicendi facultate praeditus, sit, beatum praedicat, verum etiam eos quorum laudes oratione celebrarat, & quidem qui Imperatores essent, quod huiusmodi laudum suarum praconem consecuti essent. Huius autem epistolae hoc exemplum est.

LIBANI EPISTOLA AD IOANNEM.

Libanius Ioanni S. Cum pulchram tuam & elegantem orationem accepissem, viris quibusdam, qui & ipsi orationum opifices & architecti sunt, eam legi. Quorum nullus erat, qui non saltaret, & clamorem ederet, caque omnia faceret, quae homines admiratione perculli & attoniti facere solent. Ego igitur eo nomine voluptate affectus sum, quod ad forensam operam, in qua arte specimen edis, demonstratiuum quoque dicendi genus adiungis. Atque & te beatum duco, qui ad hunc modum laudare queas, & item eos qui talem suarum laudum praconem nacti sunt, hoc est, & patrem qui Imperium dedit, & filios qui acceperant. Atque haec quidem scripsit Libanius. ] haec tenent Isidorus. Porro in laudem Valentiniiani senioris, & eius filiorum Gratiani atque Valentiniiani iunioris illam fuisse elucubratam orationem, apparet, cum videlicet Valentiniiano hac vita defuncto eius filij in Imperium succedere. At qua aetate praestitit tanta Chrysostomus? Secundum initam superius eius aetatis rationem, agebat ipse tempore senioris Valentiniiani obitus annum vigesimum primum. At licet oratio ipsa desideretur dicta in laudem patris & filiorum Imperatorum: tamen qualis illa fuerit, ex aliis eiusdem scriptis tunc temporis editis (si ex germani superstitis vultu, praedefuncti fratris effigiem quis existimet contemplandam) intelligi facile poterit: proximè enim, nempe sequenti anno, aureos illos de Sacerdotio dialogos elucubrauit, cum iam ad Episcopatum adscito Basilio amico carissimo, ipse ne teneretur, fuga sibi consuluit; & e foro (ut idem ibi testatur) in solitudinem, exculturus monasticam vitam, se contulit.

Agebat

Agebat tunc, ut ipse fidem facit, annos viginti duos: nam in eodem libro de Sacerdotio id accidisse testatur, cum tunc impleisset annos adolescentiae, ab heri (ut aiebant aemuli) & nudius tertius; nempe cum exegisset annum vigesimum primum, qui est terminus adolescentiae, & vigesimum secundum inchoasset: tali enim termino etiam apud Graecos & illius temporis scriptores distingui adolescentiam a iuuentute, sanctus Basilius docet homilia in psalmum centesimum decimum quartum. His etiam bene consentiunt, quae itidem Chrysostomus a libi de se affirmat, nimirum quo tempore Valens Imperator diras illas in magos & sacrilegos quaestiones exercuit Antiochia, fuisse aetate adolescentulum, nempe sexdecim aut septemdecim annorum: Quibus omnibus egregie respondet quod Graeci b testantur auctores, eundem Chrysostomum vixisse annos quinquaginta duos & menses octo, obijtque anno Domini quadringentesimo septimo, Honorio septimum, & Theodosio secundum Consulibus.

Chrysost. in Att. apost. hom. 48.

Leo Imper. in Encom. de S. Io Chrysost. Georg. in vita ipsius Chrysost. & Zoisimus.

RATIO AN- NORVM ET LVCVBRATIONVM IAN. CHRYSOST.

Qui igitur erat annorum octo tempore (ut dictum est) quo Iulianus degebat Antiochia, & templum Apollinis conflagrauit, atque decimum sextum vel septimum agebat cum Valens itidem aduersus magos quaestiones ageret, & tempore Valentiniiani maioris obitus & filiorum successionis vigesimum primum annum, vigesimum vero secundum cum scripsit de Sacerdotio, & secessit in eremum; idem hoc anno vigesimum octauum implens annum, iam diaconus ea quae paulo ante recensuimus contra Gentiles, Iudaeos, & haeticos peroravit, atque etiam ad sedandos populares tumultus sermonem illum de Anathemate habuit.

De tempore autem commorationis eius in eremo (ne quid retro intactum relinquamus) diuersae reperiuntur sententiae, cum alij dicant sexennio in eo vitae instituto perfectasse, alij quadriennio apud Cartherium egisse. Errant tamen qui post presbyteratum consecutum, cum in eremum profectum esse tradunt, cum ipsius assertione pateat e foro foras esse progressum in solitudinem. Sed & grauiore illi detinentur errore, qui Basilium illum, quocum a puero assueuerat, quique postea ad Episcopatum assumptus est, existimant fuisse ipsum Basilium Magnum Caesarea Cappadociae Episcopum: nam agebat iam septimum annum in Episcopatu Caesariensi Basilius, cum iste iunior creatus est, ut ex temporum exacta ratione habita perspicue licet inspicere. Sed & cum attestatione Chrysostomi constet Basilium iuniorem eo tempore cum creatus est Episcopus, non excessisse aetatem annorum viginti duorum (aequales enim erant) quo modo fingi potest, hunc illum esse Basilium aetate senem, qui & post sequentem annum ex hac vita migrasse dicitur? Ceterum, & cum ipse Chrysostomus de iuniore Basilio dicat, eadem illum qua se patria esse natum, nempe Antiochia, facultatibus pauperem: quam longè discrepat ab illo Magno, patria Caesariense, quem praediuitem fuisse, Gregorius Nazianzenus & Nyssenus affirmant? Vel quid conueniens, ut Basilius Caesariensis Antiochia electus esset ab Episcopis Syriae, sicut iunior iste, de quo Chrysostomus scribit? Vel cum constet Basilium hunc eremum cogitantem esse electum, Basilium vero Magnum liqueat, postquam cum Gregorio Nazianzeno eremum incoluisset, vocatum esse ad Episcopatum?

DE BASILIO AD QUEM IOANNES SCRIPSIT DE SACERDOTIO.

Socrus lib. 6. cap. 3. & alij eum secuti.

At licet longè alium hunc Basilium ab illo Caesariensi fuisse pateat: exitisse tamen doctrina & moribus valde conspicuum, nec adeò Chrysostomo imparem, potest intelligi; cum utriusque vix egressi limen adolescentiae, quaesiti fuerint ad Episcopatum, tenuisque ille, cum Chrysostomus fugam arripiens in sui excusationem commentarium illum tam celebrem de Sacerdotio elaborauit, de quo audi quid Isidorus Pelusiota ad Eusebium scribat:

LIBER CHRYSOST. DE SACERDOTIO.

Isido. Pelus. lib. 1. epist. 158.

Ego quidem librum, quem a me petisti, misi: fructumque ex eo per te expecto, qui ab omnibus exigi consuevit. Nullum enim, nullum inquam, peccatum huius lectio penetravit, quod non diuino amore fauciarit: ut qui augustam quidem ac venerandam rem accessuque difficilem sacerdotium esse ostendat, verum sine vlla reprehensionis labe consecrandam esse doceat. Siquidem sapiens ille & eruditus arcanorum Dei interpres Ioannes Byzantinae Ecclesiae, atque adeò Ecclesiarum omnium oculus, librum eum ita subtiliter & prudenter atque accuratè condidit, ut omnes, tam qui ut Deo gratum sacerdotio funguntur, quam qui negligenter & ignaue sacerdotalem dignitatem administrant, hic & virtutes suas & offensiones reperiant. ] haec tenent Isidorus.

Quisiam verò fuerit ille Basilius Chrysostomi pernecessarius: haudquid certum habemus,

bemus, quod firmiter affirmare possimus: scimus tamen, eodem tempore, in eadem Syriae A  
 prouincia duos vixisse Basilios, qui interfuerunt Synodo Constantinopolitanae, nempe  
 Basilium Raphanensem in Syria, & alium Episcopum Bibli in Phoenicia. Opinatur  
 alij fuisse Basilium Seleucia Isauriae Episcopum: attamen constat, Theodoro<sup>a</sup> auctore,  
 illum vitam egisse monasticam sub sancto Marciano Abbate, & cum eo diu versatum,  
 Episcopum verò postea claruisse tempore Concilij Chalcedonensis, cui & subscriptus ha-  
 betur, post annos septuaginta vno minus; cum tamen Seleucia Syriae tempore Chryso-  
 stomi esset Episcopus Maximus, qui (vt auctor est Socrates<sup>b</sup>) collega fuit ipsius Ioannis in  
 exercitatione vitae monasticae vna cum Theodoro illo postea Mopsuestiae Episcopo planè  
 infelicissimo, nam à monachatu excidit & à fide: ad quem lapsum scribens ex eremo ipse  
 Chrysofomus recenset insigniores collegas Valerium, Florentium, & Porphyrium. Hos  
 autem omnes sub cura egisse Diodori & Charterij Abbatum, Socrates tradit: quorum B  
 priorem Tarfensi ait praefectum Ecclesiae: addit Euagrium iuniorem filium senioris Eua-  
 grii nobilissimi ciuis Antiocheni in eremum iam antea concessisse, & eius exemplo non-  
 nihil esse pernotum Chrysofomum. Eremus porrò illa fuit in Syria: nam Diodorum, sub  
 quo etiam Chrysofomus excoluit vitam monasticam, in ea regione habitasse, Theo-  
 doretus affirmat.

<sup>a</sup>Theodor. lib. 5. SS. Patr. c. 3.

<sup>b</sup>Socrat. lib. 6. cap. 3.

<sup>c</sup>Theodor. lib. 5. SS. Patr. c. 8.

<sup>d</sup>Chrysof. de comp. lib. 2. IO. CHRYSOSTOMI IN EREMO VI- TAB IN STI ZVIO.

Quodnam autem viuendi genus arripuerit: vel ex eo probè poteris intelligere, dum  
 crimini sibi tribuit delicias vel cogitasse, ait enim: Quid ais, o homo, quid loqueris?  
 Arctam viam & angustam iussus es ambulare: vt quid de requie? vt quid de abundan-  
 tia percontaris? Per angustam ianuam transire iussus es: quid amplos requiris ingres-  
 sus? est aliquid ista peruersitate nequius? est aliquid ista peruersitate detèrius? Verùm  
 ne existimes me hæc dicentem alios inculcare; iam nunc tibi de me, de me ipso inquam C  
 narrabo. Etenim cum sedisset in animo meo quondam, relicta vrbe, transire ad habitac-  
 ula monachorum: ego scio quàm sollicitè perscrutabar, vnde nobis in illis locis quæ  
 necessaria sunt corpori præberentur, & si possibile esset, & recentis & diurni panis habe-  
 re quotidie copiam: sed & illud non segniter requirebam; ne fortè eodem olco olla &  
 lucerna esset aptanda, si non leguminis grauis & solitarius cibus sumi iuberetur, sed &  
 ne operis aliquis grauis esset exactor, ne fortè fodere terram cogerer, aut ligna deferre,  
 aut aquâ humeris portare, vel cetera huiusmodi exhibere ministeria. ita omni sollicitudine  
 pro requie corporis percontabar; &c.] doluit inquam, & maximè doluit hæc aliquando  
 vel animo reuoluisse postea; cum libens volensque durissimum vitæ illius institutum  
 sectatus est.

Sed quæ fuere eius lucubrationes in eremo? Posita sunt namque tunc, secundum pro- D  
 pheticum illud, deserti in stagna aquarum, cum fluente doctrinæ ex eius pectore pro op-  
 portunitate manarunt. Etenim ad Theodorum collegam, ignauum desertorem, insignem  
 edidit commentarium, quo eum ad eremum, vnde excesserat, reuocaret: tradit verò He-  
 sychius Hierosolymitanus, eum scriptis Chrysofomi reuocatum, sed iterum lapsum,  
 atque deteriore reddidit, pessimum hæreticorum omnium euasisse, vt esse solent  
 omnes qui semel exciderunt è monachismo, qui soleant pro defensione hæresis suscipere  
 patrociniū. Ad eum scripsisse Chrysofomum, testatur quoque Imperator Iustinia-  
 nus: Scripsit, inquit, epistolam ad Theodorum Mopsuestenum, non tamen laudibus, sed  
 querimoniis & increpationibus plenam; vt pote illo à bona conuersatione lapso, &c.]  
 Elaborauit tunc pariter duos illos de Compunctione cordis libros, & tres de Prouiden-  
 tia Dei, magna admiratione habitos: sed & aduersus vituperatores vitæ monasticæ no- E  
 bile opus elucubrauit tribus libris distinctum; magnopere admiratus, non inter Gen-  
 tiles tantum, sed inter Christianos aliquos aded infelices reperiri, qui tam sublimi de-  
 traherent philosophiæ, homines planè, quorum Deus venter esset, & gloria in confu-  
 sione, terrena tantummodo sapientes. De Virginitate quoque tunc elaborasse tractatum,  
 complures affirmant: sed alias inde epistolas idem Chrysofomus dedisse putatur, quæ  
 non extant:

<sup>e</sup>In Actis quintæ Synodi Act. 6. LYCVBRATIONES CHRYSOST. IN EREMO.

<sup>f</sup>Socrat. lib. 6. c. 3. Niceph. lib. 13. c. 2. & alij.

CHRYSOST. ORDINATUS LECTOR.

Redditum verò ipsum fuisse patriæ ob graues contractas ex duro viuendi genere agri-  
 tudines, moxque ibi ordinatum esse lectorem à Zenone Episcopo, auctor est Socra-  
 tes: quod contigisse videtur, absente Meletio, Zenone vbi vicariam præfecturam agen-  
 te, non quidem (vt ait) Episcopo Hierosolymitano (nullus enim eius nominis his tem-  
 poribus illi Ecclesiae præfuit) verùm Zenone Tyri Episcopo, qui interfuit Concilio  
 Con-

A Constantinopolitano, vel (quod tradit Nicephorus<sup>a</sup>) Maiumæ Episcopo. At de Chryso-  
 stomo hæctenus.

Iam verò reliquas huius anni, quæ extant, res gestas recenscamus, Theodosius Imp.  
 hoc anno concessit Gentilibus, vt suas adirent basilicas, illas sanè, in quas negotiorum cau-  
 sa confluere consueuerant, ita tamen vt omnino à sacrificiis abstinerent. Reperitur enim ea-  
 de re rescriptum ad Palladium<sup>b</sup>, quod sic se habet:

Imppp Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. Palladio Duci Osdroenæ, <sup>1. 8. de Pag. Cod. Theod.</sup>  
 Ædem olim frequentiae dedicatam; coetui etiam, populo quoque communem, in qua  
 simulacra feruntur posita, artis pretio quam diuinitate metienda, iugiter parere, publici  
 consilij auctoritate decernimus. Neque huic rei obreptiuum officere sinimus oraculum:  
 vt conuentu Vrbs & frequenti coetui videatur experientia tua, omni votorum celebritate  
 seruata, auctoritate nostra ita parere templum permittat oraculis, ne illic prohibitorum  
 vsus sacrificiorum huius occasionis aditus permissus esse credatur. Dat prid. Kal. Decemb. <sup>occasione</sup>  
 Constantinop. Antonio & Syagrjo Coss.]

Hoc etiam anno, iisdem Consulibus, aduersus Manichæos clandestinos conuentus  
 agentes, iisdem ediderunt Imppp. sanctionem, qua cum pluribus illos pœnis afficiant, eos  
 dem iubent inquiri, omnique sollicitudine peruestigari: nam post multa hæc habent:  
 Sublimitas itaque tua det inquisitores, aperiat forum, indices denunciatoresque sine inui-  
 dia delationis accipiat. Nemo præscriptione communi exordium accusationis huius in-  
 fringat: nemo tales occultos cogat latentesque conuentus: agris vetitum sit, prohibitum  
 mœnibus, sede publica priuataque damnatum: ac summa exploratione rimetur, vt qui-  
 cumque in vnum Paschæ diem non obsequenti religione conuenerint, tales indubitan-  
 ter, quales hac lege damnauimus, habeantur. Dat. prid. Kalend. April. C. P. Antonio &  
 Syagrjo Coss.

Quo pariter anno aduersus validos mendicantes est promulgatum edictum<sup>d</sup>. Effusa  
 namque largitas Christianorum, pauperibus bona erogantium, alliciebat ad mendican-  
 dum validos etiam. Nam Hieronymus<sup>e</sup> de Pammachio: Fores quæ prius salutantium  
 turmas vomebant, nunc à miseris obfiduntur, &c.] agit ibi pluribus de multitudine & mi-  
 seranda conditione quærentium stipem, atque addit: Hoc exercitu comitatus incedit, in  
 his Christum confouet, horum sordibus dealbatur: munerarius pauperum, & egentium  
 candidatus sic festinat ad cælum. ] hæc ipse, & alibi de aliis multa id genus. hoc ipsum  
 S. Paulinus in epistola ad Alerium<sup>f</sup>. Cum igitur liberalis esse soletur Fidelium erga pau-  
 peres omni tempore munificentia; in obitu tamen alicuius ex caris erat effusa, vt iisdem  
 citati auctores pluribus docent exemplis: idque ex antiquo Ecclesiae more, vt Origenes<sup>g</sup>  
 tradit in Iob. Ceterum locus mendicantium præ foribus esse solebat ecclesiarum in por-  
 ticibus atrij: id colligitur in primis ex Gregorio Nazianzeno<sup>h</sup> illis verbis: Petitionum  
 clamor internis templi cantibus exaduerso respondet, atque è regione mysticarum vo-  
 cum miserabilis luctus excitatur. ] & Ioannes Chrysofomus<sup>i</sup>: Propterea, inquit, & ante  
 ecclesias & martyrum monumenta pro foribus pauperes sedent, vt nos ex huiusmodi spe-  
 ctaculo multum capiamus vtilitatis. ] At de his hæctenus.

<sup>a</sup>Niceph. li. 13. cap. 2.

<sup>b</sup>1. 8. de Pag. Cod. Theod.

<sup>c</sup>LEX DE BASILICIS AD VRBEM DIS.

<sup>d</sup>MANICHÆI LEGIBUS IMPPP. COHIBITI. 1. 9. de heret. Cod. Theod.

<sup>e</sup>1. 9. de vult. mendic. Cod. Theod.

<sup>f</sup>Hic. epist. 16. MENDICANTES VALIDE LEGE VERTITI.

<sup>g</sup>Paulin. epist. 31.

<sup>h</sup>Orig. in Iob lib. 3.

<sup>i</sup>Greg. Naz. orat. de amor. pauper. Chrysof. ad pop. Antioch. homil. 28.

E Vi sequitur annus Domini trecentessimus octogesimus tertius, inchoatus est Mero-  
 baude & Saturnino Consulibus, quo & Gratiani decimus sextus absoluitur. Horum  
 Consulium nota, consignatum habetur epitaphium à S. Damaso Papa conscriptum ver-  
 sibus istis, hoc anno<sup>b</sup>:

Quid loquar, aut sileam? prohibet dolor ipse fateri.  
 Hic tumultus lacrymas retinet, cognosce, parentum  
 Proiecta, fuerat primo qua iuncta marito  
 Pulchra decore, suo solo contenta pudore.  
 Heu dilecta satis misera genitricis amore.  
 Accipe, quid multis, thalami, post fœdera prima  
 Erepta, ex oculis Flori genitoris abiit

<sup>b</sup>Extat in titulo Equitij, nunc dicto S. Martini in Montibus.

Aetheriam

*Aetheriam cupiens cali conscendere lucem. Hæc Damasus præstat cunctis solatia stetus.*

Vix. an. XVI. M. X. dies XCV. Dep. III. KAL. JAN. EL. MEROBAYDE ET FL. SATVRNIN. COSS. ] Hæc Damasus, qui licet summus Pontifex, tamen & in his quoque se feruorum Dei seruum exhibuit, vt parentes de filia obitu mœrentes, ita (vt legisti) scripto epitaphio consolaretur. His occasione nouorum Consulium positis, iam quæ sub iisdem hoc anno gesta sunt, videamus.

MAXIMITY RANNIS. [1] For in Gratiano. [2] Zofim. lib. 4. [3] Gildas de exc. Britan.

Hoc anno Maximus Dux exæctus in Britannia tyrannidem arripens, acclamatus à militibus Imperator, transmittens exercitum in Gallias, ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Imperium sibi corroborat. hæc Victor, & Zosimus. Treueris ipsum collocasse thronum Imperij, Gilda Sapiens tradit, qui & hæc de eo summam habet: Maximus callida primum arte potius quam virtute, finitimos quosque pagos vel prouincias contra Romanum statum, retia periurij mendacijque sui facinoroso regno adnectens, & vnam alarum ad Hispaniam, alteram ad Italiam extendens, & thronum iniquissimi Imperij apud Treueros statuens, tanta insania in dominos debacchatus est, vt duos Imperatores legitimos, vnum Roma, alterum religiosissima vita pelleret, &c. ] hæc ipse. Vt autem obsequentes sibi milites redderet, ea vsum arte, & colorasse mendacia, Pacatus tradit, vt se Theodosio Imperatori affinitate coniunctum assereret, quasi eadem ipse, conficio Theodosio, aggressus esset. Affirmant alij, Maximum Britannum genere, ex Helenæ Constantini matris propagine originem mentientem, Britannæ Regulorum ope sultum audax facinus pertentasse. Britannum quidem ipsum fuisse, Socrates tradit: de stemmate verò Constantini sibi aliquid arrogasse, cognomen Flauium indicium est, dicebatur enim ipse Flauius Clemens Maximus, licet Zosimus Maximum Hispanum genere fuisse velit.

Opacat in Pa. neg. Theodosij.

Socrat. lib. 5. cap. 11. Zofim. lib. 4.

Gratianus autem cum se non Britannæ tantum copiis, Galliarumque exercitu destitutum videret, sed & infidos esse putaret (quod & expertus est) reliquos, qui apud se erant milites: Hunnos sibi concilians, in Gallias eos vocat aduersus Maximum: quorum alios classe voluit infestare Britanniam, vt horum fatigatus molestiis reuocari ab inceptis Maximus posset: alios verò Alanis coniunctos in Gallias properare iussit, vt alij copiis iungerentur. Sed Gratiano exercitus prodicione extincto, Valentinianus frater, sub pacis spe cum Maximo inuenda, alio eos abire mandauit, id quidem S. Ambrosius in relatione ad Valentinianum, Maximo inculcatum à se fuisse inter alia tradit, cum ait: Vidi autem, quid intersit inter tuas minitationes, & Valentiniani Augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabas, quod barbarorum stipatus agminibus Italia te infunderes: Valentinianus Hunnos atque Alanos appropinquantes Gallia, per Alemannia terras reflexit. ] excusat tamen non contra Maximum præcipue accitos esse Hunnos, sed contra Iuthungos Rhætiæ populates.

Ambrosij. epist. 7.

Inter hæc autem, cum Maximus transiens in Gallias cum Britannis, Armoricos è sedibus eiecisset, atque vberem sed habitatoribus vacuam regionem iisdem Britannis militibus tribuisset: quo nouam coloniam in posteros propagaret, Connani Britanni Reguli, quem Britannorum ducem habebat in exercitu, concilio; è Britannia nouis colonis singulas virgines singulis militibus coniugio fœderandas, missa legatione ad Connubia in Britannia Regem, expetiit. Nihil visum est negari debere nouo Imperatori, quem in Britannia exortum iisdem Britannia Reguli omni studio conuouissent, cum præsertim non nisi gentilibus suis, iisdemque donatis noua prouincia prædiuitibus, suas ipsorum filias matrimonio honestissime coniungendas fore, certum haberent. Duabus igitur legionibus Britannicis, pro numero militum, qui tunc in eis reperti fuere, totidem delectæ sunt virgines, omnes numero vndecim mille, quarum principem locum tenebat Virgula Regis Cornubiæ, nomine Dionoci, filia, desponsa Connano duci exercitus Britannorum. Cunctæ Londini collectæ, impostæque sunt inuitæ nauigiis: dumque nauæ soluunt Armoricorum regionem versus, à fræua procella impelluntur ad Germanicum litus, vbi dum essent, Melga Pistorum & Gaunus Hunnorum pyratæ, qui pro Gratiano aduersus Maximum mare illud incurfabant, eas naucti, in ipsas irruentes, vt hostium feminas, seuitia pugnarunt atque libidine. Sed cum hortante Virgula, mortem pati potius delegissent, quam virginei pudoris ferre dispendium: barbarico illi in eas incensi furore, quod properarent aliud, nec esset otium eas demulcere blanditijs, in ipsas

DES VRSV. LA ET SO. GILS MAR. TYRIBVS.

A in ipsas armis vt in hostes insiliunt, trucidantque singulas: quas duplici auctas corona, martyrij scilicet atque virginitatis, cælum excepit. Hæc quidem ex antiquis monumentis rerum Britannia excepisse, Gaufridus Episcopus Asaphensis in suo de rebus Britannicis commentario tradit.

At licet multa de alijs auctor habeat fabulosa, quæ veris nonnihil fidei detrahant, vt magno delectu sit liber ille legendus: cum tamen eo loco constituta res sit, vt inter apochryphorum quiquilias arbitri confidentes, quæ magis verisimilia comprobentur, ea iure deligenda putemus: obuiis accepimus manibus, quæ ab eodem auctore narrantur, quod eadem pluribus fulciantur verisimilibus coniecturis, reliqua verò quæ edita habentur Acta plurimis constant cuique prudenti referta esse figmentis. Disseruimus de his in nostris Notis ad Romanum Martyrologium, Lindanique Episcopi Gandaucensis viri eruditione clarissimi adspirationem adiecimus. Quibus accedant, quæ vir nobilis & cum primis disertus Marcus Velferus in Fragmentis Itinerariæ antiquæ tabulæ summa peritia illustratis haud pridem edidit, vbi agit de Prætorio Agrippinæ ad mare sito: cuius sententia antiquorum monumentorum fide certa testata haud inuiti subscribimus. Tu velim ipsum consulas. Nos iam reliqua percurramus.

Hoc anno res Gentilium Romæ mirum in modum collapsæ sunt: demptis enim sumptibus sacrificiorum ac stipendijs sacerdotum, illud superadditum est, vt Gratianus nomen respuerit Summi Pontificis, quod hæctenus more maiorum, absque tamèn labe ipsorum sacrorum, Christiani Imperatores ob summam potestatis amplitudinem retinuerat: sed & Vrbs Præfecto de rebus ad Gentilicium superstitionem pertinentibus (quod Pontificum erat) auctoritatem tribuit iudicandi, quod ex Symmachi epistolis colligi potest. Verum his accessit, quod cum Præfecturam Prætorij siue Vrbanam Gracchus vir clarissimus candidatus Christianæ religionis gereret, in deiicendis idolis egregiam nauauit operam. Contigisse quidem hoc anno eius Præfecturam Prætorij, complura Imperatorum rescripta declarant: licet sanctus Hieronymus scribens ad Lætiam eius sanguineam, Præfecturam Vrbanam gessisse dicat: sed cum de ea nulla sit mentio penes antiquos, & facile irrepisse error potuit, vt loco Vrbanæ, Prætoriorum, vel è conuerso Prætoriorum pro Vrbanæ sit posita. Porro de zelo noui Hierobaal, hæc ipse Hieronymus habet: Ante annos paucos propinquus vester Gracchus nobilitatem patriciam sonans nomine, cum Præfecturam gereret Vrbanam, nonne specum Mithræ, & omnia portentosa simulacra, quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Peres, Helios, Bromijs pater inuitantur, subuertit, fregit, exussit, & his quasi obsidibus ante præmissis, impetrauit baptismum Christi: Solitudinem paritur & in Vrbe Gentilitas: dij quondam nationum cum bubonibus & noctuis in solis culminibus remanserunt: vexilla militum Crucis insignia sunt. ] hæc Hieronymus. Sed & Prudentius egregium factum Gracchi ita versibus cecinit:

C potest. Verum his accessit, quod cum Præfecturam Prætorij siue Vrbanam Gracchus vir clarissimus candidatus Christianæ religionis gereret, in deiicendis idolis egregiam nauauit operam.

Contigisse quidem hoc anno eius Præfecturam Prætorij, complura Imperatorum rescripta declarant: licet sanctus Hieronymus scribens ad Lætiam eius sanguineam, Præfecturam Vrbanam gessisse dicat: sed cum de ea nulla sit mentio penes antiquos, & facile irrepisse error potuit, vt loco Vrbanæ, Prætoriorum, vel è conuerso Prætoriorum pro Vrbanæ sit posita.

Ante annos paucos propinquus vester Gracchus nobilitatem patriciam sonans nomine, cum Præfecturam gereret Vrbanam, nonne specum Mithræ, & omnia portentosa simulacra, quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Peres, Helios, Bromijs pater inuitantur, subuertit, fregit, exussit, & his quasi obsidibus ante præmissis, impetrauit baptismum Christi: Solitudinem paritur & in Vrbe Gentilitas: dij quondam nationum cum bubonibus & noctuis in solis culminibus remanserunt: vexilla militum Crucis insignia sunt. ] hæc Hieronymus. Sed & Prudentius egregium factum Gracchi ita versibus cecinit:

*Iam quid Poplicolas percurram nomine Gracchos  
Iure potestatis sultos, & in arce Senatus  
Præcipuos, simulacra deum iussisse reuelli,  
Cumq; suis pariter licitoribus omnipotenti  
Suppliciter Christo se consecrassè regendas?*

Prudent. aduers. Symm. lib. 1. \* Poplicolas

Quam autem infenso animo id Gentiles Senatores tulerint, exitus declarauit; siquidem secreto studere cæperunt Maximo tyranno aduersus Gratianum Imperatorem.

Porro Maximus quantumlibet esset Christianus, uxoremque maxime piam haberet: tamen cæca dominandi libidine nullam quamuis homine Christiano indignam prætermisit occasionem, qua vniuersum conciliare sibi posset Imperium. Quod igitur sciret Senatores qui erant Romæ Gentiles, ob sublatas aras & sacrificiorum impensas direptas, aduersus Gratianum infenso animo esse; eos spe feliciorum euentuum delinitos atque illectos, reddidit sibi deuinctos, maximeque sui cupidos; atque adeò vt nomen Maximi celebrare & extollere, minime vererentur. Nam inter alia à Zosimo proditum est, quod cum insectando idololatriam Gratianus nomen pariter abiiecisset Pontificis Maximi, quod non superstitionis amore, sed iuris ac potestatis conseruandæ gratia (vt dictum est) titulo tenus Christiani Imperatores hæctenus retinuerant: mox illud argumentum in Gratianum scomma iactarunt, ex Symmachi puto salibus depromptum: Si Princeps non vult appellari Pontifex Maximus, admodum breui Maximus Pontifex fiet. ]

Zosim. lib. 4. GRATIANVS REICIT NOMEN PONT. MAX.

CHRISTI  
383.DAMASI PAP.  
17.GRATIANI 16.  
VALENTINI. 8. IMPPP.  
THEODOSII 5.

hæc apud Zosimum. Quæ autem illis contulerit Maximus, Gratiano extincto, suo loco dicemus.

At nulla interposita mora, hoc eodem anno, mense Augusto, Gratianus occiditur, de cuius nece hæc summam sanctus Hieronymus<sup>a</sup>: Gratianus ab exercitu suo proditus, & ab obuiis urbibus non receptus, ludibrio hosti fuit; cruentæque manus vestigia parietes tui, Lugdunæ, testantur. ] hæc ipse. Porro res gesta à Socrate<sup>b</sup> ita describitur: In rheda quæ læticæ speciem præseferbat, quæque à mulis gestabatur, Andragathius Maximi dux occultatus, præcepit ut satellitibus Imperatoris denunciaretur, Imperatoris Gratiani coniugem in ea veclam esse; Imperatorique fluvium Rhodanum, qui Lugdunum urbem Galliæ præterfluit, traiciendi obuiam procedere. Imperator itaque coniugem esse ratus, insidias haudquaquam euitauit, sed in hostis manus, tamquam cæcus in fossam, imprudens incidit. Nam Andragathius è rheda defiliens Gratianum interfecit. ] hæc ipse, eademque Sozomenus<sup>c</sup>. Ceterum Zosimus<sup>d</sup> longe aliter rem gestam sic breuiter narrat: Conspicatus autem Gratianus primo quidem Mauros equites vniuersos discessionem fecisse, atque Maximum Augustum acclamasse, deinde ceteros etiam paulatim ad Maximi partes transire: desperatis rebus, sumptisque secum trecentis equitibus, pleno cursu cum eis versus Alpes aufugiebat. Eas cum nonnullo munitis presidio reperisset, versus Rhætiæ, & Noricum, & Pannoniam, & Mysiam superiorem tendebat. Hac illius fuga non neglecta, Maximus Magistrum equitum Andragathium oriundum è Ponto Euxino, qui esse peramico in ipsum animo videretur, cum equis laborum tolerantissimis ad eum persequendum mittit. Is impetu continuo Gratianum persequens, cum Sigiduni pontem transiturum apprehendisset, occidit. ] hæc Zosimus, qui tamen in eo lapsus errore est, dum Sigidunum pro Lugduno posuit; nam omnes alij, iisque his temporibus scribentes, apud Lugdunum ipsum occisum esse testantur, ut Ruffinus<sup>e</sup>, qui cum Hieronymo eadem tradit, nempe suorum magis proditione, quam vi hostium Gratianum Lugduni occisum esse: Quem vltimis affatibus Ambrosium nominasse, ipse in oratione habita in funere<sup>f</sup> Valentiniæ narrat his Verbis: Tu me inter tua pericula requirebas, tu in tuis extremis me appellabas, meum de te plus dolere dolorem. ]

Gratiani necem hoc anno, iisdemque Consulibus, octauo Kalendas Septembris contigisse, Marcellinus habet in Chronico. De annis verò quibus imperauit; Socrates, Sozomenus, & alij tribuunt eius Imperio annos quindecim: ceterum si numeres à Consulatu Lupicini atque Iouini, & eius anni nono Kalendas Septembris, quo à Valentiniæ patre idem Socrates tradit Gratianum auctum Imperio (ipse est annus Domini trecentisimus sexagesimus septimus) vti que reperies ipsum imperasse annos sexdecim & vno die amplius. At minime iis assentimur, qui tribuunt ætati eius annos vigintiquatuor: nam qui adultus (ut habet Ammianus<sup>g</sup>) à patre Augustus creatus est, atque annos sexdecim imperauit, planè numerum illum excessisse oportuit. Tringta octo eum vixisse, apud Viadorem legimus: sed puto legendum, annos vigintiocto, quantum ex Ammiano colligere licet.

Prædicantur à sancto Ambrosio<sup>h</sup> Gratiani laudatissimi mores, ut illis verbis: Fuit ipse fidelis in Domino, pius atque mansuetus, puro corde: fuit etiam castus in corpore, qui præter coniugium nescierit femine alterius consuetudinem. ] Rursus idem Ambrosius alibi<sup>i</sup> de exitu Gratiani, & fide ipsius: Recordamur aliquem proximè ab omnibus appetitum, à suis destitutum ac proditum: qui dudum in suggestu locatus Imperij, subito egeas omnium, ab ipsis quorum hereditarium fuerat sortitus obsequium, cepit vrgeri, ingruentibus in exitum, inferentibus mortem, nullo auxiliatore, nullo iam socio sui, nullo comite. Quid aliud melius dixerit, quam quod ex ipso cui se deuouit, acceperat: Nonne Deo subdita erit anima mea? hoc est: Quid persequimini? Quid furitis? Quid insultatis? Carnem potestis interficere, animam non potestis. Vitam istam corporis potestis eripere, meritum non potestis extinguere. Scriptum<sup>k</sup> est enim: Nolite timere eos qui possunt occidere carnem, &c. ] tota namque illa tractatione quod reliquum est vsque ad finem, idem sanctus commendans Gratiani pietatem atque constantiam, Maximi crudelitatem exaggerat, ludæque comparat proditori, Pilatoque duriorum appellat, quod cum ille Christi corpus sepulturæ mandandum petentibus dederit, hoc Maximus denegasset. Deplorat hos mores, hæc tempora idem S. Ambrosius, cum in Apologia Dauid

<sup>a</sup> Hier. epist. 1.  
GRATIANI  
OBITU.  
<sup>b</sup> Socrat. lib. 5.  
cap. 11.

<sup>c</sup> Sozom. li. 7.  
cap. 13.  
<sup>d</sup> Zosim. lib. 4.

<sup>e</sup> Lugduni

<sup>f</sup> Ruffin. lib. 2.  
cap. 14.

<sup>g</sup> Ambros. orat.  
in obit. Valent.

ACTAS  
GRATIANI.

<sup>h</sup> Ammianus  
lib. 27.

<sup>i</sup> Ambros. orat.  
in obit. Valent.  
GRATIANI  
MORES.  
<sup>k</sup> Ambros. in  
Epist. 61.

<sup>l</sup> Matth. 10

CHRISTI  
383.DAMASI PAP.  
17.VALENTINI. 8.  
THEODOSII 5. IMPPP.

A Dauid, ipsum Regem atque Prophetam commendat, quod cum ei oblata esset occasio nullo negotio nulloque sui periculo Saul persecutoris à Deo reiecti Regis occidendi, Regni que potiundi à Deo sibi vntione prophetica destinati, abstinuit tunc à nece ipsius, expectans ut à Deo mors eidem inferretur. Ait enim: Quo solo exemplo docuit omnes homines non præripiendum regnum, etiam si debeatur; sed expectandum, ut suo tempore deferatur. Vtinam hunc virum imitati essent posteri: non tantas bellorum pertulissimus acerbitates. Arguis quod vnum occiderit: non consideras quot docuerit, quem admodum pax orbi Romano perpetua seruarietur. Quam graui adhuc luimus vastitate? quam publico quodam totius Orbis funere appetiti, necem Regis exoluimus! Heu dura supplicia! Inde adhuc nobis barbarus hostis insultat, dum parata aduersum se, in nos arma vertuntur. Sic vires ceciderunt publicæ, sic Romana virtus suis moribus fracta consenuit, dum publico rapitur parricidio, quod paternæ sollicitudinis religione suscipitur. ] hæc gemens Ambrosius.

Sed funus Gratiani denegatum à sæuo tyranno, celebremus nos laudibus, quæ ab eius sæculi scriptoribus sunt sine inuidia cumulata: non enim à S. Ambrosio tantum, sed laudatur pariter à Ruffino Gratianus, cum ait<sup>b</sup>: Gratianus pietate & religione omnes penè qui antea fuerunt Principes superabat: vsu armorum strenuus, velox corpore, & ingenio bonus erat, sed iuuenili exultatione plus fere lætus, quam sufficiebat, & plus verendum, quam Reipublicæ intererat. ] Multa magna que Aufonius congestit de virtutibus Gratiani in Gratianum actione pro suo Consulatu, ut inter alia: In cibis, inquit, cuius sacerdotis abstinentior cærimonia: in vino cuius senis mensa frugalior? Operto conclauis tui non sanctior ara Vestalis, non Pontificis cubile castius, nec puluinar Flamini tam pudicum. In officiis amicorum non dico paria reddi: anteuenis, & quoties in obsequendo præcedimus, erubescis pudore tam obnoxio, quam in nobis esse deberet ab Imperatore præuentis. ] & inferius post nonnulla: Ægrotantes amicos Traianus visere solebat: hæc in eo comitas prædicanda est. Tu & visere solitus & mederi, præbes ministros, instruis cibos, fomenta dispensas, sumptum adiicis medelarum, consolans affectos, reualescens gratularis. In quot vias de vna eius humanitate progredieris? Legionibus vniuersis, ut in communi Marte euenit, si quid aduersi acciderat, vidi te circumire tentoria: Satin saluæ, quærere: tractare vulnera sauciorum, & ut saluiferæ apponerentur medelæ, atque ut non cessaretur, instare. Vidi quosdam fastidientes cibos, te commendante, sumpsisse. Audiui confirmantia ad salutem verba profari, occurrere desideris singulorum: huius sarcinas mulis aulicis vehere, his specialia iumenta præbere, illis ministeria perditorum instaurare lixarum: aliorum egestatem tolerare sumptu, horum nuditatem velare vestitu: omnia agere indefessè & benignè, pietate maxima, ostentatione nulla: omnia præbere ægris, nihil exprobrare sanatis. ] hæc & alia Aufonius Consul.

Cum igitur ad eam spectata atque commendata vita extiterit Gratianus: miramur vehementer Ammianum<sup>c</sup>, qui cum ipsum laudet, in vana demum studia Commodi deflexisse tradit: & quæ tandem? quod feras in viuariis sagittis conficere soleret. Quid hoc demum, si re haud illiberali consuevit iuuenis interdum post curas genio indulgere? Quæ hæc colatio, ut qui nec pilum habeat similem Commodo, eundem Commodo comparet? sic quidem Ethnicus scriptor in Christianos Principes parum æquus.

Post necem verò Gratiani nequaquam extinctus est Maximi furor; sed cum in alios Gratiani studiosos agentes in Galliis, tum præcipue in Merobaudem Consulem & Balionem Ducem esse conuersum, Pacarus tradit: occisumque illum, istum verò ob metum crudelium cruciamentorum sibi ipsi mortem intulisse, idem affirmat. Sed S. Ambrosius Balionis mortem eidem exprobrauit Maximo, cum Legatum apud eum egit, nam in relatione ad Valentianum hæc habet<sup>d</sup> in persona Maximi: Quos, inquit, occidi? Respondi ei: Balionem. At quem virum? qualem bellatorem? Hæcine fuit iusta causa exilij, quod Imperatori suo fidem seruauit? Non ego, inquit, eum iussi occidi. Respondi: Hoc audiuimus, quod occidi iussus sit. Sed, inquit, si ipse sibi vim non intulisset, iussam eum deduci Cabillonum, & ibi viuam exuri. Ergo propterea & illud creditum est, quod eum occideris. Quis autem sibi parcendum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, Comes vtilis? ] hæc Sanctus Ambrosius. Sed Merobaudem iniuste Prosper in Chronico infamat de proditione Gratiani: nam Pacarus

tus virum de fide sincera erga ipsum Imperatorem plurimum laudat.

<sup>a</sup>Zosim. lib. 4. LEGATIO A MAXIMO AD THEODOS.

<sup>b</sup>Socrat. lib. 5. cap. 11. <sup>c</sup>Sozom. li. 7. cap. 13.

AMBROSIVS DEVOTISSE SVAQ. PRO SA LVTE ITALIAB. <sup>d</sup>Psal. 105.

SATYRI AMBROSII FRATRIS OBITVS.

<sup>a</sup>Ambros. orat. in funer. frat.

Post verò exatiam Maximi crudelitatem, de stabilendo sibi Imperio eum cogitare cœpisse, Zosimus<sup>a</sup> tradit, Legatosq̄e misisse ad Theodosium Imperatorem Constantinopolim, vt eius animum exploraret, vellet ne bello decernere, vel adsciscere ipsum in collegam Imperij. Ille autem temporis rationem ducens, bona spe aluit tyrannum, ne eodem furore quo cœperat, pergeret, atque superans Alpes, Valentinianum imbellem adolefcentulum æquè conficeret, totumq̄, sibi Occidentale Imperium vendicaret. Quod verò tradunt<sup>b</sup>, post Gratiani necem Valentinianum, Iustinam; atque Probum Præfectum Prætorio metu deseruisse Italiam; haud quidem hoc anno contigit, sed cum postea ex improviso Maximus se in Italiam intulit: quando autem id acciderit, suo tempore dicturi sumus. Ceterum vt seuiantis tyranni impetus intra Galliarum limites contineretur, qui instar fulguris eodem ferme momento Britannias, Gallias, atque Hispanias reddidit sibi subditas, latentis fuit virtutis, nempe diuini numinis, Maximum id propè nescientem cœrcentis. At quo modo hoc: audi.

S. Ambrosius audito obitu Gratiani, barbarosq̄e omnes sub Maximo militantes ad totius cladem Imperij esse paratos, ac iam iamq̄, in Italiam grassaturos, ab omnibus & vbiq̄e timeri: apud Deum sequester pacis accessit, instarq̄e Moyfi stetit in confectione in conspectu eius, vt auerteret iram ipsius, se suaq̄e pro omnium salute deuouens. Obtinuit tandem quod enixis precibus efflagitauit, sed dispendio carissimæ rei, nempe obitu amantissimi fratris Satyri. Testatur quidem id ipse in eius oratione funebri, cum ait: Nihil habeo quod querar, sed habeo in quo Deo gratias agam: quia semper optaui, vt si quæ perturbationes vel in Ecclesiam vel in me manerent, in me potius ac meam reciderent domum. Deo igitur gratias: quia in hoc omnium metu, cum omnia motibus sint suspecta barbaricis, communem maiorem priuato dolore transegi, & in me conuersum est quicquid timebamus omnes: atque vtinam hic consummatum sit, vt dolor meus publici doloris redemptio sit. Nihil quidem habui, fratres carissimi, in rebus humanis tanto fratre pretiosius, nihil amabilius, nihil carius: sed præstant priuatis publica, &c. ] præfenti enim anno obitus Satyri fratris contigit; vt ex eo perspicuè potest intelligi, cum idem Ambrosius ait, cum litteris Symmachi reuocatum ne ex Africa in Italiam veniret, flagrante ipsa Italia bello ciuili, nimirum cum Maximus in Italiam (vt dicemus) ducturus diceretur exercitum: ille verò contineri non potuit, quo minus periclitanti fratri Ambrosio præsto esset.

Ob cuius prosperum comœatum sanctam Marcellinam sororem votum nuncupasse sancto Laurentio, idem affirmat. Et quidem planè miraculo accidit, vt è maris tempestate facto naufragio, liber euaderet; cum & sacrum illud pro salute viaticum secum ferret, nempe sacratissimam Eucharistiam sudario obuolutam atque custoditam: cuius antiqui in Ecclesia moris alibi pluribus meminimus. Sed de nuncupato voto sororis hæc ipse Ambrosius: Tuis enim votis apud sanctum martyrem Laurentium impetratum esse nunc cognoscimus comœatum: atque vtinam non solum comœatum, sed etiam prolixum vitæ tempus rogasses, &c. ] At quonam pacto cum periculum euassisset, à Catholice communionis Antistite baptizari voluerit, idem prosequitur oratione, cum præsentis temporis rerum statum, & ex his quæ gesta essent, quæ proximè futura timerentur, ita describit<sup>d</sup>: Si nunc vgeri Italiam tam propinquo hoste cognosceres: quantum ingemisceres, quantum doleres in Alpium vallo summam nostræ salutis consistere, lignorumq̄e concedibus construi murum pudoris? Qua afflictione mareres, in tanto teneri discrimine tuos ab hoste impuro atque crudeli, qui nec pudicitia parceret, nec salutem? Quonam, inquam, hæc modo ferres, quæ nos perpeti, & fortasse quod grauius est, spectare cogemur, rapti virgines, & auulsos à complexu parentum paruos liberos supra tela iactari, incestari sacrata Deo corpora, & senilem viduæ maturioris vterum in vsus defuetos onerum redire, non pignorum? &c. ]

De sepultura autem Satyri fratris, Dungalus nobilis suorum temporum scriptor, in commentario edito contra Claudium Taurinensem Episcopum ad Ludouicum Pium & Clotharium eius filium Imperatores, his verbis meminit: Idcirco, vt arbitror, Ambrosius suum fratrem, quem nimium dilexerat, iuxta sanctum martyrem Victorem sepeliuit, de quo tres libros edidit egregios, vnum de eius planctu, alteros duos consolatorios de Resurrectione & Paradiso: cuius epitaphium hoc dictauit terrastico.

Vranio

*Vranio Satyro supremum frater honorem  
Martyris ad lauam detulit Ambrosius.  
Hæc meriti merces, vt sacri sanguinis humor  
Finitimas penetrans adluat exuuias.*

Missa sunt ista nobis haud pridem in lucem vindicata à clarissimo viro & eruditissimo Nicolao Fabro I. C. Parisiensi, cui ex consuetudine litterarum intima amicitia coniungimur.

His opportunè subiiciendum existimauius epitaphium S. Marcellinæ sororis eiusdem S. Ambrosij, quæ iuxta sanctos fratres maluit sepeliri, quam sepulcris patris condici. Accepimus illud ex Codice bibliothecæ Basilicæ S. Petri, vbi post vitam eiusdem sanctæ Marcellinæ, hæc habetur inscriptio.

EPITAPHIVM S. MARCELLINAE. *Epit. sanct. lib. C. pag. 147.*

*Incipit epitaphium S. Marcellinæ Virginis.*

*Marcellina, tuos cum vita resolveret artus,  
Spreuisti patriis corpus sociare sepulcris,  
Cum pia fraterni speras consortia somni,  
Sanctorumq̄, cupis cara requiescere terra.  
Nil longinqua domus casto decerpit amori,  
Affectus nec morte perit, nam munere leti  
Rursus racta soror, fraternæ redderis aule.  
Quamuis magna pio suspiret Roma dolore,  
Tertia quod sacris patitur iam damna sepulcris,  
Nectamen angustæ sedem quis dixerit aule.  
Corporis hæc domus est. nam te, pia virgo, supernum  
Accipit Imperium, placidaq̄, ad munera vite  
Aeterna Christus pretium tibi destinat aule.  
Præmia dans castis intactæ matris honore.  
Te Iuli medius transcendit feruide cursus,  
Et te, virgo tuus transiit ad æthera sponsus.]*

Apparet ex his S. Marcellinam Romæ cum virginibus sacris degentem, noluisse paterno sepulcro condici, sed Mediolanum transferri corpus suum, poniq̄e apud sanctos Satyrum & Ambrosium fratres, ambos æquè iuxta sanctos martyres tumulatos.

Quanti fecerit ipse sanctus Ambrosius apud sanctos martyres sepultura locari Christianum hominem, ex eo poteris intelligere, quod ipse etiam voluit sepeliri in Ambrosiana à se erecta basilica, in quam transfulerat corpora sanctorum martyrum Geruasij atque Protasij. Porro id ex maiorum instituto vsurpatum, idem affirmat Ambrosius ipse, siue velimus, Maximus Taurinensis (cuiusuis alterutrius sit sermo ille) cum ista haberet: Idem à maioribus prouisum est, vt sanctorum ossibus nostra corpora sociemus; vt dum illos tartarus metuit, nos poena non tangat, dum illis Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo martyribus quiescentes, euadimus inferi tenebras eorum propriis meritis, at tamen confocij sanctitate. ] hæc & alia ibi. Quod verò à maioribus id traditum dicat, planè alludere videtur, quod in sacris cœmeteriis, in quibus corpora recondebantur sanctorum martyrum, Fideles quoque ceteri, qui fide constantes in communicatione Catholica diem clausissent extremum, sepeliri solerent.

Quin etiam & S. Paulinus Nolanus Episcopus imitatus esse videtur S. Ambrosium, dum ad finem panegyrici Celsi pueri habet hos versus:

*Quem Complutensi mandauimus vrbe propinquis  
Coniunctum tumuli fœdere martyribus:  
Vt de vicino sanctorum sanguine ducat,  
Quo nostras illo purgat in igne animas.]*

hæc Paulinus, qui & litteris interpellauit sanctum Augustinum, vt eodem argumento scriberet commentarium: Vtrum scilicet prosit alicui post mortem, quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepeliatur. Præstitit id ipse, cum de Cura agenda pro mortuis ad eundem Paulinum tractatum scripsit: quem velim consulat: nobis enim institutum prosequendi onus incumbit.

Intèr hæc autem, cum tot tantaq̄e mala ob tyrannidem Maximi in Italia timerentur, *Annal. Eccl. Tom. 4. Sc 3 per-*

LEGATIO  
AMBROSII  
AD MAXI-  
MVM.

perdifficilem ac planè desperatam legationem Valentiniānis Imperator Ambrosio cre-  
didit ad Maximum, si forte ille veritus sanctitudinem viri vbique spectatam ac prædica-  
tam, furentes cohiberet animi impetus dominandi libidine incitatos. Immensa planè  
agebatur molis opus, exundantem torrentem aliquo posse óbice coerceri, incendiumque  
extingui, quod vehementioribus flammis ex morte Gratiani, vniuerso sibi vendicato Gal-  
liarum exercita, in Maximo maximum acceperat incrementum. At non eundatus est  
sanctus sacerdos opus aggredi deploratum, spem sibi concilians ex diuina potentia, cuius  
arbitrio cor Regis agitur. Fuit hæc prior legatio, posterior verò post sequentem annum,  
licet Paulinus scriptor Vitæ ipsius Ambrosij ambas in vnum confundat maximo præ-  
iudicio veritatis: semel namque iterumque eodem munere apud Maximum ipsum esse  
perfunctum, eiusdem Ambrosij testificatione liquet; de vtraque enim legatione memi-  
nit ipse in oratione in funere Valentiniāni habita, his verbis: Ego tuus iterum Legatus  
repetui Gallias: & mihi dulce illud officium fuit pro salute tua primo, deinde pro pace  
atque pietate, qua fraternas reliquias postulabas, nondum pro te securus, & iam pro fra-  
ternæ sepulturæ honore sollicitus. ] hæc ipse: Quæ autem extat eiusdem Ambrosij rela-  
tio ad eundem Valentiniānum, posterioris certum est fuisse legationis: nam in ea ipse  
mentionem facit de priori, vbi ait: Non commississes secundam legationem, nisi primam  
probaffes. ] cuius quidem Acta licet exciderint; tamen quid in ea gestum sit, satis expres-  
sum habetur. Nam idem S. Ambrosius in epistola ad sororem, qua queritur de contume-  
lius ab ingratiſſima Iustina Augusta sibi multis modis frequenter illatis, & inter alia  
quod ab ea tyrannus nominaretur, hæc habet: Non hoc Maximum dicere, quod tyran-  
nus ego sim Valentiniāni: qui se meæ legationis obiectu queritur ad Italiam non potuis-  
se transire. ] hæc de priori legatione: posterior autem haud ita felicem finem consecuta  
est, vt suo loco patebit. Sic igitur vni Ambrosio acceptum ferendum est, quo minus tyran-  
nus non continuo eodem quo cœperat progredi impetu atque furore, vniuersam Italiam  
imparatam igne ferroque vastauit. Sed & ex his intelligis, turbas illas ab eadem Iustina  
Ananis studente in Ambrosium concitatas, post priorem hæc de qua egimus legationem  
Ambrosij contigisse: vt scias errare Socratem<sup>a</sup> atque Sozomenum<sup>b</sup> eas ante Gratiani  
obitum recensentes.

\* Ambrosio orat  
in funere Va-  
lentini.\* Ambrosio epist.  
33.\* Socrat. lib. 5.  
cap. 11.  
\* Sozom. lib. 7.  
cap. 13.GRATIANI  
ADVERSUS  
IMPIOS VL-  
TIMVM B-  
DICTVM.\* l. 5. de Apost.  
Cod. Theod.

Hoc eodem anno, urgente licet Maximi tyrannide, ante obitum Gratiani, mense Maij,  
iisdem Consulibus, datum reperitur rescriptum Patavij ad Hippatium PP. aduersus  
apostas & hæreticos: ex quibus planè intelligas optimam mentem eiusdem Gratiani  
Principis maximè pij, licet interdum indignissima ipsum rescripsisse dixerimus frau-  
de Macedonij Magistri officiorum. Sic patenti exemplo vides, minimè apud Deum  
Principes excusari, cum ministrorum fallacijs ad noxia statuenda decèpti aliquando in-  
ducuntur. At nouissimam hanc Gratiani sanctionem tamquam testem eius erga Chri-  
stianam religionem studij describamus, quam ipse in præcinctu edidit militari: est ve-  
ro huiusmodi:

Christianorum ad aras & templa migrantium, negata testandi licentia, vindicamus  
admissum. Eorum quoque flagitia puniantur, qui Christianæ religionis & nominis di-  
gnitate neglecta, Iudaicis semet polluere contagijs. Eos verò qui Manichæorum nefan-  
da secreta, & scelerosos aliquando sectari maluerunt secessus, ea iugiter atque perpetuo pec-  
na comitetur, quam vel diuinalis arbitrij genitor Valentiniānus adscripsit, vel nostra ni-  
hilominus decreta iusserunt. Auctores verò persuasionis huius, qui lubricas mentes in  
proprium deflexerant consortium, eadem quæ reos erroris huiuscemodi pœna comite-  
tur: quin etiam grauiora plerumque pro motibus Iudicum & qualitate commissi extra  
ordinem promi in nefarios sceleris huius artifices supplicia censemus. Sed ne vel mor-  
tuos perpetua vexet criminationis iniuria, vel hæreditariæ quæstiones temporum varie-  
tate longorum profus emortuæ in rediuiuos semper exagitantur conflictus: huiuscemodi  
quæstionibus in eam temporis adscribimus: Vt si qui defunctum violatæ atque de-  
sertæ Christianæ religionis accusat, eumque in sacrilegia templorum, vel in ritus Iudaicos,  
vel ad Manichæorum dedecus transiisse contendit, eaque gratia testari minimè potuisse  
confirmat: intra quinquennium iuge, quod cum officiosis actionibus constitutum est,  
proprijs exerat actiones; futuriq; iudicij huiuscemodi sortitus exordium, vt eodem in  
luce durante, cuius prauaricatio criminanda est, flagitij huius & sceleris particeps fuis-  
se doceatur, publica sub testificatione testatus probet indicium; neque quam superno  
nomini

A nomini tacitus præstitit perfidiam, sceleribus acquiescens, prauaricationem deinceps tan-  
quam ignarus accuset. Dat. XII. Kal. Iunij Patavij, Merobaude II. & Saturnino Coss. ] At  
de rebus Occidentalibus huius anni hætenus: iam ad res Orientis huius temporis enar-  
randas stylum conuertamus.

Quod in primis occurrit, hoc ipso anno sub iisdem Consulibus Merobaude iterum &  
Saturnino, decimoquarto Kalendas Februarij, Theodosius Imperator Arcadium filium  
maiores natu pronunciauit Augustum: ita Socrates<sup>a</sup>, Sozomenus<sup>b</sup>, Marcellinus<sup>c</sup>, & alij.  
Erat tunc Arcadius annuum ætatis agens octauum, natus nimirum sub Consulatu Gra-  
tiani quarto & Merobaude, triennio ante Theodosij patris Imperium. At pius Princeps  
parum sibi visus contulisse filio, si Romanum illi tradens Imperium, non æquè in eum  
transfunderet pietatem: ad Gratianum Imp. epistolam iam scripserat, qua eum rogauit  
vt egregium pietate virum, qui filium doceret, quæreret, inuentumque Constantinopolim  
mitteret. Scripsit ea de re, Gratianus ad Damasum Romanum Pontificem, qui misit ad  
eum Arsenium Ecclesiæ Romanæ diaconum egregia probitate spectatum & litteris infi-  
gniter eruditum. Cui, cum Constantinopolim peruenisset, Theodosius filios suos tradidit,  
moribus, ac litteris imbucendos, atque dixit: Posthac tu magis pater eorum, quam ego. ]  
Accidit & illud memoria dignum: cum enim ingressus scholas, vidisset Theodosius Arse-  
nium stantem, Arcadiumque auditorem sedentem, indignatus est; quòd magisterij gra-  
dum parum decorè seruasset, cum stans ipse doceret, Arcadius verò sedens addisceret.  
Arsenius autem cum se excusaret, atque diceret, haud decere sedentem se docere Impe-  
ratorem: indignatione ille commotus abstulit ei Imperatoris insigne, sedereque in thro-  
no Arsenium compulit, filium verò detecto capite auditorem prosteri, illud inculcans,  
tunc prolem suam verè fore dignam Imperio, si cum scientia æquè imbuta fuerit pietate.  
Hæc quidem pluribus in eiusdem Arsenij vita<sup>d</sup> narrantur: & licet ibi de duobus Theodo-  
sij filiis mentio habeatur, tamen de Honorio constat hoc tempore nondum natum esse,  
quem Placilla Augusta peperit anno sequenti, Ricomere & Clearcho Consulibus: aliquis  
enim quod sciret duos fuisse Theodosio filios, adiecit Honorium.

ARCADIUS  
APPELLA-  
TVR AVGV-  
STVS.  
\* Socrat. lib. 5.  
cap. 10.  
\* Sozom. li. 7.  
cap. 12.  
\* Marcellin.  
in Chron.ARSENIUS  
MAGISTER  
IMPERA-  
TORIS.\* Apud Me-  
taph. 8. Maij,  
Sur. 19. Iulij.

\* Hic epist. 27.

\* Hier epist. 9.

Contigit autem postea, vt cum Arsenius Arcadio verbera inflixisset; ille verò medita-  
retur instar Neronis, magistro suo mortem inferre: ipse diuino monitu ab aula clam recedens,  
ad Ægypti eremum se contulerit, vbi vixit egregia sanctitate toto Orbe conspicuus.  
vnde S. Hieronymus<sup>e</sup> de S. Paula in Ægyptum peregrinante ait, vidisse Macarios, Arse-  
nios, atque Serapiones. Porro quàm piè sancteque Theodosius Imperator filios instituen-  
dos curauerit, argumento sunt quæ de ipsorum consobriino Nebridio tradit S. Hiero-  
nymus<sup>f</sup>, vt pote qui illis accesserit condiscipulus; ait enim: Mirum dictu est: nutritus in  
Palatio, & condiscipulus Augustorum, quorum mensæ ministrat Orbis & terræ ac maria  
seruiunt, inter rerum omnium abundantiam, in primo ætatis flore tantæ verecundiæ fuit,  
vt virginali pudorem vinceret, & ne leuem quidem obscœni rumoris in se fabulam  
daret. Deinde purpuratorum propinquus, socius, consobrinus, eisdem cum ambobus stu-  
dijs eruditus (quæ res etiam externorum mentes sibi conciliat) non est inflatus superbia,  
nec ceteros homines adducta fronte contempsit, &c. ]

Eodem quoque anno, mense Iunij (vt auctores sunt Socrates<sup>g</sup> & Sozomenus<sup>h</sup>) cele-  
bratur Synodus Constantinopoli à Theodosio conuocata ad dirimendas in Ecclesia con-  
citatas ob diuersas hæreses vbique discordias. Agebat hoc anno Præfectum Prætorio  
summum magistratum Posthuanus, vt eiusdem Theodosij rescripta<sup>i</sup> indicant iisdem  
Consulibus ad eum data: ad quem Gregorius Nazianzenus scribens, eius Synodi memi-  
nit: nam cum in primis ipsius egregiam eruditionem commendat, deque amplissimo ma-  
gistratu ob virtutum merita consecuto congaudeat, de eadem coacta Synodo ita habet:  
Nihil tam Imperio tuo conuenire existima (quandoquidem rursus Episcoporum Synodus  
celebratur, haud scio qua de causa, & quo modo coeuntium) quàm vt te Præfecto, ac  
tua opera Ecclesiæ ad pacem adducantur, etiam si eos qui dissidijs & factionibus conten-  
dunt, asperius obiurgare oporteat. Quòd si cuiquam nimum curiosus esse videar, quòd  
cum à negotijs recesserim, non tamen curam & sollicitudinem abiecerim: hoc ne mireris.  
Non enim quemadmodum à throno & fastuoso supercilio, ita etiam à pietate secessimus:  
quin potius eo maiorem fidem auctoritatemque apud te habiturus mihi videor, vt qui  
non rem meam priuatam, sed publicam utilitatem curem. ] hæc ad Præfectum Præto-  
rio Gregorius.

\* Socrat. lib. 5.  
cap. 10.  
\* Sozom. li. 7.  
cap. 12.CONCILIUM  
CONSTAN-  
TINOPOLI-  
TANVM.\* l. 10. de lonis  
proferit. Et l.  
11. de variet.  
Cod. Theod.  
\* Greg. Naz.  
epist. 71.

Eodem

Eodem quoque argumento, nempe ut in Synodo Episcoporum habenda studeat paci Ecclesie conciliandae, idem Gregorius eodem tempore litteras dedit ad Saturninum, illum quidem puto, qui hoc anno cum Merobaude Consulatam gessit, creatus hic à Theodosio in Oriente, ille verò à Gratiano & Valentiniano in Occidente. Litterae autem Gregorij ad Saturninum datae sic se habent:

<sup>a</sup>Greg. Naz.  
epist. 72.

GREG. NAZ.  
SOLICITVS  
PRO ECCL-  
ESIAE PACE.

Non est apud me dubium (alioqui temerarium esset scribere) quin amicitiae officium à me requiras. Externis enim licentiam, nobis autem loquendi libertatem tribuis, ut conferuis bonus iis qui eo honore digni habiti sunt, ut ad Deum appropinquant. Quocirca te quoque salutamus, & desiderio tuo morem gerentes, rerum nostrarum statum tibi exponimus. Omnia apud nos Dei beneficio rectè se habent, hoc vno excepto, quòd de Ecclesiis anxij & solliciti sumus tam foedè perturbatis. His quicquid operis afferre poteris, communem concordiam & re & sermone impigrè constitue: quandoquidem Episcopi rursus coeunt: ac metuendum rursus est, ne nunc quoque pudore suffundamur; si hæc Synodus parum præclarum finem habuerit, quemadmodum & prius. Nam quæ nobis contigerunt, ea Deo omnia scienti & cognoscenda & iudicanda relinquimus; etiam si iucundo animo inuidiae eorum qui id appetebant, cessimus, non tamquam suauem quamdam rem, ut plerisque videtur, sed admodum periculosam relinquentes, ac velut ex aspera & graui tempestate ad tranquillum quemdam & tutum portum appellentes. ] hæc ad Saturninum Gregorius. Porro hos magistratus litteris Gregorij admonitos, impigrè curasse negotium, rescripta Imperatoris ad eundem Posthuvianum data declarant.

QVID NEC-  
TARIUS  
CVM HÆ-  
RETICIS.  
<sup>b</sup>Sozom. li. 7.  
cap. 12.

Conuocati sunt in hanc Synodum omnium vigentium tunc hæresum defensores, qui inter eos principem locum tenere videbantur, ut si fieri posset humanitate Imperatoris, abiecta hæresi ad Ecclesiam Catholicam reuocarentur, qui verò animo refractario recusarent, legibus punirentur. Quid autem coacta in vnum Synodo actum sit, per pauca sunt quæ significent. Sed quid de his habeat Sozomenus<sup>b</sup>, videamus: Imperator Nectarium accersit, & cum eo de futura Synodo communicat, & quæstiones eas, quæ hæreses peperissent, ut in disceptationem proponeret, iniungit, quò vna fieret credentium in Christum Ecclesia, & doctrina consona, qua religio conformari debeat. Nectarius igitur priuatim secum meditatus, Agelio Nouatianæ Ecclesie Episcopo, ut in fide secum sententiæ (*in his scilicet quæ ad Nicanum Symbolum pertinent*) voluntatem Imperatoris aperuit. Ille verò, qui ut vitæ sanctimoniam operibus representabat, ita in verborum argutiis & lenociniis minimè exercitatus erat, sibi considerandum proponebat, si quid facto opus esset. Sin verò disputandum foret, virum producebat ex lectoribus suis tunc vnum, Syinnium nomine, sed cui postea idem Episcopatus est commissus, ratione & oratione præstantem, qui sacrorum librorum explicationes exactè calleret, & variam eorum cognitionem haberet, quæ tum ab Ethnicis, tum ab Ecclesiasticis auditoribus scripta erant.

Qui quidem vir etiam hoc articulo rectissimè consulere visus, auctor fuit ut fugerent institutas cum sectariis disputationes, utpote rixarum atque pugnarum fomites: sed ex ipsis quærerent, reciperent ne eos, qui ante Ecclesie distractionem interpretes & doctores fuissent scripturæ sacræ. Etenim si horum testimonia reiecerint, inquit, à suis ipsorum consortibus explodentur: sin autem sufficere eos ad controuersias decidendas arbitrabuntur, produci oportet illorum libros. Certo enim sciebat, veteres, qui coæternum cum Patre Filium cognouerant, ausos non fuisse dicere, illum ex aliquo principio duxisse originem. Cum igitur & Nectario id se rectè habere videretur, & Imperator edoctus, consilium collaudasset, animos sectariorum pertentabat, quidnam ipsi de veterum interpretationibus sentirent. Illis ea magnificè laudantibus, ipse palam verbis expressis proposuit, num illorum dictis in finiendis quæstionibus staturi sint, & satis ne locupletes doctrinæ testes eos esse iudicent. Orta & circa hanc quoque rem inter sectarum principum dissensione (neque enim consimiliter singuli de veterum libris sentiebant) animaduertit Imperator, quòd nudis priuararum opinionum altercationibus nixi, definitum aliquid pronuntiare detrectarent. Quamobrem damnata hac illorum pernicacia, iussit ut vnaquæque secta doctrinæ suæ libellum ipsi porrigeret.

PATRV  
SENTENTIAS  
COERCEN-  
TVR HÆ-  
RETICI.

Cum itaque huic negotio conficiendo præstitutus dies adesset, conuenerunt in Palatium pro iis qui consubstantialem Trinitatem profitebantur, Nectarius & Agelius, pro Ariana hæresi Demophilus eius Antistes, pro Eunomianis ipse Eunomius, Eleusius au-

tem

rem Cyzici Episcopus pro iis qui vocantur Macedoniani. Acceptis verò singulorum libellis, solos eos approbavit, qui consubstantialem Trinitatem asserbant: reliquos verò ut absurdo dirupit. Ac Nouatianis quidem hinc præter sententiam nihil accidit: siquidem conformem cum Ecclesia Catholica opinionem de Deo habent. Ceteri verò suis ipsorum sacerdotibus indignabantur, quòd coram Imperatore sibi ipsis inficite fuissent aduersati: multiq; ceteris damnatis, ad sententiam approbatam conuersi sunt. Imperator verò lege lata sanxit, ut sectarij neque conuentus agerent, neque doctrinam fidei profiterentur, neque Episcopos aut alios ordinarent: atque ut alij vrbibus agrisque expellerentur, alij notarentur infamia, & Reipublicæ consimiliter ac ceteri, participes non essent: & graues quidem legibus adscribebat pœnas, sed eas non exequatur: neque enim ut pœnas irrogaret, sed ut metum incuteret subditis suis, studebat, ut sibi in diuinis concordessent: siquidem & illos laudabat, qui sua sponte conuertebantur. ] hætenus de his Sozomenus. Porro singulas leges, quas hic recenset, inferius describemus. Habet hæc eadem Socrates<sup>a</sup>, & quidem pluribus; addiditque ob rem præclare gestam, consilio Syinnij Nouatiani, ipsum Theodosium eidem Nouatianis fauisse, passumque esse ecclesiam Constantinopoli habere, conuentus agere, fruique priuilegijs, quæ Catholicis impertita fuissent.

<sup>a</sup>Socrat. lib. 1.  
cap. 10.

At quoniam suspecta fides est hæreticorum de suis dogmatibus & eorum sectatoribus aliquid affirmantium: æquè nobis dubium redditur, immò (ut veriùs dicam) mendacium esse conuincitur totum hoc quod de Nectario ait, in causatanti momenti Nouatianum Episcopum consuluisse, atque (ut illud vsurpem) perinde ac si in Israël Deus non esset, deum Accaron adiuiffe. Quis sibi persuadeat, in eam Synodum, in qua fortiores hæresum propugnatores audiendi essent, non vocatos esse à Theodosio Catholicos Episcopos, qui doctrina ceteris eminent? ut inter alios Gregorium Nyssenum, quem constat non solum hoc tempore fuisse supersitem, sed & plures adhuc vixisse atinos, Amphilo- chium Iconij Episcopum æquè disertum, Diodorum Tarfensem, eundemque Nectarij studiosum, & illos ipsos, quos idem Diodorus dederat eidem Nectario in diuinis litteris consultores atque doctores, ut Euagrium relictum à Gregorio Nazianzeno prætermittamus, atque alios complures, quibus Synodus creditur abundasse, qui omnes Agelium decrepitem senem, & iuuenem Syinnium antecellerent doctrina rerumque peritia. Quis igitur persuadere sibi poterit, his omnibus posthabitis, Nectarium conuenisse Nouatianos hæreticos; eorumque præscripto dumtaxat rem tantam administrasse, & in tanto negotio, tacentibus reliquis, soli Nectario cum hæreticorum antesignanis sermonem habere permissum esse? At quàm re vera egregiè digneque qui Synodo interfuerunt Episcopi, fidei causam pertractarint, vnus ex iis exemplo faciliè poteris intelligere.

Cum enim Theodosius Imperator ob id (ut dictum est) præsens Concilium congregasset, ut hæreticos omnes sub vna fide conuinceret: eos ad se vocatos, ut beneficentia prouocaret, officiis sibi deuincire conatus est: cumque indulgentius quàm par erat, cum iis agere videretur, Orthodoxorum non nihil commouit animos; veriti enim sunt, ne Imperator illorum circumuentus astutia, præceps abduceretur in hæresin. Quamobrem S. Amphilo- chius Iconij Episcopus cum factis tum verbis redarguit Imperatorem: quo modo autem id se habuerit, res gesta sic à Theodoro describitur<sup>b</sup>: Cum alio tempore Amphilo- chius fortè intra Palatium esset, videretque astantem Imperatori filium suum Arcadium, qui nuper Imperator creatus fuerat: ipsum Imperatorem Theodosium (ut mos est) salutauit ille quidem, sed filium sine honore dimisit. Imperator autem ratus Amphilo- chium oblitum officij, iubet ad filium accedere, eumque osculari. At Amphilo- chius respondit, satis esse quod ei honorem habuerat. Itaque Theodosius rem acerbè & grauitè ferens, probrum filio obiectum, iniuriæ loco sibi ipsi illatæ numerauit. Tum sapientissimus Amphilo- chius, declarans Imperatori quod animo instituebat, contenta voce: Vides, inquit, ô Imperator, quàm ægrè ignominiam filij tui patiari; immò verò illis, qui in eum insultant, vehementer succentes. Credas igitur mihi velim, huius vniuersitatis rectorem Deum, eos qui contra filium suum vnigenitum loquuntur blasphemias, itidem detestari, & tamquam ingratos ergo Saluatorem & patronum suum odio prosequi. Cuius institutum cum hoc pacto intellexisset Imperator, facta eius dictaque simul admiratus, legem protinus conscripsit, quæ vetabat conuentus ab hæreticis agi, &c. ] hæc Theodoretus.

AMPHILO-  
CHIVS RE-  
DARGVIT  
FACTIS VER-  
BIS Q. THEO-  
DOSIVM.  
<sup>b</sup>Theod. lib.  
5. cap. 26.

Qui



CORRIGITUR THEODORUS DE TEMPORE.

Qui tamen in eo corrigendus est, & non ab alio, quam à se ipso, dum superius ait hæc accidisse postquam Theodosius à cæde Maximi tyranni ab Occidente Constantinopolim reuersus est: nam cum tradat hæc facta esse, dum nuper Arcadius Imperator creatus esset, planè in hunc ipsum annum ea referenda sunt, quo constat (vt dictum est) Arcadium creatum fuisse Imperatorem. Ceterum si ad reditum Theodosij à cæde Maximi referas, Arcadium tunc inuenies habuisse in Imperio annos octo: siquidem anno Domini trecentesimo octogesimo octauo, ipso Theodosio atque Cynegio Coss.ab eo occisus est Maximus; & post triennium in Italia consumptum, anno Domini trecentesimo nonagesimo primo, Titiano & Symmacho Consulibus, Constantinopolim reuersus est. Sic igitur aperte vides Acta Amphiloehij ad præsentem annum referenda esse, quo Arcadius creatus est Imperator, & Synodus Constantinopoli pro pace Ecclesiæ conuenit. Sozomenus\* eadem de Amphilochio narrat, additque Placillæ Augustæ enituisse tunc studiū, ne vir eius Theodosius circumueniretur ab Arianis, dum ne eorum colloquio traheretur in hæresin, anteuertit.

\*Sozom. li. 7. cap. 6.

ANTIOCHENVM DISSIDENTVM PERSEVERAT. Sozom. lib. 5. cap. 10.

Causam quoque Antiochenam de altercatione inter Paulinum atque Flauianum, de qua superiori anno in Romano Concilio actum est, in hac eadem Synodo pertractatam Socrates<sup>b</sup> videtur annuere, dum ait, Catholicos inter se fuisse discordes & opinione diuisos, fauentibus nimirum Syris, Phœnicibus, ac Palæstinis Flauiano, Ægyptiis autem, Cypriis, Arabiæque Episcopis Paulino studentibus, quibus etiam consensisse vidimus superius Gregorium Nazianzenum, qui & recitatis nuper litteris ad Posthuvianum Præfectum Prætorio id pertigisse visus est, dum monet vt dissidentes & factionibus studentes Episcopos, etiam asperius, si opus sit, arguat. At nihil prius hac ex parte in Synodo confectum esse, certum est; proculque absuit vt discordes potuerint in concordiam reuocari: nam eam disensionem post multos annos perseverasse constat.

THEODOSII EDICTA ADVERSUS HÆRETICOS. l. 1. de Apost. Cod. Theod. l. 11. de hæret. C. Theod.

Quòd igitur omnes consentiant, post hanc Synodum à Theodosio Imperatore aduersus hæreticos edicta promulgata fuisse: hic eadem describamus, quæ ad nominatum superius Posthuvianum Præfectum Prætorio data habentur. Verùm ante ipsam Synodum, quam inchoatam diximus mense Iunio, idem Imperator ad eundem Posthuvianum Præfectum Prætorio mense Maio aduersus apostatas rescriptum<sup>c</sup> dedit. Rursum verò aduersus hæreticos, qui minimè in Synodo respuerint, ad eundem Posthuvianum mense Iulio hæc edixit<sup>d</sup>:

Omnes omnino, quoscumque diuersarum hæresum error exagitat, id est, Eunomiani, Ariani, Macedoniani, Pneumachomachi, Manichæi, Encratitæ, Apotactitæ, Saccophori, Hydroparastatæ, nullis circulis coeant, nullam colligant multitudinem, nullum ad se populum trahant, nec ad imaginem ecclesiarum parietes priuatos ostendant: nihil vel publicè, vel priuatim, quod Catholicæ sanctitati officere possit, exercent. Ac si qui extiterit, qui tam euidenter vetita transcendat, permissa omnibus facultate, quos rectæ obseruantie cultus & pulchritudo delectat, communi omnium bonorum conspiratione pellatur. Dat. VIII. Kal. August. Constantinop. Merobaude & Saturnino Coss. ]

\*l. 12. de hæret. C. Theod.

Rursum verò mense Augusto ad eundem Posthuvianum Præfectum Prætorio aduersus omnes hæreticos<sup>e</sup> in hunc modum:

Vitiorum institutio Deo atque hominibus exosa, Eunomiana scilicet Ariana, Macedoniana, Apollinariana, ceterarumque sectarum, quas veræ religionis venerabili cultu Catholicæ obseruantie fides sincera condemnat, neque publicis neque priuatis additionibus intra vrbium atque agrorum ac villarum loca, aut colligendarum congregatorum, aut constituendarum ecclesiarum copiam præsumat: nec celebritatem perfidiæ suæ, vel solemnitatem diræ communionis exercent: neque villas creatorum sacerdotum vsurpet atque habeat ordinationes. Eadem quoque domus, seu in vrbibus, seu in agris, in quibus passim turbæ professorum ac ministrorum talium colligentur, Fisci nostri dominio iurique subdantur: ita vt hi qui vel doctrinam vel mysteria conuentionum talium exercere consueverunt, perquisiti, ab omnibus vrbibus ac locis, propositæ legis vigore constructi, expellantur à coctibus, & ad proprias vnde oriundi sunt terras redire iubeantur, ne quis eorum aut commearidi ad quælibet alia loca, aut euagandi ad vrbes habeat potestatem. Quod si negligentius ea quæ serenitas nostra constituit, impleantur, Officia prouincialium Iudicum, & principales vrbium, in quibus coitio vetitæ congregationis reperta

A reperta monstrabitur, sententiæ damnationique subdantur. Dat. III. Non. Sept. C. P. Merobau de 11. & Saturnino Coss. ]

Qui igitur legibus Theodosij veriti sunt conuentus agere, clandestinè illos cogere conati sunt, & inter alios quos Saccophoros edictum nominat (erant hi Massaliani hæretici, de quibus supra, qui quòd sacco induerentur<sup>a</sup>, Saccophori sunt appellati) hos Episcopi diuersis in locis venati sunt; de quibus Theodoretus<sup>b</sup>, cum de his agit: Porro, inquit, erroris morbum occultare nituntur, & post reprehensiones impudenter negant se eo laborare: & illis qui in eadem sunt opinione, quam ipsi animo complectuntur, ecclesia interdicit. Ob hanc causam Leroius Episcopus Melitenensis Ecclesiæ, vir singulari studio erga pietatem exardescens, cum videret multa monasteria, immò verò speluncas latronum hunc contraxisse morbum, ea incendit, & lupos à grege abegit. Eodem modo præstantissimus ille Amphiloehius vrbis primariæ Lycaoniæ pastor & moderator totius nationis, cum intellexisset eam perniciosam illa loca inuasisse, denuò repulit, & greges, quos ipse verbo pauit, illa labe eripuit.

HÆRETICORVM CLANDESTINI CONVENTVS. Epiph. hæret. 80. Theod. lib. 4 cap. 10.

Quinetiam Flauianus Antiochiæ Episcopus, vir multorum sermone celebratus, cum accepisset hos Edeffiæ artem agere, & suum venenum in vicinorum animos infundere: missa ad eos monachorum turba, deduxit Antiochiam; & morbum, quem pernegabant, extorsit ad hunc modum. Primum dixit accusatores calumniari, & mentiri testes. Deinde Adelphiū admodum senem, vnum ex principibus hæresis, benignè vocat ad se, propè assidere iubet. Tum, Quoniam, inquit, ò senex, ad longinquum temporis spatium vitam propagauimus: idcirco & natura humana & fraudulenti dæmonum aduersariorum conatus nobis accuratius perspecti sunt & cogniti: multoque etiam vsu, quæ & quanta sint gratiæ dona, edocti sumus. Isti cum sint iuuenes, & nihil istarum rerum exquisitè norint, sermones spirituales audire vix, aut ne vix quidem ferunt. Iraque tu, quæso, dic mihi, qua ratione affirmetis, & spiritum contrarium recedere à vobis, & sancti Spiritus gratiam aduentare?

MASSALIANI DETECTI A FLAVIANO EPISCOPO ANTIOCHENO.

His verbis senex ille delinitus, venenum occultatum exprompsit vniuersum, dixitque diuini baptismi lauacrum his qui eo tincti erant, nihil omnino prodesse, sed solas preces ardentis dæmonem in animis habitantem expellere: nam singulos qui eduntur in lucem, ex primo parènte, vt naturam, ita dæmonum seruitutem traxisse: quibus ex animis oratione expulsis, Spiritum sanctum deinceps accedere, suamque præsentiam tum sensibus, tum visui ostendere; & non corpus solum perturbationum motibus liberare, sed etiam animum inclinatione ad deteriora prorsus eripere: adeò vt de cetero neque ieiunio opus sit ad corpus coercendum, neque doctrina ad refrenandam eius libidinem, & ad danda præcepta, quibus recta viuendi via incedere discat: & qui sit huius rei compos factus, non modò à lasciuis corporis concitationibus liberum fore, verùm etiam præuide re futura, & sanctam Trinitatem oculis cernere. Itaque diuinus ille Flauianus, fœdè isto fonte effosso, & impiis eius riuulis patefactis, miserum senem sic affatur: O malis diebus onuste & inueterate, tuum ipsius os te coarguit, haud ego: tua labia contra te testimonium dicunt. Itaque erroris morbo relecto, Syria exacti erant illi quidem: sed in Pamphiliam profecti, eam eadem pernicie refererunt. ] hæc Theodoretus, sed perperam sanè ad tempora Valentini atque Valentis refert, cum constet Flauianum nonnisi sub Theodosio post Meletij obitum (vt dictum est) sedisse Episcopum Antiochiæ.

MASSALIANI DETECTI E SYRIA.

Constat etiam aduersus eisdem Massalianos congregatam esse his temporibus Synodum Sydæ, de qua hæc Photius in Bibliotheca: Legimus, inquit, Synodum Sydæ factam aduersus hæresin Massalianorum, id est Euchaitarum, vel Adelphiorum. Præfuit Synodo Amphiloehius Episcopus Iconij cum Episcopis vigintiquinque. Ex ea Synodo ibi est Synodica ad Flauianum Antiochenum Episcopum, qui ea de causa etiam aliam Synodum habuit. In eo Concilio Sydæ habito Adelphius licet pœnitentiam polliceretur, non est admissus, quamuis hæresin detestari videretur, quoniam non ex corde pœnitentia & renunciatio facta esset. ] addit de eiusdem Flauiani Episcopi Antiocheni epistolis scriptis ad Ofrocenos & Armenos de damnatis Massalianis hæreticis Adelphio & sociis. Ceterum haud hoc tempore his remediis hæresis extingui potuit; sed aduersus eamdem laborandum fuit Attico Episcopo Constantinopolitano & aliis, quorum contra eiusmodi hæreticos scripta idem Photius recenset.

SYNODVS SYDAR CONTRA MASSALIANOS HABITA.

Hoc ipso anno Romam se contulit Carthagine Augustinus, qui sequenti (vt dicemus) Symma-

CHRISTI  
383.DAMASI PAP.  
17.VALENTIN. 8.  
THEODOSII 5. IMPP.AVGVSTINI  
ADVENTVS  
IN VRBEM.  
<sup>a</sup> Aug. Confes.  
lib. 5. c. 36.<sup>b</sup> Aug. Confes.  
lib. 5. c. 7. 8.<sup>c</sup> Aug. Confes.  
lib. 5. c. 10.  
<sup>d</sup> Aug. eod. lib.  
c. 9. 10. 11.PENURIA  
VRBS LA-  
BORAT.<sup>e</sup> Amb. Offic.  
lib. 1. c. 7.  
ELECTIO  
PVLI AB  
VRBE OB  
FAMEM.

Symmacho Vrbanam Præfecturam administrante, ab eo Mediolanum missus est. Agebat hoc anno ipse ætatem vigintinouem annorum (vt idem testatur<sup>a</sup>) quo Carthagine nouit Faustum Manichæum, cum iam nouem ferme annos in secta Manichæorum haberet, de pluribus dubitans; quæ omnia à Fausto fore soluenda, Manichæi polliciti fuerant. At cum longè aliter accidisset, de veritate in ea secta assequenda desperare penitus cœpit. Quonam modo autem tunc veniendi Romam consilium iniit, ipsum audi<sup>b</sup>: Posteaquam, inquit, ille Faustus mihi imperitus earum artium, quibus eum excellere putaueram, fatis apparuit: desperare cœpi, posse eum mihi illa, quæ me mouebant, aperire atque dissoluere. ] & inferius: Refracto itaque studio, quo intenderam in Manichæi litteras, magisque desperans de ceteris eorum doctoribus, quando in multis quæ me mouebant, ita ille nominatus apparuit: cœpi cum eo pro studio eius agere vitam, quod ipse flagrabat in eas litteras, quas tunc iam rhetor Carthaginis adolentes docebam; & legere cum eo, siue quæ ille audita desideraret, siue quæ ipse tali ingenio apta existimarem. Ceterum omnis conatus meus, quo proficere in illa secta statueram, illo homine cognito, prorsus intercidit. ] At de sua Romam profectioe idem hæc habet: Egisti ergo mecum, vt mihi persuaderetur Romam pergere, & potius ibi docere quod docebam Carthagine. ] ad docendum enim Romæ potius, quàm Carthagine, non quæstus maior (vt subdit) eum mouit, sed quod adolentes qui discerent, quietius illic agerent, quàm Carthagine, vbi illorum nimia insolentia omnia perturbaret. nam paulo post: Sed quare hinc abirem, & illuc irem, tu sciebas Deus, nec indicabas mihi, nec matri, quæ me profectum atrociter planxit, & vsque ad mare secuta est. Sed sefellit eam, violenter me tenentem, vt aut reuocaret, aut mecum pergeret; & sinxi me amicum nolle deserere: donec vento facto, nauigaret. Et mentitus sum matri, & illi matri, & euasi. ] & rursum: Recusanti sine me redire, vix persuasi, vt in loco qui proximus nostræ nauis erat, Memoria beati Cypriani maneret ea nocte: sed ea nocte clanculo ego profectus sum: illa autem remansit orando & flendo. ] Et tamen (subdit ipse) post accusationem fallaciarum & crudelitatis meæ, conuersa rursus ad precandum te pro me, abiit ad solita, & ego Romam. ] In Vrbe cum venisset, apud Manichæum quemdam hospitio se acceptum tradit<sup>c</sup>, vbi & ægrotauit<sup>d</sup>. Vt verò conualuit, cum Manichæis vt plurimum versabatur, ita tamen vt eius sectæ frigidus esset assertor; immo hospitem suum à magna fiducia illius hæresis reuocare studeret: sed & Helpidij cuiusdam aduersus Manichæos coram differentis scripta disputatione non nihil se profecisse testatur, adeo vt contemptui sibi iam illa secta esse cœperit. Romæ igitur cum versaretur, domi docere rhetoricam cœpit, docuitque hoc & sequenti anno, quo à Symmacho Vrbs Præfecto, Mediolanum, vt ibi rhetoricam publicè profiteretur, ab Imperatore de hoc monito, missus est. De profectioe ergo ipsius Roma Mediolanum anno sequenti agemus.

Hic idem annus ille est, quo Vrbs & Italia magna fame laborauit: de qua quidem annonæ penuria, tum S. Ambrosius, tum Symmachus meminere. Ac primum quod ad rationem temporis spectat: vt dicamus eam hoc anno accidisse, certum illud est argumentum, quod anno ante relationem Symmachii ad Valentinianum Imp. factam esse, S. Ambrosius tradit: quam quidem relationem & ab ipso Symmacho anno sequenti ab illa penuria esse conscriptam, cum Præfecturam Vrbanam ageret, & à S. Ambrosio confutatam anno item sequenti, suo loco perspicuè demonstrabimus. Quis penuriam quidem illam pauperes ab Vrbe pulsos esse, S. Ambrosius doluit, cum in libris Officiorum hæc ait<sup>e</sup>: Quanto hoc vtilius, quàm illud quod proximè Romæ factum est: eiectos esse Vrbe amplissima, *incolas scilicet*, qui iam plurimam illic ætatem transegerant, flentes cum filiis abiisse: quibus velut ciuibus amoliendum exilium deplorarent, interruptas complurium necessitudines, diremptas affinitates? Et certè arriserat anni fecunditas: inuectio Vrbs sola egebat frumento: potuisset iuari, si peterent ab Italis frumentum, quotum filij expellebantur. Nihil hoc turpius, excludere quasi alienum, & exigere quasi suum. Quid illum eiicis, qui de suo pascitur? Quid illum eiicis, qui te pascit? Seruum retines, trudis parentem? Frumentum suscipis, nec affectum impartis? Victum extorques, nec rependis gratiam? Quam deforme hoc, quam inutile? Quo modo enim potest vtile esse quod non decet? Quantis corporatorum subsidiis dudum Roma fraudata est? potuit & illos non amittere, & euadere famem, expectatis ventorum oportunitis flatibus, & speratarum commeatu nauium. ] hæcenus Ambrosius.

De his

CHRISTI  
383.DAMASI PAP.  
17.VALENTIN. 8.  
THEODOSII 5. IMPP.

- A** De his & ipse Symmachus in epistola ad Flavianum tunc temporis, vt apparet, conscripta: vbi hæc<sup>a</sup> inter alia: Defectum, inquit, timemus annonæ, pulsos omnibus, quos exerto & pleno vbere Roma susceperat. Fac vt his remediis conualescamus: quanto nobis odio prouinciarum constat illa securitas? Dij patrij facite gratiam neglectorum sacrorum, miseram famem pellite: quamprimum reuocentur nostri, quot inuita dimisit. ] hæc Symmachus: & quidem illud facinus iure improbat, quo liberi homines ab Vrbe ea de causa eiecti fuerant: nam Augusti tempore (quod Dio testatur<sup>b</sup>) ingenti afflictata Roma annonæ penuria, non liberi homines, sed gladiatores, venaliaque mancipia tantum vltra octoginta millia passus ab Vrbe reiecta fuerunt. Porro Symmachus homo versatilis, ab occasione deducens argumentum, eandem famem ad suum propositum inflectens in relatione, quam anno sequenti ad Valentinianum conscripsit, eandem famem exaggerans, accidisse eam persuadere conatur, quod adempti fuerant sacerdotum redditus, atque agri Vestalium virginum: ita enim ait<sup>c</sup>: Honorauerat lex parentum Vestales virgines ac ministras deorum victu modico, iustisque priuilegiis: stetit muneris huius integritas vsque ad degeneres trapezitas, qui ad mercedem vilium baiulorum sacræ castitatis alimenta vererunt. Secuta est hoc factum famis publica, & spem prouinciarum omnium messis ægra decepit. Non sunt hæc vitia terrarum, nihil imputamus astris, nec rubigo segetibus obsuit, nec auena fruges necauit: sacrilegio annus exaruit. Necessè enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur, &c. ] subdit enim, ad cibum glandium & radices herbarum populum ob famem fuisse conuersum: ex quibus persuadere conatur Imperatori, reddi prouentus ablatos deorum sacrificiis atque Vestalibus, vt terra rependeret quam subtraxerat abundantiam.
- C** At quàm scitè prudenterque inania ista ab occasione famis deducta à Symmacho argumenta refellat S. Ambrosius: ipsum audi, dum hæc ait<sup>d</sup> post nonnulla de diis: Quæ autem æquitas, vt paucis sacerdotibus dolentes victum negatum, ipsi omnibus denegarent, cum inclementior esset vindicta, quàm culpa? Non est igitur idonea quæ tantam agritudinem mundi fallentis causa constrinxerit, vt virentibus segetibus, subita spes anni adulta moreretur. Et certè ante plurimos annos templorum iura toto Orbe sublata sunt. Modo ne demum diis Gentium venit in mentem suas iniurias vltum iri? Propterea nec assueto cursu Nilus intumuit, vt vrbicorum sacerdotum dispendia vindicaret, qui non vindicauit suorum: Esto tamen si superiore anno deorum suorum iniurias vindicatas putant: cur præsentis anno contemptui fuere? Iam enim nec herbarum vulsis radicibus rusticana plebs pascitur, nec bacca siluestris explorat solatia, nec cibum de sentibus rapit; sed operum læta felicitum, dum messes suas & ipsa miratur, expleuit voti fatietate ieiunium, vsurarios nobis reddidit terra prouentus. Quis ergo tam nouus humanis vltibus, vt vices stupeat annum? & tamen etiam superiore anno plerasque nouius prouincias redundasse frugibus. De Gallis quid loquar solito ditioribus? Frumentum Pannoniæ, quod non seuerant, vendiderunt, & fecunda Rhætia fertilitatis suæ nouit inuidiam: nam quæ solebat tutior esse ieiunio, fecunditate hostem in se excitauit. Liguriam, Venetiæque autumnus frumenta pauerunt. Ergo nec ille sacrilegio annus exaruit, & iste fidei fluctibus annus effloruit. Negent etiam quod largo foetu vineæ redundauerint: itaque & messem fecerantam recepimus, & liberalioris vindemiæ beneficia possidemus. ] hæcenus S. Ambrosius. Sed de aliis querelis Symmachii anno sequenti.

**E** IESV CHRISTI DAMASI PAP. VALENTIN. 9. IMPP.  
ANNVS ANNVS THEODOSII 6.  
384. 18.

**T**Recentissimus octogesimusquartus Christi annus, Consulibus Ricimere & Clearcho notatur, quo Symmachus (de quo nuper facta est mentio) Præfecturam Vrbanam gessit, quod Imperatoris rescripta ad ipsum hoc anno data testantur<sup>e</sup>, licet Paulinus ad alia tempora eam referat. Meminit S. Augustinus<sup>f</sup> de eiusmodi Symmachii Præfectura, dum ait, se ab eodem Symmacho Præfecto Roma missum esse Mediolanum. Sed de Augustino inferius. Paulinus autem confundit Præfecturam cum Consulatu, de quo suo loco dicendum. Cum igitur Symmachus Vrbanam fungeretur Præfectura, libellum

Annal. Eccl. Tom. 4.

T t

misit

<sup>a</sup> Symmach.  
lib. 1. epist. 7.  
ADSCRIBIT  
SYM-  
MACHVS STA-  
MEM SA-  
CRILEGIO.<sup>b</sup> Dio hist.  
Rom. lib. 53.<sup>c</sup> Symmach.  
ad Valentin.  
Imp. apud  
S. Ambros.<sup>d</sup> Ambros. epist.  
31.  
CONERTA-  
TUR SYM-  
MACHVS AB  
AMBROSIO.SYMMA-  
CHVS PRÆ-  
FECTVS VR-  
BIS PRO  
IDOLIS.  
QVID.  
<sup>e</sup> I. A. de sen-  
tent. ex peric.  
recit. c. 1. 44.  
de appellat.  
Cod. Theod.  
<sup>f</sup> Aug. Conf.  
lib. 5. c. 13.

misit ad Valentinianum Imperatorem pro restituendo damnato legibus Gratiani deorum A cultu: extat ipse titulo Relationis Symmachi Urbis Præfeti. Opportuna quidem homo dexterrimus vsus est occasione obitus Gratiani, & Maximi tyrannidem exercentis: cum Valentinianus puer timore exagitatus, omnes timens, exemplo fratris monitus, qui milites expertus fuerat desertores ac proditores, nihil non concessurus esset magistratibus. Verum ut vires petitionibus Symmachus adderet, Senatus nomine se agere professus est, & non apud vnum Valentinianum, quin etiam apud Theodosium atque Arcadium filium eundemque Imperatorem; seque duplici munere, nempe Præfeti atque Legati, causam tractare, ipse docet his verbis: Ut Præfetus vester Gesta publica prosequor, & ut Legatus ciuium mandata commendo. ] sed quid petiit? illud in primis & generatim, cum ait: Repetimus religionum statum, qui Reipublicæ diu profuit. ] speciatim verò, ut concedat reparari aram Victoriæ: erat hæc in Capitolio, de qua Dio<sup>a</sup>: Fulmina namque permulta de-

<sup>a</sup> Dio hist. Rom. lib. 45.

ciderant, quibusdamque cella Iouis Capitolini, quæ erat in templo Victoriæ, tacta fuerat. ] hæc ibi: verum creditur textus inuersus, ut vellet dicere tactam esse cellam Victoriæ, quæ erat in templo Iouis Capitolini: nam non cella, sed templum, illudque maximum fuit Iouis Capitolini. Alia etiam erat in Curia ara Victoriæ, de qua Herodianus<sup>b</sup>: Curiam ingressi, sic ut ultra quoque aram Victoriæ penetrarent ] cum alioqui & alia in Vrbe fuerint monumenta Victoriæ dedicata: nam à Sex. Rufo in Regione, Alta semita dicta, ponitur ædicula Victoriæ; sed & in Regione Ad templum Pacis; fuisse dicitur ara seu arca Victoriæ, & ab aliis alibi ponuntur alix.

<sup>b</sup> Ambrosius contra Symmachum agit.

Verum ad Symmachum redeamus. Perit quoque reddi Vestalibus stipendium ab aliis consuetum Imperatoribus exhiberi, quod vendicauerat sibi Fiscus; reddique agros iisdem virginibus & templorum ministris testamento relictos; utque in posterum liberum esset cuique quid vellet iisdem deorum sacerdotibus testamento relinquere. Hæc perentiscens S. Ambrosius, festinans occurrit, intercessitque ne quid extorqueretur ab adhuc puero Imperatore: cui litteras dedit, quibus tum primo illud ingessit, nullum alium esse Deum, quam quem coleret Christiana religio, deosque Gentium verè esse demonia; abhorreque debere Christianum Imperatorem non solum ab illorum cultu, sed & ab omni consensu, quo diis sacra peragi permittantur, & quam longè abesse oportere, ut eius præcepto aræ dirutæ restaurarentur, sumptusque ad peragenda sacrificia redderentur: reuocatur eidem in memoriam, quanta Gentiles aduersus Christianos eorumque ecclesias sub Ethnicis Imperatoribus perpetrassent: ac ne rescindat, admonet, quod à Gratiano piè nouerit esse statutum: At cum per totum<sup>b</sup>, inquit, ferè Orbem à pluribus retro Principibus inhibita, interdictaque sint, Romæ autem à fratre clementiæ tuæ augustæ memoriæ Gratiano fidei veræ ratione sublata sint, & datis antiquata rescriptis: ne, quæso, vel fideliter statuta conuellas, vel fraterna præcepta rescindas. De negotiis ciuilibus si quid statuitur, nemo putat esse temerandum; & præceptum de religione calcatur? ] sed & ne clarissimi viri Symmachi moueretur auctoritate, illud inculcat: Deferendum merito clarorum virorum & ego suadeo, sed Deum certè esse omnibus præferendum. Si de militari est consulendum, debet exercitati in præliis viri expectari sententia. Quando de religione tractatus est, Deum cogita. Nullius iniuria est, cui Deus omnipotens antefertur, &c. ] Illudque vehementer cauendum ingerit, ne putet ab vniuerso Senatu rogari quod per Symmachum peteretur, sed malè ab eo vsurpatum esse Senatus nomen; quod à Gentilibus tantummodo Senatoribus constaret esse decretum: cui si quis Imperator Christianus annuisset diceretur, talem hac ex parte reprehensione existimari debere dignum. Ceterum à paucis Senatoribus Gentilibus eam docet factam esse suggestionem, ipsam verò Curiam maiori numero Christianorum esse refertam; quibus refragantibus, talia illos indigna Christiani Imperatoris auribus ingessisse.

<sup>a</sup> Ambrosii epistolæ 30.

<sup>b</sup> Quam cauere agat Ambrosius.

Admonuit insuper ut petitionem illam deferat ad Theodosium Imperatorem, ut rem grauissimam, neque absque illius arbitrio decernendam; utque in causa religionis Episcopos consulat. Petiit & relationis exemplum, quo respondeat, ut ita consulus Theodosius vtriusque partis iura perpenderet. Quod si petitam ab Episcopis religionis defensionem Valentinianus ipse impertire negligeret, quid Ambrosius eidem comminatus sit, audi: Certè, inquit, si aliud statuitur, Episcopi hoc æquo animo pati & dissimulare nõ possumus. Licebit tibi ad ecclesiam conuenire, sed illic non inuenies sacerdotem, aut inuenies resistentem. Quid respondebis sacerdoti dicenti tibi? Munera tua non querit Ecclesia, quia tēpla Gentilium

A Gentilium muneribus adornasti. Ara Christi dona tua respuit, quoniam aram simulacris fecisti, &c. ] Sed & ne Valentinianus defensionem erroris, suam pueritiam excusaret, Ambrosius ista subintulit: Quid respondebis his verbis? Puerum esse te lapsum? Omnis ætas perfecta Christo est: omnis Deo plena pueritia fidei comprobatur: paruuli etiam Christum intrepido aduersus persecutores ore confessi sunt. ] At hæc omnia Ambrosius non tam ad Valentinianum, quam ad Iustinam eius matrem, cuius arbitrio ipse moderabatur Imperium, voluit esse directa, atque plenius innotescere.

Misit petitem Valentinianus ad Ambrosium Symmachi petitionis libellum, quem ipse contrariis scriptis ita redarguit & confutauit, ut absque perendina dilatione Ambrosio causa adiudicata fuerit: de qua victoria illud extat elegans Ennodij distichon:

*Dicendi palmam Victoria tollit amico, Transit ad Ambrosium: plus fauet ira deo.*

B Sed & Aurelius Prudentius vir Consularis aduersus eandem Symmachi relationem egregium poema conscripsit, eundemque sectum in duos libros, quorum priori deorum Gentilium vanam mendacemque superstitionem redarguit & scitè confutat, Crucisque potèntiam ac gloriam prædicat, cuius virtute Roma à prauorum demonum dominio vindicata surrexerat, posteriori verò quæ à Symmacho suggesta essent, disertè refellit, penitusque dissoluit. Ceterum poema illud sub Honorio Imp. à Prudentio esse elaboratum constat, ut suo loco dicturi sumus. Sed miro quodam Dei consilio his temporibus accidit, ut idem ipse, qui pro Vestalibus virginibus tanta cū laude apud Imperatorem Symmachus egit, earum Primigeniæ, siue dixerimus Vestalium primæ lapsu vehemèter oportuerit pudore suffundi: de cuius inferendo antiquo ritu supplicio, idem ipse quasi sacrorum acerrimus vindex magnopere laborauit. extant de his duæ eiusdem epistolæ, quarum prior sic se habet<sup>a</sup>:

MAXIMAE VESTALIS LAPSVS.

More institutoque maiorum, incestum Primigeniæ<sup>a</sup> dudum apud Albam Vestalis Antistitis, collegij nostri disquisitio deprehendit; quod & ipsius quæ contaminauit pudicitiam sacram, & Maximi cum quo nefandum facinus admisit, confessionibus clariuisse, Gesta testantur. Restat, ut in eos, qui carimonias publicas abominando scelere polluerunt, legum seueritas exeratur<sup>b</sup>. Quæ tibi actio de proximi temporis exemplo seruata est. Et ideo dignaberis, Reipublicæ utilitatem, legesque considerans, facinus cunctis vsque ad hunc diem sæculis seuerissime vindicatum, competenter vlcisci. Vale. ] ita Symmachus vnus ex Pontificibus ad Urbis Præfectum, quem in facinus cupit vltorem insurgere, ut declarent posteriores eiusdem Symmachi scriptæ litteræ: quibus pariter intelligas, iura Pontificis Maximi agendi more patrio, & iure antiquo aduersus huiusmodi facinorosos reos, ab Imperatore collata fuisse in Præfectum Urbis. Epistola autem sequens sic se habet<sup>b</sup>:

<sup>a</sup> Symmach. lib. 9. epist. 118.

<sup>b</sup> Primogeniæ SYMMACHI EPIST. DE LAPSV VESTALIS. excruciat

Secundum proximæ ætatis exempla, clarissimo & excellentissimo viro fratri nostro Præfecto Vrbi<sup>a</sup> Primigeniæ virginis, quæ sacra Albana curabat, à collegio nostro vindicta delata est. sed quia litteris eius causæ probabiles asseruntur, quod neque muros Urbis æternæ tanti criminis reum fas sit intrare, neque ipse ad longinqua possit occurrere, cum facinus vbi admissum est debeat expiari: necesse esse perspeximus, potestatem finitimam conuenire, & cui prouinciarum iura mandata sunt, ut in Primigeniam quæ publici criminis maculauit arcana, corruptoremque eius Maximum, qui quidem flagitium non negauit, seueritas super<sup>b</sup> his adhibita criminibus exeratur<sup>c</sup>. dignaberis igitur, consideratis confessionibus, quæ nefandi criminis tragœdiam prodiderunt, iniuriam castissimi sæculi reorum supplicij vindicare. ] hæc tenus Symmachus. Quale autem esse soleret supplicium corruptis Vestalibus irrogandum, diximus in notis ad Romanum Martyrologium. Hæc quidem contigisse post relationem Symmachi, atque S. Ambrosij responsionem, ex eo facile possimum intelligere; quod cum alia plura in septem illas Virgines (neque enim hunc numerum excedebant) idem exprobrat, certè tantum in eisdem facinus exaggerare minimè prætermisisset, id exigente pondere magnæ causæ, cuius pro Christianorum parte forte patrocinium suscepisset. Sed reliqua huius anni ad Symmachum pertinentia prosequamur.

<sup>a</sup> Symmach. lib. 9. epist. 119.

<sup>b</sup> Vrbi incoctata Primogeniæ.

<sup>c</sup> semper excruciat

Hoc item anno, cum idem Symmachus (ut dictum est) Urbis Præfectum ageret, aduersus ipsum à quibusdam ad Imperatores libellus accusationis allatus est, quo querebantur, Christianos ab ecclesiis auulsos, coniectos fuisse ab eo in carcerem; insuper Episcopos è vicinis ciuitatibus ab eodem petitos, in vincula esse coniectos. Res quidem primo auditu sacrilega, quæ aures Valentiniani plurimum offendit, eiusque animum in

NOVA QVÆ REFLA ADVERSUS SYMMACHVM.

CHRISTI  
384.DAMASI PAP.  
18.VALENTIN. 9.  
THEODOSII 6. IMPP.

eumdem magnopere concitavit; rescribensque iussit victos liberos relaxari, ipsumque A  
Symmachum durius increpuit. Relatio hæc contra Symmachum fortè ab schismatico ali-  
quo prouenit, qui Vrsicino faueret: cum enim contra legem exilij vna cum suis Romam  
hoc tempore se contulisset, paulo post dicimus. Qui igitur schismaticis obstiteret, in Chri-  
stianos sæuisset, falso delatus est. At quid pro sui defensione Symmachus ipse rescripse-  
rit, videamus.

<sup>2</sup> Symmach.  
lib. 10. epist.  
34.

DDD. AAA. Valentiniano, Theodosio, & Arcadio Symmachus Præfectus Vrbis.  
Scio quidem, naturæ humanæ vitio, probitatem subiacere luori: sed miror eo progres-  
sas insidias æmulorum, vt crudo mendacio infantis fama peteretur, DDD. IMPPP.

SYMMACHI  
LITTERAE  
AD VALEN-  
TINIANVM

Quid enim non audeant, quidve intèntarum relinquunt, qui in arce terrarum Christianæ B  
legis iniuriis vindicata fana finxerunt? Fleuit, credo, scenæ istius fabricator, cum de eccle-  
siæ penetralibus raptos ad tormenta simularet, cum de longinquis ac de finitimis vrbibus  
duci Antistites in vincula describeret. Neque enim serenum clementiæ vestræ animum  
sine his argutiis compulisset sacro edicto populum conuenire, vt asperioribus, quàm pieta-  
ti vestræ mos est, litteris, Præfectum, quem sine ambitu legistis, argueret. Reddat nunc,  
quisquis ille est, causas fallaciæ suæ; qui sub occasione iustæ inquisitionis, qua me cul-  
tum spoliatorum mœnium inuestigare iussistis, tragicas quæstiones de ministris Catho-  
licæ iactat agitas. Respondeant litteris Episcopi Damasi, quibus affectatores eiusdem re-  
ligionis negavit vllam contumeliam pertulisse. Non magnoperè officij mei prætendo  
responsa; à quo ideo quærita est rerum fides, ne factum aliquod recordationem quæsitio-  
ris effugeret.

Credatur eius legis Antistiti, quæ læsa simulatur. Credatur Præfecto, qui perennitatis  
vestræ admonitus edicto, miratur in procinctu creditum, quod Roma nescit admissum. C  
Omitto iniuriam Præfecturæ & conscientiæ meæ: quando eo processit insinulatio, vt vos  
quoque ipsos auctores honoris mei quadam reprehensione perstringat: nam qui summi  
loci Iudices decolorant, sacri testimonij facilitatem videntur inceslere. Iamdudum me  
Diuus genitor numinis tui præcipuo honore dignatus est, ille meritorum arbiter singula-  
ris, cuius Imperium cum moribus recepisti. Paternum sequere; tuum tuere iudicium. ]  
& post aliqua: Vnum illud, inquit, adiiciens, vt me perennitas vestra necessitate inquisi-  
tionis eius absoluat, cuius auctoritatem referri ad scrinia Palatina iussistis. Nam si tantum  
de me improbis licuit extante præcepto: quid retractatis litteris non licebit? Sanè laudabi-  
li viro Episcopo denegante vllum è suis aut carcere, aut vinculis attineri, & Officio eadem  
suggerente, ignoro quos potissimum præceperitis absolui. Tenent quidem leges vario-  
rum criminum reos, sed, vt comperi, à mysterio Christianæ legis alienos. Quid igitur ater-  
D nitas vestra decernat, deuotus opperiet, &c.]

DAMASI  
OBITVS  
TEMPVS.

Intelligis ex his ad hunc vsque annum etiam, quo Symmachus Vrbis Præfectu-  
ram gerebat, Damasum Romanum Pontificem fuisse superstitem: vt & hinc cognoscas  
Marcellinum Comitem in Chronico errore lapsum, dum ante biennium sub Consula-  
tu Antonij & Syagrii, mense Octobris, Damasum defunctum ponit. Obiit verò ille hoc  
anno, tertio Idus Decembris, quo die natalis eius inter sanctos adscriptus antiqua memo-  
ria perseuerat, quem iam prope octogenarium decessisse, auctor est S. Hieronymus, qui  
(vt vidimus) Romæ apud eum hoc tempore agebat, nec nisi post eius ad Deum migratio-  
nem ab Vrbe recessit. Consultius itaque Prosper in Chronico sub huius anni Consulibus  
collocat in laterculo obitum Damasi, licet mendosè pro suffecto Siricio Vrsicino lega-  
tur: absque enim aliqua controuersia electum fuisse Siricium, paulo inferius dicturi E  
sumus.

Sed vt quæ sunt temporis firmius stabiliantur, ex alia quoque ratione deducimus hoc  
anno Damasum decessisse. Cum enim constet ex his quæ superius dicta sunt, S. Hierony-  
mum vna cum Paulino & Epiphano venisse Romam, Antonio & Syagrio Coss. anno Do-  
mini trecentesimo octogesimosecundo, idemque dicat<sup>b</sup> penè triennium Romæ mansisse  
cum Damaso, nec inde recessisse, nisi ipso defuncto: cumque liqueat mense Augusti<sup>c</sup>  
anni sequentis ex Vrbe egressum esse: vtique affirmare opus est, hoc anno mense Decem-  
bris Damasum ex hac vita migrasse. Obiit igitur hoc anno dicta die vndecima Decem-  
bris, cum sedisset vsque ad annum decimum octauum inchoatū per menses tres minus die-  
bus quatuor: nam quem vidimus sedere cœpisse anno Domini trecentesimo sexagesimo-  
septimo, die decima quinta Septembris, perseuerasseque vsque ad præsentem annum,  
diemque

<sup>b</sup> Hier. epist.  
99.  
<sup>c</sup> Hier. Apolo-  
getica. Russi.  
ANNI PON-  
TIFICATVS  
DAMASI.

CHRISTI  
384.DAMASI PAP.  
18.VALENTIN. 9.  
THEODOSII 6. IMPP.

A diemque vndecimam mensis Decembris, dictâ temporis periodum impleffe eū oportuit.

Extant Acta Damasi in Ecclesia olim recitari solita apud nos in duobus codicibus per-  
uetustis, nempe quinto atque decimo tomo VV. SS. exhibet eadem codex Vaticanus, &  
alius S. Mariæ Maioris, quem vidimus<sup>a</sup>, in quibus ad finem hæc leguntur: Vt plura præter-  
eam, ea nullo modo reticebo, quæ Petrus sedis Apostolicæ diaconus in sermone quem  
in honorem beati Damasi edidit, in eiusdem Titulo contigisse commemorat. ait itaque  
fratribus præfati Tituli: Iam crebro, fratres, vidistis hic dæmonia effugata, febricitan-  
tium corpora sanata, & quod maius est, clynicos & contractos extensos, vt nuper visum est  
in homine incesflu vestigiorum priuato: qui huius ante fores ecclesiæ positus, cum non dif-  
fideret se sanatum iri, eatenus per se cœpit sustentaculis ligneis repere, quatenus huc po-  
tuit pertingere: cui sic demum (vt ipse professus est) lux ex improuiso accedens, velut lam-  
pas effulsit, & illico pedum vestigia reparauit. Quod verò sequitur, non solum scripta eius-  
dem Tituli, verum etiam picturæ declarant. Fuerunt duo homines non semper sanæ men-  
tis, quos medici lunaticos vocant, ipsam basilicam frequentantes, & vt salutem reciperent,  
beatum Damasum continuis precibus exorantes. Quadam itaque die venientes ante se-  
pulchrum eius, se prostrauerunt, lachrymantes plus solito, Dei misericordiam per sancti  
Damasi subsidium implorantes: cumque ardentè hoc facerent, exauditi sunt; & recupe-  
rata salute, Dei magnalia prædicabant; atque percepti beneficij non immemores, coma  
capitis detonsa, omnibus diebus vitæ suæ ipsorum in eodem loco Domino seruiens.  
Hæc autem miracula alij beato Laurentio martyri, alij beato Damaso deputant confessor-  
ri: nos autem in miraculis non diuidimus, quos vna patria genuit, vna Ecclesia (nempe Ro-  
mana) promouit, vna basilica colit in terris, vnus Dominus honorat in cælis. ] hæc auctor.

<sup>a</sup> Vol. 1. Vit.  
Sanctor. pag.  
35.  
MIRACULA  
POST OBI-  
TVM DAMA-  
SI PAPA.

C Supererant adhuc aliqui additi Vrsicino, qui Damaso, licet defuncto, tantam gloriam in-  
videntes, dicerent, non meritis Damasi, sed intercessione S. Laurentij ea patrari miracula.  
At eius intercessione miracula facta esse, qui reperitur ab agrotantibus inuocatus, quis du-  
bitat? sæpeque Deum per confessorem impertiri complura, quæ à martyre accipi minime  
valuerunt, idque ob illustrandam memoriæ confessoris fieri, plurima exempla decla-  
rant. Tu de his interim consule quæ S. Augustinus habet in epistola centesima decimase-  
ptima, vbi agit de S. Felice Nolano confessore vltore periurij. Ceterum qui post mortem  
miraculis coruscavit, viuens quoque iisdem à Deo insignitus est, quorum vnum & per insi-  
gne quidem ex eodem fonte hic describemus.

Dum adhuc itaq; superstes in vita Damasus esset, illud ab eo in iisdem Actis miraculum  
editum legitur: nimirum, cæcum annis tredecim, oculorum luce penitus orbatum occur-  
D rrisse Damaso redeunti è basilica Vaticana, vbi super altare Petri Apostoli Missam celebra-  
rat: magnaque fide clamasse, vt eius ad Deum precibus illuminaretur: Cum Damasus ali-  
quantisper cunctabundus, fide tamen perentis victus, signauit oculos eius signo Crucis,  
illa adiiciens verba: Fides tua te saluum faciat. Et confestim aperti sunt oculi eius, & vidit,  
& Deo gratias egit, eiusque sanctissimo sacerdoti Damaso. Hæc inquam ex dictis Actis  
eius antiquitus scriptis. Putamus quidem eiusmodi tunc diuina virtute editum esse mira-  
culū, quo populus Vrsicini diuisus schismate, eo saltem signo, qui legum sacrarum sancita  
non nosset, perspicuo intelligeret, qui verus legitimusque Pontifex esset, illumque verum  
esse non dubitaret Antistitem, cui Deus eo signo fuerat suffragatus.

MIRACU-  
LYM A DA-  
MASO VI-  
VENTREDE-  
TVM.

At non inter sanctos dumtaxat Damasus miraculis clarus adnumeratur, sed & inter scri-  
ptores Ecclesiasticos à S. Hieronymo recensetur, multaque metro edidisse traditur: sed &  
E de Virginitate plures scripsisse libros tum carmine tum soluta oratione, superius eiusdem  
Hieronymi testimonio dictum est. Visuntur adhuc Romæ ipsius nonnulla epigramma-  
ta martyrum sepulchris incisa, sed ex eis per pauca integra. Ex quibus (vt aliquid degustes)  
hic tibi reddimus vnum, quod integrum habetur in titulo Equitij.

DAMASI  
SCRIPTA.

*Martyris hic tumulus, magno sub vertice montis  
Gorgonium retinet, seruat qui altaria Christi.  
Hic quicumque venit, sanctorum limina querat,  
Inueniet vicina in sede habitare beatos,  
Ad cælum pariter pietas quos vexit euntes.*

Damasi Episcopi.]

Quæ verò fertur nomine Damasi breuiter texta series Vitarum Romanorum Pontificum,  
alterius potius quàm ipsius esse opus, alibi diximus, ac sæpius inculcauimus.

Annal. Eccl. Tom. 4.

T t 3

Quæ

CHRISTI  
384.DAMASI PAP.  
18.VALENTIN. 9.  
THEODOSII 6. IMPP.

Quæ autem de eodem Damaso in ipso libro de Romanis Pontificibus scripta habentur (explosis his quæ mendacij arguuntur, vt quæ dicuntur de temporibus Iuliani, de Episcopatu Vrsicini, & aliis) hæc sunt: nempe, duas basilicas ipsum exædificasse, alteram ad Thearum Pompeij, via Ardeatina alteram: exornasseque locum ad Caracumbas, vbi aliquando iacuerant corpora Apostolorum, struxisseque ibi platoniam, & epitaphium conscripisse.

Quod verò ad platoniam pertinet: Ado legit Placoma, nostra manuscripta Placoron habent, & quidem rectius: per quod puto intelligi ecclesie pauimentum tabellis marmoreis variis figuris decorè stratum. Tradit enim Zonaras in Constantino Magno, ab eo Constantinopoli extructum fuisse forum, quod Placoron nominatit; ex eo, inquit, quod ex tabellis lapideis instratum esset. Porro huiuscemodi ornatu, & summa quidem impensa sterna consueuisse olim ecclesiarum pauimenta; quæ adhuc extant integra, vel aliqua ex parte dissipata, demonstrant. Quod si Platoniam legendum contendis, vt aliis plebique in locis idem nomen inuenitur expressum: quid per platoniam intelligendum sit, vt veritatem valeas certius assequi, vide quod habes apud Cassiodorum\*, per platonias posse intelligi marmoreas tabulas ad ornatum comparatas, ac proinde platoniam struere, nihil aliud esse, quàm parietes marmoreis tabulis incrustare. Sic & intelligendum, quod in eodem libro legitur de Liberio: Hic de platonis marmoreis ornauit sepulchrum S. Agnetis. ] In compluribus antiquis Romæ ecclesiis adhuc visere licet eiusmodi platonias superesse:

In eisdem Actis Damasi habetur, ab eo absolutâ ecclesiam sanctarum virginû & martyrum Ruffinæ & Secundæ in Silua candida. Rursus de eodem in dicto libro de Romanis Pontificibus legitur, quæsisse insuper corpora sanctorum martyrum, atque inuenisse; necnon Concilia martyrum (nempe, vt alibi declarauimus in Notis, vbi plura sunt sepulchra martyrum, cœmeteria scilicet) versibus pariter illustrasse. Narrantur ibidem dona ab eodem collata basilicæ S. Laurentij, quam erexit in Titulum. Quid autem operis in basilica Vaticana idem Damascus egerit, sic sequens epigramma declarat, quod affixum olim in pariete eiusdem basilicæ, in codice peruetusto exscriptum extat inter vetera eiusdem ecclesie monumenta:

*Cingebant lacus montem, teneroq; meatu  
Corpora multorum, cineres, atque ossa rigabant.  
Non tulit hoc Damascus, communi lege sepultos  
Post requiem tristes iterum per soluere pœnas.  
Protinus aggressus magnum superare laborem,  
Aggeris immensi deiecit culmina montis.  
Intima sollicitè perscrutans viscera terræ,  
Siccavit totum quicquid madefecerat humor.  
Inuenit fontem, præbet qui dona salutis.  
Hæc curauit Mercurius leuita fidelis. ]*

Porro de eodem fonte baptismali Prudentius in Peristephano, cum agit de passione Petri & Pauli, deque basilica Vaticana, hæc habet:

*Dextra Petrum regio rectis tenet aureis receptum,  
Canens oliua, murmurans fluente.  
Namque supercilio saxi liquor ortus, excitauit  
Fontem perennem chrismatibus feracem.  
Nunc pretiosa ruit per marmora, lubricatq; cliuim,  
Donec virenti fluctu & Colymbo  
Interior tumuli pars est, vbi lapsibus sonoris  
Stagnum niuali voluitur profundo.  
Omnicolor vitreas pictura superne pingit undas,  
Musci relucet, & vire scit aurum,  
Cyaneusq; latex umbram trahit imminentis ostri.  
Credas moueri fluctibus lacunar.  
Pastor oues adit, ipse illic gelidi rigore fontis  
Videt sistere quas fluente Christi. ]* hæc Prudentius, alludens ad amplissimum fontem baptismatis, qui nuper à Damaso constructus erat.

Porro

CHRISTI  
384.DAMASI PAP.  
18.VALENTIN. 9.  
THEODOSII 6. IMPP.

A Porro alterius fontis in atrio positi structura sic describitur à S. Paulino, qui hoc etiam tempore claruit, atque vidit. In epistola enim ad Aletium\* de funere ab eo impensio Ruffinæ coniugi, filix sanctæ Paulæ, cum agit de eadem basilica Apostolorum, hæc habet: Præterito nitens atrio fusa vestibulo est: vbi cantharum ministra manibus & oribus nostris fluente ructantem fastigiatus solido ære tholus ornat & inumbrat, non sine mystica specie quatuor columnis salientes aquas ambiens, &c. ] declaratque pluribus structurae mysterium. Quæ omnia Damasi operi tribuuntur, cum ante ipsum aquæ dispersæ nullius usus, sed detrimenti essent mortuorum sepulchris, ipsi nimirum cœmeterio Vaticano. Ceterum quod ad fontem baptismalem spectat, quem ipse extruxerat: illud in Actis eius miraculum enarratur, acceptum ex sermone habito in eiusdem Damasi depositione: extat apud nos tomo quinto Vitarum sanctorum manuscripto; vbi auctor: Nuper, inquit, res hæc gesta est, quam factam vidimus, &c. ] ait enim (vt rem paucis comprehendamus) Sabbato Paschalis festiuitatis, cum compressio magna esset, baptismi tempore puerulum è manibus gestantis hominis lapsum, ad imaque fontis delatum, ab omnibus deploratum esse vt mortuum: cum autem Damascus oculos ad cælum eleuasset, ac pro ipso orasset, post horæ spatium puerulum iussu Damasi ex profundo aquarum vix eductum, inuentum esse præter spem & expectationem omnium viuum sanumque vt antea erat: tuncque ab vniuerso populo immensam Dei potentiam, & Damasi sanctitatem magno præconio conclamaram fuisse.

Sed rursus ad ea quæ in dicto libro de Romanis Pontificibus de Damaso scripta habentur, reuertamur. Quæ autem ibi sequuntur, appendicem putamus adiectam; qua de Damaso dicitur, eius præcepto institutum, vt die noctuque psalmi in ecclesiis canerentur: quod planè falsum est. Sed fortasse aliqua potius forma ab eo præscripta fuit: etenim falso asseritur cantus psalmodiarum à Damaso institutus: siquidem ab ipso exordio nascentis ecclesie viguisse in Ecclesia Catholica cum cantu diurnam nocturnamque psalmodiam, certum est. Equidem illud puto, quod ad psalmodiam pertinet, emendatum à S. Hieronymo Psalterium Septuaginta interpretum, à Damaso canendum Occidentalibus traditum: de ipso enim idem Hieronymus in Apologia aduersus Ruffinum hæc habet: Psalterium quoque certè emendatissimum iuxta Septuaginta interpretes nostro labore dudum Romam suscepit. ]

Acceptis hisce S. Hieronymi lucubrationibus in Psalterium Davidis Damascus, laudem tanti Regis atque Prophete his cecinit versibus, quos reperimus in bibliotheca Basilicæ S. Petri, codice primo S. Hieronymi, qui continet expositionem eius in Psalmos. Habet eisdem codex Vaticanæ bibliothecæ, licet vtrobiusque admodum deprauati legantur.

Versus Damasi in laudem Davidis.

*Nunc Damasi montis aures præbete benignas,  
Sordibus depositis purgant penetrantia cordis,  
Curia\* cum renouant Christo seruire parati.  
Prophetam Christi sanctum cognoscere debes.  
Pastorem puerum multis è fratribus vnum,  
Angelus ex ouibus rapuit, regemq; dicauit.  
Organa qui sciret manibus componere solus.  
Psallere per citharam populo caelestia regna.  
Ingentem, clypeoq; graui, frustra, minantem  
Impium, maledicum phalaras ac tela gerentem,  
Surdorum demens coleret qui templa Deorum,  
Mactauit saxo tereti, truncumq; reliquit.  
Iudicioq; Dei ingenti mox cade peracta  
Monstrauit populus, tulerat qua ex hoste trophæa.  
Nam Damascus scit sancte tuos, Deus, ipse triumphos. ]* His subiiciuntur sancti

Hieronymi versus, quos recinens ad S. Damascum misit, habent eos idem Codices, eiusmodi inscriptione.

Versus Domini Hieronymi presbyteri.

*Psallere qui docuit dulci modulamine sanctos,  
Nouerat iste, decem legis qui verba dedisset.*

Quos

RESORTAE  
A DAMASC.\*Cassiod. Vn-  
rin. lib. 3.  
epist. 9.FONS BA-  
PTISMATIS  
IN VATICANA  
NO.\*Paulin. epist.  
31.  
FONS PATRII  
BASILICAE  
VATICANAE.

*Quot digitis citharam chordis toridemq; dicant,  
Nomina vel signum numerum Crux ipsa notaret.  
Credere quid dubitas? virtus regit omnia Christi.  
Qui varias iunxit vno sub carmine linguas,  
Vt pecudes, volucresq; Deum cognoscere possint.  
Hic sonus est fidei, mentes qui mulcet amaras.  
Sic creatura prior tanto de munere gaudet,  
Offerat vt Domino, saluet quos gratia vocis.  
Quisque suus, veniat cupiens haurire fluenta.  
Inueniet latices, seruant qui dulcia mella.*

Oret pro nobis beatitudo tua Beatissime Papa.

Hic etiam quod ad Damasum spectat: non omittendum, sanctum Gregorium trade-  
re, ex Hierosolymorum Ecclesia per sanctum Hieronymum Damasum accepisse, vt Ro-  
mana Ecclesia concineret Alleluia: sunt enim hæc verba Gregorij: Vt Alleluia hic di-  
ceretur, de Hierosolymorum Ecclesia ex beati Hieronymi traditione, tempore beatæ  
memoriæ Damasi Papæ traditur tractum. ] ita ipse. Quod quidem non sic accipiendum  
est, vt tempore Damasi cani cœptum sit Romæ Alleluia, sed vt caneretur extra Paschale  
tempus, vt idem Gregorius supra declarat: nam huius vocis vsus Romæ perantiquum  
fuisse, certum est: siquidem sanctus Augustinus non recentiori vsu, sed antiqua tradi-  
tione ab Ecclesia Catholica toto Orbe diffusa, Alleluia cantari solitum tradit. Ceterum pec-  
uliarem quemdam eius vocis vsus ab Ecclesia Hierosolymitana Romanam Ecclesiam  
mutuatam esse, possumus ex verbis Gregorij intelligere: eius enim vocis vsus diuerfas  
fuisse consuetudines, idem sanctus Augustinus ad Ianuarium scribens affirmat: idemque  
alibi tradit, certis tantum diebus moris fuisse solemniter decantari: diebus autem  
Quadragesimæ ab eo cantico cessari solitum, alibi docet. Sed habetur apocrypha illa  
Hieronymi nomine ad Damasum epistola, qua dicitur, vt Alleluia psalmis omnibus as-  
figatur.

Quod autem de his ad Romanæ Ecclesiæ consuetudinem pertinet: hallucinatur planè  
Sozomenus, dum ait, in ea non nisi semel in anno cani solitum Alleluia: nam Vigilanti-  
um hæresiarum eius institutionis auctorem fuisse, conatumque eam Hierosolymis in-  
troducere, testatur Hieronymus in eo quem aduersus eundem Vigilantium scripsit comen-  
tariū. Ceterum Romæ hæc temporibus Damasi & successorum adeo frequenti  
vsu eam vocem fuisse receptam liquet, vt etiam in ecclesia caneretur in funere defuncto-  
rum: tradit id sanè idem S. Hieronymus in epitaphio Fabiolæ, vbi ait de funere: Sona-  
bant psalmi, & aurata tecta templorum reboans in sublime quatiebat Alleluia] dum scilicet  
agerentur Fabiolæ exequiæ. Extra ecclesiam verò adeo frequens & peculiaris omnibus  
ista vox, vt ipsi etiam infantes in eius sonum linguam soluere docerentur, quod  
monstrat S. Hieronymus, cum de filia Paula ad Lætiam matrem scribens, tradit infantu-  
lam ore balbutiente consueuisse occinere Alleluia. Sic & Hierosolymis adeo in omnium  
piorum ore Alleluia fuisse, vt agricolæ etiam loco sæcularium cantionum laboris mole-  
stias eo cantico alleuarent, idem affirmat: eius quoque vocis symbolo solitos conuocari  
monachos ad synaxim, alibi tradit.

Atque demum, vt rursus ad Damasum reuertamur, hæc ibidem leguntur ad calcem:  
Hic fecit ordinationes in Vrbe Roma quinque per mensem Decembrem, presbyteros  
creauit triginta & vnum, diaconos vndecim, Episcopos per diuersa loca numero sexaginta  
duos: Qui etiam sepultus est via Ardeatina in basilica sua, tertio Idus Decembris, iuxta  
matrem & germanam. ] Porro inde translatum fuisse in ecclesiam S. Laurentij ad Thea-  
trum Pompeij, quæ dicta sunt superius docent. Cessasse autem Pontificatum dies triginta  
& vnum, ibidem æquè legitur, quamobrem subrogationem Siricij successoris non ante  
sequentem annum contigisse apparet: agemus ergo de ea suo loco.

Ad postremum autem hic subiicimus tibi eiusdem Damasi epitaphium, quod ipse vi-  
uens sibi conscripsit, pium valde: acceptum est ipsum ex peructusto codice bibliothecæ  
Treuericæ ecclesiæ S. Petri. Exscripsit illud Christophorus Brouvverus, Societatis I E S V  
professor, Romam verò ad nos misit Nicolaus Serarius eiusdem Societatis professor, hac  
inscriptione prænotatum.

A

DE ALLELU-  
1. A.  
\* Greg. lib. 7.  
epist. 63.

<sup>b</sup> Aug. in Psal.  
106.

<sup>c</sup> Aug. epist.  
119 cap. 17.  
<sup>d</sup> Aug. in Psal.  
118.  
<sup>e</sup> Idem in Psal.  
110.

<sup>f</sup> Sozom. lib.  
7. cap. 19.

<sup>g</sup> Hier. epist.  
30.

<sup>h</sup> Hier. epist. 27.

<sup>i</sup> Hier. epist.  
17.  
<sup>k</sup> Hier. epist.  
27.

Epitaphium Papæ Damasi, quod sibi edidit ipse.  
*Qui gradiens, pelagi fluctus compressit amaros,  
Viuere qui prestat, morientia semina terra,  
Soluere qui potuit Lazaro sua vincula, mortis  
Post tenebras, fratrem post tertia lumina solis  
Ad superos iterum Mariæ donare sorori,  
Post cineres Damasum faciet quia surgere, credo.*

Hoc eodem anno S. Augustinus, vt ipse testatur, a Symmacho Præfecto Vrbi, cuius  
functionem hoc anno contigisse monstrauimus, Mediolanum aperiendi causa ibi ludum  
litterarum, & docendi rhetoricam, mittitur. Accepit libenter eam occasionem, quod do-  
cens in Vrbe discipulos parum fideles nactus esset: quippe admodum illiberaliter, cum  
tempus adueniret persoluendæ mercedis, simul conspirantes nonnulli ex ipsis, effecti de-  
sertores, ad alium doctorem se conferebant. Porro eius Mediolanum aduentus non so-  
lum Præfectura Symmachi consignatur, sed etiam Consularibus factis. Siquidem contra  
Petilianum agens affirmat, Mediolanum venisse ante Consulatam Bautonis, qui anno  
sequenti contigit. Sed & ex annis ætatis eiusdem Augustini id etiam exploratum redditur:  
nam cum alibi dicat se tunc fuisse annorum triginta adhuc, & errore Manichæorum  
detentum; ex præscripta quidem superius annorum Augustini chronographia; planè de-  
prehenditur, annum ætatis eius trigésimum inchoari cœpisse hoc anno Domini trecenti-  
tesimo octuagesimo quarto. Sed videamus quid ipse de sua Mediolanum profectio-  
ne conscribat.

Postquam, inquit, missum est à Mediolano Romam ad Præfectum Vrbis, vt illi ci-  
uitati rhetoricæ magister prouideretur, impertita etiam cœctione publica: ego ipse am-  
bui per eosdem ipsos Manichæis vanitatibus ebrios, quibus vt carerem ibam, sed vtrique  
nesciebamus, vt dictione proposita, me probatum Præfectus tunc Symmachus mitteret.  
Et veni Mediolanum ad Ambrosium Episcopum, in optimis notum Orbi terræ, pium  
cultorem tuum, cuius tunc eloquia strenuè ministrabant adipem frumenti tui, & læ-  
titiæ olei, & sobriam vini ebrietatem populo tuo. Ad eum autem ducebar abs te ne-  
sciens, vt per eum ad te sciens duceret. Suscepit me fraternè ille homo Dei, & peregrina-  
tionem meam satis episcopallyter dilexit: & eum amare cœpi primò quidem non tam-  
quam doctorem veri, quod in Ecclesia tua prorsus desperabam, sed tamquam hominem  
benignum in me. Et studiosè audiebam disputantem in populo, non intentione qua de-  
bui, sed quasi explorans eius facundiam, vtrum conueniret famæ suæ, an maior, minor-  
ve profueret, quam prædicabatur: & verbis eius suspendebat intentus, rerum autem in-  
curiosus & contemptor æstibam, & delectabar suauitate sermonis, quamquam eruditio-  
ris, minus tamen hilarescentis atque mulcentis, quam Fausti erat, quod attinet ad dicendi  
modum. Ceterum rerum ipsarum nulla comparatio: nam ille per Manichæas fallacias  
aberrabat, iste autem saluberrimè docebat salutem. ] hætenus Augustinus de suo  
Mediolanum aduentu, & cum Ambrosio consuetudine: cuius concionibus paulatim est  
emollitus.

Profecit verò adeo Augustinus, vt quos ante errore duci deprehendisset, iam Mani-  
chæos penitus derelinquere animo decreuerit, non tamen vt ob id fieret Christianus, sed  
ad Academicos se conferret: eo namque statu sancta Monica mater eius, affectata vesti-  
gia filij, Mediolanum veniens, ipsum inuenit, plurimumque gauisa est, iam præuidens  
fore etiam aliquando Christianum. Adhæserant Augustino gentiles eius, Alipius Hip-  
ponensis & Nebridius patria vicina Carthagini oriundus: horum prior Romæ ab Augu-  
stino inuentus, vna cum ipso Mediolanum profectus est; posterior ea de causa, relicta  
Africa, Mediolanum se contulit, vt cum eodem Augustino conuiueret. Deducebat in-  
terea Alipius eum ab vxore ducenda. Romanianus quoque municeps Hipponensis (ad  
quem Paulini extant litteræ) arctæ consuetudinis vsu eidem Augustino proximè acce-  
debat. Cum inter hæc eius concubina in Africam vnde venerat rediit, relicto illi filio,  
quem ex eo susceperat, Adeodato. quibus solutus ille vinculis, e tenebris paulatim in lu-  
cem cœpit emergere.

Interea autem Monica sanctissima femina pro filij salute sollicita, frequens in sacris  
conuentibus atque assidua in ecclesia erat. Tunc accidit, vt cum epulas ferret ad Me-  
morias martyrum (quæ erogari solebant in cibos pauperum, qui in ecclesiam in mar-  
tyrum

<sup>a</sup> Aug. confess.  
lib. 1. c. 13.

<sup>b</sup> Aug. lib. 5.  
cap. 12.

<sup>c</sup> Aug. cont.  
litt. Petil. 2.

<sup>d</sup> Aug. Con-  
fess. lib. 5. cap.

<sup>e</sup> Aug. Conf.  
lib. 5. cap. 13.

AMBROSIVS  
ERGA A V-  
GVSTINVM  
BENIGNVS.

<sup>f</sup> Aug. Conf.  
lib. 5. c. 14.  
AVG. TRAN-  
SIT AD ACA-  
DEMICOS.

<sup>g</sup> Aug. Conf.  
lib. 6. c. 19.

<sup>h</sup> Ibid. c. 13.  
14. & 15.

S. MONICA  
VENIT ME-  
DIOLANVM.

Epita-

tyrum natalitiis ad Agapen conuocabantur : id enim non tantum in Africa fieri solitum erat, sed Romæ quoque in memoriam defunctorum, vt apparet ex epistola Paulini ad Ale-

Aug. epist. 64.

Aug. epist. 118.

Ambros. de sacram. lib. 3. cap. 1.

AVGVSTI- NVS RESI- PISCIT TANDEM.

Aug. de do-ctr. Christ. li. 2. c. 25. Cetero. vna Iulian. Felug. c. 7. at- que Retract. lib. 2. cap. 4. Aug. epist. 84.

Aug. Conf. lib. 6. cap. 11.

AVGVSTI- NVS DIV- ERRANS REDIT AD PORTVM.

Aug. de vi- lit. credenti. cap. 8. THEODO- SII EDI- CTVM CON- TRA HÆ- RETICOS P. 13. de he- rei. C. Theod.

Cum igitur (vt ad ipsum Augustinum redeamus) à Manichæis ipse laudabiliter dese- cisset, Platonicis se dogmatibus totus addixit, coluitque summopere Academicos. Vige- bant tunc temporis & magnæ æstimationis erant apud plurimos Gentiles philosophi, præ- fertim verò Academici, qui quasi soli essent, qui vniuersum mundum veritatis luce per- funderent; quicquid apud alios reperiri posset consentaneum veritati, id à sua ipsorum philosophia acceptum esse, inani iactantia gloriari solerent: & eo vsque progressa est eorum temeritas, vt palam essent à Platone Christianos accepisse de fide sententias, quas Euangelista Ioannes suæ narrationis exordio præ foribus exposuisset pro miraculo omnibus contemplandas. Occurrit quamprimum pesti huic grassanti S. Ambrosius qui aduersus Academicos eruditissimè disputans, eos fortissimè erroris redarguit, cuius libros contra Platonem conscriptos idem S. Augustinus magnopere celebrat. erat eorum li- brorum titulus, De Sacramentis, siue de Philosophia: quos idem S. Augustinus in Africam reuersus mitti ad se à S. Paulino petiit. Hic status erat hoc anno atque sequenti ex parte rerum Augustini, cum inter Academicos sedulo profiteretur: apud quos nihil inueniens affirmari certi, æquè desperans de veritate apud eos inuenienda, lassus iam, multorum annorum curriculis indagandæ veritatis causa exul effectus, quam despexerat fidem Chri- stianam, in eam conuicere cœpit oculos, ipsam attentius contemplatus, num quæ in ea essent, solida firmitate subsisterent. Sed quàm egregiè has ipse sui animi afflictiones de- promat, audi f:

Et ego maximè mirabar fatagens & recolens quàm longum tempus esset ab vndeui- gesimo anno ætatis meæ, quo feruere cœperam studio sapientiæ, disponens ea inuenta re- linquere, omnes vanarum cupiditatum spes inanes & insanias mendaces. Et ecce iam tri- cenariam ætatem gerebam in eodem luto hæsitans. ] & paulo post: O magni viri Aca- demici, nihil ad agendam vitam certi comprehendendi potest. Immo queramus diligentius, & non desperemus. Ecce iam non sunt absurda in libris Ecclesiasticis, quæ absurda vide- bantur, & possunt aliter atque honestè intelligi. Figam pedes meos in eo gradu, in quo puer à parentibus positus eram, donec inueniatur perspicua veritas, &c.] Accidit planè Augustino, ac si quis è portu soluens, vndique ventorum turbinibus exagitatus, iactetur vndique fluctibus: qui diu oberrans, omni spe prosperæ navigationis amissa, nihil sibi con- sultius accidere posse intelligit, quàm si ad portum, vnde soluerat, reuertatur: ita nempe qui à decimo nono (vt ait) anno, veritatis indagandæ cupidus, nobilis ingenij vela pande- rat, Manichæorum flatus impetu raptus, cæca offusus diu caligine & in incerto errans, ad- uertit tandem se longè longius à portu, quem quæsierat, veritatis abesse; à quo & remotius aberrasse, cum imprudens Academiam quæsiuit: sed citò sensit, quod non veritatis por- tus, sed re vera statio tantum esset male fida carinis. Quamobrem magno desiderio illum cupere ac querere portum bene cœpit, vnde malè soluisset, ac licet serò, nouit tandem verè illam veritatis tutissimam mansionem, in qua primo ætatis adultæ tempore versatus erat; dum (vt ipse testatur alibi) à parentibus traditus est Ecclesiæ, factusque catechu- menus. Quonam modo autem perfectè postea fuerit affecutus certam veritatem, dice- mus anno sequenti.

Quod verò ad res pertinet Orientis: Theodosius Imperator hæreticos sæpe damna- tos, sæpeque pulsos, iterum reuertentes, seque Fidelium cœtibus in ciuitatibus insinuantes recenti lege proscribit, ita rescribens hoc anno ad Cynegium Præfectum Prætorio:

Euno-

A Eunomiani, Macedoniani, Ariani, necnon Apollinariani inter sacræ religionis officia pro suis erroribus famosa sunt nomina. Omnes itaque, qui harum professionum vel pon- tificium sibi vel ministerium vendicarunt, qui se fugati nominis adserunt sacerdotes, qui- que in criminosa religione ministrorum sibi nomen imponunt; qui docere se dicunt, quod aut nescire, aut discere sit dedecorosum: omnibus huius Urbis latebris indagine curiosior- re perspectis, sine vlla gratiæ interuentione pellantur: in aliis locis viuant, ac penitus à bo- norum congressibus separentur. Dat. XII. Kal. Februarij, Constantinop. Richomere & Clearcho Coss.] Huius quidem iterum faciendæ legis auctor Theodosio fuit Gregorius Nazianzenus, qui licet absens, rurique paterno Arianzi solitariam vitam ageret, tamen haud potuit obliuisci plantatæ à se vineæ, Ecclesiæ scilicet Constantinopolitanæ, quam cum accepisset, dormitante Nectario eius Episcopo, ab hæreticis proculcari, ad ipsum Ne- ctarium non sine stomacho eiusmodi litteras dedit.

B De cura & prouidentia, quæ ante tempora nostra Ecclesias tueri solebat, vitam hanc deseruisse in vniuersum videtur. At mihi calamitatibus ita demersa & obruta est anima, vt priuatas vitæ meæ molestias nec in malorum quidem numero habeam (tot alioqui tamque graues atque acerbas, vt si cui alij accidissent, intolerabiles viderentur) verum ad- solas Ecclesiæ afflictiones respiciam: quibus sanandis, nisi hoc tempore cura aliqua adhi- beatur, in omnimodam desperationem sensim res prouoluentur. Qui Arii, siue Eudoxij hæresim profitentur, haud scio à quo in hanc amentiam audaciamque perpulsi atque in- citari, velut libertate quadam arrepta, morbum suum insolenter ostentant, Ecclesias colligentes, quasi ex permisso hoc facientes.] hæc Gregorius, planè illud significans, quod Theodosius in recitato edicto postea intexuit: nimirum eo procaciæ hæreticos peruenisse, vt in sua ipsorum ostentanda doctrina iactarent, dedecorosum esse nescire quæ ipsi docerent. Et quod addit, eos ita procaciter hæresim propalare; quod illis hoc facere per- missum esset; ad id sanè respexit idem Imperatoris edictum, verbis illis: Sine vlla gratiæ interuentione pellantur. sed subdit Gregorius ad Nectarium de aliis in edicto nominatis hæreticis:

Macedoniani autem factiosè contententes, eo temeritatis & vesaniæ proruperunt, vt Episcoporum nomen sibi ipsis adsciscant, atque in his locis appareant, caputque exerant, Eleusium suæ electionis auctorem garrientes.] hos planè Theodosius eodem edicto fugil- lat, dum ait, eisdem sibi pontificium ac ministerium earum professionum vendicasse. Sed de aliis hæc addit Gregorius: At verò intestinum nostrum malum Eunomius perma- iam habet quoquo numero esse: verum nisi omnes in perniciem suam exitiumque pertra- xerit, detrimenti loco duci. Atque hæc tamen ferenda. Quod autem ex omnibus Eccle- siasticis calamitatibus acerbissimum, Apollinarianarum licentia est: quos haud scio quo- nam modo pietas tua conuentuum æquè ac nos habendorum auctoritatem sibi arrogas- se atque vsurpasse, passa fuerit. Quamquam autem omnino Dei beneficio mysteris di- uinis instructus & eruditus, non modò rectæ doctrinæ patrocinium nosti, verum ea etiam omnia quæ aduersus sanam & Orthodoxam fidem ab hæreticis excogitata sunt: honori- ficentiam tamen tuam à tenuitate nostra certiore fieri, haudquaquam intempestiuum fuerit, mihi in manibus esse libellum Apollinariani, in quo ea quæ astruuntur, hæreticam omnem peruersitatem excedunt. Affirmant enim, &c.] capita hæresis Apollinarianæ re- texit, quæ nos superius recensuimus; atque demum hæc addit: Proinde si his qui talia sentiunt, cœtus habere licet: illud velim cogiter, & expendat tua in Christo illustris prou- dentia, quod cum nobis cum eorum dogmatibus non conueniat; cœtus habendi illis po- testatem factam esse, nihil aliud esse, quàm eorum doctrinam nostra veriorē existima- re. Nam si illis, vt piis & Orthodoxis, ea quæ sentiunt, docere, libereque promulgare permittitur: quis non videt doctrinam Ecclesiæ condemnari, perinde ac veritate ab illo- rum partibus stante? Neque enim rerum natura fert, duas de eadem re doctrinas contra- rias esse veras.

E Quomodo igitur excelsus ac præstans animus tuus ad tanti mali depulsionem & cor- rectionem consueta libertate non vti sustinuit? Verum, etiam si nondum hoc factum est: nunc saltem inimitabilis tua omnibus numeris absoluta virtus exciterur: pientissimumque Imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsius erga Ecclesias studio rediturum esse vilitatis, si tale malum ad fidei sanæ euersionem per eorum libertatem licentiamque præualeat.] hætenus ad Nectarium Theologus. Putamus quidem ipsum cum iisdem à Gregorio scriptis

scire

Ricimere

Greg. Naz. ad Nectar.

Greg. Naz. EXCITAT NECTARI- VM ADVER- SVS HÆ- RETICOS.

scriptis litteris Theodosium conuenisse: quibus ille permotus, ea quæ diximus, ad Cyne- gium Præfectum Prætorio rescripterit: etenim ex Gregorij litteris illud videtur summam rescriptum esse collectum, nisi quod loco Eunomij habet Eudoxium, quod hic notior esset Constantinopoli, vbi Episcopus diu sedisset, Eunomio iunctus scedere impietatis.

GREG. RE- DARGVIT P. K. AE- FECTVM NON IE- VYNTANTEM

Ceterum ipse Gregorius virtute præstans, qui etsi statu humilis, tamen tamquam è celsiori loco vibrare iacula in delinquentes, cum occasio opportuna daretur, minimè prætermisit, non hæreticos solum Ecclesiæ Catholicæ perduelles, sed & Ecclesiæ quoque filios prauitate morum à disciplina Ecclesiastica aberrantes coercuit: Cum enim (vt vel vnum de his hic reddamus exemplum) accepisset Eleusium Præfectum, sibi familiaritate coniunctum, ab Ecclesia ieiunium institutum prætermittere, vt grauis offensæ reum, ad ip- sum scribens <sup>a</sup>, ita redarguit: Excepi te etiam tacens, vt silentij quoque sermonem esse in- telligas per calamum se proferentem. Loquar autem quæ & amicitia nostræ & huif- modi temporum conueniunt. Legibus iniuriam facis, Iudex, qui non ieiunes. Et quo modo leges humanas seruabis, qui diuinas contemnis ac pro nihilo ducis? Purga tribunal tuum: ne duorum alterum tibi accidat, vt aut malus fias, aut existimeris. Fœda spectacula pro- ponere, se ipsum traducere est. In summa, ô Iudex, futurum scito vt iudicaris, & minus peccabis. His nihil melius habebam, quod tibi præberem.] hæcenus Gregorius: ex quo intelligas, quàm graue piaculum duceretur, ieiunia lege Ecclesiastica instituta violare. Cui- nam, rogo te, tutius tu credas, lector, sanctissimo ac doctissimo Patri talia affirmanti, & ea de causa Præfectos corripienti, an apostatis Christianorum scæcibus ieiunia Ecclesiastica dissoluentibus, & cuiusque arbitrio eadem relinquentibus? esto tu iudex: certè mihi non alius, quàm Gregorij Deus erit, atque Gregorius ipse magister. Reliqua verò de Gregorio C

Greg. Naz. epi. 7. 4.

in eius ex hac vita discessu inferius dicenda erunt. Sed quid præterea hoc anno Theodosius? cohibuit Iudæos mancipia Christiana habentes, eademque ad ipsorum superstitionem adducentes <sup>b</sup>. Hoc etiam anno, mense Septem- bris, sub iisdem Consulibus, eundem Theodosium auctum esse filio ex Placilla coniuge, cui nomen, Honorius, inditum fuit, auctor est Marcellinus in Chronico, necnon Socras <sup>c</sup>, qui idem affirmat. Quo pariter anno, paulò ante natum Honorium, defunctum aut Agelium Episcopum Nouatianum, & quidem ætate decrepitem, cum memoria sit eum iam fuisse Episcopum tempore Nicæni Magni Concilij. Sed ipsum errare certum est; cum nonnisi annos quadraginta illius fedi tribuat: nam quem constat ex his quæ tomio tertio superius dicta sunt, iam tempore Nicæni Concilij præfuisse suis Nouatianis Episcopum, anno nimirum Domini trecentesimo vigesimoquin- to, oportuit eum vel minimum annos sedisse sexaginta. Suffectum fuisse ex eiusdem Age- lii sententia Marcianum, idem Socrates <sup>d</sup> docet; tenuisseque sedem vsque ad annum Do- mini trecentesimo nonagesimo quinto, quo Ruffini mors contigit, ipse demonstrat. Magistrum hunc fuisse filia Valentis Imperatoris, idem tradit. Longè verò ab hoc diuer- sus extitit Marcianus presbyter & œconomus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, licet & ipse aliquando Nouatianis inhæssisset, qui claruit temporibus Leonis Imperatoris, de quo suo loco dicemus. Porro vixit his ferme temporibus Marcianus alius sanctissimus monachus in Syria apud Cyrum ciuitatem, de quo plura Theodoretus <sup>e</sup> in libro sanctorum Patrum Deum amantium; cuius natalis dies memoria perpetua consecratus, quarto Nonas No- uembris, in tabulis Ecclesiasticis perseuerat <sup>f</sup>.

b 1. 5. de con- trahen. emp. Cod. Theod. c. Socrus. lib. 5. cap. 12.

d Socrat. lib. 5. cap. 12.

e Theod. cap. 3.

f Martyrolog. Rom. es dit.

AVG. ORAT. CORAM VA- LENTINIA- NO. d Aug. aduar. litt. Petil. lib. 3. c. 25. Aug. Conf. lib. 6. cap. 6.

Christi anno trecentesimo octogesimo quinto Arcadius August. & Bauto creati sunt Consules, ille Constantinopoli, Mediolaniam Bauto: in cuius ingressu Augusti- nus panegyricam habuit orationem, vt ipse testatur scribens contra Petilianum, his ver- bis: Cum ego Mediolanum ante Bautonem Consulem venerim, eique Consuli Kalendis Ianuarijs laudem in tanto conuentu conspectuque hominum pro mea tunc rhetorica professione recitarem, &c.] cuius orationis occasione idem alibi statum præsentis tempo- ris suæ animæ ærumnosæ deplorat, hæc dicens <sup>h</sup>: Inhiabam honoribus, lucris, coniugio: & tu

A & tu irridebas (Deum enim alloquitur) Patiebar in meis cupiditatibus amarissimas difficul- tates, te propitio, tanto magis, quanto minus sinebas mihi dulcescere quod non eras tu. Vide cor meum Domine, qui voluisti vt hoc recorder & confiterer tibi. Nunc tibi in- hæreat anima mea, quam de visco tam tenaci mortis eruisti. Quàm misera erat, & sen- sum vulneris tu pungebas, vt relictis omnibus conuerteretur ad te, qui es super omnia, & sine quo nulla essent omnia: conuerteretur; & sanaretur. Quam ergo miser eram, & quo modo egisti, vt sentirem miseriam meam die illo, quo cum pararem recitare Imperatori laudes (eo enim argumento dici panegyrici in auspicatione Consulatus consueuerunt) quibus plura mentirer, & mentienti faueretur ab scientibus, easque curas anheleret cor meum, & cogitationum tabificarum febribus æstuarer: transiens per quemdam vicum Mediolanen- sem, animaduerti pauperem mendicum, iam credo saturum, iocantem atque lætantem: B & ingemui, & locutus sum cum amicis, qui mecum erant; multos dolores infaniamur nostrarum: quia omnibus talibus conatibus nostris, qualibus tunc laborabam, sub stimu- lis cupiditarum, trahens infelicitatis meæ sarcinam, & trahendo exaggerans, nihil velle- mus aliud, nisi ad securam lætitiæ peruenire, quo nos mendicus ille iam præcessisset, numquam fortasse illuc venturos. Quod enim iam ille pauculis & emendicatis num- mulis adeptus erat, ad hoc ego tam ærumnosus anfractibus & circuitibus ambiebam, ad lætitiæ scilicet temporalis felicitatis. Non enim verum gaudium habebat: sed & ego illis ambitionibus multo falsius quærebam. Et certè ille lætabatur, ego anxius eram; securus ille, ego trepidus.] hæc de se ipse. Certè quidem etsi rhetoricis litteris adeò excultus erat, vt alios ipse doceret, dicendo tamen publicè, in tanto præsertim auditorio, haud assueuerat: vnde timendi magna ipsi manabat occasio. excidit oratio illa, & quidem C puto eam ipsum prudentiorem effectum scidisse, quam sciret mendacis ex adulatione contextam.

Porro hoc anno ipse Augustinus. prorsus liber à Manichæorum delirijs & insomnijs, rotus erat in perscrutandis Academicis quæstionibus, sed ducens vitam (vt ait) peccatis obnoxiam, de finibus bonorum & malorum differebat cum collegis Alipio atque Nebridio. Iam verò & Mathematicorum quoque vanitatem abiecerat, & ab ea inani scientia alios auocare conabatur, inhærensens Platoni, quem Victorinus haud pridem in Latinum conuerterat; cui plus æquo se tribuisse, postea falsus est <sup>a</sup>: periissetque ipse (vt ait) in illis, nisi Dominus præto fuisset, à quo & didicit veritatem, quam per Apostolum Paulum <sup>b</sup> in cor eius Spiritus sanctus instillauit; atque vt perficeretur, suavit ad Simplicianum <sup>c</sup> virum eruditum Dei sacerdotem sanctum accedere, tantæ æstimationis & reuerentiæ ho- minem, vt pater putaretur Ambrosij (ipsum enim Ambrosium adire, & prolixius cum eo agere, ob ingruentia illius negotia, impossibile videbatur) à quo cum multa alia, tum Victorini, quam superius recensuimus, conuerfionem didicit: quam mox animo exarfit ad imitandum <sup>d</sup>.

Aug. lib. 1. Retract. c. 2. AUGUSTINVS ADIT. SIMPLICIANVM Aug. Conf. lib. 7. c. 25 Aug. Conf. lib. 8. cap. 1. 2

His accessit opportuna occasio à Deo parata; nam contigit <sup>e</sup> cum Potitiano Afro in curia militante habere sermonem, discereque vitam Antonij Magni, ex qua adeò duo viri nobiles Agentes in rebus profecerant, vt relictis sponsis, vitam delegerint solitariam. Erat tunc ægens Augustinus ætatis annos triginta & vnum, vt ipse testatur <sup>f</sup>, quando per- fectè ad Christum conuersus est, cum illud affatus ingemiscens in horro: Surgunt indocti & calum rapiunt, & nos in doctrinis nostris sine corde ecce vbi volutamur in carne & sanguine] cum & illud audir: Tolle lege, Tolle lege.] lectioneque Pauli Apostoli, radijs E illustratus Spiritus, quid sibi esset agendum plenè didicit <sup>h</sup>, cum de suscipiendo sacro ba- ptismate certum firmumque consilium inuit, deque vita casta & à negotijs sæculi remota sectanda firmiter propositum stabilivit. Sed & de relinquenda schola, in qua publicè rhetoricam profitebatur, animò decreuit, opereque firmavit, arreptaque post sequentem annum oblata occasione vindemialium feriarum, secessit in villam Verecundi gramma- tici, Cassiciacum dictam, vna cum matre de filij victoria exultante, atque Alipio amico carissimo. Ibi cum moraretur, scripsit tres libros contra Academicos <sup>k</sup>, de Vita beata com- mentarium <sup>l</sup>, librum de Ordine <sup>m</sup> & Soliloquia <sup>n</sup>, vt ipse testatur. Dicauit autem libros contra Academicos Romano prædiuiti cui Tagastensi, cuius diuitijs à pueritia adiutus fuerat, cupiens amicum de se adeò benemeritum ad veri cognitionem adducere. Scripsit, inquam, hæc ipse, antequam reuerteretur, vt testatur <sup>o</sup>.

Aug. Conf. lib. 6. c. 3. Aug. Conf. lib. 8. c. 6. Aug. eod. lib. cap. 7. Aug. lib. c. 12. CONVERSIO AVGV- STINI. Aug. ib. c. 8.

Aug. Conf. 9. c. 12. 3. 4. Aug. contra Acad. li. 2. c. 2. Aug. Retra. lib. 1. cap. 1. Idè Retract. lib. 1. cap. 3. Idè li. 1. c. 4. Idè li. 1. c. 5. Idè Confess. lib. 9. cap. 6.

Ceterum nequaquam eodem anno Mediolanum rediit, sed vt ipse tradit <sup>p</sup>, nonnisi



tunc cum ad baptismum suscipiendum nomen daturus erat. Reuersus<sup>a</sup> uero Mediolanum, A Soliloquijs ultimam manum apposuit, commentariumque elucubrauit de Immortalitate animæ, & aliam de Disciplinis: hæc quidem omnia ante baptismum, à nobis autem hic recensita; occasione conuersionis eius, quam hoc anno ipsius testificatione diximus contigisse. Ceterum à tempore conuersionis usque ad baptismum biennium intercurrit: quod quidem expressè probatur eiusdem Augustini assertione illa<sup>b</sup>, dum agit de tempore conuersionis suæ: Multi mei anni mecum effluerant, forte duodecim anni, ex quo ab uideuicesimo anno ætatis meæ, lecto Ciceronis Hortensio, excitatus erâ studio sapientiæ, &c. ] rursus in Soliloquijs, quæ scripsit adhuc catechumenus, idem recolens tempus, quatuordecim numerat annos ab eo tempore, cum teneri cœpit amore sapientiæ, ait enim: Cum triginta quatuor annos agâ, quatuordecim fere anni sunt ex quo ista cupere destiti, &c. ] subdit his de eadem lectione Ciceronis Hortensij. Sic igitur cum ab eo tempore numeret annos duodecim usque ad tempus quo conuersus est; ac rursus cum ea scripsit nondum baptizatus, annos numeret quatuordecim: planè necesse est affirmare, annos duos & menses aliquot à conuersione usque ad baptismi tempus intercurrisse, cum esset catechumenus, si dicere uelimus eodem quo conuersus est anno (ut par est credere) dedisse suum nomen Ecclesiæ, ut fieri solet, cum quis inter catechumenos adscribitur. At de sancti Augustini conuersione hætenus: de baptismum autem suo loco dicendum erit.

SIRICIIVS PP. ELIGITVR.

Huius quoque anni exordio, nempe pridie Idus Ianuarij, cum vacasset sedes post obitum Damasi triginta & uno diebus, Siricius Romanus ex patre Tiburtio in eius locum subrogatus est, non sine tumultu Vrsicini schismatici, ut indicant litteræ Valentini Imperatoris ad Pinianum Præfectum: erat hic maritus Melaniæ iunioris neptis Melaniæ C senioris. ipsæ uero litteræ sic se habent, acceptæ ex codice Vaticano, in quo descriptæ habentur epistolæ complures Romanorum Pontificum:

Aug.

Abe \* Piniane carissime nobis.

EPIST. VALENTINIANI IMP. \* Vrsicinum

Populum Urbis æternæ gaudere concordia, & optimum eligere sacerdotem, Populi Romani esse credimus instituti, & nostris gratulamur aduenire temporibus. Proinde quoniam religiosum Siricum Antistitem sanctitatis sic præesse sacerdotio uoluerunt, ut Vrsinum \* improbum acclamationibus violarent, nostro cum gaudio memoratus Episcopus ipse permaneat, Piniane carissime ac iucundissime: siquidem magnum innocentie & probitatis exemplum est, in vna acclamatione & ipsum eligi, & ceteros improbari. Dat. vii. Kal. Martij.] hætenus epistola Imperatoris. Sic igitur electus Siricius, quantum temporis federit, dicemus in eius obitu.

Ipsa uero suæ sedis exordio, nimirum hoc anno, sub iisdem Consulibus, tertio Idus Februarij, Siricius Papa scripsit decretalem epistolam ad Himerium Episcopum Tarracoensem, qui de nonnullis rebus dubijs Damasum litteris consuluerat: sed cum illo vita functo, eas successor ipsius Siricius accepisset, ad singula rogata accuratè sciteq; respondit: quæ quidem non in prouincia tantum Tarracoenensi uoluit obseruari, sed (ut iisdem litteris significatur) in Carthaginensi, Bætica, Lusitana, atque Gallecia custodiri mandauit. Porro eius exordio epistolæ quam manifestè declaratur, hoc eodem anno haud pridem ipsius Siricij electionem contigisse.

Cum autem non ut Damasus fecerat, Siricius Papa in conscribendis eiusmodi litteris, Hieronymi opera uteretur, neque eum, ut ille, quod par erat, amplecteretur, atque foueret: mox Pontificis Romani destitutus præsidio, idem Hieronymus acerbissimos pati cœpit persecutores; illos scilicet clericos, quorum mores improbos scriptis editis sugillasset.

HIERONYMVS RECEPIT AB VRBE.

Quamobrem ut se à concitato turbine liberaret, tranquillum cogitans portum, nempe tutam Hierosolymæ mansionem; illuc nauigaturus, hoc anno ab Vrbe recedens, nauim conscensurus, ad Romanum Portum se contulit. Id quidem hoc anno factum esse, ex eo perspicuum redditur: Cum enim ipse testetur<sup>d</sup>, se penè triennium Romæ mansisse, pariterque post obitum Damasi recessisse: constatque ex his quæ superius dicta sunt, uenisse Romam sub Consulatu Antonij & Syagrii, anno Domini trecentesimo octogesimo secundo; ipsum hoc anno ab Vrbe oportuit recessisse. Præsentem igitur anno, Augusti mense, ad Romanum Portum se conferens, nauem conscendit, prout ipse satis aperte demonstrat in Apologia aduersus Ruffinum<sup>e</sup>. Sed de nauigatione agemus inferius.

Hieron. li 2. adu. Ruffin.

Nunc autem causas ipsas retexamus, quibus qui solutionis disciplinæ erant Romæ clerici,

A rici, inuidia & odio aduersus eundem Hieronymum concitati sunt: Inuidia in primis quidem exagitati, dum eius insignis eruditio & vitæ sanctitas, ipsorum inscitiam & vitæ turpitudinem manifestè redarguere uideretur: de eiusmodi enim causa Hieronymus ad Paulinianum<sup>a</sup>: Phariseorum conclamauit senatus, ut nullus Scriba vel fictus, sed omnis quasi indicto sibi prælio doctrinarum, aduersum me imperitiæ factis conitauerit. ] odio autem eum persecuti, quod scribens ad Eustochium tractatum seu epistolam de custodia uirginitatis, cauendos monuit clericos lautos, delicatos, & leues, quorum esset periculosa consuetudo. qui igitur in ea tractatione propriis certisque coloribus penicillo Hieronymi se esse intellexerunt expressos, in eum magnopere exacerbati sunt: tradit id ipse scribens ad Demetriadem<sup>b</sup>, ubi ait: Ante annos circiter triginta de uirginitate seruanda edidi librum, in quo necesse fuit mihi ire contra uita, & propter instructionem uirginis, quam monebam, diaboli insidias patefacere. qui sermo offendit plurimos; dum unusquisque in se intelligens quod dicebatur, non quasi monitorem libenter audiuit, sed quasi criminatorem sui operis auersatus est. Verumtamen quid profuit armasse exercitum reclamantium, & vulnus conscientie dolore monstrasse? Liber manet, homines præterierunt. ] Displicuit & Ruffino libertas illa Hieronymi in redarguendis clericis: nam ait: Quomodo de Vrbe Roma, Deo fauente, capite Christianorum, ea dicat, quæ dicebantur tunc cum Gentiles in ea populi & persecutores Principes morabantur, &c. ]

At hic, lector, attende, hæc à S. Hieronymo scripta de inscitia Romanæ Ecclesiæ ministrorum, non sic quidem accipienda esse, prout hyperbolicus sonat sermo; omnes Romanæ Ecclesiæ clericos fuisse doctrina expertes, cum dicit, quod nullus ibi Scriba vel fictus, nempe doctor, sed Pharisei omnes, nempe scelesti, cautela uero & hypocriti scelera contegentes. Concedendum aliquid Hieronymo iustissima causa indignanti, qui oculos in eos tantum conuersos habens, à quibus contumeliis & calumniis impeteretur, omnes illos prauos dixerit & imperitos. Certè quidem qui tempora hæc exactè considerat, intelliget planè hoc tempore coaluisse in Ecclesia Romana clericos doctrina atque scientia claros. Nonne Simplicianus ille magnus, qui in Episcopatu Ambrosio subrogatus est, Romanæ Ecclesiæ presbyter fuit? de cuius singulari peritia hic repetèdum est S. Ambrosij præclarum illud elogium<sup>c</sup>: Sed quid est quod ipse dubites, & à nobis requiras, cum fidei & acquirendæ cognitionis diuinæ gratia totum Orbem peragraueris, & quotidianæ lectioni nocturnis atque diurnis uicibus omne vitæ huius tempus deputaueris, acri præfertim ingenio etiam inintelligibilia complectens? utpote qui etiam philosophiæ libros, quam à uero sinu deuij, demonstrare soleas, & pleròsque tam inanes esse, ut prius scribentium in suis scriptis sermo quam uita eorum defecerit. ] hæc Ambrosius, qui eius opera atque doctrina (ut dictum est) in suo Episcopatu tyrocinio indigens, ab Ecclesia Romana missum Mediolanum ipsum Simplicianum accepit. Rursum quanta excultus doctrina & sapientia imburus fuit Arsenius Ecclesiæ Romanæ diaconus, quem haud pridem missum diximus Constantinopolim magistrum Arcadij Imperatoris? Dices fortasse, hos dignissimos Ecclesiæ Romanæ clericos non fuisse tunc Romæ, cum illa Hieronymus scripsit. ita sanè: sed non propterea negaueris eiusdem Ecclesiæ fuisse alumnos atque ministros. At si de iis qui Romæ tunc essent, agas: nonne ex clero Romano erant Anastasius & Innocentius, quorum prior successit Siricio, posterior Anastasio, amboque ab eodem S. Hieronymo commendati: Omittimus dicere de Pammachio sanctitate atque doctrina celebri, quod inter monachos potius quam inter clericos eum scimus adnumeratum, sicut & complures alios idem vitæ genus sectantes, quos rerum diuinarum scientia atque prudentia S. Augustinus Romæ uersatus commendat<sup>d</sup>.

At licet hi monachi fuerint, horum tamen laus redundat in clericos, ut idem ipse testatur S. Hieronymus, cum ait de clericis<sup>e</sup>: Quasi & ipsi aliud sint quam monachi, & non quicquid in monachos dicitur, redundet in clericos, qui patres sunt monachorum. Detri-  
mentum pecoris, pastoris ignominia est, sicut è regione, illius monachi uita laudanda est, quæ uenerationi habet sacerdotis Christi, & non detrahit gradui, per quæ factus est Christianus. ] hæc ipse, cum aliàs semper nequaquam gradui detrahat, sed personis, Vrbi, non Ecclesiæ: illam namque Babylonem sæpe nominat, hanc fidei petram, ad quam ipse se conferens, iam communicatione inhærescere gaudet, sæpe contestans, alienum à cœtu Fidelium esse, qui ab ea diuiditur: Ut hac ex parte habeas egregium in Hieronymo quod imiteris exemplum: quippe qui offensus prauis clericorum Romanorum moribus, licet  
Annal. Eccl. Tom. 4. V u. 2. nominet

CLERICI ROMANI VIXANT S. HIERONYMVS. Hier in prof. uersion. Di. dy. de Spi. rit. sanct.

Hier. epist. 8.

ROMANI CLERICI HAUD IMPERITI.

Ambros. epist. 2.

Aug. de morib. Eccles. lib. 1. c. 33. Hier. epist. 10. MONACHI AFFINES CLERICIS.

nominet ipsorum collegium modò Senatù Pharisæorum, modò scholam eorundem; **A** tamen nihil antiquius habuit, quàm Romanæ Ecclesiæ doctrinam sequi, ipsique insolubili nodo coniungi: quod & aliis persuasit: nam ad Demetriadem scribens, dum Pelagianæ hæresis venena aureo sanctitatis poculo propinarentur, eam sic admonuit: Illud, inquit, te pio caritatis affectu præmonendam puto, vt sancti Innocentij, qui Apostolicæ cathedræ, & supradicti viri, nempe Anastasij, successor & filius est, teneas fidem; nec peregrinam, quamvis tibi prudens, callidæque videaris, doctrinam recipias. ] hæc ipse: quem (si sapias) & tu imitare; nimirum, vt si velis etiam eandem quæ sub Hieronymo erat, Romanæ propagatam esse in posteros scholam, vel senatù Pharisæorum; sed & si deteriora in his quæ ad mores pertinent, tibi fingas: cum eodem tamen Hieronymo eidem doctrinæ cathedræ te coniungas, quæ nullo potest prauorum morum labefactari contagio: cogitesque quòd etsi super cathedram Moysi, immo Christi sederint scribæ & Pharisæi, illud **B** tamen agas quod Dominus docuit illa sententia, nempe: Facite quæ vobis dicunt, non quæ faciunt ] bibasque aquam de fonte puro, quamuis vas testaceum interdum esse contingat, vel qui haurit sit ægrotans. Sed ad institutam de Hieronymo orationem reuertamur.

\*Matth. 21.

QUAE IN  
HIERONY-  
MYM OBIL-  
CERENTVR.  
Hier. epi. 25.

\*Hier. epi. 23.

Quanam verò in Hieronymum, cum adhuc in Vrbe esset, iactarentur conuicia, licet non priuatim, sed sub communi nomine monachorum: illud in primis accipe quod contigit in funere Blefillæ viduæ, sanctæ Paulæ filia, quæ durum viuendi genus arripuerat: cum enim eam nimium S. Paula desereret; qui nam susurri detrahentium essent, ita demonstrat: Quousque (dicebant) genus detestabile monachorum non Vrbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? matronam miserabilem seduxerunt, &c. ] & illud: Nos, quia serica veste non vtimur, monachi iudicamur; quia ebrii non sumus, nec cachinno ora dissoluimus, continentes vocamur & tristes. si tunica non canduerit, statim illud è triuio: Impostor & Græcus est. ] hæc & alia id genus plura, cum sub nomine monachorum ipse Hieronymus carperetur.

\*Apud Aug.  
ad frat. de  
erem. ser. 24.  
VANA COM-  
MENTA DE  
S. HIERO-  
NYMO CON-  
FICTA.

Ceterum quis æquo animo ferat impostorum absurda mendacia, quibus tradiderunt Hieronymum muliebri indutum veste ab Vrbe expulsum? Sub Augustini falso nomine frigidus ille fictor ista commentus est, qui cum in alijs sermonibus editis multa delira, vana, & fabulosa sub tanti Patris nomine imprudenter effutiat, in eo ipso vbi ista somniat, qualia quamve portentosa mendacia blateret, superius dictum est. Sed nihilo prudentior incertus auctor ille, qui compingens sancti Hieronymi vitam, vna cum alijs mendacijs istud ipsum præteruisse noluit, eadem prorsus de sancto Hieronymo scribens. O quanti emisit ista Ruffinus, si quis talia suo tempore excogitasset, dum leuiora quæque mendacia, quæ in Hieronymum quoquo modo esse iactata audisset, ignominia à se contextæ coronæ connexit! Adeo vt ad imposturam hanc refellendam, illud sufficiens esse dicatur argumentum, quod Ruffinus istud non inuexit in eum, quod in fronte fuerat collocandum; vnde certum commentum fuisse proberur: cum præsertim res tanta, in tantum virum, locoque tali admissa, nec angulum Orbis præteruisse potuerit, vbi non sciretur. Ceterum quæ re vera in ipsum post Damasi obitum à calumniantibus fuerunt obiecta, ac stimulante odio atque inuidia perpetrata: idem ipse ea epistola, quam nauim in Portu Romano conscensurus conscripsit, exactè recenset: ad Afellam enim nobilem Romanam virginem, Christo dicatam, vita sanctissimam, cuius post obitum res præclare gestas conscripsit, hanc epistolam dedit, hic necessario recitanda m<sup>r</sup>:

\*Hier. epi. 99.

HIERONY-  
MI EPISTO-  
LA AD ASEL-  
LAM.

Si tibi putem gratias à me referri posse, non sapiam. Potens est Deus super persona mea sanctæ animæ tuæ restituere quod meretur. Ego enim indignus nec æstimare vquam potui, nec optare, vt mihi tantum in Christo largireris affectum. Et licet me sceleratum quidam putent, & omnibus flagitijs obrutum, & pro peccatis meis etiam hæc parua sint: tamen tu bene facis, quòd ex tua mente etiam malos bonos putas. Periculosum quippe est, de seruo alterius iudicare; & non facilis venia, praua dixisse de reëtis. Veniet, veniet illa dies, in qua & mecum dolebis, ardere non paucos. Ego probrosus, ego versipellis & lubricus, ego mendax & satanæ arte decipiens. Quid enim est tutius, hæc vel credidisse vel finxisse de infontibus, & satanæ arte credere noluisse? Oculabantur mihi manus quidam, & ore vipereo detrahebant: & dolebant labijs, corde gaudebant. Videbat Dominus & subannabat illos; & miserum me seruum suum futuro cum eis iudicio

A iudicio reseruabat. Alius incessum meum calumniabatur & risum, & ille vultui detrahebat, hic in simplicitate aliud suspicabatur. Penè certè triennium cum eis vixi: multa me virginum crebro turba circumdedit: diuinos libros, vt potui, nonnullis sæpe disserui. Lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. Dicant, quid vniquam in me aliter senserint, quàm Christianum decebat? Pecuniam cuiusquam accepi? munera vel parua vel magna non spreui? in manu mea æs alicuius insonuit? obliquus sermo, oculus petulans fuit?

Nihil mihi aliud obicitur, nisi sexus meus: & hoc numquam obicitur, nisi cum Hierosolymam Paula & Melania proficiscuntur. Esto, crediderunt mentienti: cur non credunt neganti? idem est homo ipse qui fuerat; faterur infontem, qui dudum noxium loquebatur. Et certè veritatem magis exprimunt tormenta, quàm risus: nisi quod facilius creditur quod aut fictum libenter auditur, aut non fictum, vt fingatur, impellitur. ] his S. Hieronymus planè demonstrat aliquem aduersus se oblocutum, crimenque aliquod in eum effinxisse, eundemque in iudicio sub tormentis coactum dicere veritatem, penitus negasse quod dixerat, sicque dimissum, vt nec opus fuerit Hieronymo causam dicere. Sed subdit: Antequam domum S. Paulæ nossem, totius in me Urbis studia consonabant: omnium penè iudicio dignus summo sacerdotio decernebar: beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat: dicebar sanctus, dicebar humilis & disertus. Numquid domum alicuius lasciuioris ingressus sum? Numquid me vestes sericæ, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam posset edomare mentem, nisi lugens atque ieiunans, squallens sordibus, steribus penè cæcata, quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem Sol sæpe deprehendit? cuius canticum psalmi, sermo Euangelium, delicia continentia, vita ieiunium? Nulla me potuit alia delectare, nisi illa, quam manducantem numquam vidi? Sed postquam eam pro suæ merito castitatis venerari, colere, suspicere cœpi: omnes me illico deseruere virtutes. O inuidia primum moxdax tui! ô satanæ calliditas semper sancta persequens!

Nullæ aliæ Romanæ Vrbi fabulam præbuerunt, nisi Paula & Melania: quæ contemptis facultatibus, pignorbisque desertis, Crucem Domini, quasi quoddam pietatis leuauere vexillum. Si balneas peterent, vnguenta eligerunt, diuitias & viduitatem haberent materiem luxuriæ & libertatis, dominæ vocarentur & sanctæ: nunc in sacco & cinere formosæ volunt videri, & in gehennam ignis cum ieiunijs & pœdore descendere. videlicet non licet eis, applaudente populo, perire cum turbis. ] Quod ad Melaniam spectat: cum eam viduam nominet, haud dubium ipsum intelligere de Melania seniore; iunioris enim viuebat adhuc vir Pinianus: Nec sic quidem eius hic meminit, quasi tunc Romæ esset, quam iam plures ante annos vidimus in Ægyptum primò, inde verò Hierosolymam esse profectam, ibique in præsentem vitam agere: Sed idcirco eius meminit sanctus Hieronymus, quod tum eius migrationis Hierosolymam occasione, tum Paulæ idem iter capeffentis, quo & tendebat ipse Hieronymus, detractores eam calumniandi ansam arripissent. At subdit:

Si Gentiles hanc vitam carperent, si Iudæi, haberent solatium non placendi eis, quibus displicet Christus. Nunc verò, proh nefas, homines Christiani, prætermissa domorum suarum cura, & proprii oculi trabe neglecta, in alieno oculo festucam querunt: lacerant <sup>Luc. 6.</sup> sanctum propositum, & remedium pœnæ suæ arbitrantur, si nemo sit sanctus, si omnibus detrahatur, si turba sit pereuntium, si multitudo peccantium. Tibi placet lauare quotidie: alius has mundities sordes putat. Tu atragem ructas, & de cometo accipere gloriaris: ego faba ventrem impleo. Te delectant cachinnantium greges, me Paula, Melaniaque plangentes. Tu aliena desideras: illæ contemnunt sua. Te delibuta melle vina delectant: illæ potant aquam frigidam suauiore. Tu te perdere existimas, quicquid in præsentem non habueris, comederis, deuoraueris: illæ futura desiderant, & credunt vera esse quæ scripta sunt. Esto ineptè & inaniter, quibus resurrectio corporum persuasit, quid ad te? Nobis è contrario tua vita displicet. Bono tuo crassus sis: me macies delectat & pallor. Tu tales miseris arbitraris: nos te miserabiliorem putamus. Par pari refertur, & inuicem nobis videmur insanire.

Hæc, mi domina Afella, cum iam nauim conscenderem, raptim flens dolensque conscripsi: & gratias ago Deo meo, quòd dignus sum, quem mundus oderit. Ora autem, *Annal. Eccl. Tom. 4.* V u 3, vt de

vt de Babylone Hierosolymam regrediar; ne mihi dominetur Nabuchodonosor, sed Iesus filius Iosedech: veniat Esdras, qui interpretatur adiutor, & reducat me in patriam meam. Stultus ego, qui volebam cantare canticum Domini in terra aliena; & deserto monte Sina, Aegypti auxilium flagitabam: non recordabar Euangelij; quia qui de Hierosalem egreditur, statim incidit in latrones, spoliatur, vulneratur, occiditur. Sed licet sacerdos despiciat atque leuites, Samaritanus ille misericors est: cui cum diceretur: Samaritanus es, & daemionium habes: daemionium renuens, Samaritem se non negavit: quia quem nos custodem, Hebraei Samaritem vocant. Maleficum quidam me garrunt: titulum fidei seruus agnosco. Magum vocant & Iudaei Dominum meum. Seducor & Apostolus dictus est. Tentatio me non apprehendat nisi humana. Quotam partem angustiarum perpeffus sum, qui Cruci milito? Infamiam falsi criminis imputarunt: sed scio, per bonam & malam famam perueniri ad regna caelorum. Saluta Paulam & Eustochium, velit nolit mundum, in Christo meas. Saluta matrem Albinam sororemque Marcellam, Marcellinam quoque & sanctam Felicitatem; & dic eis: Ante tribunal Christi simul stabimus: ibi apparebit, qua mente quis vixerit. Memento mei, exemplum pudicitiae & virginitatis infigne, fluctusque maris tuis precibus mitiga.] haecenus Hieronymus ad Asellam.

Quod verò vides nullam ab eo salutationem impertiri Melaniae, satis indicatur quod dictum est, ipsum intelligere ea epistola de Melania seniore iam diu ante Hierosolymam profecta, ibique commorante. Quod insuper eadem epistola meminit de Paula Hierosolymam proficiscente: intelligis ex his pariter eiusdem S. Hieronymi modestiam, dum noluit navigare cum ea, sed praeveniens ipsam, licet in sarcinis occupatam, Romae reliquit. Porro qui fuerint ipsius Hieronymi in navigatione comites, & quando soluerit e pertu, idem ipse in Apologia adversus Ruffinum his verbis describit: Vis nosse profectiois meae de Vrbe ordinem? Narrabo breuiter. Mense Augusto, stantibus etefiis, cum sancto Vincentio presbytero, & adolescente fratre (Paulinianus hic erat, quem ultimo loco natum, Romae dum esset, ad se ut veniret, accersivit) & aliis monachis, qui nunc Hierosolymis commorantur, nauim in Romano portu securus ascendi, maxima me sanctorum frequentia proficiente. Veni Rhegium: in Scyllaeo littore paululum steti, ubi veteres didici fabulas, & praecipitem fallacis Vlyssis cursum, & Sirenarum cantica, & infatiabilem Carybdis voraginem. Cumque mihi accolae illius loci multa narrarent, darentque consilium, vt non ad Protei columnas, sed ad Ionae portum navigarem: illum enim fugientium & turbatorum, hunc securi hominis esse cursum: malui per Malaeas & Cycladas Cyprum pergere: Vbi susceptus à venerabili Episcopo Epiphano, cuius tu testimonio gloriaris, veni Antiochiam, ubi fructus sum communionis Pontificis confessorisque Paulini: & deductus ab eo, media hieme & frigore grauissimo, intraui Hierosolymam. Vidi multa miracula, & quae prius ad me fama pertulerat, oculorum iudicio comprobavi.] haecenus Hieronymus de suo aduentu Hierosolymam, iter verò eius in Aegyptum prosequemur anno sequenti, quo contigit.

Sed quae illa miracula, antea tantum audita, nondum visa, quae tunc primum ipsum oculis perspexisse contigit? fortasse illa, quae ad sepulchra sanctorum fieri solita scribit in epitaphio Paulae his verbis, dum agit de ipsa Paula loca sancta Palaestinae visente: Cernebat variis daemones rugire cruciatibus, & ante sepulchra sanctorum ululare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum: alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensisque pede feminis, vestes defluere in faciem.] haec ibi. His similia narrat S. Hilarius libro de Synodis, necnon S. Paulinus, & atque Seuerus, qui de feminis arreptiis illud addunt, quod licet pedibus suspensae essent, deorsum capite, nihilominus vestes inhererent diuino miraculo pedibus, quo femineo esset pudori consultum.

Paula autem cum Eustochio filia haud diu profectioem distulit; sed quamprimum in portu Romano nauim descendens, eadem prorsus via qua Hieronymus, nauigauit in Orientem. Vt autem haec certo cognoscas: quod ad tempus pertinet, illud in primis accipe. Cum idem S. Hieronymus affirmet, defunctam esse Paulam Consulibus Honorio sextum & Aristeneto, rursumque dicat, eandem Hierosolymis commorantem esse annos viginti: utique affirmare necesse est, hoc anno eam Hierosolymam profectam esse. Vis & scire, quanto ante Hieronymus praevenerit Paulae aduentum Hierosolymam? illud accipe:

PROFECTIO HIERONYMI HIEROSOLYMAM.

Hier. Apolo. aduers. Ruff.

Hic epist. 27. PRODIGIO SA DE ENERGVMENTIS.

Paulin. in Natal. S. Felic. 7. Seuer. dial. lib. 3.

PAVLA QUANDO PROFECTA EST HIEROSOLYMAM.

accipe: ipsum de se testari, media hieme & grauissimo frigore Hierosolymam introisse: cum de Paula tradat, media hieme profectam esse Antiochia Hierosolymam versus. Quod verò de se ait (ne hoc praetermittamus) à Paulino Antiochia fuisse susceptum, & ab eo deductum: ne putes ipsum vna cum Hieronymo Hierosolymam perrexisse, sed quod moris esset à temporibus Apostolorum, quos Christiani suscepissent hospitio, eosdem ad aliquod viae spatium, cum discederent, comitari, secundum illud Ioannis epistolae: Fideliter facis quod operaris in fratres, & hoc in peregrinos, deducens dignè Deo.]

Quod autem ad Paulae ex Vrbe profectioem spectat: dignum planè Christiana fide spectaculum Roma tunc vidit, feminam Consularem, patriae parentumque splendorem, diuitias, caraque pignora amplius non reuersuram relinquere, atque vna cum virgine filia Christo dicata, ad Christi canabula per tot maris spatia & vitae discrimina nauigare. At quanta animositate? Audi Hieronymus: Descendit, inquit, ad Portum, fratre, cognatis, affinibus, & quod his maius est, liberis prosequentibus, & clementissimam matrem pietate vincere cupientibus. Iam carbasa tendebantur, & remorum ductu nauis in altum prorabebatur: paruus Toxotius supplices manus tendebat in littore: Ruffina iam nubilus, vt suas expectaret nuptias, tacens stertibus obsecrabat: & tamen illa siccos tendebat ad caelum oculos, pietatem in filios in Deum superans. Nesciebat se matrem, vt Christi probaret ancillam: torquebantur viscera, & quasi à suis membris distraheretur, cum dolore pugnabat; in eo cunctis admirabilior, quod magnam vinceret charitatem. Inter hostium manus & captiuitatis duram necessitatem nihil crudelius est, quam parentes à liberis separari: Hoc contra iura naturae plena fides patiebatur, immo gaudens animus appetebat; & amorem filiorum maiore in Deum amore contemnens, in sola Eustochio, quae & propositi & nauigationis eius comes erat, acquiescebat. Sulcabat interrim nauis mare; & cunctis, qui cum ea vehebantur, littora respicientibus, ipsa auersos tenebat oculos, ne videret, quos sine tormento videre non poterat. Fateor, nulla sic amavit filios; quibus, antequam proficisceretur, cuncta largita est, exheredans se in terra, vt hereditatem inueniret in caelo.] haec de illa, cum soluit e portu, Hieronymus. Quae nam, rogo, vniquam Gentilium Romanarum nobilium feminarum tale pro religione specimen edidit? cum alioqui in Ecclesia Dei, non vnius solum Paulae, sed innumerabilium propemodum dixerim mulierum fortissimarum exempla legantur. Paulae autem peregrinationem Hierosolymam vsque, idem Hieronymus scriptis prosecutus est. Conueniemus nos eam variis occasionibus saepius futuris temporibus. Sed quae sunt reliqua anni huius, prosequamur.

Hoc item anno aduersus Priscillianum cogitur Concilium Burdegalense, à quo idem haeresiarcha appellauit ad Maximum tyrannum, à quo cum suis occiditur. Sub eodem namque Arcadij atque Bautois Consulatu (inquit Prosper in Chronico) Priscillianus in Synodo Burdegalensi, se damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum prouocauit; auditusque Treueris ab Euodio Praefecto Praetorio, ab eodem Maximo gladio adductus est cum Euchrocia Delphidij rhetoris coniuge, & Latroniano, aliisque erroris consortibus. Quo tempore Burdegala quaedam Priscilliani discipula, nomine Vrbeica, ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est.] haec Prosper summam rem gestam complexus. Porro Seuerus post recensita, quae acta sunt in causa Priscilliani sub Gratiano, quae suo loco superius retulimus, de his quae acciderunt sub Maximo tyranno ita prosequitur, vsque ad dictorum necem, narrationem: Iam rumor incesserat, Clementem Maximum intra Britannias sumpsisse Imperium, ac breui in Gallias erupturum. Ita tum Ithacius, Episcopus oppugnatur Priscilliani, statuit, licet rebus dubiis, noui Imperatoris aduentum expectare: interim sibi nihil agendum. Igitur ubi Maximus oppidum Treuerorum victor ingressus est: ingerit preces plenas in Priscillianum ac socios eius inuidiae atque criminum. Quibus permotus Imperator, datis ad Praefectum Galliarum, atque ad Vicarium Hispaniarum litteris, omnes omnino quos labes illa inuoluerat, deduci ad Synodum Burdegalensem iubet.

Ita deducti Instantius & Priscillianus: Quorum Instantius prior iussus causam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse Episcopatu pronuntiatus est. Priscillianus verò, ne ab Episcopis audiretur, ad Principem prouocauit. Permissumque id nostrorum inconstantia: quia aut sententiam irrefragantem ferre debuerant; aut si hi ipsi suspensi ha-

DIGNVM PAVLAE CONSTANTIAE EXEMVLVM. Hic epist. 27.

CONCILIUM BURDEGALENSE.

Seuer. lib. 2.

PRISCILLIANVS CVM SVIS AD MAXIMUM.

Ati habeantur, alijs Episcopis audientiam referuare, non causam Imperatori de tam manifestis criminibus permitttere. Ita omnes quos causa inuoluerat, ad Regem deducti: secuti etiam accusatores Idacius & Ithacius Episcopi, quorum studium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, si non studio vincendi plus quam oportuit certassent. Ac mea quidem sententia est, mihi tam reos quam accusatores displicere. Certè Ithacium nihil pensi, nihil sancti habuisse definitio: fuit enim audax, loquax, impudens, sumptuosus, ventri & gulæ plurimum impertiens. Hic stultitiæ eo usque processerat; ut omnes etiam sanctos viros, quibus aut studium inerat lectionis, aut propositum erat certare ieiuniis, tamquam Priscilliani socios aut discipulos in crimen accerferet. Ausus etiam miser est ea tempestate, Martino Episcopo, viro planè Apostolis conferendo, palam obiectare hæresis infamiam. Namque tum Martinus apud Treueros constitutus, non desinebat increpare Ithacium, ut ab accusatione desisteret: Maximum orare, ut sanguine infelicium abstineret: satis superque sufficere, ut Episcopali sententia hæretici iudicati, Ecclesijs pellerentur: nouum esse & inauditum nefas, ut causas Ecclesiæ Iudex sæculi iudicaret.

PRISCILLIAN. CVM SVIS SVB IECTVS GLADIO.

Denique quoad usque Martinus Treueris fuit, dilata cognitio est, & mox discessurus egregia auctoritate à Maximo elicit sponsonem, nihil cruentum in reos constituendum. Sed postea Imperator per Magnum & Rufum Episcopos deprauatus, & à mitioribus consilijs deflexus, causam Præfecto Euodio permisit, viro acri & severo: Qui Priscillianum gemino iudicio auditum, conuictumque maleficij, nec diffidentem obicænis se studuisse doctrinis, nocturnos etiam turpium feminarum egisse conuentus, nudumque orare solitum: nocentem pronunciauit, rededitque in custodiam, donec ad Principem referret. Gestis ad Palatium delatis, consuit Imperator Priscillianum sociosque eius capitis damnari oportere. Ceterum Ithacius videns, quam inuidiosum sibi apud Episcopos foret, si accusato, etiam postremis rerum capitalium iudicijs assistisset (etenim iterari iudicium necesse erat) subtrahit se cognitioni frustra, calido iam scelere perfecto. At tum per Maximum accusator apponitur Patricius quidam Fisci patronus. Ita eo insistente, Priscillianus capitis damnatus est, unaque cum eo Felicissimus, & Armenus, qui nuper à Catholicis, clerici Priscillianum secuti, descuerant. Latronianus quoque & Euchrocia gladio perempti. Instantius, quem superius ab Episcopis damnatum diximus, in Sylinam\* insulam, quæ vltra Britanniam sita est, deportatus.

\* Sylinam

Itum deinde in reliquos, sequentibus iudicijs, damnatiq; Asarinus, & Aurelius diaconus gladio: Tiberianus, adempris bonis, in Sylinam insulam datus: Tertullus, Potamius, & Ioannes tamquam viliores personæ, & digni misericordia, quia ante quaestionem se ac socios prodidissent, temporario exilio intra Gallias relegati. Hoc ferè modo homines luce indignissimi, pessimo exemplo necati, aut exilijs multati: quod initio iure iudiciorum & egregio publico exemplo defensum, postea Ithacius in iurgis solitus, ad postremum conuictus, in eos retorquebat, quorum id mandato & consilijs effecerat: solus tamen omnium Episcopatu detrusus Nardacius, licet minus nocens, sponte se Episcopatu abdicauerat: sapienter id & verecundè, nisi postea amissum locum repetere tentasset. Ceterum Priscilliano occiso, non solum non repressa est hæresis quæ illo auctore proruperat, sed confirmata, latius propagata est: namque sectatores eius, qui eum prius ut sanctum honorauerant, postea ut martyrem colere cœperunt. Peremptorum corpora ad Hispanias relata, magnisque obsequijs celebrata eorum funera. Quin & iurare per Priscillianum, summa religio putabatur: ac inter nostros perpetuum discordiarum bellum exarsit, quod iam per quindecim annos scedis dissensionibus agitarum, nullo modo sopiri poterat. Et tunc cum maximè discordijs Episcoporum turbari aut misceri omnia cernebantur, cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconstantia, inuidia, factione, libidine, auaritia, arrogantia, somno, desidia essent deprauata; postremo plures aduersum paucos bene consulentes, insanis consilijs & pertinacibus studiis certabant. Inter hæc plebs Dei, & optimus quisque probro atque ludibrio habebatur.] hæcenus Seuerus: qui sub Stiliconis Consulatu eam se scripsisse historiam superius demonstrat.

\* Lat. in Panegy. aut. Panegy.

\* Ithac. rector

Exprobrata fuit in Maximum à Pacato\* in Panegyrico Theodosio dicto horum cædes, dum ait: Sed nimirum graues suberant, inuidiosaque causæ, ut vincto ad pœnam Clariuatis matrona raperetur\*: obiciebatur enim, atque etiam exprobrabatur mulieri viduæ nimia religio & diligentius culta diuinitas. Quid hoc maius poterat intendere accusator

laccr.

A sacerdos? Fuit enim, fuit, & hoc delatorum genus, qui nominibus Antistites, re vera autem satellites atque adeo carnifices, non contenti auitis euoluisse patrimonijs, calumniabantur in sanguinem, & vitas premebant reorum iam pauperum. Quinetiam cum in iudicijs capitalibus assistissent, cum gemitus & tormenta miserorum auribus ac luminibus haussissent, cum licetorum arma, cum damnatorum frena tractassent, pollutas pœnali manus contactu ad sacra referabant; & cæremônias, quas incestauerant mentibus, etiam corporibus inquinabant. Hos ille Phalaris in amicis habebat: hi in oculis eius atque etiam in osculis erant; nec iniuria, à quibus tot simul votiuu veniebant, avaro diuitum bona; cruento innocentium pœna, impio religionis iniuria.] hæc Pacatus, nullum Gentilis homo delectum habens inter Catholicos & hæreticos, putans supersticiosos Gnosticos Priscillianistas, Christianæ religionis exactissimos fuisse cultores.

QVAE PACATUS IN MAXIMUM OB NECEM HÆRETICORVM.

B Quod verò ad Latronianum pertinet, quem eadem ex causa vna cum Euchrocia gladio necatum cum Seuerus tum Prosper affirmant: apud S. Hieronymum Matronianus legitur, de quo ait: Matronianus prouinciæ Hispaniæ vir valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, cæsus est & ipse Treueris cum Priscilliano, Felicissimo, Iuliano, Euchrocia eiusdem factionis auctoribus. extant eius ingenij opera diuersis metris edita.] Meminit idè S. Hieronymus de Priscilliano, cum ait: Quid loquar de Priscilliano, qui & sæculi gladio & totius Orbis auctoritate damnatus est? & alibi de eodem tradit, edidisse multa opuscula, habuisseque defensores, qui eum excusarent non sensisse cum Gnosticis, sicut aduersarij fuerant criminati. Sed frustra ab impietate vindicare curarunt hominem, quem opera probrosa condemnarunt, cuius sordes putidarum libidinum nec Bætis Tagusque abluere valuisse.

LATRONIANVS POETA. Hierony. de script. Ecclesiæ in Matroniano. Hier. aduers. Priscillian. Hieron. de script. ecclesiæ.

C De Tiberiano quoque Bætico, quem Seuerus eadem ex causa relegatum à Maximo dicit in insulam Sylinam, idem Hieronymus agit his verbis: Scriptit pro suspitione, quam cum Priscilliano accusabatur hæreseos, apologeticum, tu menti compositoque sermone. Postea, post suorum cædes tædio victus exilij, mutauit propositum; & iuxta sanctam scripturam, canis reuersus ad vomitum: filiam, deuotam Christo virginem, matrimonio copulauit.] hæc ipse, idemque in Chronico meminit cuiusdam Tiberiani viri disertij, qui anno trigesimo Imperij Constantini Præturæ titulo Gallias administrabat, quem ob temporis discrepantiam ab hoc putamus esse diuersum.

DE TIBERIA NO PRISCILLIANISTA. Hieron. de script. Ecclesiæ.

Quod autem impurissimorum hominum condemnatio, qui ob turpissima scelera etiam Gentilium Imperatorum legibus iustissimè gladio feriendi erant, notam inuulerit indelebilem Episcopo accusatori: illa in primis causa præcessit, quam ex Severo reddidimus, nimirum accusatorem fuisse huiusmodi, qui odio potius quam diuinæ legis zelo commoueretur, quod ipse voluptuosus quosque ieiunantes etiam Catholicos (vt accidit de S. Martino) cum Priscilliano sentire culparet, quodque itidem pœna sanguinis procul abhorreret à mansuetudine muneris pastoralis: nondum enim de Episcopo aliquo auditum in Ecclesia Dei erat, de fontibus pœnam sanguinis exegisse. Quo modo autem sequenti anno ea de causa in Gallijs, nempe Treueris, conuenerit Concilium Episcoporum, qui Ithacium communionem priuarunt, suo loco dicturi sumus, vbi & Maximi factum accuratius perpendetur. Iam verò ad res Ecclesiasticas Orientalis Ecclesiæ digrediarur oratio.

CVR IMPROBATVM SVPERFLVVM HÆRETICORVM.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus (vt auctor est Socrates\*) Timotheus Episcopus Alexandrinus, cum sedisset annos quinque, deceffit, in cuius locum Theophilus successit. Huius Timothei, cum Ammonem sanctissimum monachum ob auriculæ spontaneam amputationem effectum irregularem, nihilominus Episcopum ordinari, sententia hæc fuit: A Iudæis lex ista seruatur. Ego, si dederitis mihi aliquem etiam naribus truncum, sed moribus probum, non eum dubitabo Episcopum facere.] Extat eiusdem apud Græcos epistola canonica. Mentio quoque eiusdem Timothei habetur in rescripto Theodosij Imperatoris ad Optatum Præfectum Augustalem Ægypti de Ecclesiastico iure illibate seruando, his verbis:

\* Socrat. lib. 5. cap. 12. TIMOTHEI OB ITVSS; THEOPHILII ELECTIO Pallad. in Lausiac. c. 11. Apud Theod. Balsam. in si. h. de Episc. ind. C. Theod.

Graviter admodum mota est nostra clementia, quædam ab his qui Episcoporum sibi nomina vendicant, perpetrata, & contra leges non minus diuinis quam humanas improba temeritate commissa, vexatos etiam nonnullos Orthodoxorum clericos, quorum ætas huic iniuriæ à sacerdotio repugnabat, flagitatos itineribus, quaestionarijs deditos, atque hæc omnia per eos commissa, qui ad tegumenta frontis, sacerdotij nominis titulos præ-

\* fatigatos fere-

CHRISTI  
385.SIRICII PAP.  
I.VALENTIN. IO.  
THEODOSII 7. IMPP.THEODO-  
SIVS SAL-  
VVM VVLT  
MVS ECCLIE-  
SIASTICVM

ferebant. Denique lectis in consistorio precibus, quibus Episcopalis pietas aliquid potestulans refragatur, denegatque: idcirco continua lege sancimus, nomen Episcoporum, vel eorum qui Ecclesie necessitatibus seruiunt, ne ad iudicia siue ordinariorum siue extraordinariorum iudicium pertrahatur. Habent illi iudices suos, nec quicquam his publicis commune cum legibus, quantum ad causas tamen Ecclesiasticas pertinet, quas decet Episcopali auctoritate decidi. Quibuscumque igitur mota fuerit quaestio, quae ad Christianam pertineat sanctitatem, eos decebit sub eo Iudice litigare, qui Praesul est in suis partibus omnium sacerdotum, id est per Aegypti dioecesein, Optate carissime ac iucundissime. Quare laudabilis auctoritas tua, arbitrio temperato, quicquid negotiorum aliunde incidet, terminabit, habituro Pontificium sacrae disceptationis Timotheo Episcopo, quem sibi omnes etiam suo iudicio praetulerunt: est enim vir cum omnium sacerdotum susceptione venerandus, tum etiam nostro iudicio approbatus. ] hucusque Theodosij rescriptum, quod utcumque mendis sit deprauatum, perspicue tamen illud insinuat, iudicia Ecclesiastica per Episcopos esse tractanda.

DIGNA  
COLLATIO.

Hic, lector, accuratè hominum primum, ac subinde Dei contemplare iudicium. Duo enim hic habes eodem propè narrationis contextu in eadem ferme causa Imperatorum exempla, nempe Theodosij Aug. atque Maximi, tyranni potius digni nomine: quibus ab iisdem personis, nempe prauis Episcopis, aduersus alios collegas importuna est facta suggestio. Maximus sibi arrogat causam Episcoporum, defert appellationi haeresarchae, iudicat causam, adulteros legibus saeculi gladio vindici subiicit, quod iuste irrogatum supplicium rei multorum scelerum meruissent. Sic planè iudicat Maximus: Theodosius verò longè diuersè: quippe qui infensissimo primum accepit animo, Episcopos deferre ad Praefectos vel ipsum Imperatorem excessus collegarum, vel crimina inferioris ordinis sacerdotum, subterfugientes Episcopale iudicium. Hos reuocat Imperator, nec audiri patitur à Praefectis, quos & dato rescripto commonuit ab Ecclesiasticis iudiciis penitus abstinere, quae ad Episcopos Ecclesiasticarum rerum ac personarum legitimis Iudices deferri mandauit. Ita se habere in eadem ferme causa dissimilia ac prorsus inter se diuersa duorum Imperatorum iudicia. Quodnam autem horum iustius fuerit, non solum Synodali fuit postea sententia definitum, sed diuini iudicij aequa lance libratum, & alterius iactura vitæ atque Imperij declaratum: cum alioqui Maximus exerens, vt alter Phinees, gladium in turpissimorum hominum necem, sanctificasse manus suas Domino, ob id quæ vt Phinees perennitatem Imperij commeruisse videri potuisset: quem tamen non cædes fontium culpabilem reddidit, sed arrogatum sibi sacerdotale iudicium, quantumlibet Episcoporum illorum consensione delatum: Vt intelligant omnes, quàm grauius delinquant, qui illud, contradicentibus sacerdotibus, sibi vendicant & extorquent. Sed iam reliqua prosequamur.

OBITU  
PLACILLA  
AVGVSTAE  
\*Marcellin.  
in Chron.

Eodem anno creditur defuncta Placilla Augusta, quam superiori peperisse constat Honorium, cum & sequenti anno reperitur Theodosius Gallam coniugem accepisse. Laudauit eam funebri oratione Gregorius Nyssenus, qua & virtutes illius pluribus profectus est, locum describens vbi defuncta, in Villa nimirum Scotoumin dicta, quæ à tenebris nomen habens, extinguendæ lucentis egregiè in Ecclesia facis videbatur esse prænuncia. Meminit eiusdem Placillæ, perperam alibi scriptæ, Flacillæ, S. Ambrosius in funere Theodosij, eamque Deo coniunctam in caelis affirmat. Sed qualis quantave esset Christiana femina eadem Augusta, Theodoretus ita describit, cum Theodosij egregias virtutes eidem sanctæ coniugi Placillæ acceptas fert: Coniux eius, nempe Placilla, numquam destitit diuinas leges eidem Theodosio in memoriam redigere, seque primum eisdem accuratè ipsa erudierat. Siquidem ea non Imperatorio principatu se insolenter extulit, sed diuinum, quo flagrabat, desiderium augere studuit. Quippe beneficij magnitudo amorem erga dominum multo reddidit ardentiorum. Itaque ad eos subleuandos, qui mutilata corpora, membraque omnia labefacta haberent, nihil non diligentia & curæ adhibuit: atque ad eam rem non seruorum, seu stipatorum opera vsa est, sed illa ipsa hoc fungi ministerio, adire eorum hospitia & singulis necessaria suppeditare voluit: simili quoque ratione, ecclesiarum hospitia visere, ægrotis in lecto decumbentibus curationem adhibere, tractare ollas, iusculum gustare, ægrotis in lecto decumbentibus curationem adhibere, tractare ollas, iusculum gustare, patinam illis deferre, frangere panem, offas porrigere, eluere pocula, omnia denique alia munera obire, quæ serui & ancillæ exequi solent. Atque illis qui eam ab hoc genere ministerij auocare studebant, respondit: Aurum distri-

PLACILLAE  
VIRTUTES.\*Theod. lib. 5.  
cap. 18.CHRISTI  
385.SIRICII PAP.  
I.VALENTIN. IO.  
THEODOSII 7. IMPP.

A distribuere, decere Imperatorem, se autem pro ipso Imperio, ei qui id ipsum dederat, illam operam offerre debere. Quinetiam percrebro solebat marito dicere: Semper te, mi vir, oportet cogitare, qui olim fueris, & qui iam sis. ista assiduo animo complectens, non te ingratum ostendes erga patronum, sed Imperium, quod suscepisti, iuste & legitime gubernabis: atque eo rite administrando, eum qui ipsum donauerit, augustè sanctèque coles. Eiusmodi sermonibus semper cum viro habitis, femina virtutum animo eius mandata præclarissimè commodissimeque rigauit. ] ista Theodoretus.

Genuit hæc Theodosio, præter Arcadium & Honorium, Pulcheriam: sed viuentem adhuc matre Placilla, tenella infans citò decessit, in cuius funere idem Gregorius Nyssenus, qui Constantinopoli erat, habuit panegyricum, de qua & in funere Placillæ matris: Quo modo igitur, inquit, fecit distributionem? Cum tres essent liberi (hæc enim bonorum capita sunt) qui virilis sexus essent apud patrem reliqui, qui regno eius præsidio essent: ad suam verò partem solam filiam pertinere existimauit. Quanto verò odio eadem Placilla Augusta execrata fuerit impios Arianos, idem Gregorius ad cumulum eius laudum adiicit huiusmodi corollarium: Simulacrorum odium commune est omnibus qui fidei particeps sunt: sed eius præcipuum, quod Arianam infidelitatem similiter atque simulacrorum cultum abominabatur. Nam eos qui in creatura diuinum numen esse existimarent, nihilo minora colere atque venerari putabat, quàm qui ex materia simulacra efficiunt. At rectè ac piè ita iudicabat. Nam qui creaturam adorat, etiam si in nomine Christi id faciat, simulacrorum cultor est, Christi nomen simulacro imponens. Idcirco cum didicisset, quod non sit Deus recens & nouus, vnam Deitatem adorabat, quæ in Patre & Filio & Spiritu sancto glorificatur. In hac fide creuit, in hac vixit, apud hanc spiritum deposuit, ab hac oblata est sinui patris fidei Abrahami iuxta fontem Paradisi, &c. ] certè quidem per Arianos occulto tramite diabolum conatum esse restituere idololatram, alibi idem auctor pluribus docet, nosque superius diximus ex sententia Athanasij.

Ad postremum autem corrigendus hic error, in quem nos secuti Græcos auctores, incurrisse fatemur in nomine Placillæ, de cuius obitu agimus, ita quidem Græci omnes appellant Placillam, Gregorius Nyssenus in inscriptione funebri orationis, eodem modo Socrates<sup>b</sup>, Sozomenus<sup>c</sup>, Theodoretus<sup>d</sup>, Suidas, Zonaras & alij; ita etiam in emendato errore reddiderunt Latini interpretes, & alij eodem reperiuntur errore decepti, vt Panuius<sup>e</sup>: Quos secuti æquè nos Placillam nominauimus, quæ reuera, Flacilla dicenda est. Prodit id imprimis vetus numisma, cuius hic tibi formam eudendam curauimus, quæ sic se habet.

\*Gregor. Nyss.  
orat. in funere  
Placilla.\*Socrat. lib. 5.  
cap. 12.  
\*Sozom. li. 7.  
cap. 6.  
\*Theod. lib. 5.  
cap. 9.  
\*Panuius de  
Rom. Prin.  
lib. 3.

E Neque dubitari potest, quin sit ipsa imago coniugis Theodosij, cum præter hanc Flacillam nulla legatur Christiana eius nominis Augusta. Docet hoc ipsum præterea Claudianus in carmine de laude Serenæ, vt ibi: Flacillam, Mariamque, &c. ] & inferius: Commotum Flacilla virum. ] Fuisse illi quoque cognomen Aelia, vt in numismate habes expressum, idem docet auctor, vbi ait: His fontibus Aelia fluxit. ] Ducebat & ipsa genus ab Hispania, vbi Aelia familia clarissima erat, ex qua pariter Aelius Hadrianus, quem æquè ex Hispania traxisse originem, Spartianus affirmat. Rursum verò in emendationibus voluminibus S. Ambrosij in funere Theodosij oratione, Flacillam & non Placillam inuenies appellatam, quem & secutus est Paulus diaconus in Appendice ad Eutropium. Conferat ad hæc, quod huius neptem, Arcadij filiam, Prosper & Marcellinus in Chronicis, sub Consulatu Cæsarij & Attici, Flacillam rectè nominant. Idem & constat de pronepte,

pronepte, Theodosij minoris filia, quæ Flaccilla item dicitur à Marcellino, sub Consulatu A Antiochi atque Bassi. At quòd in corrigendis erratis hic sumus, emendamus in super, quòd tres tantum diximus fuisse ex Flaccilla Theodosio filios, duos superstites, vnam defunctam Pulcheriam: addimus & quartam prolem ad superos æquè transmissam, nempe Gratianum infantem, eundemque citò ex hac vita subductum. De his namque omnibus ista habet S. Ambrosius in oratione habita in funere Theodosij: Nunc te Augusta memoriat Theodosius regnare cognoscit, quando in regno Domini Iesu Christi est, & considerat templum eius: Nunc tibi Rex est, quando recipit etiam filium Gratianum & Pulcheriam iam dulcissima sibi pignora, quæ hic amiserat.] hæc Ambrosius. At de Flaccilla hætenus, eiusque ex Theodosio prole suscepta. Ex quibus non solum quæ sunt dicta corrigas, sed & auctores emendes, siue Latinos, siue Græcos, qui Placillam loco Flaccillæ nominant, & tres tantum tribuunt filios Theodosio Imp.

19. de Pa- gan. C. Theod. LEX THEODOSII ADVERSUS IDOLATRAS.

An. epist. 18. Amb. orat. in fun. Theod. de. no. de scen. Cod. Theod. Hier. epist. 10.

DE REORVM INDVLGENTIA PASCHALI TEMPORIS. I. S. de indulg. crim. Cod. Theod.

Ambros. epist. 33.

THEODOSIVS PRO NVLGAT INDVLGENTIAM REORVM.

Hoc eodem anno Theodosius Imperator ad Cynegium PP. ita rescripsit aduersus idolatras iterum reuiuiscetes: Ne quis mortalium ita faciendi sacrificij sumat audaciam, vt inspectione iecoris, extorumque præfagio, vanæ spem promissionis accipiat; vel (quod est deterius) futura sub execrabili consultatione cognoscât. Acerbioris etenim imminet supplicij cruciatus eis, qui contra vetitum præsentium vel futurorum explorare tentauerint veritatem. Dat. viii. Kal. Iunij Constantinop. Arcadio A. I. & Bautone V. C. Coss.] fanxit hæc & alia Theodosius aduersus Gentilium superstitionis cultum, quorum meminit Augustinus, necnon Ambrosius, qui eius in abolendis idolis studium commendat. Sustulit hoc pariter anno, ad eundem PP. rescribens, fidicinas ac psaltrias mulieres ciuitatum pestes: hæc enim illecebris mores ciuium corrumpebant: de his namque ait S. Hieronymus scribens ad Furiam: Fidicinas & psaltrias, & istiusmodi chororum diaboli, quasi mortifera Sirenarum carmina, protërba ex ædibus tuis.]

Quo item anno Valentinianus Imperator de relaxandis vincis Paschali tempore eiusmodi generale edictum proposuit:

Nemo deinceps tardiores fortassis affatibus nostræ perennitatis expectet. Exequantur Iudices quod indulgere consueuimus. Vbi primum dies Paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula soluantur. Sed ab his fecernimus eos, quibus contaminiari potius gaudia læticiamque commune, si dimittantur, aduerimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? Quis adultero vel incesti reo tempore castitatis ignoscat? Quis non raptorem in summa quiete & gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non fuit. Patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulteratorque moneræ. Homicida quod fecit, semper expectet. Reus etiam maiestatis, de domino, aduersus quem talia molitus est, veniam sperare non debet. Dat. v. Kal. Mart. Mediolan. Arcadio I. & Bautone Coss.] De eiusmodi sanè consuetudine & lege Imperatoris meminit S. Ambrosius, cum exprobrat in ipsum Imperatorem, quòd Iustinæ Augustæ matris suasionem, Paschatis tempore pios viros carceri manciparit, quo vincis dimitti solerent. Sed de his inferius.

Id ipsum quidem, nempe vt Paschali tempore vincis relaxarentur, præstare quoque solebant Christiani, qui in Oriente regnabant Imperatores: quod & à Theodosio æquè pietatis officium exhibitum est: meminit namque S. Ioannes Chrysostomus eiusmodi religiosæ consuetudinis, cum agit de oratione Flauiani Episcopi Antiocheni, quam Constantinopoli coram Theodosio habuit, legatione fungens pro populo Antiocheno sub gladio ira Principis periclitante: nam hæc tunc ad Theodosium Flavianus: Recordare priorum, quando solemnitate hac, nempe Paschali, superueniente, per totum Orbem terrarum epistolam misisti, iubentem carcere detentos dimitti, & illis ignosci crimina: & illis humanitatem tuam demonstrare non sufficientibus, per litteras dicebas: Vtinam mihi liceret, & defunctos reuocare, & resuscitare, & ad priorem vitam reducere.] erant enim hæc verba in sanctione contexta, quæ non reperitur.

IESV CHRISTI SIRICII PAP. VALENTINIANI II. ANNVS 386. ANNVS 2. THEODOSII 8. IMPP.

Recentesimus octogesimus sextus Christi annus aperitur Consulatu Honorij & Euodij: erat hic apud Maximum fungens (vt vidimus anno superiori in rebus Præscilliani)

scilliani) Galliarum Præfectura. Quòd igitur Fastis adscriptum videas Euodium Maximi hominem, planè intelligis inter ipsum ac Theodosium & Valentinianum Imperatores pacis fœdera esse transacta, cuius quidem violator & ruptor Maximus primus fuit, vt suo loco dicitur. Quod verò ad Honorium Consulè creatum spectat: erat planè puer infans, de quo Claudianus:

Inter cunabula Consul Proucheris signans post modo nomine Fastos, Donaturq; tibi qui te produxerat annus.] Natum quidem esse Honorium anno superiori, mense Septembris, auctor est Marcellinus in Chronico: qua ratione dicendum, ipsum, cum ei Consulatus traditus est, infantem fuisse quatuor mensum.

Anni verò huius exordio, nimirum ipso mense Ianuarij, celebratum est à Siricio Papa Romæ in Basilica sancti Petri Concilium octoginta Episcoporum, cuius extat epistola Synodalis data octavo Idus Ianuarij post Consulatum Arcadij atque Bautonis, quòd scilicet nouorum Consulum nomina Romæ nondum publicis auspicijs promulgata essent. Porro in hoc Concilio nouem Papacapitulis collapsam in Africa Ecclesiasticam disciplinam restituere conatus est.

De Nouatianis ac Montensibus primò cautum, vt venientes ad Ecclesiã, per manus impositionem conciliarentur: hoc enim nomine Romæ noto, Montenses, Donatistas schismaticos nominat. Monuit præterea, ne sacerdotes atque diaconi coniugati, cum ordinati essent, cum vxoribus permianerent. Ceterum calibatam sacrorum ministrorum nequaquam ex lege Siricij Papæ recens introductum esse, sed ab Apostolorum temporibus in Africa acceptum atque retentum, sibi vendicat Concilium Carthaginense. Huius decreti Siricij, vt incontinentes à ministerio Ecclesiastico arcerentur, meminit Innocentius Papa in epistola ad Exuperium Episcopum Tolosanum. Sunt & alia ibi statuta, quæ eadem epistola recensentur. Sed & recitata fuit hæc Siricij epistola in Concilio Teleptensi in Africa, sub Honorio Imp. celebrato, de quo suo loco dicendum.

Eodem quoque mense Ianuarij, Valentinianus Imperator indignum profusus pio Principe, impulsu haud dubium Iustinæ Augustæ matris, pro Arianis eiusmodi promulgauit edictum.

Damus copiam colligendi his, qui secundum ea sentiunt, quæ temporibus diuæ memoriæ Constantij, sacerdotibus conuocatis ex omni Orbe Romano, expositaque fide ab his ipsis qui dissentire noscuntur, Ariminensi Concilio, Constantinopoli etiam confirmata, in æternum mansura decreta sunt. Conueniendi etiam, quibus iussimus, pateat arbitrium: scituris his, qui sibi tantum existimant colligendi copiam contributam, quòd si turbulentum quippiam contra nostræ tranquillitatis præceptum faciendum esse tentauerint, vt seditionis auctores, pacisque turbata Ecclesiæ, etiam maiestatis, capite ac sanguine sint supplicia luituri: manente nihilominus eos supplicio, qui contra hanc dispositionem nostram obreptiuè aut clanculo supplicare tentauerint. Dat. x. Kal. Februarij, Mediolani, Honorio, N. B. P. & Euodio Coss.] sed Iustinæ hunc fuisse conatum, audies ex his quæ de eadem lege habet Ruffinus.

Interim dictanda aduersus fidem Ptarum Imperialia decreta mandantur Beneuolentiam Memoriæ scrinij præfidenti: sed ille, cui ab incunabulis sacra fides & venerabilis fuit, abnegat se impia verba posse præferre & contra Deum loqui. Tum verò ne inceptum Regiæ frustrari videretur, celsior ei honor promittitur, si impleat iniuncta. Ille qui nobilior in fide esse, quam in honoribus cuperet: Quid mihi, ait, pro impietatis mercede altiorem promittis gradum? Hunc ipsum, quem habeo, tollite: tantum mihi conscientia fidei duret illæsa. Hæc dicens, ante pedes turbata Ecclesiæ, etiam maiestatis, capite ac sanguine sint supplicia luituri: manente nihilominus eos supplicio, qui contra hanc dispositionem nostram obreptiuè aut clanculo supplicare tentauerint. Dat. x. Kal. Februarij, Mediolani, Honorio, N. B. P. & Euodio Coss.] sed Iustinæ hunc fuisse conatum, audies ex his quæ de eadem lege habet Ruffinus.

Communis voti fuerat, vt ea quæ de diuinis eloquijs per Paschales dies proximè præteritos explanauit, coram valuisse audire. Cum enim semper, tum præceptis his diebus festis præsentia tua nobis merito grata est in Ecclesiæ Brixianæ conuentu. Nam sicut honoratorum nostræ vrbs, ita etiam Dominicæ plebis, Domino annuente, dignissimum caput es: quia non minore diligentia seruare studes Dei præcepta, quam discere, robustam Catholicæ fidei professionem præclaræ vitæ meritis æquiparare contendens, vt habeat

CONCILIVM ROMANVM. Siric. epist. ad Episc. Africa.

Concil. Carthag. 2. c. 2.

Innoc. ad Exuper. cap. 2.

Teleni

de fide Cathol. Theod. LEX PRO ARIANIS DATA.

Ruffin lib. 2. cap. 16.

BENEVOLE CONFESSOR.

Gaudens in præfat. serm. Biblioth. sanct.

Rom. 2.

fincera, fides opera suae puritatis nitore condigna. Qua in re maximus docentis fructus A est, & immortalis utilitas audientis, dicente Apostolo: Non auditores tantum, sed factores legis iustificabuntur apud Deum. Nec mirum, si hodie taliter in timore Domini conuerteris, qui necdum percepta baptismi gratia, ita pro fidei celestis veritate pugna- sti, ut imbutum te admirabilibus doctrinis Apostolici per omnia viri Patris nostri Phila- strij, tantae constantiae testimonium approbarit. Nostri namque temporis Regina Ieza- bel Arianæ perfidia patrona simul & socia, cum beatissimum persequeretur Ambrosium Ecclesiae Mediolanensis Antistitem, te quoque ea tempestate magistrum Memoriae obli- tum salutaris fidei arbitrata, contra Catholicas dictare Ecclesias compellebat. Quod ne faceres, vltro & promotionis politicæ dignitatem & ambitionem sæculi gloriamque mun- danam pro Dei gloria contempsisti, magis eligens priuatus viuere, quam mortuus milita- re. ] hæc Gaudentius ad ipsum Beneuolum egregium confessorem.

GAUDENTII EPISC. BRI- XIANI EPI- CTIO. Gaudent. serm. in sua ordinat.

Porro ipse S. Gaudentius, qui ista præfatur ad tractatus quos de Paschate scripsit, haud pridem defuncto S. Philastrio, quem vidimus interfuisse cum Ambrosio Aquileicnsi Con- cilio, in locum eius subrogatus est, licet immatura ætate, sed præstans doctrina atque vir- tutibus: verum quali quantave adhibita vi, ipse declarat in sermonis exordio, quem de sua ordinatione tunc habuit, cum ait: Imperitiæ meæ conscius, & ætatis ipsius immaturæ ad sacerdotij dignitatem pudore deteruitus, meritò silendi licentiam à summis sacer- dotibus postulabam. Metuo enim primum, ne vis verborum caelestium exiguitatis meæ sermone tenuetur: deinde erubescio, quòd tantæ expectationi opratum doctrinæ fructum præstare non valeo. Vnde imparem vestro per omnia me desiderio sentiens, onus istud totis viribus conatus sum declinare. Sed beatus pater Ambrosius ceteriq; venerandi Antisti- tes, sacramento, quo temerè vos ipsos obligastis, astricti, tales ad me epistolas cum vestra C gatione miserunt, vt sine damno animæ meæ vltà iam resistere non valerem, cui ab Orientalibus quoque Episcopis, nisi meum ad vos reditum polliceret, salutaris commu- nio negaretur. Tali igitur conclusus articulo, & auctoritate sanctorum præsentium subiti- gatus, suscepi hoc summi sacerdotij munus, nec merito dignus, nec ætate aptabilis, nec doctrina maturus. Intuemini ergo quid patiar, &c. ] Sed quid hic ipse ait ab Orientalibus se excommunicandum, nisi reditum polliceretur? Accipe quæ ab eodem in alio sermo- ne\* traduntur: nempe, in Orientem peregrinationem suscepisse pietatis ergo, & inter alia loca aduenisse Cæsaream Cappadociæ, ibique à sacris virginibus in monasterio agentibus sacras accepisse reliquias sanctorum Quadraginta martyrum, qui sub Licinio Sebaſte in Armenia passi fuerant, quas se mutuatas dicebant à S. Basilio Magno ipsarum auunculo, eius tunc ciuitatis Episcopo. Cum autem (vt dictum est) inter hæc contigerit sanctum D Philastrii ex hac vita decedere, omnes sacerdotes eius provinciae, atque potissimum S. Am- brosius, in ipsum Gaudentium, absentem licet, in electione pari consensione conspirant, firmant decretum, atque stabilunt iureiurando. Cum verò hæc audisset Gaudentius iam electus Episcopus, detrectaretque in Occidentem reditum, missa est ab Episcopis ad ipsum legatio & ad Orientis Antistites, qua rogarunt, vt renitentem redire Gaudentium excom- municatione compellerent: quod (vt vidimus) ab eisdem nauiter implerum fuit, coactusque redire, & regimen accipere Ecclesiae Brixianæ. At de his hæcenus, ad quæ oc- catione Beneuoli non inuiti digressi sumus.

Gaudent. serm. in dedi- catione basil- licæ.

PERSEC- TIO IVSTI- NAE IN S. AMBROSI- VM.

Porro quod eiusdem Gaudentij (vt diximus) assertionem illud exploratum habeatur, tempore eiusmodi impiæ sanctionis, quam Beneuolus dictare renuit, Iustina Augustam, quam iure nominat Iezabelem, aggressam esse S. Ambrosium persequi: hic de eadem per- secutione fusius agere, temporis ratio postulat & argumentum. De qua quidem illud in primis considerandum, eandem Iustinam semper antea, etiam temporibus Gratiani, S. Ambrosio negotium faceffisse, vt superius dictum est in electione Anemnij Episcopi Sirmienſis. Ceterum leuia illa quidem existimata sunt & nullius ferme momenti, vt quæ nec persecutionis nomine censerentur, respectu habito ad eam quæ his temporibus ingruit, cum pertinacior de tradenda basilica Arianis ab ea est facta petitio, & vio- lenta exactio consecuta. Quod enim memorato nuper impio Imperatoris edicto pro- fessoribus sacrilegij Ariminensis data esset conueniendi facultas; sollicitior Iustina fuit, vt Arianis locum, in quem iisdem suæ communionis sectarij conuenirent, subreptum à Catholicis traderet: cuius rei causa tot tantæque Mediolani concitatae sunt turbæ, quas antequam enarrare aggrediamur, de tempore exactior est habenda discussio. Scimus enim

A enim has ad tempora Gratiani à Paulino referri, quas non sub huius anni Coss. & non ante ceptas esse contendimus.

Miratus sum vehementer, Paulinum clericum eiusdem Ecclesiae Mediolanensis mili- tantem sub Casto diacono, recensere eiusmodi persecutionem ante obitum Gratiani: At considero non ipsum præterisse, quo potissimum tempore & anno ea acciderint: sed quod nulla in scribendo habita chronographiae ratione, prout sibi occasio videretur ob- lata, res gestas pro arbitrio collocaret; narratis his quæ à Iustina aduersus Ambrosium Sirmij acta essent, ad alia eiusdem argumenti recensenda institutam de his semel profe- quitur orationem. Vnde fortasse Græcis data est errandi occasio: siquidem Sozomenus ea ante Gratiani necem contigisse refert<sup>a</sup>, sicut & Nicephorus<sup>b</sup> atque alij hos secuti: Ruffinus<sup>c</sup> verò contigisse tradit post obitum Gratiani: quod manifestius demonstrat Gau- dentij auctoritas citata nuper, iuncta edicto pro Arianis Iustinae opera promulgato. Sed ad euidentiorum rerum demonstrationem illud in primis intelligendum est, eiusmodi per- secutionem biennio perdurasse: quod euidenter constat Ambrosij auctoritate; cum agens in Auxentium Arianum, cuius nutu Iustina ad omne nefas impelleretur, præter illa quæ tum accidisse narrat; ea quæ superiori passus sit anno, in memoriam reuocat, dicens: Su- periori anno, quando ad Palatium tuum sum petitus, &c. ] Quamobrem fatendum est, persecutionem hoc anno ceptam, in annum sequentem fuisse propagatam. His igitur in hunc modum de tempore elucidatis; reliquum est, vt quænam hoc anno, quæ verò se- quenti à Valentiniano atque Iustina in Ambrosium gesta sunt, æqua discriminatione di- stincta, certa certis quæque reddamus annis.

TEMPVS PERSEC- TIONIS IV- STINAE CONTRA AM- BROSIUM.

Sozom. lib. 7. cap. 13. Niceph. lib. 1. cap. 19. Ruffin. lib. 2. cap. 15.

Ambros. in Auxentium.

Ipse igitur Ambrosius in nuper citato loco de rebus hoc anno gestis hæc habet: Quasi<sup>d</sup> verò superiori anno, quando ad Palatium sum petitus, cum præsentibus primatibus ante Consistorium tractaretur, cum Imperator basilicam vellet eripere, ego tunc aulae con- templatione regalis infractus sum, constantiam non tenuerim sacerdotij, aut imminuto iure discesserim: Nonne meminerunt, quòd vbi me cognouit populus Palatium petiſſe, ita irruit, vt vim eius ferre non possent; quando Comiti militari cum expeditis ad fugan- dam multitudinem egresso, obtulerunt omnes se neci pro fide Christi? Non tunc roga- tus sum vt populum multo sermone mulcerem, sponderem fidem, quod basilicam Eccle- siae nullus inuaderet? Et cum pro beneficio meum sit officium postulatum; tamen quòd populus ad Palatium venisset, mihi inuidia commota est. In hanc igitur inuidiam me re- dire desiderant. Reuocauit populum, & tamen inuidiam non euasi. ] hæcenus ipse ibi de rebus hoc anno gestis.

Ambros. in Auxentium.

AMBROSI- VM VOCA- TVM AD IMP. SEQVI- TVR POPV- LV.S.

D Quidnam est autem, quòd Iustina Augusta Ambrosio semper infensa, ipsum hoc po- tissimum anno vehementius exagitare aggressa est? dicam paucis. Morata est ipsa qui- dem in hoc tempus, in primis quòd viuente Gratiano erga Ambrosium propensiore, id tentare non licuit: sed nec eo defuncto: nam cum metus Maximi tyranni eam vrgeret, studuit tunc de Ambrosio benemereri, cuius indigebat opera (vt vidimus) ad Maximum coercendum & continendum in Gallijs. Icto autem cum eo foedere, quòd res in tuto vi- derentur collocatae; nec Deum timens, nec virum sanctissimum verita, immemor ac- cepti beneficij, quo filio conciliatum esset Imperium, impulsâ furore, Arianorumque sti- mulis exagitata, scelus aggreditur omnium maximum. Sed & noua illam ea causa com- mouit, quòd suæ sectæ homines malè multatos, indeque pulsos sciret, nec nisi ab ipsa sperare auxilium, ad quam confugissent. Etenim cum Theodosius Imperator (vt de- monstrauimus) in Oriente Arianos & alios hæreticos compluribus datis edictis è ciuita- tibus alijsque locis abire iussisset: accidit, vt nonnulli ex ijs, quod scirent Iustinam Augu- stam Arianam esse, Arianisque fauere, fouereq; illos officijs omnibus, ad eam in Occiden- tem se Mediolanum conferrent. cum verò iisdem immenso numero excreuissent, creuit pariter Episcopi ipsorum audacia, cum præsertim magnæ patronæ, nempe ipsius Iusti- næ niteretur auxilio. Erat hic Auxentius genere Scytha, subrogatus in locum senioris Auxentij, quòd ceteros doctrina antecellere videretur: sed quòd sciret Auxentij nomen odiosum esse ob Auxentium cuius Mediolanensis fuit, loco Auxentij dici voluit Mercurinus, de quo eleganter Ambrosius<sup>e</sup>: Vnum portentum est, & duo nomina. Etenim ne cognosceretur quis esset, mutauit sibi vocabulum, vt quia hic fuerat Auxentius Episcopus Arianus, ad decipiendam plebem quam ille tenuerat, se vocaret Mercurinum. Mutauit ergo vocabulum, sed perfidiam non mutauit; exiit lupam & induit lupam.

IUSTINA CVR HOC TEMPORE VEXAT AM- BROSIUM.

Ambros. in Auxentium.

CHRISTI SIRICII PAP. VALENTIN. II. IMPP.  
386. 2. THEODOSII 8.

Nihil prodest quod mutauerit nomen: quid sit agnoscitur. Alius in Scythiæ partibus dicebatur, alius hic vocatur, &c.]

Sed antequam de rebus ab eo gestis agamus, confutanda est illa sententia, qua duo Auxentij constantur in vnum, seniorque cum iunioris miscetur atque confunditur. Iam pluribus aliis differuimus aduersus aliquos, qui hunc iunioris Auxentium vnum eundemque esse putarunt cum seniori eiusdem nominis Episcopo Mediolanensi; aduersus quos satis fit modò aliquas adducere differentias, quibus alter ab altero distinguatur. Seniore in primis Auxentium diem obiisse ante creationem Ambrosij, non Socrates<sup>a</sup> tantum, Sotomenus<sup>b</sup>, atque Theodoretus<sup>c</sup> Græci historici absque controuersia vlla confirmant, sed & qui nouerunt ipsum & eodem vixerunt tempore atque scripserunt, Paulinus<sup>d</sup>, Hieronymus<sup>e</sup>, necnon Ruffinus<sup>f</sup> expressè testantur: à quibus rem adeò perspicue probantibus desciscere, nec vel vnum antiquorum inuenire contrarium affirmantem, quid aliud est, quam apertissimæ veritati contentiosè nimis obniti? Rursùm verò si idem cum seniori Auxentius iunior erat, quæ fuit illa causa mutandi nominis, vt Mercurinus nominari mallet, cum et si non ex nomine, ipso tamen vultu omnibus notissimus esset, utpote qui quatuor ferme lustris (vt vidimus) Mediolani sedisset? Certè adeò notum facie hominem non superinducta mutatio tantum nominis, sed nec (quod est in fabulis) Orci galea vel annulus Gygis occultare potuissent.

Sed & tertium illud necessarium accedat argumentum petiit ex verbis Ambrosij, dum ait<sup>g</sup>: Alius in Scythiæ partibus dicebatur, alius hic vocatur, nomina pro regionibus habet.] ita ipse: ex quibus apparet, hunc ipsum non Mediolani Auxentium dictum esse, sed in Scythia, quem eiusdem constat auctoritate Mediolani Mercurinum nominari; cum alioqui de seniore liqueat non alio nomine quam Auxentij nuncupatum. His quoque addimus, Auxentium seniore patria fuisse Cappadocem, id Arhanasio<sup>h</sup> & alijs testantibus; hunc verò testificatione Ambrosij constat fuisse Scytham. Cum tor igitur alter ab altero discriminantur proprietatibus & differentijs, duos extitisse Auxentios, nemo iure poterit dubitare: illum priorem nimirum produxisse ætatem, vsque ad vltimum tempus Valentiniani senioris, latentem ac decipientem Imperatorem Catholico nomine: istum verò non antè auditum & cognitum, quam post obitum Gratiani, cum à Iustina contra Ambrosium elatus est.

Plures quidem causæ eiusdem Iustinæ animum in Ambrosium concitarunt, nimirum electio Catholici Episcopi ipsa refragante ante facta in Ecclesia Sirmiensi: Palladij & Secundiani veterum hæreticorum Episcoporum in Concilio Aquileiensi publica condemnatio, ea cuncta vno in primis operante Ambrosio: quodque etiam cum adhuc viuente Gratiano (vt vidimus) agere cœpisset de basilica Arianis tradenda, id numquam obtinere potuisset. Coquebat tunc hæc ipsa quidem in stomacho; sed adhuc Gratiano superflite erga Ambrosium propensiore, euomere opportunum minimè fuit: verùm nec statim illo necato, data est ipsi facultas in Ambrosium insaniendi, timore Maximi ingruente, eum opus haberet ad placandum & continendum intra limites Alpium Maximum eiusdem Ambrosij opera, quam egregiè planè nauauit, vtiliterque impendit. His igitur iam cessantibus, hoc anno aduersus Ambrosium Iustina concitat Mercurinum, dictum apud Scythas Auxentium. cuius quidem mutationis nominis non illa dumtaxat, quam diximus, causa præcessit, quòd perosum esset Mediolani Catholicis ipsum nomen Auxentij: sed etiam quia in patria enormia scelera perpetrasset; ne ex nomine crimen infame notum omnibus redderetur, illo relicto, nouoque adlito, Mediolani dici pro Auxentio voluit Mercurinus: nam de eodem hæc ipse Ambrosius<sup>i</sup>: Minora fecit in Scythia, & ita erubuit, vt mutaret vocabulum: sceleratiora hic ausus est, & volet, quocumque perrexit, nomine suo prodi? ] minimè gentium, sed potius pro regionibus, diuersa foret nomina mutaturus. Verùm haud profuit ista mutatio nominis; siquidem Auxentius vsitatus dictus est: ita enim appellant eum S. Ambrosius in publicis monumentis, atque Hieronymus<sup>k</sup>, & alij omnes.

At quid hoc tempore spurius iste? auder tamquam alter Allophilus & incircumcisus Goliath, armis sæcularis potentia fretus, nempe fauore pollens Iustinæ Augustæ Ariano- rum patronus, prodire in campum, & exprobare agminibus Dei viuentis, Ambrosium scilicet ad publicam disputationem prouocare; cum & delegit arbitros pugnae, quos non prodidit, sed Gentiles, siue Iudæos, vel fortasse eiusdem sectæ homines Arianos, arbitro etiam

DUO AVXEN-  
TII, SENI-  
OR, ET IUNIOR.

<sup>a</sup> Socrat. lib. 4. cap. 25.  
<sup>b</sup> Sotom. lib. 6. cap. 4.  
<sup>c</sup> Theod. lib. 4. cap. 5.  
<sup>d</sup> Paulin. in vita S. Ambrosij.  
<sup>e</sup> Hieron. in Chron.  
<sup>f</sup> Ruffin. lib. 2. cap. 11.

<sup>g</sup> Ambrosij. epist. 13.

<sup>h</sup> Athanasij. epist. ad Solim.

<sup>i</sup> Ambrosij. in Auxent.

<sup>k</sup> Hier. epist. 57.

AVXENTIVS  
PROVOCAT  
AD DISPU-  
TATIONEM  
AMBROSI-  
VM.

CHRISTI SIRICII PAP. VALENTIN. II. IMPP.  
386. 2. THEODOSII 8.

A etiam ipso Valentiniano Imperatore, licet catechumeno. Exhorruit Dei sacerdos fidei causam post tot Concilia arbitrio credere sæcularium; spreuit petulantiam hominis, ne Ecclesiæ prosterneret dignitatem, refugitque coram Imperatore adhuc catechumeno iudicante, de summa Christianæ fidei disceptare: cum Auxentius Ambrosij modestia abusus, Valentinianum adiens, cogi Ambrosium magna arrogancia ad differendum de fide in Consistorio, fultus Iustinæ Augustæ patrocinio postulauit. Nihil denegauit ipse Valentinianus Auxentio, ne videretur renuendo, matri illi patrocinanti iniuriam irrogare. Misit igitur Imperator ad S. Ambrosium Dalmatium Tribunum, qui eidem ad certam diem disputationem cum Auxentio habendam indiceret. Quæ cum à Dalmatio sanctus Dei sacerdos accepisset: quòd decoris esset Ecclesiasticæ functionis, quodque deceret Catholicum Præsulem, & inconcussus vigor Pontificalis exigeret, ex sententia Episcoporum qui aderant, per libellum Valentiniano respondit: quem rerum gestarum seriem continentem, multaque alia magni ponderis complectentem. hic describendum putauimus; sic enim se habet<sup>l</sup>:

Clementissimo Imperatori & beatissimo Augusto Valentiniano Ambrosius Episcopus. Dalmatius me Tribunus & Notarius, mandato (vt allegauit) clementiæ conuenit tuæ, postulans vt & ipse Iudices legerem, sicut elegisset Auxentius: nec tamen expressit eorum nomina, qui fuerant postulati. Sed id addidit, quod in Consistorio esset futura certatio, arbitro pietatis iudicio tuæ. Cui rei respondeo (vt arbitror) competenter. Nec quisquam contumacem iudicare me debet, cum hoc asseram, quod Augustæ memoriæ pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit: in causâ fidei, vel Ecclesiastici alicuius ordinis, eam iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis: hæc enim verba rescripti sunt: hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare.

Quin etiam si alias quoque argueretur Episcopus, & morum esset examinanda causa: etiam hanc voluit ad Episcopale iudicium pertinere. Quis igitur contumaciter respondit clementiæ tuæ? ille qui te patri similem esse desiderat; an qui vult esse dissimilem? Nisi forte vilis quibusdam tanti Imperatoris existimatur sententia, cuius & fides confessionis constantia comprobata est, & sapientia melioratæ Reipublicæ profectibus prædicatur. Quando audisti, clementissime Imperator, in causâ fidei laicos de Episcopo iudicasse? Ita ergo quadam adulatione curuamur, vt sacerdotalis iuris sumus immemores: & quod Deus donauit mihi, hoc ipse alijs putem esse credendum? Si docendus est Episcopus à laico: quid sequetur? Laicus ergo disputet, & Episcopus audiat, Episcopus discat à laico: At certe si vel scripturarum seriem diuinarum, vel vetera tempora retractemus: quis est qui abnuat, in causâ fidei, in causâ inquam fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare?

Eris, Deo fauente, etiam senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc censebis, qualis ille Episcopus sit, qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus, Deo fauente, vir maturioris aui dicebat: Non est meum iudicare inter Episcopos. Tua nunc dicit clementia: Ego debeo iudicare? Et ille baptizatus in Christo, inhabilem se ponderi tanti putabat esse iudicij. Clementia tua, cui adhuc emerenda baptismatis sacramenta seruantur, arrogat de fide iudicium, cum fidei ipsius sacramenta non nouerit? Quales autem elegerit Iudices, possumus existimationi relinquere, quando eorum nomina timet prodere. Veniant planè, si qui sunt, ad ecclesiam, audiant cum populo: non vt quisquam Iudex resideat, sed vt vnusquisque de suo affectu habeat examen, eligat quem sequatur. Agitur de istius Ecclesiæ sacerdote: si audierit illum populus, & putauerit melius disputare, sequatur fidem eius: non inuidebo. Omitto quia iam ipse populus iudicauit; taceo quia eum quem habet, de patre tuæ clementiæ postulauit. Taceo quia pater pietatis tuæ quietem futuram spondit, si electus susciperet sacerdotium. hanc fidem secutus sum promissorum.

Quòd si de aliquorum peregrinorum assentatione se iactat: ibi sit Episcopus, vnde sunt ij qui eum Episcopatus putant nomine esse donandum: nam ego nec Episcopum noui, nec vnde sit scio. Vbi illud constitutum, Imperator, quod iam ipse tuum iudicium declarasti, immò etiam dedisti leges, ne cui esset liberum aliud iudicare. Quod cum præscripsisti alijs, præscripsisti & tibi. Leges enim Imperator fert; quas primus ipse custodiat. Vis ne igitur experiar, vt incipiant ij qui Iudices eliguntur, aut aduersus tuam venire sententiam,

<sup>l</sup> Ambrosij. epist. 32.

<sup>m</sup> Apud Ambrosij. epist. 3. LIBELLVS AMBROSII AD VALENTINIANVM.



aut certe excusare quod Imperatoris tam feuro & tam districto Imperio non potuerint obuiare: Sed hoc contumacis, non modesti est sacerdotis. Ecce Imperator, legem tuam iam ex parte rescindis, sed utinam non ex parte, sed in vniuersum. Legem enim tuam nollem esse supra Dei legem. Dei lex nos docuit quid sequamur: humanæ leges hoc docere non possunt: extorquere solent timidis commutatione, fidem inspirare non possunt. Quis erit igitur ille, qui cum legat per tot prouincias vno momento esse mandatum, ut quicumque obuiauerit Imperatori, feriatur gladio: quicumque Dei templum non tradiderit, protinus occidatur: quis, inquam est, qui possit vel vnus, vel inter paucos dicere Imperatori: Lex tua mihi non probatur? Non permittitur hoc dicere sacerdotibus, permittitur laicis? Et iudicabit de fide, qui aut gratiam sperat, aut metuit offensam?

Deinde ipse committam, ut eligam Iudices laicos, qui cum tenuerint fidei veritatem, aut proscribantur, aut necentur, quod lex de fide lata decernit? Ego igitur aut prauaricationi offeram homines, aut poenæ? Non tanti est Ambrosius, ut propter se deiciat sacerdotium. Non tanti est vnius vita, quanti est dignitas omnium sacerdotum, quorum de consilio ista dictaui, intimentibus ne forte etiam Gentilis esset aliquis aut Iudæus, qui ab Auxentio esset electus; quibus traderemus de Christo triumphum, si de Christo iudicium committeremus. Quid illos aliud, nisi Christi iniuriam audire delectat? Quid illis aliud potest placere, nisi (quod absit) ut Christi diuinitas denegetur? Cum ijs planè bene conuenit Ariano, qui creaturam Christum dicit: quod etiam Gentiles ac Iudæi promptissime confitentur. Hoc scriptum est in Ariminensi Synodo: meritoque Concilium illud exhorreo, sequens tractatum Concilij Nicæni, à quo me nec mors, nec gladius poterit separare. Quam fidem etiam parens clementiæ tuæ Theodosius beatissimus Imperator & sequitur & probauit. Hanc fidem Galliæ tenent, hanc Hispaniæ, & cum pia diuini spiritus confessione custodiunt.

Si tractandum est: tractare in Ecclesia didici, quod maiores fecerunt mei. Si conferendum de fide: sacerdotum debet esse ista collatio, sicut factum est sub Constantino augustæ memoriæ Principe, qui nullas leges ante præmisit, sed liberum dedit iudicium sacerdotibus. Factum est etiam sub Constantio augustæ memoriæ Imperatore, paternæ dignitatis herede: sed quod bene cœpit, aliter consummatum est. Nam Episcopi sinceram primo scripserant fidem; sed dum volunt quidam de fide intra Palatium iudicare, id egerunt, ut circumscriptionibus illa Episcoporum iudicia mutarentur: qui tamen inflexam statim reuocauere sententiam. Et certè maior numerus Arimini Nicæni Concilij fidem probauit, Ariana decreta damnauit.

Si ad Synodum prouocat Auxentius, ut de fide disputet, licet non sit necesse propter vnum tot Episcopos fatigari, qui etiam si Angelus de cælo esset, paci Ecclesiarum non deberet præferri: cum audiero Synodum congregari, & ipse non decro. Tolle igitur legem, si vis esse certamen. Venissem, Imperator, ad Consistorium clementiæ tuæ, ut hæc coram suggererem, si me vel Episcopi vel populus permisissent, dicentes, de fide in ecclesia coram populo debere tractari. Atque utinam, Imperator, non denunciaffes, ut quo vellem, pergerem. Quotidie prodibam, nemo me obseruabat. Debuisi me, quo volueras, destinare, quem ipse omnibus offerebam. Nunc mihi à sacerdotibus dicitur: Non multum interest, vtrum volens relinquas ac tradas altare Christi. Cum enim reliqueris, trades. Atque utinam liquidò mihi pateret, quod Ariani Ecclesia minimè traderetur: spontè me offerrem tuæ pietatis arbitrio. Sed si ego solus interstrepo, cur etiam de alijs omnibus inuadendis Ecclesijs est præceptum? Utinam confirmetur, ut Ecclesijs nullus molestus sit: opto, ut de me, qualis videtur, sententia proferatur. Dignanter igitur, Imperator, accipe, quod ad Consistorium venire non potui. Ego in Consistorio nisi pro te stare non didici: & intra Palatium certare non possum, qui Palatii secreta nec quaero, nec noui.

Ego Ambrosius Episcopus hunc libellum obtuli clementissimo Imperatori & beatissimo Augusto Valentiano.] hætenus ibi.

GENTILES  
IUDICES AB  
AUXENTIO  
DELECTI.  
Ambrosius  
in Auxentio.

Porro detexit postea Ambrosius ab Auxentio delectos fuisse Gentiles Iudices, qui de fide Christi sententiam ferrent: in quem idem S. Ambrosius sic ait: Hæc ergo, fratres, coram ipso apud vos plenius disputare: sed certus Auxentius non ignaros vos esse rectæ fidei, vestrum refugit examen, & Gentiles quosdam quatuor aut quinque ferme homines elegit

A elegit cognitores sibi, si tamen aliquos elegit, quos vellem adesse in cœtu omnium, non ut de Christo iudicent, sed ut maiestatem audiant Christi. Tamen illi iam de Auxentio pronunciauerunt, cui tractanti quotidie non crediderunt. Quæ maior eius condemnatio, quam quod sine aduersario apud Iudices suos victus est? Ergo & ipsorum sententiam contra Auxentium iam tenemus; & quod Gentes elegit, iure damnandus est, quia Apostoli præcepta dimisit, cum Apostolus dicat: Audet aliquis vestrum aduersus alterum habens negotium, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? &c.] inferius verò: Conclusus vndique, inquit, ad versutiam patrum suorum confugit: de Imperatore vult inuidiam commouere, dicens, iudicare debere adolescentem catechumenum, sacræ lectionis ignarum, & in Consistorio iudicare. ] hæc de his quæ ad Auxentium pertinent.

Quod igitur (ut vidimus) sanctus Ambrosius cum Auxentium tum ceteros prouocasset, ut se differrentem in Ecclesia conuenirent: Euenit tunc (inquit Paulinus<sup>b</sup>) ut quidam vir de hæresi Arianorum, acerimus nimium disputator, & durus, atque inconuertibilis ad fidem Catholicam, ad basilicam se conferret. Is constitutus in ecclesia, tractante Episcopo, vidit (ut ipse postmodum loquebatur) Angelum ad aures Episcopi, tractantis loquentem, ut verba Angeli populo Episcopus renunciare videretur. Quo viso, conuersus, fidem quam expugnabat, cœpit ipse defendere. ] Quæ autem subdit de duobus cubicularijs, temporibus Gratiani contigisse diximus. At de rebus anni huius hætenus: reliqua enim persecutionis Iustinæ in Ambrosium, sequenti anno accidisse noscuntur, nosque de eis suo loco.

Hoc eodem anno habita est Synodus Treuerensis ab Episcopis partis Ithaciænæ, qui ipsum Ithacium damnatum à Theognosto Episcopo, quod apud Maximum necem procurasset hæreticorum (qua etiam ex causa complures Episcopi, qui & sanioris viderentur esse consilij eiusdem Ithacij communionem vitabant) ut innocentem absoluunt, patrocinante illi Maximo Imperatore. Res gesta describitur à Seuero in Dialogis in hæc verba: Veniam ad illud, quod propter notam temporum Martinus semper occultauit, sed nos celare non potuit: in quo est illud miraculi, quod facie ad faciem cum eo est Angelus collocutus. Maximus Imperator, alias sanè bonus, deprauatus consilij sacerdotum, post Priscilliani necem Ithacium Episcopum Priscilliani accusatorem, ceterosque illius socios, quos nominari non est necesse, vi regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius, cuiuscumque modi hominem fuisse damnatum. Interea Martinus multis grauiusque laborantium causis ad Comitatum ire compulsus, procellam ipsam totius tempestatis incurrit. Congregati apud Treueros Episcopi tenebantur, qui quotidie communicantes Ithacio, communem sibi causam fecerant.

His vbi nunciatum est inopinantibus adesse Martinum, totis animis labefactati, missitare & repudare cœperunt. Et iam pridie Imperator ex eorum sententia decreuerat, Tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehensis vitam & bona adimerent. Nec dubium erat, quin sanctorum etiam maximam turbam tempestas ista depopulatura esset, paruo discrimine inter hominum genera: etenim tum solis oculis iudicabatur, cum quis pallore potius aut veste, quam fide hæreticus existimaretur. Hæc nequaquam placitura Martino, Episcopi sentiebant: sed malè consilij illa vel molestissima erat cura, ne se ab eorum communione adueniens abstineret, non defuturis qui tanti viri constantiam, præmissa auctoritate, sequerentur. Incunt cum Imperatore consilium, ut missis obuiam magistris officialibus, urbem illam propius vetaretur accedere, nisi se cum pace Episcoporum ibi consistentium adfore fateretur. Quos ille callidè frustratus, profertur se cum pace Christi esse venturum. Postremò ingressus nocturno tempore, adiit ecclesiam tantum orationis gratia: postmodum Palatium petijt. Præter multas quas euoluere longum est, has principales petitiones habebat pro Narsete Comite, & Leucadio Præsede, quorum ambo Gratiani partium fuerant pertinacioribus studijs, quæ non est huius temporis explicare, iram victoris emeriti. Illa præcipua cura, ne Tribuni cum iure gladiatorum ad Hispanias mitterentur: pia enim erat sollicitudo Martino, ut non solum Christianos, qui sub illa erant occasione vexandi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret.

Verum primo die atque altero suspendit hominem callidus Imperator, siue ut rei pondus imponeret, siue quia nimis sibi implicabilis erat, seu quia (ut plerique tum arbitrabantur) auaritia repugnabat; siquidem in bona eorum inhauerat. Fertur enim ille

CONVERSIO  
ARIANI.  
Paulin in  
vita S. Am-  
brosij.

SYNODVS  
TREVEREN.  
IN CAUSA  
ITHACII.  
Seueri dialog.  
lib. 3.

MARTINVS  
CIRCUMVEN-  
TVS A MA-  
XIMO IMP.  
COMMVNIT-  
CAT CVM  
ITHACIA-  
NIS.

DEFENSIO  
ITHACII  
EPISCOPI.  
\* Lucognisti.

ille vir multis bonisque actibus præditus aduersus auaritiam parum consuluisse, nisi for-  
tasse regni necessitate: quippe exhausto superioribus Principibus Reipublicæ arario,  
penè semper in expeditione atque procinctu bellorum ciuiliū constitutus, facile excu-  
labitur quibuslibet occasionibus subsidia Imperio parauisse. Interea Episcopi, quorum  
communione Martinus non inibat, trepidi ad Regem concurrunt, prædamatos se  
conquerentes: actum esse de suo omnium statu, si Theognosti\* pertinaciam, qui eos solus  
palam lata sententia condemnerat, Martini armaret auctoritas: non oportuisse homi-  
nem recipi mœnibus: illum iam non defensorem hæreticorum esse, sed vindicem: nihil  
actum morte Priscilliani, si Martinus exerceat illius ultionem. Postremò prostrati, cum  
fletu & lamentatione potestatem regiam implorant, vt vtatur aduersus vnum homi-  
nem vi sua. Nec multum aberat, quin cogeretur Imperator, Martinum cum hæretico-  
rum forte miscere.

Sed ille, licet Episcopis nimio fauore esset obnoxius: non erat nefcius, Martinum fide,  
sanctitate, & virtute cunctis præstare mortalibus: alia longè via sanctum vincere parat.  
Ac primo secreto accersitum, blandè appellat; hæreticos iure damnatos more iudiciorum  
publicorum potius, quàm infectionibus sacerdotum; non esse causam, qua Ithacij ce-  
terorumque partis eius communionem putaret esse damnandam. Theognostum odio po-  
tius quàm causa fecisse diffidium; eundemque tamen solum esse, qui se à communione  
interim separarit; à reliquis nihil nouatum. quinetiam ante paucos dies habita Synodus  
Ithacium pronunciauerat culpa non teneri. Quibus cum Martinus parum moueretur:  
Rex ira accenditur, ac se de conspectu eius abripuit: & mox percussores his, pro quibus  
Martinus rogauerat, diriguntur. Quod ubi Martino compertum iam noctis tempore est:  
Palatium irrumpit: spondet, si parceretur, se communicaturum, dummodo vt & Tribu-  
ni iam in exilium Ecclesiarum ad Hispanias missi retraherentur. Nec mora intercessit;  
Maximus indulget omnia.

ORDINA-  
TIO FELICIS  
EPISCOPI.

Postridie Felicis Episcopi ordinatio parabatur, sanctissimi sanè viri, & planè digni, qui  
meliore tempore sacerdos fieret. Huius diei communionem Martinus iniit, satis æsti-  
mans ad horam cedere, quàm his non consulere, quorum ceruicibus gladius immine-  
bat. Verumtamen summa vi Episcopis nitentibus, vt communionem illam subscriptio-  
ne firmaret, extorqueri non potuit. Postero die se inde propiciens, cum reuertens in via  
mæstus ingemisceret se vel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum: haud longè  
à vico, cui nomen est, Andethanna, qua vastas solitudines siluarum secreta patiuntur,  
progressis paululum comitibus, ille subsedit, causam doloris ac facti accusante ac defen-  
dente inuicem cogitatione peruoluens. Astitit ei repente Angelus: Meritò, inquit, Mar-  
tine compungeris, sed aliter exire nequisti. Repara virtutem, resume constantiam; ne iam  
non periculum gloriæ, sed salutis incurreris. Itaque ab illo tempore satis cauit cum illa  
Ithacianæ partis communionem misceri. Ceterum cum quosdam ex energumenis tarditis  
quàm solebat & gratia minore curaret: subinde nobis cum lacrymis fatebatur, se propter  
communione illius malum, cui se vel puncto temporis, necessitate, non spiritu miscuis-  
set, detrimentum sentire virtutis. Sexdecim postea vixit annos; nullam Synodum adiit,  
ab omnibus Episcoporum conuentibus se remouit. ] hætenus de his Seuerus. Maiore cer-  
tè constantia Maximo ad id ipsum allicienti, nempe, vt communicaret Episcopis partis  
Ithacianæ, S. Ambrosius restitit anno sequenti, cum apud eum legatione fungeretur pro  
Valentiniano Imperatore. Sed de his suo loco dicendum. Hæc eadem de Maximo atque  
S. Martino Venantius Fortunatus carmine cecinit.

S. MARTI-  
NVS COR-  
RIPITVR  
AB ANGE-  
LO.  
\* Seuer. in  
Vit. S. Mar-  
tin. c. 23.  
QV I D S.  
MARTINVS  
IN CONVI-  
VIO MAXI-  
MI IMP.

At non prætermittenda sunt reliqua acta S. Martini hoc eodem anno Treueris, cum  
(vt dictum est) se ad Maximum contulisset, ab eodem Seuero\* alibi descripta: qui cum  
ea contigisse tradat Euodio Consule; certior redderis hæc omnia hoc ipso anno facta es-  
se: ait igitur: Cum ad Imperatorem Maximum, ferocis ingenij virum, & bellorum ciui-  
lium victoria elatum plures è diuersis partibus Episcopi conuenissent, & fœda circa Prin-  
cipem omnium adulatio notaretur, seque degeneri inconstantia, regis clientelæ sacerdo-  
ralis dignitas subdidisset; in solo Martino Apostolica auctoritas permanebat. Nam et si  
pro aliquibus supplicandum Regi fuit, imperauit potius, quàm rogauit; & à conuiuio eius  
frequenter rogatus abstinuit, dicens se mensæ eius participem esse non posse, qui duos Im-  
peratores, vnum regno, alterum vita expulisset. Postremò cum Maximus, se non spon-  
te sumpsisse Imperium, affirmaret, sed impositam sibi à militibus diuino nutu regni  
necessi-

A necessitatem armis defendisse, & non alienam ab eo Dei voluntatem videri; penes quem  
tam incredibile euentu victoria fuisset, nullumque ex aduersarijs nisi\* in acie occubuisse: necis  
tandem victus vel ratione vel precibus ad conuiuium venit; mirum in modum gaudente  
Rege, quod id impetrasset.

Conuiuio autem aderant, veluti ad diem festum euocati; summi atque illustres viri,  
Præfectus idemque Consul Euodius, vir, quo nihil vnquam iustius fuit, Comites duo sum-  
ma potestate præditi, frater Regis & patruus: medius inter hos Martini presbyter acci-  
buerat: ipse autem, sellula iuxta Regem posita, confederat. Ad medium ferè conuiuium  
(vt moris est) pateram Regi minister obtulit; ille sancto admodum Episcopo potius dari  
iubet, expectans, atque ambiens, vt ab illius dextera poculum sumeret. Sed Martinus,  
ubi ebitur, pateram presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem qui  
post se biberet: nec integrum sibi fore, si aut Regem ipsum, aut eos qui à Rege erant pro-  
ximi, presbytero prætulisset. Quod factum Imperator, omnesque qui tunc aderant, ita ad-  
mirati sunt, vt hoc ipsum eis, in quo contempni fuerant, placeret: celeberrimumque per  
omne Palatium fuit, fecisse Martinum in Regis prandio, quod in infirmorum iudicium  
conuiuijs Episcoporum nemo fecisset. Eidemque Maximo longè ante prædixit, futurum,  
vt si ad Italiam pergeret, quo ire cupiebat, bellum Valentiniano Imperatori inferens: sci-  
ret se primo quidem impetu futurum esse victorem, sed paruo post tempore esse peritu-  
rum, quod quidem ita vidimus, &c.]

Hæc sanè apud Maximum. Sed quàm digniùs acceperit Augusta Martinum, conui-  
uium illi parans, accipe: Cum interim diebus ac noctibus de ore Martini Regina (vt idem  
Seuerus in Dialogis ait\*) pendebat, Euangelico illo non inferior exemplo, pedes sancti  
fletu rigabat, crine tergebatur. Martinus, quem nulla vnquam femina contigisset; istius  
assiduitatem, immò potius seruitutem non poterat euadere. Non illa opes regni, non Im-  
perij dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat: diuelli à Martini pedibus solo  
strata non poterat: postremò à viro suo poposcit, deinde Martinum vterque compellunt,  
vt ei, remotis omnibus ministris, præberet sola conuiuium. Nec potuit vir beatus obsti-  
natiùs reluctari. Componitur castus Reginæ manibus apparatus, sellulam ipsa consernit,  
mensam admoet, aquam manibus subministrat; cibum, quem ipsa coxerat, apponit.  
Ipsa, illo sedente, eminus secundum famulantium disciplinam, solo fixa consistit immo-  
bilis, per omnia ministrantis modestiam & humilitatem exhibens seruiens. Miscuit ipsa  
bibituro, & ipsa porrexit. Finita cœnula, fragmenta panis assumpti, micæque collegit, sa-  
tis fideliter illas reliquias Imperialibus epulis anteponens. ] & post aliqua: Videant enim,  
quia Martino semel tantum in vita sua, iam septuagenario, non vidua libera, non virgo  
lasciuens, sed sub viro viuens, ipso viro pariter supplicante, Regina seruiuit, & ministra-  
uit: hæc edenti astitit, non cum epulante discubuit, nec ausa est participari conuiuio, sed  
deserebat obsequium. Disce igitur disciplinam, &c.]

His de rebus gestis à S. Martino Treueris enarratis, iam redeamus ad causam Ithacia-  
nam. Vidimus ex his Episcopos Catholicos inter se communicatione diuisos; alios Itha-  
cij fuisse partis, qui eum defenderent, impugnarentque qui se ab eius communionem seim-  
xissent, vel eum anathemate percussissent; quod Theognostum fecisse vidimus: Alterius  
verò & aduersæ partis illi erant Episcopi, qui aduersarentur communionem Ithacij, &  
sociorum, quod sanguinarij viderentur, proculque abhorrere à mansuetudine Christia-  
na, qua exemplo Christi imbuti esse deberent Episcopi. Hic aduerte, non reprehensum  
aliquando aduersus hæreticos auxilium Principum implorare; quod S. Augustinus & alij  
sæpe fecisse probantur; id enim ritè legitimeque fieri, idem aduersus Donatistas disputans,  
sæpe demonstrat. sed illud in crimen adductum, hos importuniùs ac fauiliùs agentes, in  
eisdem pœnam capitis procurasse. Ob idque cautè sanctos Patres egisse vidimus, cum Im-  
peratores vel eorum Præsides prouinciarum interpellantes vt Ecclesiæ aduersus hæreti-  
cos suppetias ferrent, sic eos vt illi cohiberentur rogarunt, vt tamen ab inferendo in illos  
capitali supplicio ipsos magnopere dehortati fuerint: quod fecisse sæpe eundem S. Au-  
gustinum & alios, suo loco dicemus. Vnde & in Ecclesia Catholica vsu receptum est, vt  
cum quis expetit à secularibus magistratibus opem aduersus hæreticos, ne Ithacianæ par-  
tis consors & sectator esse videatur, contestationem illam consultè præmittat, nimirum  
sic se correctionem expetere incorrigibilium delinquentium, vt tamen citra pœnam san-  
guinis puniantur.

Quod

S. MARTI-  
NVS PRÆ-  
FERT PRÆ-  
SBYTERVM  
MAXIMO.CONVI-  
VIUM AVGV-  
STAE EXHI-  
BITVM S.  
MARTINO.  
\* Seuer. dialog.  
lib. 2. cap. 7.DIVERSO  
CATHOLI-  
CORVM E-  
PISCOPO-  
RVVM.

CHRISTI SIRICII PAP. VALENTIN. II. IMPP.  
386. 2. THEODOSII 8.

Quod verò S. Martinus ab Ithacianæ partis Episcopis non solum communione diuisus A esse cupierit, quorum confortium, dum licuit, profus exhorruit, sed & magno studio Maximum cohibuerit, ne Tribunos militares in Hispanias ad inquirendum de Priscillianistis hæreticis mitteret: causa quæ à Seuero ponitur, visa est esse iustissima, nimirum, quod absque diligentiori examine & delectu, optimi quique Christiani, quorum pallerent ora ieiunijs, & ex disciplina grauior esset incessus, & habitus corporis honestè sancteque compositus, mox qui essent huiusmodi, vt hæretici haberentur, quasi illi eadem ex hypocritis affectassent: cum alioqui ipsi Priscillianistæ, quibus mentiri ac peierare ex eorum instituto fas erat, vt latere omnimodè possent, aut ne proderentur, sæcularibus se potius moribus conformare, & longè longius ab ijs qui essent, apparere viderique studerent. Ad eò vt persecutio illa, cum alioqui iustissima videretur, in dispendium tantum bonorum foret magno damno protinus conuertenda.

Quinam parcerent exploratores, si (vt vidimus ex Seuero) ipse quoque Martinus ob magnam abstinenciam vultu pallens, in crimen eius hæretis adductus fuit? cum præsertim hostes bonorum, siue Gentiles, siue alij solutis moribus vitam agentes, oblatrare consueuerint in eos, quorum vitæ honestate vt telis percuterentur. Accidebat proculdubio in Hispanijs, quod de Vrbe Hieronymus tradit<sup>a</sup>: Quam, inquit, viderint pallentem atque tristem, miseram & Manichæam vocant. ] sed quanto maiori licentia fauore Imperatoris hæc se prauis hominibus iactare scirent, eo procacius atque contumeliosius in bonos quosque in Hispanijs effutirent. Hæc igitur prudentia præuidens & consilio præcauens S. Martinus, à mittendis Tribunis inquisitoribus Maximum reuocauit, idque ex sententia Domini admonentis parcendum esse zizanij, si timeatur ne cum eis eadem conuulsione euellatur & triticum.

Ceterum quod ad Maximum spectat, plus æquo aliqui in eum hanc ob causam inuecti esse videntur, quod in hæreticos perditissimos gladium potestatis exeruerit. Id quidem probè vtiliterque factum S. Leo Papa commendat ad Turibium Episcopum Asturicensem scribens his verbis<sup>b</sup>: Merito Patres nostri, sub quorum temporibus hæresis nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, vt impius furor ab vniuersa Ecclesia pelleretur: quando etiam Principes mundi ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, vt auctorem eius, ac plerisque discipulos legum publicarum ense prosternerent. Videbant enim omnem curam honestatis auferri, omnem coniugiorum copulam solui, simulque diuinum ius humanumque subuerti, si huiusmodi hominibus vsquam viuere cum tali professione licuisset. Et profuit diu ista districtio Ecclesiasticæ lenitati, quæ etsi sacerdotali contenta iudicio cruentas refugit vltiones, seueris tamen Christianorum Principum constitutionibus adiuuatur, dum ad spiritale nonnunquam recurrit remedium, qui timent corporale supplicium. Ex quo autem multas provincias hostilis occupauit irruptio, & executionem legum tempestates interdixere<sup>c</sup> bellorum: ex quo inter sacerdotes Dei difficiles commearus, & rari cœperunt esse conuentus: inuenit ob publicam perturbationem secreta perfidia libertatem. ] hæc sanctus Leo, quod suo tempore eadem Priscillianistarum hæresis in Hispania iterum reuixisse comperita esset.

Ex his igitur cum Maximi ista legalis vltio, vt Ecclesiæ proficua, veniat commendata; nullus tamen sanctorum Patrum laudauit aliquando id posse vel debere fieri suggestione sacrorum Antistitum: nam inter alios sanctus Ambrosius ad Studium scribens, & de iisdem ipsis damnatis à Maximo connexam explicans quæstionem, hæc habet<sup>d</sup>: Sed vehementior facta est, quæstio illa scilicet de plebendis gladio fontibus, posteaquam Episcopi reos criminum grauissimorum in publicis iudicijs accusare, alij & vrgere vsque ad gladium, supremamque mortem, alij accusationes huiusmodi & cruentos sacerdotum triumphos probare cœperunt, &c. ] ipse quidem sanctus Ambrosius (vt dictum est) abstinuit à communione Episcoporum factionis Ithacianæ, aduersus quos & litteras dedit; quod & fecisse constat Romanum Pontificem Siricium: nam eius etiam aduersus eosdem litteras prodijisse, expressum habetur in Concilio Taurinensi, in quo dictæ amborum litteræ recitatæ fuerunt, prout eiusdem Synodi canon quintus habet his verbis<sup>e</sup>:

Illud decreuit præterea sancta Synodus, vt (quoniam Legatos Episcopi Galliarum, qui Felici non communicant, destinant) si quis ab eius communione se voluerit sequere,

CVR MARTI  
NVS DIMO-  
VERIT MA-  
XIM. AB IN-  
QVISITIO-  
NE HAERE-  
TICORVM.

<sup>a</sup> Hier. epist.  
22.

IMPERA-  
TORES IN  
HAERETI-  
COS GLA-  
DIO AGERE.  
<sup>b</sup> Leo. epist. 9.

<sup>c</sup> Interclusere

<sup>d</sup> Ambros. epist.  
78.

<sup>e</sup> Concil. Tau-  
rin. c. 5.

CHRISTI SIRICII PAP. VALENTIN. II. IMPP.  
386. 2. THEODOSII 8.

A strare, in nostræ sanctæ pacis confortium suscipiatur, iuxta litteras venerabilis memoriae FELICIS EPISCOPI TREVEREN- Ambrosij Episcopi, vel Romanæ Ecclesiæ sacerdotis dudum latas, quæ in Concilio Legatis presentibus recitatæ sunt. ] hætenus canon. Quod ad Felicem hunc spectat: si. DE FELICE EPISCOPO TREVEREN-  
nullum alium esse putamus, quàm illum electum Treueris, cuius electioni sanctus Martinus interfuit, vt superius ex Seuero<sup>a</sup> recitatum est: & quidem Treuerensem Episcopum fuisse, Marianus Scotus<sup>b</sup> affirmat: quod & legum Ecclesiasticarum ratio persuadet: siquidem electiones Episcoporum non alibi quàm in ea Ecclesia, vbi decessisset Episcopus, fieri solitæ erant; in ea enim ciuitate conuenientes comprouinciales Episcopi, vna simul de electione futuri Antistitis pertractabant. Sed sicut qui cum illo lapsus est sanctus Martinus, penitentia tamen ad pristinam atque puriorem etiam reuocatus est sanctitatem, ita & Felix iste, qui à Seuero (vt vidimus) sanctissimus nominatur, quamuis à factione Ithaciana fuerit ordinatus, per penitentiam facinus purgans, dignus factus est vt inter sanctos adnumeraretur. Quod verò ad ipsum Ithacium pertinet malorum horum omnium architectum, hæc habet Isidorus<sup>c</sup>: Ithacius Hispanus Episcopus, cognomento & eloquio Clarus, scripsit quemdam librum sub apologetici specie, in quo detestanda Priscillianorum dogmata, & maleficiorum eius artes, libidinumque eius probra demonstrat. ] & paulò post: Hic autem cum Vrsacio Episcopo ob necem eiusdem Priscilliani, cuius accusatores extiterant, Ecclesiæ communione priuatus, exilio condemnatur, ibique die vltima fungitur, Theodosio maiore & Valentiniano regnantibus. ] hæc ipse, quæ quidem accidisse putamus postquam extinctus est Maximus, cuius præsidio fovebatur.

Hoc eodem anno Valentinianus Imperator de construenda basilica Pauli Apostoli via Ostiensi ad Sallustium Vrbi Præfectum litteras dedit, quas ex codice Vaticano depromptas hic describemus. Sed & quod hoc ipso anno datæ fuerint, illud euident est argumentum, quod cum ad Sallustium Præfectum Vrbi scriptæ noscantur; ipsum hoc eodem anno eundem magistratum gessisse, rescripta<sup>d</sup> eiusdem Imperatoris ad eum certo demonstrant. Quod autem ad constructionem basilicæ spectat, huius inuendi consilij ratio illa fuit, quod cum illa à Constantino Magno eodem in loco ædificata, coarctata limitibus viæ Ostiensis & ripæ fluminis, visa esset angustior: Valentinianus eam curauit restitui ampliorem, ambitu murorum complectens viam Ostiensem, vt hodie integra visitur. Porro litteræ sic se habent:

Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Sallustio Urbis Præfecto.

Desiderantibus nobis contemplatione venerationis, antiquitatis iam sacratam basilicam Pauli Apostoli pro sanctimonia religionis ornare, pro quantitate conuentus amplificare, & pro studio deuotionis attollere: gratum fuit tuæ sublimitatis officium, quod ad inspicenda vniuersa, vt res exigebat, detulisti, & omnem situm locorumque faciem sermonis congrui diligentia nostræ serenitatis auribus intimaisti. Instructiores enim nos iubere deuit, quæ iubenda sunt. Quare participato examine cum venerabili sacerdote, intimaque omnibus, & magnificentissimo ordini & Christiano populo, quæ iubemus; sublimitas tua rem diligentiori tractatu & plena rerum inspectione discutiat: ac si placuerit tam populo quàm Senatui, iter vetus, quod basilicæ præterit dorsum, quodque ripæ Tiberis amnis adiacet, innouari, ita vt præfens via spatio futuri operis applicetur: eatenus per architectos futuræ basilicæ, dirige formam, quatenus se planicies extructioni amica protulerit, ne vlla inæqualitas splendorem fabricæ amplificentioris<sup>e</sup> sublimet. Sic quidem in omnium mœnium facie decor summus est, quem seruari oportere, prima statim fronte magnarum ædificationum demonstrat intentio.

Iam illud ipsa res exigit, vt & synopsis operis construendi fidei tendatur examine, sumptuumque omnium, iuxta præcia rerum, quæ in sacratissima Vrbe prætaxatio plenius ordinetur, arque ad nostram clementiam debita maturitate referatur: vt communi omnium consilio nostræ quoque serenitatis nutus accedat, quo facilius id quod deuota mens statuit, probatæ religionis meritis explicetur. & alia manu. Diuinitas te seruet ad multos annos, parens carissime & amantissime. ] hætenus Valentiniani litteræ ad Sallustium: ex cuius Præfectura Urbana manifestè cognoscitur, errare eos qui eandem epistolam referunt ad Honorium Imperatorem: nam Præfectura Sallustij ad nullum aliud tempus, nisi ad hunc annum referri potest. Sed & ipse antiquus epistolæ titulus id ipsum satis perspicue fideliterque demonstrat, non sub Honorio, verum sub Valentiniano

opus

DE FELICE  
EPISCOPO  
TREVEREN-

<sup>a</sup> Seuer. Dia-  
log. lib. 3.  
<sup>b</sup> Marian.  
Scot. an. D.  
379.

<sup>c</sup> Isidor. de  
vir. illust.  
c. 2.

DE CON-  
STRUENDA  
BASILICA  
S. PAULI  
LITTERÆ  
IMPERATO-  
RIS  
<sup>d</sup> l. 2. de decu-  
rys Vrbi, Rom.  
Cod. Theod.  
l. 18. de pilla-  
rib. C. Theod.

EPISTOLA  
VALENTI-  
NIANI AD  
SALLVST.

opus ceptum esse : quod absolutum fuit temporibus eiusdem Honorij Imperatoris, de quo Prudentius in Peristephanon hymno duodecimo de Petro & Paulo Apostolis, habet hos versus:

Parte alia Titulam Pauli via servat Ostiensis,
Qua stringit amnis cespitem sinistrum.
Regia pompa loci est. Princeps bonus has sacrauit arces,
Clausitq; magnis ambitum talentis.
Braeteolas trabibus subleuit, ut omnis aurulenta
Lux esset intus, ceu iubar sub ortu.
Subdidit & Paris fuluis laquearibus columnas,
Distinguit illic quas quaternus ordo.
Tunc camurus hyalo insigni varid cucurrit arcus:

Sic prata vernis floribus revident. ] hæc de basilica. S. Pauli Prudentius, atque ornatu ipsius, qui duobus vltimis versibus ornatum describit maioris arcus, qui (vt etiam in alijs antiquis ecclesijs vsque hodie Romæ cernitur) haberet musuo opere diuersi coloris ex vitro intextam floribus pancarpium. His sic enarratis de rebus in Occidentali Ecclesia gestis, ad Orientis Ecclesiastica facta orationem conuertamus, inuisamusque S. Hieronymum, quem anno superiori summa hieme Hierosolymam peruenisse diximus.

Cum igitur Hierosolymam S. Hieronymus aduenisset media hieme, haud dubium ibi moratus, profectus vero postea est in Ægyptum discendi cupiditate pellectus. nam licet Orbis penè totius magister extitisset, cum eum iam pridem etiam Damasus Papa consulere consueuisset, cuius nomine ad consultationes Episcoporum rescribens, omnes ferè Ecclesias docuisset, ibi tamen Didymum Alexandrinum conueniens, ipsi se tradidit vt discipulum sacris litteris imbuendum. testatur id ipse ad Pammachium scribens his verbis: iam canis spargebatur caput, & magistrum potius quam discipulum decebat: perrexi tamen Alexandriam: audiui Didymum, & in multis ei gratias ago: quod nesciui didici: quod sciebam, illo docente non perdi. ] atque alibi ad eundem: Cum essem Alexandriæ, vidi Didymum, & eum frequenter adiuui, virum sui temporis eruditissimum, rogauique eum, vt quod Origenes non fecerat, ipse completeret, & scriberet in Osee commentarios, qui tres libros me petente dictauit, quinque quoque alios in Zachariam. ] hæc ad Pammachium. & ad sanctam Paulam: Denique nuper ob hanc vel maximè causam Alexandriam perrexi, vt viderem Didymum, & ab eo in Scripturis omnibus quæ habebam dubia sciscitarem. ] hæc ad Paulam: quibus cum nullam mentionem habeat quod eam comitatus fuerit peregrinantem in Ægyptum, nec alibi, cum de eiusdem Paulæ profectio in eandem prouinciam agit, se illi comitem in hæsisse dicat; planè coniectura ducimur, Hieronymum nequaquam cum ea peregrinationem illam suscepisse. Ceterum ad modicum temporis spatium, nempe triginta tantum diebus commoratum esse Hieronymum Alexandriæ, Ruffinus exprobrat in inuectiua: sed an verè, ipse scit.

Coluit ibi quidem S. Hieronymus Didymum vehementer: quem videns, licet cæcus esset, ob eximiam ingenij perspicacitatem appellare consueuit, oculosque cum habuisse columbæ, qui laudantur in Canticis canticorum in sponsa: gloriatuque est, eum se habuisse magistrum, nam ad Domnionem: Gregorium Nazianzenum; inquit, & Didymum in scripturis sanctis catechistas habui. ] at sic quidem laudauit, vt postea eundem Origenistam compertum ea ex parte damnauerit: vnde aduersus Ruffinum: In Didymo verò, ait, & memoriam prædicamus; & super Trinitate fidei puritatem; sed in ceteris quæ Origeni malè credidit, nos ab eo retrahimus. ] Quod verò non sicut Ruffinum Didymus, ita & Hieronymum iisdem Origenis erroribus imbuerit: id inde accidisse puto, vel quod sentiens ingenium hominis ab eis procul abhorrentem, non ausus fuerit viro ad eò perspicaci propinare venenum; vel si tentauit, expertus eum renitentem, mox abstinerit, ne apud magni nominis virum concepta semel caderet astimatione.

Ceterum qui aliquantisper Didymum auditurus Alexandriæ confedit, antequam rediret in Palæstinam, Ægypti monasteria peragrauit: de quibus ipse: Contendi Ægyptum, lustrari monasteria Nitriæ, & inter sanctorum choros aspides laterè perspexi. ] per

S. HIRO- NYMVS PE REGRINA- TVS IN Æ- GYPTVM.

Hier. epist. 65.

Hier. proœ. in Oseeum.

Hieron. in proœm. lib. 4. comment. in epist. ad Ephes.

Hier. ep. 27.

HIER. AV- DIT DIDY- MVM ALE- XANDRIAM.

Hier. proœ. in epist. ad Galat.

Hier. præfat. in Didym. lib. de Spiritu sancto.

Cam. 4.

Hier. epist. 1.

Hier. Apolog. aduersus Ruffin.

Hier. ead. Apolog. aduersus Ruffin.

A per aspides enim se significasse Origenistas, ipsemet alias sæpè declarat; sed nos de his suo loco pluribus. At quid postea egerit, mox subdit: Protinus concito gradu Bethlehem meam reuersus sum, vbi adorauit præsepe & incunabula Saluatoris. Vidi quoque famosissimum locum: nec me inerti tradidi otio, sed multa didici, quæ antè nesciebam. ] at quænam ista? alibi declaratis verbis post recensitum reditum ex Ægypto in Palæstinam: Putabant me homines post auditum Didymum finem fecisse dicendi: veni rursum Hierosolymam & Bethlehem: quo labore, quo pretio Barrabanum nocturnum habui præceptorem? timbat enim Iudæos, & mihi alterum exhibebat Nicodemum. ] hæc ipse.

Tunc insuper aggressus est ipse interpretari S. Pauli Apostoli epistolas, incipiens ab ea quæ est ad Philemonem, moxque explicauit ad Galatas scriptam, inde illam ad Ephesios: ipse enim id testatur in præfatione in dictam epistolam ad Ephesios ad Paulam & Eustochium, necnon in præfatione in epistolam ad Galatas. Sed hic obiter admonendum, hoc eodem tempore quo Alexandria in Palæstinam reuersus S. Hieronymus aggressus est scribere super Pauli epistolam ad Galatas, ex hac vita migrasse clarissimam illam ac panter religiosissimam feminam Albinam: fuit ista magnæ illius sanctæ Marcellæ mater, tanta digna filia, ipsa tanta matre dignissima; de cuius ad Deum transitu hæc sanctus Hieronymus: Pauci admodum dies sunt, ex quo epistolam Pauli ad Philemonem interpretatus, ad Galatas transenderam, multis retrorsum in medio prætermisissis: & ecce subito litteræ mihi de Vrbe allatæ sunt, nunciantes, & Albinam venerabilem anam præsentis Domini redditam, & sanctam Marcellam matris contubernio destitutam. ] Veneratus est hanc semper vt matrem sanctus Hieronymus contectam senio & religione summa prouectam. nam ad Afellam: Saluta, inquit, matrem Albinam. ] & ad Marcellam filiam: Albinam comam inem matrem valere cupio; de corpore loquor, vt spiritu valeat, non ignorans: eamque per te salutari obsecro, & duplici pietatis officio focillari, quod in vna atque eadem Christiana simul dirigatur & mater. ] hæc de Albina Hieronymus.

Sed antequam quæ sunt Hieronymi reliqua prosequamur, de sanctæ Paulæ in Ægyptum peregrinatione pauca hæc ( cum in eodem argumento versamur ) addamus, ipso auctore Hieronymo, qui ait: Post visam Alexandriam venit in oppidum Domini Nitriam, in quo purissimo virtutum nitro sordes lauantur quotidie plurimorum. Quod cum vidisset, occurrente sibi sancto & venerabili Episcopo Isidoro confessore, & turbis innumerabilibus monachorum, ex quibus multos sacerdotalis & leuiticus sublimabat gradus: lætabatur quidem ad gloriam Domini, sed se indignam tanto honore fatebatur. Quid ego narrem Macarios, Arsenios, Serapiones, & reliqua columnarum Christi nomina? Cuius non intravit cellulam? quorum pedibus non aduoluta est? Per singulos sanctos Christum se videre credebat; & quicquid in illos contulerat, in Dominum se contulisse lætabatur. Mirus ardor, & vix in femina credibilis fortitudo: oblita sexus & fragilitatis corporeæ, inter tot millia monachorum cum puellis suis habitare cupiebat. Et forsitan cunctis eam suscipientibus, impetrasset, ni maius sanctorum locorum retraxisset desiderium. Atque propter feruentissimos æstus de Pelusio Maiumam nauigatione perueniens, tanta velocitate reuersa est, vt autem putares. Nec multò post in sancta Bethlehem mansura perpetuo, angusto per triennium mansit hospitio, donec extrueret cellulas ac monasteria, & diuersorum peregrinorum iuxta viam conderet mansiones, in qua Maria & Ioseph hospitium non inuenerant. Hucusque iter eius descriptum sit, quod cum multis virginibus & filia comite peragrauit. ] hæc de Paula.

Ipse autem sanctus Hieronymus, et si totus esset in Hebraicis litteris, quas iam longè ante, nempe in eremo Syriæ ( vt dictum est ) prægustauerat, immò potauerat, penitus exhauriendis: tamen in suscipiendis peregrinis Hierosolymam venientibus, eisque fouendis intentissimus erat; quorum gratia, quod adhuc supererat patrimonium in Dalmatia, misso illuc fratre Pauliniano, distraxit: quando autem id contigerit, suo loco dicturum sumus. Idem itaque de multitudine peregrinantium Hierosolymam, suoque studio in excipiendis hospitibus, ad Eustochium, dum excusat retardationem commentariorum in Ezechielem, hæc ait: Fateor me explanationes in Ezechielem multo ante tempore promississe, & occupatione de toto huc Orbe venientium implere non posse; dum nulla hora, nullumque momentum est, in que non fratrum occurramus turbis, & monasterij

LVCVBRA- TIONES S. HIER.

Hieron. in Galat. ubi. S. ALBINAM TRANSTIV.

Idem e. b. Hier. epist. 79.

PAVLAE PEREGRINATIONIS IN ÆGYPTVM. Hier. epist. 27.

HIERON. DE DVLS IN OFFICIO MONASTERIA TIS.

Hier. præm. ibi. m. e. l. c. h.

solitudinem hospitij frequentia commutemus; in tantum, ut aut claudendum sit nobis ostium, aut Scripturarum, per quas aperiendae sunt fores, studia relinquenda, &c.] Sed & ad Paulinum: De toto huc Orbe concurrunt, plena est ciuitas vniuersi generis hominum, & tanta vtriusque sextus constipatio, ut quod alibi ex parte fugiebas, hic totum sustinere cogaris.] & ad Marcellam, quodnam genus hominum, & ex quibus locis illuc properaret, ita describit: Qui in toto Orbe sunt primi, huc pariter congregati, ad quae nos loca non ut primae, sed ut extremae venimus (Paula enim & Eustochij nomine scripta est epistola) ut primos in eis omnium gentium cerneremus. Certè flos quidam, & pretiosissimus lapis inter Ecclesiastica ornamenta, monachorum & virginum chorus est. Quicumque in Gallia fuerit primus, huc properat. Diuisus ab orbe nostro Britannus, si in religione processerit, occiduo Sole dimisso, quaerit locum fama sibi tantum, & scripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios? quid Persas? quid Indiae, quid Aethiopum populos, ipsamque iuxta Aegyptum fertilem monachorum, Pontum & Cappadociam, Syriam caelestem & Mesopotamiam, cunctaque Orientis examina? quae iuxta Saluatoris eloquium dicentis: Vbi cumque fuerit corpus, congregabuntur illuc aquilae: concurrunt ad haec loca, & diuersarum nobis virtutum specimen ostendunt: vox quidem dissona, sed vna religio, &c.]

Hier. epist. 13. Hier. epist. 17.

Math. 24

GREGORIVS NYSSENVS QYORVM PERGRINATIONEM IMPVGNAT.

Sed hic adverte, lector, extare libellum, seu epistolam potius dixerimus, Gregorij Nysseni hoc tempore in vita agentis, ac plura scribentis, qua totus in eo est, ut improbet eiusmodi ad loca sancta peregrinationem. Vnde hagiomachi nostri saeculi, sanctorum locorum venerationem improbant, obuijs eam manibus excipientes, nomine viri & auctoritate doctrinae abusi, eadem haec ipsa damnarunt. Scimus aliquos pro pij cultus defensione eam epistolam ut germanam Gregorij cognoscere minime voluisse. At nos legitimum eum Gregorij partum esse, haud ierimus inficias: sed aliunde absque tergiversatione vlla defensionem paramus. Illud igitur primum scias, Gregorium eas scribere litteras ad monachum quemdam, immò & monachorum Abbatem; nam haec habet in fine: Consule ergo, dilecte, fratribus, ut è corpore peregrinentur ad Dominum, non ut è Cappadocia in Palaestinam, &c.] considera insuper ipsum in eo argumento versatum, ut dissuadeat viris, qui selectum viuendi genus, nempe monasticam vitam aggressi fuerant, atque feminis, peregrinandi propositum, asserens inter alia non esse praecipuum Domini, nec homines ad hoc teneri; id quidem ipse, quod ob rei frequentissimum vsum putarent aliqui se minus Christiano nomine dignos esse, si agere praetermitterent, quod scirent ab alijs impensè praestari. Inculcat pluribus, quanto dispendio pudoris & verecundiae feminae potissimum eiusmodi longinquam peregrinationem suscipiant; multaque alia, quae à monachis essent ex instituto vitanda, proponit, in quae, velint, nolint, in itinere ex necessitate incurrendum esset.

MONACHORVM ET VIRGINVM PERGRINATIONEM REPRaesentans. Basil. ad monachum lapsum.

Hier. epist. 13.

Ad. 5.

Haec quidem scite pieque à Gregorio de monachis & feminis esse dicta, prudens nemo negarit; in cuius sententiam sentias simul ire sanctissimos Patres: nam eius germanus S. Basilius, cum ex alijs, tum ex his fugillat infelicem monachum lapsum, in cellula consistere nescientem, vbi que vagum, ac propterea miserè lapsus: Totus, inquit, sublimis, & ad transitum conuersus, velut peregrinus, eremo agros & vrbes permutans, ad Hierosolymam decurrebas.] haec ipse. Quid amplius? nonne & ipse sanctus Hieronymus eadem ex causa quod periculosa esset peregrinatio monachis, sanctum Paulinum haud pridem idem vitae institutum arripientem, multis vsus ad persuadendum argumentis, ea quam ad ipsum dedit epistolam, ab eadem peregrinatione dehortatur & reuocat, quam E alioqui in saeculo agentibus personis, etiam feminis, persuadere pluribus solitus fuit? Ad ipsum enim haec inter plura: Re vera, ut simpliciter motus mentis meae fatear, considerans & propositum tuum, & ardorem quo saeculo renunciaisti: differentias in locis arborum, si vrbibus & frequentia vrbium derelicta, in agello habites, & Christum quaeras in solitudine, & ores solus in monte cum Iesu, sanctorumque tantum locorum vicinitatibus perfruaris; id est, ut & vrbe careas, & propositum monachi non amittas. Quod loquor, non de Episcopis, non de presbyteris, non de clericis loquor, quorum aliud officium est, sed de monacho, & monacho quondam apud saeculum nobili: qui deinceps pretium possessionum suarum ad pedes Apostolorum posuit, docens pecuniam esse calcandam, ut humiliter & secretò victitans, semper contemnat quod semel contempsit.] haec & alia ad eum dissuadendum Hieronymus. Ceterum longè alio ac planè contrario

Arario spiritu Vigilantius primus hoc saeculo aggressus est vna cum alijs quas euomuit impietates, improbare penitus peregrinationem ad loca sancta: sed de eo suo loco agendum pluribus.

Hoc eodem anno Theodosius Imperator haereticos coërcuit existimantes facultatem sibi coeundi concessam ad turbendam pacem Ecclesiae, in haec verba ad Eusignium Praefectum Praetorio rescribens:

His qui sibi tantummodo existimant colligendi copiam contributam, si turbulentum quippiam contra nostrae tranquillitatis praecipuum faciendum esse tentauerint, ut seditionis auctores, pacisque turbatae Ecclesiae maiestatis, capite ac sanguine sint supplicia iuituri. Dat. x. Kalend. Februarij Constantinopoli, Honorio nob. puero & Euodio Coss. Quod enim à Valentiniano in Occidente, titulo iuncto etiam Theodosij (ut moris erat) promulgata hoc anno lex esset, qua colligendi conuentus facultas impartiebatur professoribus Concilij Ariminensis; inde puto accidit, ut Ariani in Oriente, eiusdem legis praetextu, cogendi synaxes datam sibi vendicantes auctoritatem, omnia perurbationibus commiserent; quos Theodosius eiusmodi rescripti auctoritate compescuit. Quo pariter anno Demophilum Episcopum Arianum esse defunctum, suffectumque in locum eius Marinum, & paulò post Dorotheum Antiochia accersitum, tradunt Socrates, atque Sozomenus.

Sequenti verò mense idem Theodosius Imperator de non distrahendis reliquijs martyrum haec rescripsit:

Humatum corpus nemo ad alterum locum transferat: nemo martyrem distrahat, nemo mercetur. Habeant verò in potestate, si quolibet in loco sanctorum est aliquis conditus, pro eius veneratione, quod martyrium vocandum sit, addant quod voluerint fabricarum. Dat. IIII. Kalend. Martij Constantinopoli, Honorio nob. puero & Euodio Coss.] Quod enim pseudomonachi circumeuntes turpis lucri gratia consueuissent venditare reliquias martyrum, ut S. Augustinus affirmat, huius sanciendae legis occasio data est. Si quidem callidissimus hostis studuit infamare clarissimum monachorum nomen; de quo ipse Augustinus: Multos, inquit, hypocritas sub habitu monachorum vsquequaque disperfit, circumeuntes prouincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes: alij membra martyrum, si tamen martyrum, venditant, &c.] Disce tu verò ex his huius temporis totius Catholicae Ecclesiae erga sanctorum martyrum reliquias studiosum cultum & propensioem amorem; quo abusi improbi nebulones, ex eis nundinationes quas audis, instituebant; aded ut opus fuerit, tam vendentes, quam ementes, legibus Principum cohiberi.

Hoc item anno Ioannes Chrysostomus, praecedentibus prophetijs, presbyter ordinatur. colligimus id ex Marcellino Comite, Leone Augusto, & ante hos ex Palladio in dialogo, dum aiunt, ipsum duodecim annos exegisse in presbyteratu, antequam crearetur Episcopus Consulibus Honorio quattuor & Eutychiano, anno Domini trecentesimo nonagesimo octauo: magis enim eidem Marcellino assentimur, quam dicentibus quadriennium cum transgisse in presbyteratus functione. A quonam autem duorum Catholicorum Antistitem Flauiano vel Euagrio fuerit ordinatus, diuersa reperuntur sententiae: Socrates quidem affirmat ab Euagrio Paulini successore Ioannem Chrysostomum sacro presbyteratus ordine initiatum fuisse, cum ante triennium neutrius communioni inhaesisset; ut alterum respueret, solitarius viuens. Porro reliqui Graecorum historici, licet recentiores, eundem Ioannem adhæsisse Flauiano testantur, ab eodemque in sacros adscitum ordines diaconatus atque presbyteratus.

Certè quidem ipsum communicationis Flauiani fuisse, in ecclesiaque eiusdem ministrasse, concionesque ibi ad populum habuisse, nemo inficias ire poterit; nam id ipsum homiliae tunc in ea dictae testantur. Quinetiam aliquando videtur fugillare ordinationem Paulini, illa nimirum homilia, quam de Anathemate habuit, de qua suo loco fusius diximus. At non ob hanc causam, quod illi communionem coniunctus fuerit, qui inuito sedebat Romano Pontifice ipsi Paulino atque eius successori Euagrio communicante, ipsum quis putet schismaticorum sacerdotem à schismatico ordinatum. Nam superius dictum est, licet eiusmodi altercationes atque dissidia inter Romanum Pontificem atque Meletium necnon eius successorem Flauianum extiterint; numquam tamen eo esse ista progressa, ut fuerit interceptione communicationis schisma conflatum, anathematiue

1. l. d. his qui relig. con. cond. Cod. Theod. THEODOSII LEGE. HUBERARI ANOS.

Socrat. lib. 3. cap. 11. Sozom. lib. 7. cap. 14. Iulian. de sup. dicit. v. in. Cod. Theod. RELIQUIAE MARTYRVM NON DISTRAHENDAE.

Aug. de opere monach. ca. 28.

S. IO. CHRYSOSTOMVS FACTVS PRESBYTER Marcellin in Chron. S. Leo orat de vita S. Ioannis Chryso. Socrat. lib. 6. cap. 3.

Flavianus subiectus. Nam spe concordia tolerata res est, atque eo modo quo ceperat, ad A plures annos producta.

Annuisse quidem diuinum numen, signisque suffragatum Spiritum sanctum eiusdem Chrysofomi sacerdotio; qui res ab eo gestas sunt fideliter profecuti, testantur, ut inter alios Leo Augustus, cum ait<sup>a</sup>: Flavianus cum vigilaret, ut consueuerat, quadam nocte videt diuinum accessisse Angelum, qui ei iubebat ordinare Ioannem, dicens futurum Ioannem nouum vas electionis: Ecce, dicens, ego ei de hoc mandatum dabo, & obediet. Ad quem quidem cum accessit Angelus, ei mandauit: prius narrauit futura, & quaecumque par est facere eum qui diuinus sit futurus minister.] & post alia: Cum adesset hora ordinationis, & incruentum perageretur sacrificium, & inferius assisteret multitudo innumera, & Angeli desuper intuerentur, manum imponente Episcopo & preces dicente consuetas, dicitur factum esse illud maximè nouum spectaculum: alba columba repente deuolans, quo modo illic supra Iesum meum & Deum, in honorem eius cui manus hic imponebatur, stetit supra eius caput. Hoc admiratione quidem affectu & stupefecit eos qui tunc adorant simul, attrahit autem eos quoque qui audiunt; admiratur vniuersa non solum quæ circum circa sita est regio, sed etiam vniuersa quæ extra fines procul remota est Syria.] hæc ipse, idemque subdit miracula tunc Antiochia ab eodem Ioanne edita, postquam presbyter factus est, vsque ad tempus quo accersitur Constantinopolim præficiendus illi Ecclesie in locum defuncti Nectarii Episcopus.

Cum primùm verò presbyter designatus est, primam omnium ad populum habuisse dicitur homiliam, cuius est exordium: Num vera sunt quæ nobis acciderunt? &c.] At nihil ibi de presbyteratu, sed de suscepta tantum docendi populi functione: quam quidem non ante hunc annum auspicatum fuisse, ex eo exploratum redditur; dum ipse in vna illarum orationum, quas habuit ad populum Antiochenum de imminente clade ob statuas ignominia affectas (quod certum est contigisse post sequentem annum) expressè testatur se iam in docendi munere biennium agere: sunt hæc eius verba<sup>b</sup>: Ecce secundum hunc annum habeo vestra differens charitati, &c.] Quamobrem in eam sententiam ire compellimur, ut quæ reperiuntur scriptæ orationes ab ipso, cum diaconus esset, nempe superius recensitæ aduersus Gentiles, Iudæos, atque hæreticos, & de Anathemate, eas speciali indulgentia & iussione Flauiani pro concione dixerit; cessasse verò postea vsque ad presbyteratum.

Quanta autem dicendi copia & elegantia iam presbyter susceptum munus expleuerit: quæ postea ad populum Antiochenum inscriptæ extant orationes certam fidem faciunt, cum tamen longè plures illis ibi ad populum dixisse oportuerit eo duodecim annorum temporis spatio, quo in ea functione versatus presbyter Antiochia mansit. Ceterum quamuis Chrysofomus concionandi munere fungeretur; Flavianus tamen Episcopus, quod esset suarum partium potissimum munus, docere populum, minimè prætermisit, immò verò accuratè persoluit: quod satis intelligi potest ex eiusdem Ioannis Chrysofomi assertionem, dum ad calcem primæ homiliae in verba illa Isaia: Vidi Dominum] ista habet: Hæc seruantes, redeamus domum; quin potius hæc seruantes, excipiamus perfectiorem doctoris exhortationem. Nam nostra quidem, qualiacumque sunt, habent iuuentutis ostentationem: huius autem, qualiacumque fuerint, maiore prudentia sunt ornata. Ac nostra quidem similia sunt torrenti, qui cum strepitu fertur; illius autem oratio similis est fonti magna tranquillitate fluuios effundenti, qui olei magis quam aquarum cursum imitentur.] hæc ipse, modestè quidem consultum in omnibus volens Episcopi existimationi & dignitati, ne qui minus eloquens esset, & ea ex parte longè inferior Chrysofomo appareret, à populo sperneretur. ex quo quidem magnam sibi laudem conciliauit, numeros illos à Domino sic definitos exoluens: Qui gloriam propriam, quæ ab hominibus est, non quærit, hic verax est.]

Rursum fertur<sup>d</sup> de illo, quod cum sublime aliquando dicendi genus arripuisset, atque ob eam causam à simplicioribus minus intelligeretur, redargutum fuisse à pia muliercula, quod eius orationes infrugiferæ essent; ipsum verò mutasse euestigio iuuenilis animi, cuius est alta petere, institutum, dictionemque faciliorem imis auribus accommodasse. Quæ ex parte illud est consecutus, ut ab omnibus facillimè audiretur, atque publicis frequentibusque acclamationibus, OS AVREVM, diceretur: Quod perinde ac inditum diuinitus nomen, veluti egregius titulus, in eius scriptis hæctenus perseverat.

Quam

ORDINA-  
TIO CHRYSO-  
SOTOMI  
SIGNIS  
PROBATA.  
Leo August.  
orat. de vit.  
Io. Chrysof.

IO. CHRYSO-  
SOTOMVS  
CONCIONA-  
RI AGGRES-  
SVS.

Chrysof. ad  
populum An-  
tiochen. ho-  
mil. 16.

FLAVIANVS  
ET CHRYSO-  
SOTOMVS  
DOCENT  
ANTIO-  
CHIAE.

Ioan. 7.

Apud Ma-  
sphastr. in  
vita Chry-  
sof.  
NOMEN  
CHRYSOST.  
VNDÈ.

A Quam autem, tanto agricola, vomere verbi Dei Antiochena Ecclesia reddita sit frugifera ad alimenta pauperibus præstanda: ex eo poteris intelligere, dum in vna<sup>a</sup> eorum quas ad populum Antiochenum habuit, homilia, hæc ait: Habens prouentum Ecclesia quot per singulos dies viduis sufficiat, quot virginibus, cogita: nam ad trium millium ascendit numerum earum catalogus: & præter has, quot carcerem inhabitantibus, quot in xenodochio laborantibus, sanis & peregrinis, corpora habentibus mutilata, altari asidentibus, & victus & vestitus causa suppliciter quotidie accedentibus; & nihil ei de substantijs diminutum est. Itaque si decem dumtaxat viri sic erogare voluissent, nullus esset pauper &c.] est quidem admiratione dignum, pauperem adhuc Ecclesiam, quæ vsque ad Theodosij tempora persecutionem diram passa fuerat, cum nec in ciuitate Fideles consistere poterant, sed in campis collectas agebant, vnde & Campitæ sunt dicti, ad eum in eleemosynis pauperum abundasse: cum præsertim non omnes Antiocheni Christiani cum Meletio conuenirent, adhærentibus alijs Orthodoxis Paulino, hæreticorum verò alijs Vitali Apollinaritarum Antistiti, alijs verò Euzoio Episcopo Ariano, & qui in eorum locum successerunt.

Sed præter hos latuisse inter Christianos Antiochenos etiam Marcionitas hæreticos, ad quos extirpandos idem Chrysofomus haud mediocres labores insumpsit, satis perspicue constat: Sed quoniam his fuerint, digni planè qui Annalibus intexantur; ex Actis<sup>b</sup> eius hic isdem verbis, quibus scripta habentur, accuratè reddamus; sic enim se habent: Qui illo tempore erat Præses ciuitatis, laborabat morbo dogmatum Marcionis, & fauebat illius sectatoribus, & ideò parti Orthodoxæ erat causa malorum innumerabilium. Huius vxorem, is qui arcanè & benignè hæc variat Deus, dimisit laborare morbo torminis interiorum. Illa autem à malo superata, omnem quidem refellit medicinae artem: omnes verò qui eadem sentiebant, vocantes ad orationem, non eam melius affecerunt, immò verò deterius, mali tempus ei producentes vana spe curationis. Vix tandem autem Ioannis gratiæ recordati, cum hoc apud se statuisent, quòd si per ipsum fieret à morbo liberatio, simul etiam desisterent à morbo dogmatis, qui est longè grauior: cum sic sibi persuasissent, in lecto decumbentem afferunt mulierem, & eam statuunt pro foribus templi, desiderantes inuenire Flavianum & beatum vultum Ioannis. Sancti ergo ad eos progrediuntur: neque enim par esse, neque honestum censebant, ut eis templum pateret, quorum anima non patebat dogmatibus pietatis. Primus autem eis dixit verus ille homo Dei, beata, inquam, illa & iuuauis lingua: Quid vos mouit, ut statueritis venire ad templum Christianorum, qui Christum quidem auersamini, Marcionem verò plurimi facitis, & habetis in magno honore? Quod quidem planè satis ostendit, quòd illius cultores conuocaueritis ad morbi aut alicuius molestiæ liberationem; & quòd cum illi precati essent, non assecuti sitis curationem: quod quidem vobis accidit præter expectationem. Dicedite ergo ab hoc sacro templo; quoniam nec vos poteritis omninò Christum tentare, ne hoc stulte putetis. Illi autem dicebant, se parentum errore esse captos, & vsque in hodiernum diem fuisse superatos à mala consuetudine: Sed per Christum (aiebant) vos rogamus: miseremini poenitentium: sic enim cum eo quod corpus rectè afficietis, agetis etiam ut anima sit sana. Sciatis enim fore, ut nos nequaquam amplius abstinemus à communionem vestra, quæ est ex vera pietate.

D His flexus magnus Ioannes, iussit aquam afferri: cui cum diuinum signaculum iniectisset Pontifex (sic enim illic ei persuasit) mulieri infudit in Christi nomine. Quod quidem cum factum esset: quæ in lecto decumbebat, statim surrexit sana, & cum marito & ciuibus vna voce vnanimis Christum magnificabant. Deinde etiam ad sanctorum genua procidentem, petierunt veniam prioris ignorantia, & domum redierunt: & cum multas quidem pecunias egenis distribuissent, triginta verò libras auri, partim quidem ad sumptum peregrinorum, partim verò ægotantium, partim verò egentium xenodochio tradidissent, & ab illo tempore à Marcionitarum communionem omninò abstinuissent, insaniam & amentiam res illorum vocantes, Christi sacrosanctæ affidebant Ecclesie.

Cum autem illi, omni adhibito studio, & omni (ut dicitur) rudente moto, nihil omninò perfecissent, & desperassent fieri posse, ut ipsi ad eos redirent: Præstigiatorum & Magum Ioannem appellabant; & plurimis alijs contumelijs, ciuitatem obcuntes, cum afficiebant. Ille verò tantum abfuit, ut vel minimum curaret contumelias, ut eis potius similiter atque Dominus gloriaretur: alioquin autem diuinitus immisissam calamitatem ad

Chrysof.  
hom. 3 ad  
pop. Antioch.  
Quot eccl.  
ANTIHE-  
NA PAUPE-  
RES ALE-  
RET.

Apud Ioan.  
Chrysof. 16.  
ex dectaph.  
Leo Imp.  
in encomio,  
et alijs.

MARCIONITA-  
E PERE-  
VNT.

eos mox esse venturam, ille prædixit. Patris enim post diebus, cum magnus terrimo-  
tus fuisset Antiochiæ: ipsa domus quæ Marcionitarum susceperat congregationem, cor-  
ruens, & domus quoque plurimæ cum ijs qui eadem sentiebant labefactata, perdidere-  
runt quamdam incredibilem eorum multitudinem: Et quod est maximè admirabile, &  
quod aperte ostendebat eam diuinitus immisissam fuisse calamitatem: cum tanta perisset  
multitudo eorum qui male sentiebant, nullus Orthodoxæ fidei simul cum eis perijt. Hoc  
cum ita factum esset, & pios corroborauit, & correxit multos ex ijs qui prauè sentiebant.  
hactenus in rebus gestis Chrysofomi cum Marcionitis, quos sæpè pro concione publicis  
inuictius exagitauit. Sed & contulisse aliquando cum vno illorum, ipse testatur<sup>a</sup> ho-  
milia ad eundem populum Antiochenum, qua etiam & partem eiusdem disputationis  
recenset: derisioni quoque exposuit ritus eorum, cum solerent baptizari pro mortuis,  
atque ait<sup>b</sup>:

<sup>a</sup> Chrysof.  
hom. 50. ad  
pop. Antioch.

<sup>b</sup> Chrysof. in  
1. ad Corint.  
hom. 40.  
LVDVS MAR-  
CIONITA-  
RYM.

Vultis primùm dicam, quo modo hanc dictionem adulterant qui morbo laborant  
Marcionis? Atque scio quidem fore vt risum multum moueam. Verùm enim verò  
etiam propterea maximè dicam, vt eum morbum magis fugiatis. Nam postquam ca-  
techumenus quispiam apud eos excesserit, sub lecto mortui abscondit aliquo qui viuuit,  
accedunt ad mortuum & alloquuntur, & rogant velit ne accipere baptismum. Deinde  
illo nihil respondente; qui est absconditus internè, pro illo dicit se velle baptizari, & sic  
eum baptizant pro eo qui excessit, perinde ac si in scena luderent. tantum valuit dia-  
bolus in ignauiorum animis. Deinde cum accusantur, adducunt hoc verbum, dicen-  
tes Apostolum<sup>c</sup> dixisse: Qui baptizantur pro mortuis, &c.] Horum quoque causa fortas-  
se in Concilio Carthaginensi tertio haud diu post celebrato, canone sexto monuerunt  
Patres Africanam Ecclesiam hæc cauenda, cum ista canone sexto promulgauerit: Ca-  
uendum est etiam, ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat. ] At prauis  
Marcionitarum frutices, qui tot sæculis altiores radices fixissent, haud per Ioannem  
Chrysofomum valuerunt penitus extirpari; aduersus quos maximopere fuit laboran-  
dum Theodoro Episcopo Cyri, vt suo loco oratio opportuna docebit. Ceterum non  
postquam creatus est presbyter Antiochiæ dumtaxat hos insectatus est Ioannes Chry-  
sofomus, sed & cum factus Episcopus ageret Constantinopoli. at de his dicendum  
suo tempore.

<sup>c</sup> 1. Cor. 15.

<sup>d</sup> Exstat r. 1.  
Ioa Chrysof.  
ex Metaph.

3. ID. CHRYSO-  
SOTOMVS  
LABORAT  
IN CONVER-  
SIONE GEN-  
TILIVM.

Sed & quæ aduersus Gentiles deorum cultores idem adhuc presbyter certamina inie-  
rit, memoriæ commendata à maioribus, hic in medium afferamus ex Actis eius antiqui-  
tus scriptis, à recentioribus autem exscripta hisce verbis<sup>d</sup>: Licebat videre in vniuersa re-  
gione ciuitatis, domos quidem oratorias Deo excitari, templa autem simulacrorum, si  
quæ remanserant, diruta funditus in terram prosterni: viros verò, qui philosophiæ cu-  
ram gerebant & virtutis, magnaque ornatu erant intelligentia & acumine ingenij, à ma-  
gni huius viri providentia emitti ad multorum salutem. Certum autem eius quod dici-  
mus testimonium sunt ea quæ facta sunt in monte Amano, vbi eos, qui ibi habitabant im-  
pij & feri & nihil differebant à bestiarum immanitate, ad tantam ille deduxit mansuetu-  
dinem & pietatem, vt à patribus quidem datam neglexerint religionem (rem valde dif-  
ficilem, & quæ si vlla res alia multos vincit absque ratione) prompto autem & alacri ani-  
mo transfugerint ad lucem veritatis: & nec hactenus steterint, sed etiam multi ex his  
pietate vsi munificentius, viri, inquam, & mulieres, illi quidem monachorum, hæ virgi-  
num iugum subierint.

Quæ autem in Casto monte in templo quod illic erat Gentilium (& quidem celeberrim-  
um, ore scriptorum penè omnium celebratum templum Iouis Casij) ab illo viro facta sunt:  
quis est adeò inuidus, aut negligens, aut deses, vt ea sustineat prætermittere? Quo in  
loco cum tantus error prius esset diffusus, & multitudo quidem assidue veniret innume-  
rabilis, fieret autem immensum animalium sacrificium propter cultum, prohi dolor,  
dæmonum: perierunt illa omnia & extincta sunt zelo illius magna & quæ à Deo moue-  
batur animæ.

Neque hæc sunt digna quæ mandentur silentio, quæ facta sunt in fastigio ciuitatis in  
templo Veneris, & quod non solum studuerit, vt id dirueretur, sed etiam vt in eo loco  
viri sancti habitarent, terribiles ijs qui eo subibant dæmonibus: adeò vt illi quidem pro-  
cul expulsi fuerint, tamquam armis quibusdam terribilibus intentatis eorum virorum  
precibus: homines autem qui circum circa habitabant, non solum à læsione illorum  
libera-

A liberarentur, sed etiam maximam acciperent vtilitatem, cum possent versari cum mo-  
nachis, qui perfecti erant in Dei timore. Illius mentis & studij etiam est opus, profani  
templi destructio, quod fuit in arce Beli, & ad solum vsque facta eius demolitio. ] fuit  
tanta victoria seruata Chrysofomo: additque: Potest etiam quæ circa Seleuciam habita-  
tur regio, gloriari præclaris factis illius viri: nam & simulacrorum templa illic diruta &  
diuinas ædes extructas & viros virtutis studiosos illic ad habitandum collocatos inuenies.  
hactenus de rebus ab eo gestis aduersus hæreticos & Gentiles Antiochiæ, cum presbyter  
esset: quæ quidem cum certo anno consignari minimè valeant, hic sub eo quo idem est  
initiatu presbyterio, collocasse volumus: vt planè intelligas hominem, si quis alius, con-  
iunxisse opera stylo, cum primis suis luculentis ac scitis orationibus insectatus sit Gentiles  
atque à fide Catholica extorres hæreticos, factisque eosdem etiam magno studio exagita-  
rit. Memor enim, Iulianum Apostatam, Antiochiæ cum esset, assiduis sacrificijs in Christi  
contumeliam frequentasse deorum templa, inuisisseque longa peregrinatione Iouem Ca-  
sium: vt primum sub Christiano Imperatore omnium maximè pio Theodosio licuit, ma-  
gnis sumptis spiritibus, in eadem vindex<sup>a</sup> acerrimus exurrexit. Sed iam quæ anni huius<sup>b</sup>  
sunt reliqua absoluamus.

B

Hoc eodem Domini anno, qui & octauus Theodosij Imperij numeratur, S. Cyrillus  
Episcopus Hierosolymitanus (vt auctor est S. Hieronymus<sup>b</sup>) ex hac vita migravit. de quo  
quidem, quod (vt idem ait) sæpè pulsus, ac sæpè in sedem receptus, hasque vices passus sit  
à Constantij temporibus; quantum temporis sederit, haud exploratum haberi potest. cu-  
ius monumenta ingenij extant Catecheses, quas in adolescentia elaborauit. Huic subro-  
gatus est Ioannes, quem tempore persecutionis sub Valente Catholicos auersatum esse, &  
cum Arianis ac Macedonianis communicasse, non obscure testatur aduersus eum scribens  
sanctus Hieronymus, cum ait<sup>c</sup>: Non euentilabo, si amaueris eos qui talia prædicauerunt;  
cum quibus fueris quando ista dicentes exilia sustinebant; quis sit ille, qui Theonæ presby-  
tero Spiritum sanctum Deum in Ecclesia prædicante, clausit aures, forasque cum suis  
concitus fugerit, ne tantum audiret piaculum, &c.] Sed & sub nomine Prætextati ipsum  
fugillar, factumque esse Catholicum spe dignitatis, redemptumque ab hæresi pollicita-  
tione Episcopatus affirmat. At de ipso plura inferus.

<sup>a</sup> l. 2. de Co-  
nat. Kal.

<sup>b</sup> Hieron. de  
Script. Eccl. in  
Cyrillo.

<sup>c</sup> Hier. epist.  
61.

D

T Recentissimus octogessimus septimus Christi annus auspicio nouorum Consulium  
Valentiniani Augusti tertium atque Eutropij aperitur: quo Iustina Augusta, vnâ  
cum Valentiniano filio, quam anno superiori aduersus S. Ambrosium persecutionem con-  
citare cœperat, maioribus prosequitur incrementis: vehementiori enim odio in sanctissi-  
mum virum flagrans, acrioribus iracundiæ stimulis agitata, rabie feminili, mente peruer-  
sa, correpta furore, instar furæ furit, & veluti Baccha cæstro percita debacchatur. Hoc  
quidem anno, primùm dolo, inde vi, atque omni denique arte, itemque conatu Ambro-  
sium adorta est: excruciabatur enim intrinsecus, cum se frustra Augustam esse, diciq; con-  
sideraret, cum vnus sacerdotis constantia vinceretur; dum nec vna sibi pateret ecclesia,  
in quam liberum esset conuenire cum suis: exastuabatque immenso animi dolore, atque  
inuidia tabescebat, quòd videret se à populo Mediolanensi contemni, & omni officio  
omnes studere in omnibus sacerdoti.

IUSTINA  
AVGVSTA  
AMBROSII  
VM VEXAT.

E

Quòd igitur periculosa alea videretur, obnitente populo, Ambrosium manu militari  
captum extra prouinciam deportare: quo id absque tumultu perficiat, dolosa consilia  
mente agit, sed omnia frustra. Testatur id quidem Paulinus, cum ait<sup>d</sup>: Iustinæ mu-  
licris innumeras insidias sustinuit; quæ muneribus atque honoribus aduersus sanctum  
virum oblati, populum excitabat; sed infirmorum mentes talibus promissis decipie-  
bantur. Promittebat enim Tribunatus & diuersas alias dignitates ijs qui illum de eccle-  
sia raptum ad exilium perduxissent. Quod cum multi conarentur, sed Deo præsele per-  
ficere non valerent: vnus infelicior ceteris, nomine Euthymius, tanto furore excitatus  
est, vt iuxta ecclesiam sibi domum pararet, atque in eadem carrum constitueret, quo fa-  
cilius raptum superpositum carpento ad exilium perduceret. Sed iniquitas eius in verti-  
cem

<sup>d</sup> Paulin. in  
Vit. S. Ambro-  
sij.

EVTHYMI  
AVDAX  
PRÆSELE  
PTIO.

cem ipsius descendit. Post annum etenim, eodem die, quo illum rapere se arbitrabatur, eodem carpento impositus, de eadem domo ipse ad exilium destinatus est; reputans sibi iusto iudicio Dei id in se esse conuersum, vt in eodem carpento dirigeretur ad exilium; quod ipse parauerat sacerdoti: cui non minimum solatij sacerdos præbuit, dando sumptus, vel alia quæ erant necessaria. Sed hæc confessio hominis, nec mulieris furorem, nec vesanorum Arianorum amentiam repressit. ] hæc Paulinus. Meminit quoque horum Ambrosius in concione, quam ad populum habuit in Auxentium, vbi inter alia: Nemo vos turbet, quod aut carrum præparauerat, aut dura, vt videbatur sibi, Auxentij ipsius, qui se dicit Episcopum, ore iactata. ] hæc ipse. Sed quid postea?

Ambrosius in Auxentio post epist. 32.

Auxentius Armator in Ambrosio.

Ambrosius in Auxentio.

Zach. 6.

2. Cor. 11.

Quoddam fraus detecta euauisset, iam aperto Marte congregari, manuque militari agere decreuit Augusta: Auxentio enim omnia quæ vult militaria parat auxilia; quibus ille procerax accinctus, omnia furore commiscet. qui etiam elicit ab Imperatore edictum, quod ipse conscripsit, quo iuberetur Catholici sacerdotes eijci ab Ecclesijs; & qui renuissent, occidi. Vnde increbuit rumor, missos esse spiculatores, qui Ambrosium renuentem basilicam tradere, capite truncarent. His commotus populus, intra basilicam obseratis ianuis, pluribus diebus ac noctibus vigilantissimo studio custodiebat Ambrosium, obsidentibus interea militibus ecclesiam, vt abriperent sacerdotem. Hæc autem omnia ipse S. Ambrosius refert his verbis: Plerique narrabant, percussores præmissos, pœnam mortis esse decretam. Nec illa timeo, & ista non desero. Quo enim abibo, vbi non omnia plena gemitus sint atque lacrymarum, quando per Ecclesias iubentur eijci Catholici sacerdotes, resistentes gladio feriri, curiales proscribi omnes, nisi mandatum impleuerint? & hæc Episcopi manu scripta & ore dictata: qui se vt probaret doctissimum, vetus non omisit exemplum. Legimus enim in Propheta, quod viderit falcem volantem. Hanc imitatus Auxentius, gladium volantem per omnes vrbes direxit. Et satanas transfiguratur se in Angelum lucis, & in malum imitatur eius potentiam. Tu Domine Iesu vno momento mundum redemisti: Auxentius vero momento tot populos (quod in ipso est) trucidabit, alios gladio, alios sacrilegio, meam basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus, &c. ] Quid autem egerit, vbi eiusmodi Imperatoris edicto de tradenda basilica idem Ambrosius conueniretur, idem ipse recenset.

3. Reg. 21.

Ambrosius qua constantia restitit aduersariis.

Opportune quidem tunc accidit, vt ea die qua ab ipso Ambrosio basilica peteretur, in ecclesia legeretur historia de Achab atque Nabuthe; cuius exemplo Ambrosius suam defendit ecclesiam; paratusque fuit potius mille subire mortes, quam basilicam traditor effici. Subdit enim hæc ipse: Meministis etiam quod lectum est hodie, Nabuthe sanctum virum possessorem vineæ suæ interpellatum petitione regia, vt vineam suam daret, vbi Rex succisis vitibus olus vile fereret; eumque respondisse: Absit vt ego Patrum meorum tradam hereditatem. ] & paulò post: Nabuthe vites suas vel proprio cruore defendit: Si ille vineam non tradidit suam; nos trademus ecclesiam Christi? Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi enim conuentus: Absit à me, vt tradam Christi hereditatem. Si ille patrum hereditatem non tradidit: ego tradam Christi hereditatem? Sed & hoc addidi: Absit vt tradam hereditatem patrum, hoc est, hereditatem Dionysij, qui ex exilio in causa fidei defunctus est, hereditatem Eustorgij confessoris, hereditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium Episcoporum. Respondi ego quod sacerdotis est: quod Imperatoris est, faciat Imperator. prius est, vt animam mihi, quam fidem auferat. ] hæc Ambrosius de his quæ ab Auxentio nitente Imperatoris Valentiniani edicto passus est. ]

Ambrosius ad tribunos iurare.

Sed maiora ingruunt post hæc proelia, vbi missi sunt cum Imperatoris præcepto Tribuni, à quibus ipse Ambrosius iuberetur recedere à basilica, tradereque ecclesiæ sacra vasa. Cum populus pastoris sui amantissimi sollicitiori custodia vallat Episcopum, timens ab eo deseri: tunc S. Ambrosius, cum ita populum videret affectum, eum pro concione allocutus; quo ipse animo esset in defendenda Dei Ecclesia, pluribus declarauit. Qua etiam oratione quæ gesta essent cum Tribunis, cum referat, hic ea quæ sunt historiæ describamus: sic enim exorsus est: Video vos præter solitum subito esse turbatos, atque asseruantes mei. Miror quid hoc sit. Nisi forte quia per Tribunos me vidistis aut audistis Imperiali mandato esse conuentum: vt quo vellem, abirem hinc: & si qui vellent sequendi potestatem haberent. Metuistis ergo ne Ecclesiam deserere, & dum saluti meæ timeo, vos relinquerem? Sed quid & ipse mandauerim, potuistis aduertere: deserendæ Ecclesiæ mi-

siæ mihi voluntatem subesse non posse; quia plus Dominum mundi, quam sæculi huius Imperatorem timerem. Sanè si me vis aliqua abduceret ab ecclesia, carnem meam exturbari posse, non mentem: paratum me esse; vt si ille faceret quod solet esse regia potestatis, ego subirem quod sacerdotis esse consueuerit. Quid ergo turbamini? Volens numquam vos deseram: coactus repugnare non noui. Dolere potero, potero flere, potero gemere: aduersus arma, milites, Gothos quoque lacrymæ meæ arma sunt: talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere. Fugere autem & relinquere Ecclesiam, non soleo, ne quis grauioris pœnæ metu factum interpreteretur. Scitis & vos ipsi, quod Imperatoribus solcam deferre, non cedere; supplicijs me libenter offerre, nec metuere quæ parantur.

Vtinam essem securus quod Ecclesia hæreticis minimè traderetur: ad Palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio, vt in Palatio magis certarem, quam in Ecclesia. Sed in Consistorio non reus solet Christus esse, sed Iudex: Causam fidei in Ecclesia agendam, quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat: inclinatum iam vel Imperatoris iudicium, quod lata lege patefecit, quo impugnat fidem, vel sperata ambientium quorundam studia non requirat. Non committo vt quisquam vendat iniuriam Christi. Circumfusi milites, armorum crepitus, quibus vallata est Ecclesia, fidem non terrent meam, sed mentem exagitant, ne dum me tenetis, perniciosum aliquid vestræ oboriatur salutis. Ego enim iam didici non timere, sed vobis timere plus cœpi. Sinite, quæso, vestrum sacerdotem congregari: habemus aduersarium qui laceffit. Aduersarius enim noster diabolus, sicut leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, vt Apostolus dixit. ] & paulò post de requisitis à Tribunis sacris Ecclesiæ vasis hæc addit:

Ambrosius interpretatur de agit.

Cum esset propositum vt Ecclesiæ vasa iam traderemus; hoc respondi reddidi: Me, si de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei iuris esset, libenter offerre: templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud quod custodiendum, non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam Imperatoris salutis: quia nec mihi expedit tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi sacerdotis: si vult sibi esse consultum, recedat à Christi iniuria. Hæc plena humilitatis sunt, & vt arbitror, plena affectus eius, quem Imperatori debet sacerdos. Sed quia lucta nobis est non solum aduersus carnem & sanguinem, sed etiam (quod grauius est) aduersus spiritualia nequitia, quæ sunt in cælestibus; tentator ille diabolus per ministros suos certamen auget, vulneribus corporis mei experiendum arbitratur. Scio, fratres, vulnera hæc quæ pro Christo excipimus, non esse vulnera quibus vita amittitur, sed propagatur. Sinite, quæso, esse certamen: spectatores vos esse decet. Considerate, quia si quem habet ciuitas vel athletam, vel alterius nobilis artis peritum, optat offerre certamini: cur in maioribus rebus trepidatis, quod vel in minoribus velle confuctis? Non metuunt arma, non barbaros, qui mortem non timet, qui nulla carnis voluptate retinetur.

Quid Ambrosius cum daret vasa iurare.

Ephes. 6.

Certe si Dominus huic nos certamini deputauit: frustra peruigiles tot noctibus & diebus custodias exhiberis: implebitur Christi voluntas: Omnipotens enim noster est Dominus Iesus: hæc est fides nostra. Et idèd quod fieri mandat, implebitur: nec conuenit nos diuinæ obuiare sententiæ. Audistis quod hodie lectum sit: Pullum sibi asinæ Saluator per Apostolos iussit adduci, &c. ] Vides ex hac nota lectionis, S. Ambrosium eiusmodi ad populum concionem habuisse in Dominica Palmarum, qua illud ipsum Euangelium consueuit in Ecclesia recitari. Quod igitur in omnibus hisce periculis vult sanctus sacerdos populum inniti absque trepidatione diuinæ prudentiæ, cuius arbitrio cuncta disponantur in terris, vt eos metu concepto omninò liberos redderet, hæc subdit: Ergo si vult Dominus, certum est quod nullus obsistat. Quod si adhuc nostra differt certamina, quid veremini? Seruum Christi non custodia corporalis, sed Domini prouidentia sepire consueuit. ] Sed vt rerum quoque præteritarum experimento magis Deo confiderent, quam humanæ vigilantia, curæ, & sollicitudini, hæc ipsa de his quæ accidissent, ita subinfert:

Ambrosius magna ad deum fiducia.

Luc. 19.

Turbati estis, quia apertas reperistis geminas fores, quas captus oculis quidam, dum hospitium proprium repetit, patefecisse memoratur. In quo cognoscite, quod nihil suffragetur humana custodia. Ecce vnus, qui videndi munus amisit, soluit vestra vniuersa munimina, & custodias lussit: Dominus autem suæ misericordiæ custodiam non amisit.

Providentia dei.

Nonne



Nónne ante biduum (vt meministis) etiam illud repertum est, quod à parte leua basilicæ ingressus quidam peruius fuit, quem putabatis clausum esse atque munitum? Sepserunt nempe armati basilicam: explorabant hos atque illos aditus: cæcitate perfrusunt, vt quod apertum erat, videre non possent. Itaque per plurimas noctes quod apertum fuerit, non ignoratis. Definite ergo sollicitari: quia hoc erit, quod Christus iubet, & hoc esse expedit. ] hæc vt confirmet Ambrosius & populo persuadeat, petita ex diuina Scriptura exempla adducit in medium, nempe de Elisæo, cum obsideretur à Rege Syriæ Samaria, & vt ipse caperetur, missi sunt milites: ac de Petro exemplum, quem Herodes occidendum misit in carcerem; de quo eodem, cum Romæ sub Nerone detineretur in vinculis, & rogaretur à Fidelibus liber abire, cui foras progredienti Dominus occurrens, verbis illis admonuit, quibus ipse volens libensque remeavit in carcerem. Sed & de Domino ipso subnectens exemplum, hæc ait:

<sup>a</sup> 4. Reg. 6. 12.

AMBROS. TV. DIVINA CVSTODIA POTIVS QVAM HVMANA.

Nónne (vt de ipso Domino sumamus exemplum) quando voluit, passus est; & cum quaereretur, inuentus est? Quando autem hora non venerat passionis, per medium quaerentium transibat, & videntes eum tenere non poterant. Quo vtiq; euidenter ostendit: quia quando Dominus vult, vnusquisque inuenitur & capitur: quando autem differt, etiam si quaerentium manibus occurrat & oculis, non tenetur. Ego ipse non quotidie vel visitandi gratia prodibam, vel pergebam ad Martyres? non regiam Palatii prætexebam eundo & redeundo? & tamen nemo me tenuit, cum exturbandi me haberent, vt prodiderunt postea, voluntatem, dicentes: Exi de ciuitate, & vade quo vis. Expectabam, factor, & magnum aliquid, aut gladium pro Christi nomine, aut incendium. At illi delicias mihi pro passionibus obtulerunt: sed athleta Christi non delicias, sed passiones suas exigit. ] hæc ipse de his quæ in hanc diem ab aduersarijs gesta essent: atque post multa in Auentium locutus, refricat quæ Ariani iactare solerent, vt in ipsum magis commouerent Imperatorem: Aiunt, inquit: Ergo non debet Imperator vnam basilicam accipere, ad quam procedat? & plus vult Ambrosius posse, quam Imperator, vt Imperatori prodeunt facultatem neget? Quod cum dicunt, apprehendere sermones nostros gestiunt, sicut Iudæi qui Christum versuto sermone tentabant, dicentes: Magister, licet tributum dare Cæsari, an non? &c. ] subiungit distincta esse officia hominum, & cum omnia Domini sint, pendenda tamen esse Principibus quæ illis debita sunt, quæ autem Deus sibi ipsi tantum custodita voluit atque seruata, nequaquam Principibus tribuenda. In quam sententiam ista subdit inferius:

<sup>c</sup> Matth. 22.

QVALES SINT PRINCIPES QUI EXIGVNT TRIBVTA CLERICIS.

<sup>e</sup> 7. Isidor lib. 11. epist. 48.

<sup>f</sup> Matth. 17.

<sup>g</sup> Genes. 47.

Quid igitur non humiliter responsum à nobis est? Si tributum petit: non negamus: agri Ecclesiæ soluunt tributum. Si agros desiderat Imperator: potestatem habet vindicandorum; nemo nostrum interuenit. Potest pauperibus collatio populi redundare. Non faciant de agris inuidiam: tollat eos, si libitum est. Imperatori non dono, sed non nego. ] hæc cum ipse dicat de penstatione tributi ex agris Ecclesiæ, secundum Christianam mansuetudinem dicere certum est, iuxta sententiam Domini: Ab eo qui aufert vestimentum, etiam tunicam noli prohibere: omnipotenti te tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. ] In hanc quoque sententiam Isidorus Pelusiota ad Epagathum presbyterum detrectantem tributum soluere ita scripsit:

Descriptus est Dominus, cum vtero gestaretur, & censum Cæsari pependit: hinc videlicet velut lata lege nobis indicens, vt ei qui Imperium tenet, obediamus, modò nihil ad pietatem impediendi afferat. Quæ igitur ipse Deus noster subdita per dispensationem & consilium paupertate docuit, candido animo imitemur, nec pauperum obtentu tributum pendere detrectemus. ] hæc Isidorus, & quidem (vt dictum est) secundum Christianam mansuetudinem, cum alioqui ex Domini sententia, si non à filijs Reges tributum exigunt, quos subditos habent, multò minus ab eis quos sibi superiores esse cognoscunt absque nota criminis inuasa tyrannidis, sub quorum cura Principes omnes intelligant se sub pastoribus esse oues, longeque impar esse à pastoribus oues lac & lanam exigere, cum potius ista ille teneantur pastoribus exhibere. Quidni id Christiani præstent Principes, quod Ægypti sacerdotibus Pharo vbertim impendit? qui non solum eis latifundia tradidit, quæ illis voluit perpetuò conseruata; sed ex horreis publicis statuta iisdem cibaria ministravit. Adeò vt habeant Christiani Principes vnde erubescant ex Pharaone, si non id tantum quod ille idolorum sacerdotibus impendebat, ipsi Christianæ legis sacerdotibus non impertiant, sed ab alijs oblata vendicent sibi, vel redigant sub tributum.

Certè

A Certè quidem si præterita repetas tempora in his quæ ad tributorum exactiorem pertinent: id primò à Gentilibus Imperatoribus Ecclesiæ passa est, deinde ab Imperatore Apostata, postea ab Ariano Principe in Oriente. Etenim constat, primum omnium Apostatam Iulianum post Christianos Imperatores de bonis Ecclesiarum earumque ministris exegisse tributum, eiusque affectatum esse vestigia Valentem Arianum Imperatorem, qui tributum à clericis atque monachis (vt vidimus) exigebat. De Valentiniano & Gratiano nihil huiusmodi in Occidente factum legitur. Sub Valentiniano autem puero Iustina Ariana moderabatur Imperium, cuius arbitrio id contigisse videtur, vt Catholicorum Ecclesijs tributum indiceretur ex agris: quod persolvere Ambrosius non recusat, dummodo fidei Catholice, Catholiceque communionis basilicis parceretur. Vides non nisi apostatas atque hæreticos Imperatores exegisse de agris Ecclesiæ censum, hæc ex parte Pharaone Ægypti Rege deteriores. Cum alioqui Catholici Principes in ditandis Ecclesijs amplis redditibus munificentissimi semper extiterint: qui si aliquando necessitate ingruentium bellorum pressi indigerint accipere ab Ecclesijs, id per quam submisso animo à totius Christianæ religionis Antistite Romano Pontifice expetere conueuerunt, & ab illo paternæ charitatis affectu pro facultate præstari; cuius rei innumera sunt exempla.

B Sed ad Ambrosium redeamus hæc itidem de Arianis subdentè: Sed inuidiam faciunt, quia aurum erogatur. Nec ego hanc inuidiam perhorresco. Habeo ærarios: ærarij mei pauperes Christi sunt: hunc noui congregare thesaurum. Vtinam hoc mihi semper crimen adscribant, quia aurum pauperibus erogatur. Quòd si obijciunt quod defensionem ab ijs requiram: non nego, sed etiam ambio: habeo defensionem, sed in orationibus pauperum. Cæci illi & claudi, debiles & senes robustis bellatoribus fortiores sunt. Denique munera pauperum Deum obligant: quia scriptum est: Qui largitur pauperi, Deo faceret: præsidia bellatorum diuinam sæpè gratiam non merentur. ] hæc ipse.

C Sed quid rursus in eum Ariani liuore tabescentes obijceret, ipsum audi: Hymnorum, inquit, quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Planè nec hoc abnuo, Grande carmen istud est, & quo nihil potentius. Quid enim potentius, quam confessio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes student fidem facere, Patrem & Filium & Spiritum sanctum norunt versibus prædicare. Facti sunt igitur omnes magistri, qui vix poterant esse discipuli. ] hæc idcirco S. Ambrosius, quod in omnibus tunc à se editis hymnis & in Ecclesiæ canendis populo traditis, ad finem cuiusque ipsorum (vt apparet) conglorificatio esset sanctissimæ Trinitatis. Haud enim pridem eiusmodi hymnodiam cœpisse in Ecclesiâ Mediolanensi, S. Augustinus, qui eam audiebat, & ipsius concentu magnopere demulcebatur animo, testatur his verbis: Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, suauè sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea astuabat affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & benè mihi erat cum eis. Non longè cœperat Mediolanensis Ecclesiæ genus hoc consolationis & exhortationis celebrare, magno studio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multo amplius, cum Iustina Valentiniani pueri mater hominem tuum Ambrosium persequeretur, hæresis suæ causa, qua fuerat seducta ab Arianis.

D Excubabat pia plebs in ecclesia, mori parata cum Episcopo suo, seruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, sollicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuabat. Nos adhuc frigidi à calore spiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita atque turbata. Tunc hymni & psalmi vt canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus mæroris tædio contabesceret, institutum est, & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac penè omnibus gregibus tuis, & per cetera Orbis imitantibus. ] hæc de hymnodia tunc temporis Augustinus. In Oriente quidem præter Dauidicos psalmos, canendi hymnos ea occasione introductum fuisse vsus diximus, quod cum qui minus sanæ fidei essent, eiusmodi hymnos suis canendos tradidissent (vt primò factum dicitur à Bardesane Syro, inde à Paulo Samosateno, denique ab Apollinari Laodicensi) sanctissimi Patres Catholice fidei defensores illis aduersos scripsere sacros hymnos: quod præstitisse diximus Ephrem Syrum, & alios, atque vltimo loco Gregorium Nazianzenum. De eiusmodi quoque hymnodia atque vigilijs hæc Paulinus: Hoc in tempore primo antiphonæ, hymni, ac vigilie in Ecclesiâ Mediolanensi celebrari cœperunt. ] ex quibus plane vi-

MAGNA AMBROSII FIDVIA IN ELEEMOSY- NIS PAUPERVM.

Proh. 19.

Ambros. in Auent. OBSCURIO ARIANO- RVM DESACRIS HYMNIS.

Aug. Cōfess. lib. 9. c. 6. 7.

Paulin. in Vit. S. Ambr. nē vi-

\* August. ad frat. de e- rem. serm. 25.

DE POTES- TATE IMP. ET IVRE EC- CLESIAE.

\* Ambros. epist. 33. RATIO TEM- PORIS ET CONTINVA- TIO ACTIO- RVM.

\* Isidor. de Divm. offic. c. 27. Ambros. epist. 33.

EPIST AM- BROSI AD MARCELLI- NAM.

CASTREVS ARIANVS CAPTVS RE- LAXATVS.

ne videas, quam procul abhorreat à veritate quod effictor ille sermonum nomine sancti A Augultini insipienter effutijt<sup>a</sup>, à sancto Ambrosio vigilas esse sublatas, quas constar auctore eodem, in Mediolanensi Ecclesia hymnis auctas. Verum de his in Notis pluri- bus egimus.

Sed idem rursus S. Ambrosius eidem concioni apponens coronidem, quo modo se ha- beat Imperatoris potestas cum Ecclesiastico iure, hæc ad postremum addit: Soluimus quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Tributum Cæsaris est; non negatur. Ec- clesia Dei est; Cæsari utique non debet addici; quia ius Cæsaris esse non potest Dei tem- plum. Quod cum honorificentia Imperatoris nemo dictum potest negare: quid enim honorificentius, quam vt Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cum dicitur, sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est. Bonus enim Imperator quarit auxilium Ecclesiæ, non refutat. Hæc vt hu- militer dicimus, ita constanter exponimus. Sed incendia aliqui, gladium, deportationem minantur. Didicimus Christi seruuli non timere. Non timentibus numquam est grauis terror, &c. ] ita ipse, ex quibus perspicue intelligis, quam velit illibate integreque seruatum, custoditum que ius Ecclesiasticum sacerdotibus, & quam longè longius ablit, vt Imperato- res Ecclesijs, earumque ministris sacerdotibus dominantur.

Quæ autem contigerint post illam ad populum habitam concionem, idem ipse san- ctus Ambrosius prout gesta sunt, ad sororem Marcellinam exactè describit<sup>b</sup>, cum ait: Se- quenti die (erat autem Dominica) post lectionem atque tractatum, &c. ] per diem il- lam Dominicam, Palmarum solemnitate intelligit, qua de asina & pullo solutis at- que ad Christum deductis Euangelium (vt dictum est) consuevit in Ecclesia recitari. Quod verò ait, post tractatum habitum: per tractatum utique intelligit habitam more maiorum ad populum concionem. Sed & quod subdit, eadem ipsa die tradidisse symbo- lum competentibus baptizandis: eandem diem Dominicam, Palmarum dictam, signi- ficat, qua antiquitus dari symbolum competentibus consuevit, vt Isidorus<sup>c</sup> & alij testan- tur. Quæ autem tunc ea die contigerint, vt sciamus, ipsam Ambrosij epistolam hic reci- temus; sic enim se habet<sup>d</sup>:

Quoniam omnibus ferè epistolis sollicitè quæris de Ecclesia: accipe quid agatur. Po- stridie quàm accepi litteras tuas, quibus significaueras quod te exagitarent somnia tua, moles inquietudinum grauium cœpit moueri. Nec iam Portiana, hoc est extramurana basilica petebatur, sed basilica noua, hoc est intramurana, quæ maior est. Conuenerunt me primo Principes, virtutum viri, Comites Consistoriani, vt & basilicam traderem, & procurarem ne quid populus turbarum moueret. Respondi quod erat mei ordinis: Tem- plum Dei tradi à sacerdote non posse. Acclamatū est sequenti die in Ecclesia. Etiam Præ- fectus eo venit: cœpit suadere, vt basilica Portiana cederemus. Populus reclamauit. Ita tunc discessum est, vt intimaturum se Imperatori diceret. ] hæc omnia hucusque re- citata, duobus diebus ante Dominicam gesta esse, superius dictum est. Quid verò postea acciderit, ita subdit:

Sequenti die (erat autem Dominica) post lectionem atque tractatum, dimissis cate- chumenis, symbolum aliquibus competentibus in baptisterijs tradebam basilicæ. Illic nunciatum est mihi, comperto quod ad Portianam basilicam de Palatio Decanos misis- sent, & vela suspenderent, populi partem eo pergere. Ego tamen mansi in munere: Mis- sam facere cœpi.

Dum offero, raptum cognoui à populo Castulum quemdam, quem presbyterum di- cerent Ariani: hunc autem in platea offenderant transeuntes. Amarissime flere & orare in ipsa oblatione Deum cœpi, vt subueniret, ne cuius sanguis in causa Ecclesiæ fieret: certè vt meus sanguis pro salute non solum populi, sed etiam pro ipsis impijs effunderetur. Quid multa? Missis presbyteris & diaconibus, eripui iniuriæ virum. Condemnationes illi- co grauiissimæ decernuntur, primo in corpus omne mercatorum. Itaq; sanctis diebus heb- domadis vltimæ, quibus solebant debitorū relaxari vincula, stridunt catenæ, imponuntur collo innocentium, exiguntur ducenta pondo auri intra totum triduum. Respondent ali- qui, se tantū & duplum, si peterentur, daturos, dummodo seruarent fidē. Erant pleni car- ceres negotiatoribus: Palatina omnia officia, hoc est, Memoriales, Agentes in rebus, appa- ritores diuersorum Comitum, temperare à processu iubentur, specie qua seditioni inter- esse prohibebantur: Honoratis multa minabantur grauiissima, nisi basilicam traderent.

Feruebat

NIHILIV- RIS VENDE- CARE IMP. IN ECCL- SIAM.

AMBROS- IUS VENDE- RE DARE- SVIT GO- THOS.

MILITES MISSI AD IMP. AGVNT PRO AM- BROSTO.

DE IVRE IMP. ET EC- CLESIAE.

A Feruebat persecutio, ac si aperuissent portam, prorupturi in omne facinus videbantur. Conuenio ipse à Comitibus & Tribunis, vt basilicæ fieret matura traditio, dicentibus, Imperatorem iure suo vti, eò quod in potestate eius essent omnia. Respondi: si à me pete- ret quod meum esset, id est fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum, me non refragaturum; quamquam omnia quæ mea sunt essent pauperum: verum ea quæ di- uina, Imperatoriæ potestati non esse subiecta. ] hæc tunc ipse: ex quibus illud confidere, quàm longè absit vt iura ecclesiarum, vel eis deseruentium ministrorum sibi vendicare valeat Imperator, si nec in ipsam ædificatam ecclesiam ius aliquod sibi legitime valeat vsurpare. Quod si ab his Imperator arceatur, quanta temeritate dicam & impietate infe- riores Principes ea sibi audeant vendicare? Sed quid ad hæc tunc addidit? idem subdit: Si patrimonium petitur, inuadite: si corpus, occurrat. Vultis in vincula rapere? vultis in mor- tem? voluptati est mihi: non ego me vallabo circumfusione populorum: nec altaria tene- bo, vitam obsecrans, sed pro altaribus gratius immolabor.

B Horrebam quippe animo, cum armatos ad basilicam Ecclesiæ occupandam missos co- gnoscerem: ne dum basilicam vendicant, aliqua strages fieret, quæ in perniciem totius vergeret ciuitatis. Orabam ne tantæ vrbis, vel totius Italiæ busto superiuerem. Dere- stabar inuidiam fundendi cruoris: offerebam iugulum meum. Aderant Gothi Tribuni: adoriebant eos, dicens: Propterea vos possessio Romana suscepit, vt perturbacionis pu- blicæ vos præbeatis ministros? Quo transibitis, si hæc deleta fuerint? Exigebatur à me, vt compercerem populum. Referebam, in meo iure esse, vt non excitarem; in Dei ma- nu, vt mitigaret. Postremò, si me incertorem putarent: iam in me vindicari oportere, vel abduci me in quas vellent terrarum solitudines. His dictis, illi abierunt, ego in basilica veteri totum exegi diem; inde domum cubitum me recepi, vt si quis abducere vellet, in- ueniret paratum.

C Ante lucem, vbi pedem limine extuli, circumfuso milite, occupatur basilica: id quæ à militibus Imperatori mandatum dicitur, vt si prodire vellet, haberet copiam, se tamen præsto futuros, si viderent eum cum Catholicis conuenire: alioquin se ad eum cœtum, quem Ambrosius cogeret, transituros. Prodire de Arianis nullus audebat, quia nec quis- quam de ciuibus erat, pauci de familia regia, nonnulli etiam Gothi, quibus vt olim plau- strum sedes erat, ita nunc plaustrum ecclesia est. Quocumque femina ista, nempe Iustina, processerit, secum suos omnes cœtus vehit. Circumfusam basilicam esse gemitu populi intellexi: sed dum leguntur lectiones, intimatur mihi plenam populi esse basilicam etiam nouam, maiorem videri plebem, quàm omnes cum essent liberi: lectorem efflagitari.

D Quid plura? Milites qui ipsi videbantur occupasse basilicam, cognito quod præcepissem vt abstinerentur à communionis consortio, ad conuentum hunc nostrum venire cœperunt. quibus visis, turbabantur mulierum animi: proripit se vna. Ipsi tamen milites, se ad ora- tionem venisse, non ad prælium, loquebantur. Clamauit aliqua populus quàm modera- tē, quàm constanter, quàm fideliter, poscebat vt ad illam pergeremus basilicam. In illa quoque basilica fertur quod populus præsentiam flagitabat meam. Tunc ego hunc ador- sus sermonem sum: Audistis, filij, librum Iob hodie legi, &c. ]

E At in eodem quem tunc ad populum sermonem habuit, hæc inter alia: Mandatur de- nique: Trade basilicam. Respondeo: nec mihi fas est tradere; nec tibi accipere, Impera- tor, expedit. Domum priuati nullo potes iure temerare: domum Dei existimas auferen- dam? Allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respondeo: Noli te graua- re, Imperator, vt putes te in ea quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te ex- tollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: Quæ Dei, Deo: quæ Cæsaris, Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiæ: publicorum tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum. ] hæc cum adeò constanter atque fre- quenter affirmet & inculcet Ambrosius, compello te, Christiane Princeps: quem tutius audies, Ambrosium, an recentiore hæresiarcham omnia Principibus tribuentem? Cui Ambrosius doctrina secundus, si scientiam quæris? si vitæ mores, quem habes, cui eidem vel minima ex parte conferre queas? si pietatem, certam, tutamque Catholicam fidem; ex miraculis ab eo viuente atque defuncto editis proba doctrinam. In tam aperta luce adeò cæcutis, vt adhuc lucem tenebras, & tenebras lucem dicas? Sed quod reliquum est histo- riæ prosequamur: subdit enim hæc ipse:

Dum hæc tracto, suggestum est mihi, cortinas regias esse collectas, resectam autem

Annal. Eccl. Tom. 4.

Zz

basili-

AMBROSI GRATA RVM ACTIO. Pful. 78.

basilicam presentiam mei postere. Statimque eo conuerti sermonem meum, dicens: Quam alta & profunda oracula sunt Spiritus sancti! Matutinis horis lectum est, ut meminitis fratres, quod summo animi dolore respondemus: Deus venerunt Gentes in hereditatem tuam. Et re vera venerunt Gentes, & plus etiam quam Gentes venerunt. Venerunt enim Gothi, & diuersarum nationum viri, venerunt cum armis & circumfusi occupauerunt basilicam. hoc nosignari tuae altitudinis dolebamus, sed nostra imprudentia aliud opinabatur. Venerunt Gentes, sed vere in hereditatem tuam venerunt. Qui enim Gentes venerunt, facti sunt Christiani: Qui ad inuadendam hereditatem venerunt, facti sunt coheredes Dei: Defensores habeo, quos hostes putabam: socios teneo, quos aduersarios existimabam. Completum est illud quod de Domino Iesu David Propheta cecinit: Quia factus est in pace locus eius, & confregit cornua arcuum, scutum, & gladium, & bellum. Cuius enim hoc munus, cuius opus, nisi tuum, Domine Iesu? Videbas ad templum tuum armatos venire, hinc gemere populum, & frequentem adesse, ne basilica Dei traderetur. Inde vim militibus, Imperatori, mortem ante oculos mihi: ne quid inter hac furori liceret, inseruisti te, Domine, medium, & fecisti vtraque vnum: compefcuisti armatos, dicens profecto: Si ad arma concurritur, si in templo meo lis commouetur, quae utilitas in sanguine meo? Gratias itaque tibi Christe: non Legatus, neque nuncius, sed tu Domine saluum fecisti populum tuum: concidisti saccum meum, & praecinxisti me laetitia.

NOVA QVE RELA EXAGITATVR AMBROSI VS.

Hac ego dicebam, ratus Imperatoris animum studio militum, obsecratione Comitum, precatu populi posse mitescere. Interea nunciatur mihi, missum Notarium, qui mandata deferret. Concessi paululum: mandatumque intima: Quid tibi visum est, inquit, ut contra placitum faceres? Respondi: Quid placitum sit, ignoro: quidve temere factum dicatur, incertum habeo. Ait: Cur presbyteros ad basilicam destinasti? Si tyrannus es, scire volo, ut sciam quemadmodum me aduersus te praeparem. Retuli, dicens, me nihil in praedudicium fecisse Ecclesiae: eo tempore quo audieram occupatam esse a militibus basilicam, gemitum tantummodo liberiorem habuisse, multisque adhortantibus ut eo pergerem, dixisse: Tradere basilicam non possum, sed pugnare non debeo. Postea vero quam cognouerim cortinas regias inde esse sublatas, cum me populus eo ire deposceret, direxisset presbyteros: me tamen noluisse ire, sed dixisse: Credo in Christo, quod ipse nobiscum faciet Imperator. Si hac tyrannus videtur, habeo arma, sed in Christi nomine: habeo offerendi mei corporis potestatem. Quid moraretur ferire, si tyrannum putaret?

Tom. 6. EMINENS SVPRAIMPERIVMDIGNITAS SACERDOTALIS.

Veteri iure a sacerdotibus donata Imperia, non vsurpata. Et vulgo dici, quod Imperatores sacerdotum magis optauerunt, quam Imperium sacerdotum. Christus fugit, ne Rex fieret. Habemus tyrannidem nostram. Tyrannis sacerdotis, infirmitas est: Cum infirmor, inquit, tum potens sum. Caeretur tamen, ne ipse sibi tyrannum faceret, cui Deus aduersarium non excitauit. Non hoc Maximum dicere, quod tyrannus ego sim Valentiniani, qui se meae legationis obiectu queritur ad Italiam non potuisse transire. Addidi quia numquam sacerdotes tyranni fuerunt, sed tyrannos saepe sunt passi. Exactus est totus ille dies in maiore nostro: scissae tamen ab illudentibus pueris cortinae regiae. Erant illae veluti affixus titulus, quo significaretur basilica vendicata ab Imperatore: quod enim putaretur illuc venturus Imperator, ex more cortinis tensis locus paratus eidem fuit. Sed pergit: Ego domum redire non potui, quia circumfusi erant milites, qui basilicam custodiebant. Cum fratribus psalmos in Ecclesiae basilica minore diximus.

RES AMBROSIO SEVNDIORES ASPIRANT.

Sequenti die (fuit hac feria secunda maioris hebdomadae) lectus est de more liber Ionae: quo completo, hunc sermonem adorsus sum: Liber lectus est, fratres, quo prophetatur, quod peccatores in poenitentiam reuertantur. Acceptum est ita, ut speraretur in praesenti futurum.] & post pauca: Nec mora, nunciatur, Imperatorem iussisse, ut recederent milites de basilica: negotiatoribus quoque quod exactum de condemnatione fuerat, redderetur. Quae tunc plebis totius laetitia fuit? qui totius populi plausus? quae gratia? Erat autem dies quo sese Dominus pro nobis tradidit, quo in Ecclesia poenitentia relaxatur. Certatim hoc nunciare milites, irruentes in altaria osculis significare pacis insigne. Tunc agnoui quod Deus vermum antelicanum percusserat, ut tota ciuitas seruarietur. Hac gesta sunt, atque vti iam finita; sed grauiore motus futuros plena commotionis Imperialia verba indicant. Ego tyrannus appellor, & plus etiam quam tyrannus. Nam cum

A cum Imperatorem Comites obsecrarent, ut prodiret ad ecclesiam, idque petiti militum facere se dicerent; respondit: Si vobis iusserit Ambrosius, vincitum me tradetis. Quid post hanc vocem superstit, considera. Quam vocem omnes cohorrerunt, sed habet a quibus exasperetur.

CALLIGONI IMPVDENTIA DIGNO PVNITIA SVPLI-CIO.

Denique etiam speciali expressione Calligonus praepositus cubiculi mandare mihi ausus est: Me viuo, tu contemnis Valentinianum? caput tibi tollo. Respondi: Deus permittat tibi, ut impleas quod minaris: ego enim patiar quod Episcopi; tu facies quod spadones. At vti nam Dominus auertat eos ab Ecclesia, & in me omnia sua tela conuertant, meo sanguine sitim suam expleant. ] haecenus ad Marcellinam sororem Ambrosius. At quid post hac de Calligono praefecto cubiculi adeo impudenti, vltimum supplicium Ambrosio comminanti? Inultam eunuchi procaciam sicut abire Dominus? mimè gentium. Sed quid in eum? Res digna memoria, cum ab ipso Ambrosio, tum a Paulino praetermissa, haud vultit Deus vt relinqueretur penitus obuoluta silentio: siquidem S. Augustinus alia occasione agens contra Iulianum Pelagianum de eunuchorum concupiscentia, inter alia attingit hac obiter his verbis: Est tamen concupiscentia spadonum, pudiceque comprimitur, ne concumbendi quamuis irritus ipse conatus in eam turpitudinem veniat, propter quam Calligonum Valentiniani iunioris eunuchum gladio nouimus vltro punitum, meretricis confessione conuictum. ] ita Augustinus. Vides ex his, quam Deus feruus sit vindex seruorum suorum; cum sicut Euthymio ante, ita & Calligono postea aqua lance pensatum reddidit, quod in sanctum fuerant supplicium comminanti.

Aug. contra Iulian. Pelagian. lib. 6. c. 14.

At de rebus triduo illo gestis idem S. Ambrosius epistolam scripsit ad omnes Italiae Episcopos, quae penitus excidit, tantumque superest breue fragmentum, quod S. Ioannes Damascenus ex ea recitat: sic enim ait: At Mediolani Pontifex Ambrosius in epistola quam ad vniuersam Italiam scripsit, hac habet: Mihi autem, tertia nocte, cum ex inedia corpus laboraret, non dormienti, sed in mentis stupore constituto, sese ostenderunt cum quadam persona beato Paulo Apostolo simili, ut eius effigies pictura in tabulis expressa facile declarabat. ] haec tantum ibi ex Ambrosio. Vti iam ipsa integra extaret epistola.

Damascen. de Imag. rat. 2.

Sed quae post haec sunt subsecuta? admiratione plane digna. Vni Ambrosio pro Ecclesiastica libertate pugnant, populus ac milites, subditi atque Principes, terra caelumque, mortales & superi, viuentes atque vita functi, & quid insuper? ipsi denique spiritus aduersarij, licet inuiti, ei tamen praesto fuere. Dicamus de singulis. Mirandum sane fuit, vniuersum populum Mediolanensem Episcopo potius quam Imperatori, tanto periculo suorum caprum atque bonorum, studere ardentissimis conatibus delegisse; ipsos mercatores lucri cupidos, ut aduersus Imperatorem fauerent Ambrosio, omnia contempsisse; & nobiles, quos Honoratos vocat, praetulisse Crucis ignominiam Regiae Pharaonis: sed maioris admirationis illud accessit, milites qui ad expugnandam basilicam accessissent, momento temporis esse conuersos in defensores, & qui venerant fundere in basilica sanguinem, mutatos vna fuisse cum Catholicis ad Deum preces. Sed quod ne sic quidem emolliretur Iustinae animus, quem impietas in silicem obdurarat, & filium Imperatorem in Ambrosium acrius concitare vrgereque femineo furore pergeret: Deus pro Ambrosij defensione Maximum Imp. commouit: qui primò (vt par erat) his datis litteris voluit Valentinianum admonuisse:

OMNIA FAVENT AMBROSIO IVSTE PUGNANTI.

Nisi clementiae nostrae circa serenitatem tuam fides simplex esset, & gratia plena concordiae, confido etiam quod commoda rationibus meis esse possent haec, quae nunc agdicuntur in partibus tranquillitatis tuae Catholicae legis turbatio atque conuulsio. Quid enim tam optandum possit esse ei, si quis esset inimicus, quam aduersus Ecclesiam Dei, hoc est aduersus Deum ipsum, & aliqua moliri, & vbi error excusabilis non est, ibi velle peccare? Sed quoniam serenitati nostrae, & in Deum religio maior, quam violari etiam ab inimicissimo quoque non optabile nobis arbitramur, & circa serenissimam iuuentutem tuam tam arcta nostri cura, tam sedula est, vt recte facta magis nos sua, quam errata delectent: idcirco perennitatem tuam credidimus commonendam, vt introspecta ratione nominis summi, & maiestatis ipsius considerata potentia, quid agere debeas solida mente perpendas. Audiui enim (nam fama non patitur occultari, praesertim quod agatur in populos) nouis clementiae tuae edictis, Ecclesijs Catholicis vim illatam fuisse,

Tom. 1. epist. Rom. Pontif. EPIST. MAXIMI IMP. AD VALENTIN. AVG.

obsideri in basilicis sacerdotes, multam esse propositam, pœnam capitis adiectam, & legem sanctissimam sub nomine nescio cuius legis eueri. Hoc quam graue sit, poteris intueri, si Dei magnitudinem volueris cogitare. Erubescio, si quam crediderit serenitas tua astruere velle rationem, & Dei agere causam.

Quid enim si hoc solùm esset? Si enim iam per tot sæcula coalita & confirmata mutares, paruam ne excitare discordiam videreris? Ipsi humanis legibus in hac mortalitate habet nostra reuerentiam consuetudo; & in re iam vetusta atque visitata aliquid nouum fecisse, reprehensio est. Italia omnis atque Africa hoc sacramento credunt: hac fide gloriantur Gallia, Aquitania, omnis Hispania, Roma ipsa venerabilis, cuius etiam in hac parte principatus est, quòd Deum sicut sequi voluit, agnouit. Confitebor ipse, quòd non sine mæore dictum est; solum dissentiebat Illyricum: vnam quòd errasset, non extaret exemplum. Vtinam illud incolume Arianae legis Mursense oppidum permaneret, & non ad iudicium quoddam erroris miseri concidisset; quia ipsos erudisset auctores, ne præcipua irati numinis vltione procumberent. Periculose, mihi crede, diuina tentantur.

Veneribilis memoriæ diuus Valentinianus pater clementiæ tuæ hac fide fideliter imperauit: nihil ille attingere voluit, quod bene constitutum videbat. Hi certe sub eodem, Episcopi iam fuerunt. Quæ tanta mutatio, vt qui antea sacerdotes, nunc sacrilegi iudicantur? iisdem certe præceptis, iisdem sacramentis dicati, eadem fide credunt, qua antè crediderunt. An putat venerabilis mihi serenitas tua, conceptam semel in animis hominum religionem, quam Deus ipse constituit, posse conuelli? Quantæ ex hoc discordiæ excitabuntur? quantæ contentiones obortientur? quàm crebra ac pestifera seditiones? quantæ & quæ peruenientia ad Deum vota iustorum? cum inter Christianos (quod dictum nefas sit) quædam persecutionis imago nascatur?

Videris in quam partem hanc sedulitatem nostram interpretaris: nullo certè maiori genere curam meam circa clementiam tuam probare tibi possem, quàm si te hortor, vt desinas. Puto enim recognoscas, quòd nemo hoc suaderet inimicus. Hæc amabiliter à nobis dicta esse, opto vt intelligas, spero quòd credas. Vnde æquum admodum est, ne sancto numini dicata conuellas; Italiam omnem, & venerabilem Romam, ceterasque provincias suis Ecclesijs, suis sacerdotibus reddas, neque te medium interferas; cum fas sit, iustus eos qui a Catholica Ecclesia Ariarum interpretatione discesserint, errorem suum vera religione mutare, quàm rectè sentientibus suam immittere prauitatem. hæc tunc Maximus ad Valentinianum: quibus planè apparet, non Mediolanensem dimittaxat Ecclesiam ipsum Valentinianum vexasse, sed omnes existentes in prouincijs sibi subditis, illo edito, quod scripsisse Auxentium diximus, edito, quo iubebantur ab Ecclesijs eijci Catholici sacerdotes, resistentes ferri gladio, Curiales proferri, nisi Imperatoris mandatum implerent. Porro de Maximi Imperatoris studijs pro defensione fidei, & Ambrosij liberatione, Theodoretus hæc habet: Vbi, inquit, Maximus tyrannus de facinore contra præclarissimum veritatis præconem Ambrosium per Valentinianum admissio certior factus esset, scribit ad Valentinianum litteras, hortaturque vti tum à bello contra pietatem faciendo desistat, tum ne paternam pietatem prodere moliat. Postremo minatur bellum, si non obtemperaret, se contra eum suscepturum, &c.] addit ipsum Maximum hæc ex causa confessum in Italiam contendisse. Verùm, nisi Theodoretus in alias diuersas à recitatis Maximi litteris inciderit, de bello indictò nulla in his mentio fit.

At cum nec sic compesceretur Iustitiæ in exagitando S. Ambrosium petulantia: è caelo ex sanctis, è terra ex repositis sanctorum martyrum sacris reliquijs impertitur à Deo dignissimo sacerdoti præsidium: quoniam autem modo id acciderit, à S. Augustino, qui interfuit, primùm hæc accipe: Tunc memorato Antistiti tuo per visum aperuisti, quo loco laterent martyrum corpora Protasij & Geruasij; quæ per tot annos incorrupta in thesauro secreti tui recondideras, vnde opportunè promeres ad coherendam rabiem femineam, sed regiam. Cum enim propalata & effusa, digno cum honore transferrentur ad Ambrosianam basilicam: non solum quos immundi vexabant spiritus, confessis eidem demonibus sanabantur; verùm etiam quidam plures annos cæcus, citis, ciuitatiq; notissimus, cum populi tumultuantis lætitiæ causam quæssisset, atque audisset, exiit, eoq; se vt duceret, suum ducem rogauit. Quo perductus, impetravit ad-

EN NITEN-  
DVM VEI-  
RI ET VS  
RECEPTA  
RELIGIO-  
NI.

\* column

\* interuen-  
tione.

PER SECV-  
TIO VALEN-  
TINIANI.

\* Theod. lib. 5.  
cap. 14.

\* Aug. Conf.  
lib. 9. c. 1.

A mitri, vt sudario tangeret feretrum pretiose in conspectu tuo mortis sanctorum tuorum. Quod vbi fecit, atque admouit oculis: confessim aperti sunt. Inde fama discurrens, inde laudes tuæ feruentes, lucentes; inde illius inimicæ animus etsi ad credendi sanitatem non applicitus, à persequendi tamen furore compressus est. Gratias tibi, Deus meus.] hæc in Confessionibus Augustinus, eademq; in commentarijs de Ciuitate Dei: sed & alibi sic habet: Tantæ, inquit, gloriæ martyrum etiam ego testis fui, vbi Mediolani eram, facta miracula noui, &c.] recenset enim miraculum de cæco tunc luci reddito tactu sanctorum pignorum. Erant enim dictorum martyrum corpora (inquit Paulinus) in basilica posita, in qua sunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrum. Sed sancti martyres Nabor & Felix celeberrimè frequentabantur; Protasij verò & Geruasij martyrum vt nomina, ita etiam sepultura incognita erant, in tantum vt supra ipsorum sepulchra ambularent omnes qui vellet ad cancellos peruenire, quibus sanctorum Naboris & Felicis martyrum corpora ab iniuria sepulchri defendebantur, &c.] subdit de curatione à fatana arreptorum, & de illuminatione cæci.

Sed hæc eadem pluribus ipse Ambrosius in epistola ad Marcellinam sororem, vbi & de occasione horum perquirendorum corporum martyrum oblata ex dedicatione ecclesiæ hæc habet exordio ipsius epistolæ his verbis:

Dominae sorori vitæ atque oculis præferenda frater. Quia nihil sanctitatem tuam soleo corum præterire, quæ hic te gerantur absente: scias etiam sanctos martyres à nobis esse repertos. Nam cum basilicam dedicasset: multi tamquam vno ore interpellare cœperant, dicentes: Sic in Romana basilica dedices. Respondi: Faciam, si martyrum reliquias inuenero. Statimq; subijt velut cuiusdam ardor præfagij. Quid multa? Dominus gratiam dedit. Formidantibus etiam clericis, iussi eruderari terram eo loci qui est ante cancellos sanctorum Felicis atque Naboris. Inueni signa conuenientia: adhibitis etiam quibus per nos manus imponenda foret, sic sancti martyres eminere cœperunt, vt adhuc nobis silentibus arriperetur vna, & sterneretur prona ad locum sancti sepulchri. Inuenimus miræ magnitudinis viros duos, vt prisca ætas ferebat, ossa omnia integra, sanguinis plurimum. Ingens concursus populi per totum illud biduum. Quid multa? Condidimus integra ac ordine, transfulimus vespere iam incumbente ad basilicam Faustæ; ibi vigilia tota nocte, manus impositio. Sequenti die transfulimus ea in basilicam, quam appellant Ambrosianam. Dum transferimus, cæcus sanatus est. Talis mihi ad populum fuit sermo: Cum tam effusam, &c.]

Voluissimus sermonem integrum descripsisse ex ea Ambrosij epistola, ad renouandam memoriam sanctorum antiquorum Catholice Ecclesiæ rituum, de quibus sæpè pluraque superius, nimirum de vsu dedicandarum ecclesiarum non sine reliquijs sanctorum martyrum, ipsoq; cultu sanctorum; nisi nimia prolixitas fastidium attulisset. Porro de immensitate miraculorum hæc notatu digna eadem oratione ipse Ambrosius: Cognouistis, immò vidistis ipsi multos à demonijs purgatos, plurimos etiam vbi vestem sanctorum manibus contigerunt, his quibus laborabant debilitatibus absolutos: reparata vetusti temporis miracula, quo se per aduentum Domini Iesu gratia terris maior infuderat, vmbra quadam sanctorum corporum plerosque sanatos cernitis. Quanta oraria iactantur? quanta indumenta super reliquias sacratissimas, vt tactu ipso medicabilia resposcantur? Gaudent omnes extrema linea contingere; & qui contigerit, saluus erit.] hæc ipse summam: quibus intelligas huius temporis Fidelium propensiosem cultum erga sacras reliquias sanctorum martyrum, quarum cultum operatione miraculorum Deus sæpius comprobauit. Et in fine orationis: Acclamauit populus, vt in Dominicum differretur diem martyrum depositio: sed tandem obtentum, vt sequenti fieret die. Sequenti die talis mihi ad populum sermo fuit: Hesterno die tractauit versiculum: Dies diei eruat verbum, &c.] vbi agit de Ariarum perfidia conantium obscurare infidelitatis caligine claritudinem martyrum tot miraculis coruscantium; ait enim de illis: Ariani dicunt: Non sunt isti martyres, nec torquere diabolus possunt, nec aliquem liberare: cum tormenta demonum ipsorum voce probentur, & beneficia martyrum remedijs cæcorum & absolutorum indicijs declarentur. Negant cæcum illuminatum, sed ille non negat se sanatum. Ille dicit: Video, qui non videbam. Ille dicit: Cæcus esse desiui: & probat factò. Isti beneficium negant, qui factum negare non possunt. Notus homo est, publicis cum videret, mancipatus obsequijs, Seuerus nomine, lanuis ministerio: deposuerat officium, post-

quam

\* Aug. de Ci-  
uit. Dei lib.  
22. c. 8.  
\* Aug. sym.  
de diuers. 39.  
\* Paulin. in  
vit. S. Ambr.

\* Ambros.  
epist. 85.

\* AMBRO-  
SII EPIST.  
AD SORO-  
REM.

\* Ambros. epist.  
85.

\* Ambros. serm.  
91.

quam inciderat impedimentum. Vocat ad testimonium homines, quorum ante sustentabatur obsequijs, eos iudices suae visionis accersit, quos habebat testes & arbitros caecitatis. Clamat, quia vt contigit fimbriam de veste martyrum, qua sacrae reliquae vestiuntur, redditum sibi lumen sit, &c.] inferius autem quo modo ipsi spiritus nequam redarguerent, coacti licet, Ariatorum impietatem, haec habet:

TESTIFICATIO EXTORTA A DAMONIBVS.

Audiuimus hodie dicentes eos, quibus manus imponebatur: neminem posse esse saluum, qui Patrem & Filium & Spiritum sanctum negaret, qui Trinitatis omnipotentem virtutem non crederet: confiteretur hoc diabolus, sed Ariani nolunt fateri. Dicit enim diabolus, sic torquatur, quemadmodum ipse a martyribus torquebatur, qui Spiritus sancti Deitatem negarit. Non accipio a diabolo testimonium, sed confessionem: inuitus dixit diabolus, sed exactus & tortus: quod nequitia supprimit, extorquet iniuria. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere nesciunt Ariani? Quanta perpeffi sunt? & quemadmodum Pharao, malis suis induratur. Dicebat diabolus, vt scriptum legitimus: Scio te quis sis: Tu es Filius Dei viui. Dicebant Iudaei: Nescimus quis sis. Dicebant hodie & superiori die vel nocte daemones: Scimus quia martyres estis. & Ariani dicunt: Nescimus, nolumus intelligere, nolumus credere.] haec & alia de veritate miraculorum sanctorum martyrum.

Postea vero accidit, quod addit his Paulinus, ingens prodigium, quo didicerunt Ariani in martyres non oblatrare, ait enim: Deus tamen qui gratiam Ecclesiae suae augere consuevit, non passus est diu insultari a perfidis, sanctis suis. Vnus itaque ex ipsa multitudine subito arreptus spiritu immundo clamare coepit, ita torqueri eos, vt ipse torquebatur, qui negarent martyres, vel qui non crederent in Trinitatis vnitatem, quam docet Ambrosius. At illi hac voce confusi, qui conuerti debuerant, & dignam tali confusione agere poenitentiam, in piscinam demersum hominem necauerunt, perfidiae homicidium iungentes.] Magna haec: at illud quidem ceteris excellentius recte intuenti miraculum videri potuit, quod furor ille incitatae flammae rabiei femineae a sanctis martyribus, mox vt apparuerit, extinctus fuit, adeo vt qui negabant ore, opere veritatem timore martyrum confirmarent, de quibus haec Paulinus: Denique ex hoc tempore, quo scilicet inueniuntur reliquiae martyrum, sedari coepit persecutio, quae Iustinae furore accendebatur, vt sacerdos de Ecclesia pelleretur. Tamen adhuc intra Palatium multitudo Ariatorum cum Iustina constituta deridebat tantam Dei gratiam, quam Ecclesiae suae Catholicae Dominus Iesus meritis martyrum suorum confecte dignatus est: venerabilemque virum Ambrosium narrabat pecunia comparasse homines, qui se vexari ab immundis spiritibus mentirentur, atque vt ab illo, sic & a martyribus se torqueri dicerent.] Subdit inferius, D

SEDATVR IUSTINAE PERSECVTIO.

Paulin. in vit. S. Ambr.

At quo modo hoc in puero Probi Praefecti, quem diabolus arripuerat, aperte demonstratum est, vt idem Paulinus inferius tradit.

Aug. de ciuit. diu. lib. 1. c. 20.

Absoluta igitur Ambrosius concione, sacra pignora, vt decebat, suo loco recondidit; ita tamen, vt ex eis partem aliquam sibi seruaret, erogandam in diuersas Ecclesias, quae ardentissimo studio eorumdem sanctorum martyrum reliquias ex diuersis locis expeterent, vt in eorum honorem basilicas vel erigerent, vel in iam aedificatis reponerent. Allatae sunt ipsae quidem Romam, vbi nomine eorumdem sanctorum a Vestina nobili ac praediuiti femina erectus est Titulus, qui postea ab Innocentio Papa fuit dedicatus: id enim habet liber de Romanis Pontificibus in Innocentio. Accepit easdem quoque reliquias martyrum S. Paulinus, quas collocauit in nuper a se erecta Fundana basilica: testatur id ipse ad Seuerum scribens. Insuper sanctus Gaudentius Brixianus Episcopus acceptas ab eodem Ambrosio ipsas reliquias condidit in basilica dicta, Concilium sanctorum: tradit id ipse in sermone quem habuit in eiusdem dedicatione. In Gallias quoque easdem perlatae fuisse reliquias, atque in honorem eorumdem martyrum erectas esse Memorias, asseruit Gregorius Turonensis. Fuerunt quoque eorumdem martyrum reliquiae perlatae in Africam, ibique in Victoriana villa triginta millibus ab Hippone collocatae, vbi ipsorum nomine erectam fuisse Ecclesiam sanctus Augustinus c. narrat. Sed & Eugippius in Aclis sancti Seuerini affirmat, ad Noricos etiam peruenisse eorumdem martyrum veneranda pignora. Vide ex his flagrans Catholicorum Fidelium studium erga reliquias sanctorum martyrum: cuius insinuandi antiqui vsus causa haec recensuisse volumus.

RELIQUIAE MARTYRVM MISAE A DEO CELESTIAS.

Paulin. epist. 12.

Greg. Tur. de Glor. mart. c. 47. c. hist. Franc. lib. 10. c. 31. vit. Sim. lib. 2. c. 20. Aug. de Ciuit. Dei lib. 22. c. 8.

Sed

A Sed iam ad res Mediolanenses, ad ipsum inquam S. Ambrosium reuocetur oratio.

At quid Iustina post haec? Quae palam Ambrosium persequi rubore suffusa deserat, eundem clam aggredi pertentauit: nam sicarium in eum, pro scelus, immisit; id enim Paulinus testatur his verbis: Alius etiam gladium ferens ad cubiculum vsque peruenit, vt interficeret sacerdotem: sed cum eleuasset manum districto gladio, dextera obrigente, remansit. Tunc se missum a Iustina postquam confessus est; brachium, quod inique cum extenderetur, rigerat, sanatum est confessione.] haec Paulinus. Sed miraris missum esse ad necem sancti sicarium? Scito ad hoc ipsum obeundum inductos & daemones: quod non prius cognitum est, quam post ipsius Iustinae mortem, Angelo extorqueute a fonte perpetrati delicti confessionem. res gesta ita describitur ab eodem Paulino: Mortua vero Iustina, quidam Aruspex, Innocentius nomine, non opere, in causa malefactorum cum a Iudice torqueretur; aliud quam interrogaretur fateri coepit: Clamabat enim, ab Angelo maiora tormenta sibi adhiberi, eo qui custodiret Ambrosium: quoniam temporibus Iustinae ad excitanda odia populorum in Episcopum, cacumen recti Ecclesiae conscendens, medio noctis sacrificauerit: sed quanto instantius & sollicitius opera maligna exercebat, tanto magis amor populi circa fidem Catholicam & Domini sacerdotem conualescebat. Misisse etiam se & daemones, qui illum inter necarent, fateretur: sed daemones renunciasse, se non solum ad ipsum appropinquare minimè posse, verum etiam nec ad fores domus, in qua manebat Episcopus: quia ignis insuperabilis omne illud aedificium communit, vt etiam longè positi vrentur. atque ita cessasse artes suas, quibus aduersus Domini sacerdotem se aliquid posse arbitrabatur.] haec Paulinus.

Paulin. in vit. S. Ambr.

At quis tandem finis adeo immanis in Dei sacerdotem Ambrosium pertinacissimae feminae persecutionis? Accidit plane secundum illud propheticum: Inimicos eius indidam confusione: super ipsum autem effloret sanctificatio mea.] Ipsa enim etsi non cedens, victa tamen atque confusa, omnibus facta ludibrio remansit Augusta delusa, cum è contra magnus Antistes, de prostrata cum impijs impietate victorijs gloriosior, ore omnium praedicaretur; adeo vt daemones etiam ipsi eius praeconia celebrare, quantumlibet inuiti compellerentur. Sed parua adhuc Deo visa haec sunt sacerdotem suum amplioribus honoribus prosequenti, quos illi exhiberi voluit ab iisdem Principibus qui eum fuerant persecuti, ab ipsa inquam Iustina Augusta atque Valentiano Imperatore: idque hoc ipso anno, vt ex hoc violentior diuina demonstraretur exactio, quo celerior fuit ab inimicis extorta: factumque ferme momento temporis, vt qui mille nocendi artibus incessabili indefessoque studio Dei Antistitem appetissent, ijdem mox ipsum adirent supplices, ipsumque suae ipsorum salutis arbitrum & seruatorem Imperij profitentes, in summo discrimine constituti, sibi atque Imperio suppetias ab eo quamprimum ferri rogarent. At quanam erant tunc ipsorum praesentissimae, quibus adeo premebantur, angustiae? Dicam paucis.

Maximus in Gallijs Imperator, quod diu mente conceperat, Alpes cum exercitu superare, summaque rerum potiri Occidentalis Imperij, hoc ipsum proximè expleturus nunciatur. Vna in Ambrosio spes, vt, quod aliam ante experti fuerant, legatione sua Maximum talia conantem coercent. Sicque magno dispensationis diuinæ iudicio, qui pauld ante ab iisdem Augustis Ambrosius tyrannus appellabatur, modò vt tyrannum coercent, in Gallias Legatus proficisci rogatur. Suscepit ipse munus haud inuitus, qui sciret cum Christianorum omnium, tum praesertim Antistitis esse muneris, exemplo & doctrina Christi, beneficiorum cumulo acceptas iniurias compensare. At non vt prior, ita posterior haec Ambrosij legatio feliciter cessit; nimirum quòd iusta fuisset iam diuina sententia definitum, eos qui de pellendis (vt dictum est) ab Ecclesijs Catholicis sacerdotibus promulgassent edictum, a suo ipsorum fore expellendos Imperio, & paterna hereditate priuandos; vt sic posteri intelligerent Principes, quanto periculo laceffant Ecclesias & sacerdotes. Quae autem suscepta eiusmodi legatio continerit, summa eius ab eodem Ambrosio alibi sic exprimitur: Ego tuus iterum Legatus repetui Gallias, & mihi dulcè illud officium fuit, pro salute tua primò, deinde pro pace atque pietate, qua fraternas reliquias postulabas, nondum pro te securus, & iam pro fraternae sepulturae honore sollicitus.] haec ipse. Porro in huius muneris functione ita se gessit Ambrosius, vt praetextus omnes, quibus Maximus nitebatur velare tyrannidem, iustumque adornare bellum,

Psal. 102.

AMBROSII VS ROGATIONVM A SVSTINA OBIRE LEGATIONEM.

Sed ipse

SVMMA LEGATIONIS AMBROSII. Ambrosius orat. de obitu Valent.

ipse certis rationibus constantia sacerdotali dissolueret, probaretque Valentinianum iniuriam passum esse, nec quid leue in ipsum Maximum contulisse. Sed & prudenter specie petendi cadaveris Gratiani, eiusmodi legationem ad explorandum Maximianum, velandam putauit, cum tamen re vera istud ipsum ageret, mitteretur. Quid autem ab eo hac in legatione actum sit, scripta ab ipso epistola ad Valentinianum Augustum declarat, qua singularum rerum gestarum relatio continetur, quae sic se habet:

Ambros. epist. 27.

Ambrosius Valentiniano Imperatori.

RELATIO AMBROSII DE SUA LEGATIONE.

Etsi superioris legationis meae fides ita approbata sit tibi, vt ratio eius a me non quaeretur (satis enim claruit, eo ipso quod aliquot dies retentus sum intra Gallias, me violentiam a Maximo non recepisse, neque ijs ad stipulatum, quae ad voluntatem eius magis, quam ad pacem propenderent: denique non commississes secundam legationem, nisi primam probasses) quia tamen regredienti mihi discernendi secum imposuit necessitatem: ideo hac epistola expositionem legationis meae insinuandam putavi, ne cuiusquam sermo veris prius vana intexeret, quam reditus meus integra & sincera veritatis expressa signaculo manifestaret.

AMBROSII VS QUERITUR HABERI CONTEMPTIUI.

Cum peruenissem Treuiros, postridie processi ad Palatium. Egressus est ad me vir Gallicanus praepositus cubiculi, cuius regius. Poposci adeundi copiam. Quasiuim, num rescriptum haberem clementiae tuae. Respondi, habere. Retulit, non posse me nisi in Consistorio videri. Dixi, non esse hunc morem sacerdotalem: certe esse aliqua, de quibus secreto deberem cum suo Principe confabulari. Quid plura? Consuluit eum: sed eadem referenda credidit, vt liqueret etiam priora ex illius arbitrio deprompta. Dixi tamen, alienum id quidem a nostro munere, sed me recepto officio non defuturum: gratam mihi esse humilitatem in tuo praesertim, & quod verum est, fraternae pietatis negotio. Vt sedit in Consistorio, ingressus sum: assurrexit, vt osculum daret. Ego inter Consistorianos steti. Hortari coeperunt alij vt ascenderem: vocare ille. Respondi ego: Quid ofcularis eum, quem non agnoueris? si enim me agnouisses, non hoc loco videres. Commotus es, inquit, Episcopo. Non inquam iniuria, sed verecundia, quod alieno consisto loco. Et prima, inquit, legatione ingressus es Consistorium. Nec illud, inquam, mei erroris fuit, vocantis, non ingredientis vitium est. Cur, inquit, ingressus es? Quia, inquam, tunc vt inferiori pacem petebam, nunc vt aequali: Cuius, inquit, beneficio aequali? Respondi: Omnipotentis Dei, qui Valentiniano regnum, quod dederat, seruauit.

QUERELA MAXIMIANI AMBROSII.

Ad postremum erupit, dicens: Quoniam me lusisti, vt ille Bauto, qui sibi regnum sub specie pueri vendicare voluit, qui etiam barbaros mihi immisit, quasi ego non habeam quos possim adducere, cum mihi tot millia barbarorum militent, & annonae a me accipiant. Quid si ego tunc, quando venisti, non essem retentus: quis mihi obstitisset, & virtuti meae? Ad haec ego leniter: Non opus est, inquam, vt commouearis, cum causa nulla sit commotionis: sed patienter audias quae referantur istis. Propterea & ego veni, quia prima legatione dum mihi credis, per me deceptum te esse asserbas. Gloriosum mihi est hoc pro salute pupilli Imperatoris. Quos enim Episcopi magis quam pupillos debemus tueri? Scriptum enim est: Iudicate pupillo, & iustificate viduam, & eruite iniuriam accipientem. & alibi: Iudicis viduarum & patris orphanorum. Tamen non exprobrabo beneficium meum Valentiniano. Vt verum eloquar: Vbi ego tuis legationibus obstiti, quo minus influeres in Italiam? quibus rupibus? qua acie? quibus numeris? An verò corpore meo clausi tibi Alpes? Vtinam hoc meum esset: obiectionem non timerem, non vererer criminationes tuas. Quibus promissis lusi te, vt paci acquiesceres? Nonne intra Gallias iuxta urbem Moguntiacum Comes victor occurrit mihi, quem direxisti, vt pacem rogaret? In quo ergo te fecellit Valentinianus, qui prius pacem a te rogatus est, quam postulare? In quo fecellit Bauto, qui deuotionem Imperatori exhibuit suo? an quia Principem suum non prodidit? In quo ego te circumscripti? Qui vbi primum veni, cum diceres quod Valentinianus ad te quasi filius ad patrem venire deberet: responderim, non esse aequum, vt aspero hiemis tempore puer cum matre vidua penetraret Alpes, sine matre autem tanto itineri dubijs rebus committeretur. De pace nobis legationem commissam, non de aduentu eius permissionem: spondere nos id non potuisse, certum est, quod madatum non erat. me certe nihil spondidisse; adeo vt diceret: Expectemus quid Victor responsi ferat. Illum autem, liquet, me retento, peruenisse

Isa. 1. Psal. 67.

AMBROSII FORTIS DE TENSIO.

Ita tum discessi, vt se tractaturum diceret. Postea cum videret me abstinere ab Episcopis, qui communicabant ei, vel qui aliquos deuotos licet a fide ad necem petebant, commotus eis iussit me sine mora regredi. Ego vero libenter, etsi me plerique insidias euasurum non crederent, ingressus sum iter, hoc solo dolore percitus, quod Hyginum Episcopum senem in exilium duci comperi, cui nihil iam nisi extremus superesset spiritus. cum de eo conuenirem comites eius, ne sine veste, sine plumatio paterentur extrudi senem, extrusus ipse sum. Haec est expositio legationis meae. Vale Imperator, & esto tuus aduersus hominem pacis inuolucro bellum tegentem. ] hactenus ad Valentinianum Ambrosius.

A se Mediolanum, negatumque ei quod postulabat: de pace tantum conspirare studia, non de aduentu Imperatoris, quem moueri non oporteret. Praesens eram, vbi Victor redijt. Quo modo ergo reuocaui Valentinianum?

Legati iterum missi ad Gallias, qui eius aduentum negarent, apud Valentiam Gallorum me reppererunt: milites vtriusque partis, qui custodirent iuga montium, offendi reuertens. Quos ego tuos reuocaui exercitus? quas de Italia reflexi aquilas? quos immisit barbaros Bauto Comes? Et quid mirum, si hoc Bauto fecisset Transrhenuanus genere, cum tu miseris Imperio Romano barbarorum auxilia, & turmas translimitanas, quibus commearus provincialium tributa soluebant? Vide autem quid interfuit inter tuas minitiationes & Valentiniani Augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabas quod Barbarorum stipatus agminibus Italiae te infunderes: Valentinianus Hunnos atque Alanos appropinquantes Galliae per Alemanniae terras reflexit. Quid habet inuidia, si Bauto barbaros cum barbaris fecit decernere? Quoniam dum tu militem Romanum occupas, dum is aduersum se vtriusque praendit, in medio Romani Imperij sinu Iuthungi populabantur Rhætias, & ideo aduersus Iuthungum Hunnus accitus est. Idem tamen quia de finitimo proterebat Alemanniam, & iam vicinia mali urgebat Gallias, coactus est triumphos suos desererere, ne tu timeres. Confer vtriusque factum. Tu fecisti incursum Rhætias: Valentinianus suo tibi auro pacem redemit.

AMBROSIIUS MAGIS VERGET MAXIMIANUM.

Aspice illum quoque qui tibi ad dexteram assistit, quem Valentinianus, cum posses suum dolorem vicisci, honoratum ad te redire fecit: tenebat eum in suis terris, atque in ipso nuncio necis fraternae frenauit impetus; nec tibi vicem, etsi non parilis dignitatis, eiusdem tamen necessitudinis retulit. Confer ergo, te iudice, vtriusque factum. Ille tibi fratrem tuum viuentem remisit: tu illi vel mortuum redde. Quid illi reliquias germani abnegas, qui tibi aduersum se auxilia non negauit? Sed vereris, ne exuuiarum reditu renouetur militibus dolor: hoc enim allegas. Quem viuentem deseruerunt, eum defendente peremptum? Quid eum mortuum times, quem occidisti, cum posses reseruare? Hostem, inquis, meum peremi. Non ille tuus hostis, sed tu illius. Ille iam non sentit defensionem tuam causam considera: Si quis aduersum te hodie Imperium in his partibus usurpandum putet: quare, vtrum te hostem illius dicas, an illum tibi? Ni fallor, usurpator bellum infert, Imperator ius suum tuetur. Ergo quomodo non debueras occidere, eius reliquias negas? Habeat Valentinianus Imperator vel fratris exuuias, pacis tuae obfides. Et quo modo alle gabas, quod eum non mandaueras occidi, quem prohibes sepeliri? Poterit igitur credi, quod ei non inuidis vitam, cui etiam sepulturam inuides?

APOLOGIA PRO VALENTINIANO.

Sed ad me reuertar. Audio te queri, quod se ad Theodosium Imperatorem potius contulerint, qui sunt cum Valentiniano Imperatore. Quid igitur futurum sperabas, cum tu refugientes eos ad poenam posceres, captos necares? Theodosius autem in muneribus diraret, donaret honoribus: Quos, inquit, occidi? Respondi: ei, Bailonem: at quem virum? qualem bellatorem? Haecine fuit causa exitij, quod Imperatori suo fidem seruauit? Non ego, inquit, eum iussi occidi. Respondi: Hoc adiuuimus, quod occidi iussus sit. Sed, inquit, si ipse sibi vim non intulisset, iusseram eum deduci Cabillonum, & ibi viuam exuri. Respondi: Ergo propterea & illud creditum est, quod eum occideris. Quis autem sibi parcendum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, Comes utilis?

INVECTIVA IN MAXIMIANUM.

Ita tum discessi, vt se tractaturum diceret. Postea cum videret me abstinere ab Episcopis, qui communicabant ei, vel qui aliquos deuotos licet a fide ad necem petebant, commotus eis iussit me sine mora regredi. Ego vero libenter, etsi me plerique insidias euasurum non crederent, ingressus sum iter, hoc solo dolore percitus, quod Hyginum Episcopum senem in exilium duci comperi, cui nihil iam nisi extremus superesset spiritus. cum de eo conuenirem comites eius, ne sine veste, sine plumatio paterentur extrudi senem, extrusus ipse sum. Haec est expositio legationis meae. Vale Imperator, & esto tuus aduersus hominem pacis inuolucro bellum tegentem. ] hactenus ad Valentinianum Ambrosius.

AMBROSIIUS ABSTINET A COMMVNICATIONE EPISCOPORVM.

Ad ipsum etiam Maximum idem alludit, dum in oratione habita in funere Valentiniani haec ait: Felicius Episcopos persequantur Imperatores, quam diligant. Quanto mihi beatus Maximus minabatur: in illius odio laus erat, in horum amore supplicij feralis hereditas. ] Meminit huius ad Valentinianum Ambrosij relationis Paulinus, atque ait:

Paulin. in vit. S. Ambrosii.

MAXIMVS QVO MODO EXCOMMVNICATVS AB AMBROSIO.

ait: Ipsum verò Maximum à communionis consortio segregavit, admonens, vt effusi sanguinis Domini sui, & (quod est grauius) innocentis, ageret poenitentiam, si sibi apud Deum vellet esse consultum.] hæc ipse: quæ quidem sic intelligenda sunt, quod ibi Treueris cum esset, nec cum ipso voluit communicare, nec cum Episcopis illi communicantibus, quod essent partis Ithacianæ, cuius superius mentio facta est.

DE HYGINO EPISCOPO.

Quisnam autem Hyginus ille fuerit, quem in exilium adeò inhumanè crudeliterque deportari à satellitibus tradit Ambrosius, haud facile colligi omninò potest, scimus tamen eius nominis Episcopum hoc tempore vixisse in Hispania hostem acerbissimum Luciferianorum schismaticorum, in quem Marcellinus ac Faustinus eo libello, quem Theodosio obtulerunt, vehementer oblatrant, more suo, Catholicos omnes magni nominis viros calumnijs fugillantes. Fortasse hic idem ipse, qui apud Seuerum Adiginus scriptus reperitur, Episcopus Cordubensis, primus qui aduersus Priscillianum hæresiarcham, detegendo nefanda eius scelera, concitare Episcopos cepit.

LEGATIO DOMINI QVALIS.

Quod autem ad Valentinianum Imperatorem spectat: imprudens nimis Ambrosij admonitionem illam neglexit, quia cauendum sibi Maximum esse, quod sub pacis inuolucro bellum tegeret, vltimis verbis epistolæ inculcarat. Sed minimè considerans, Dei sacerdotem eo modo, diuino spiritu eam tractasse causam, quo dolo agentis Maximi detegeret animum, vt cautum ipsum redderet, ne pulchro pacis & securitatis nomine ab eo detipi posset: incautè nimis alium mox ad eundem Maximum Legatum mittit, Dominium nomine, qui ab eo deceptus est, nesciensque Maximum post se in Italiam duxit. Hæc autem quo modo se habuerint, Zosimus ita describit: Itaque Valentinianus Dominium hanc ob causam, ob pacem scilicet firmiorem statuendam, ablegat, hominem natione quidem Syrum, sed notæ melioris familiarem, quippe regni potestatisque particeps, fide pariter, & vsu rerum præstare ceteris videbatur: & quicquid alioqui Princeps alio nemine conscio facere volebat, huic in primis credendum statuerat. Igitur profectus ad Maximum Dominus, capibus legationis omnibus expositis, omni cum obseruantia comitateque receptus est: nam & dignabatur cum honore Maximus eximio, & tanta munerum mole satiabat, vt Imperatorem Valentinianum nullum huic parem habiturum amicam Dominus existimaret. Ac poterat, vsque adeò Dominium decipere Maximus, vt etiam partem exercitus sui cum eo mitteret, quæ Imperatori Valentiniano auxilio contra barbaros Pannonijs imminentes esset. Posteaquam hæc consecutus Dominus abiisset, seque iactaret copia & magnitudine munerum, quæ acceperat, & concessorum sibi sociorum satellitio, viam ducentem ab Alpibus imprudens Maximo faciliorem reddebat. Quod Maximus futurum prospiciens, eoque nomine cuncta molitus, vniuersis cum copijs subsequēbatur, tacitè præmissis in itineribus custodibus, qui omnem curam adhibebant, ne cursu quis prætergressus, Maximi transitum in Italiam Domini comitibus renuocaret. Quæ sanè custodia erat perfacilis: nec enim latere poterant, qui parte Alpium arctissima proficiscebantur. Cum igitur intelligeret, Dominum cum suis Alpes, qua sunt angustissimæ, cum montibus inuis penetrasse, atque ijs præterea locis, quæ post Alpes erant puluina, militumque copias impedire poterant, hostile se nullum agmen aduersum inuenturum speraret, omni eum celeritate Italiam, nemine præpediente, ingressus, Aquileiam copias ducit. ] hæc de aduentu clandestino Maximi in Italiam Zosimus.

Zosim. lib. 4.

IN NEGOTIORVM EVNCTIO NIBVS VTRIUSQUE DEI CETERIS PRÆSTANT.

Putò sentis, lector, ambarum legationum exemplis, quam præstent prudentia & consilio, instinctu diuini spiritus, Dei serui in obeundis magnis negotijs, illis, qui prudentia tantum innitentes sæculi, in grauissimas prolabantur difficultates. Ecce tibi S. Ambrosij spiritu consilij & fortitudinis, quo detegat strophas Maximi, magnis animis in eum Legatus inuehitur, Dominus verò vanis deceptus illecebris, cladem secum in Italiam intulit. Quis autem prima facie factum vtriusque inspiciens, non Ambrosium inurbanum, illiberalemque eo modo tam asperè dureque agentem cum Maximo iudicasset, Dominum verò dexterrimum virum, & in obeundis negotijs solerissimum, quippe qui arte sua adeò sibi deuinxisset, addixissetque Maximum Valentiniano, cum tot tantisque ab eo muneribus donatus & frequentatus officijs esset, atque auxiliare ab illo copias ad oppugnandos ingruentes barbaros accepisset? Sed exitus declarauit, cuiusnam functio diuini dono consilij administrata fuerit.

At quid Valentinianus, cum Maximus superatis ex improviso Alpibus, visus est in Italia?

A Italia? pergic narrare Zosimus in hæc verba: Valentiniano tam repentino casu præter spem omnem oppresso, metus incessabat ipsius familiares, ne Maximus cum viuum in potestatem redactum occideret. Quapropter nauem ingressus, Thessalonicam profectus est cum socia nauigationis Iustina matre, quæ Magnentium prius maritum habuerat (vt diximus) & illo sublato, propter eximiam formæ venustatem Valentiniano Principi iuncta matrimonio fuerat: hæc Gallam quoque filiam secum adducebat. Cum tot emensi maria Thessalonicam appulissent, vsi legatione ad Theodosium Imperatorem, petebant, vt in hoc tempore petulantiam aduersus omnem Valentiniani familiam exercitam vindicaret. Theodosius ad ipsam rei famam obtusefactus, luxus quidem illius nimij non nihil obliuiscēbatur, & paulum de infano voluptatum studio remittebat: verum habito consilio, visum fuit, vt ipse cum nonnullis è Senatu Thessalonicam se conferret. Quod vbi factum fuisset, de integro consultabatur, quid agendum esset: communi que decreto placuit, vt Maximi facinora punirentur: non enim illi homini vitam amplius concedendam, qui & Gratianum occidisset, eiusque regnum occupasset, & hunc successum adeptus, via quasi quadam progressus fuisset, ac fratrem illius relicto sibi principatu exuisset.] hæc Zosimus, qui addit de fœdere nuptiarum hoc eodem anno tunc inito, cum Gallam ex Iustina & Valentiniano seniori genitam Theodosius accepit in coniugem, licet anno superiori id factum Marcellinus tradat in Chronico. Quod verò ad Zosimum spectat: hic præmonuisse lectorem oportuit, ipsum more suo, quod iurasset proclium stylo agere, cum esset Gentilis, aduersus omnes Christianos Imperatores; Theodosium sæpè fugillare, hominemque delicijs deditum affirmare, atque foecordiae accusare: quæ quidem quam procul à veritate abhorreant, acta ipsa declarant: vt non sit opus pro eo texere apologiam, quam tamen, teste S. Hieronymo, scimus elaboratam fuisse à sanctissimo atque doctissimo viro Paulino.

VALENTINIANI FUGA CVM IVSTINA.

THEODOSIUS NVPTIÆ CVM GALLA

Aug. de Ciuit. Dei lib. 5. c. 26.

VLTIO DIVINA IN PERSECUTORIBVS AMBROSII. Ruffin. lib. 2. cap. 16. Pacat. in Pa. negyr. Theod.

Commendatum fuit Theodosij studium atque pietas in suscipiendo Valentiniano profugo Imperatore cum suis, de quo S. Augustinus hæc ait: Post mortem Gratiani, pulsum ab eius interfectore Maximo Valentinianum eius paruulum fratrem, in sui partes Imperij, tamquam Christianus, excepit pupillum: paterno custodiuit affectu, quem destitutum omnibus opibus nullo negotio posset auferre, si latius regnandi cupiditate magis quam benefaciendi charitate flagraret. Vnde potius cum seruata eius Imperatoria dignitate susceptum ipsa humanitate & gratia consolatus est, &c. ] quantis verò laboribus, periculis, & impensis eum in regnum restituere Theodosius conatus fuerit, inferius subdit; sed de his suo loco. Ceterum hanc ipsam contigisse vindictam ob contemptum D atque persecutione exagitatum dignissimum sacerdotem Ambrosium, omnibus eius sæculi rem considerantibus perspicuum satis fuit, cum recens esset eiusdem anni rei gestæ memoria: quod & Ruffinus atque alij post eum æquè confirmant. Factum etiam diuino consilio, Pacatus ait, vt & Maximus innocentis Gratiani sanguinis reus, sceleri scelus adderet, quo Theodosio in eum pugnandi vincendique necessitas imponeretur, daretque tandem ille de cruenta violentaque tyrannide poenas. Sed quæ Maximi sunt reliqua, sequamur.

Auctor est Socrates, Maximum misisse Legatos ad Theodosium Imperatorem: à quo nec excepti, neque exclusi fuere, cum tamen ad vindicandum scelus sub silentio expeditionem in sequentem annum pararet, de cuius apparatu dicemus inferius. Porro ipse ingressus Maximi in Italiam, sicut repentinus, ita terribilis visus est: instar enim exundantis torrentis montium angustijs coarctati, in planiciem se totum effundentis, cunctaque sibi obuia secum trahentis, eam Italia partem, quæ ipsi post Alpium descensum occurrit, immensa affecit clade, nobilesque tunc ciuitates Placentiam, Rhegium, Claternam, Mutinam, Bononiam, & alias dire exagitauit, prædatis diuitijs, adductis ciuibus in captiuitatem, vt Pacatus affirmat, quæ & pertingit S. Ambrosius in epistola ad Faustinum, cum de sororis obitu illum consolatur; vbi hæc inter alia: Verum, inquit, hoc nobis commune non solum cum hominibus, sed etiam cum ciuitatibus, terrisque ipsis est. Nempè de Bononiensi veniens vrbe, à tergo Claternam, ipsam Bononiam, Mutinam Rhegium derelinquebas: in dextera erat Brixillum: à fronte occurrebat Placentia, veterem nobilitatem ipso adhuc nomine sonans: ad læuam Apennini inculta miseratus, & florentissimorum quondam populorum castella considerabas, atque affectu relegabas dolenti. Totigitur semirutarum vrbiu cadauera, terrarumque sub eodem conspectu expo-

Socras. lib. 5. cap. 12.

LADES IL-LATA A MAXIMO IN ITALIAM.

Pacat. in Panegy. Theod.

Ambros. ep. 8.

sita funera non te admovent, vnius, sanctæ licet & admirabilis feminae decessione con-

Ambr. epist. 57.

AMBROSII ARTAS.

AMBROSIO-TVS IN RE-DEMPTIO-NE CAPTI-VO RVM.

Ambr. Offic. lib. 2. c. 28. ERANGIT AMBROS. SACRA VASA PRO RE-DEMPTIO-NE CAPTI-VO RVM.

Possid. Vita S. Aug. c. 24. AMBROSII AD SVORX-HORTATIO

Ambr. serm. 85.

Socrat. lib. 5. cap. 11.

Huius quoque perditissimi temporis idem S. Ambrosius meminit in epistola ad Seuerum Episcopum in Campania, vbi inter cetera: Nos autem obiecti barbaricis motibus & bellorum procellis, in medio versamur omnium molestiarum freto, & pro his laboribus & periculis grauiora colligimus futuræ vitæ pericula, &c. ] at licet de Maximo nihil expresse, tamen quod ipso existente Mediolanensi Episcopo, numquam nisi sub Maximo contigit Galliam Cisalpinam eiusmodi affici cladibus, sanè quidem ea omnia de bello per Maximum hoc anno illata sunt necessariò intelligenda. Sed & illud obserua, B hoc ipso anno Ambrosium, quod ipse testatur, vitam produxisse ad annum ætatis quinquagesimum tertium: ex quibus quot ipse vixerit annos, facile colligi possit; quod in Vita eiusdem à nobis collecta pluribus disseruimus, quam tamen (quod posteriores cogitationes iuxta illud Pyndaricum perfectiores esse soleant) in his præsertim quæ ad chronologiam spectant, secundum præsentem Annalium editionem restitue.

Sed mira quadam dispensatione factum est, vt licet in S. Ambrosium Maximus perinfectus esse videretur, cum ipsius communionem & ipsi communicantium Episcoporum (vt vidimus) paulò antè fuerit execratus, verbisque durioribus eundem compellatit, adeoque ab eo alienatus discesserit, vt percussores post eum fore mittendos facile crederetur: nihilominus nec ipsi, nec eius Ecclesiæ Mediolanensi quicquam negotij facilitatum appareat. Atqui licet ab incurfione & grassatione hostium liber esset: alijs tamen ea mala patientibus socium se Christianæ charitatis vnione coniunxit; quippe qui totus fuit in subleuandis egenis atque redimendis captiuis, quorum causa sacra etiam vasa confregit, ex quo Ariani in eum oblatrandi occasionem arripuerunt: ea enim erant vasa, quæ hoc eodem anno (vt vidimus) requisita nomine Imperatoris dare negauit. De his autem agens idem S. Ambrosius hæc habet: Hoc maximum incensum misericordiæ, vt compatiatur alienis calamitatibus, necessitates aliorum quantum possumus iuuemus, & plus interdum quam possumus: melius est enim pro misericordia causas præstare, vel inuidiam perpeti, quam prætere in clementiam: vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregimus vasa mystica, vt captiuos redimeremus, quod Ariani displicere poterat, nec tam factum displicere, quam vt esset quod in nobis reprehenderent. Quis autem est tam durus, immitis, ferreus, cui displiceat quod homo redimatur à morte, femina ab impuritatibus barbarorum, quæ grauioribus morte sunt, adolescentulæ, vel pueruli, vel infantes ab idolorum contagijs, quibus mortis metu inquinabantur? Quam causam nos etià non sine ratione aliqua gessimus, tamen ita in populo profecuti sumus, vt confiteremur, multoque fuisse commodius astruere, vt animas Domino quam aurum seruaremus. Qui enim sine auro misit Apostolos, & Ecclesias sine auro congregauit. Aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt erogat, & subueniat in necessitatibus. ] hæc ipse. Laudasse id in Ambrosio S. Augustinum, eundemque imitarum esse, Possidius tradit. Egregium factum! erogando aurum, illasam tutamque ciuitatem seruauit, sic ipse dux loco militum pauperes armans contra tyrannum.

Cum verò exemplo vicinarum ciuitatum ciues Mediolanenses sibi quoque timerent, nisi cohibuisset Ambrosius omnes ferme solum vertentes, solitariam ciuitatem reliquissent: ipse verò quod sciret, diuina existimo reuelatione, citò torrentem illum exiccandum, crebris eos sermonibus continuè intra mœnia, vnum illud vehementer inculcans, vt quoniam propter peccata eiusmodi flagella cælitus immitterentur, mox fore securos affirmaret, si peccata pœnitentia digna delerent: nam inter alia: Ciuitati etiam non nisi propter ciuium peccata infertur excidium. Desine ergo peccare, & ciuitas non peribit. Quid fugis patriam, si vis saluus esse? tua porius peccata subterfuge. Si tu peccare desieris, victus est inimicus. ] hæc & alia pluribus, alijsque sermonibus continens subditos sibi in officio pœnitentiæ. Errare quidem certum est Socratem, qui hæc refert ad tempora necis Gratiani: nam tunc Maximus stetit in Gallia, nec Valentinianus tum fugam arripuit.

Ceterum Maximus eo terrore ita exagitata illa Italiæ parte, cum timorem vehementem alijs prouincijs incussisset, adeò vt nullum sibi iam aduersari videret, Imperatoris aggressus

Aggressus est personam agere, non tyranni: & quo sibi, cum Senatum, tum etiam populum conciliaret, cunctis morem gerere etiam plus æquo studebat, indulgere Gentilibus, redere illis dempta per Gratianum sacrificia, restituereque sublatam in Capitolio aram Victoria: quæ etiam pro Iudæis rescriptis, & alia id genus multa: sed & ne hac ex parte Catholicum populum concitaret, alia via illis inferuire videri volebat; nempe in patrocinio Catholica fidei. Sed videamus in primis in quibus magno scandalo Iudæis fauit. S. Ambrosius rem gestam sic narrat: Nonne propterea Maximus destitutus est, quia ante ipsos expeditionis dies, cum audisset Romæ synagogam incensam, edictum Romam miserat, quasi vindex disciplinæ publicæ? Vnde populus Christianus ait: Nihil boni huic imminet: Rex iste Iudæus factus est: defensore istum disciplinæ audiuimus, &c. ] hucusque Ambrosius, qui quidem impietati adscribit eiusdem Maximi cladem.

Sed ac conciliandos (vt dictum est) Christianorum animos, quàm accerrimum se fidei Catholicæ exhibuit defensorem: indicat enim id eiusdem epistola ad Siricium Papam data, quæ sic se habet:

Victor maximus perpetuus triumphator Augustus Domino verè sancto Apostolico viro Siricio Episcopo salutem.

Accepimus litteras sanctitatis tuæ, quæ nobis fuere gratissimæ, quæque planè & nomini sacerdotis & dignitati Vrbs splendidissimæ conuenient. Fidei verò Catholicæ, de qua clementiam nostram consulere voluisti, quo maius circa me & speciale iudicium diuinitatis experior, hoc me confiteor curam habere maiorem, qui videlicet ad Imperium ab ipso statim salutari fonte conscenderim, & cui in omnibus semper conatibus atque successibus Deus fautor affuerit, cuiusque hodie, & vt spero, perpetuo protector & custos esse dignetur, Pater carissime. Ceterum de Agricio, quem indebitè ad presbyterij gradum conscendisse commemoras, quid religioni nostræ Catholicæ possum præstare reuerentius, quàm vt de hoc ipso, cuiuscumque esse videatur, Catholici iudicent sacerdotes? quorum conuentum ex opportunitate omnium vel qui intra Gallias, vel qui intra quinque prouincias commorantur, in qua elegerint vrbe constituam, vt ipsidem residentibus & cognoscentibus, quid habeat consuetudo, quid legis sit, iudicetur; hæc enim quæ libris sunt asserenda, & maiorum nostrorum religiosissimis constitutis, ipsi possunt melius astruere qui norunt.

Ceterum id nobis animi & voluntatis esse profiteamur, vt fides Catholica, procul omni dissensione summotâ, concordantibus vniuersis sacerdotibus, & vnanimiter Deo seruentibus, illasæ & inuiolabilis perseueret. Nam nos ter aduentus ita inquinata aliqua, & sceleratorum labe polluta deprehendit, & reperit, vt nisi nostra prouisio atque medicina, quæ ex Dei summi timore veniebat, his opem celeriter attulisset, ingens profecto diuulsio atque perditio fuisset exorta, & vix sananda postea vitia concreuissent. Ceterum quid adhuc proxime proditum sit Manichæos sceleris admittere, non argumentis, neque suspicionibus dubijs vel incertis, sed ipsorum confessione inter iudicia prolatis, malo quod ex gestis ipsis tua sanctitas, quàm ex nostro ore cognoscat: quia huiuscumodi non modo factu turpia, verum etiam fœda dictu, proloqui sine rubore non possumus. manu Imperatoris. Diuinitas te seruet per multos annos. ] hæc Maximus.

Quod autem ait de Manichæis, puto intelligendum de Priscillianistis, quorum hæreses Manichæis cognatas idem Maximus (vt vidimus) etiam gladio fuerat insecutus.

Quod autem ad Gentiles pertinet, vix credi potest quo plausu Maximus ab illis exceptus fuerit: quippe qui in Gratianum olim infensi & in Valentinianum puerum, quod ille sacra ipsorum vetuisset, hic autem petita licet non reddidisset, lætis aspiciunt oculis, quem idololatriæ vindicem sacrorumque restitutorem diu desideratum essent consecuti, nactique Pontificem. Maximi verò tunc laudes Symmachus Consularis, libro eo argumento conscripto, atque coram ipso (vt ait Socrates) recitato, insigniter profecutus est. At de Maximo hæc tenet.

Ad postremum, illud non excidat, hoc anno, cum toturbis Orbis & Vrbs rerum novarum motibus concuteretur, Urbanam Præfecturam gessisse Pinianum, prout Imperatorum rescripta ad ipsum data declarant: qui adhuc Gentilis Melaniâ iuniorem, senioris neptem duxit uxorem, vt auctor est Palladius: ab ipsa autem coniuge perfectum esse redditum Christianum, idem affirmat; de quo suis locis plura inferius dicturi sumus.

MAXIMVS MITICOR REDDITVS OMNES SI- HI CONCIL- LIARE STY- DET.

QVID MA- XIMVS SI- RICIVM PA- PAM. Exerat. to. 1. epist. Rom. Pont. pag. 48.

MAXIMI SVVDIVM PRO FIDE CATHOLICA.

Socrat. lib. 5. cap. 14. de Prin- cip. Agri. in reb. C. Theod. l. 13. Ag- mentic. & profess. cod. Cod. Pallad. in Lanfart.



Corrigendum autem tum ex Codice Theodosiano, tum ex eiusdem S. Augustini epistolis, quod interdum Pimanus ab alijs, interdum verò idem Alpianus, vel alio modo dictus reperitur.

IESV CHRISTI SIRICII PAP. VALENTINIANI 13. IMPP. ANNVS ANNVS THEODOSII IO.

T Recentissimo octogesimo octavo Christi anno Theodosius Imperator secundum adiit Consulatum, habuitque collegam Cynegium: cuius exordio idem Imperator aduersus Maximum expeditionem parauit, atque eius causa tributum nouum indixit: quod cum inter alios permolestè ferrent ciues Antiocheni, quadam animi perturbatione agitati, proflientes in forum, vesano impetu irruentes in statuam Placillæ Augustæ iam biennio ante vita functæ, loco emotam cum ignominia protraxerunt. In quos Theodosius vehementer commotus, perditurus prope erat ciuitatem cum ciuibus, nisi opera monachorum & legatione Flauiani eius ciuitatis Episcopi vix tandem placatus esset. hæc quidem summam complexa, fusioem rei gestæ tractationem continent: quam oratione prosecuturi, primum de tempore, quo hæc acciderunt, differendum est.

Scimus Theodoretum<sup>a</sup> atque Sozomenum<sup>b</sup> hæc referre ad tempus posterioris aduentus Theodosij in Italiam aduersus Eugenium tyrannum: quibus aduersatur in primis Zosimus, qui hoc tempore expeditionis in Maximum ea omnia contigisse refert. Sed & S. Ambrosius absque<sup>c</sup> aliqua dubitatione eadem satis probata reliquit, dum ad Theodosium scribens epistolam eo tempore, quo idem Theodosius Maximum in Italia expugnauit, de indulgentia Antiochenis concessa meminit. At rem gestam per singula ordine prosequamur.

Quid autem eiusmodi seditione præcesserit, Sozomenus sic narrat<sup>d</sup>: Aiunt præcedente nocte, postquam succedente die seditio mota fuit, spectrum mulieris visum esse, magnitudine inuistatum & aspectu horrendum: quod quidem in sublimi per ciuitatis plateas discurrens, aerem diuerberaret flagello horrifono: vt quemadmodum ad iram bestias incitant ij, qui ad huiusmodi spectaculum operam suam nauant, ita hanc seditionem demoni infidus genius aliquis malus commouerit. Ac fuisse sanè cædes ingens secuta, nisi iram suâ Imperator sacræ supplicationis reuerentia motus remisisset. ] hæc Sozomenus.

Quod verò pertinet ad subsequutum ciuium piaculum, quod occasione noui impositi tributi ob bellum hoc anno gerendum aduersus Maximum, Theodoretus<sup>e</sup> admissum affirmat: deturbationem æneæ Placillæ Augustæ defunctæ statuæ, eiusdemque per urbem cum ludibrio protractionem fuisse, idem tradit: licet Sozomenus<sup>f</sup> & Zosimus<sup>g</sup> non Placillæ tantum simulacrum, sed & Theodosij statuas ea contumelia affectas narrent, quod & ex oratione Flauiani coram Theodosio habita verius demonstratur. Missos autem ab Imperatore ad vltionem Elebechum quemdam ducem exercitus, necnò Cæsarium Præfectum Palatij, Theodoretus testatur. Quod verò ad Cæsarium spectat, procul à veritate recedit Nicephorus<sup>h</sup>, dum hunc illum putauit esse Cæsarium fratrem Gregorij Nazianzeni, quem longè ante hæc tempora, nempe sub Valente, extremum diem clausisse diximus: erroreque lapsus est hic Theodoretus, & alij, qui dixerunt à Theodosio dilatam esse vindictam, ex eo quod lege à se lata, iubente S. Ambrosio, prohiberetur statim gladio in eos agi. Nam nondum Theodosius in Italiam venerat, neque cum Ambrosio quicquam ante hæc negotij habuit.

Quid verò singulis ferme diebus fieri contigerit, ex S. Ioanne Chryostomo hic reddemus ex orationibus, quas Græcè (vt testatur Suidas<sup>i</sup>) Adriantas nominant, nempe de statuis: quarum prima illa censenda est, quam post septem dies à facinorè perpetrato in Ecclesia habuit ante aduentum eius sceleris vltorum Iudicum: est eius exordium<sup>k</sup>: Quid dicam? aut quid loquar? lacrymarum præsens tempus, non verborum, luctuum, non sermonum, deprecationis, non concionis. Tanta patratorem magnitudo, tam immedicabile vulnus, tam vasta plaga & omni medicamine maior, & superni indigens auxilij. ] & paulo post: Tacuimus diebus septem, sicut & amici Iob. Date mihi hodie os aperire, & hanc communem lugere calamitatem, &c. ] prosequitur pluribus nouitatem atque immanitatem delicti, nouitatem, inquam, quòd, vt ait, ciuitas illa pacifica ac quieta, minime

ANTIOCHENSIS NIDEBIT CIVITATIS TVASTHEODOSII ET PLACILLÆ.

<sup>a</sup>Theod. li. 5. cap. 10. <sup>b</sup>Sozom. lib. 7. cap. 25. <sup>c</sup>Ambros. epi. 28.

<sup>d</sup>Sozom. lib. 7. cap. 23. SPECTRVM VISVM.

<sup>e</sup>Theod. lib. 5. cap. 19. <sup>f</sup>Sozom. lib. 7. cap. 23. <sup>g</sup>Zosim. lib. 4. QVI MISSI ATHEODOSIO AD VLTIONEM. <sup>h</sup>Niceph. lib. 12. cap. 44.

<sup>i</sup>Suid. verb. Placilla. CHRYSOSTOMICIONENSIVS THEMPORTS. <sup>k</sup>Chrysof. hom. 2. ad pp.

A me autem factiosa & insolens esse soleret: Quis nobis, inquit, inuidit, carissimi? quis nobis zelatus est? unde tanta facta est mutatio? Nihil fuerat nostra ciuitate venerabilius, nihil factum est miserabilius: populus tam compositus & mansuetus, veluti equus manibus assuefactus, & domesticis semper accersentium manibus adueniēs, repente tantum nunc nobis resiliit, vt tot mala gesserit, quæ neque dicere fas. Lamentor & lugeo nunc, non propter expectatæ comminationis magnitudinē, sed propter nimiam patratorem insaniam. Licet enim non irritaretur Imperator, neque puniret & castigaret: quo modo, dic mihi, commissorum ignominiam ferremus? Luctu interdicitur mihi doctrinæ sermo, &c. ] luget, & ad luctum excitat populum audientem. Addit post multa, talia Deum fieri permisisse, quòd eadem ciuitas blasphemates Deum minimè cohiberit: Pluribus demum eos hortatus est ad pœnitentiam peragendam.

B Aduenerat Quadragesimæ tempus, quo cum frequens esset ad Ecclesiam Antiochenorum concursus, cum nullam aliam consolationem haberent, quam ad Ecclesiam conueniendi, omni spe destituti, præter illam quàm collocarāt in Deum: ipse Chryostomus verbum Dei eisdem affatim propinabat: incendebatur enim vehementer eorum commiseratione, quos ad pœnitentiam hortabatur. Extant ipsa homilia, in quibus quantum valeat eloquentia necessitati coniuncta, monstratur. Cum verò Iudices vindices sceleris Antiochiam peruenissent, idem primum sanè omnium ciuitatem illam nobilissimam metropolis totius Syriæ dignitate spoliare: etenim loca publica publico vsui mancipata, nempe balnea, theatra, fora, & alia id genus claufere. Translatam quidem fuisse Syriæ metropolim in Laodicensem ciuitatem, scriptores affirmant. Inde verò nobilium complures, qui admissi sceleris vel auctores videri poterant, vel socij affectatoresque fuisse in suspicionem adducebantur, captiui ducti sunt, iisdemque repleti carceres: exhibentur tormentos atque tormenta: armantur milites pro foribus stantes, ne quid à ciuibus diramentibus tentaretur. Præparantur à Iudicibus de singulis cognituris atrocissimæ quæstiones: eorumque quos magis suspicio exagitabat, bona cuncta continuo proscribuntur, affixis domorum ipsorum ianuis tabulis proscriptionis.

C Ciuium omnium triperitus status hic erat. Pars magna post admissum atrox maiestatis crimen, cum audissent Antiochiam mitti ab Imperatore exercitum atque Iudices, fugata sibi consuluit, vt pote timens, tradendam ciuitatem militibus diripiendam, ciuesque in ore captæ urbis ab hostibus cædendos. Qui verò in ciuitate remanserant, horum partem alteram non mediocrem carcer incluserat: alteram verò vehemens metus exagitabat, ad horas singulas expectantes lictores, à quibus conijcerentur in vincula, atque subijcerentur, vt alij, quæstionibus: quorum vnus erat confugium Ecclesia, vnique tantum reliqua spes in Deo. quos Chryostomus Dei verbo erigebat, ad preces ad Deum fundendas, pœnitentiamque agendam, assiduis concionibus admonens.

D Cum sic deploratissimus esset status ciuitatis Antiochenæ, omni que ex parte præsentium rerum facies, & deteriorum expectatione teterrima: ecce in ipsorum auxilium è montibus properant à Deo missi caelestes milites, quorum arma ab Apostolo describuntur non esse carnalia, sed spiritualia, Deo potentia. Erant hi qui carnem suam crucifixerant cum vitijs & concupiscentijs, monachi præclarissimi, quorum cum iugis conuersatio in cælis esset, inferorum spiritibus terrori erant, hominibus verò maximæ reuerentiæ. Hi igitur cum audissent, fortasse fugientium ore, res Antiochenæ ciuitatis in summo versari discrimine, tamquam quodam classico excitati, conferto agmine, properant Antiochiam. Quidnam verò egerint, simulac peruenissent, Ioannes Chryostomus pluribus narrat, cum meliori de omnium salute spe, horum ope, concepta, hominiam illam ordine decimam septimam ad populum habuit, vbi inter alia: Quando, inquit, à Rege missi ad commissorum inquisitionem tremendum illud constituere iudicium, omnesque ad malefactorum pœnas vocabant, & variæ mortis omnibus erat expectatio: tunc vertices montium habitantes monachi propriam exhibuere sapientiam. Namque tot annis in cauernis suis conclusi, nemine aduocante, suadente nemine, postquam nubem tantam ciuitatem circumstantem viderunt, tabernacula speluncæque suas derelinqentes, vndique confluerunt, velut Angeli quidam de cælo profecti. Et erat cernere tunc ciuitatem vniformem homini. Vbi tunc vidisses sanctos illos, manifestos vel ex aspectu solo, dolore pressos consolantes & ad omnem calamitatis contemptum inducentes.

MVLCTATA LATAIN ANTI OCHENOS.

STATUS MI SERANDVS ANTIOCHENSIS NORVM CIVIVM.

MONACHI FERVNT SVPPETIAS PERVNTI CIVITATI.

EGREGIA MONACHORVM CONSTANTIA.

Quis enim illos conspicatus, mortem non derisisset, non despexisset vitam? Nec hoc solum erat mirabile, sed quod Principibus ipsis accidentes, cum fiducia loquebantur pro reis, & omnes sanguinem effundere parati erant, & capita deponere, vt captos ab expectatis tribulationibus eriperent: & dixerunt se non prius recessuros, quam Iudices parcerent ciuitatis populo, vel se communiter cum reis ad Regem Legatos mitterent: Religiosus est, inquiunt, qui nostrae genti dominatur, fidelis cum pietate viuens. Nos igitur ipsum omnino reconciliabimus: non permittemus vobis, neque concedemus censam polluere, nec vilius abscindere caput. Si verò hoc non fertis, & nos cum ipsis omnino moriemur. Grauius quidem patrata, & nos confitemur, sed Regis humanitatem non excedit gestorum iniquitas. Dicitur quidam illorum aliud verbum sapientiae plenum dixisse, quod statuae quidem deiectae, rursus erectae fuerunt, & propriam receperunt formam, & factum correctionem habuit celeritatem: Si vos autem Dei imaginem occideritis: quo modo rursus poteritis commissum reuocare? quo modo perditos resuscitare, & animas corporibus reddere? ] hunc fuisse Macedonium vita insignem monachum, Theodoretus affirmat, qui rem paulo fusius prosecutus, haec ait:

Theod. lib. 5. cap. 19. MACEDO NITINSIGNE FACINVS.

Ex quorum, nempe monachorum, numero fuit sanctissimus Macedonius, vir tum rerum quae in communi vita geruntur inficius, tum litterarum sacrarum profus ignarus. Iste in montium verticibus vitam agens, noctes diesque omnium Saluatori sineceas preces offerre solebat, qui neque Imperatoris violentiam pertimescere, neque de potestate eorum qui missi fuerant, laborare visus est: sed in media vrbe, prehensio alterius Iudicium pallio, ambos ex equis descendere iubet. Illi verò cum viderent senem statura exigua, pannis sordidis amictum, primo indignari quidem: sed vt primum à quibusdam illorum qui antecesserant, viri illius virtutem didicerant, desilire de equis, illius gentia amplecti, veniam denique precari coeperunt. Macedonius diuina imbutus sapientia, tali eos oratione compellat: Dicite, viri carissimi, Imperatori haec verba, Non solum Imperatorem eum esse, sed hominem etiam. Itaque ne oculos tantummodo ad Imperium adiciat, sed suam ipsius naturam mente complectatur. Nam cum homo sit, illis imperat qui sunt eiusdem naturae participes: humanam autem naturam ad Dei imaginem & similitudinem esse fabricatam. Quare ne tam crudeliter & inhumanè imaginem Dei è medio tolli iubeat: nam bilem mouet opifici, cum eius imaginem contumeliosè tractet. Consideret enim, quam iniquo animo tulerit ipse aeneam coniugis imaginem contumelia affectam esse: se tamen in imaginem Dei contumeliosum esse non dubitare. At quantum intersit inter imaginem inanem, & animatam viuam ac rationis compotem, omnibus qui sunt mente praediti, perspicuum est. Illud praeterea secum cogitet, nobis persfacile esse, pro vna aenea imagine multas fabricare, sed eum non posse omnino facere vel pilum vnum illorum qui interfecti sunt. Hac audita oratione, viri illi admirabiles eam ad Imperatorem reulerunt, &c. ] Porro de eodem Macedonio plura habet idem Theodoretus in libro sanctorum Patrum: aitque eum hanc ob causam, quod nihil aliud nisi ordeum madefactum soleret comedere, fuisse cognomento dictum κριθοφαγος. Subdit autem Chryostomus ad haec: Multa & de iudicio ipsis disseruere. Quis non consternaretur? quis non virorum sapientiam admiraretur?

Theodor. lib. 55. Patr. 4. 13.

MVLTERIS SPECTATA CONSTANTIA.

Quoniam quaedam reorum mater nudato capite, & canis ostensis, iudicaturi equum freno apprehendit, & per forum praetercurrens, sic ad iudicium simul ingressa est: omnes obstupescere sumus, omnes admirati pietatem & magnanimitatem. Quo modo non magis ad hos obstupescere oportet? illa enim etiam si mortua esset pro filio, nihil mirandum: magna enim naturae vis, & inexpugnabilis viscerum necessitas. Hi verò non genuerunt, nec educarunt: immo verò quos non nouerunt, quorum nomen non audierunt, quibuscum numquam conuersati sunt, quos ex sola nouerunt calamitate, in tantum amauerunt, vt etiam si infinitas habuissent animas, omnes pro illorum salute tradere vellent. Neque mihi dicas hoc, quod non iugulati sunt, nec sanguinem effuderunt, sed quod tanta contra Iudices vsi sunt libertate, quanta solos de salute sua desperatos vti verisimile fuit, & tali cum sententia de montibus ad tribunal cucurrerunt. Nec enim nisi prius se neci preparassent cuiuslibet, tam libere potuissent Iudices alloqui, & tantam tunc exhibere magnanimitatem. Etenim ante Praetorij ianuas totos dies agebant sedentes, abducendos de carnificum manibus eripere parati ] haec de studio monachorum Chryostomus.

Quae

A Quae verò subdit de philosophis tum Antiochiae commorantibus, planè redarguunt grande mendacium Zolimi, quo tradit, Libanium vna cum Hilario pro salute ciuitatis legationem suscepisse ad Theodosium Imperatorem: ait enim ipse Chryostomus: vbi nunc sunt pallia gestantes & profundam ostentantes barbam, & bacula dextera ferentes, externorum philosophi, Cynicae piacula, submensalibus canibus inferiores, vtriusque causa cuncta facientes? Omnes tunc ciuitatem deseruerunt, resilerunt omnes, in caernas conditi sunt: soli verò qui per opera verè philosophiam exhibent, ac si nullum ciuitatem malum comprehenderit, sic intrepidè in foro apparuerunt: & urbem quidem habitantes, ad montes & desertia auolauerunt; eremi verò incolae in urbem ingressi sunt, &c. ] Quod autem ad Libanium spectat: quis quæso, ipsum rediuuium ad hoc munus legationis obeundum ab inferis reuocauit, quem alij sub Valente tradunt defunctum, alij vix ad ipsum initium Imperij Theodosij vitam produxisse confirmant? Cum verò idem Ioannes Chryostomus haec & alia plura in commendationem egregiae per eosdem monachos nauatae tunc operae, per eos quidem illud obtentum tradit, vt sententia de nece fontium differretur, donec quid de his decernendum esset, Imperatori significaretur.

Zosim. lib. 4. D E LIBANIO ZOSIMYS RE-DARGVITVR.

At quanto id illi temporis spatio perfecterunt? & quamdiu ea de causa Antiochiae commorati? audi quod mireris: Hi, inquit Chryostomus, die vna & descenderunt, & disseruerunt, & soluerunt calamitatem, & ad propria reuersi sunt tabernacula: tanti est philosophia à Christo introducta. ] at non sic quidem haec intelligenda puto, vt vnus diei dumtaxat spatio tot tractatus confici potuissent, cum praesertim idem superius tradat, eosdem ad fores Praetorij totos dies excubasse, vt si qui ducebantur ad supplicia, eriperent è carnificum manibus: sed illud planè significare voluerit, ea diligentia celerius opus impletum, decretaque legatione, eosdem tamquam aues quam citissimè è ciuitate conuolasse in solitudinem, inanes auras omnium ore iactatae gloriae euitantes, quod Christianorum philosophorum tantum mos est. Quatriduum in ea actione insumptum esse, idem Chryostomus alibi affirmat, dum de concessis à Iudicibus ad principem ad eundem induciji homiliam ipse tunc ad populum habuit, qua illius quatridui concinnans historiam, eandem posterorum memoriae voluit commendasse, quam par est hic eodem texturæ filo connectere. Quis non libenter audiat vera certa que à tanto auctore descripta, qui & oculis cuncta spectauit, & his qui interfuerunt tunc eadem in memoriam reuocauit, sic exorsus?

Chryst. dict. hom. 17. COMMORATIO MONACHOR. ANTIOCHIAE.

Ab eodem principio & ipsdem procepijs, quibus heri & nudius tertius coepi, & hodie incipiam: dicam & nunc: Benedictus Deus. Quale praeteritum vidimus quatriduum, & quale nunc videmus praesens? Quanta in illo obscuritas tunc erat? quanta nunc in praesenti tranquillitas? Tremendum in ciuitate tribunal illud & omnium corda conquassauit, & nocte fecit diem nihilo esse meliorem, non radijs obtenebratis, sed tristitia & timore oculis ostuscantibus vestros. Vt igitur & nos maiorem capiamus voluptatem; pauca eorum quae tunc acciderunt, commemorare volo. Et vobis enim & posteris omnibus vtilem horum esse video narrationem: quoniam & de naufragio saluatis iucundum est fluctuum meminisse & tempestatis & ventorum, postquam in portum nauigaerint; & valetudine detentis desiderabile post aegritudinem, febres, per quas paulo minus ad mortem venerunt, alijs enarrare. Cum enim grauius praeterierint, voluptatem habere eorum commemoratio, anima non amplius formidante, sed maiorem capiente delectationem: continua enim praeteritorum malorum memoria praesentem tranquillitatem diligentius cognosci facit.

Chryst. ad pop. Antiochen. hom. 13. CHRYSOST. SINGVLIS DIEBUS CONCIO NATVR.

Postquam enim ciuitatis maior pars praeter timore & comminatione illa ad deserta & fauces montium & occulta locorum transmigravit, metu ipsos vndique cogente, inanes quidem mulieribus erant domus, vacuum verò viris forum: vix autem duo vel tres euntes in medio sese videbant, & ipsi tamquam animati mortui circumeuntes. Abibamus in forum iudiciale gestorum finem visuri: & collectas ciuitatis reliquias videntes, illud omnium maximè admirati fuimus, quod multitudinè circa fores morante, tamquam praesente nemine, silentium erat profundissimum, omnibus inter sese respicientibus, & nemine assistentem interrogare, aut quicquam audire ab illo audente. Proximum enim quemque suspectum habebat: quoniam multi iam praeter omnem spem ex medio rapti forintus coercebantur. Et omnes communiter in caelum aspiciebamus, & manus extendebamus

QUALI EXHIBITVM TRISTE SPECTACVLVM.

CHRISTI  
388.SIRICII PAP.  
4.VALENTIN. 13. IMP.  
THEODOSII IO.

hamus cum silentio, supernè subsidium expectantes, & Deo supplicantes, vt iudicandis A  
adesset, & iudicantium corda mulceret, & mitem faceret sententiam. Et sicut qui naufragan-  
tes è terra vident, accedere quidem & manum porrigere & ærumnam reletuare non  
possunt, cum vndis arceantur; extrinsecus autem ab ipsis littoribus manus extenden-  
tes & lacrymantes, Deum orant, vt assistat fluctuantibus: ita & hic tacite omnes Deum  
mente inuocabant, petentes, vt ad tribunal velut in fluctus adductis, manum porrigeret,  
nec sineret nauigium submergi, nec in extremum naufragium iudicantium solueret iu-  
dicium. Et hæc quidem erant pro foribus.

Postquam verò interiorem aulam introiimus, rursus alia his terribiliora vidimus, mi-  
lites armatos ensibus & clauis, & multam interiùs iudicantibus quietem præstantes. Quo-  
niam enim necessarij illorum omnes & vxores & matres & filia ante fori ianua constiti-  
erant, vt si eueniret quempiam ad mortem duci, nemo ærumnae spectaculo accensus tu-  
multum & turbationem vllam faceret, omnes procul arcebant milites, ipsorum mentem  
pauore præoccupantes. Quòd autem omnium maximè miserabile, mater & soror citi-  
iusdam, qui intus iudicabatur, ad ipsa iudicantium vestibula iacebant, se humi stententes,  
& commune omnibus factæ circumstantibus spectaculum, oculos velatæ, & tantum dum-  
taxat erubescences, quantum calamitatis necessitas permittebat: neque aderat ipsis ancil-  
lula, non vicina, non amica, non vlla necessariorum alia, sed solæ cum vestibus abiectis in  
medio tot militum assumptæ, per humum se trahentes circa ipsas fores, interiùs sedenti-  
bus grauiora patiebantur, carnificum vocem audientes, verberum sonitum, cæsorum lu-  
ctum, tremendas iudicantium minas, & per flagellatorum singulorum grauioribus quàm  
illi doloribus hæc consuebantur.

Quoniam enim in illorū testimonijs criminum proditio periclitabatur: sicubi quem-  
piam flagellari, vt reos dicerent, sentiebant, & vlulare: in caelum respicientes, Deum ora-  
bant, vt illi fortitudinem & tolerantiam daret, ne suorum necessariorum salus prodere-  
tur aliorum infirmitatibus acrem verberum dolorem ferre non valentium. Et tale quid  
rursus, quale fluctuantibus solet, accidebat: sicut enim illi si quando vndæ impetum vi-  
deant eimius insurgentem & paulatim crescentem & nauem submergere minantem,  
etiam priusquam ipsi propior fiat, præ timore mortui sunt: sic & illæ, si quando voces &  
vlulatus audiebant emitti, veritæ ne tormenta fugientes qui testimonium dicere cog-  
ebantur, contra necessariorum aliquem dicerent, infinitas ante oculos mortes videbant. Et  
erat cernere intus tormenta, extra tormenta: illos nempe carnifices, hæc verò naturæ tor-  
quebat imperium & viscerum compassio: & intus luctus, & extra luctus: intus eorum, ex-  
tra necessariorum. Immo verò non ipsi tantum, sed & ipsi iudicantes corde lugebant, & D  
omnibus grauiora patiebantur, tam acerba calamitati ministrare coacti.

Ego autem assidens, & hæc cernens, quòd mulieres & virgines thalamis assuetæ, nunc  
commune cunctis spectaculum factæ sunt, & molli assuetæ strato, terram pro strato nunc  
habent: & tantum noctæ obsequium ancillarum, eunuchorum, & reliquæ totius vani-  
tatis, nunc omnibus illis priuata, ad omnium pedes prosternuntur, singulos orantes, ali-  
quid iudicandis in auxilium conferre, & communem aliquem misericordiae quæstū om-  
nibus fieri: illud dixi Salomonis: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Videbam enim &  
hoc ipsum, & aliud verbum ad ipsa perueniens opera, quod dicit: Omnis gloria hominis  
tanquam flos sceni: siccata est scenum, & cecidit flos. Etenim diuitiæ tunc, & generosi-  
tas, & claritas, & amicorum præsentia, & omnia vitæ adiumenta redarguebantur, peccato  
& iniquitate commissa omnem hanc opem subuertente. ] hæc & alia tunc Chrysoctomus E  
philosophatus, cum & illud quoque nouissimi omnium tribunalis iudicium ex præsentis  
imagine mente agitaret: qui & post alia hæc subdit:

Atqui ciuitatis primarij, qui tunc iudicabantur, erant, & ipsum nobilitatis caput. Atta-  
men læti fuissent, si quis eis dedisset, vt amitterent omnia, & si oporteret ipsam libertatem,  
præsentis vita potirentur. Die verò iam exacto, profundissimoque facto vespere, cum iudi-  
cij finis expectaretur, in maiori erant omnes anxietate, & à Deo petebant dilationem ali-  
quam & prorogationem fieri, & iudicantium animo immittere, vt ad Imperatoris senten-  
tiam referrent exquisitorum cognitionem, fore enim fortasse aliquod bonum ex hac di-  
lacione. Et communes à populo supplicationes ad benignas Dei aures emittebantur, vt sal-  
uaret reliquias ciuitatis, nec ipsam a fundamentis penitus euerfam negligeret. Nec vide-  
re licebat quemquam non hæc cum lacrymis clamantem.

Verum-

HYMANAE  
CALAMITA-  
TIS EXEM-  
PLVM.TIMOROM-  
NES EXAGI-  
TANT ANTIQ-  
VOS.IVGVBRF  
SPECTACV-  
LVM.

Ecclesi. 1.

Ipsa. 40.

NOBILES  
ANTIOCHE  
NIQVAE  
PASSI.CHRISTI  
388.SIRICII PAP.  
4.VALENTIN. 13. IMP.  
THEODOSII IO.

A Verumtamen nihil propterea Iudices interiùs causas audientes tunc inflexit, sed vnum  
solum respiciebant, vt diligens commissorum quæstio fieret: & postremo catenis iniectis  
ipfos in carcerem per medium forum agebant, homines equos domi alentes, brauia pro-  
ponere solitos, aliaque innumera valentes clariora numerare officia: & substantias popu-  
labantur, & in omnium foribus proscriptionis tabulas cernere licebat. Et horum vxores  
paterna domo eiectæ, singulæ illud vxoris Iob per opera implebant: domum enim ex do-  
mo, & locum ex loco circumibant, diuersorij indigentes: nec enim hoc ipsum erat ipsis fa-  
cile reperire, vnoquoque timente & tremescente quempiam reorum necessarium suscipe-  
re & curæ habere. Verumtamen tot illata passi, omnibus his contenti erant, quoniam vita  
non exciderant præterita. Et neque pecuniarum multa, neque ignominia, neque tanta  
tractatio, neque quodeumque aliud huiusmodi ipsos mordebat. Calamitatis enim ma-  
gnitudo, & maiora his patiendi expectatio eorum animos philosophari tantum effecit. ]  
hæc Chrysoctomus.

Accidit tunc etiam, vt cum omnes repentinæ mortis faucibus deglutiri ex Principis fu-  
rore timerent, inter alios glomeratim vniuersi catechumeni, quorum grandia erant exami-  
na (quod abusus adhuc ille vigeret differendi baptismum) ad ecclesiam, vt sacris imbue-  
rentur mysterijs, conuenirent, adeò vt eos catechizandi tempus non esset. Meminit horum  
idem Ioannes Chrysoctomus, cum postea ista recolens tempora sic ait:

Dicam quod vni familiarium meorum accidit. Irato aliquando Deo, cum ille admo-  
dum iuuenis esset, & in diaconorum ordine ministraret, abessetque per illud tempus Epi-  
scopus, & nullus presbyterorum curam haberet, sed simpliciter faciebant simul multa mila-  
lia in vna nocte baptizari, & simpliciter baptizabantur omnes nihil scientes. Quòd vt ille  
intellexit, priuatim simul centenos & ducentenos docebat: nihil tamen, quàm quod ad sa-  
cramenta attinebat, ne sic migrarent non initiati. Hoc plerique putabant illum ex ambi-  
tione fecisse: verum ille non attendebat sic censentes. ] hæc Chrysoctomus. Sed quæ hæc  
absentia Episcopi? de ea modò dicendum.

Cum verò eo statu infelicissima posita esset ciuitas, & ciuibus omnibus dira immineret  
carnificina, singulisque ferme momentis anceps vita cuiusque penderet arbitrio Iudicium:  
ecce inter tot tenebras alicuius spei radius insperatus affulsit. Audito nimirum, concessum  
à Iudicibus, vt relatio ad Theodosium mitteretur, omnibus in mæroris tenebris versanti-  
bus mox inopiata est exorta læritia: omnes exhilarantur, perinde ac si ciuitas in tuto col-  
locata esset, cum & ipse Chrysoctomus pro gratiarum ad Deum actione eam habuit con-  
cionem, cuius exordium est: In tempore omnes hodie communiter concinuiimus: Bene-  
dictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Etenim miranda & opinionem ex-  
cedentia facta sunt negotia: urbem totam & populum tantum submergi debentem, & sub  
vndas agi, & perdi funditus semel, vno temporis momento ab omni naufragio liberauit.  
Gratias igitur agamus, &c. ] vbi & post multa superius recensita, quanta id importunita-  
te cum monachis simul sacerdotes exegerint à Iudicibus, & quali gestierint tripudio, vt  
acceperunt, docet his verbis: Non monachi tantum, verum & sacerdotes eamdem  
præstiterunt animi magnitudinem, nostramque dispensauerunt salutem. Et alius quidem in  
castra se contulit, omnia dilectioni vestræ postponens, & paratus, nisi Regi persuaderet,  
mori. Alij verò hic remanentes, & eadem cum monachis exhibentes, proprijs manibus  
Iudices continentes, non permittentes abire, priusquam de iudicij fine promitterent  
mirum se haud ulterius ad necem fontium progressuros: & cum reuertes quidem videbant,  
E fiducia multa & ipsi vicissim utebantur: vt autem annuentes viderunt, pedes & genua  
complexi, & manus exosculati, vtrunque virtutem superabundanter exhibuere; liberta-  
tem, & mansuetudinem. Quòd enim non superbia esset fiducia, exosculando genua, &  
pedes amplectendo maximè demonstrauerunt. Rursum quòd humilitas non esset assen-  
tatio, neque seruilitas quædam, nec ex illiberali sententia profecta, præmissa ipsorum fidu-  
cia testificata est. Neque hæc sola de tentatione bona lucrati sumus, verum & multam  
modestiam, mansuetudinem multam. Ciuitas nobis repente monasterium facta est: non  
sic illam aliquis ornasset, si aureas in foro statuas erexisset, &c. ] Quem verò non nomi-  
nans, ait, insignem sacerdotem amore populi ad Imperatorem in castra se contulisse: fuit  
hic Flavianus eiusdem ciuitatis Episcopus, qui pro populo magno animo atque impensa  
eura legationem tantam susceperat.

Porrò idem Chrysoctomus pro gratijs Deo agendis de obtenta dilatione conueniendi  
Impe-

Chrysoct. in  
Act. Rom. 46.DERELATE  
ONE AD  
IMP. MIT-  
TENDA.Chrysoct. ad  
pop. Rom. 17.  
Psal. 71.Chrysoct. hom.  
ead.  
MELIOR  
STATVS AF-  
FLIGTIS AK-  
RIDET.

PRO GRATIARUM ACTIONE HOMILIAE.  
\*Chryf. ad pop. Antioch. hom. 11.  
 17.  
 12.  
 11.  
 16.  
 Imperatorem, quotidie in ecclesia populum colligebat, ubi diebus singulis ad eum habuit conciones, quarum prior vel illa habita ponitur, quia sic est exordium: Cuius praeritum tempestatem & praesentem cogito tranquillitatem, non desino dicere. Benedictus Deus, qui facit omnia, & ipsa transmutat, &c. vel illa cuius est idem sermo principium, de qua superius. Sequenti vero die eam habuit orationem, quae ita incipit: Et heri dixi: Benedictus Deus. & hodie hoc ipsum rursum dicam, &c. Tertia autem die itidem ad populum sermonem habuit, cuius est illud initium: Ab eodem principio & iisdem precemijis, quibus heri & nudistertius coepi, & hodie incipiam: dicam & nunc: Benedictus Deus, &c. erat hoc Quadragesimale tempus, cuius secunda hebdomada expedita, illam habuit concionem, quae sic inchoatur: Principis quidem providentiam laudavi, &c. in cuius progressu ad finem vergente de absoluta tunc secunda hebdomada Quadragesimae meministi: qua quidem oratione populum adhuc timentem corroborat: nam expectatio anceps, quid ab Imperatore referret Episcopus, non nihil eorumdem animum exercebat: quae etiam homilia & in eos idem ipse Chrysostomus vehementius inuectus est, quod nescio à quo Gentili de consolatione orationem audissent, quasi non sufficiens esset Ecclesia Christi ea docere. unde commotus, eos in primis vrget his verbis: Pro vobis autem erubui & confusus sum, quod exterioris post multos prolixosque sermones illos consolationis indigni sitis. Optavi mihi terram dehiscere & immergi, quando ipsum vobis loquentem audiebam, & intempestivam hanc & irrationabilem timiditatem consolantem. Non enim vos ab illo doceri oportebat, sed infidelibus vos praeceptores omnibus fieri: nec ab infidelibus iudicari Paulus permisit. & post nonnulla: Sed neque nunc in me ipsum redire possum: sic animum meum indignatio & tristitia obsidet. Quis enim non aegre ferret, quis non succenseret, quando post tantam doctrinam Gentilibus opus habuisset doctoribus ad exhortandum & persuadendum, ut praesentem generose timorem suffererent? haec & alia ibi ipse. Media autem Quadragesima in eodem argumento versatus, decimam octavam ordine tunc ad eundem populum habuit homiliam, ut idem ipso eius exordio docet. At iam de ipsa Flavianii legatione agamus.

NON AVDIENTES INFIDELIVM.  
 DELEGATIONE FLAVIANI AD IMP. ANTIOCHEN.  
17.  
 12.  
 11.  
 16.  
 Suscepit libens volensque Flavianus Episcopus pro populo Antiocheno ad Theodosium Augustum legationem, adeoque ardenti studio, ut nulla re valeret praepediri (reliquit enim forem extremum agentem spiritum) neque vlla suae senectutis vel corporis habita ratione (ut ait Chrysostomus) se accinxit ad iter: quando relicta Ecclesia patetore vacua, idem Chrysostomus eam ad populum habuit homiliam, quae ita incipit: Quando ad sedem derelictam & magistro vacuam respicio, gaudeo simul & lacrymo: lacrymo quidem, quod praesentem non video patrem: gaudeo autem, quod pro salute nostra profectus est, & tantum abiit populum à furore Regis erepturus, &c. pluribus eos hortatur, ut precibus apud Deum agant pro Legato Episcopo, & ea quam suscepit legatione; atque inter alia: Supplicemus igitur ipsi, & ad ipsum legationem mittamus: & Regis animum penitus corripiet, & ab omni nos instanti angustia liberabit. Pater illic legationem obit: nos hinc ad caelorum Regem mittamus legationem, ipsum precibus adiuvemus. Multum Ecclesiae communitio potest, si anima dolente, si corde contrito preces emitamus. haec ipse.

DELEGATIONE FLAVIANI AD IMP. ANTIOCHEN.  
17.  
 12.  
 11.  
 16.  
 Contigit autem profectio Flavianii Antiochia, simulac dirum illud à ciuibus facinus fuerat perpetratum: nam in via inuenit, qui ad iudicandam eam causam vindicandamque contumeliam mittebantur ab Imperatore Antiochiam. Declarat id quidem ipse Chrysostomus, cum Flavianii progressum legationis ita describit: Postquam enim ex vrbe egressus est, omnes in tanta relinquens tristitia, multo grauiora patiebatur, quam qui in ipsis erant molestis. Primum nempe nactus in via media ad gestorum examinationem à Rege missos, & ab illis doctus quorsum essent missi, & mala civitatem inuasura, tumultus, turbationes, fugam, timorem, anxietatem, pericula cogitans, lacrymarum fontes emittebat, cum viscera ipsi dissecarentur. Patribus enim mos est multo magis dolere, cum filiis suis male habentibus nec adesse possint: quod & pientissimus hic passus est, non mala tantum nos inuasura deplorans, sed & quod nobis haec patientibus procul abesset. Verum & hoc pro nostra salute factum est.

FLAVIANVS ECCVRENS MAGISTRA TIBVS QVA LITER AFPECTVS.  
17.  
 12.  
 11.  
 16.  
 Ut enim ab illis haec didicit, calidiores lacrymarum fontes emittebat, & cum maiori supplicatione ad Deum confugit, & noctes infomnes ducebat, supplicans, ut haec patienti

ADVENTVS FLAVIANI AD THEODOSIVM.  
 A tienti succurreret civitati, & ut Regis mentem redderet mitiorem. Vt verò magnam civitatem illam ascendit, & regias ingressus est aulas, procul à Rege constitit mutus, lacrymans, deorsum inclinat, latitans, tamquam ipse esset qui omnia illa patrasset. Hoc autem faciebat, habitu, aspectu, luctibus prius mouere volens ipsum ad misericordiam, & tum defensionem pro nobis incipere: Sola namque peccantibus relinquitur venia, tacere, & nihil pro gestis loqui. Volebat enim passionum hanc quidem eijcere, hanc verò introducere: rejicere quippe iram, tristitiam autem relinquere, ut ita viam praepraret defensionis verbis. & paulo post: Ipsum itaque Rex conspicatus lugentem, & deorsum inclinatam, accessit ipse, & quod patiebatur propter sacerdotis lacrymas, hoc verbis ostendit: non enim indignantis, nec irascentis verba fecit, sed dolentis, non succensentis, sed marentis & dolore magis detenti. & quod hoc sit verum, ipsa audientes verba

B scietis.  
 Non enim dixit: Quid tandem hoc est? pro hominibus scelestis & sceleratissimis, & quos nec oportuit viuere, venis legationem obiens, tyrannis, innouatoribus, omni supplicio dignis? Sed haec omnia dimittens verba, defensionem composuit reuerentia plenam & grauitate, & à se collata commemorabat beneficia, quibus per omne regni tempus civitatem nostram profectus est: & ad singula haec repetebat: Haec me pro illis pati oportuit? quarum à me iniuriarum poenas exegerunt? quid paruum, quidve magnum accusandum habentes, non me solum, verum & defunctos contumelijs affecerunt? non valebat animus saturari in viujs: sed nisi sepultos quoque contumeliosè tractarent, nil magnum se facere putarunt. Iniqui fuerimus nos, ut ipsi putant: igitur mortuis parcere, qui nullam intulerunt iniuriam, oportebat: non enim & illis haec attribueri valebant. Nonne semper hanc omnibus praeposui civitatem, & patria desiderabiliorum esse putabam, & votum mihi continuum erat, urbem illam cernere, & hoc apud omnes faciebam iuramentum? haec Theodosij verba: quibus ipse Chrysostomus mox subinfert orationem quam tunc habuit Flavianus, iam longo itinere meditatam, cui deesse non poterat efficax pronuntiatio ex intimo cordis dolore prodiens. Subdit igitur idem Chrysostomus:

ORATIO FLAVIANI AD THEODOSIVM PRO ANTIOCHENSIS.  
 Hic aliquantum ingemens Pontifex, & seruentiores emittens lacrymas, non amplius tacuit: videbat enim Regis defensionem culpam maiorem nostram facientem. sed grauius & amarè de profundo gemens: Confitemur, inquit, ô Rex, nec negare possumus amorem istum, quem erga patriam nostram demonstrasti: & propterea maximè lugemus, quoniam sic amatae daemones inuiderunt, & erga benefactorem ingrati sumus: Visi, & exacerbauimus sum mopere nos amantem. siue obruas, siue incendas, siue occidas, siue quodcumque aliud facias, nondum dignam de nobis poenam exegisti: nos ipsos praecedentes innumeris mortibus difficilius affecimus. Quid enim amarior esse possit, quam cum benefactorem, & sic diligentem iniuste exacerbantes appareamus? & omnis hoc mundus discat, & extremam ingratitudinem nostram condemnet? Si barbari civitatem nostram incurfantes, moenia diruissent, & incendissent domos, & abductis captiuis abissent, minus erat malum. Quare tandem ita? Quoniam te viuente, & tantam in nos beneuolentiam exhibente, spes erat illa cuncta grauiora solum iri, & nos iterum ad priorem formam redituros, & clariorem recepturos libertatem. Nunc autem ablata beneuolentia tua, & amoris vinculo violato, quod omni muro nobis erat tutius, ad quem iam confugiemus? quo poterimus alio respicere, tam dulcem dominum & facilem patrem exacerbantes?

E Itaque videntur quidem intolerabilia fecisse, sed magis passi sunt omnium grauissima, ad nullum hominem audentes respicere, nec ipsum spectare Solem liberis valentes oculis, pudore vndique palpebras contrahente, & occultari cogente: libertate ipsis ablata, omnibus captiuis nunc miserius affecti sunt, & extremam sustinent ignominiam: & malorum magnitudinem cogitantes, & in quantum contumelia resisterunt, nec respirare possunt, cum omnes terram habitantes in sui vehementem calumniam attraxerint. Sed si velis, ô Rex, est vulneri medicina, & tantis malis remedium. Sapius & in priuatis hoc factum est, magnae & intolerabiles offensiones, magnae charitatis materia factae sunt: sic & in natura nostra euenit. Cum enim hominem Deus fecit, & in paradysum induxit, & multo dignum fecit honore: tantam diabolus prosperitatem non ferens, inuidit, & illum à data expulit dignitate. Sed Deus non tantum ipsum non reliquit,

liquit, verum & pro paradiso celum nobis aperuit, hoc ipso propriamque demonstrans be- A  
nignitatem, & diabolum magis puniens. Hoc & tu facias. Nunc omnia mouerunt da-  
mones, vt omnium tibi gratissimam ciuitatem à beneuolentia tua separe. Hoc verò tu  
nunc sciens, poenam quamuis quidem exigas, priori autem amicitia ne nos extrudas. Sed  
si & præter opinionem aliquid nunc dicere fas est, etiam nunc inter dilectarum primas  
ipsam scribe, si modò dæmonas hæc operatos vis vlcisci. Si nempe destruas & subruas &  
deleas, quæ prius ipsi voluerunt, hæc efficias: si verò iram dimittas, & te rursus ipsam  
amare, sicut prius amabas, confitearis; letalem ipsis plagam intuleris, & vltimam ab ip-  
sis vltionem exegeris, demonstrans quod non tantum nihil amplius ipsis expeditum est  
per insidias, verum & cuncta ipsis contra quam volebant, acciderunt. Iustus autem fue-  
ris hæc faciendo, & ciuitatem miserando, cui propter amicitiam tuam dæmones inuide-  
runt. Nisi enim ipsam tam vehementer amasses, nec ipsam illi tanta insectanti fuissent B  
inuidia. Itaque & si mirandum est quod dicitur, est tamen verum quod propter te & ami-  
citiã tuam hæc passa est. Quot incendijs, quanta subuersione sunt hæc verba acerbio-  
ra, quæ respondens dicebas? Nunc te contumelia affectum dicis, & pertulisse quæ nullus  
vmquam superiorum Regum.

Sed si velis, ô humanissime & sapientissime & multa pietate plene, diademate isto cla-  
riorem & maiorem tibi coronam hæc asseret contumelia. Hoc nempe diadema est, & vir-  
tutis insigne, & Dei liberalitatis indicium. Sed corona ex hac humanitate contexta tuum  
folius erit & sapientiæ tuæ meritum. Nec te tantum omnes admirabuntur propter istos  
lapides pretiosos, quantum propter victoriam de indignatione superata reportatam lauda-  
bunt. Destruerunt statuas tuas? sed illis clariores restituere tibi licet. Si enim iniuriæ au-  
ctoribus crimina remittas, & nullam ipsis inferas poenam, non æreas istas in foro erigent, C  
nec aureas, nec lapillis coagmentatas; sed omni materia pretiosiore stolum indueris, hu-  
manitatem scilicet & misericordiam: talem in mente quisque sua te ædificabunt, & tot  
statuas habebis, quot Orbem habitant homines & habitabunt. Non enim nos tantum,  
verum & post nos futuri, & post illos omnes hæc audient, & tamquam ipsi bene fuerint  
habiti, sic te admirabuntur & amabunt. Et quod hæc non assentis dico, sed sic erit omnino:  
antiquum tibi referam sermonem quemdam: vt discas, quod non tantum exercitus, & ar-  
ma, & pecuniæ, & subditorum multitudo, & alia huiusmodi splendidos facere Reges con-  
sueverunt, quantum animi disciplina & mansuetudo.

Fertur beatus Constantinus effigie sua quandoque lapidata, multis ipsum instigantibus  
ad supplicium de auctoribus contumeliæ sumendum, & dicentibus quod omnem ipsius  
faciem faxis conuulnerassent, manu faciem palps & leniter ridens, dixisse: Ego verò nuf- D  
quam vulnus in fronte factum video, sed sanum quidem caput, sana verò & facies tota. Illi  
verò reueriti, & confusi, ab hoc iniquo desistere consilio. Et hoc verbum hæctenus canunt  
omnes, nec tantum temporis labefecit, aut huius sapientiæ memoriam extinxit. Quot non  
sit hoc trophæis splendidius? Multas vrbes ille condidit, & multos barbaros superauit: sed  
meminimus illorum nihil: hoc autem verbum vsque ad præsentem diem canitur, & po-  
steri nostri & posterii illorum omnes id ipsum audient. Nec hoc solum est admirandum  
quod audient, verum etiam quod laudibus & faustis verbis prosequerentur, dicentesque  
laudabunt, & audientes gratè suscipient: nec vllus est, qui hæc audiens, silere possit, quin  
pariter exclamet, & talia dicentem laudet, & innumera ipsi vel defuncto bona precetur.  
Quid si propter illud verbum apud homines tanta potitus est gloria, quot apud beni-  
gnum Deum coronas assequetur?

Quid autem opus est Constantinum & aliena exempla commemorare, cum te de pro-  
prijs & meritis tuis opus sit exhortari? Recordare priorum, quando solemnitate hac,  
nempe Paschali, superueniente per totum Orbem terrarum epistolam misisti, iubentem  
carcere detentos dimitti, & ipsis ignosci crimina: & illis humanitatem tuam demon-  
strare non sufficientibus, per litteras dicebas: Vtinam mihi liceret & defunctos reuoca-  
re & resuscitare & ad priorem vitam reducere. Horum nunc reminiscere verborum. Ec-  
ce tempus defunctorum reuocandorum & resuscitandorum & ad vitam reducendorum  
pristinam. Et hi namque iam mortui sunt, priusquam iudicium proferatur, & ad  
ipsas tartari fores iam nunc ciuitas collocata est: ipsam igitur inde resuscita sine pe-  
cunijs, sine impendio, sine tempore & omni labore. Tibi namque satis est, tantum  
loqui, & reuocare ciuitatem in tenebris iacentem. Nunc ipsam iube ab humanitate tua  
posthac

AN HONE-  
STO ARGV-  
MENTVM  
DVCI.

PERSVA-  
DET ENEM-  
ILO CON-  
STANTINI.

CONVIN-  
CIT LEGI-  
BUS IPSIVS

A posthac appellari. Nec enim tantam habebit gratiam illi qui ab initio se condidit, quan-  
tam sententiæ tuæ: nec immerito. Ille enim principio ipsi dato recessit: tu verò auctam  
& magnam factam, & post multam hanc tranquillitatem destructam resuscitabis. Non  
erat tam mirandum, si hostibus ipsam capientibus, & barbaris populantibus, à periculo  
liberasses, quam est mirabile nunc pepercisse: illud enim sæpe multi fecere Reges, hoc  
autem tu solus operaberis, & primus præter omnem expectationem. Est illud quidem  
minimè mirandum, nec præter opinionem, sed est quotidianum opus, subditis pro-  
desse: quod autem tot & talia passus iram deponas, hoc omnem naturam excedit hu-  
manam.

Cogita quodd nunc non de ciuitate tantum illa tibi consultandum est, verum de gloria  
tua, magis verò de Christianitate tota. Nunc & Iudæi & Græci & omnis terrarum Orbis, A RELIGIO-  
& barbari (etenim & illi hæc audierunt) ad te respiciunt, expectantes vt videant, qualem NE ARGV-  
de gestis sententiam feras: nempe, si humanam protuleris & mitem, omnes decretum lau- MENTVM  
dabunt, & Deum glorificabunt, & inter se dicent: Papæ, quanta Christianitatis potentia! DVCI.  
hominem super terram habentem æqualem neminem; omnia delendi & corrumpendi  
dominum cohibuit & refrenauit, & docuit philosophiam, quam nec homo priuatus ex-  
hiberet. Verè magnus Christianorum Deus, qui ex hominibus Angelos facit, & omni ne-  
cessitate naturali superiores constituit.

Ne namque superfluum timorem illum timeas, nec tolere quosdam dicentes, quod  
reliquæ ciuitates peiores erunt, & hac non punita, Imperium tuum magis contemnent. REMOVET  
Si enim ad insurgendum fuisses impotens, & hæc operati te vi superassent, & par esset po- CONTRARIA  
tentia, congruè suspicari hæc oportebat. Si verò pauescisti, præque timore præmortui sunt, ARGV-  
& ad tuos per me cucurrere pedes, nec aliud quotidie expectant, quam barathrum, & sup- TA.  
plicationes faciunt communes, in celum respicientes, & Deum venire supplicant & simul  
nobiscum legationem attingere, & sicut in extremis constituti, de proprijs quisque suis  
consideravit: quo modo non superfluous hic timor? Si iugulari fuissent iussi, tanta passi  
non fuissent, quanta patiuntur nunc, tot diebus in timore & tremore viuentes, & superue-  
niente vespere, auroram videre non expectantes, & die orto, ad vesperam peruenire non  
sperantes: multi & in feras inciderunt, dum sectantur deserta in inuia translati, nec viri  
tantum, verum & pueruli paruuli, & mulieres liberæ & decoræ per multas noctes & dies  
in speluncis & conuallibus & deserti foraminibus latentes. Et nouus captiuitatis modus ci-  
uitatem detinet: ædificijs & muris stantibus, incensis ciuitatibus grauiora patiuntur: nul-  
lo incumbente barbaro, nec hoste apparente, captis miserius dispositi sunt, & solum fo-  
lium si moueatur, omnes ipsos per singulos terret dies. & hæc omnes sciunt. Et si subuer-  
sam ipsam vidissent, non sic essent castigati, vt nunc qui has ipsius audire miserias. Ne igitur  
hoc cogites, quod peiores sint futurae ciuitates reliquæ. Non enim si ciuitatem euertis-  
ses, sic eos castigasses, vt nunc per incertam futurorum expectationem omni supplicio ve-  
hementius ipsos puniens.

Ne igitur ipsis vltius calamitates producas, sed iam respirare concedas. Subditos  
nempe castigare, & gestorum exigere poenas, facile penitus & promptum: his verò qui  
contumelias intulerunt, parcere & his qui venia patrauerunt indigna, veniam dare, vnus  
vel vix alterius est, & maximè cum Rex sit contumeliam passus. Et ciuitatem quidem  
metu subdere, facile: omnes autem amatores constitutare, & persuadere, vt in regnum  
uum se beneuolè habeant, & non tantum communes, verum & priuatas pro tuo preces  
E Imperio faciant, difficile: licet infinitas quis expendat pecunias, & innumeros exercitus  
moueatur, & quicquid operetur, non facile tot hominum affectionem ad se ipsum attrahe-  
re poterit, quod nunc tibi facile erit, & leue: nam & beneficijs affecti, & qui audierint pa-  
riter cum beneficio affectis erga te beneuolè disponentur. Quot pecunijs emisses, quot  
emisses laboribus, breui temporis momento totum Orbem acquirere, & omnibus futu-  
ris persuadere, vt quanta filijs suis optant, tanta & capiti tuo optarent? Si autem ab ho-  
minibus hæc; cogita quantam à Deo capies mercedem non tantum eorum quæ nunc  
sunt, verum & quæ post hæc ab alijs expeditur. Si vmquam enim contingat fieri ta-  
le quid, quale nunc factum est (quod Deus auertat) & iniuriam passorum aliqui in con-  
tumeliam operatos insurgere velint; benignitas & sapientia tua pro omni ipsis erit di-  
sciplina & admonitione; & erubescerent confundentur, tale disciplinæ exemplum ha-  
bentes, inferiores apparere. Itaque omnium posterorum eris præceptor, & palmam ipsis  
præri-

A RELIGIO-  
NE ARGV-  
MENTVM  
DVCI.

REMOVET  
CONTRARIA  
ARGV-  
MEN-  
TA.

EX HONE-  
STO ET VTI-  
LI PERSVA-  
DET.

præripies, licet ad ipsum philosophiæ verticem perveniant: non enim par est, quempiam A tantam incipere benignitatem primum, & ad alios respicientem, ab illis elaborata imitari.

A  
PIETATE  
ARGUIT.

Quocirca quicumque post te humanitatem & mansuetudinem quantumcumque exhibuerint, tu cum illis mercedem accipies. Qui enim radicem præbuit, hic utique & fructuum auctor est. Propterea nunc quidem nemo tecum humanitatis mercedem partiri potest: tuum enim solius meritum est. Tu verò cum omnibus posteris, si qui tales unquam appareant, ex æquo meritum dividere poteris, & tantam reportare partem, quantum in discipulis præceptores. Et si nemo talis fuerit, rursus tibi commendationes & laudes per singulas provenient generationes. Considera namque, quale sit, posteros omnes audire, quod tam magna civitate facta pœnæ & ultioni obnoxia, paupers factis omnibus, & horrefactis Ducibus & Præfectis & Iudicibus, & ne vocem quidem pro miseris illis rumpere audentibus; vnus accedens senex Dei sacerdotium gerens, ex ipso aspectu solo & nudo occurfu ad reuerentiam Imperatorem mouit: & quod nemini suorum concessit, vni hoc seni concessit, Dei leges reueritus. Etenim hoc quoque ipso non te parum, ô Rex, ciuitas honorauit, quòd me ad te Legatum misit: sententiam enim de te optimam & pulcherrimam protulerunt, quòd omni principatui tibi subiecto Dei sacerdotes præhonoras, et si viles esse contingat. Non ab illis verò tantum nunc venio, verum & ante illos à communi Angelorum Domino missus sum, vt hæc dicam mitissimæ & benignissimæ animæ tuæ: quòd si hominibus ipsorum peccata dimittatis, & Pater<sup>a</sup> caelestis lapsus vestros vobis dimittet.

\*Matth. 6.

Recordare igitur illius diei, quo omnes de actis rationem reddemus. Cogita quòd etiam si quid tibi peccatum est, omnes abluere præuaricationes per iudicium & sententiam istam poteris absque laboribus, absque sudoribus. Alij nempe Legati aurum & argentum & alia huiusmodi dona ferunt: ego verò cum sacris ad regnum tuum legibus veni, & pro donis omnibus has prætendo, & te Dominum tuum imitari supplico; qui quotidie à nobis contumeliam patiens, non cessat bona sua omnibus ministrare. Et ne confundas spem nostram, nec promissiones redarguas. Etenim & hoc cum alijs te scire volo, quòd si reconciliari velis, & pristinam ciuitati beneuolentiam communicare, & hanc remittere iustam indignationem, cum multa reuertar fiducia: si verò mente tua ciuitatem asperneris, non tantum ipsam non ascendam, nec ipsam solum videbo, verum & in reliquum negabo, & in aliam me ciuitatem conscribam. Ne mihi namque accidat in illam vnquam adscribi patriam, erga quam humanissimus tu & hominum cunctorum mitissimus pacari, reconciliarique non eligas.] hætenus ex Flauiani oratione Chryso-  
stomus, qui & subdit:

FLAVIANVS  
PERORAT.THEODO-  
SIVS PER-  
ORAT.

\*Luc. 23.

Hæc & his plura locutus, sic Regem confudit, vt idem fieret quod & in Ioseph contigit olim fieri. Sicut enim ille tunc fratres conspicatus, lugere quidem volebat, sed dolorem tegebat, ne simulationem interrumpere: sic certe & Rex lacrymabat quidem mente, non demonstrabat autem propter omnes præsentis: nec tamen vsque in finem æstum celare potuit, verum & inuitus redarguebatur. Post hanc enim concionem secundis non opus habuit verbis, sed vnum solum locutus est verbum, quod ipsum diademate multo magis ornauit. Quod autem hoc? Et quid admirabile & magnum est, si his qui nos contumelijs affecterunt, iram remittamus hominibus existentibus, cum & ipsi homines sumus? cum mundi Dominus in terram descendens, & propter nos seruius factus, & à beneficio affectis crucifixus, pro crucifixoribus suis Patrem orauerit, dicens: Ignosce illis: non enim sciunt quid faciunt? Quid igitur admirabile, si nos conseruis ignoscamus? Et quòd hæc verba non sunt simulatio, demonstrarunt quidem & reliqua opera, nec his minus illud quod nunc sum relaturus.

FLAVIANVS  
DIMITTIT  
VR.

Ipsam enim hunc sacerdotem secum communiter hanc solemnitatem celebrare volentem, inuitum properare & festinare coegit, & se ciuibus exhibere: Noui, inquit, quòd nunc ipsorum sunt animi perturbati, & multæ supersunt calamitatis reliquæ. Abi, consolare. Si gubernatorem viderint, nec præteritæ reminiscuntur tempestatis; verum & ipsam cristium memoriam omnem debebunt. Vt autem institit Pontifex perens vt filium suum mitteret: volens ille manifestè demonstrare, quòd omnem penitus iram mente detulerat: Orate, inquit, hæc auferri obstacula, hæc bella extinguere, & ego veniam omnino. Quid anima illa mitius esse possit? Confundantur Gentiles de reliquo: quinimo non confundantur, sed erudiantur, & proprium omittentes errorem,

ad

A ad Christianitatis virtutem redeant; nostram à Rege & Pontifice docti philosophiam.] hæc ipse.

Cum igitur constet oratione Flauiani, Theodosium fuisse placatum, commentum puto quod Sozomenus ait his verbis: Persuasit Flauianus adolescentibus qui ad mensam Imperatoris canere solebant, vt eas pronunciarent cantilenas, quæ in Antiochen-  
sum supplicationibus erant. Quo facto, ferunt Imperatorem humanitatis affectu perfusum, & misericordia victum, & confestim iram posuisse, &c.] Nihil enim prorsus de his Chryso-  
stomus, quæ primo loco fuerant collocanda: sed de Theodosij humanitate sic ipse subdit: Non enim hætenus tunc substitit pijsissimus Rex: sed & postquam ex vrbe sacerdos exiuit, & pertransijt mare, misit ad eum quosdam, sciscitans & satagens ne forte tempus tereretur, & ciuitati voluptatem dimidiaret, extra urbem solemnitatem peragens.

THEODOSI  
CVRA DE  
CELERI RE  
DITV FLA-  
VIANI.

B Quis pater mitis tantam de persecutis se contumelia curam egit? Dicam & aliam iustitiam. His enim expeditis, non festinauit, vt alius gloriæ cupidus, ipse litteras illam tristitiam soluentes deferre: sed quoniam maturius ibat, alium quemdam velociter equitare doctum mandauit præuenire, & bonæ ciuitati nunciâ afferre; ne ex redditus sui tardatione tristitia prolongaretur. Quod enim ipse quærebat, solum erat, non vt ipse veniret bona hæc deferens & voluptatis multæ plena, sed vt ocius nobis patria respiraret. Quos quidem fecistis, foris coronantes, & lucernas accendentes, & lectos ante officinas componentes, & tamquam nuper ciuitate nata, festum agentes.] hæc Chryso-  
stomus. sed quòd de lectis ante officinas paratis ait, puto intelligere thoros tricliniarum mensarum parari solitos in publicis epulis, quas magnæ lætitiæ tempore exhibere maiores consueverunt.

C Quod rursus ad hanc rem spectat: de clementia Theodosij non in parcendo tantum, sed quàm celerrimè veniam impertitam nunciando, Themistius quoque philosophus hæc habet: Se adeo mitem, benignum, mira quadam animi tranquillitate præditum erga omnes præbet, vt etiam maiestatis reos, & conuictos, damnatosque ab ipsa legum acerbitate exemerit, & ex Acherontis (vt ita dicam) faucibus ereptos; ad lucem & solem reuocauerit.] & post nonnulla de eius humanitate ista subdit: Tu autem non solum eos qui malis aliorum audiendis consilijs aures tantum suas accommodarunt, omni penitus culpa liberandos censēs, verum etiam improbis consultius pœnam remittis, & condonas. Quo facto cum nullum maius excogitari possit: ego tamen vocem ipso admirabilem emitto.] subdit idem mox de eiusdem Principis in indulgendo celeritate hæc quæ sequuntur:

D Nam cum nos omnes malorum tolerantiam ac clemenciam admiremur: tu ipsius etiam improbas tarditatem. Atque hoc illius est proprium, qui moleste ferat se veniam sceleris animaduersionem non præuenisse. Neque ea sententia, quam antea tulisti, celerior est ea, quæ postea est consecuta; quæ tarditate quid velocius fieri posset? Neque enim paulatim remittis iracundiam; neque reos paulatim timore periculi liberas; neque item iudicio iam peracto, quicumque insidet in animo, cuius stimulis adsumendum de aliquo supplicium impellaris. Sed calculus à dijs datus tristiori & acerbato longè antecedit, atque ita repente, vt iucundior illa tua vox & salutaris prius audiat, quam funesta & grauis. Memini ipse, me ingenti gaudio ac voluptate fuisse perfusum, cum audirem vocem ab homine ad hominem delatam, atque ea celeritate, vt eam quæ igni sit, significationem longè superauerit: quam ij qui speculantur, accensis facibus, suis ipsorum socijs afferre solent, dum alter alterum vel longè absentem ad sumendum arma excitare, aut de aliqua re alia vult admonere. ex quo illud etiam plerumque accidit, vt salutaris vox tua sublatas iam carnificum manus, suspensosque gladios inhibuerit. Hanc igitur tardam dicamus esse clementiam; cui stricti enses iam capiti imminentes locum dedere? & inferius: An ij forasse ferò & post longiusculum temporis spatium veniam sunt consecuti? An non repente, deposito omni timore, festos dies læti celebrarunt, tamquam ij qui nullius omnino criminis relictis essent? An non cum antea terrore percussi, fronte tristiore essent; pleni spe & fiducia facti sunt? &c.] Intelligis planè, puto, Themistium allusisse absque dubio ad Antiochenos maiestatis reos (de quibus est sermo) qui periclitantes sub gladio Iudicum, indulgentiam sunt consecuti, eaque tanta celeritate potiti, vt qui sub icu carnificis ingemiscerent, læti tamen Paschale festum peregerint.

Nam peruenit Antiochiam ab Imperatore cum ea indulgentia dimissus Flauianus  
Annal. Eccl. Tom. 4. B b b adco

CHRYSOSTOMI GRATIARVM ACTIO IN REDITV FLAVIANI. Chryf. hom. 20. ad populum Antioch.

adeo oportune, vt Pascha cum suis magno gaudio celebrarit: quo tempore Ioannes Chryso- stomus ad populum eam habuit concionem, in cuius exordio hæc habet: A verbo quo semper in periculorum tempore apud charitatem vestram exordiri consueveram, ab eodem inquam & hodie apud vos sermonem incipiam, & dicam vobiscum: Benedictus Deus, hanc nos vobiscum sacram solemnitatem cum gaudio & lætitia multa hodie celebrare dignatus, & qui caput corpori reddidit, & pastorem ouibus, præceptorem discipulis, militibus ducem, sacerdotibus Pontificem. Benedictus Deus, qui ex superabundanti facit quæ petimus, aut cogitamus. Nobis enim sufficere videbatur, instantibus malis interim abfolui, & pro hoc omnem faciebamus supplicationem: elementissimus autem Deus & datis petitiones nostras semper multo excessu superans, etiam patrem nobis omni spe celerius reddidit. Quis enim expectasset, quod tam paucis diebus & profecturus, & Regem allocuturus, & soluturus aduersa, & rursus ad nos tam breui reuersurus esset, vt sacrum Pascha posset præuenire & nobiscum celebrare: Sed eni inexpectatum hoc factum est: & patrem recepimus, & maiorem capimus voluptatem, ipsum nunc præter spem suscipiendo. Pro his, inquam, omnibus elementissimo Deo gratias agamus, &c. At de rebus Antiochenis hæctenus.

THEODOSIVS VRGET OLYMPIADEM VIDUAM AD NUPTIAS.

Hoc quoque tempore, antequam cum exercitu aduersus Maximum in Occidentem Theodosius proficisceretur, contigit Constantinopoli confectus ille eiusdem Imperatoris cum Olympiade vidua clarissima femina, quam nuper orbata viro conatus est idem Imperator coniungere in matrimonio Elpidio cognato suo Hispano homini. Describitur res gesta memoria quidem digna à Palladio in dialogo, necnon à Leone Augusto in rebus gestis S. Ioannis Chrysofomi. Sed antequam de his agamus, quæ nam qualisve fuerit Olympias ista, dicendum. Titulo sanè sanctitatis eadem in publicis tabulis Ecclesiasticis tam apud Latinos quàm Græcos notata reperitur, apud illos xvi. Kalendas Ianuarij, apud Græcos autem vi. Idibus Augusti, & in Menologio quidem hoc elogio: Vixit hæc sub Imperatore Theodosio, Arcadio & Honorio filijs, Anyfij Secundi Comitis filia, neptis Ablauj Præfecti, desponsata Nebridio, cum quo paulum temporis vixit, antequam cum eo copula iungeretur, sicque virgo simul & vidua permansit, &c.] Porro Palladius in Lausiacis de ipsa agens, Seleuci filiam dicit, quam Græci publicarum tabularum testificatione tradunt (vt dictum est) Anyfij Secundi filiam extitisse: sed fortasse pro Secundo Seleucus irrepfit librarium incuria in Palladium. Hæc ipsa autem cum Ablauj neptis dicitur, illius inquam Ablauj, penes quem summa rerum fuit temporibus Costantini scimus, Ammiano auctore, eidem fuisse filiam nomine itidem Olympiadem, desponsatamque Constanti Augusto, eo autem occiso, eandem nuptui fuisse traditam Arsaci Regi Armenia: quem & ipso exordio Valentis Imperij, à Persarum Rege dolose necatum affirmat, quæ superius diximus. quamobrem existimamus eandem postea nuptam Anyfio Secundo, ex quo genuerit hanc, de qua est sermo, Olympiadem iuniorem, quam Græci tradunt Ablauj fuisse neptem.

OLYMPIADES GENERIS CLARITUDO.

Greg. epist. 57.

NEBRIDIVS CONIUX OLYMPI.

Pallad. dialog. de Vita Chrysof.

Pallad. in Lausiac. c. 42.

Ammian. li. 27.

Pallad. in dialog. Vita Chrysof.

Tim. t. 3.

Hæc ipsa illa Olympias ad cuius nuptias cum ingens inuitata accurrerit Episcoporum multitudo: quod ipse Gregorius Nazianzenus iisdem nuptijs interesse minimè valuerit podagra laborans, ad Anyfium scripta epistola se excusat: sed donum misit omni mundo celebrius ac pretiosius, nempe carmen pareneticum loco epithalamij nuptialis: extat ipsum quidem dignum auctore, & cui missum est, Olympiade clarissima femina. Cum autem hanc constet viuentem patre Anyfio nuptam fuisse, errore labitur Palladius, dum ait pupillam traditam matrimonio. Quod verò Græci habeant in Menologio hanc Nebridio nupti traditam, Palladius verò dicat nurum fuisse Nebridij: conciliari eo modo inter se possunt auctores, vt filio illius Nebridij clarissimi viri sub Constantio Imp. Præfectura Prætorij insigniti, cuius meminit Ammianus, Nebridio item dicto coniuncta fuerit matrimonio Olympias, de qua agimus, Hæc autem postquam cum viro suo (vt Palladius habet) viginti tantum menses impleffer, illo defuncto locupletissimi heres patrimonij, cum sic absque alijs nuptijs, Deo vacans, vitam tranquillam ageret, à Theodosio Imperatore ad secunda vota sollicitatur. Quid verò tunc ipsa: ita Palladius h:

Audi, inquit, maiorem ipsius quoque virtutem. Pupilla namque coniuncta viro, permissa non est à præscio omnium Deo, qui hominum præuidet exitus, carnis seruare voluptati, viginti integros menses viro eius mature subtracto. Fertur autem virgo esse: nam Apostolica

OLYMPIADES CERTA MEN CVM THEODOSIO.

A stolica legi renuit seruire dicenti: Volo adolescentiores viduas nubere, matres familias esse: & quidem cum & genere & opibus & eruditione singulari & ingenio liberali & forma & ætate flore præcelleret, sed Dorcadis in morem, sæculi commubij laqueos constanti voluntate transfiliens. Iusto enim lex posita non est, sed non subditis, profanis, & qui corruptelæ inexplēbiter inhiant.

Contigit autem diaboli inuidia, vt huius immatura viduitas ad aures Theodosij Principis perueniret. Qui hanc Elpidio cuidam cognato suo Hispano coniungere in matrimonio cupiens, cum post plurimas preces id obtinere nequiuisset, tristabatur. Ad quem illa: Si, inquit, me vellet Rex meus copulari viro, numquam priorem mihi abstulisset: Quoniam autem me parum idoneam coniugali vitæ cognouit, viroque placere minime valentem, & illum iugali vinculo absoluit, & me grauissimo iugo virilis seruitutis eripuit, suaue continentia iugum ceruicibus meæ mentis imponens. Hoc responso accepto, Theodosius Præfecto Urbis mandauit, vt omnem eius substantiam custodiret, quousque trigessimam ætatis impleffer annum. Ille accepta procuratione regia, eam adeo vexabat ab Elpidio submissus, vt nullam haberet facultatem vel cum insignibus Episcopis congregandi, vel ecclesiam ipsam ingrediendi, vt his angustijs coacta, præ angore animi, coniugalem eligeret vitam. Illa è contra his oblectata magis, & Deo gratias referens, Imperatori ita rescripsit:

Et Imperatori debitam, & congruam Episcopo virtutem in me humilem ostendisti, mi Domine, mandans graue onus meum custodiri, cuius me dispensationis cura macerabat. Erit autem gratius, si iusseris id pauperibus & Ecclesiæ diuidi. Ego enim iamdudum à vanitate, quæ solet ex hac largitione subsequi, metuebam, ne terrenis implicata, negligerem diuitias naturales.] ita Olympias ad Theodosium: eadem ferme cuncta Leo Augustus de ipsa in rebus gestis Chrysofomi habet. Porro res Olympiadis ipse Theodosius hoc anno proficiscens cum exercitu contra Maximum hoc statu reliquit. Quid autem reuersus egerit, idem Palladius sic enarrat: Theodosius ita postmodum reuersus à bello, quod contra Maximum feliciter gesserat: cum illius tolerantiam, laboremque comperisset, in sua eam libertate esse iussit. hæc ipse.

Quod verò eandem Olympiadem ferme omnes virginem prædicent, audi quid ad ipsam scribens dicat Chrysofomus: Nec verò, inquit, sermones meos propterea carpe, quod te in virginum chorum & classem adscripserim, quæ in sanctarum illarum chorea vixisti: sepe enim me tum priuatim, tum publice audisti, cum quæ virginitatis definitio esset, explicarem, illudque contenderem, nihil vnquam impedimento fore, quo minus ea in virginum numerum & ordinem referretur, immo etiam eas longo interuallo superaret, quæ in ceteris rebus ingentis philosophiæ specimen edidisset. Eaque de causa Paulus etiam cum virginem describeret, non eam dumtaxat, quæ matrimonij virilisque concubitus experta esset, virginem appellauit, verum etiam ipsam, cui ea quæ ad Dei cultum pertinere, curæ essent.] subdit de decem virginibus Christi parabolam, qua virgines prudentes non tam corporis integritate, quàm incorruptione morum & bonorum operum luce definiuntur, distinguunturque à virginibus fatuis. Quibus planè videas ipsum Ioannem Chrysofomum postremum tribuere Olympiadi virginitatis genus potius, quàm primum.

Hæc autem in sua in omnibus potestate relicta, quodnam initum profecuta fuerit vitæ genus, idem Palladius ita subdit: Abstinet illa, quidem animatis omnibus, balneisque nunquam adit. Quod si infirmitatis necessitas vrgeat (crebris enim passionibus & morbis atteritur) induta camisia descendit in aquas: veretur enim (vt aiunt) & se ipsam.] paulo verò post: Scio, inquit, hanc sanctum Nectarium Episcopum Constantinopolitanum plus fuisse admiratum, adeo vt in Ecclesiasticis quoque rebus mulieri obtemperaret. Amphilochium verò Iconij Episcopum, & Optimum Præfulem in Ponto, & Petrum Sebastia Antistitem Basilij fratrem, & Epiphanium Constantia Cypri Antistitem, sanctos viros quid memorem? quibus illa & pecunias donauit & villas. Optimo certè, dum Constantinopoli moreretur, ipsa oculos manibus suis claudit, &c.] subdit his quoque Leo Augustus, hanc ob insignia virtutum merita, licet nondum annis ad munus aptam, creatam tamen fuisse Ecclesiæ Constantinopolitanae diaconissam; quod ministerium expleuit magna totius Ecclesiæ laude, adeo vt ne leuem quidem inuidis & obtreclatoribus necdum dicendi, sed nec suspicandi de se aliquid indignum

occasionem dederit. At de Olympiade hætenus: longè plura sunt quidem, quæ de ipsa inferius suis locis dicturi sumus. Iam Theodosium expeditionem parantem in Maximum prosequamur.

EXPEDITIO THEODOSII ADVERSUS MAXIMUM.

Hier. ad Cie. siphon. adu. Pelag. Aug. de Civ. Dei lib. 5. c. 16.

THEODOSIUS CONSVLIT IOANNEM MONACHUM DE IVVRA PVGNA. Ruffin. li. 2. cap. 32. Eug. Vit. sanct. Vir. cap. 1.

QUID THEODOSIUS CVN SENUPHIUS. Apud Me. taph. die 31. Ianuary.

Profecturus ipse aduersus tyrannum, in primis quibus valuit pietatis armis conatus est, conciliando sibi diuinum numen, exercitum communire. Siquidem persentens, magno momenti opus aggredi, dubiam iacere aleam, remque tentare periculosam, à Deo diuersis modis sibi implorare suppetias laborauit, utpote qui optimè sciret Dei munus, atque diceret vna cum Dauid: In Domino faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deduceret inimicos nostros. Ad hæc planè respiciebat, quod ait ad Flavianum; ut precibus apud Deum contenderet extingui bella. Sed & in eo maximè eiusdem pietas commendatur, quod tanti ponderis prælium auspiciaturus, Legatos in Ægyptum misit ad sanctos ibi agentes anachoretas, quos pro se certantes precibus habere voluit pugnaturos. Inter alios autem Ioannem sanctissimum monachum, quem S. Hieronymus magnopere laudat, per eisdem consuluit de dubio belli euentu. Testatur id quidem S. Augustinus, dum ait:

Cum Maximum terribilem faceret ille successus nempe obitus Gratiani cum fuga Valentianiani hic (Theodosius scilicet) in angustijs curarum suarum non est lapsus ad curiositates sacrilegas atque illicitas: sed ad Ioannem in Ægypti eremo constitutum, quem Dei seruum prophetandi spiritu præditum, fama crebrescente didicerat, misit, atque ab eo nuncium victoriæ certissimum accepit. hæc Augustinus, quæ & probauit euenus: eadem habet quoque Ruffinus. Multa de eodem Ioanne narrat Euagrius, & inter alia hæc quæ ad Theodosium eiusque duces spectant: Imperatori, inquit, Theodosio, vel quos belli exitus habiturus esset, vel quibus modis victoriam caperet de tyrannis, sed & quot irruptiones passurus esset gentium barbararum, sæpe prædixit. Quodam etiam tempore cum gens Æthiopum Romanum militem circa Cytenen: (quæ prima est ex Æthiopiæ partibus Thebaidis ciuitas) incurfaret, & strages plurimas nostrorum dedisset, prædamque duxisset, venienti ad se Romano duci, & metuenti confingere cum eis, eo quod exiguus ipsi erat militum numerus, & hostilis contra se innumera multitudo: Ioannes statutum designans diem: Perge, inquit, securus: die enim qua dixi, & hostem prosternes & spolia capies, prædamque reuocabis. Quod cum fuisset impletum, etiam apud Augustum quod carus acceptusque futurus esset prædixit. hæc ibi: quæ recensuisse volumus, quod existimemus horum fama ipsum innotuisse Theodosio Imperatori, qui eo modo eundem sanctum de futuro belli euentu, ut diximus, interrogarit.

Rursum verò ad bellicam expeditionem plurimum conferre idem Imperator existimauit, si secum duceret celeberrimū quemdam monachum, Senuphium nomine, quem per Theophilum Alexandrinum Episcopum accersiuit, qui prætextu quodam, quasi ipsa ciuitas in magno discrimine esset, eum ad se vocauit. Quid autem tunc ille, Acta Cyri & Ioannis docent his verbis: Cum intellexisset Theodosius, quod in Scete (est autem hæc solitudo in Ægypto quidem sita, sic nominata) philosophabatur vir quidam genere & ipse Ægyptius, maximorum sanè effector miraculorum: scribit protinus ad Theophilum Alexandria Episcopum, iubens ut efficiat, quo vir ille admirabilis quamprimum veniat Constantinopolim. Eis autem litteris quoque continebatur, quod eius aduentu opus esset. Ille verò, ijs acceptis, statim ad eum venit, & datis litteris, preces Imperatoris, & vsu, qui virgebat, significat. Deinde etiam ipse quoque ex se facit quod potest, vehementer rogat, orat, supplicat, ne preces despiciat Imperatoris, neque suos vilipendat labores, sed veniat ad ciuitatem, & bellum, quod in eam paratur, suis auceat precibus, & à tanto periculo & metu eam liberet, utpote quod in eius potestate situm sit, ut ciuitas vel salua sit, vel intereat. Admirabilis autem ille Senuphius (hoc enim nomine vir ille vocabatur) primum quidem, ut consentaneum est, ne rogaret prohibuit, non ad mensuram eius quam habebat gratiæ, sed ad mensuram potius eius qua erat diues humilitatis aspiciens: Magna est, inquit, mea in ciuitatem beneuolentia, & ipsam valde saluam esse cupio, sed non voluntatem quoque vires sequuntur ex ea quæ est ad Deum fiducia. Quinetiam rogauit ipsum Alexandrinum Episcopum, ne de eo talia sentiret, neque eum putaret vulgo antecellere.

Cum autem eum ipse omnino non dimitteret, nec sciret magnus quidnam faceret Senu-

A Senuphius: discessum quidem suum pulchrè differt, dat autem sic quoque auxilium, idque facit admirabilis. Nam & statim stetit ad Orientem: & cum superhumerali & baculum in cælum sustulisset: Domine Deus, inquit, Deus exercituum, da huic meo superhumerali & huic baculo, ut tantum possit quantum ego ipse, si illic adessem. Hæc cum Deo dixisset: quæ habebat in manibus, dat statim Pontifici: Hæc accipe, dicens, & mitte statim ad Imperatorem: ille autem superhumerali quidem imponat capiti, baculum verò manu ferat: deinde cum manus opus fuerit conferere cum hostibus, præcedat omnes alios, & audacter procedat aduersus inimicos: Nam si ego quidem possim à Deo exaudiri, existimo fore, ut ipse sit illis terribilis, & sine sanguine gloriosam referat victoriam.

SENUPHIUS BACVLVM ET SVPERHUMERALI AD THEOD. MITTIT.

B Hæc cum ad Imperatorem lubenter essent allata: ille quidem munit caput superhumerali quauis galea tutius, baculo autem munit dexteram lancea longè validius, & hac ratione confidens fore, ut hostibus videretur terribilior, quàm olim (ut aiunt) claua Hercules. Iam accedentibus hostibus, ipse primus præcedit ducens totum exercitum. Propter Senuphij autem ad Deum orationem nulla erat dilatio, sed res statim finem accipiebat. Simulac enim eum viderunt barbari, admirati ipsum tamquam vnum ex cælestibus, ad fugam statim spectabant, & pedum virtutem laudabant: fugiebant verò non aliquo certo ordine, ut qui non essent omnino obliti virium, sed ut qui essent amoræ mentis, & perterriti, alij alio dispersi, terga volentibus facilia, expedita venatio, secura persecutio, & libera ab omni periculo: ipsi potius propter fugam, quæ erat sine villo certo ordine, plagas & vulnera atque adeo mortem sibi inuicem conciliantes: adeo ut Imperator non solum sine sanguine, sed etiam sine villo labore hanc victoriam retulerit.

C Festum ille nominauit hunc diem, & nunc quoque post tantum tempus magnificè celebratur ab Alexandrinis: nominatur ab eis ἐπιμνησθησιν ab imagine: ab eis enim Imperatori facta est quædam statua eo quo tunc modo armata, & capite quidem superhumerali induta, dextera autem tenens baculum.] hætenus ibi: recitat breuiter hæc eadem Glicas, sed quo potissimum tempore, num cum aduersus Maximum hoc anno, an postea cum aduersus Eugenium profectus est, vel alijs bellis decertauit, id acciderit penitus ighoratur.

Glic. Annal. part. 4.

Quod vero ad tempus eius in Occidentem aduentus aduersus Maximum spectat, non sequimur Marcellinum, qui sub anni superioris Consulibus illum collocat. nam cum multa eius sententia aduersentur, quibus (ut vidimus, cum egimus de rebus Antiochenis) ipsum constat tempore Quadragesimæ hoc anno egisse Constantinopoli, rescipia etiam hoc eodem anno ab ipso in Oriente data planè declarant, non ante præsentem annum Theodosium ipsum aduersus Maximum profectum esse. Hoc enim anno, mensè Martij, Thessalonice aduersus hæreticos ista sanciuit, quibus ad futuram victoriam eo modo viam præuia pietate constrauit, dum primum expugnat impietatem, eius sectatores exagitans ipsis legibus:

THEODOSIUS IN EXPEDITIONE SCRIBIT CONTRA HAERETICOS.

Appollinarianos, ceterosque diuersarum hæresum sectatores ab omnibus locis inbeamus inhiberi, à mœnibus vrbium, à congressu honestorum, à communionem sanctorum: instituendorum clericorum non habeant potestatem: colligendarum congregationum vel in publicis vel in priuatis Ecclesijs careant facultate: nulla ijs faciendorum Episcoporum præbeat auctoritas: ipsi quoque Episcopi nomine destituti appellationem huius dignitatis amittant. Adeant loca, quæ hos potissimum quasi vallo quodammodo ab humana communionem secludant. His etiam illud necimus, ut supramemoratis omnibus adeundi atque interpellandi serenitatem nostram aditus denegetur. Dat. vi. Idus Martij Thessalonice, Theodosio A. II. & Cynegio Coss.] adiecit & alias in eodem procinctu Theodosius aduersus hæreticos sanctiones, ut eam quæ sequitur, his verbis ad Tripholium scribens:

l. 1. de her. C. Theod.

l. 1. de her. C. Theod.

Omnes diuersarum perfidarumque sectarum, quos in Deum miseræ vesania conspirationis exerceat, nullum vquam sinantur habere conuentum, non inire tractatus, non cœtus agere secretos, non nefariæ præuaricationis altaria manus impiæ officijs impudenter attollere, & mysteriorum simulationem ad iniuriam veræ religionis aptare. Quod ut congruum sortiatum effectum, in specula sublimitas tua fidelissimos quosque constituat, qui & cohibere hos possint, & deprehensos offerre iudicijs, seuerissimum secundum præteritas sanctiones & Deo supplicium daturos & legibus. Dat. xviii. Kal. Iul. Stobis,



Theodosio A. 11. & Cynegio V. C. Coss.] quo etiam mensē hęc quoque salubriter sanxit: Nulli egresso ad publicum vel disceptandi de religione, vel tractandi, vel consilij aliquid deferendi pateat occasio. Et si quis posthac ausu graui atque damnabili contra huiusmodi legem veniendum esse crediderit, vel insistere motu pestifera persequerentis audebit; competenti poena & digno supplicio coerceatur. Dat. xv. Kal. Iul. Stob. Theodosio A. 11. & Cynegio V. C. Coss.] ac rursus ad eundem aduersus Arianos speciatim hęc edidit:

Nonnullos Arianorum formam nostrarum talem proferre iussionum comperimus, vt his liceat vsurpare, quę suis videantur vtilitatibus conuenire. Qua sublata, sciant nullam huiusmodi iussionem ē nostro sacrario profuxisse. Quicquid itaque fuerit ab his pro eorum commoditate prolatum; vt falsi reus teneatur, qui deinceps ea circumtulcrit. Dat. v. Idus Augusti Constantinop. Theodosio A. 11. & Cynegio Coss.] at perperam factum putamus vt in Codice, loco acceptę sanctionis, data ponatur Constantinopoli: quam edidisse putamus, cum iam in Italiam aduentasset, illosque ea lege exagitare Arianos voluisset, qui rescripto Valentini, de quo suo loco superius actum est, dato pro Arianis sectantibus professionem Ariminensem, vterentur tamquam ab ipso Theodosio edito, eo quod ex more amborum Imperatorum nominibus haberetur inscriptum.

Cum autem ad Arianos Constantinopoli agentes eiusmodi Imperatoris rescriptum perlatum esset, astuantes in eum ira, quodnam immane scelus admiserint, proximē dicturi sumus. Cum vero tot hoc anno aduersus hæreticos extent à Theodosio promulgatę leges, alięque ab eodem editę plures sint superius à nobis recitatę: nescimus quo modo Socrates illud affirmet, eundem Imperatorem omnibus hæreticis, exceptis Eunomianis, concessisse priuatos in domibus conuentus agere, & Ecclesias extra ciuitates construere. Ex his enim & alijs superius recitatis manifesti erroris arguitur: cum in eo totus Theodosius fuisse appareat, atque hoc præsertim anno studiosius incubuerit, vt omnes hæreticos omni conuentu excluderet, ac locis interdiceret.

Accidit quidem prosperę feliciterque Theodosio, cum manu altera aduersus hæreticos pugnans, altera Maximum debellarit. Cuius belli progressus à Zosimo copiosius quam ab alijs describuntur: nobis hic satis eos summam reddere. Magnus planē merendusque fuit ad præsens conficiendum bellum, quo de summa totius Romani Imperij decerneretur, Maximi apparatus terra marique dispositus. Siquidem Andragathium classi præfecit, qua mare Ionium asseruaret, si forte per illud Theodosius transmittere tentaret exercitum; Marcellinum fratrem terrestribus copiis custodire iussit Italiae aditus; ipse verò cum victore semper exercitu in Pannoniam progressus est, occursum hosti, si ea via tenderet in Italiam. Theodosius igitur veniens, Maximum Sciscie cum exercitu confidentem inuenit, eundemque commisso magna virtute certamine, profligauit, qui se Aquileiam fuga lapsus recepit. Procedens itaque ulterius Theodosius, fugientem hostem persecutus, apud Petauionem Marcellinum cum alio exercitu agentem inuenit, quem pariter bello superato æque fugauit.

Duabus his adeo ingentibus diuino fauore victorijs partis, vt quod reliquum belli superesse videretur, eadem celeritate conficeret, Aquileiam contendit, ibique Maximum agentem obsedit; qui à suis militibus captus, indutusque insignibus Imperatoris, ad Theodosium victus perductus est: cuius infelicem statum Theodosius commiseratus, oculis cum ad parcendum compositis aspexit: cum milites indignati, eundem Maximum à conspectu Theodosij abstrahentes, abscisso confestim eius capite, necauerunt, ne miserendi ipsi Theodosio locus esset. nam & Pacatus: Raptus ergo, inquit, ab oculis, & ne quid licere posset clementię, inter innumeras manus fertur ad mortem.] quod factum sexto Kalend. Septembris affirmant. Cum paulo post Andragathius classis Præfectus, audita Maximi nece, se precipitem dedit in fluctus: eo namque modo proditor Gratiani, vt par erat, interijt. Secutaque est mors Victoris pueri, Maximi filij, iam à patre Augusti nominati, quem Arbogastes Comes prodicione confecit, puerulum apud matrem relictum in Gallijs. Hęc ex Zosimo, Pacato, & alijs perbreuiter enarrauimus. Victoria quidem, præ magnitudine sua, tanta temporis breuitate, de tot exercitibus obtenta, tam incruenta, tantumque proficua, qua Gallia, Hispania, Britannia, Italia, & omne denique Occidentale Imperium recuperatum fuit, & Orientale tutum redditum, ore omnium celebrata & decantata vocibus fuit, vt pote quę nutu planē diuino intelligeretur obtenta,

\* 1. 2. de his qui super relig. contemp. C. Theod.

\* 1. 16. de his res. C. Theod.

\* Socrat. lib. 5. cap. 20.

\* Zosim. lib. 4. THEODOSII BELLUM CVM MAXIMO.

MAXIMVS VNICTVS AD THEODOSIUM DVCTVS.

\* Socrat. lib. 5. cap. 14. Paul. diacon. c. alij.

\* Zosim. lib. 4. Pacat. in Pa. negy.

A

B

C

D

E

A inclamante in Maximum desuper voce sanguinis innocentissimi Gratiani, fauentibus vero Theodosio precibus sanctorum monachorum, vna cum indulgentia Antiochenis concessa, pietateque in exturbandis hæreticis pro ipso pugnante, quibus & alijs probè factis caelestes sibi conciliauit exercitus.

Retexit S. Ambrosius tot tantaque hæc à Deo impartita Theodosio beneficia, cum ad eum pro Thessalonicensibus paulo post rogaturus epistolam scripsit, qua inter alia ex Dei persona ita hominem interpellat: Ego tibi inimicum tuum in potestatem tuam captiuum deduxi. Frumentum non habebas ad exercitus alimoniam: ipsorum hostium manu patefecit tibi portas, aperui horrea, dederunt tibi hostes tui commecatus suos, quos sibi parauerant. Ego perturbati hostis tui consilia, vt se ipse nudaret. Ego ipsum vsurpatorem Imperij ita vixi, ac mentem eius ligavi, vt cum haberet adhuc fugiendi copiam, tamen cum omnibus suis, tamquam metuens ne quis tibi periret, ipse se clauderet.] hæc idcirco Ambrosius, quod cum liberum fuisset Maximo repetere Gallias, se inclusit Aquileia: vt merito & hæc de eo Pacatus: In oppidum semet Aquileiense præcipitat, non vt vitam funderet resistendo, sed ne poenam frustrando differret, &c.] Sed subdit Ambrosius ex eiusdem persona numinis: Ego Comitem eius atque exercitum ex altera parte naturę, quos ante disperceram, ne ad belli societatem coirent, ad supplementum tibi victorię congregavi. Ego exercitum tuum ex multis indomitis conuenam nationibus, quasi vnus gentis fidem, tranquillitatem & concordiam seruare præcepi. Ego, cum periculum summum esset ne Alpes infida barbarorum penetrarent concilia, intra ipsum Alpium vallum victoriam tibi contuli, vt sine damno vinceret. Ego te triumphare feci de inimico tuo.] & inferius de tribus illis Theodosij victorijs Francorum & Saxonum ope reportatis hæc ait: Ille igitur, nempe Maximus, statim à Francis & à Saxonum gente in Sicilia (ubi Andragathius cum classe erat) Sciscie, Petauione, vbique denique terrarum victus est.]

Hic Maximi tandem finis fuit, quem præstabat auscultasse Martino ipsum admonenti ne transiret Alpes, quod si faceret, interitum sciret sibi in Italia præparatum. De interitu Maximi agens Gilda Sapiens: Apud Aquileiam, inquit, vrbem capite nefandè cæditur, qui decorata totius Orbis capita regno quodammodo deiecerat. Exin Britannia, omni armato milite militaribus copijs, rectoribusque licet immanibus, ingenti iuuentute spoliata, quę comitata vestigia supradicti tyranni, domum nusquam ultra redijt, & omnis belli vsu penitus ignara, duabus primum gentibus transmarinis vehementer sauis, Scotorum à Circio, Pictorum ab Aquilone calcabilis multos stupet gemetque annos.] Sic igitur & tyrannus tyrannique prima sedes, & gens quę illi in tyrannidem fauit, eiusmodi dirum supplicium luit.

At quod ad Theodosium pertinet: non tam victorię claritudine, deletis penitus hostibus, illustratus est, quàm clementia atque benignitate eluxit in primis erga hostes, dum (vt ait Pacatus) duobus aut tribus furiosi gladiatoris lanistis in belli piaculum caesis, reliquos omnes venia complexa, velut quodam materno sinu clausit. Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta: nemo affectus, nemo nota, nemo contumacia, aut denique castigatione perstrictus, culpam capitis aurium saltem molestia luit. Cuncti domibus suis, cuncti coniugibus ac liberis, cuncti denique innocentia (quod est dulcius) restituti sunt. Vide, Imperator, quid hac clementia consecutus sis: fecisti vt nemo tibi victus et victore videatur.] At quid in ipsos propinquos cum postea scripsit: Inimici tui filias reuocasti, nutriendas apud affinem dedisti: matri hostis tui misisti de arario tuo sumptus.] ita ipse. Sed cui hæc adeo pulchra accepta ferenda: equidem S. Ambrosio Episcopo, qui (vt dicemus) tunc Aquileia erat, atque de his omnibus Theodosium interpellauit, quod testatur epistola postea ad ipsum scripta, cum ait: Debeo beneficijs tuis, quibus me petente liberaisti plurimos de exilijs, de carceribus, de vltimæ necis poenis, &c.] quam epistolam hoc anno ab Ambrosio ad eum datam esse, dicemus.

Sed & inde quoque summam consecutus est Theodosius laudem, cum occiso Maximo, absque aliqua contouersia summa rerum potitus, voluit tamen cum Valentiniانو partiri Imperium, dum non tantum Italiam, ex qua deiectus à tyranno fuerat, illi restituit, sed adiecit & Gallias, Hispanias, atque Britanniam. De his enim agens S. Augustinus,

QVANTA DEVS LARGITVS THEODOSIO. Ambros. epist. 29.

\* Gil. de excid. Britan. BRITANNI SECVTI MAXIMUM MALE PERIERE.

CLEMENTIA THEODOSII ERGA VICTOS. Pacat. in Pa. negy.

\* Ambros. epist. ad Theodos. 29.

\* Ambros. epist. 29.

Aug. de Civ. Dei l. 5. c. 25. THEODO- SIVS RESTI- TVIT REG- NVM VA- LENTINIA- NO. Suid. verb. Valentinianus.

nus, factum commendans, sic ait: Mox tyranni Maximi extincor, Valentinianum pue- rum Imperij sui partibus, vnde fugatus fuerat, cum misericordissima veneratione resti- tuit.] hæc ipse. Sed maiorem inde meruit Theodosius gloriam, quod eundem Valen- tinianum à matre Iustina impietate corruptum, Catholicæ reddidit disciplinæ, ostendens illi ea de causa ipsum commersisse à Maximo è regno depelli, quod inhærens matri, fi- dem Catholicam depulisset. Recitat verba Theodosij ad Valentinianum tunc dicta Sui- das<sup>b</sup>, quæ sic se habent: Cum autem venisset Valentinianus ad Theodosium, in recta fi- de est institutus: Dicebat enim ei Theodosius, Imperatoriam aciem stare non armis, sed iustis causis. Et noui, inquit, Valentiniane, religiosissimos Imperatores, quiescente exer- citu, victoriam obrinuisse, & hostes subactos, tributarios factos esse, periculo antegresso. Sed & Constantinus Magnus erectum Licinium tyrannum naufragio trucidauit. Sic etiam Valentinianus pater tuus feliciter Imperium & ab hostibus illasum gubernauit, Deo cum B defendente, innumerabilibus prælijs victor, multis & diuersis barbaris sublatis. Valens verò patruus tuus Deum diuellens, inquinavit Ecclesiam, homo profanus cæde sancto- rum & sacerdotum relegatione: diuinaque prouidentia à Gothis oppugnatus, combustus est. Rectè Christum colitis, qui non immerito te eiecit. Incredulitas tua Maximo facul- tatem dedit. Si Christum non videmus, quem inuocabimus pugnaturi? Hæc & plura etiam his admonitus à Theodosio Valentinianus ad fidem rectam adductus est.] hucus- que Suidas. Sed contigerunt hæc, cum in Oriente profugo eidem Valentiniano ipse Theo- dosius occurrit.

THEODOSII AQUILEIAE DATARE- SCRIPTA. c. l. 6. de instr. mand. his qua sub ty- rannia.

Manfit hoc anno Theodosius Aquileiæ, necnon Mediolani, sequenti autem (vt dice- mus) Romam se contulit. Aquileiæ verò dum esset, ad Tripholium Præf. Præt. aduersus res à Maximo gestas ita rescripsit: Nullus sibi honorem audeat vindicare, quem tyranni- ca concessit audacia: sed ad pristinum statum damnata præsumptio reuocetur. Dat x. Kal. Octob. Aquileiæ, Theodosio II. & Cynegio Coss.] non sunt hæc contraria, vt apparent, ijs quæ nuper diximus ex Pacato, collatos à Maximo honores à Theodosio sublatis: nam hæc puto intelligenda de his qui à Maximo fuerant iisdem magistratibus spoliati, quos pristinis dominis hac voluit decreta lege restitui.

de instr. mand. his qua sub tyran.

Mense verò Octobri idem Theodosius Mediolanum se contulit, vbi cum esset, itidem aduersus Maximi acta eiusmodi edidit sanctionem:

Socrus lib. 6. cap. 2.

Omne iudicium, quod vasa mente conceptum, non iura reddendo Maximus infan- dibilis tyrannorum credidit promulgandum, damnauimus. Nullus igitur sibi lege eius, nullus iudicio blandiatur. Dat. sexto Idus Octobris Mediolani, Theodosio A. II. & Cynegio Coss.] At non prætereat quod hoc ipso anno, antequam Maximus victus esset, misit Theophilus Episcopus Alexandrinus Legatum Isidorum in Italiam cum litteris atque muneribus, vt alterutri qui vinceret, eadem traderentur. Meminit huius legationis Socrates, vbi ait: Cum Imperator Theodosius contra Maximum tyrannum proelio de- certaret, Theophilus per Isidorum munera ad Imperatorem cum binis litteris misit, præ- cepitque vt victori & munera & alteras litteras offerret. Isidorus, quo hoc negotium obi- ret, Romam contendit, victoriamque sedulo obseruat. Verum illud factum non diu in obscuro fuit: nam lector illius, qui vna cum illo aderat, litteras clam subripuit. Vnde Isi- dorus metu perculsus, absque mora Alexandriam profugit. Hæc quidem causa fuit, cur tantopere postea à Theophilo fuerit pro Isidoro laboratum.] hæc Socrates. Bis sanè Isi- dorum hunc, virum spectatum valde, venisse Romam, Palladius<sup>e</sup> tradit, primò cum Atha- nasio, postea verò, nempe hoc tempore, cum Demetrio Episcopo: prædiuitemque fuisse E affirmat, ita tamen, vt (quod ait) omnia Christi amore in pauperes fuerit elargitus. Felix hic namque, nisi Originis venena potasset, vt dicemus, cum ab eodem Theophilo alia functus est legatione in Palæstinam, de qua suo loco. Hunc quidem primò monasticam vitam exercuisse in Nitria, inde verò adscitum in presbyterum Ecclesiæ Alexandrinæ, idem tradit Palladius, qui eum nouit. At ne quis duos putet, quod interdum presbyte- rum, interdum verò monachum nominet: sciendum est, vnum eundemque Isidorum monachum atque presbyterum fuisse.

Pallad. in Iustine. cap. 10.

Socrus lib. 5. cap. 13. Socrus lib. 7. c. 1. 4.

Iam verò antequam reliquas res à Theodosio Mediolani gestas prosequamur: quæ nam acciderint Constantinopoli, tempore quo Theodosius pugnabat aduersus Maxi- mum, dicere opus est, quæ à Socrate narrantur his verbis: Eodem temporis momen- to, quo Imperator ad hoc bellum aduersus Maximum faciendum omni studio incumben- bar,

ARIANUM QUID PRAE- SVMPSE- RINT CON- STANTINUM.

A bar, Constantinopoli ab Arianis tumultus tali de causa commotus est. Solent homines, de rebus quas non norunt, sermones nonnumquam confingere: & si quando fuerint oc- casionem nacti, rumores de rebus, quarum cupiditate ducuntur, multo maximos exci- tant, vt pote perpetuò rerum nouarum appetentes. Quod quidem in ea ciuitate tum vsu venit. Nam de bello, quod longè ab illis gerebatur, alius aliud commentus, rumorem de- co dissipauit: spem scilicet animo concipiens, belli euentum Imperatori in dies minus prosperè successurum. Etenim quamuis in bello adhuc nihil esset confectum, tamen illi res quas non norunt, iuxta ac si easdem oculis aspexissent, narrarunt, dixeruntque tyran- num copias Imperatoris profligasse, hunc & illum militum numerum in pugna cecidisse, atque adeo ipsum Imperatorem à tyranno propemodum captum fuisse.

Ariani itaque graui tum animi perturbatione commoti (discruciantur enim, eccle- sias intra urbem & ab illis, quos ipsi ante persecuti fuerant, occupatas) varios rumores dis- seminarunt. Et quoniam alia quædam diuersa ab illis quæ narrabantur, eos etiam qui ru- morum erant auctores, ad credendum ita induxerunt, vt ea quæ ipsi confinxerant, non conficta, sed vera esse putarent (nam alij qui ea auditione pereceperant, ipsis rumorum auctoribus confirmabant, non aliter habere, atque ab illis audierant) Ariani ideo ani- mis de integro considerare, facinus aggredi: Nectarij Episcopi domum iniectis facibus in- cendio vastare cœperunt.] Cum verò paulo post de ingenti Theodosij victoria nuncium Constantinopolim perlatum esset: multo illi timore concussi, Arcadium Theodosij fi- lium, qui aderat, supplices petentes veniam conuenere: cum ille pro ipsis ad patrem scrip- sit, qui ijs noxam precibus Arcadij rogantis remisit: de quibus hæc Ambrosius: Con- stantinopoli dudum domus Episcopi incensa est, & filius clementiæ tuæ intercessit apud C patrem, vt & suam, hoc est, filij Imperatoris iniuriam, & domus sacerdotalis incendium non vindicares. Non consideras, Imperator, ne & hoc cum vindicari iusseris, ipse iterum interueniat, ne vindicetur? Sed bene illud acquisitum est à patre filio: dignum enim erat, vt suam iniuriam prius ipse donaret. Bene illud cum gratiæ distinctione diuisum est, vt fi- lius pro sita, & pater pro filij iniuria rogaretur.] hæc Ambrosius.

ARIANUM CENDUNT DOMVM NECTARII.

Ambr. epi.

Hoc ipso anno, Paschali tempore contigit baptisimus magni Patris Augustini, de quo nobis agendum est. Ac primum quæ sunt temporis elucidanda erunt, cuius quidem ex- actius disquisimus rationem in nostris Notis, illis tamen posterius edicis, nempe Planti- nianis typis, in quibus errorem illum emendauimus prioris editionis, in quem incauti ob- textum eiusdem S. Augustini deprauatum impiegemus. Quod enim dum ipse agit de obi- tu matris suæ, dicat: Ergo die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno æta- tis suæ, trigesimo & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa & pia corpore soluta est] quod contigit (vt dicemus) anno sequenti, mense Maij: si verum est quod ibi dicitur, ipsum fuisse tunc annorum trigintatium, vtique dicendum erat, anno trigesimo secundo baptiza- tum, conuersum verò trigesimo. Verum ille corrigendus est textus, vt loco trigesimita- tij, ponendus sit annus trigessimus quintus, idque ex alijs eiusdem Augustini locis: vt in primis cum ita ait libro tertio contra Academicos: Cum trigessimum & tertium ætatis annum agam, &c.] Cum igitur fateatur se annorum iam fuisse trigintatium, cum scribe- ret contra Academicos: atque æquè cõstet, eos ab ipso elaboratos libros cum Mediolani adhuc catechumenus esset (id quidem ipso testante) & ante mensẽ Nouembris, quod ipse etiam demonstrat, dum ait, illos scriptos esse antequam scriberet de Vita beata, quam scriptionem habebat præ manibus (vt ex ipsa apparet) eo anno, tempore natalis sui, E Idibus Nouembris: vtique affirmandum est, eos anno superiori ab ipso fuisse conscriptos in fine anni trigesimitertij suæ ætatis, quo pariter anno Idibus Nouembris inchoaretur trigessimus quartus. Cum verò rursus Possidij<sup>f</sup> testificatione liqueat, ipsum baptizatum esse Paschali tempore: vtique etiam dicendus erit, non anno superiori, sed præsentis anno, dicto tempore, sacro baptisimo initiatus fuisse.

DE TEMPO- RE BAPTIS- MI S. AVG.

Aug. Conf. lib. 9. c. 11.

Aug. contra Academicos lib. 3. cap. 20.

Aug. Retr. lib. 1. c. 14. Aug. Retr. lib. 1. c. 11.

Possid. Vit. August. c. 11.

Nec est quod quis post hunc annum existimare possit Augustini differendum esse ba- ptisimum, quem constat, ipsomet teste, iam baptizatum recessisse ex Italia post necem Maximi, quam hoc anno contigisse diximus mense Septembris. Insuper id confirmatur, quod in Soliloquijs (quæ testatur se scripsisse ante baptisimum, post tamen commenta- rium de Vita beata, vt patet ex ordine) de sua tunc ætatis hæc ait: Cum triginta- quatuor annos agam, quatuordecim fere anni sunt, ex quo ista cupere desisti, &c.] habet aliã lectio, trigintatres: sed verior illa superior: nam eo anno ab Idibus Nouembris (vt diximus)

Aug. contra Iul. Possid. 3. c. 11.

CHRISTI  
388.SIRICII PAP.  
4.VALENTIN. 13. IMPP.  
THEODOSII. IO.

diximus) inchoatus erat annus eius ætatis trigefimusquartus, quo scribebat de Vita beata, A post quem scripsit Soliloquia: qui quidem annus trigefimusquartus ab Idibus Nouembris anno superiori inchoatus propagatur in eandem diem præsentis anni trecentefimi octogefimioctauo, quo Augustinus Paschali tempore baptizatus est.

Quod si adhuc quis pertinacius contendere audeat, atque importunius illud inculcet: cur non potius mendum irrepisse potuit in loca illa libri tertij contra Academicos, & Soliloquiorum, quam in illum libri noni Confessionum? Satis ad hæc responsio illa sufficere posset, quam ratio ipsa docet: nimirum, germanum habendum esse textum illum, qui alterius textus eiusdem auctoris contestatione fulcitur; suspectum verò eum, qui à duobus contrarijs textibus impugnatur. Verùm manifestiori adhuc veritate textus ille in dicto nono libro Confessionum deprauatus arguitur: nam præter illa, quæ superius de rebus gestis singulis temporibus S. Augustini dicta, apertè hoc ipsum demonstrant; illud B modò accipe, quod dictum est, sua ipsius assertione Augustinum sub Consulatu Bauvoni, nempe anno Domini trecentefimo octogefimoquinto, egisse ætatis annum trigefimumprimum: à quo tempore eum vsque ad annu Domini trecentefimum octogefimumnonum, nempe sequentem, quo obiit S. Monica, quatuor intercedant annorum curriculum, nullo modo dici potest fuisse tempore eius obitus annorù tantummodo trigintatium, qui ante annos quatuor erat trigefimumprimum annum natus, sed potius trigintaquinque.

Sic igitur quem demonstratum est anno trigefimo primo suæ ipsius ætatis ad Christum conuersum esse, trigefimo secundo & tertio perseverasse catechumenum, atque ea quæ superius diximus conscripsisse; hoc anno trigefimo quarto suæ ætatis, Paschali tempore ipsum sanctum Augustinum Mediolani à sancto Ambrosio baptizatum esse asserimus; quod idem ipse in libris Confessionum non obscure significat, dum annum intercurrisse affirmat à persecutione Iustinæ aduersus Ambrosium concitata vsque ad baptismum suum: ait enim: Annus erat, aut non multo amplius, cum Iustina Valentini Regis pueri mater hominem tuum Ambrosium persequeretur, &c. ] hæc ipse, dum agit de tempore sui baptismi. Sed quod ait, annum & amplius intercessisse, vtrique ad exordium eius persecutionis visus est habuisse respectum, quam ante annum illum inchoatam fuisse diximus.

<sup>a</sup> Aug. Conf. lib. 9. c. 6.

<sup>b</sup> Aug. Conf. lib. 9. c. 6.  
BAPTISMVS  
S. AVGVSTINI ET ALIO RV. 1.

At quid ipse Augustinus de suo, carorumque suorum baptismate scribat, recensemus: Inde, inquit, ubi tempus aduenit, quo me nomen dare oporteret, relicto rure, Mediolanum remeauimus. Placuit & Alipio renasci in te mecum iam induto humilitate sacramentis tuis congrua, & fortissimo domitore corporis, vsque ad Italicum solum glaciæ nudo pede obtinendum insolito ausu. Adiunximus etiam nobis puerum Adeodatum ex me natum carnaliter de peccato meo: Tu bene feceras eum: Annorum erat ferme quindecim, & ingenio præueniebat multos graues & doctos viros. Munera tua tibi confiteor, Domine Deus meus, creator omnium, & multum potens reformare nostra deformia: nam ego in illo puero præter delictum nihil habebam. Quod enim enutriebatur à nobis in disciplina tua, tu inspiraueras nobis, nullus alius. Munera tua tibi confiteor. Est liber noster, qui inscribitur, De magistro. Ipse ibi mecum loquitur. Tu scis illius esse sensa omnia, quæ inseruntur ibi ex persona collocutoris mei, cum esset in annis sexdecim. Multa eius alia mirabiliora expertus sum. Horreri mihi erat illud ingenium: & quis præter te talium miraculorum opifex? Cito de terra abstulisti vitam eius, & securior eum recordeo, non timens quicquam pueritiæ, nec adolescentiæ, nec omnino homini illi. Sociauimus eum coæuum nobis in gratia tua educandum in disciplina tua, & baptizati sumus, & fugit à nobis sollicitudo vitæ præteritæ. Nec satiabar illis diebus dulcedine mirabili, considerare altitudinem consilij tui super salutem generis humani. Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, suauis sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter, &c. ] hæc enim de hymnis superius ac rursum subdit: Qui habitare facis vnanimes in domo, confociaisti nobis & Euodium iuuenem ex nostro municipio: qui cum Agens in rebus militaret, prior nobis ad te conuersus est & baptizatus, & relicta militia seculari, accinctus est in tua. Simul eramus, simul habitabamus placito sancto. Quærebat, quisnam locus nos vtilius haberet seruientes tibi, pariter remeabamus in Africam. ] sed de reditu in Africam agemus anno sequenti.

<sup>c</sup> Aug. eodem lib. c. 8.

<sup>d</sup> Aug. contra Iulian. Pelag. lib. 1. c. 9.

Quod à tãto viro, sancto Ambrosio, Augustinus baptizari meruerit, magnopere exultauit: vnde agens aduersus Iulianum Pelagianum hæc ait: Adhuc audi alium excellentem

CHRISTI  
388.SIRICII PAP.  
4.VALENTIN. 13. IMPP.  
THEODOSII. IO.

A tem Dei dispensatorem, quem venero vt patrem: in Christo enim Iesu per Euangelium ipse me genuit, & eo Christi ministro lauacrum regenerationis accepi: beatum loquor Ambrosium, cuius pro Catholica fide gratiam, constantiam, labores, pericula, siue operibus, siue sermonibus, & ipse sum expertus, & mecum non dubitat Orbis prædicare Romanus. ] hæc Augustinus.

Fertur Ambrosij nomine sermo de baptismo S. Augustini, sed qui ne apicem quidem habeat Ambrosij. Multa sanè admiscuit imperitus fictor. nam vt de dissimilitudine styli dicere præmittamus: quisquis ille fuerit, imposturæ perfacile arguitur, cum ait Augustinum Carthaginensem fuisse, atque ex Gentilium cultu factum Christianum: ipsum namque patria Tagastensem fuisse, nec coluisse aliquando idola, licet scetator fuerit Manichæorum, tum ipsius testificatione, tum Possidij, luce clarius sapius demonstratur. Imposturæ quoque ea ex parte auctor arguitur, dum habet ipsum Augustinum cum Ambrosio de pluribus quæstionibus prolixè sæpè disseruisse: cum tamen ipse Augustinus de se testetur, numquam toto illo tempore quo fuit Mediolani, inuenisse Ambrosium negotijs vacuum, & fræquentia accedentium solitariu, quocum de animi sui angoribus potuisset miscere sermonem; aded vt non dicam disputandi, sed nec (vt ait) daretur copia sciscitandi. sunt omnino hæc Augustini verba: Certè mihi nulla dabatur copia sciscitandi quæ cupiebam de tam sancto oraculo tuo, pectore illius, nisi cum aliquid breuiter esset audiendum. Æstus autem illi mei otiosum eum valde, cui refundere, requirebant, nec vnquam inueniebant, &c. ] & inferius: Sed vbi quæreretur? quando quæreretur? Non vacat Ambrosio. ] Et vnde illud figmentorum concinnatori, cum agit de eius baptismo: Nouum Christianum nouis vestimentis, cuculla nigra induimus ] cum moris esset inuolabilis, baptizatum quemlibet albis induere vestimentis? At hæc de his satis: ferre enim non possumus ipsi veritatis cultores, quouis prætextu ac velamento mendacia peruulgari.

Cum autem Augustinus Mediolani adhuc moraretur, duo illa memoratu digna inter alia accidisse tradit, alterum de procholohomine Christiano paupere, qui pecuniæ sacculum inuenit; alterum de reuelato deposito filio à patre defuncto: quorum prius ab ipso ita describitur: Dicam quid fecerit pauperrimus homo, nobis apud Mediolanum constitutis, tam pauper vt procholohos esset grammatici, sed planè Christianus, quamuis ille esset Paganus grammaticus, melior ad velum, quam ad cathedram. Inuenit sacculum (nisi forte me numerus fallit) cum solidis ferme ducentis. Memor legis; proposuit pitacium publicè. Reddendum enim sciebat; sed cui redderet, ignorabat. Proposuit pitacium publicè: Qui solidos perdidit, veniat ad locum illum, & quærat hominem illum (erat hæc forma pitacij) Ille qui plangens circumquaque vagabatur, inuento & lecto pitacio, venit ad hominem. Et ne fortè quæreret alienum, quæfuit signa, interrogauit sacculi qualitatem, sigillum, solidorum etiam numerum: & cum omnia ille fideliter respondisset, reddidit quod inuenerat. Ille autem repletus gaudio, & quærens vicem rependere, tamquam decimas obtulit solidos viginti: qui noluit accipere: Obtulit vel decem: noluit accipere: Saltem, rogauit, vel quinque acciperet: noluit ille. Stomachabundus homo proiecit sacculum. Nihil perdidit, ait: si non vis aliquid à me accipere, nec ego aliquid perdidit. Quale certamen, fratres mei, quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus! theatrum mundus; spectator Deus. Victus tandem ille, quod offerebatur accepit, continuo totum pauperibus erogauit: vnum solidum in domum suam non demisit. ] hæc ipse, eadem pro concione proponens imitanda suo populo Hipponensi.

Sed illud, quo docuit defunctos nostra audire atque curare, alibi ita explicat: Pro certo cum Mediolani essemus, audiuius, quod cum debitu repereretur à quodam, defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente à patre ià fuerat persolutu: cõtristari hominem grauissimè cœpit, atque mirari, quod ei pater moriens non dixerit quid deberet, cum fecisset etiam testamentum. Tunc ei nimis anxio apparuit idem pater eius in somnis, & vbi esset repositu quod illa cautio vacuata fuerat, indicauit. Quo intento iuuenis atque monstrato, non solum falsi debiti calumniam propulsauit, sed etiam paternum recepit chirographum, quod pater non receperat, quando est persoluta pecunia. Hic itaque putatur anima hominis curam gessisse pro filio, & ad eum venisse dormientem, vt docens quod ignorabat, à magna eum molestia liberaret. ] hæc ipse.

Post

⊙

QUANTI ERANT AVGVSTINVS AMBRVSIVM.

Apud Ambrosij. serm. 922. CONFERTANTVR COMMENTICIA.

Aug. Conf. lib. 6. c. 3.

Aug. eod. lib. 6. c. 11.

DE PROCHOLOHOMINE CHRISTIANO PAUPERE, QUI PECUNIÆ SACCVLVM INVENIT. VENTORE. Aug. de uer. Ap. serm. 19.

Aug. de cura agend. pro mortuis. c. 11. PATER DEVS INCVTVS CVRATES FILII VIDENTES.

AVO. ROM. MAM. RE. DIENS. QVAB. IBI. SCRIP. SIT. Aug. Ret. li. 1. c. 7. 8. 9.

Post susceptum verò baptismum Augustinus haud diu Mediolani passus est detineri, A sed vna cum sancta matre, filio, necnon Alipio atque Euodio reuersurus in Africam, Romam se contulit, vbi vsque ad sequentis anni tempus nauigationi accommodatum, totum hoc temporis spatium egit, non tamen otiosus, sed complura conscribens, de quibus ipse: Iam baptizatus autem, cum Romæ essem, nec ferre tacitus possem Manichæorum iactantiam de falsa & fallaci continentia, vel abstinentia, qua se ad imperitos decipientes, veris Christianis, quibus comparandi non sunt, insuper præferunt, scripsi duos libros, vnum de moribus Ecclesiæ Catholicæ, alterum de moribus Manichæorum. & inferius: In eadem vrbe scripsi dialogum, in quo de anima multa quæruntur ac differuntur: id est, vnde sit, qualis sit, quanta sit, cur corpori fuerit data, cum ad corpus venerit, qualis efficiatur, qualis cum abscesserit. ] ac rursus sequenti capite: Cum adhuc Romæ demoraremur, voluimus disputando quærare, vnde sit malum. Et eo modo disputauimus, vt si possemus, id quod de hac re diuinæ auctoritati subditi credebamus, etiam ad intelligentiam nostram, quantum differendo, opitulante Deo, agere possemus, ratio considerata & tractata perduceret. Et quoniam constitit inter nos diligenter ratione discussa, malum non exortum nisi ex libero voluntatis arbitrio, tres libri, quos eadem disputatio peperit, appellati sunt De libero arbitrio, quorum secundum & tertium in Africa, iam etiam Hippone regio presbyter ordinatus, sicut tunc potui, terminauit. ] hæc Augustinus.

Aug. de morib. Eccl. cap. 33. ROMANAS ECCLESIAS IN MONACHIS SANCTITAS.

In commentario verò illo quem de Moribus Ecclesiæ Catholicæ Romæ scripsit, quæ ibi inuenerit sanctorum & eruditorum virorum consortia, ipse describit, cum ait: Romæ etiam plura cognoui, in quibus singuli grauitate atque prudentia & diuina scientia præpollentes ceteris secum habitantibus præfunt, Christiana charitate, sanctitate, & libertate viuentibus: ne ipsi quidem cuiquam onerosi sunt, sed Orientis more, & Pauli Apostoli auctoritate manibus suis se transfigunt. Ieiunia etiam prorsus incredibilia multos exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est vsquequaque vstatissimum, sed continuum triduum, vel amplius sapissimè sine cibo ac potu ducere. Neque hoc in viris tantum, sed etiam in feminis: quibus item multis viduis & virginibus simul habitantibus, & lana ac tela victum quærantibus præfunt singulæ grauissimæ, probatissimeque non tantum in instituendis componendisque moribus, sed etiam instruentis mentibus perita ac parata. Atque inter hæc nemo virgetur in aspera, quæ ferre non potest: nulli quod recusat imponitur, nec ideo condemnatur à ceteris, quod in eis se imitandis fatetur inualidum, &c. ] hæc, cum Romæ esset, vidit & audiuit Augustinus consentientia ijs quæ S. Hieronymus de iisdem pluribus locis scripsit. At licet hæc alia occasione oportuerit recitasse: hic tamen quod tempus postulet, cum agamus de Augustino Romæ agente, repetijisse haud fuit onerosum. Didicit insuper Augustinus Romæ positus, quod scripsit postea ad Casulanum, Romanam plebem solitam ieiunare tribus diebus hebdomadæ, nempe feria quarta, sexta, & sabbato. At de Augustino modò hæc tenus, de cuius in Africam reditu agemus anno sequenti. Iam verò ad Theodosium redeamus, quem hoc anno, postquam victo Maximo, Aquileia discessit, Mediolanum se contulisse vidimus ex rescriptis ibidem datis: quidnam autem inter ipsum & S. Ambrosium transactum sit, oratione prosequamur: atque in primis quæ à Paulino concripta habentur, hic reddamus:

TRINIA ROMANAE ECCLESIAE.

Paulin. in Vita S. Ambr.

DESYNAGO GA. IYDAEO RVMET FANO VALENTINIANO RYMA CHRISTIANIS INCENSIS. lecta

Extincto, inquit, Maximo, posito Theodosio Imperatore Mediolani, Ambrosio verò Episcopo constituto Aquileiæ, in partibus Orientis, in quodam castello (Callicini illud ab Ambrosio nominatur) à Christianis viris synagoga Iudæorum & lucus Valentinianorum incendio concremata sunt, propterea quod Iudæi vel Valentiniani insultarent monachis Christianis: Valentinianorum enim hæc ses triginta deos colunt. Sed de huiusmodi facto Comes Orientis ad Imperatorem relationem direxit, qua acta Imperator præceperat vt synagoga ab Episcopo reedificaretur. Sed huius præcepti tenor cum ad aures peruenisset venerabilis viri Ambrosij Episcopi, direxit ad Imperatorem epistolam, quia ipse in tempore excurrere non poterat, qua illum conuenit, vt id quod ab eodem statutum fuerat, reuocaretur. ] Quænam autem causæ præcesserant, vt Christiani in Valentinianos ea admiserint, idem Ambrosius dicta ad Theodosium tunc data epistola his verbis significat:

Vindicabitur etiam Valentinianorum fanum incensum? Quid est, enim, nisi fanum; in quo

QVID VALENTINIANI HABERENT IN MONACHOS.

A in quo est conuentus Gentilium? licet Gentiles duodecim deos appellent, isti triginta & duos æonas colant, quos appellant deos. Nam & de ipsis comperi relatum & præceptum, vt in monachos vindicaretur; qui prohibentibus iter Valentinianis, quo psalmos canentes ex consuetudine vsuque veteri pergebant ad celebritatem Machabæorum martyrum, mori insolentia incenderunt fanum eorum in quodam rurali vico, tumultuariè conditum. ] hæc de his Ambrosius; ex quibus illud in primis obserua, ea patrata à monachis esse mense Augusti, cuius Kalendis tam in Oriente quàm in Occidente sanctorum Machabæorum consuevit antiquitus memoria celebrari: paulo enim post ab incensa Nestarij Episcopi domo Constantinopoli ab Arianis, hæc accidisse, idem Ambrosius eadem demonstrat epistola, cum ait: Constantinopoli dudum domus Episcopi incensa est, &c. ] Rursus verò (quod veteris Ecclesiæ moris fuit, vt ad solemnitatem martyrum psallentes in via Christiani pergerent, quod & tunc monachos fecisse tradit) antiquam in Ecclesia processionum consuetudinem docet.

B Vt autem de his ageret Ambrosius apud Theodosium, interpellatus fuisse videtur litteris Orientalium Episcoporum, quibuscum & aliæ ad eundem deferendæ querelæ scriptæ erant, quæ ab ipso Ambrosio dicta epistola obiter inseruntur his verbis: Quo modo excusabo apud Episcopos? qui nunc, quia per triginta & innumeros annos presbyteri quidam gradu functi vel ministri Ecclesiæ retrahuntur à munere sacro, & curiæ deputantur, grauius gemunt. Nam cum hi, qui vobis militant, certò militiæ tempore seruentur: quanto magis etiam eos considerare debetis, qui Deo militant? Quo modo inquam hoc excusabo apud Episcopos, qui queruntur de clericis, & impressione graui vastari scribunt ecclesias? Hoc tamen in notitiam clementiæ tuæ peruenire volui. De hoc, vt placet, arbitrio tuo consulere & temperare dignaberis. ] hæc ipse; quibus demonstrat, postquam ob Oriente Theodosius ipse recessisset, hæreticos, aliosque impios homines, immo & ex magistratibus aliquos insolentius aduersus sacros Dei ministros egisse: de quibus insinuandis Imperatori, Orientales Episcopi (vt dictum est) scripserunt ad Ambrosium. Potissima verò scribendi causa fuit, vt ipse de reuocandis datis ab eo rescriptis pro restituendis incensis synagoga Iudæorum atque fano Valentinianorum, cum Theodosio ageret. Impendit sanctus sacerdos ad opus omne studium, omni que curat officio vt contrarijs à Theodosio dandis rescriptis priora obliterentur. Scribit igitur, Aquileiæ cum esset, Mediolanum, vbi Theodosius morabatur. Quòd autem detineretur Ambrosius Aquileiæ; cum nullum hoc tempore memoria sit ibi celebratum fuisse Concilium: equidem existimo, illuc esse profectum, ex more, ad noui creationem Antistitis, cum defuncto sancto Valeriano eius ciuitatis Episcopo, in locum illius est subrogatus S. Chromatius. At quòd his vel alijs magni momenti negotijs Aquileiæ impediretur Ambrosius, ne (quod magis optasset) præsens tantam causam acturus, mora illa sua irreparabile causæ præiudicium inferret, reditum suum litteris curauit præuenire, postea ipse secuturus.

QUERELAS ORIENTALIVM EPISCOPOR. Ambr. epist. 29.

C Quanta autem Imperatorem compellauerit libertate, quantoque cum vigore sacerdotali iusta fiducia ageret apud eum, ex his quæ exordio ipso præfatur, accipe: Peto, vt patienter sermonem meum audias. Nam si indignus sum qui à te audiar: indignus sum qui pro te offeram, cui tui vota, cui tuas committas preces. Ipse ergo non audies eum, quem pro te audiri velis? Non audies pro se agentem, quem pro alijs audisti? Nec vereris iudicium tuum, ne cum indignum putaris quem audias, indignum feceris qui pro te audiat? Sed neque Imperiale est libertatem dicendi negare: neque sacerdotale, quod sentiat, non dicere. Nihil enim in vobis Imperatoribus tam populare & tam amabile est, quàm libertatem etiam in ijs diligere, qui obsequio militiæ vobis subditi sunt. Siquidem hoc interest inter bonos, & malos Principes, quòd boni libertatem amant, seruitutem improbi. Nihil etiam in sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quàm quod sentiat, non liberè denunciare. ] & paulo post: Malo igitur, Imperator, bonorum mihi esse tecum, quàm malorum consortium: & ideo clementiæ tuæ displicere debet sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentij mei periculo inuolueris, libertatis bono iuuaris. Non ergo importunus indebitis me intersero, alienis ingero, sed debitis obtempero, mandatis Dei nostri obedio. Quòd facio primum tui amore, tui gratia, tuæ studio conseruandæ salutis. Si id mihi vel non creditur, vel interdicitur, dico sanè diuinæ offensiæ metu. Nam si meum periculum te exueret, patienter me pro te offerrem,

QVAB. SALV. BERRIMA SVGGERAT AMBROSIVS THEODOSIO.

sed non libenter: malo enim te sine meo acceptum Deo esse & gloriosum periculo. Sin autem silentij mei dissimulationis que culpa & me ingrauat, nec te liberat: malo importunior me, quam inutiliorem aut turpiorem iudices, &c.]

Vnde Maria Obo- riantur Regibus et sacerdotibus.

psal. 55.

Hierem. 1.

Avdiendi sacerdotibus.

Matth. 10.

Rom. 10.

De synagoga iudaeorum in censa.

Vtinam quae diuino afflatus Spiritu tam vera, tam salubria sanctus sacerdos inculcat, tamquam diuinum quoddam oraculum semper pre oculis Christiani Principes haberent & sacerdotes. Ita enim magno animarum lucro eorum saluti optime consultum esset. Sed ista dum negliguntur, quadam inconsiderantia cum sacerdotum, tum Regum, simulque Ecclesiarum atque regnorum status in discrimen adducitur: graui quidem damno, immo & dispendio salutis aeternae, frequenter euenit, vt qui a sacerdotibus corripitur Reges negligunt atque despiciunt, corripiantur ipsi ab illo qui corripit in furore, qui aufert spiritum Principum, qui que terribilis est super omnes Reges terrae. Sed & cum etiam sacerdotes nimium verentur atque timent admonere Principes delinquentes, immemores se ad hoc a Deo electos, secundum quod ab eo dictum est Hieremiae: Constitui te super Reges & Principes] fiet quidem omnino, aquata lance iudicij, vt ab eis redarguantur, quos ipsi corripere neglexerunt, eosque experiantur asperos, duos, rebelles, ac tyrannorum instar, Dei ministros, & iura Ecclesiastica conculcantes. Sed in eodem perstans argumento ista subdit Ambrosius:

Habemus ergo & nos, cui displicere, plus periculi sit: praesertim cum etiam Imperatoribus non displiceat suo quemque fungi munere, & patienter audiat vnumquemque pro suo suggerentem officio, immo corripiat, si non vtatur militiae suae ordine. Quod ergo in ijs libenter accipitis qui vobis militant, num hoc in sacerdotibus potest molestum videri, cum id loquamur non quod volumus, sed quod iubemur? Scis enim lectum: Cum stabis ante Reges & Praesides, nolite cogitare quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Et tamen si in causis Reipublicae loquar (quamuis etiam illic iustitia seruanda sit) non tanto astringar metu, si non audiar. In causa vero Dei quem audies, si sacerdotem non audies, cuius maiore peccatur periculo? Quis tibi verum audebit dicere, si sacerdos non audeat? Noui te pium, clementem, mitem, atque tranquillum, fidem ac timorem Domini cordi habentem: sed plerumque aliqua nos fallunt: habent, aliqui zelum Dei, sed non secundum scientiam. Ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat, cauendum arbitror. Noui pietatem tuam erga Deum, lenitatem in homines: obligatus sum beneficijs tuarum indulgentiarum: & ideo plus metuo, amplius sollicitor, ne etiam ipse tuo me postea iudicio condemnes, quod mea aut dissimulatione, aut adulatione prolapsionem non euitaueris.] & paulo post:

Causam ergo Dei tacebo? Quid igitur sit quod metuum, consideremus. Relatum est a Comite Orientis militarium partium, incensam esse synagogam, idque auctore factum Episcopo. Iussisti vindicari in ceteros: synagogam ab ipso aedificari Episcopo. Non astruo expectandam fuisse assertionem Episcopi: sacerdotes enim turbarum moderatores sunt, studiosi pacis, nisi cum & ipsi mouentur iniuria Dei, aut Ecclesiae contumelia. Sit aliquis iste Episcopus feruentior in exultatione synagoga, timidor in iudicio: Non vereris, Imperator, ne acquiescat sententiae tuae, ne prauaricetur non times? Non etiam vereris, quod futurum est, ne verbis resistat. Comiti tuo? necesse erit igitur, vt aut prauaricatorem, aut martyrem faciat: vtrumque alienum temporibus tuis, vtrumque persecutionis instar, si aut prauaricari cogatur, aut subire martyrium. Vides quo inclinet causae exitus. Si fortem Episcopum putas, caueto martyrium fortioris: si inconstantem, declina lapsum fragilioris: plus enim astringitur qui labi infirmum coegerit. Hac proposita conditione, puto dicturum Episcopum, quod ipse ignes sparserit, turbas compulerit, populos concluderit, ne amittat occasionem martyrij, & pro inualidis subijciat validiorem. O beatum mendacium, quo acquiritur sibi aliorum absolutio sui gratia.

Hoc est, Imperator, quod poposci & ego, vt in me magis vindicares, & hoc si crimen putares, mihi adscriberes. Quid mandas in absentes iudicium? habes praesentem, habes confidentem reum. Proclamo quod ego synagogam incenderim: certe quod ego illis mandauerim, ne esset locus, in quo Christus negaretur. Si obijciatur mihi, cur hic non incenderim? Diuino iam cremari coepit iudicio: meum cessauit opus. Et si verum quaeritur, ideo segnior fui, quia non putabam hoc vindicandum. Quid facerem quod nullo vtore sine premio foret? Tangunt haec verecundiam, sed non reuocant gratiam, ne fiat

ne fiat opus quo Dei summi contrahatur offensio. Esto tamen, nemo Episcoporum ad hoc munus conueniat. Rogauit enim clementiam tuam, & licet ipse hoc reuocatum adhuc non legerim, reuocatum tamen constituamus. Quid si alij timidiores, dum mortem reformidant, offerant, vt de suis facultatibus reparetur synagoga? aut Comes vbi hoc comperit primo constitutum, ipse de Christianorum censu exaedificari iubeat? Habebis, Imperator, Comitem prauaricatorem; & huic vexilla committes victicia, huic Labarum, hoc est Christi sacratum nomine, qui synagogam instauret, quae Christum nesciat? Iube Labarum synagoga inferri, videamus si non resistunt. Erit igitur locus Iudaeorum perfidia, factus de exuijs Ecclesiae: & patrimonium, quod fauore Christi acquisitum est Christianis, hoc transferetur ad donaria perfidorum? Legimus templa idolis antiquitus condita de manubijs Cimbrorum, de spolijs reliquorum hostium. hunc titulum Iudaei in fronte synagoga suae scribent: Templum impietatis factum de manubijs Christianorum.]

Quam in decens a Christianis synagoga in staurari.

Quanto autem periculo instaurare quis tentaret incensa aedificia Iudaeorum, reuocat in memoriam quae dicta sunt superius de prodigijs, quae acciderunt sub Iuliano conante iterum reaedificare templum Hebraeorum Hierosolymis: addit praeterea, longè his grauiora commissa sub eodem Iuliano a Iudaeis inflammantibus pluribus in locis Christianorum ecclesias, quae nos superius alia occasione retulimus. Ad postremum vero iniuste agi contestatur, cum quid de Ecclesia vel sacerdotibus decernitur absque sacerdotum consilio, atque ait: Certè si mihi parum fidei defertur, iube adesce quos putaueris Episcopos: tractetur, Imperator, quid salua fide agi debeat. Si de causis pecuniarijs Comites tuos consulis: quanto magis in causa religionis sacerdotes Domini aequum est consulas? & denique hac tacita comminatione, seu contestatione potius, apponit coronidem: Ergo certè quod honorificentius fieri potuit, feci, vt me magis audires in Regia: ne si necesse esset, audires in ecclesia] at quid in ecclesia, nisi eum publicè redargueret quod & postea fecit.

Sacerdotum consilio agenda causa sacerdotum.

Hic modò illud admonendum existimo: quia etsi non probet Ecclesia periclitari Christianam modestiam in diruendis incendijsve Gentilium vel Iudaeorum templis vel synagogis (vt superius suo loco pluribus monstratum, atque de his in Notis ad actum est) extitisse tamen vidimus complures, qui priuato quodam diuini Spiritus instinctu id peragentes, caeli, ab Ecclesia recepti sunt inter martyres: itemque alios, qui cum diruissent templum, & ipsum reaedificare iussi, obtemperare noluerint, occisi sunt, in martyrum consortium aggregatos, de quibus illam Theodoretus affert rationem, nimirum parem esse impietatem idola Gentium adorare, & eisdem templum aedificare. Attamen quod ad Iudaeos spectat, scimus S. Gregorium saepius rescriptisse, nullum Iudaeis negotium facessendum a Christianis, sed eos benignitate potius ac beneficentia alliciendos ad fidem: aded vt Panormitano Episcopo, qui synagogam Iudaeorum vi abreptam in ecclesiam consecrasset, iusserit eius persolueri pretium: sed & aliam synagogam, in quam violenter Crux cum imagine Dei genitricis illata fuisset, inde ea auferri praecipiens, liberam reddi voluerit. Quid ad haec dicemus? equidem illud, quod vnus atque idem Spiritus est, spirans vbi vult, & quod vult: cuius opera interdum ex zelo, interdum vero ex mansuetudine in diuinis scripturis nouimus commendata, quae licet diuersa, vnus tamen idemque Spiritus eadem operatus sit. Cum tamen nihil penitus a S. Gregorio factum esse reperiatur, quod ab Ambrosio absque prauaricationis delicto fieri posse negetur:

Not in Rom. Martyrolis 2. April.

Theod. li. 5. cap. 38.

Gregor. li. 1. epist. 34. & li. 7. epist. 5. li. 11. epist. 15. li. 12. epist. 18. Greg. li. 7. epist. 38. Greg. li. 7. epist. 5.

nam ablata restitui synagogam, Gregorius tantummodò iussisse reperiatur: nec sic pretium alterius persolui mandauit, vt alia ab illis aedificaretur, sed ne (quod humanum quoque ius postulat) rerum suarum quisquam dispendium pateretur. Sed ad Ambrosium redeamus.

Quae Gregorius rescripsit de iudaeorum synagoga.

Cum Theodosius, his acceptis ab Ambrosio litteris de reuocanda quam emiserat iussione, adhuc cunctabundus id facere detrectaret: idem Ambrosius illud ipsum, quod fuerat comminatus, nempe nisi in Regia audiretur, fore vt in ecclesia spectante populo in eum dicturus esset, sacerdotali libertate perfecit. Reuersus siquidem Mediolanum, posito (inquit Paulinus) Imperatore in ecclesia, de eadem causa tractauit in populo. Jac de baculo nuceo ex Hieremia secundum Septuaginta, dicendi sibi praeparans argumentum, quam salubris esset sacerdotalis obiurgatio, pluribus demonstrauit, de quibus scribit ipse ad forem. Atque demum quam litteris egerat, nec auditus fuerat, eandem

A Hierosolymis in ecclesia concionatur aduersus Imperatorem. Ambrosii epist. 18. ad Iul. S. C.

ferme repetit orationem : & cum audiretur a populo, vehementi inuectus est in eum A apophrophe, vni eidem addens ex persona quam faceret loquentis in eum Domini hinc verbis<sup>a</sup> : Ego te ex ultimo Imperatorem feci : Ego tibi exercitum inimici tui tradidi : Ego tibi copias, quas ille aduersum te exercitui suo preparauerat, dedi : Ego inimicum tuum in potestate tuam redegei : Ego de femine tuo supra solium regni constitui : Ego te triumphare sine labore feci : Et tu de me inimicis meis donas triumphos? Cui descendenti de exedra, Imperator ait: Contra nos te posuisti hodie, Episcopo. At ille respondens ait, non se contra ipsum, sed pro ipso fuisse locutum. Tunc Imperator: Re vera, inquit, dura preceperam contra Episcopum de synagoga reparanda. In monachos vero vindicandum esse, a Comitibus qui in tempore aderant, dicebatur. Quibus Episcopus: Ego quidem cum Imperatore nunc ago: vobiscum vero mihi aliter agendum est. Atque ita obtinuit, vt illa quae statuta fuerant, reuocarentur. Nec prius ad altare accedere voluit, nisi fide sua Imperator illum agere debere testaretur. Cui Episcopus: Ergo ago fide tua. Respondit Imperator: Age fide mea. Qua sponcione iterata, iam securus peregit sacerdos diuina mysteria. Hæc autem scripta sunt in epistola, quam ad germanam suam fecit, in qua tractatum inseruit, quem eodem die habuit de baculo nuceo, qui a Propheta Hieremia visus esse describitur.] hæc Paulinus. Extat ipsa ad sororem epistola. Quæ autem idem mox subdit de clade Thessalonicensi, de eadem suo loco agendum erit.

<sup>a</sup> Paulin. in vita S. Amb.

AMBROSIUS RVR- SVS RESI- STIT GEN- TILIBVS A- RAM VICTO- RIAE PE- TENTIBVS.

<sup>b</sup> Ambros. epist. 15. edit. Sixt.

DEPOSITVM VIDUAE CON- TRARE- SCRIPTA IMP. AM- BROSIVS SERVAT. <sup>c</sup> Ambros. Offi. lib. 2. c. 29.

Quid præterea Ambrosius eo tempore eum Theodosio, quem ad sequentis anni mensent Lunium illic confedissee dicemus: atudi. Quodd enim duobus (vt dictum est) rescriptis Theodosius Imperator, quæ à Maximo fuissent innouata, destruxit: inde accidit, vt mox legatio Romani Senatus nomine (licet Gentilium tantum ea molitio esset) ad Theodosium Mediolani agentem peruenerit, qua peterent, vt aram Victoriae à Maximo redditam sineret permanere, vbi restituta fuerat, in Capitolio. Ista tunc audiens, mox intercessit S. Ambrosius, coramque Imperatore causam agens, ab eiusmodi concessione eius animum penitus reuocauit. id quidem ipse monstrat illis verbis in epistola ad Eugenium<sup>b</sup> postmodum scripta: Postea, inquit, etiam clementissimo Imperatori Theodosio coram intimaui, atque in os dicere non dubitavi: cui intimata Senatus legatione huiusmodi, licet non totus Senatus poposcerit, insinuationi meae tandem assentionem detulit, &c.] Quid autem sequenti anno, cum Romam pergens Symmachus Consularis publica concione eadem ab Imperatore extorquere sarageret, in eum Theodosius decreuerit, dicemus suo loco inferius. Quod vero ad S. Ambrosij animi constantiam declarandam spectat: hic atrox exemplum ab ipso Ambrosio descriptum in libris D Officiorum, quos post redemptos captiuos ipse conscripsit: ait enim: Meministis ipsi, quoties aduersus regales impetus pro viduarum, immo omnium depositis certamen subierimus. Commune hoc vobiscum mihi recens exemplum Ecclesiae Ticinensis proferam, quæ viduæ depositum, quod susceperat, amittere periclitabatur. Interpellante enim eo qui sibi illud Imperiali rescripto vindicare cupiebat, clerici non tenebant auctoritatem, honorati quoque & intercessores dati, non posse præceptis Imperatoris obuiari fe- rebant. legebatur rescripti forma directior, Magister officiorum stabat, Agens in rebus imminebat. Quid plura? Traditum erat: tamen communicato mecum consilio, obsedit sanctus Episcopus ea conclatua, ad quæ translatum illud depositum viduæ cognouerat. Quod vbi non potuit auferri, receptum sub chirographo est. Postea iterum flagitabatur ex chirographo. Præceptum Imperator iterauerat, vt ipse per semetipsum E nos conueniret. Negatum est, & exposita diuinæ legis auctoritate, & serie lectionis, & Heliodori periculo, vix tandem rationem Imperator accepit. Post etiam tentata fuerat obreptio. Sed præuenit sanctus Episcopus, vt redderet viduæ quod acceperat. Fides interim salua est: oppressio non est formidini; quia iam res, non fides periclitatur.] hæc Ambrosius, scribens planè ista, cum adhuc pro eadem pecunia nouæ quærerentur nouo colore artes.

<sup>d</sup> Zosim. lib. 4.

Hoc item anno Cynegium, qui vna cum Consulatu Præfecturam quoque Prætorij ad- ministrabat, ex hac vita migrasse, auctor est Zosimus<sup>d</sup>, in eiusque locum Tacianum fuisse successum. Porro ad eundem Cynegium in eodem agente magistratu, pro schismaticis, quos putauit esse Catholicos, eiusmodi à Theodosio rescriptum datum esse legitur: extat ipsum in libello Marcellini ac Faustini schismaticorum descriptum his verbis:

Salutem

A Salue Cynegi carissime nobis. Etsi nulla humanis pectoribus maior quam diuinæ legis debet esse reuerentia, nec adijci quicquam ad eandem possit, cuius ambitiosa præstantia mundi terræque moderatrix omne quod sub nobis esse voluit, fauore omnipotentis Dei propitiata custodit: tamen per Faustinum & Marcellinum plenissimos fidei sacerdotibus, nos videremur annuere ijs qui diuinæ legis, cui seruiamus, contra propositum nostrum aliquid addidissent. Atque aded ita vtrumque moderamur, vt petitionem, quæ est oblata, videremur, fidei autem nihil ex nostro arbitrio optemus, vel iubeamus adiungi. Nemo vnquam tam profanæ mentis fuit, qui cum se qui Catholicos doctores deberet, quid sequendum sit, doctoribus ipse constituat. Et sanè probabilis & iusta laudatio precum est, quæ omnem prope seriem hæreticæ superstitionis, quæ contraria est fidei B dei Catholica, ordinemque complexa est. Nam & vnde orta, & quo prouecta auctore fuisset, aperuit. Quippe cum persuasum quorundam, totius sæculi antiquitate mutata, acti pro fide in exilium innocentes, vitam cum summa laude posuerunt. Sed circa eos non est dilata vltio, qui insidiati bonis moribus, & cælestibus institutis paulisper ex contentione, non fide, sed factione multorum mentes detestanda insinuatione peruerterent.

RES- CRIPTVM THEO- DOSII PRO FAUSTINO ET MARCEL- LINO PRESBYTERIS.

Nam vsque adeo omnipotentis Dei mota patientia est, vt poena, quæ criminosis post facta deberetur, extemplo omnia ante facta sentirent. Sed ne hoc quidem facto con- uerti ad præceptum Dei, flectique potuerunt. Catholicos occultis molitionibus vrgent, insequuntur, oppugnant: tanta perseverantia erroris est, vt cum alijs diuersæ obseruantiaæ sectatoribus quotidie peccare malint, quam cum Catholicis recta sentire. In C quo petentium laudanda illatio est, qui communicantes Gregorio Hispanienti, & Heraclidæ Orientali sanctis ac laudabilibus Episcopis, optant in fide Catholica sine oppugnatione alicuius ac molestia viuere, nullisque appetentum insidijs, circumventionibusque pulsari: quippe quibus placeat susceptam semel fidem omni cum religione seruare. Sic itaque inuiolatum quicquid esse meruit æternum. Non conuentio aliquid, non appetitio, non fraus attentat aliena. Vtantur quo in loco voluerint proposito suo, vtantur ad Catholicam fidem amore diuino. Cynegi parens carissime & amantissime, sublimitas tua præceptum nostræ serenitatis, quo fidem Catholicam omni fauore veneramus, & sine qua salui esse non possumus, ita iubeat custodiri, vt Gregorium & Heraclidem sacrae legis Antistites, ceterosque eorum consimiles sacerdotes, qui se parili obseruantiaæ dederunt, ab improborum hominum atque hæreticorum tueatur & defendat iniurijs. D Scianteque cuncti id sedere animis nostris, vt cultores omnipotentis Dei, non aliud nisi Catholicos esse credamus.] hucusque rescriptum, absque die tamen & Consule. Quidnam? fauit ne Theodosius Imperator schismaticis? minimè gentium. Attende rerum gestarum ordinem.

DE GREG. ET HERAC- CLIDE EPI- SCOPIS.

FAUSTINVS ET MAR- CELLINVS SCHISMATI- CI QUI D AP THEO- DOSIVM,

Huius namque dandi rescripti ea præcessit occasio, quod iidem presbyteri Faustinus & Marcellinus ex schismate Vrsicini in hærentes schismaticis Luciferianis aduersus Orthodoxos librum conscripserunt, quem Theodosio obtulerunt: quo lecto, idem Imperator vel ignorans ipsos fuisse schismaticos, vel quod perperam putasset reperiri fidem in schismate, cum & qui obtulerunt in omnibus profiterentur sese Catholicae fidei defensores, ob eamque causam plurimum vexari à Catholicis, vel hæreticis Arianis: Theodosius voluit suo eosdem fouere rescripto. Facile namque fuit ea persuadere Imperatori, vt pote homini puræ sinceræque fidei, ac Catholicae veritatis studio, quam iidem Luciferiani schismatici tantopere affectabant. Res sic se habuit, donec hæc ipsa Episcopis Catholicis innotuere: qui cum quod verum esset, Theodosio significassent, omnes ipsorum conatus prorsus irritos reddiderunt. Meminit horum libelli<sup>a</sup> Gennadius his verbis: Scripsit, Faustinus scilicet, librum quem Valentiniano & Theodosio & Arcadio Imperatoribus (his tribus enim liber inscriptus erat) pro defensione suorum cum Marcellino quodam presbytero obtulit. Ex quo ostenditur Luciferiano schismati consentisse: quia Hilarium Pictauiensem & Damasum Urbis Romæ Episcopos in eodem libro culpant, quasi malè consuluerint Ecclesiae, quod præuaricatores Episcopos in communionem & sacerdotium, pacis recuperandæ gratia, recepissent: quod Luciferianis ita displicuit recipere Episcopos qui Ariminensi Concilio Arianis communicauerant, quomodo Nouatianis apostatas penitentes.] hæc Gennadius.

<sup>a</sup> Gennadius de Scripor. Eccles. cap. 16.

CHRISTI  
388.SIRICII PAP.  
4.VALENTIN. 13.  
THEODOSII IO. IMPP.EVGGERIA  
NYM SCHI  
MA PENI-  
TVS DEFE-  
CIT.

Par est credere, iisdem schismaticis aduersatum esse inter alios sanctum Ambrosium, quos fratrem Saryrum iam ante vitasse sciret, vt superius suo loco demonstratum est. Cum autem quæ duo isti presbyteri mendaciorum offusa caligine ingererent, à luce veritatis redarguta, manifestè cum Theodosio tum ceteris omnibus innotuere: mox omne ipsorum consilium dissipatum, & schisma discissum penitus fuit, adeo vt posthac nulla amplius mentio reliqua fuerit Luciferianorum schismaticorum: qui verò apud eos sanioris fuere consilij, compage vnitatis ac pacis Ecclesiæ Catholicæ coniuncti sunt, vt inter alios Gregorius Bæticus, qui copulatus Ecclesiæ, charitatis sanctæ vegetatus irriguo, euasit æquè sanctissimus, vixitque posthac complures annos: nam anno Domini trecentesimo nonagesimo secundo, quo scripsit sanctus Hieronymus volumen de Scripturis Ecclesiasticis, de eodem Gregorio adhuc superstite agit his verbis: Gregorius Bæticus Eliberi Episcopus vsque ad extremam senectutem diuersos mediocri sermone tractatus composuit, & de fide elegantem librum, qui hodie quoque superesse dicitur.] hæc Hieronymus.

GREGO-  
RII BARTI-  
CIST ALII.  
RVM HI-  
SPANORVM  
SCRIPTA.

Scripsit etiam idem Gregorius librum de Trinitate, qui extat ad Gallam Placidiam titulo prænotatus. Sed adiungamus huic opportunè alios, quos eadem prouincia viris clarissimis fertilis hoc eodem tempore habuit Ecclesiasticos tractatores, vt in primis qui in eodem quoque argumento versatus est Seobadius, qui & ipse de Trinitate contra Arianos commentarium edidit, & alia opuscula, æqualis planè Gregorij: nam & de ipso tradit sanctus Hieronymus, in vltima senectute adhuc in humanis agere dicto anno Domini trecentesimo nonagesimo secundo, cum de eo atque alijs ipse scriberet. Pacianus quoque tunc floruit Episcopus Barcinonensis, castitate, & eloquentia commendatus, cuius est inter alia lucubratio illa nobilis aduersus Nouatianos; qui in vltima & ipse senectute constitutus, sub Theodosio mortuus est ante dictum Domini annum, vt idem Hieronymus profertur: ad cuius filium Dexterum Præfectura Prætorij insignitum idem Hieronymus (vt dicemus) scripsit librum de Scripturis Ecclesiasticis. Haud pridem autem, nempe adhuc superstite Valentino, deserat ex hac vita Aquilius Seuerus nobilis ingenij & generis homo, cuius idem sanctus Hieronymus in eodem commentario meminit. Hi claruerunt temporibus his in Hispania fide Catholica & eruditione spectati.

GALLA PLA-  
CIDIA PRO-  
GALLA  
AVG.

Vt autem ad Gregorium Baticum, à quo digressa est, oratio reuertatur: in commentario de Trinitate ab ipso inscripto ad Gallam Placidiam, subdubito ne nomen Placidia ab aliquo rerum ignaro ac pariter nominum, fuerit superadditum. Si quidem Gallia Placidia filia fuit Gallæ sororis Valentini, Iustinæ filia, & vxoris Theodosij, Honorij verò Imperatoris ex patre soror: Gallam autem ipsam eius matrem anno superiori Theodosio nupsisse diximus, ad quam potius existimo scriptum fuisse librum, nempe ad Gallam Augustam eiusmodi eruditione maximè indigentem, quippe quæ matre Ariana genita, in Ariana hæresi ab eadem educata fuerit. Vt autem ad huius filiam tunc lactentem Gallam Placidiam Gregorius scripserit, nulla ratio persuadet, nec auctoritas suffragatur: cum præsertim ipsa (vt habet operis præfatio) dicatur ab eodem Gregorio ex persona hæreticorum illum expetisse commentarium, scriptis ab eisdem ad eam litteris, & propositis quæstionibus. Clausisse verò diem extremum Gregorium in Ecclesia Catholica magno nomine sanctitatis, indicant publica Ecclesiæ Catholicæ monumenta, in quibus adscriptum inter sanctos nomen eius anniuersaria celebritate recolitur.

Martyrolog  
Rom. di. 24.  
April.DE CHRO-  
MATII, HE-  
LIODORI,  
ET HIERO-  
NYMI EPI-  
STOLIS  
COMMENT-  
TICIIS.

Fertur Chromatij Episcopi Aquileiensis & Heliodori Episcopi Altinensis nomine epistola ad S. Hieronymum scripta, qua dicitur hoc anno, simulac Theodosius Imperator Mediolanum ingressus est, conuocasse ad se omnes Italiæ Episcopos, quorum arbitrio decerneretur causa quorundam Arianorum Episcoporum: in quo præsulum conuentu laudatus traditur ab eodem Imperatore alius Gregorius Episcopus Cordubensis, quod diebus singulis etiam ieiunij tempore illorum martyrum memoriam recoleret, quorum natalitia contigissent; de quæ his ipsos ad S. Hieronymum dedisse litteras, quibus eum rogarent vt Martyrologium scriberet: cui quidem epistolæ veluti ad eam redditæ ab eodem Hieronymo ad ipsos litteræ subiiciuntur. Quæ omnia vt spuria demonstrata reiecimur, confutauimusque in nostra de Martyrologio Romano tractatione, quam Notis ad ipsum additis præfiximus; tu ipsam consule.

At

CHRISTI  
388.SIRICII PAP.  
4.VALENTIN. 13.  
THEODOSII IO. IMPP.

A At sicut illas vt spurias iure respuimus, ita e contra merito affirmamus ipsum S. Hieronymum perbreuem sanctorum collectionem elaborasse, eamque ad eosdem Episcopos missam toto Christiano Orbe vulgatum esse, de qua Cassiodorus hæc habet: Vitas Patrum, confessiones Fidelium, passionum martyrum legite constanter, quas inter alia in epistola S. Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum destinata, proculdubio reperitis, qui per totum Orbem terrarum florere, vt sancta imitatio vos prouocans ad cælestia regna perducat. Hæc ipse. quæ quidem Hieronymi lucubratio non nisi post annos quatuor dici potest ab eo elaborata: nam cum post annos quatuor (vt dictum est) scripserit librum de Viris Illustribus, in cuius fine recensens omnia sua vsque ad illud tempus scripta, cum eius operis nullam penitus mentionem habuerit; vtique non nisi postea opus illud elaborasse dicendum est. Sed cum eius epistola libello præfixa nescio quo casu amissa desierit, duas illas supposuit imprudens, ne improbus dicam, effictor.

Hoc eodem anno, sub Consulatu videlicet Theodosij secundo, Palladius Galata (vt ipse testatur) Alexandriam petiit: qui tum ex iis, quæ ibi eremum Ægypti peragratus vidit, tum ab alijs audiuit, scripsit postea commentarium ad Lausum Præfectum, quam ob causam eundem librum interdum Lausiaca appellatur, cui & titulus ille præfixus alicubi reperitur, vt Paradisus Heraclidus nominetur. Mansit hic in eremo cum Euagrio Pontico aliquot annis (de triennio ibi confecto ipse meminit.) Porro Euagrii Pontici consuetudine, Origenis erroribus imbutus est. Fuit Euagrius (vt dictum est) origine Iberus citra Pontum Euxinum, quem ob id Hyperboritam appellat S. Hieronymus: qui à S. Basilio lector ordinatus, à Gregorio verò Nazianzeno Constantinopoli factus diaconus, Nestario relictus: inde cum diuino impulsu coactus esset recedere, Hierosolimam ad Melaniam se contulit: vbi corporis mala valetudine diu affectus pœnitentia antea vitæ ductus, ex clerico monachus redditus, in Ægyptum profectus, in Nitriæ monte monasticam vitam exercuit ad decimum sextum vsque annum, prout idem qui illi inhæsit Palladius tradit. Mirari sumus aliquem dubitare, num hic Palladius idem sit cum illo, quem fuisse natione Galatam & professione Origenistam, S. Hieronymus tradit; cum idem ipse Palladius eo commentario id profiteatur his verbis: Respondi me esse peregrinum, & de Galatiæ partibus venire, & viuum ex Euagrii fratribus esse confessus sum.] hæc ipse. Porro ambos, Palladium scilicet & Euagrium, Origenis erroribus fuisse corruptos, non obscure tum Hieronymus tum etiam Epiphanius affirmarunt.

At primum de Euagrio hæc Hieronymus: Euagrius Ponticus Hyperborita, qui scribit ad virgines, scribit ad Monachos, scribit ad eam, cuius nomen nigredinis testatur perfidia tenebras (sugillat Melaniam seniore) edidit librum, & sententias *ὅτι ἀπὸ θεῶν*, quam nos impassibilitatem, vel imperturbationem possumus dicere, quando numquam animus vlllo perturbationis vitio commouetur; & vt simpliciter dicā, vel saxum, vel Deus est. Huius libros per Orientem Græcos, & interprete discipulo eius Rufino, Latinos plerique in Occidente lectitant: qui librum quoque scripsit, quasi de monachis, multosque in eo enumerat, qui numquam fuerunt, & quos fuisse scribit Origenistas, & ab Episcopis damnatos esse non dubium est, Ammonium videlicet, & Eusebium, & Euthymium, & ipsum Euagrium, Or quoque, & Isidorum, & multos alios, quos enumerare tædium est, & iuxta illud Lucretij:

*Ac veluti pueris absynthia terra medentes  
Cum dare conantur prius oras pocula circum  
Contingunt dulci mellis flauoq; liquore:*

E ita ille vnum Iannem in ipsius libri posuit principio, quem & Catholicum & sanctum fuisse non dubium est: vt per illius occasionem, ceteros quos posuerat hæreticos Ecclesiæ introduceret.] hæc Hieronymus ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos, quos ab eiusmodi Origenistis fluxisse docet. Theophilus quoque in epistola ad Epiphanium eorumdem monachorum Origenistarum, nempe Ammonij, Eusebij, & Euthymij meminit.

Ceterum alijs quoque scriptis idem Euagrius magnam sibi conciliauit æstimationem: quam ob causam ab eis qui Origenistarum errores minimè exploratos habuerunt, plurimum commendatur, & inter alios à Sozomeno. Recenset eius lucubrationes Gennadius: nam præter Vitas Patrum, scripsit, inquit, multa monachis necessaria, ex quibus ista sunt: Aduersus octo principalium vitiorum suggestiones, quas aut primus aduertit,

Cassiod. In-  
stitut. diuin.  
lib. c. 32.DE PALLA-  
DIO GALA-  
TA ET EVA-  
GRIO PON-  
TICO.Pallad. Virg.  
SS. Patr. c. 14.  
Pallad. Virg.  
SS. Patr. c. 12.Pallad. eod.  
lib. c. 25.

Pallad. c. 22.

Hier. ad Cre-  
siphon.EVAGRIVS  
ORIGENI-  
STALAVDA-  
TOR ORIGE-  
NISTARVMHieronym.  
in proem. ad  
u. c. Pelag.  
Apud S.Hier. epist. 67  
EVAGRIVS  
SCRIPTA.Sozom. lib. 6.  
c. 30.Gennad. de  
vir. illust. c.

aut

aut inter primos didicit, octo ex sanctarum Scripturarum testimonijs opposuit libros, ad similitudinem videlicet Domini, qui tentatori suo semper Scripturarum testimonijs obuiauit, ita ut vnaquæque species vel diaboli vel vitiatæ naturæ suggestionum contra se haberet testimonium. Quod tamen opus eadem simplicitate, qua in Græco inueni, iussus in Latinum transtuli. Composuit & anachoretis simpliciter viuentibus, librum centum sententiarum per capitula digestum: & eruditis ac studiosis, quinquaginta sententiarum, quem ego Latinum primus feci: nam superiorem olim translatum, quia vitiatum per tempus & confusum vidi, partim reinterpreto, partim emendando, auctoris veritati restitui. Composuit & cœnobitis & synoditis doctrinam aptam vitæ communis, & ad virgines Deo sacratas libellum competentem religioni & sexui. Edidit & paucas sententias valde obscuras, & ut ipse in his ait, solis monachorum cordibus cognoscibiles, quas similiter ego Latinis edidi. Vixit longa ætate signis & prodigijs pollens. hæc Gennadius, qui erga Pelagianos & ipse Pelagianus propensior tribuit falsus auctor Euagrius signa atque prodigia: sed hac ex parte fidelior Palladius eius in eremo socius, qui res ab eo gestas conscribens, hæc de miraculis penitus ignorauit; non enim tacuisset tantas laudes amici, quem aliunde quæsitis laudandi argumentis summopere celebrauit: idemque ipsius lucubrations numerauit.

<sup>a</sup> Pallad. in Lausiac. c. 15.

<sup>b</sup> Socrac. li. 4. cap. 18.

Citatur à Socrate <sup>b</sup> Euagrii commentarius, cui titulus præfixus erat, Gnosticon: item alius de Vita ascetica: sed & aliorum ab ipso editorum meminit. Sed qui indolentiam Stoicam in Ecclesiam introducere conatus est, hominemque statim ad culmen perfectionis euehi à se posse iisdem scriptis pollicebatur, eo nomine ab alijs derisus est: nam inter alios hæc Ioannes Climax de eo: Putauit Euagrius sapientissimum se omnium alacritate sensus fieri; sed fraudem passus, sibi mentitus est miser, insipientiumque insipientissimus ex hoc ipso ostensus est, &c.] hæc Climax. Ceterum in omnibus sic Euagrius sectatus est Origenis errores, de quibus suo loco dicturi sumus, ut sententia Hieronymi, Epiphaniij, Theophili, & aliorum eundem perspectum habentium Orthodoxorum, idem ipse Pelagianis materiam præparauerit delirandi.

<sup>c</sup> Pallad. in Lausiac. c. 22.

<sup>d</sup> Hier. proœm. aduers. Pelag.

<sup>e</sup> Apud Hiero. epist. 60.

Sed & Palladius ei inherens, eiusdem quoque morbi contagione contabuit; de quo Hieronymus aduersus Pelagianos <sup>c</sup> agens, hæc habet: Palladius, seruilis nequitie, eandem hæresim instaurare conatus est, & nouam translationis Hebraicæ mihi calumniam struere: num & illius ingenio nobilitatiue inuidimus? nunc quoque mysterium iniquitatis operatur, &c.] Ob quam etiam causam S. Epiphanius eundem in Palæstina ista doctentem deplorans, ait <sup>d</sup>: Palladium verò Galatam, qui quondam nobis carus fuit, & nunc misericordia Dei indiget, caue; quia Origenis hæresim prædicat & docet: ne forte aliquos de populo tibi credito ad peruersitatem sui inducat erroris.] hæc ipse scribens ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, cum idem Palladius iam deseruisset eremum Nitriæ, & morbi causa (ut ipse testatur <sup>e</sup>) abiisset in Palæstinam; vbi aliquandiu moratus, hæreses docebat Origenis: quem cauendum Epiphanius Ioannem eius loci Episcopum quam primum admonuit. Cum verò Origenistarum nullum alium nominet, nisi Palladium: certè, & si alij essent eadem labe conspersi, tamen non alium quam ipsum id muneris subijisse, ut Origenis deliramenta doceret, satis apparet. Quamobrem Origenistam illum, quem S. Paulam tentasse Hieronymus scribit, neminem certè præter Palladium tunc in Palæstina morantem fuisse conspicio, de quo ista in eiusdem Paulæ epitaphio habet <sup>f</sup>: Tangam ergo breuiter, quo modo hæreticorum cœnosos deuiterauerit lacus, & eos instar habuerit Ethnicorum. Quidam veterator callidus, atque, ut sibi videbatur, doctus & sciolus, me nesciente cœpit ei proponere quæstiones, & dicere: Quid peccauit infans, ut à dæmone corripiatur? In qua ætate resurrecturi sumus? si in ipsa qua morimur, ergo nutricibus post resurrectionem opus erit: si in altera, nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. Diuersitas quoque sexus maris & feminæ erit, aut non erit? Si erit, sequentur & nuptiæ, & concubitus, sed & generatio: si non erit, sublata diuersitate sexus, eadem corpora non resurgent: aggrauat <sup>g</sup> enim terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: sed tenuia erunt, & spiritalia, dicente Apostolo <sup>h</sup>: Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quædam vitia & antiqua peccata in corpora esse delapsas, & pro diuersitate & meritis peccatorum, tali vel tali conditione generari, ut vel corporum sanitate gauderent & parentum diuitijs ac nobilitate, vel in morbidas carnes

<sup>f</sup> Hier. epist. 27.

<sup>g</sup> Quæ Pal. LAPIVS CVM PAV. EA.

<sup>h</sup> S. 1. p. 9.

<sup>i</sup> 1. Cor. 15.

A & domos inopum venientes; pœnas pristinorum luerent delictorum, & præfenti sæculo atque corporibus quasi carcere clauderentur.

Quod cum audisset, & ad me retulisset, indicans hominem, mihi que incubuisset necessitas nequissima viperæ ac mortiferæ bestię resistendi, de quibus Psalmista commemorat, dicens <sup>a</sup>: Ne tradas bestijs animas continentium tibi: & Increpa <sup>b</sup> Domine bestias calami, quæ scribentes iniquitatem, loquuntur contra Dominum mendacium, & eleuant in excelsum os suum: conueni hominem, & orationibus eius; quam decipere nitebatur, breui interrogatione conclusi, dicens, &c.] refert disputationem tunc cum eo habitam, atque ad postremum addit: Ex quo die ita cœpit Paula hominem detestari, & omnes qui eiusdem dogmatis erant, ut eos voce publica hostes Domini proclamaret.] hæc Hieronymus. Sic igitur à S. Hieronymo confutatus Palladius, in ipsum stylum conuertit, atque primum hæc de Paula aduersus eundem S. Hieronymum in suo commentario ad Lausium effudit <sup>c</sup>: Multas feminas vidi, plurimasque tam viduas quam virgines noui; inter quas Paulam Romanam, matrem Toxotij, feminam ad genus vitæ, quod est secundum spiritum, dexterrimo ingenio: cui quidem, quo minus ei se daret, impedimento fuit Hieronymus quidam genere Dalmata, qui mulierem optima indole ad genus vitæ perfectum, cum in eo multos, ne dicas omnes, longissimo post se intervallo videretur posse relinquere, ipse inuidia motus ad suum peculiare viuendi institutum pertraxit. Eius filia nomine Eustochium in Bethlehem vitam adhuc monachalem exercet: quam quidem ego numquam allocutus sum: ceterum fertur insigni esse pudicitia, & regere societatem virginum quinquaginta.] hæc Palladius: mansisse autem ipsum in Palæstina saltem vsque ad annum trecentessimum nonagesimumsecundum, inferius dicemus ex epistola Epiphaniij ad Ioannem.

<sup>a</sup> Psal. 73.

<sup>b</sup> Psal. 67.

<sup>c</sup> Pallad. in Lausiac. c. 19. QUÆ PALLADIUS IN S. HIERON. MVM.

At quid postea de Palladio? Accidit quidem, ut recedens è Palæstina in Bithyniam, Catholici hominis personam induerit, & inter Catholicos consuescens postea in Ioannis Chrysostomi Episcopi Constantinopolitani se amicitiam insinuarit. Et vnde hoc, inquit, de consuetudine cum Ioanne accepisti: ex eo potissimum, quod fatuit eidem Ioanni Chrysostomo, cui quidem non communionem Catholica tantummodo coniunctus, sed & eidem fuit tolerantia malorum propinquus: nam quæ ob eiusdem Ioannis defensionem passus est, his verbis ipse declarat <sup>d</sup>: De Palæstina autem ad prouinciam Bithyniam veni: in qua nescio quo modo, vtrum studio hominum, an voluntate diuina (hoc Deus nouit) Episcopus ultra meritum in eum factus sum. In quo tempestatis illius, quæ sub S. Ioanne commota est, interfui malis, & per decem menses in obscurissima cellula occultatus, cœpi illius sancti dicta reminisci, &c.] Quo etiam tempore, cum vigeret vehementior in eundem Chrysostomum persecutio, ex Oriente recedens, Romam se contulit ad Innocentium, à quo vna cum alijs exceptus est. Et vnde hæc <sup>e</sup> dices. Testatur id ipse, cum de Pinianno atque eius coniuge Melania iuniore, à quibus exceptus in Vrbe fuit, sermonem habens, hæc ait <sup>f</sup>: Ne nobis quidem certè, cum plurimi simul essemus, qui Romam propter beatum Episcopum Ioannem perrexeramus, exigua præstiterunt: sed dum in illis partibus degeremus, officiosissimo nos susceperunt hospitio, largissimisque sumptibus, cum inde proficisceremur, honorauerunt.] hæc ipse.

<sup>d</sup> PALLAD. MILITAT INTER CATHOLICOS.

<sup>e</sup> Palladii cod. lib. c. 22.

<sup>f</sup> Pallad. in Lausiac. c. 49.

Quando autem id acciderit, expressum habes in dialogo de rebus eiusdem S. Ioannis his verbis <sup>g</sup>: Vix mensis effluerat, cum Palladius quoque Episcopus Helenopoleos (est enim Helenopolis ciuitas in Bithynia, de qua superius) absque litteris venit, qui & ipse fugisse dicebat vesaniam Principum: expressius autem atque signantius enarrauit omnia, ipsumque exemplar edicti protulit, &c.] licet hunc, de quo agimus, Palladium diuersum ab illo esse oporteat, qui in eo dialogo interloquitur: etenim tunc primum Romam se venisse dicit, cum sub Zosimo Papa pro pace Ecclesiarum ea functus est legatione. Sed quid tandem? ipsum foris pro tempore mutasse personam potius, quam animam impietate refertum, non leue argumentum est, quod eo libro, quem post eas turbas conscriptum ab eo constat (nam in eo meminit de Melaniæ obitu, qui contigit post Urbis Romæ excidium) Origenistas complures laudauit, ipsumque Euagrium Origenis erroribus infamatum ad cælum euexit. Intelligis ex his, lector, satis periculosas hoc tempore hæreses excitari, quarum studiosos eadem Origenis haurire atque alijs propinare venena eo magis perniciofa, quo iisdem viri magnæ doctrinæ & sanctitatis nomine celeberrimi haberentur. Quis doctrina æqualis Didymo, qui primus

<sup>g</sup> Extant tom. 1. 10. Chryf. e. 17. Parif. col. 10. PALLADIUS ROMAM AD VENTVS.

& do-



CHRISTI SIRICII PAP. VALENTIN. 13. IMPP.  
388. 4. THEODOSII IO.

Origenem suum nondum expiatum sordibus Alexandriae tamquam idolum crexit: cui A  
thus incauti adolevere Melania senior atque Ruffinus, Euagrius atque Palladius, necnon  
nominati superius anachoretæ: quibus postea inhærens Pelagius & ipse monachus, ma-  
iore accessione impietatis nouæ hæresis auctor factus, non amplius inter gregales milita-  
uit Origenistas, sed ipse sibi nomen conciliauit hæresiarchæ, de quo suo loco pluribus  
atque sapius agendum erit. Vide, quàm periculosum sit extra lineam Catholicæ purita-  
tis efferre pedem, licet quis magnorum virorum tuta se putet sequi vestigia: sed illud tu-  
rum, antiquum Ecclesiæ seruare depositum, traditionibus inhærerere, nouantium que omnes  
voces tamquam serpentum sibilos & terrificos luporum vlulatus horrescere. Erant enim  
(inquit Vincentius<sup>a</sup>) horum omnium verba illa fastu & arrogantia plena. Nobis aucto-  
ribus, nobis principibus, nobis expositoribus, damnate quæ tenebatis, tenete quæ da-  
mnabatis, reijcite antiquam fidem, paterna instituta, maiorum deposita, & recipite, no-  
stra videlicet. quænam illa tandem? horreo dicere: sunt enim tam superba, vt mihi non  
modò affirmari, sed ne refelli quidem sine aliquo piaculo posse videantur.] sed de his suo  
loco dicendum.

IESV CHRISTI SIRICII PAP. VALENTINIANI 14. IMPP.  
ANNVS ANNVS THEODOSII II.  
389. 5.

Timasio atque Promoto Consulibus aperitur annus Domini trecentisimus octogesi-  
mus nonus, quo S. Augustinus cum hiemasset Romæ, expectata opportuna tura que  
navigatione, ad Ostia Tiberina descendens, inde solutus in Africam, retardatur san-  
ctæ matris ægritudine: qua defuncta, persolutis eidem postremis pietatis officijs, vna cum  
sociis in Africam nauigauit. Id quidem in primis hoc anno contigisse, ipsius Augustini  
reflificatione monstratur, dum aduersus litteras Petiliani<sup>b</sup> agens affirmat, se post necem  
illatam Maximo tyranno in Africam remeasse. Cum verò confiter ex his quæ dicta sunt,  
Maximi interitum contigisse anno superiori, sexto Kalendas Septembris, S. Monicæ  
verò obitus certus habeatur ex die natali ipsius in Ecclesiasticis tabulis annotatus qua-  
rta Maii: vtique non ante præsentem annum Augustini reditus in Africam potuit con-  
tigisse. hæc de tempore. Quod verò ad sanctissimæ feminæ ex hac vita locum migra-  
tionis spectat; decuit planè ipsam iam voti compotem factam, de tanta victoria parta, in  
cælis cum Angelis, quibus est gaudium super vno peccatore pœnitentiam agente, perenni  
gloria triumphare, & ad Romanum litus potius quàm in Africa relinquere sacras carnis  
exuias, quas Romam delatas Romana Ecclesia dignis prosequeretur honoribus, & cum  
Vrbe Orbis religioso veneretur affectu. At quid Augustinus de matris felicissimo ad  
Deum transitu?

Cum, inquit<sup>c</sup>, apud Ostia Tiberina effemus, mater defuncta est. Multa prætereo, quia  
multum festino.] post enarratam verò compendio eius vitam, hæc subdit<sup>d</sup>: Imminente  
autem die, quo ex hac vita erat exitura (quem diem tu Domine noueras, ignorantibus  
nobis) pronenerat, vt credo, procurante te occultis tuis modis, vt ego & ipsa soli stare-  
mus incumbentes ad quamdam fenestram, vnde hortus intra domum, quæ nos habebat,  
prospectabatur: illic apud Ostia Tiberina, vbi remoti à turbis post longi itineris laborem  
instaurabamus nos navigationi: colloquebamur ergo soli valde dulciter, & præterita  
obliuiscetes, in ea, quæ ante sunt, extenti: quærebamus inter nos apud præsentem verita-  
tem, quod tu es, qualis futura esset vita æterna sanctorum; quam nec oculus vidit, nec  
auris audiuit, nec in cor hominis ascendit<sup>e</sup>, &c.] & post multa de vita illa mutuo collo-  
quio disputata: Fili, inquit illa, quantum ad me attinet, nulla iam re delector in hac vita.  
Quid hic faciam adhuc, & cur hic sum, nescio, iam consumpta spe huius sæculi. Vnum erat,  
propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, vt te Christianum Catholi-  
cum viderem, prius quàm morerer. Cumulatus hoc mihi Deus meus præstitit, vt te, etiam  
contempta felicitate terrena, seruum eius videam. Quid hic facio? Ad hæc ei quid respon-  
derim, non satis recolo.

Cum interea vix intra quinque dies, aut non multo amplius, decubuit febris: & cum  
ægotaret, quodam die defectum animæ passa est, & paululum subtracta à præsentibus.  
Nos concurrimus: sed cito reddita est sensui, & aspexit astantes me & fratrem meum, &  
ait no-

EX ORGE-  
NISTIS PE-  
LAGIANI.

<sup>a</sup>Vincen. Li-  
rin. cont. hæ-  
res. c. 14.

<sup>b</sup>Aug. RE-  
DITVS IN  
AFRICAM.

<sup>c</sup>Aug. cont.  
litt. Petil. lib.  
3. cap. 25.

<sup>d</sup>Aug. Cõfess.  
lib. 9. cap. 8.  
<sup>e</sup>Aug. ibid. c. 10.

<sup>f</sup>Philip. 3.

<sup>g</sup>1. Cor. 2.

CHRISTI SIRICII PAP. VALENTIN. 14. IMPP.  
389. 5. THEODOSII II.

Ait nobis, quasi quærenti similis: Vbi eram? Deinde nos intuens marore attonitos: Po-  
netis hic, inquit, matrem vestram? Ego silebam, & fletum frõnabam: frater autem meus  
quiddam locutus est, quo eam non peregre, sed in patria defungi tamquam felicis opta-  
ret. Quo audico, illa vultu anxio reuerberans eum oculis, quod talia saperet, atque in-  
de me intuens: Vide, ait, quid dicit. Et mox ambobus: Po nite, inquit, hoc corpus vbi cum-  
que, nisi vos eius cura conturbet: tantum illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis  
mei, vbi fueritis.]

Attende, lector, quid optet sanctissima femina: non aliud vtique, quàm quod sciret in  
Ecclesia factitari à pijs viris: nimirum, vt sacris Missarum sacrificijs sacerdotes, & alij qui  
isdem interessent, pro animarum defunctorum salute Deo preces offerret. Sed post non-  
nulla: Illis, inquit, stupentibus virtutem feminæ, quam tu dederas ei; quærentibusque  
vtrum non formidaret tam longè à sua ciuitate corpus relinquere: Nihil, inquit, longè est  
Deo; neque timendum est, ne ille non agnoscat in fine sæculi, vnde me resuscitet. Ergo  
die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo & tertio ata-  
tis meæ, anima illa religiosa & pia corpore soluta est] quarto Nonas Maij.

Peregit Augustinus sanctissimæ matris funus, more (vt ait<sup>a</sup>) Christianorum, quo in-  
ter alia consuevit, antequam corpus conderetur sepulchro, pro anima offerri sacrificium,  
quod dicebatur pro delictis defuncti, scilicet ne anima detineri posset à contrariis pote-  
statibus. Nam idem Augustinus memoria repetens extrema illa verba, quibus in altare  
Deo commendari ipsa voluerat, ait<sup>b</sup>: Namque illa, imminente die resolutionis suæ, non  
cogitauit suum corpus sumptuosè contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum  
electum concupiuit, aut curauit sepulchrum patrum: non ista mandauit nobis, sed tan-  
tummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei prætermissione  
seruierat, vnde sciret dispensari victimam sanctam, qua delictum est chirographum quod  
erat contrarium nobis, qua triumphatus est hostis computans delicta nostra, & quærens  
quid obiciat, & nihil inueniens in illo in quo vincimus. Quis ei refundet innocentem  
sanguinem? quis ei restituet pretium, quo nos emit, vt nos auferat ei? Ad cuius pretij  
nostri sacramentum ligauit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Nemo à protectione  
tua dirumpat eam. Non se interponat nec vi, nec infidiis leo & draco. Neque enim respon-  
debit illa, nihil se debere, ne conuincatur & obtineatur ab accusatore callido: sed respon-  
debit, dimissa debita sua ab eo, cui nemo reddet quod pro nobis non debens reddidit.]  
hæc Augustinus, planè insinuans, quid prætenderet Ecclesia agere, cum pro defuncti ani-  
ma, corpore nondum tumulato, sacrificium Deo incruentum offerret; nempe, ne anima  
dilla ab aduersarijs potestatis impediretur, quo minus ad Deum libera ascenderet: allu-  
dens prorsus ad eas, quæ præmittabantur, vt hodie, in sacrificio ab Ecclesia preces: Domi-  
ne Iesu Christe Rex gloriæ, libera animas omnium Fidelium defunctorum ab omni vin-  
culo delictorum, de pœnis inferni, & de profundo lacu, libera eas de ore leonis, ne absor-  
beat eas tartarus, ne cadant in obscurum, sed signifer S. Michael repræsentet eas in lucem  
sanctam, quam olim Abraham promisti & semini eius.

Porrò etiam hæc preces generatim omnes complecti videantur Fideles defunctos, tamen  
priuatim pro illa anima dicebantur quæ tunc decesserat; prout antiquiores Missales libri  
demonstrant, in quibus sic legitur: Libera Domine animam N. & animas omnium Fide-  
lium, &c.] sicut cum postea inter sacra recolitur defunctorum memoria illis verbis: Me-  
mento Domine N. & famulorum, famularumque tuarum, &c.] in alijs verò libris legun-  
tur interlineares variæ lectiones numero singulari expressæ, quibus significaretur, easdem  
preces, pro occasione, singulari vel plurali numero proferendas. Sic igitur S. Monica id ex-  
poscebat à suis, quod & S. Augustinus à fratribus tum illi tum patri suo impertiri rogabat:  
nam subdit<sup>c</sup>: Inspira Domine Deus meus, inspira seruis tuis fratribus meis, filiis tuis domi-  
nis meis, quibus & voce & corde & litteris seruiuo, vt quotquot hæc legerint, meminerint  
ad altare tuum Monicæ famule cum Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem  
introduxisti me in hanc vitam, &c.] hæc singula ad insinuandos antiquos Ecclesiæ mores  
in hodiernum perseverantes recensuisse volumus: quorum demonstrato exemplo, dubi-  
tantium resoluti possint ambages, vt curiositas inquieta quiescat, & delirium curari nouan-  
tium hæreticorum.

Sed persolutis S. Monicæ religiosis pietatis officijs, Augustinum redeuntem in Africam  
comitemur. Soluens è Portu Romano, secunda navigatione Carthaginem appulit, ibique  
susceptus

<sup>o</sup>BITVS  
<sup>MONICAE.</sup>

<sup>q</sup>uinto

<sup>a</sup>Aug. ibidem  
cap. 12.

<sup>b</sup>Aug. ibidem  
cap. 13.

MEMORIA  
PRO DEFVN-  
CTIS AD AL-  
TARE.  
<sup>c</sup>Coloss. 2.

MISSARVM  
PRO DEFVN-  
CTIS ANTI-  
QVA RIUS.

<sup>d</sup>Aug. Cõfess.  
lib. 9. c. 11.

CHRISTI  
389.SIRICII P.A.P.  
5.VALENTIN. 14. IMPP.  
THEODOSII II.S. AVGVSTI-  
NI IN AFRICA  
CAM REDI-  
TVS.  
Aug. de Ci-  
uit. Dei lib.  
22. c. 8.

susceptus hospitio apud illustrem virum Innocentium Exaduocatum Vicariæ Præfecturæ A  
valde ægrotantem. Quid autem tunc ibi mirandum acciderit, idem Augustinus rem ex-  
actè describens narrat his verbis: Venientes de Transmarinis me & fratrem meum Ali-  
pium, nondum quidem clericos, sed iam Deo seruientes, vt erat cum tota domo sua reli-  
giosissimus, ipse susceperat, & apud eum tunc habitabamus. Curabatur à medicis propter  
fistulas, quas numerosas atque perplexas habuit in posteriore atque ima corporis parte.  
Iam secuerant eum, & artis suæ cetera medicamentis agebant. Passus autem fuerat in se-  
ctione illa & diuturnos & acerbos dolores: sed vnus inter multos sinus fefellerat medicos,  
atque ita latuerat, vt eum non tangerent, quem ferro aperire debuerant. Denique sanatis  
omnibus quæ aperta curabant, iste remanserat solus, cui frustra impendebatur labor. Quas  
moras ille suspectas habens, multumque formidans ne iterum secaretur, quod ei prædixe-  
rat alius medicus domesticus eius, quem non admiserant illi, vt saltem videret, cum pri-  
mum sectus est, quo modo id faceret, iratusque illum domo abiecerat, vixque receperat, B  
erupit, atque ait: Iterum me secturi estis? Ad illius, quem noluit esse præsentem, verba  
uenturus sum? Irridere illi medicum imperitum, metumque hominis bonis verbis pro-  
missionibusque lenire.

INNOCEN-  
TII V. C.  
HOSPITIIS  
AVGVSTI  
LANGVOR

Præterierunt & alij dies plurimi, nihilque proficiebat omne quod fiebat. Medici tamen  
in sua pollicitatione persistebant, non se illum sinum ferro, sed medicamentis esse clau-  
suros. Adhibuerunt & alium grandævum iam medicum, fatisque in illa arte laudatum  
(adhuc enim vivebat) Ammonum dico: qui loco inspecto, idem quod illi, ex eorum di-  
ligentia peritiaque promisit. cuius ille factus auctoritate securus, domestico suo medico,  
qui futuram prædixerat aliam sectionem, faceret hilaritate, velut iam saluus, illi sit. Quid  
plura? postea tot dies inaniter consumpti transierunt, vt fessi atque confusi faterentur, C  
eum nisi ferro nullo modo posse sanari. Expavit, expalluit nimio timore turbatus: at-  
que vbi se collegit, fatique potuit, abire illos iussit, & ad se amplius non accedere: nec aliud  
occurrit fatigato lacrymis & illa iam necessitate constricto, nisi vt adhiberet Alexan-  
drinum quemdam, qui tunc chirurgus mirabilis habebatur, vt ipse faceret quod ab illis  
fieri volebat iratus. Sed postquam venit ille, laboremque illorum in cicatricibus sicut ar-  
tífex vidit; boni viri functus officio, persuasit homini, vt illi potius qui in eo tantum la-  
borauerant, quantum ipse inspiciens mirabatur, curationis suæ sine fruerentur, adiciens,  
quod re vera nisi sectus esset, saluus esse non posset: sed valde abhorrere à suis moribus,  
vt hominibus, quorum artificiosissimam operam, industriam, diligentiam admirans in ci-  
catricibus eius videret, propter exiguum quod remansit, palmam tanti laboris auferreret.  
Redditi sunt animo eius, & placuit vt eodem Alexandrino assistente, ipsi sinum illum fer-  
D  
ro, qui iam consensu omnium aliter insanabilis putabatur, aperirent. Quæ res dilata in con-  
sequentem diem.

Sed cum abiissent illi, ex mæore nimio domini tantus est in domo illa exortus dolor, vt  
tamquam funeris planctus vix comprimeretur à nobis. Visitabant eum quotidie sancti vi-  
ri, Episcopus tunc Vrsensis beatae memoriæ Saturninus, & presbyter Gelosus, ac diaconi  
Carthaginensis Ecclesiæ, in quibus erat & ex quibus solus est nunc in rebus humanis iam  
Episcopus, cum honore à nobis debito nominandus, Aurelius; cum quo recordantes mi-  
rabilia opera Dei, de hac re sæpe collocuti sumus; eumque valde meminisse quod com-  
memoramus, inuenimus. Qui cum eum, sicut solebant, vespere visitarent; rogauit eos  
miserabilibus lacrymis, vt mane dignarentur esse præsentem suo funeri potius, quam dolo-  
ri. Tantus enim eum metus ex prioribus inuaserat pœnis, vt se inter medicorum manus E  
non dubitaret esse moriturum. Consolati sunt eum illi, & hortati, vt in Deo fideret, eiusque  
voluntatem viriliter ferret.

INNOCEN-  
TII CVRA-  
TIO DIVINI  
TVS FACTA.

Inde ad orationem ingressi sumus. Vbi nobis ex more genua figentibus, atque incum-  
bentibus terræ, ille se ita proiecit, tamquam fuisset aliquo impellente grauiter prostra-  
tus, & cepit orare, quibus modis, quo affectu, quo motu animi, quo fluuio lacryma-  
rum, quibus gemitibus atque singultibus succulentibus omnia membra eius, & penè  
intercludentibus spiritum, quis vllis explicet verbis? Vtrum orarent alij, nec in hæc eo-  
rum auerteretur intentio, nesciebam. Ego tamen profusus orare non poteram: hoc tantum-  
modo breuiter in corde meo dixi: Domine, quas tuorum preces exaudis, si has non exau-  
dis? nihil enim mihi videbatur addi iam posse, nisi vt expiraret orando. Surreximus  
itaque, & accepta ab Episcopo benedictione discessimus, rogante illo vt mane adessent,  
illisque

CHRISTI  
389.SIRICII P.A.P.  
5.VALENTIN. 14. IMPP.  
THEODOSII II.

A illisque vt æquo animo esset hortantibus. Illuxit dies qui metuebatur: aderant serui Dei,  
sicut se affuturos esse promiserant. Ingressi sunt medici: parantur omnia quæ hora illa  
poscebat, tremenda ferramenta proferuntur, attonitis, suspensisque omnibus. Eis autem  
quorum erat maior auctoritas, defectum animi eius consolando, erigentibus, ad manus  
secturi membra in lectulo componuntur: soluuntur nodi ligamentorum, nudatur locus;  
inspicit medicus, & secundum illum sinum armatus atque intentus inquirat. Scrutatur ocu-  
lis, digitisque contrectat: tentat denique modis omnibus, inuenit firmissimam cicatri-  
cem. Iam illa lætitia & laus atque gratiarum actio misericordie & omnipotentis Deo,  
quæ fusa est ore omnium lacrymantibus gaudijs, non est committenda meis verbis; co-  
gitetur potius, quam dicatur. ] hætenus Augustinus de his quæ domi hospitis sui Cartha-  
gine vidit. subdit & de alijs itidem Carthagine editis miraculis: sed nos reliqua eius acta  
B prosequamur.

Rediens vna cum socijs Alipio & Euodio in patriam, quem condixerant vitæ statum, <sup>Aug. Cōfess.</sup>  
cum adhuc in Italia essent, exercere cœperunt. Secedentes enim rus, ibidem triennio <sup>lib. 9. cap. 8.</sup>  
permanere; & quibus exercitijs ait Possidius: A se iam alienatis curis sæcularibus, cum <sup>AVGVSTINI</sup>  
iis qui eidem adhærebant Deo vivebat, ieiunijs, orationibus, bonisq; operibus, in lege Do- <sup>TRIENNA-</sup>  
mini meditantibus die ac nocte. Et de iis quæ sibi Deus cogitanti atque oranti intellecta reue- <sup>LIS CON-</sup>  
labat, & præsentens & absentis sermonibus ac libris docebat. ] porro toto illo triennio lai- <sup>VERSATIO.</sup>  
cus Deo seruiuit. Quo tempore, hoc inquam ipso anno, librum scripsit de Magistro, nem- <sup>Posid in</sup>  
pe sequenti anno à suscepto baptismo, cum iam Adeodatus puer sexdecim esset annorum, <sup>Vit. S. Aug. c.</sup>  
qui tempore baptismi, quem suscepit anno superiori, agebat (vt ipse ait) annum deci- <sup>3.</sup>  
mum quintum; quem eodem ferme tempore ex hac vita discessisse tradit. Scripsit etiam <sup>Aug. Cōfess.</sup>  
C tunc duos libros contra Manichæos de Genesi: abfoluit & libros de Musica: addidit etiam <sup>lib. 2. c. 6.</sup>  
commentarium de Vera religione aduersus Manichæos. hæc inquam omnia edidit, an-  
tequam presbyter fieret, ipso triennio commorationis in eremo. reliqua de ipso inferius  
suo tempore.

Hoc item anno, ipso mense Maij, nona die, sanctus Gregorius Nazianzenus, cognomen- <sup>OBITU S.</sup>  
ro Theologus, migraturus in cælum, feliciter diem clauit extremum: quod quidem ex <sup>GREGORII</sup>  
S. Hieronymo ita deducimus: agens enim ipse in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis de <sup>NAZIAN-</sup>  
eodem Gregorio, hæc de tempore obitus habet: Decessit, inquit, ante fermè triennium <sup>ZENI.</sup>  
sub Theodosio Principe. ] hæc cum ipse dicat, constetque eum commentarium ab eo scri-  
ptum anno eiusdem Imperatoris decimoquarto (testatur id enim ipse in fine) planè as-  
ferendum est, vnde decimo eiusdem Theodosij anno, hoc ipso nimirum, eum ex hac vita dis-  
cessisse. Ex his igitur adeo exploratis, erroris redarguitur Prosperi Chronicon, in quo  
D eiusdem Gregorij obitus recensetur anno tertio ipsius Theodosij Augusti sub Consulatu  
Eucharj atque Syagrii: ille enim non est obitus annus, sed quo ipse in Synodo Constan-  
tinopolitana abdicans se, in patriam redijt, quem plures post annos fuisse superstitem,  
quæ dicta de eo sunt, manifestè declarant. Sed nec subsistere ex iisdem probatur, quod  
tradit Suidas, eundem Gregorium diem obiisse anno eiusdem Imperatoris decimoter-  
tio, suæ verò ipsius ætatis nonagesimo: secundum enim eiusmodi ætatis eius annorum  
numerum, dicendum esset, ipsum eo tempore, quo Athenis erat, cum & Iulianus Apo-  
stata ibidem versaretur, iam explese annum ætatis quinquagesimum quintum: cum ta-  
men ipse de se scribat Gregorius (vt dictum est) trigésimum tantum tunc ætatis annum  
egisse, cum post discessionem Basilij, ipse qui remanserat, publicè profiteretur. Quamob-  
rem secundum initam à nobis superius eiusdem natalis temporis rationem, qua diximus  
naturum esse anno ante Nicænum Concilium, Domini verò trecentesimo vigesimoquar-  
to: vti que affirmandum erit, cum defunctum esse anno ætatis suæ sexagesimoquin-  
to. Sed iam quæ eius obitum præcesserunt ærumnæ ex corporis infirmitate, hic descri-  
bamus.

Fuisse quidem ipsum robusto corpore, verum assiduis ægritudinibus atque molestijs  
fractum hebetatumque ipse testatur: & vt omitam præterita, iam à tempore quo rece-  
dens Constantinopoli Nazianzum reuersus est, & Arianzi ruri paterno deguit, assiduis  
fermè morbis vexatus est: ea enim de causa vidimus se excusasse quo minus ad nouum  
veniret Concilium Constantinopolitanum. Quinetiam scribens ad V. C. Anysum, quod  
Olympiadis nuptijs, ad quas complures vocati essent Episcopi, minimè conuenisset, po-  
dagæ morbo se laborasse significat, aded vt gestari ab alijs opus esset. Quantum autem  
eiusmodi

STATVS GRÆ-  
GORII NA-  
ZIANZ. IN  
SENECTUTE  
d. Greg. Naz.  
epist. 57.

eiufmodi excruciatu fuerit morbo, ipse carminibus sepe deplorat potius, quam decantat. A Cum igitur ita morbo affectus detineretur in lectulo, arumnis tum animæ tum corporis afflictatus, cygneis se carminibus solabatur: complures enim diuersique generis extant versus, quos senex decumbens in strato scribebat: adhuc extant ipsi, quibus indicat se non morbo tantum vexatum corporis, memoriaque præteritorum malorum assidue cruciatum, sed diris à diabolo impugnatum esse tentationibus.

At quibusnam? dices eiufmodi certe, quæ vix credibiles etiam fierent, nisi ipse earum haberetur assertor, qui eius rei causa lugubres sepe cecinit threnos, quos soluta oratione hic reddemus. Cum enim intehitur in carnem suam, hæc inter alia habet: Non improbitati tandem tuæ impudentiæque finem impones: non spiritui ac senectuti iam canæ frustra miseræque te submittes? ] & paulo post: Quocirca verere me tandem, ac libidinem istam, petulantiamque compece; nec in animæ meæ perniciem perpetuo furore debacchare: B alioqui testor, fore vt te accerimè oppugnem, omnique dolorum genere frangam, atque cadauere imbecilliorum te reddam. ] at quibus remedijs eandem insultantem coereere solet, mox subdit: Venite iam, & quidem magna copia, scelerum expiatrix lacrymæ: veni laboriosam tam mentis quam corporis peruigilium, vt flammæ meæ ardorem minuatis, fœtidamque vitiorum putredinem abstergatis: venter satietatem ableget: genua humi flexa obrigescant, cinisque cibi loco sit: asperimus siccus mollia membra vndique tegat, vexatæque animæ suppetias ferat. Veni tristis cura carnis domatrix, futura supplicia mihi semper ob oculos ponens. Atque hæc quidem stoliditati meæ, vecordiaque medicamenta ipse adhibeo, &c. ] At ne putes ipsum hæc poetice fingere, audi quid alibi dicat, cum deplorat ærumnas animæ suæ: Ego, inquit, in hac canicie corpus lanio, oculos premo, diurnis nocturnisque, curis ter miseram animam conficio, vt eam flammam extraham: C nec sic quidem tamen, nisi admodum ægrè corpus in potestate teneo. ] & post multa, demum cum nullum satis idoneum atque sufficiens expertum se dicat esse remedium ad carnis tentationes edomandas, ad Deum conuersus ista precatur: Senectutem, quæso, meam, optime Deus, canumque hoc caput serua, vitæque finem optatum concede. ] conqueritur idem alibi, cogi se experiri in senectute, quæ iuuenis nullo negotio sibi visus fuerat superasse: quippe quod pro monstro videbatur magna dæmonum incendia sensisse, vt qui illibatam à pueritia virginitatem custodierat, iam senex tentationis carnis facibus incenderetur ardentibus.

Quod rursum ad hanc rem pertinet (perlibenter enim in his vagatur oratio) accidit aliquando, vt dum sic ruri degeret, arte dæmonum, in villa sibi propinqua Valentinianus quidam nobilis loci dominus lasciuientes secum haberet feminas ob oculos Gregorij positas: D cum ipse sibi timens, loco cessit, recedensque ad ipsum Valentinianum epistolam scripsit, in qua hæc inter alia: Multo melius erat, tabula publicè propofita (proscriptionis scilicet) nobis secessionem indicere, quam per mulieres, quas è regione nostri collocasti, vitæ grauitatem & sanctitatem interdiceret, ac quotidianum dedecus & maledicentiam adiungens ab ijs proficiscentem, qui libenter faciunt, vt iis qui ita sibi viuendum proposuerunt, vt nos viuimus, obtrectent. At nisi hoc dictum audax sit, nos quoque per Euam è paradiso expulisti. ] hæc & alia Gregorius inde alio migrans. Transiit enim vt ceruus senex infirmis pedibus, quod in fuga tantum in eiufmodi bello sciret repositam esse salutem, atque victoriam collocatam.

Vix credi potest, quanto ipse studio in senectute, infirmus corpore, excoluerit monasticam disciplinam, quantave seueritate cohibuerit tum corporis tum animæ sensus E extra lineam spiritus vel quid modicum descedentes: discas enim ex vno hæc omnia, quod ipse narrat his verbis: Nunc verò & morbo affectus & senectute fractus ac debilitatus, in aliam calamitatem incidi, indomitam linguam, præcipiti que loquendi celeritate volubilem habens, quæ me inuidi hostis mei manibus semper tradidit, innumerisque incommodis affectit, &c. ] solet enim eiufmodi vitium in senibus virefcere. At quam hoc coërcuit disciplina? perpetuo quadraginta dierum silentio, quo absoluto, cecinit illud carmen, sic eo Christum compellans: Tibi linguam meam deuixi, & eam nunc soluo: quod vtrumque vt piè faciam, te supplex rogo & obsecro. Loquar quæ loqui conuenit: quæ autem nefas est loqui, ne animo quidem & cogitatione complectar. ] hæc ipse.

At nec ob id quod reliquerit ciuitates & confluentes Episcopos, carere persecutionibus

Greg. Naz. in carm. aduersus carnem GREGORIVS SENEX VEXATVS STIMVLIS CARNIS FORTITER PUGNANS

Greg. Naz. in carm. de calam. animæ suæ

Greg. Naz. in carm. de rebus suis GREGORIVS SENEX VITAT ASPERTVM FEMINARVM

Greg. Naz. epist. 136.

LOQUACEM IN SENECTUTE LINGVAM COERCERET GREGORIVS

Greg. carm. in silentio quiescens

nibus potuit, illatis quidem ab hypocritis vitæ monasticæ professoribus, qui cum cernerent in Gregorium magni nominis virum omnium conuerti oculos, ipsumque præceteris ab omnibus celebrari laudibus: infenso id animo ferentes, ipsum carpere, & iacere contumelias cœperunt, quod scilicet ruri ageret, non in siluis, incongruamque monacho vitam duceret. Porro scripsit in eiufmodi monachos hypocritas ipse Gregorius carmen, quo in vnum ex eis petulantiorum ait: Nuper quidam stultus, delicijsque præditus, diues, atque insolens deliciis mihi vitæque molliciem obiectabat, cum alia multa dicens, tum etiam illud, me diuitem & copiosum esse, vt qui & hortum & otium & mediocrem fontem habeam. ] conuertenti que in eos orationem, iure ipsos redarguit eorumdem, quorum alios reprehenderent, amplissimorumque prædiorum possessionem & delicias carnis obiectans, mox subdit: Nos contra, si fontem, vel hortulum, vel exiguam auram, vel vmbrosam quoddam nemusculum, res vtique leuissimas possideamus, proinus id delicias interpretamini. Quid? an ne respirare quidem Christianis licet? &c. ]

Quorsumnam verò progressa est pseudomonachorum similitudo eousque sanè, vt (quod horrendum est dictu) ad altare Dei sacrificantem Gregorium lapidibus appetierint; occidissentque, nisi diuina fultus gratia, immane periculum euassisset. meminit ipse de eiufmodi more latronum facta translatione in epistola ad Theodorum Episcopum Tyanensem in eosdem monachos scelus vindicare paratum, cum ab infligendis in eos pœnis reuocare conatus, ita scribens:

Audio te contumelias eas, quas monachi ac pauperes nobis intulerunt, grauius mollesque ferre. Nec verò mirum est, te, qui nullum adhuc vulnus accepisti, nec calamitatum nostrarum periculum fecisti, ad huiusmodi res animo discrucari: Nos autem, vt qui & plura mala perferimus, & contumelijs impetiti simus, fidem atque auctoritatem merito nancisci queamus, ea pietati tuæ præcipientes, quæ cum canicies docet, tum ratio ipsa demonstrat. Grauius quidem atque adeo grauius sunt ea quæ contigerunt: quis inficias ire queat? nimirum & contumeliam altaribus illatam esse, & conturbata mysteria; & nos inter sacra, quibus opera dabatur, & eos qui saxis nos appetebant, interiectos, aduersus lapidum ictus medicinam à precibus petiisse, virginum pudorem in obliuionem misisse, monachorum modestiam, pauperum calamitatem, quos animorum austeritas misericordia quoque priuauerat. Nihilominus tamen lenitate atque clementia vti, fortasse fatius est, multisque per ea quæ perpetimur, lenitatis ac patientiæ documentum præbere. Plerique enim sunt, quos non tam oratio mouet, quam actio, quæ taciti cuiusdam monitoris instar est.

Magnum esse censemus, de ijs à quibus læsi sumus, pœnam sumpsisse: magnum inquam; nam & hoc ad aliorum vitia corrigenda vtile est: At multo hoc maius & diuinius est, acceptam iniuriam tolerare: illud enim improbitatem coercet, hoc autem ad probitatem adducit; quod quidem longè præstantius ac perfectius est, quam à vitio abstinere. Ingentem nobis humanitatis quæstum propositum esse existimemus, si ea quæ in nos admilla sunt, condonemus, vt ipsi quoque veniam consequamur, &c. ] pluribus docet præstare zelo mansuetudinem. Hic verò illud obiter attigisse sat erit: Gregorium hæc scribentem ad Theodorum Episcopum Tyanensem, & alias plures epistolas ad eundem dantem, calumniam passum à posteris, qui asserunt scripsisse litteras ad Theodorum Mopsuestenum hæreticum, sed cum mille modis redargui possit calumniantium vel dolus, vel imperitia: satis illud tibi, Iustinianum Imperatorem in edita à se de fide Catholica sanctione ipsum ab hac calumnia liberasse.

His igitur Gregorius tam præclaris auctus in senectute coronis, locupletatus meritis, viatico immortalitatis accepto, feliciter migravit in caelum: cuius transitus non mortis, sed natalis titulo, quolibet anno in Ecclesia repetendus, publicis monumentis adscriptus, hætenus virenti obseruantia celebratur. Eius verò venerandam effigiem in Græco codice Vaticano ita descriptam inuenimus: Statura mediocri erat, pallidus aliquantulum, non tamen citra venustatem, depresso naso, supercilijs in rectum protensis, aspectu blando & suauis, altero oculo, nempe dextero, subtristis, quem cicatrix quædam contrahebat; barba non promissa, sed densa, eaque in extremo quasi fumo infuscata: qua parte caluus non erat (nam subcaluus erat) albos crines habebat, atque conspicuos. ] hæc ibi, & quidem consentientia iis quæ ab ipso descripta leguntur, nimirum

MONACHUS HYPOCRITAE ADVERSA TYPUS GREGORIO

Greg. Naz. carm. in monach. hypocrit.

Greg. Naz. epist. 13. edit. noua.

GREG. LAPIDIBUS IMPETITVS PRO Lapidantibus intercedit.

Estat. to. 2. Concil. noua edit.

GREGORIVS EFFIGIES.

Cod. Græc. num. 549.

Greg. Naz. orat in Max. Greg. in car. de volens suis Greg. orat ad Anim.

de pallore & macie, oculi cicatrice, atque caluitie. Tanto autem tum viuens, tum etiam post mortem nominis splendore effulsit & gloria, ut tam Græcorum quam Latinorum præconis celebraretur: quem & reueriti sint & laudauerint etiam Ecclesiæ hostes, ut inter alios Eustorgius, qui Basilio atque Apollinari Gregorium præfert.

Repræsentauit eum quasi viuentem post mortem veneranda ipsius imago non pictura tantum, sed & sculptura reddita; quæ in ecclesia collocata, magna Fidelium ueneratione frequentata cultaque piè fuit; ex qua & miracula diuinitus edita prodire, ut inter alia illud sub Michaelè Balbo Imperatore, cum Constantinus filius Leonis Armeni Augusti ex violenta abscissione mîtus redditus, eius imaginis opera, sed virtute prototypi regnantis in celo, recepit loquelam. quo modo res se habuerit, Cedrenus narrat; sed nos de his seruatò ordine temporum suo loco agemus. At reddamus hic epigramma seu potius vitæ ipsius epitomen continens epitaphium ab ipsomet versibus inter graues vitæ molestias decantatum: est verò eiusmodi:

Cedrenus in Mich. Balbo.

Greg. Naz. in Epitaph. Epit. Vita sua. GREGORII EPITAPHIUM.

Cur carnis laqueis tu me pater implicuisti? Cur subsum vitæ huic, quæ mihi bella mouet? Diuino patre sum genitus sanctasq; parente: Hec mihi lux vitæ namque precante data est. Orauit summoq; Deo me uouit: at ortus Est mihi per somnum uirginitatis amor. Ista quidem Christi: post at subsere procella: Rapta mihi bona sunt, fracta colore caro. Pastores sensi quales uix crederes vltis, Orbatuq; abij prole, malisq; granis: Gregorij hæc vitæ est: at Christo postera cura, Qui vitæ dator est. Exprimat ista lapis.]

sed exigua sunt hæc: siquidem res ab eo præclare gestæ vnâ cum nomine ipsius non solum in celo sunt scriptæ, sed & plurimis in terra leguntur exculptæ columnis, sicque uiuit post obitum ubique beatus: nam eius animam Christus, scripta possidet Ecclesiæ, & corpus Roma tandem accipiens nobilissimo condidit tumulo in basilica Vaticana. Celebrantur ore omnium sanctorum Patrum eius præconia, quem & Cassiodorus eiusmodi exornat elogio: Gregorius splendidissimum scientiæ & doctrinæ iubar: qui & cum iam olim vitæ functus sit, etiam nunc tamen auctoritate & fide uiuit: & cum iam olim corpore abisset Ecclesijs, tamen uoce ac magisterio non recedit. Ita quidem, cum sit frequenter audire è suggestu loquentem Gregorium hæreticos sermonibus insectantem, roborantemque fidem Catholicam, sui prærogatiua suffragij controuersias dirimentem, definitentem insuper dubia, atque pronunciantem quæ careat appellatione sententiam.

DE TESTAMENTO S. GREG. NAZIANZ.

Cum hucusque in prima editione res Gregorij Nazianzeni produxerimus, prætermisimus, quod planè ignorabamus, ab eo conditum testamentum: Quis enim illud extare, vel rationem aliquam ipsius habendam esse putasset, quod tot rerum atque scriptorum eiusdem Gregorij accuratissimos exploratores præterisset, vel si nouerunt, tamen uisi sunt penitus tamquam commenticium contempsisse? Cum verò illud prætermissem omnino; M. Antonius Massa Salernitanus I. C. quocum ob illius doctrinam, variamque eruditionem cum pietate coniunctam domestica mihi consuetudo intercedit, omnium fere librorum angulos exploratos habens, cum istud ipsum minimè eum lateret, liberiori amicitia vsu lapidis salibus suauiter carpens, oscitantia me redarguit, quod cum de Gregorio Nazianzeno penè nihil omiserim, eius tamen testamenti nullam prorsus habuerim mentionem: nam etsi illud fortasse nobis minimè probaretur, confutare saltem discretis rationibus, muneris nostri esse: quod negare non potui.

Later illud quidem inter Brissonij uiri sanè valde periti formulas Græcè editum: sed cum mendosum vehementer inuentum esset & mutilum, vehementisque uirgeret de impostura suspicio, rem contuli cum Iacobo Sirmundo mei studiosissimo Parisiensis professore Societatis I E S V, omnium planè litterarum genere excultissimo: qui infatigabili studio penetralia quæque bibliothecæ Vaticanæ perlustrans, inuenit tandem in duobus antiquis codicibus eiusmodi testamentum, quod contulit, emendauit, atque Latinitati primus omnium tradidit, deditque nobis, sicut hic habes descriptum:

Vatic. Biblioth. nu. 317. & 392. Græc. libr.

Consulatu Flauij Eucherij & Flauij Syagrij, clarissimorum uirorum, pridie Kalendas Ianuar.

A Ianuar. \* Gregorius Episcopus Catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ, uiuens ac prudens, sanoque consilio & integris sensibus condidi hoc testamentum: quod quidem iubeo & uolentem esse, firmitatemque in quolibet foro & quomodolibet obtinere. Iam enim mentem meam manifestam feci, & meam omnem substantiam Catholicæ Nazianzi Ecclesiæ consecraui ad pauperum, qui sub eadem sunt Ecclesia, ministerium: ob eamque causam tres præfeci iuxta hanc meam uoluntatem Prochotrophos, pauperum curatores, Marcelum diaconum ac monachum, Gregorium item diaconum, qui fuit de familia mea, & Eustathium monachum, qui & ipse fuit è domo mea. Nunc uerò eundem animum retinens erga sanctam Ecclesiam Nazianzenam, eodem persto in proposito.

\* TESTAMENTUM GREGORII NAZ.

Cum igitur contigerit me ex uita decedere: heres meus esto Gregorius diaconus & monachus domesticus quondam meus, quem pridem manumisi, ex uniuersa substantia mea mobili & immobili, ubicumque ea mihi sita est: ceteri omnes exheredes mihi sunt: Ita quidem, ut meam omnem substantiam mobilem & immobilem sanctæ Catholicæ Nazianzi Ecclesiæ ipse restituat, nihil penitus subducens, præterquam quæ hoc testamento quibusdam priuatim reliquero legati aut fideicommissi gratia: sed omnia (ut prædixi) diligenter seruet Ecclesiæ, Dei timorem præ oculis habens, sciensque iam à me decretum, ut omnia mea illius Ecclesiæ pauperum ministerio cedant; in eamque rem se institutum heredem, ut per ipsum Ecclesiæ omnia sine fraude conferentur.

HERES FRATER COMMISSARIUS

Seruos quoscumque uel mea uoluntate, uel beatissimorum parentum meorum mandato manumisi, hos omnes nunc etiam liberos manere uolo, & peculia sua sibi habere, absque uilo impedimento.

Volo præterea, heredem meum Gregorium diaconum uia cum Eustathio monachò, ambo olim è domo mea possidere prædium Arianzenum, quod ex Regini bonis ad nos peruenit: gregales uerò equas & oues, quotquot iam ipsis præfens dari iussi, quarumque proprietatem ipsis ac dominium tradidi, has ipsis quietas manere uolo iure dominij. Per præceptionem item, Gregorium diaconum & heredem meum, qui mihi fideliter ministravit, priuato iure dominij habere uolo aureos numero quinquaginta.

RELICTA HEREDI IVRE DOMINII

Rufianæ uirginis uenerandæ, propinquæ meæ, certa condicta in annos singulos dari iussi, uindè uitam liberè traducat: quæ quidem omnia eidem, quemadmodum præscripsi, uolo & iubeo sine mora præstari. De habitatione autem tum quidem propterea nihil statui, quod nescirem ubinam ipsa degere mallet: nunc uerò & hoc uolo, quocumque ipsa loco elegerit, parari ei domum ingenuæ congruentem ad honestam uirginis habitationem: quam utique domum sine interpellatione habeat ipsa in usum fructum, quoad uixerit, postea restituat Ecclesiæ. Addi præterea eidem uolo puellas duas, quas ipsa delegerit, hoc nimirum pacto, ut cum ea morentur puellæ usque dum uiuet; & si quidem illi ita uisum fuerit, liceat ipsi libertate eas donare; sin minus, & illæ quoque ad Ecclesiam pertineant.

LEGATA TVM RUFIANÆ VIRGINI.

Theophilum puerum, qui mecum perseverauit, iam manumisi: uolo autem ei nunc etiam dari legati nomine nummos quinque. Eupraxium uerò eius fratrem libetum esse uolo, eique legati nomine dari aureos nummos quinque. Volo præterea Theodosium Notarium meum liberum esse, eique legati nomine dari aureos nummos quinque.

LEGATA DE VERSIS RELICTA.

Alypianam, filiam meam dulcissimam (ceterarum enim Eugenæ & Nonnæ exigua ratio ducenda est, ut quarum uita reprehensione non vacat) ueniam mihi dare uolo, quod nihil possim ipsi relinquere: quippe qui omnia iam pauperibus destinaui, aut potius beatissimis parentibus, qui ita polliciti erant, obsecutus sum: quorum mentem violare, nec sanctum, nec tutum arbitror. Quæcumque igitur ex beati fratris mei Cæsarij rebus in ueste ferica, aut linea, aut lanea, uel burichaliis supersunt, hæc ad ipsius liberos pertinere uolo, & nulla in re ipsam, uel sorores ipsius molestas esse uel heredi meo, uel Ecclesiæ.

EXCVSATIO DE PRÆTERITIS SVIS.

Meletius gener meus prædium Apenzinsennum, quod Euphemij erat, sciat se mala fide possidere, de quo quidem etiam antea scripsi sæpius Euphemio, ignauitatem eius reprehendens, nisi sua recuperaret: Et nunc testor omnes magistratus, & qui sub magistratu sunt, iniuriam fieri Euphemio: oportet enim prædium Euphemio restitui.

ADMONTIO TESTAMENTARIA

Emptionem fundi Canotalorum reuerendissimo filio Episcopo Amphilochio redintegrari uolo: constat enim ex chartis nostris, idque norunt omnes, quod & solutus fuerit contractus, & pretium receperim, proprietatemque ac dominium possessionis iam pridem tradiderim.

DIVERSA LE BATA.

Euagrio diacono, qui multorum mecum laborum & curarum particeps, in multis suam mihi benevolentiam commendavit, gratiam habeo coram Deo, & coram hominibus. Ac maiora quidem ipsi Deus retribuet: ne verò parva etiam amoris symbola prætermittamus; volo ei dari camasum unum, tunicam unam, pallia duo, aureos nummos triginta. Similiter dulcissimo condiacono nostro Theodulo dari volo camasum unum, tunicas duas ex ijs quæ sunt in patria, aureos viginti ex patriæ item rationibus. Elaphio Notario, qui & bene moratus est, & quo tempore fuit in obsequio, bellè nos refocillavit, dari volo camasum unum, tunicas duas, pallia tria, sigillionem in patria, nummos aureos viginti.

Hoc meum testamentum ratum ac firmum esse volo in omni iudicio & quomodo-cumque: quod si tamquam testamentum vim non habuerit, tamquam voluntatem ipsum ultimam seu codicillum valere volo. Qui verò ipsum evertere tentaverit, rationem reddet in die iudicij.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Gregorius Episcopus Catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ regei testamentum, & omnia probans subscripsi manu mea, & vim obtinere volo ac iubeo.

TESTES SVB SCRIBEN- TES.

Amphilochius Episcopus Catholicæ Iconij Ecclesiæ interfui testamento reuerendissimi Episcopi Gregorij, & ab eo rogatus subscripsi manu mea.

Optimus Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Antiochenæ interfui, cum reuerendissimus Episcopus Gregorius testamentum suum, ut supra scriptum est, disponeret, & eo rogante, subscripsi manu mea.

Theodosius Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Hydæ præfens sui testamento reuerendissimi Episcopi Gregorij, & ab eo rogatus subscripsi manu mea.

Theodolus Episcopus sanctæ Catholicæ Apameæ Ecclesiæ præfens fui, &c.

Hilarius Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Isauriæ præfens fui, &c.

Themistius Episcopus sanctæ Catholicæ Hadrianopolis Ecclesiæ præfens fui, &c.

Cledonius presbyter Catholicæ Iconij Ecclesiæ præfens fui, &c.] hætenus testes: post quorum subscriptiones, nomen eius qui ex archiuo Nazianzeno eiusmodi testamentum edidit, habetur in iisdem codicibus scriptum his verbis:

Ioannes sanctissimæ Nazianzi Ecclesiæ lector & Notarius exemplum diuini testamenti, quod in sanctissima ecclesia mea reconditum est, sancti & illustris ac Theologi Gregorij excrispsi & edidi.] hætenus ex veterimis exemplaribus Vaticanis.

ELVCIDATIO TESTA- MENTI GREG. NAZ.

Iam verò nostrarum partium esse scimus, ut his quàm exactè percognitis, num hæc in omnibus inueniantur veritati consentanea disquiramus, elucidemusque obductum veluti rubigine monumentum. Esse quidem ipsum germanum Gregorij Theologi testamentum, sunt multa quæ persuadeant. Verum quoniam ipsa prima eius inspectione longè refugere possit animus, ut id audire velit, nedum asserere ipsum Gregorium filias habuisse atque generum: de hoc ipso primum iure agendum erit. Etenim nihil est, ut vel in leue discrimen possit adduci Gregorij, quem suis ipse sæpe scriptis profiteretur, cultus virginitatis, quam par est ut ante omnia apertissimè demonstratam atque probatam, factam testam in omnibus relinquamus.

VIRGINITAS GREG. NAZIANZ. PERSPICVA SATIS. Greg. Naz. de se ipso.

Nihil quidem magis certum atque exploratum ex omnibus Gregorij rebus gestis videri potest, quàm ipsum perpetuam coluisse virginitatem, testante id ipso quàm sæpissimè, cum in senectute confectus ærumnis sese eius tamquam rei præclaræ memoria consolans, cygneis modulibus sæpe concinuit, ut illud in primis prosa redditum: Corpore virgo sum: an autem etiam animo, haud certum habeo.] profiteretur hoc etiam in carmine ubi conqueritur de calamitatibus suis, itemque in carmine de Virginitate, & in præceptis ad Virgines: rursus in carmine de Vita sua, & eo qui inscribitur De rebus suis, ubi hos habet versus:

Non me connubium strinxit, nec fluxio vita.] & inferius:

Nec mea femineo maduerunt membra liquore.] Insuper cum rursus animæ suæ calamitates deplorat, visionem sibi diuinitus ostensam recenset, qua permotus fuerit à puero, ut se virginem perpetuè conseruaret. id ipsum etiam affirmat cum inuehitur in hypocritas monachos, necnon in epitaphio de se scripto: ut planè nihil in Gregorio firmitus atque tutius, quàm perpetuæ virginitatis cultus, absque vlla dubitatione affirmari penitus possit. Seruata igitur & in omnibus comprobata Gregorij virginitate, iam ne-

bulam

A bulam illam quæ de filiabus & genere ex testamento contracta videtur, ex ipsiusmet Gregorij scriptis dimoueamus omnino.

Quod igitur ad nominatas in testamento filias spectat, illud ingerimus: si omnes quas ipse Gregorius suis scriptis filias vel filios nominat, ex coniuge esse susceptos, velimus asserere, erit profecto ut plusquam quingentos (ut ita dicam) ex Gregorio genitos esse liberos affirmare cogamur. verum ad spiritualem generationem eos omnes esse referendos, ne longè petatur exemplum, habes in eodem testamento ab ipso Gregorio nominatum filium suum Amphilochium Episcopum, utpote ætate iuniorem. nam in epistola ad Cæsarium de eo scripta: Ipse, inquit, manu mea carissimum filium nostrum Amphilochium offero, virum probitatis nomine vsque adeo nobilem (etiam præterquam ætas ferat) ut ipse, qui & senex & sacerdos & amicus vester sum, præclare mecum agi existimaturus sum, si eam hominum existimationem obtinerem.] hæc ipse. Sic igitur nihil est ut cogamur asserere, quas nominat filias, eas à Gregorio ex vxore susceptas.

QUAE SUNT NOMINATAE FILIAE A GREGORIO.

Verum dicendum potius eas illius fuisse neptes: etenim quam potissimum laudat, sprete ceteris, Alypianam, eo gradu tum ipsam tum reliquas duas sorores Gregorio iunctas fuisse, ex ipsius Gregorij epistolis certo certius intelligere possumus. Reperit quidem Alypiana ista ipsi Gregorio fuisse ex sorore Gorgonia neptis, nuptaque insigni viro Nicobulo, ex quibus ortus est Nicobulus iunior, cuius nomine ad eius patrem extat Gregorij carmen, necnon aliud patris nomine ad ipsum filium redditum, & aliæ complures epistolæ, ut inter ceteras quæ signatur in Billiana nouissima editione numero centesimo quinquagesimo quinto, cuius hæc est inscriptio ex Græco reddita exemplari, qua ipsius epistolæ argumentum ponitur verbis istis:

ALYPIANA ET SORORES NEPTES GREG.

Eidem Nicobulo, Alypianæ ipsius vxori, Gorgoniæ Gregorij sororis filia, corporis staturam exprobranti.] hæc in epistolæ inscriptione. Sed quid ista sibi velint, ex ipsa accipere licet epistola, quæ cum perbreuis & lepida valde sit, hic integram describemus: sic enim se habet:

Greg. Naz. epist. 155.

Alypianam apud nos cauillis incessis, ut paruam & tua proceritate indignam, o magne & vaste, ac gigante tum forma, tum robore. Nunc demum intelligo, animum mensuræ subijci & virtutem expendi, ac rupes margaritis præstantiores esse, coriosque luscinijs angustiores. Tu verò magnitudine tua & eubitis frueri, ne Aloydis illis vilo modo inferiore te præbe. Equum enim ducis, & hastam vibras, & feræ tibi curæ sunt. Ipsa autem nihil operis patrat: nec magni roboris est, radium ferre, colum tenere, ac telæ assidere:

PACETA BPE STOLA GREGORII DE ALYPIANA.

id enim feminarum decus est.

Quod si hoc quoque adicias, eam orationis causa humi curuam esse, ac per ingentes mentis agitationes perpetuam cum Deo consuetudinem habere: quid hic de tua sublimitate corporisque mensura te iactabis? Vide tempestiuum silentium: loquentem audi: quàm incompta sit, animaduerte, quàm, ut femina, fortis ac strenua; quas rei domesticæ utilitates afferat, quàm viri amans sit. At tum illud Laconis dices: Certè animus in mensuram minimè cadit: atque externum hominem oculos coniectos in internum habere oportet. Si hæc ad hunc modum consideres, iocari desines, eamque ut paruam deridere, tuumque coniugium faustum ac felix iudicabis.] hætenus Gregorius ad maritum Alypianæ Nicobulum.

Consentientia his planè sunt quæ de eadem Alypiana idem Gregorius habet in testamento, cum mulierem frugi, sibi que ob id carissimam prædicat, despectis reliquis duabus eius sororibus Eugenia atque Nonna, referente nomen auæ, longè tamen disparibus moribus prædita. Aliquod planè nefas ab eis admissum & publicè cognitum ac decantatum oportuit, ut ipse Gregorius publicis tabulis eas ita indecoris notis inustas reliquerit. Sic & sanctus Hieronymus sororem suam virginem lapsam, sed ad penitentiam reuocatam, epistola scripta ad Chromatium & collegas, postteris notum reddidit. Hæc qui considerat, non adeo mirabitur de Gregorio Nazianzeno, & multo minus, si legerit quæ de lapsu Gordianæ virginis amittæ suæ S. Gregorius Papa ad populum pro concione recensuit. ut planè videas sanctos viros despexisse penitus etiam propinquos, quos scissent Deo minimè esse caros, sed laudare tantum solitos Deo acceptos, secundum illud de viro iusto dictum à Dauid: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat.]

SANCTI VIRIDES PRÆSERVNT SVOS, CVM IMPROBIS VERINT. Hier. epist. 43.

Greg. in Evangelio homil. 38.

Psal. 14.

Quod

Quod verò ex parentum voluntatis præscripto bona omnia iubeantur non in affines, A sed in pauperes erogari: cum nihil esset quod caræ Alypianæ nepti Gregorius legare posset: eius tamen filijs dulces dari præcepit Cæsarij fratris exuuias diutius apud se retentas, velut cara pignora germani amantissimi, qui iam pridem ex hac vita decesserat.

DILUTVR DE GENERI VOCE OBIECTIO.

Consule Henric. Thesaur. GYAL. Justin. l. 18.

Iam igitur de Gregorij ex coniugio filiabus omni dubitationis amoto penitus scrupulo, de Meletio qui in testamento gener nominatur, soluendus est nodus, quo Gregorius obligatus coniugio videatur. Vox quidem illa, quæ ex Græco Latine reddita, gener est, in Græco codice legitur γενεός: cuius quidem nominis etsi frequentior vsus est, vt generum exprimat, significare tamé posse interdum affinem quemlibet, qui glossæmata Græca elucidant<sup>a</sup>, absque controuersia profitentur: immo apud Latinos idem in voce, generi, loquendi vsus obtinuit: & vt alios prætermittamus, habes apud Iustinum<sup>b</sup> historici, loquendi vsus obtinuit: & vt alios prætermittamus, habes apud Iustinum<sup>b</sup> historici, cum generum ab eo dici virum sororis. Quamobrem nullo pacto adstringimur, vt Gregorius Meletium generum nominari voce illa, sed affinem potius significare voluisse, exploratissimum satis reddidit ex ipsius repetitis sæpius testificationibus, quibus perpetua eius virginitas absque vlla vel leuissima saltem dubitatione monstratur.

OBIECTIO DE THEODULO EPISCOPO APAMEAE SOLVITVR.

Postet insuper & de Theodulo Episcopo Apameæ, qui subscribitur testis, illud obijci, quod reperitur eo anno non Theodolus, sed Ioannes Apameæ Episcopus subscriptus œcumenicæ Synodo Constantinopoli eodem anno habitæ. Verum ostenditur eiusmodi obiectionem nullius prorsus esse momenti. Etenim præter Apameam quæ in Syria est, cuius dictus Ioannes Antistes, fuerunt tres aliæ eiusdem nominis ciuitates, nimirum prima quæ in Bithynia fuit ad oram maritimam inter Rindaci & Afcarij ostia, cuius meminere Stephanus & Ptolomæus, secunda in Phrygia ad Marsyæ fluminis ostia, vbi ipse Meandro coniungitur, cuius meminerunt Plinius & ex Græcis Strabo, quam post Ephesum clarissimam omnium Asiæ vrbium prædicant, in qua celeberrimum esse soleret emporium: sed & præter hanc, aliam fuisse Apameam Parthorum ciuitatem, affirmant. Sic igitur non arētatur, vt licet constet tempore Concilij Constantinopolitani Apameæ Syriæ præfuisse Ioannem, non potuerit Theodulus alicuius ex reliquis tribus Apameis fuisse Episcopus: vnde nullius momenti ea esse reperitur obiectio.

DE MENSE ET DIE OBIECTIO SOLVITVR.

Ceterum quod ad mensuram & diem eius anni in eodem testamento descriptos pertinet, posset etiam aliquis obiicere, neque Gregorium, neque Episcopos qui subscriperunt, tam diu post absolutam ante quinque vel sex menses Synodum esse commoratos Constantinopoli, neque post abdicationem eius vocatum amplius fuisse Gregorium Constantinopolitanum Episcopum, vt ponitur in testamento. Ad hæc verò primum illud iure dici posse videtur: Quis adeo durus est & seuerus Iudex, qui in re adeo antiqua non concedat testamentum ipsum aliquem puluerem contraxisse mendorum, qui sit excutiendus? Quamobrem si velimus post absolutum Concilium & post abdicationem sedis illud ipsum testamentum fuisse à Gregorio nuncupatum: tunc planè accidisse videtur, vt Ioannes ille qui ex archiuo Ecclesiæ Nazianzenæ ipsum in lucem prodidit testamentum, cum illud exscriberet, & Gregorium simpliciter nominatum Episcopum legeret, honoris causa addiderit, Constantinopolitanum, & quidem bona fide, quod sciret eo anno ipsum præfuisse eidem Constantinopolitanæ Ecclesiæ.

DE TEMPORE RECONDITI TESTAMENTI.

Verum illi sententiæ magis inhæreo, vt prope tempus Concilij eiusmodi à Gregorio fuerit conditum testamentum, atque dicendum esse, in mensem potius irrepsisse errorem. Etenim nec in codice quem nactus est Brissonius, nec in altero è duobus Vaticanis nomen mensis expressum erat: in quo & potuit accidisse, vt errore libratorum, λαυαπίον, scriptum fuerit pro, λαιόν. Vt autem opiner paulo ante Concilium eiusmodi esse à Gregorio conditum testamentum, illud persuadet, quod ea oratione quam tunc Constantinopoli ante Concilium in Maximum habuit, inter alia, suis se cunctis iam priuasse bonis ostendit his verbis: Paupertatem obijcient? Quid ego audio? meas opes & copias? Atque vtinam & pannos hosce exuere possem, vt huius vitæ spinas nudus percurrerem: vtinam & grauem hanc tunicam quam celerrimè abijcerem, vt leuiorem acciperem. ] & inferius: Sed pecunias eripient? quas tandem? si meas: quin eadem opera pennas quoque excidant, quibus cinctus non sum. ] hæc ipse, quibus quidem se iam bona cuncta abdicasse significat.

Sunt autem adhuc complura alia ex eiusdem Gregorij scriptis adducenda, quibus demonstrari contingat idem ipsum testamentum esse Gregorij. In primis verò, quod quæ in eo

A in eo mira erga pauperes sollicitudo monstratur, eadem in omnibus eius scriptis expressa conspicitur. Quod enim in testamento pauperibus posthabuerit affines, cum ita à parentibus fidei commissariam accepisset hereditatem: testatur ipse de matre sua in oratione habita in funere patris, ad eum erga pauperes fuisse amore propensam, vt dicere soleret, se ipsam, si licuisset, & filios ad alendos pauperes distracturam fuisse. Ipse verò non fundos tantum & domos in pauperes erogauit, sed & libros in eorum vsum conuertit. Cum enim Adamantius rhetor amicus Gregorium aliquando rogaret dari sibi libros rhetoricæ facultatis, misit ipse quidem illos Gregorius, sed pretium illorum petijt, scripta ad eum epistola, vbi ad finem ista faceret admodum<sup>a</sup>: Quod si hæc quidem rectè dici videntur, & minime philosophicum esse, librorum pretium postulare: tu mihi pecuniam solue, obiectionem autem tuam soluent pauperes. ] hæc ipse, ex quibus vides immensam B eius erga pauperes curam.

MIRA GREGORII ERGA PAUPERES SOLICITUDO.

Greg. Naz. epist. 199.

Sed & videre est in ipsius Gregorij scriptis eiusdem testamenti, quo pauperibus sua cuncta reliquit, haberi saltem tacitam mentionem. Etenim ad hoc ipsum visus est alluisse, cum post discessum Constantinopoli, scribens ad Constantinopolitanos sacerdotes & populum, ista habet in fine: Hæc verba Gregorij sunt, quem aluit Cappadocia, quippe se facultatibus omnibus suis orbauit, vt eas Christo offerat. ] Insuper in carmine de se ipso post reditum ex vrbe Constantinopolitana, de suarum rerum abdicatione agens, hunc habet versum:

Cessi inuita alijs mente, libente alijs ] planè duplicem Constantinopoli à se factam rerum abdicationem insinuans, inuito animo alteram, nimirum cum sedem reliquit, alteram cum pauperibus cuncta sua testamento donauit.

C Est & carmen ad Iulianum Tributorem Exaquatorem, quo Ecclesiam Nazianzenam commendat, in qua ad pauperum vsum fe omnia sua erogasse testatur: quæ quidem bona cum ab ipso Iuliano describerentur ad vestigalia soluenda, vt mitius agat rogans, hæc de Nazianzena Ecclesia inter alia habet: Moneat tua, inquit, domus, quæ miseros homines omni benignitatis genere complecti consuevit: moneant te quoque, ô amice, opes meæ, quas ego crucis ferendæ causa pauperibus erogauit. ] & paulo post: Opes meæ sunt, sed tua est descriptio. Cura igitur, vt erga pauperes alendos mercedem eandem vterque consequamur. ] En vides, lector, ex his omnibus non solum ostendi ipsius Gregorij testamentum, sed iam executioni mandatum perspicue declarari, cum quæ ipse reliquisset Ecclesiæ, illa iam possideret. Meminit & alijs in locis de abdicatione à se facta omnium diuitiarum, retento sibi (vt ipse ait) vbi degeret, paruulo tantum horto cum fonte, testatur D id quidem ipse, cum in monachos quosdam hypocritas iuste inuehitur.

TESTAMENTUM GREGORII LEGATI IONIKI MANDATA.

Sunt & alia præterea plura, quæ eiusdem testamenti germanitatem insinuant, vt cum in eo Euagrium diaconum adeo commendat, cui & recentita superius legata reliquit: hunc quis non videt fuisse Euagrium Ponticum, qui cum eo vixit Constantinopoli, laudatissimum tunc illum quidem, de quo suo loco pluribus agitur? Insuper Euphemius, qui in hoc eodem testamento nominatur, is esse potuit, cuius meminit in epistola ad Alypium<sup>b</sup> de cuius etiam nuptijs agit in epistola ad Theodosium<sup>c</sup>. Nec præterimus de Regimiliars adnumerat in carmine ad Hellenium. Sed ex Episcoporum quoque subscriptionibus intellige eiusdem testamenti sinceritatem: nam præter Amphilochoium, qui sequitur ordine Optimus Episcopus Antiochenus, ipse est, cuius mentio fit in lege Theodosij<sup>d</sup>

DE EVA-GRIIO LEGATARIO.

Greg. epist. 149. Greg. epist. 114.

l. 3. de heret. Cod. Theod.


E hoc anno post Concilium data. Et quis nesciat, qui vltimo loco subscriptus habetur Cleodnius presbyter, illum esse, quem adeo mirificè laudat in eodem carmine ad Hellenium? Sed & prudens rerum antiquarum scrutator sinceritatem scripti huius intelliget ex vobis vestimentorum ibi nominatorum, quæ ob nimiam antiquitatem inter exoticas abierunt, vt ille, camosus, atque sigillion: sed de sigillione apud Trebellium Pollionem in Claudio facta mentio reperitur.

Iam habes, lector, Gregorij testamentum non solum è carie & tinca erutum, sed ab obiectionibus vindicatum, illustratumque scholijs, & redditum omni puto ex parte probatum: egregium planè quod plurimi facias monumentum, ab alijs, si qui ante viderunt, fortasse speratum, quod veluti in obducto situ numismate ipsa in eo Gregorij imago minime cerneretur expressa, immo reddere videretur effigiem hominis coniugio obligati: sed eo exterio diligenter & perpurcato, ipsissimam ibi cusam Gregorij intueris imaginem.

Hæc

Hæc iam satis; quæ si hic minus oportuna videntur, caro monitori, sed importuno ex- A

tori Massæ accepta feras: Cui ut morem geram, hic tibi etiam adijcimus, veluti corollarium, de propinquis eiusdem Gregorij Nazianzeni perbreuem descriptionem.



Hæc quidem ex ipsius Gregorij scriptis perspicua satis redduntur cuilibet rectè intuenti. Nam de Vitaliano, quod vir fuerit Gorgoniæ fororis, & genitos ex ea nominatos superius liberos, inuenies in carmine filiorum ad ipsum Vitalianum inscripto, iunctis his quæ de Gorgonia suis locis superius dicta sunt. De coniugio autem Alypianæ cum Nicobulo, satis recitata nuper epistola ad ipsum scripta declarat: ex eis verò Nicobulum Iuniorem genitum, carmina eiusdem Gregorij, tum patris, tum filij nomine edita, aperte satis docent, & aliæ insuper epistolæ ad Nicobulum scriptæ, vel in quibus de Nicobulo mentio habetur.

Fuisse reperiuntur & alij Gregorij Nazianzeni propinqui: sed qua linea collocandi, incertum est; ut qui nominatur in testamento Meletius, de quo mihi facile persuadeo, ut vir fuerit Eugeniæ, siue Nonnæ Gorgoniæ filia. Constat insuper, a quoque, consobrinos suos, siue aliter quomodocumque propinquos, ab eodem nominatos esse Helladium & Euladium, cum scribit ad Lollianum<sup>a</sup> & ad Cæsarium<sup>b</sup>, quos & nominatim celebrat in carmine ad Hellenium, ubi & matris eorum meminuit; ibi etiam propinquos fuisse tradit Cleodonium, Carterium, & Nicomedem: Eupraxium item alibi<sup>c</sup> propinquum suum appellat, itemque Valentianum<sup>d</sup>, & Amazonium<sup>e</sup>. Sed de his satis. At iam ad Theodosium se conuertat oratio.

Auctor est Marcellinus in chronico, sub huius anni consulibus Timasio atque Promoto ipsum Theodosium Imperatorem vna cum Honorio filio mense Iunij Urbem ingressum esse, digressum verò inde Kalendis Septembris. Certè quidem vsque ad tertium Nonas Maij hoc anno mansisse Teodosium Mediolani, rescriptum ab eo ibidem eodem die datum aduersus Macedonios significat<sup>f</sup>. Cum autem Romam venisset, ibi triumphum de liberato Imperio Occidentali, victoque tyranno egisse, Sozomenus tradit<sup>g</sup>, voluisseque socium habere gloriæ Valentianum, partitumque, esse cum illo triumphum: quod maioris gloriæ atque triumpho illi conciliauit honorem, splendoremque contulit. Sed tot tantaque bona vna Iustina videre nõ meruit, cuius impietas ad exilium Italiae tyrannum armarat: iam enim ante hæc omnia ipsam esse defunctam, idem auctor affirmat. Tunc Latinus Pacatus, nobilis orator Gallicanus, cum Romæ præfens esset, Theodosium post triumphum in Senatu oratione laudauit, qua post recensitas de hostibus victorias parras hæc de aduentu & commoratione eiusdem Imperatoris in Vrbe: Licuerit mihi, quæ in barbaris gentibus, longinquisque prouincijs pro summa re fortiter feliciterque fecisti, annuente numine tuo & senatu fauente dixisse. Ea verò quæ Romæ gesta sunt, qualem te Vrbi dies primus inuexerit, quis in curia fueris, quis in rostris, ut pompam præeuntium ferculorum, curru modò, modò pedibus subsecutus, alterno clarus incessu, nunc de bellis, nunc de superbia triumpharis, ut te omnibus Principem, singulis exhiberis Senatorem; ut crebro ciuilique progressu non publica tantum opera lustraueris, sed priuatas quoque ædes diuinis vestigijs consecraris, remota custodia militari, tutior publici amoris excubijs: horum hæc linguis, horum inquam voce laudetur, qui de communibus gaudijs & dignius utique quæ maxima, & iustius poterunt prædicare quæ propria sunt. O mea felix peregrinatio, o bene suscepti & exhausti labores. Quibus ego inter sum bonis? quibus fuor gaudijs? quæ reuersus vrbibus Galliarum dispensabo miracula? quantis stupen-

<sup>a</sup> Greg. epist. 195.  
<sup>b</sup> Greg. epist. 10.  
<sup>c</sup> Greg. epist. 177. 189.  
<sup>d</sup> Greg. epist. 189. 196.  
<sup>e</sup> Greg. epist. 82.  
<sup>f</sup> THEODOSII ADVENTVS IN VRBEM. l. 17. de hæret. Cod. Theod. Sozom. lib. 7. cap. 14.

QUANTA THEODOSIUS VRBI PRÆESTITIT.

A stupentium populis, quam multo circumdabor auditore, cum dixerò: Romæ vidi, Theodosium vidi, & vtrumque simul vidi: Vidi illum Principis patrem, vidi illum Principis vindicem, vidi illum Principis restitutum.] hæc & alia plura clarus orator.

Agit & prudentius de Theodosij Romam aduentu, atque nihil illum antiquius habuisse, quam ut Urbem à profano idolorum cultu penitus liberaret. Hæc quidem ipse in carmine contra Symmachum scripto: quod constat ab eo elaboratum post ipsius Theodosij obitum sub Honorio Imperatore, postque debellatum (ut ex eo constat) Alaricum à Stilicone apud Pollentiam. De Theodosio igitur agens, duorum tyrannorum extinctorem nominat, licet post hæc Eugenium expugnari & occidi contigerit: aduentum autem eius in Urbem his cecinit versibus<sup>a</sup>, insectatus deorum cultum:

*Cum Princeps gemini bus victor cade tyranni  
Pulchra triumphali respexit mœnia vultu,  
Nubibus obsessam nigrantibus aspicit Urbem:  
Noctis obumbrata caligine turbidus aër  
Arcebat liquidum septena ex arce serenum:  
Ingemuit miserans, & sic ait: Exue tristis  
Fida parens habitus: equidem prædiuite cultu  
Illustrata cluis, spolijque insignis superbis  
Attollis caput, & multo circumstus auro:  
Sed nebulis propter volitantibus, obitus alti  
Verticis horret apex: ipsas quoque liuida gemmas  
Lux hebetat, spissusque dies & fumus ob ora  
Suffusus rutilum frontis diadema retundit:  
Obscuras video tibi circumferrier umbras,  
Caruleasque animas, atque idola nigra volare.  
Censeo sublimem tollas super aëra vultum,  
Sub pedibusque tuis nimbofa elementa relinquas, &c.]*

Quo modo autem cum Romanis transegerit, inferius subdit: nempe ut sacrificia omnia abolerentur, festique dies, & ipsæ statuae idolorum frangerentur, si quæ tamen earum excellentis essent manus artificis, ædem non ad cultum, sed ad Urbis ornatum exponerentur. subdit enim post multa ipse Prudentius:

*Deponas iam festa velim puerilia, ritus  
Ridiculos, tantoque indigna sacraria regno.  
Marmora tabenti respergine tincta lauare,  
O proceres: liceat statuas consistere puras  
Artificum magnorum opera. Hæc pulcherrima nostra  
Ornamenta cluant patriæ, nec decolor usus  
In vitium versa monumenta coinquinet artis.  
Talibus edictis Vrbs informata refugit  
Errores veteres, &c.]*

hæc ex Prudentio recitasse volumus, quo cesset inuidia querelarum quorundam de idolorum demolitione: nam contractio nobilissimorum artificum operum Gothis potius, quam Christianis ista non attendentibus, adscribenda est: quibus fortasse Deus tradidit Urbem, ut eam penitus expurgarent à deorum Gentilium simulacris.

E At quid tunc actum cum Symmacho clarissimo Senatore, propugnatore tamen Gentilium deorum cultus: hæc in primis Socrates habet<sup>b</sup>: Romæ igitur festa celebrare triumphalia. Quo quidem tempore Theodosius Imperator suæ singularis clementiæ in causa Symmachi viri Consularis illustrem dedit significationem. Ille namque Symmachus & inter viros ordinis Senatorij Romæ principem locum obtinuit, & propter excellentem ipsius in Latinis litteris eruditionem in summa admiratione fuit: nam multos libros Latino sermone conscripsit: inter quos liber de laudibus Maximi tyranni, dum adhuc viuebat, editus, & coram eo recitatus, eum postea læsæ maiestatis reum fecit: quapropter mortem veritus, ad ecclesiam confugit. Imperator verò qui adeo pio & religioso animo erga fidem Christianam affectus erat, ut non sacerdotes modò, qui in eadem cum illo fide consentiebant, supra modum coleret, sed Nouatianos etiam, qui in fide Consubstantialis cum eo conspirabant, amplecteretur humanitus; quo Leontio Romæ

<sup>a</sup> Prudent. aduersus Symmach. lib. 1.

S Y M M A C H V S A R S V S A G E N S P R O A R A V I C T O R I A S T H L O D O S I F I R A M I N C V R R I T. Socrus li. 5. cap. 14.

Romæ Ecclesiæ Nouatianæ Episcopo pro Symmacho deprecanti gratificaretur, Symmachum absoluit crimine: qui veniam consecutus, Apologeticum ad Imperatorem Theodosium scripsit. hæc Socrates:

Quod de Nouatiano Episcopo ait Romæ agente: licet hæcenus à Nouatiani schismatici tempore auditum non sit, Nouatianos habuisse Episcopum Romæ; tamen quod tolerati iidem fuerint, haud adeo incredibile videri potest, cum & Donatistæ id etiam (vt ex Optato vidimus) fuerint æmulati, nempe vt sectæ ipsorum Africanis Romæ degentibus, ex Africa Romam Episcopum mitterent. Auditos quidem his temporibus fuisse in Vrbe Nouatianorum susurros, necnon Montanistarum in hæresi collegarum, S. Hieronymus in epistola ad Marcellam satis significat. Quinetiam inualuisse non nihil his temporibus in Occidente Nouatianam hæresim, scripta Paciani de Pœnitentia, confessione, & baptisinate satis docent. Ceterum quod ait Socrates, Theodosium humanitus complexum esse Nouatianos, & in gratiam eorum Episcopi fuisse ab eo absque poena Symmachum absolutum, longè errat: nam rem aliter se habuisse, S. Prosper suorum temporum res scribens demonstrat hisce verbis: Theodosij religiosi Principis Imperio per Iouinum & Gaudentium Comites omnia templa expoliata: quæ vanâ figmenta quis nostrum permittitur ignorare? Cui Symmachus ille mirabili eloquio & scientia præditus, tamen Paganus, præconio laudum in Consistorio recitato, subtili arte, qua valuit, aram Victoriæ in Senatu restitui, Christiano, vt nouerat, Principi intimaui. Quem statim à suis aspectibus pulsatum, in centesimo lapide, rhedæ non strætæ impositum ea die, manere præcepit.] ita Prosper.

Sic namque se habuit Symmachus, longè antiquo Catone impar, quippe quod tempore inferuierit: nam qui pro concione laudauit Maximum tyrannum, celebravit & Theodosium eiusdem tyranni extinctorem: sed sicut ad laudandum Maximum adulatio & priuatum commodum impulit, ita ad præconia Theodosij veritas persuasit: siquidem litteris ad Flauianum scriptis testatur, se haud pro rei dignitate tantum munus expleffe: sic enim ait in epistola ad eundem æquè etiam Ethnicum scripta: Cum ciuiles & bellicas laudes domini nostri Theodosij styli honore percurrerem (magis enim contigisse me omnia, quàm satisfecisse singulis fateor) etiam leges eius bonis pacis admiscui, quas vt noueram priscis ademisse admirationem, ita referuasse nobis parem gloriam non putabam, &c.] laudat recentem legem hoc anno x. Kalend. Februarij Mediolani datam, qua inconcessum esse voluit Imperatori, atque domesticis eius, quod priuatis iure permillum esset, nimirum cum lege cauit, ne liceret Imperatori, vel magistratibus, quicum per codicillos vel epistolam relictum accipere: extat ipsa sanctio in Codice Theodosiano descripta.

At quod Symmachus abutens Theodosij mansuetudine inconcessa tentare præsumpsit, iustam Principis iram expertus, exulare coactus est. Verùm (quod ait Socrates) scribens ad eundem Imperatorem Apologeticum, non veniam tantum consecutus, sed maiorem apud eum gratiam nactus est, vt ipse Symmachus tradit ad dictum Flauianum postea scribens, vbi & de sua defensione meminit, cum ait: Erit fortasse copia mihi afferendæ quandoque apud æternum Principem dominum nostrum Theodosium veritatis, cuius erga me fauor fecit, vt aliquid interim moliretur inuidia. Non puto eam causæ meæ bonis temporibus conditionem futuram, quæ sub tyranno fuit, cuius litteris ad Marcellini suggestionem datis, homines meos scis esse multatos: quod in panegyrici defensione non tacui.] hæc ipse. At quid tum Romæ actum à populo Christiano?

Cum animus Theodosij apertè Fidelibus innotuisset infensissimus esse aduersus superstitionem Gentilicam, declaratus nimirum non eo signo tantum, quod negasset restitui in Capitolio aram Victoriæ, sed quod petentem id Symmachum exilij poena multasset, atque etiam per Comites suos (vt dictum est) Iouinum & Gaudentium idolorum templa expoliasset: vix credi potest, quanta animositate Fideles Romæ in idola insilierint: de quorum studio hæc S. Hieronymus in præfatione ad Eustochium in Pauli Epistolam ad Galatas: Romanæ plebis laudatur fides. Vbi alibi tanto studio & frequentia ad ecclesias & ad Martyrum sepulchra concurrunt? Vbi sic ad similitudinem cælestis tonitruu Amen reboat, & vacua idolorum templa quatuntur? Videtur enim hoc tempore ipse habuisse præ manibus commentarium illum, quem iam se ante absoluisse, quàm Theodosius ageret in Imperio annum decimumquartum, testatur in fine de Scriptoribus Ecclesiasti-

NOVATIANA HÆRESIS IN VALESCEIT.

Hier. epist. 149. & in præf. epist. 34.

Prosper. de Pro mission. & prædict. lib. 5. c. 38.

Symmach. lib. 2. epist. 13.

\*seruasse

Id. 1. de testam. Cod. Theod.

Symmach. lib. 2. epist. 31.

\*eruditio-nem

QVID ROMANA IN TEMPLA.

Hier. præf. ad Galat. lib. 2.

A clestias. De eadem demolitione idolorum argumentum illud non leue, cum idem S. Hieronymus ad Lætam scribens, sic ait: Auratum squallet Capitolium: fuligine & arancarum telis omnia Romæ templa cooperta sunt: mouetur Vrbs sedibus suis, & in vndas populus ante delubra femirutæ currir ad martyrum tumulos. Jta ipse, signans haud dubium hæc tempora, quibus spoliata à Theodosio idolorum templa fuere, à populo verò quassata ac femirutæ. Laudat magnopere hac ex parte S. Ambrosius Theodosium, dum de ipso ait: Imitatus Theodosius Iacob, qui supplantauit perfidiam tyrannorum, qui abscondit simulacra Gentium: omnes enim cultus idolorum fides eius abscondit: omnes enim cæremonias obliterauit.]

Equidem & S. Augustinus testatur, Theodosij lege iussa esse simulacra, vbi reperirentur, confringi: ait enim post recensitas adeptas ab eo diuina ope victorias: Simulacra Gentium, sed in Dei veri esse posita potestate. hæc Augustinus. Hac semel à Christiano Principe idola frangendi impetrata diu optata licentia, exaruit Christiani populi iustus zelus in deturbandis confringendisque deorum Gentilium simulacris, in quibus dæmones diuitius honorem sibi diuinum proditorie vsurparant. Communisse enim idola, non nisi fatæ regnum dissipasse cuique videbatur. Vnde sine dijs Capitolium, nempe templa ibi sita squallore obducta fuisse, Hieronymus tradit: qui & hæc alibi de Capitolino Ioue & alijs templis eiusdem: Templa Iouis & cæremonia conciderunt. Verum nõ sic quidem concidisse affirmat Capitolini Iouis templum, quod dirutum hoc anno fuerit, sed quod ornamentis tantummodo expoliatum. Nam Zosimus tradit, cum Theodosius Romam venit, hoc scilicet anno, Stiliconem Ducem vtriusque militiae à foribus Capitolij laminas aureas abstulisse, cuiusque vxorem, Serenam nomine, detraxisse è collo Rheæ deorum marris mundum muliebrem, suoque ipsius illigasse collo. Cremasse insuper libros Sibyllinos eundem Stiliconem, luxit Gentilitas, de quo ista Rutilius verbis cecinit:

Non tantum Geticis grassatus proditor armis Ante Sibyllina fata cremauit opis.] licet hæc potius sub Honorio Imp. conti-

gerint. At est quod de Zosimo admireris, qui tum Stiliconem ob violatas fores Capitolij, tum Serenam coniugem ob spoliata deorum matrem mundo, malè perijisse ait: sed quàm hæc præter scriptorum omnium sententiam, id eius proditori Imperij tribuentium: nam æquius fuisset dicere, Stiliconem ob tyrannidem contra Christianum piūque Imperatorem iusto Dei iudicio ipsum cum suis recentioris sceleris meritis dedisse pœnas. Sed est iusta in eo querela Zosimi de homine barbaro eiusque coniuge, quod ea sublata sibi sumpsissent, cum apud antiquæ probitatis Christianos nefas duceretur sic in idola grassari, vt in vsu priuatum ipsorum aliquid ex idolis conuerteretur. Vnde sanctus Augustinus ad Publicolam: Cum, inquit, templa, idola, luci, & si quid humani iusmodi, data potestate euertuntur: quamuis manifestum est, cum id agimus, non ea nos honorare, sed potius detestari, ideo tamen in vsu nostros priuatos dumtaxat & proprios non debemus inde aliquid vsurpare; vt appareat nos pietate ista destruere, non auaritia. Cum verò in vsu communes, non proprios ac priuatos, vel in honorem Dei veri conuertuntur: hoc de illis fit, quod de ipsis hominibus, cum ex sacrilegis & impijs in veram religionem mutantur.] hæc Augustinus, qui & alibi ait, Christianos minimè consueuisse nisi voluntate Principis in idola insurgere, abstinuisseque à priuatorum rebus: sunt hæc eius verba: Vbi nobis non est data potestas, non facimus: vbi data est, non prætermittimus. Multi Pagani habent istas abominationes in fundis suis: Numquid accedimus & confringimus? Prius enim agimus, vt idola in eorum cordibus confringamus.] hæc ipse. Quæ igitur à Fidelibus aduersus idola Romæ sunt perpetrata, ea omnia voluntate facta esse Imperatoris, vel ex eo facile possumus intelligere, quod Gentiles, aduersus quos & in quorum oculis hæc agebantur, vti que armis etiam defendissent iura templorum, pro quorum defensione maiores ipsorum magna sæpe certamina obijissent: haud mediocris enim potentia esse potuit, Christianis illæ talia tantaque patrari: sed id actum patrocini Imperatoris, qui & quod iubeat lege, docebat exemplo.

Quid præterea Romæ tunc egerit Imperator, Socrates ita narrat: Theodosius Imp. quamquam ad exiguum tempus in Italia commoratus est, vrbi tamen Romæ plurimum

Hier. epist. 7.

Ambros. orat. in funera Theod.

Aug. de Ciuit. Dei lib. 5. c. 26.

IOVIS CAPITOLINI TEMPLVM SPOLIATVM.

Hier. contra Iouinian. lib. 2.

Zosim. lib. 5.

Rutil. in Itiner. lib. 2.

CAUSA NECESSITATIS Vnde MANA-VIT.

Aug. epist. 154.

Aug. de Verbis Dom. ser. 6.

cordesfrangamus

Socrat. lib. 5. cap. 18.



DEMOLI- mum apportauit commodi, partim dando, partim auferendo. Nam sicut multa magni- A ficæ & liberaliter in eam contulit, sic duo quæ illi magno dedecori fuerunt, ademittit: quorum alterum fuit huiusmodi. Erant Romæ ædes peramplæ & vastæ antiquitus extructæ, in quibus panis, qui suppedibatatur ciuitati, confectus fuit. His præfuerunt, quos Romani patrio sermone Mancipes appellant. Qui tempore progrediente, ædes illas furum latibula effecerunt. Nam quia pistrina ad ædes spectantia in profundo sita essent, & ad latera singularum adium adificatæ cauponæ, inque illis meretrices habitarent: complures idcirco, cum qui cibi capiendi necessitate adducti, tum qui obscenæ libidinis intemperantia inflammati, eo veniebant, per insidias dispolitati fuerunt: nam machina quadam factum est, vt ex caupona in pistrinum præcipitarentur. His dolis delusi erant in primis peregrini, qui Romam incolebant: qui cum irretiti tenerentur, coacti fuerunt in pistrinis molere, ac complures non exire permisi, ibi vitam ad summam senectutem traduxerunt, suisque attulerunt opinionem, quod mortem oppetuerant. In hunc laqueum vnus ex Imperatoris Theodosij militibus forte incurrit: qui cum in pistrinum inclusus exeundi potestatem non haberet, districto quem habebat pugione, eos qui cum egressi prohibebant, trucidauit: reliqui rei gestæ metu perterriti, militem dimiserunt. Imperator igitur, se intellecta, Mancipes graui supplicio affecit: ædes, quæ latronum erant perfugia, penitus disturbari iubet. Atque hoc vno dedecore Romam ciuitatum omnium facile principem ad istum modum liberauit.

Alterum tale fuit: Si qua mulier in adulterio esset deprehensa, eam cum deliquerat, supplicij genere non ad tollendum peccatum, sed ad augendum coercere solent Romani. Nam illam in angustum lupanar conclusam, turpiter, impudenterque scortari coggerunt: quippe effecerunt, vt eo tempore, quo obscenum illud flagitium admitteret, pulsarentur tintinnabulorum sonitu illud turpe & ignominiosum supplicij genus omnibus liquidò constaret. De qua flagitiosa consuetudine Imperator certior factus, eam omnino non ferendam putauit, sed Sestra (sic enim lupanaria illa nuncupabantur) demoliri iubet; aliasque leges, quibus mulieres in adulterio deprehensæ coercerentur, sancit. Quapropter Roma, Theodosij Imperatoris opera, his duobus turpissimis impurissimisque flagitijs liberata est. hæc Socrates. At quidem hanc viguisse Romæ consuetudinem, apud neminem legi: etenim ibi lex Iulia semper vigens ac vigilans extitit vindex aduersus adulteros. In aliquibus autem Italiae locis scimus hæcenus in more esse, vt viduarum ad vota secunda transeuntium matrimonia hoc tintinnabulorum sonitu derideantur.

Has cum sordium cloacas Theodosius expurgasset, atque alia turpia obscenæque Gentilitiæ superstitionis profus aboleuisset, merito Prudentius ista cecinit:

Prudent. aduer. Symmach. lib. 1. Quantum præcipuus nostro sub tempore Princeps Prospexit, tribuitque boni. Multos Catilinas Ille domo pepulit, non sava incendia tectis, Aut siccas patribus, sed tartara nigra animabus, Internosque hominum statuit tormenta parantois. Errabant hostes per templa, per atria passim, Romanumque forum, & Capitolia celsa tenebant: Qui coniuatas ipsa ad vitia plebis Moliti insidias, intus serpente veneno, Consuerant tacitus pestem miscere medullis. Ergo triumphator latitanti ex hoste rogatus Clara trophæa referi sine sanguine: remque Quirini Assuescit supero pollere in sacula regno.] hæc & alia plura de Theodosio, cum Romam venit, quem licet minimè nominet, prudens lector intelliget non de alio quam de Theodosio Prudentium loqui, vel vno saltem eo certissimo signo, dum inferius ait, contulisse ipsum Symmacho Consularum, de quo sequenti anno dicturi sumus, quem constat non ab alio quam à Theodosio illi fuisse collatum.

Sed & quod ad Vrbeis expurgationem pertinet, aduersus maleficos edidit sanctionem ad Albinum Præfectum Vrbeis: hunc illum esse putamus patrem Latæ nurus Paulæ, quem sanctus Hieronymus Pontificem superstitionis Gentilitiæ fuisse tradit. ipsum autem rescriptum sic se habet:

Impe-

Prudent. aduer. Symmach. lib. 1. Etior. epist. 7. l. 11. de m. le sic. Cod. Theod.

A Imperatores Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Albino P. V. Quicumque maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupauerit, illico ad publicum prorahat, & iudiciorum oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam ex agitatoribus, seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum venire tentauerit, aut clandestinis supplicijs etiam manifestum reum maleficæ artis suppresserit, vltimum supplicium non euadat geminæ suspitioni obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, seueritati legum & debitæ subtraxerit quæstioni, aut proprium fortassis inimicum sub huius vindictæ nomine supplicio atrociore confecerit. Datum xvii. Kalend. Septemb. Romæ, Timasio & Promoto Consulibus.]

Quod ait Sozomenus, Theodosium Romæ multa quoque pro saluberrimo Ecclesiæ statu constituisse: quænam hæc fuerint, iam videamus. Aduersus enim Manichæos in Vrbe commorantes ad eundem Præfectum Vrbeis Albinum eiusmodi rescriptum dedit: Quicumque sub nomine Manichæorum mundum sollicitant, ex omni quidem Orbe terrarum, sed quàm maximè de hac Vrbe pellantur sub interminatione iudicij. Voluntates autem eorundem, quinimmo ipsæ etiam facultates populo publicatæ, nec vim testamentorum teneant, nec derelinqui per eos, aut ipsedem fas sit: nihil ad summum his sit commune cum mundo. Dat. xv. Kalend. Iulij Romæ, Timasio, & Promoto Consulibus.] Ad huius quidem legis decretum sanctus Ambrosius visus est habuisse respectum, dum scribens ad Siricium Papam, Theodosium Imperatorem execratum esse Manichæos affirmat. Sed & post hanc vii. Idus Augusti, de ferijs, quibus à iudicij strepitu vacaretur, ad eundem Albinum Præfectum rescriptum dedit.

C Hæc quidem sanciuisset Theodosium, instante Siricio Romano Pontifice, labores ab eo ea de causa suscepti significant: nam in libro de Romanis Pontificibus hæc de ipso leguntur: Hic inuenit Manichæos, quos in exilium deportauit: & hoc constituit, vt non participarent cum Fidelibus communionem, quia polluto ore non liceret sanctum corpus Domini contrectare. Hoc quoque constituit, vt si quis conuersus de Manichæis rediret ad Ecclesiæ, nullatenus communicaret, nisi tantum relegationi monasterij diebus vitæ suæ teneretur obnoxius, vt ieiunijs & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione vsque ad vltimum diem transitus sui, humanitate Ecclesiæ, viaticum eis largiretur. Hæc ibi de Siricio, quæ quidem mores Manichæorum ignorantibus subobscura videri possunt. Sciendum est enim ex ijs quæ superius dicta sunt, sic Manichæos se solitos esse inter Catholicos insinuare, vt perdifficile cognosci possent, cum nulla habita ab eis ratione periuurij se esse Catholicos mentirentur: quod si aliquando Manichæi esse detegerentur conuincerenturque, ijdem penitentiam simulantes, hæresin forinsecus detestantes, Manichæi nihilominus intrinsecus perseuerarent, & quo minus detegerentur quales essent, cum Catholicis in Ecclesia conuenirent, atque cum eis sacram participarent Eucharistiam. Iure igitur sic exagitauit latentes Manichæos Siricius, eosdemque communionem priuatos in exilium mittendos curauit, sanciuittque ne amplius penitentes Manichæi ad Participationem Eucharistiæ, nisi in fine vitæ admitterentur. Quamnam autem artem ad Manichæos ab Orthodoxis dignoscendos S. Leo Papa excogitarit, suo loco dicturi sumus. Porrò hoc tempore Iouinianum aliqua ex parte sensisse cum Manichæis, S. Ambrosius ac collegæ Episcopi scribentes ad Siricium Papam ostenderunt. Sed de Iouiniano superius.

E Qui autem interpellauit Imperatorem aduersus Manicheos Siricius Papa, eundem contra Flavianum Episcopum Antiochenum, quod aliàs litteris fecerat, animauit, nec modò tantum, sed cum iterum aduersus Eugenium venit. At videamus, quid de his in primis Theodoretus, propensior nimis (vt demonstratum est superius) erga Flavianum, conscribat: ait enim: Ne Paulino quidem iam mortuo, simultas compressa est: sed cum Euagrius eius sedem post illum obtinuisset, non destiterunt inimicitias cum magno Flaviano exercere: idque cum Euagrius contra legem Ecclesiæ designatus esset: quippe solus Paulinus eum ordinauerat: in qua re complures simul canones violauit. Siquidem canones neque faciunt potestatem cuiquam iam mortem oppetituro, quemquam in locum suum sufficere: atque omnes prouinciæ Episcopos iubent in vnum ad eandem rem conuocari: quin etiam vetant rursus quemquam absque tribus Episcopis Episcopum constitui.] hæc quidem quæ dicit de ordinatione Euagrii facta viuente Paulino

QVID THEODOSIUS IN MALEFICOS

Sozom. lib. 7. cap. 14. in fin.

QVID IN MANICHÆOS. l. 18. de her. Cod. Theod.

Ambr. epist. 81. in fin.

l. 2. de ferijs. Cod. Theod.

Rom. Pontif. sic. in Siricio. \* conuocari

Ambr. epist. 81.

QVID SIRICIVS PAPA IN FLAVIANVM. Theod. li. 5. cap. 23.

CHRISTI  
389.SIRICII PAP.  
5.VALENTIN. 14.  
THEODOSII II. IMPP.

<sup>a</sup> Socrate li. 5. cap. 15. <sup>b</sup> Sozom. lib. 7. cap. 15. CAUSA EVA GRHATOYE FLAVIANI.

Theodoretus, repugnant omnino his quæ à Socrate <sup>a</sup> & Sozomeno <sup>b</sup> dicuntur, affirmantibus nonnisi post Paulini obitum tentasse auditores eius subrogare in locum ipsius Euagrium: aliquid tamen viri in ordinatione Euagrii intercessisse, S. Ambrosij testificatione paulo post sumus demonstraturi. Contigisse autem Paulini mortem hoc ipso tempore, tum Socrates, tum Sozomenus testari videntur: quando ea re audita Romæ, pro Euagrii Siricii Theodosium interpellavit. subdit autem Theodoretus studens Flavianio, quæ post obitum Paulini & substitutionem Euagrii contigisse narrat, licet confusè admodum, dum hæc ait in Euagrii sectatores: Attamen horum nihil scire cupientes, Euagrii communionem sunt illi quidem amplexati, Imperatorisque animum contra Flavianum incitare obnixè studuerunt. Nam cum Imperatori nimis acriter instando, multum saepe exhibuissent molestiæ, accersit eum Constantinopolim, & Romam proficisci iubet. At Flavianus respondet hanc iam esse. Itaque pollicitus, se ineunte vere imperata facturum, in patriam reuertit. ] sed hæc facta sunt, cum Theodosius post annum sequentem Constantinopolim reuertit.

At subdit Theodoretus: Sed cum Episcopi Romani, non Damasus solum ille admirabilis, verum etiam post illum Siricius & Anastasius Siricij successor, vehementius in Imperatorem inuecti essent, dixissentque cum illos qui tyrannidem contra se exercere molirentur, opprimere; sed his qui per tyrannidem leges Christi euertere studerent, impunitatem concedere: eum accersit denuo Imperator, Romamque ut contendat, cogere laborat. ] hic planè auctor confundit historiam, dum hæc non ab vno tantum Siricio facta affirmat, sed à Damaso, qui eum præcessit, & ab Anastasio, qui successit, cum constet longè ante creationem Euagrii Damaso esse defunctum, & tempore Anastasij nequaquam superstitem fuisse Theodosium, quamobrem & Soerates quoque errare conuincitur, dum hæc de Euagrio æquè refert ad tempora Damasi, quæ quidem nonnisi sub Siricio contigisse, ipsorum quoque sententia patet: nam tam ipse quam Sozomenus subrogationem Euagrii ad tempora referunt, quibus Theodosius Romæ agebat.

Quid autem tergiversationis obtenderit Flavianus, quo minus Romam ad iudicium proficisceretur: patronus eius Theodoretus sic narrat: Tunc sapientissimus Flavianus liberè Theodosio, non sine maxima omnium laude, respondit: Si qui me, ô Imperator, ut fidem minimè sinceram ac sanam profitentem insimulent, dicant vitam me traducere indignam sacerdotio; tum illis ipsis iudicibus utar, tum pronunciatam ab eis lubens subibo sententiam. sin autem de sede & præfulatu digladiantur, neque agam cum illis iudicio, neque his quos eam dignitatem adipiscendi studium tenet, aduersabor: sed eadem equidem volens, meque ipse præfulatu abdicabo. Quare tu, cui libitum est, sedem Antiochenam tribuito. ] hic meminisse oportuit quæ superius dicta sunt exordio sedis Flavianii, optasse id Gregorium Nazianzenum ob pacem Ecclesiæ à Flavianio præstari, sed minimè consecutum esse: quamobrem hæc à Theodoro inania existimo composita esse verba, ut colore aliquo excusaret hominem vocatum ad Synodum non obtemperasse. quod verò Theodosius Imperator id ab eo fieri recusasset, sic subdit: At verò Imperator hanc eius animi magnitudinem & sapientiam magnopere admiratus, in patriam reuertit, & Ecclesiam sibi commissam sedulo pascere iubet. ] hucusque Theodoretus, qui & de his denuo interpellatum fuisse Theodosium ait, cum rursus redijt in Italiam, quando videlicet aduersus Eugenium tyrannum expeditionem parauit. Sed de his suo loco agendum.

At quod ad hanc causam pertinet, præterierunt multa Græcos historicos, quæ in Occidente decreto Episcoporum statuta fuisse, certum est. Siquidem post querelas Siricij aduersus Flavianum apud Theodosium Imperatorem, in eadem causa indicta fuit Synodus Capuæ, ad quam Flavianus vocatus minimè venit, sed Imperatorem scriptis litteris interpellavit, petens ab eo ut ageret cum Episcopis Occidentalibus, Synodum agi in Oriente, ad quam ipse causam dicturus accurreret. Qui autem interea vocati Capuæ Episcopi conuenere, ne aliquo diro schismate ea de causa Christianus discinderetur Orbis, illud in primis statuere, ut Orientalium nemini communicatio denegaretur qui Catholica esset fidei assertor, licet starent alij ipsorum à parte Flavianii, & à parte Euagrii alij. hoc itaque vinculo mutue communicationis astringi voluere, ne eam ob causam schisma aliquod constaretur. Rursum verò ut huiusmodi dissensiones omnino sedarentur, causam illam inter Euagrium & Flavianum cognoscendam delegauerunt Theophilum.

THEODORE  
TVS PATRO  
NVS FLAVIANI  
HABV SYNERVS ASERTOR.  
<sup>a</sup> Theod. lib. 5. cap. 23.

SYNODVS  
CAPVANA.

CHRISTI  
389.SIRICII PAP.  
5.VALENTIN. 14.  
THEODOSII II. IMPP.

A philo Episcopo Alexandrino, tum ob sedis illius principalem in Oriente auctoritatem, tum etiam quod cum à neutrius partibus staret, satis idoneus existimatus est qui ad diffidia componenda sequester accederet, atque arbiter iudicaret vna cum Ægypti sibi subiectis Episcopis; ita tamen, ut ipsorum iudicium postea confirmandum esset à Romanæ sedis Antistite. At refugit Flavianus Theophili iudicium: extat enim de his omnibus sancti Ambrosij Mediolanensis Episcopi ad eundem Theophilum epistola in hæc verba conscripta:

Ambrosij Theophilo. Non habet quod vrgeat Euagrius: & habet quod metuarum Flavianus, ideoque refugit examen. Dent fratres veniam dolori iusto: quia propter ipsos vniuersus Orbis concutitur. Et illi tamen nostro non compatiuntur dolori. Perstringi saltem se æquanimiter ferant ab ijs, quos vident sua per tantorum curricula temporum vexari intentione. Inter hos etenim duos nihil quod ad Christi pacem pertineat, eligentes, grauis toto Orbe stabat discordia. Cui bonæ pacis naufragio sancta Synodus Capuensis tandem obtulerat portum tranquillitatis, ut omnibus per totum Orientem daretur communio Catholicam consentibus fidem, & duobus istis tuæ sanctitatis examen impartiretur, fratribus & sacerdotibus nostris Ægyptiis pariter consentibus: quia hoc verum iudicium futurum arbitrati sumus, quod neutri parti sociata communione, aliquo fauore propenderet. Cum ex his igitur æquissimæ Synodi constitutis sperarem iam remedium datum, sinemque oblatum discordiæ: scribit sanctitas tua, iterum fratrem nostrum Flavianum ad precum auxilia & Imperialium rescriptorum suffragia remeausse. Frustra ergo tantorum sacerdotum fufus labor: iterum ad huius sæculi iudicia reuertendum, iterum ad rescripta, iterum vexabuntur sacerdotes senes, transfretabunt maria, iterum inualidi corpore patriam peregrino mutabunt solo, iterum sacrosancta altaria deserentur, ut in longinqua proficiscamur; iterum pauperum turbæ Episcoporum, quibus ante onerosa paupertas non erat, externæ opis egentibus compellentur inopiam gerere, aut certè victum inopum itineris vsurpare.

Interea solus exlex Flavianus (ut illi videtur) non venit quando omnes conuenimus. Fœnerator & debitor inuicem sibi occurrunt, isti sibi non possunt occurrere. Solus exfors Flavianus (ut ipse vult) sacerdotalis consortij, qui nec Imperialibus decretis, nec sacerdotum conuentui præsentiam faciat sui. Nec tamen etiam hoc moti dolore, fratri Euagrio donamus speciem bonæ causæ, qui eo defensabilior sibi videtur, quod eum refugit Flavianus, aut quod habere se alterum arbitratur æqualem, vterque alienæ magis ordinationis vitij, quam suis fretus. Quos tamen nos in meliorem vocamus viam, ut malimus eos suis potius bonis, quam alieno vitio defendi.

Qua de re quoniam proprijs texuisti litteris, posse typum reperiri aliquem, quo possit auferri fratrum discordia: cum sancta Synodus cognitionis ius vnanimitati tuæ ceterisque ex Ægypto sacerdotibus nostris commiserit, iterum oportet fratrem nostrum Flavianum conuenias, ut si in eo perseverauerit, quo veniendum non putet, saluis Concilij Nicæni, sed etiam Synodi Capuensis statutis, illibata pace vniuersorum ita consulas, ut non videamur destruere quod ædificatum est. Si enim quæ ædificati destruo, præuaricatorem me ipse constituo; ac si quæ destruxi, iterum ædificem. Seruetur ergo imperitæ pacis gratia inter vniuersos, & nihilominus declinatio partis alterius frustrandi effectum habere non possit. Sanè referendum arbitramur ad sanctum fratrem nostrum Romanæ sacerdotem Ecclesiæ: quoniam præsumimus ea te iudicaturum, quæ etiam illi displicere nequeant. Ita enim vile erit consultum sententiæ, ita pacis & quietis securitas; si id vestro statuatur consilio, quod communioni nostræ diffusionem non afferat, ut nos quoque accepta nostrorum serie statutorum, cum id gestum esse cognouerimus, quod Ecclesia Romana haud dubiè comprobauerit, læti fructum huiusmodi examinis adipiscamur. ] hæc tamen Ambrosius ad Theophilum. Vides ex his, quantum detulerint maiores primæ sedi, nempe Romanæ Ecclesiæ auctoritati, cum ex Synodo delegata causa secundæ sedis Episcopo Alexandrino cognoscenda, vna cum illi subiectis Episcopis; quicquid tamen illi iudicassent, comprobandum esse duxerint auctoritate Romani Pontificis, absque verò ipsius confirmatione omnia irrita redderentur.

Quid autem post hæc vsque ad secundum Theodosij in Italiam aduentum in eadem causa transactum fuerit, ignoratur: illud tantum ex Socrate, iuste commotum esse

Annal. Eccl. Tom. 4.

Ecc 3 Roma

Ambros. epist. 78.

QUID S. AMBROSIVS DE FLAVIANO SVBTERVGIENTE IVDICIUM.

FLAVIANVS REDARGVTVR.

Galat. 2.

Socrate. li. 5. cap. 15.

COMMOTVS PAPA IN FLAVIANVM.

Sozom. lib. 7. cap. 15.

RELIQVA GESTA IN SYNODO CAPVANA.

Apud Amb. epist. 79.

CAVSA BONOSI HAERETICI.

Innoc. epi. 2. cap. 5.

Gennadi de vit. illust. in Audentio.

Gelas in Concil. Rom. c. Jan. etia Romana.

Innoc. epi. 2. cap. 21. 22.

BONOSI PLVRES.

Hier. epi. 41.

Hier. epist. 200.

Concil. Carth. cap. 15. apud Throlov. Bal. jam. cap. 51.

Romanum Pontificem (quem ipse errore, vt dictum est, Damasum vocat, cum conser A fuisse Siricium) aduersus Flavianum Antiochenum Episcopum; sed per Theophilum Episcopum Alexandrinum actum esse, vt ob vniuersalis Ecclesie pacem illi reconcilia- retur, communicatioque ab eo vt prius eidem impartiretur. Ad breue autem post hac tempus vixisse Euagrium, cum Socrate Sozomenus a quoque affirmat, cum tamen nec sic discordia illa finem acciperet: siquidem etfi Euagrio nullus sit datus successor, qui tamen eius communionis erant, priuatos conuentus agentes, communicare cum Flauiano penitus recusarunt. Certè quidem Euagrius adhuc fuisse superstitem anno decimoquarto Imperij Theodosij, S. Hieronymus qui eodem anno scribebat commentarium de Scriptoribus Ecclesiasticis, affirmare videtur, cum de ipso ait: Euagrius Antiochia Episcopus acris & feruentis ingenij, cum adhuc esset presbyter, diuersarum hypotheseon tractatus mihi legit, quos necdum edidit: Vitam quoque B. Antonij de Græco Athanasij in B sermonem nostrum transtulit.]

Sed ad Capuensem (ita ab eis dictam) Synodum redeamus. Non de Antiochena tantum dissentione in ea actum est, sed & de causa Bonosi cuiusdam in Macedonia Episcopi hæresis accusati, quod impudentissimo ore illibatam Dei genitricis Mariæ virginitatem negare post partum auderet: cuius causæ cognitionem eadem S. Synodus delegauit Anyfio Episcopo Thessalonicensi, qui eam cum sibi subiectis Episcopis cognosceret. Extar de eiusmodi delegata causæ cognitione epistola apud Ambrosium, non tamen Ambrosij, in hæc verba conscripta b:

Accepi litteras vestras, quibus vel pro veritate, vel pro modestia nostram sententiam fescitari voluistis. Sed cum huiusmodi fuerit Concilij Capuentis iudicium, vt finitimi Bonoso atque eius accusatoribus iudicis tribuerentur, & præcipuè Macedones, qui cum C Episcopo Thessalonicensi de eius factis cognoscerent: aduertimus quod nobis iudicandi forma competere non posset. Nam si integra esset hodie Synodus, rectè de his quæ comprehendit vestrorum scriptorum series, decerneremus. Vestrum est igitur, qui hoc recepistis iudicium, sententiam ferre de omnibus, nec refugiendi, vel elabendi vel accusatoribus vel accusato copiam dare. Vicem enim Synodi recepistis, quos ad examinandum Synodus elegit. Denique cum Bonosus Episcopus post iudicium vestrum misisset ad fratrem nostrum Ambrosium, qui eius sententiam consuleret, interdixit sibi ecclesiam irrumperere atque ingredi: responsum est ei, quod nihil temerandum foret, sed omnia modestè, patienter, ordine gerenda: neque contra sententiam vestram tentandum aliquid: vt quod videretur vobis iustitiæ conuenire, statueretis, quibus hanc Synodus dederat auctoritatem. Ideo primum est, vt hi iudicent, quibus iudicandi facultas est data. D Vos enim torius (vt scripsimus) Synodi vice decernitis: nos quasi ex Synodi auctoritate iudicare non conuenit, &c.] damnatum autem ab Anyfio Episcopo Thessalonicensi Bonosum, vetitumque ab eo ordinatos cum illo communicare, sed receptos fuisse eos in iisdem ordinibus, Innocentius Papa e testatur. A Bonoso autem Bonosiani sunt hæretici denominati, iisdem Photiniana hæresis sectatores, vt Gennadius d tradit; aduersus quos Audentium Hispanum Episcopum scripsisse, idem affirmat. Damnantur à Gelasio e Papa Bonosiani vna cum Photino, & alijs illi similibus: Photini enim hæresin impiè fuisse sectatum Bonosum, idem qui supra Innocentius Papa f haud obscurè significat. cuius autem ciuitatis hic Episcopus fuerit, non memini me legisse. Porro hoc eodem tempore eiusdem nominis cum plures vixere ab illo diuersi, vt Bonosus ille adeo amicus sancti Hieronymi, qui in scopulo quodam vitam transegit anachoreticam, quem ipse mirificè E prædicat in epistola b ad Rufinum: aliisque huic aduersus, quem sanctus Hieronymus b vituperans nominat Bonosum (siue Bonasum) rabulam Segestanum. Alium etiam profertur Bonosum Marcellinus ac Faustinus presbyteri schismatici in libello ad Theodosium, eumque Treueris in carcere ob defensionem fidei defunctum prædicant, re vera tamen vnum ex ipsorum consortibus schismaticum Luciferianum. Sed ad Synodum Capuensem redeamus.

Fuit præterea in eadem Synodo Capuensi statutum, ne fierent rebaptizationes, reordinationes, & Episcoporum translationes. Citatur eiusmodi canon à Concilio Carthaginensi d. Hæc sunt quæ de Synodo Capuæ habita colligere licuit: cuius etfi certus annus, quo celebrata est, ignoratur; hæc tamen circa tempora actam esse, in dubitationem reuocari non potest.

Redeamus

A Redeamus iam ad Theodosium Imperatorem, quem hoc eodem anno Kalendis Septembris ab Vrbe recessisse, auctor est Marcellinus. cuius quidem mensis octauo Idus ad Albinum Urbis Præfectum eiusmodi religioso Imperatore dignum rescriptum dedit a:

Sacris Quadragesimæ diebus nulla supplicia sint corporis, quibus absolutio expectatur animarum. Dat. vi. Idus Septemb. Foro Flam. Timasio & Promoto Coss.] Venisse Theodosium posthac Mediolanum, eiusmodi rescriptum aduersus hæreticos ad Tatianum datum significat b:

Hi qui scæui dogmatis retinent principatum, hoc est, Episcopi, presbyteri, diaconi, atque lectores, & qui clericatus velamine religioni maculam conantur infligere, (sub cuiuslibet hæresis siue erroris nomine constituti; ex funestis conciliabulis, seu intra Urbem, seu in suburbanis esse videantur, omnimodo propellantur. Dat. vi. Kal. Decemb. Mediolani, Timasio & Promoto Coss.] Iam verò reliquas à Theodosio hoc anno res gestas ordine persequamur.

Hoc eodem anno (vt Marcellinus in Chronico auctor est) dato ab eodem Imperatore rescripto, celeberrimum illud totoque orbe terrarum notissimum templum Serapidis Alexandriae funditus excisum est. Rem adeo admirandam edito libro Sophronius huius temporis scriptor haud ignobilis, testimonio Hieronymi commendatus, fusillimè explicauit: sed quoniam penitus periit commentarius ille; reliquum est, vt more nostro hinc inde cum labore colligendo fragmenta, rem ipsam integram, vt licebit, repræsentemus. Hic primum illud dicendum est, eiusmodi demolitionem templi Serapidis & aliorum in Ægypto templorum idolorum prædictam e fuisse à Bessarione Abbate: sed & præcognitam quoque à dæmone, atque reuelatam Antonino philosopho Ethnico, auctor est Sardonianus: ex quo Gentiles, cum in templi iacturâ erubescerent imbecillitatem suorum deorum, tamen quod illi ista ante prænucciassent, prædicabant ipsorum potentiam. Increbuit quidem de re tanta iactantia aucta tum vulgi rumoribus, tum etiam editis ab Eunapio Sardoniano scriptis: cum enim agit de Antonino tunc apud eos magni nominis philosopho filio Sopatræ doctissimæ feminae, ait d: Ad eum iuuentus sanior ac sapientiæ studio dedita frequens comiebat, sano adolescentibus, qui sacris operabantur, pleno. Ipse neque homine maior habitus, & inter mortales vitam degens, iam tum contubernibus discipulisque prædicare solebat, à sua morte non extitutum amplius deorum templum, immo magnifica illa & religiosa Serapidis delubra informi situ obrutum iri, & vastitatem passura, quæque in terris aspectu pulcherrima forent, in ea fabulosum chaos & spissam caliginem dominatura, suamque tyrannidem esse exercitura: quæ omnia tempus detexit, veraque D comprobauit, vt oraculi vim prædictio obtinuerit.] hæc Eunapius, qui de eodem inferius: Istud itaque prudentiæ Antonini æstimationem summpere adauxit, quod palam apud omnes prædixerat, templa in sepulchra conuersum iri.]

Cum hæc itaque posteri Gentiles deorum illorum cultores per Theodosium impleta vidissent, memores præditionis Antonini, iactantes se de his, diuinitatis aliquid dijs suis futurorum conscijs impertiebant: atque non hæc Alexandria tantum spargebant, sed toto Orbe, vbi deorum cultores essent, magno suorum idolorum præconio distamabant. Huius quidem rei occasione compulsus est S. Augustinus scribere commentarium illum de Diuinatione dæmonum, in cuius exordio causam referat, quare in eo argumento versari coactus sit: ait enim e: Quodam die in diebus sanctis Octauarum, cum mane apud me adessent multi fratres laici Christiani, & in loco solito cõsedissemus, ortus est sermo de religione Christiana aduersus præsumptionem, & tamquam miram & magnam scientiam Paganorum: quem recordatum atque completum litteris mandandum putauit, non expressis contradicentium personis, quamuis Christiani essent, & magis contradicendo querere viderentur quid Paganis respondere oporteret. Cum ergo de diuinatione dæmonum quæreretur, & affirmaretur prædixisse nescio quem euersionem templi Serapis, quæ in Alexandria facta est: respondi, non esse mirandum, si istam euersionem templi simulacris suis imminere dæmones & scire & prædicere potuerunt, sicut alia multa, quantum eis nosse & prænucciare permittitur, &c.] huius igitur euentus causa idem S. Augustinus commentarium illum absoluit.

At audiamus quid ira percitus aduersus Christianos ob demolitionem templorum suorum effusiat Sardonianus, cum de eodem Antonino vate narrare pergit: Quod autè, inquit, diuini quiddam in eo fuerit, breui post eluxit. Nam vix adeo ex hac vita migrauerat, cum

L. de quæst. Cod. Theod.

THEODOSIVS AB VRBE RECEDENS VENIT MEDIOLANVM.

L. 19. de hæret. Cod. Theod.

DE OCCASIONE CLADIS SERAPIDIS ALEXANDRIAS.

Vit. SS. Patris. par. 2. c. 11.

ANTONINVS SAR- DIANVS PRAE- DICAVIT EX- CISIONEM TEMPLI SERAPIDIS.

Eunap. Vit. Philosophi. Sardoniani.

FUTVRAS CLADIS SERAPIDIS PRAENVN- CIAT.

Aug. de diuinatione. c. 10.

Sardonian. Vit. Philos. in Aedefo.

ANTONINVS PHILOSOPHVS VALES.

cum & cultus numinis apud Alexandriam & Serapidis delubrum disturbata dissipataque A fuere, non religio tantum, sed vniuersa fabrica, & omnia eum habuerunt exitum, quem poetarum fabulae tribuunt gigantum victoriae: simile enim quid Canobicis templis accidit imperante tunc Theodosio, Praetorij Praefecto Theophilo, piaculari homine, & Eury-medonte quopiam, qui

Obss. 7.

Late Rex tumidos inter saenosq. gigantes

Primarum tenuit] puto hic Eunapium intelligere voluisse Theophilum tunc Alexandriae Episcopum aduersus idolorum templa egregiam operam nauantem: sed subdit: Venereo tum Urbis Praefecto, & Romano Aegypti legiones cum imperio obtinente: qui omnes iras aduersus saxa & lapidas aggerantes, ea oppugnabant; & qui bellum numquam auditione acceperant, Serapidis aedem funditus demoliti sunt, templique donarijs manus hostiliter iniecerunt, absque hoste & citra praecelium victoriam adepti. Eo pacto cum simulacris ac donarijs commissa strenue pugna, non deucere modò illa, verum etiam depeculati fuere, militarisque inter ipsos lex erat & tessera, vti quid quisque furto subduerat, lateret occultum. Mansit tamen area adis, quam asportare nequie-runt ob saxorum moles, quae difficulter loco commoueri potuerant.] haec de templorum demolitione Eunapius.

EUNAPIVS HOSTIS MONACHORVM.

Quod autem demolitis templis, atque sublatis sacrificijs & idolis, expurgatisque rite locis impietatis, ibidem erectae pro templis fuerunt ecclesiae, & loco sacerdotum idolorum monachi sunt substituti, ac pro idolis reliquiae martyrum per Theophilum Episcopum Alexandrinum illuc delatae fuerunt: maiore aetiuans ira philosophus, in eosdem monachos & reliquias sanctorum martyrum acerbioribus inuehitur contumelijs, atque blasphemijs infectatur, obruendis quidem silentio: sed boni consulas, lector, cum scis loqui hominem Ethnicum, Dei hostem, afflatum demone, atque indignatione turbatum: ab eiusmodi enim sic composito hominum genere quis putet aliud quam euomi calumnias & eructari blasphemias: sic isto parato antidoto, sibilos audi serpentis: At, inquit, egregij illi viri & bellicosi, confusis perturbatisque rebus omnibus, debellasse se deos, incruentis quidem, sed ab avaritiae crimine non impuris manibus gloriabantur, sacrilegium & impietatis crimen laudi sibi affumentes. Iidem postea in sacra loca inuexerunt monachos, sic dictos, homines quidem specie, sed vitam turpem porcorum more exigentes, qui in propatulo infinita atque infanda scelera committebant; quibus tamen pietatis pars videbatur, sacri loci reuerentiam proculcare. Nam ea tempestate, quiuis atram vestem indutus, qui que in publico sordido habitu spectari non abnucebat, is tyrannicam obtinebat auctoritatem; in eam virtutis opinionem venerat id genus hominum, de quibus etiam dictum est in D vniuersae historiae commentarijs.]

DEFLORAN DVS STATUS RECENITIO RVM HARETICO RVM.

Haec in monachos Sardinianus, quae à nostri temporis haesiarchis magno accepta sunt plausu, & litteris ferme aureis exarata, pro titulo affixa sunt postibus suorum commentariorum, quibus monasticam vitam impugnant: probe quidem (non improbo) cum sua se sponte in classem Ethnorum conijciant idolorum cultorum, recedentes ab ijs quae his temporibus eodem argumento scripserunt praestantissimi Christiani, disertissimi que doctores Ecclesiae, Magnus Athanasius, Magnus Basilius, Gregorius Theologus, Ioannes os aureum, & alij innumeri sanctissimi atque doctissimi Patres miraculis coruscantes: quibus hi spretis, auersoque vultu eos spectantes & execrantes, ad vnus rabidi canis vomitum re-forbendum magna se auuiditate conuertunt, sic quidem è quorum partibus stent, perspicue cum verbis tum factis significantes; vt nulla alia de iisdem sit ferenda sententia, nisi quam sibi ipsis stolidè irrogarunt, nempe vt partem cum blasphemis Ethnicis fortiantur, qui spretis Patribus Orthodoxis, illis pertinaciter inhaeserunt, duplo tamen ac quadruplo grauius illis plectendi, quod maiori peccauere nequitia.

EUNAPIVS BLASPHEMVS QVID IN MARTYRES.

Sed quid in martyrum reliquias in ecclesijs super delubra erectis repositas Eunapius? Illi ipsi monachos Canobi quoque collocarunt, vt pro dijs qui animo cernuntur, seruos, & quidem flagitiosos diuinis honoribus percolerent, hominum mentibus ad cultum cerimoniasque obligatis. Ij namque condita & salita eorum capita, qui ob scelerum multitudinem à Iudicibus extremo supplicio fuerant affecti, pro diuis ostentabant: ijs genua submittebant, eos in deorum numerum receptabant, ad illorum sepulchra puluere sordibusque conspurcati: in ijs nonnulli martyres, diaconi alij, & legati, arbitri que precum petitionum que apud eos nominabantur, cum fuerint seruitia infida, & flagris pessime sub-

acta,

Acta, & quae cicatrices scelertum ac nequitiae vestigia corporibus circumferrent: eiusmodi tamen deos fert tellus. Istud itaque prouidentiae Antonini existimationem summopere adauxit, quod palam apud omnes praedixerat, & templa in sepulchra conuersum iri.] haec tunc Eunapius. At nihil est quod immorer in refellendis his quae ab omnibus Gentilibus aduersus Christianos ab exordio nascentis Christi Ecclesiae obijci solita fuere, cum de his sexcentae (ita dixerim) Apologiae aduersus eosdem Gentiles à Patribus scriptae fuerint. Sed hic ille diligenter obseruandus est cultus, à pijs exhiberi solitus sacris reliquijs martyrum, qui ex eiusdem Eunapij blasphemijs egregie referatur, vt loco benedictionum accipienda sint, quae ab ipso maledicta inferuntur.

Referat primum illud antiqui moris, vt cum noua esset ecclesia dedicanda, in eam reliquiae sanctorum martyrum inferrentur. Sed & ille veteris obseruantiae vsus attendendus ex verbis Eunapij, non solum sub altaribus claudi martyrum reliquias, sed & foris relinqui praecipua eorumdem membra certis diebus cunctis perspicua, ac adoranda: Tertio vero illud magna consideratione dignum ex eodem elicitur, tanto honore prosequi solitos antiquos Christianos cultum sanctorum martyrum, vt Gentiles existimauerint eosdem ab illis haberi deos, cum tamen religio Christiana non nisi vnum Deum confueuerit adorare. Vides quae lateant sub stercore gemmae, & quas nobis referent Gentilium blasphemiarum veritates? At de his haecenus, quae occasione praedictionis habitae ab Antonino philosopho, immo mago, de Serapidis templi clade ex Eunapio sunt recensita. Iam vero reigestae narrationem accuratam, ex scriptis eorum qui hoc tempore vixerunt auctorum, hic describamus. Ruffinus enim cum causam demolitionis templi Serapidis praemittit, ita aspiciatur historiam:

ANTIQUI MORES CATHOLICAE ECCLESIAE.

Interea apud Alexandriam noui motus, & contra temporum fidem aduersum Ecclesiam concitantur, ex occasione huiusmodi oborti. Basilica quaedam publici operis vetusta admodum neglecta fuit, quam Constantius Imperator donasse Episcopis perfidiam suam praedicantibus ferebatur. Quae longa incuria nihil validum praeter parietes habebat. Visum est Episcopo, qui per idem tempus gubernabat Ecclesiam, hanc ab Imperatore deponere, vt crescentibus Fidelium populis, orationum quoque crescerent loca. Quam cum acceptam vellet excolere, reperta sunt in loco antra quaedam latentia & terra defossa, latrocinij & sceleribus magis quam carimonij apta. Igitur Gentiles, qui reteri criminum suorum latebras & flagitiorum cauernas viderent: non ferentes opera tot saeculis mala & tenebris obiecta referari, velut draconum calice potato, insanire omnes ac palam furere coeperunt. Nec vocibus iam & seditionibus, vt solebant, sed manu ferroque decertare nituntur: crebros conflictus agere in plateis, belloque aperto vterque populis inter se coire. At nostri numero & potentia multo plures, sed modestia religionis minus feroces erant. Ex quo frequenter nostrorum plurimis vulneratis, aliquantis etiam interfectis, ad templum, quasi ad arcem quendam refugiebant. quo nonnullos ex Christianis captos secum abducentes, accensis aris, immolare cogebant; renitentes nouis & exquisitis supplicijs extructos necabant, alios patibulis affigentes, alios contractis cruribus in speluncas praecipitantes, quas ob sacrificiorum sanguinem ceterasque impuritates delubri recipiendas vetustas cariosa construxerat.] est memoria horum inter martyres recensita in Romano Martyrologio xvi i. Kalend. Aprilis.

Ruffin. lib. 2. cap. 12.

RESERANTVR IDOLG LAFRARVM SCCLBRA.

Tunc & accidisse refert Sozomenus, vt Olympus ille, cum se clausum contineret in templo, audiret in eo cantari, Alleluia: & cum qui ita caneret, non videret, intellexisse praesagium, nempe occupandum templum fore à Christianis, ideoque eum cito citius, ceteris inscijs, nocturno silentio clam recessisse tradit, atque nauim conscendisse, demumque in Italiam nauigasse. Addit Socrates, inter Ethnicos tunc aduersus Christianos pugnasse Helladium & Ammonium grammaticos, quorum ille sacerdos Iouis erat, hic vero Simiæ, illumque se nouem homines trucidasse in illa rixa gloriatum: sed fugisse hos postea Constantinopolim affirmat, seque ipsorum auditorem fuisse. Pergit autem Ruffinus semel institutam narrationem:

Sozom. lib. 7. cap. 20.

Socrat. lib. 5. cap. 16.

Verum haec per dies singulos primo cum metu, deinde cum fiducia & desperatione gerere, atque intra templum clausi raptò & praeda viuere: ad postremum grassantes in sanguinem ciuium, duces sceleris & audaciae suae deligunt Olympum quemdam nomine & habitu philosophum, quo antesignano arcem defenderent, & tyrannidem tenerent. At hi, quibus Romanarum legum custodia, iurisque dicendi cura permiffa est, cognitis

CHRISTI  
389.SIRICII PAP.  
5.VALENTIN. 14.  
THEODOSII II. IMPP.

gnitis quæ gesta fuerant, turbati atque perterriti ad templum conuolant, causas audaciæ A  
percontantur; & quid sibi vellet ille concursus in quo cum tanto scelere ante aras sanguis  
ciuium funderetur, inquirunt. Sed illi obfirmato aditu, confusis & dissonis vocibus ratio-  
nem facti nullam, sed clamorem reddebant. Missis tamen ad eos nuncijs, de Romani Im-  
perij potestate, de vindictis legum, & de his quæ talia solent subsequi, commonebant.  
Cumque loci munitio nihil aduersus vesana molientes agi nisi vi maiore sineret: res gesta  
ad Imperatorem refertur. Ille qui ingenita mentis clementia errantes mallet emendare  
quàm perdere, rescribit, illorum quidem vindictam, quos ante aras sanguis effusus marty-  
res effecit, non esse poscendam, in quibus dolorem interitus superauerit gloria merito-  
rum: de cetero verò malorum causam, radicesque discordiæ, quæ pro simulacrorum de-  
fensione veniebant, penitus debere succidi: quibus exterminatis, etiam bellorum causa  
pariter conquiesceret. Cumque hæc scripta venissent, & velut post inducias parui tempo-  
ris ad audiendum uterque populus conuenisset ad templum: statim vt prima epistolæ pa-  
gina referata est, in cuius exordio vana Gétilium superstitio culpabatur, immanis clamor  
à nostris attollitur, stupor & pavor Gentilium populos inuadit: latebras vnusquisque quæ-  
rere, angustos fugæ calles rimari, aut nostris se latenter immergere: vt ab omnibus qui  
aderant, nosceretur præsentia Dei populo audaciam tribuente, furorem dæmonis, qui in  
illis prius debacchatus fuerat, effugatum.]

Sed qualenam esset templum Serapidis, ita describitur ab ipso Ruffino, qui cum (vt  
diximus) diu vna cum Melania Alexandriæ versatus sit, illud plusquam semel vidisse po-  
tuit. ait igitur: Serapis apud Alexandriam templum auditum quidem omnibus puto,  
plerisque verò etiam notum. Locus est non natura, sed manu & constructione per-  
centum & eo amplius gradus in sublime suspensus, quadratis & ingentibus spatijs omni ex  
parte distentus: cuncta verò, quo ad summum pavementorum euadatur, opere forniceo  
constructa, quæ immensis desuper liminaribus & occultis aditibus inuicem in semet di-  
stinctis, vsu diuersis ministerijs & clandestinis officijs exhibebant. Iam verò in superio-  
ribus extrema totius ambitus spatia occupant exedra & pastophoria, domusque in excel-  
sum porrectæ, in quibus vel æditui, vel ij quos appellant ἀγυθωρας, id est, qui se castifi-  
cant, commanere soliti erant. Porticus quoque post hæc omnem ambitum quadratis  
ordinibus distinctæ intrinsecus circumibant. In medio totius spatij ædes erat pretiosis  
edita columnis, & marmoris saxo extrinsecus ample magnificeque constructa.] Sed & de  
ædibus Serapidis hæc Ammianus: His, inquit, accedunt altis suffulta \* fastigijs tem-  
pla, inter quæ eminent Serapium: quod licet minuatur exilitate verborum, atrijs tamen &  
columnis \* amplissimis & spirantibus signorum figmentis & reliqua operum multitu-  
dine ita est exornatum, vt post Capitolium, quo se venerabilis Roma in æternum attol-  
lit, nihil orbis terrarum ambitiosius cernat.] subiungit de bibliotheca Ptolomæi ibi po-  
sita, de qua nos superius. In hac verò æde (subdit Ruffinus) simulacrum Serapis ita erat  
vastum, vt dextera vnum parietem, alterum læua perfringeret: quod monstrum ex om-  
nibus generibus metallorum lignorumque compositum ferebatur.] hæc de statua Serapi-  
dis Ruffinus; quam factam esse à Sesoistre Rege per Bryaxem artificem, auctor est Cle-  
mens Alexandrinus, qui ait: Ad opus faciendum mixta & varia vsus est materia: ha-  
bebat enim ramentum auri & argenti & æris & ferri & plumbi, nec ei vllus lapis deerat  
Ægyptius, nec sapphiri & hæmatistis fragmenta, sed nec smaragdi & topatij: hæc ergo  
omnia leuigata, tritaque ac commixta illiuit colore cæruleo, qua de causa nigrior est color  
imaginis.] hæc Clemens.

Quod verò ad Serapidis imaginem spectat: humana effigie in vertice modium seu ca-  
lathum gestantem eum simulacra reddidisse, quæ hactenus visuntur statuae ipsius de-  
monstrant; interdum verò quibusdam additis hieroglyphicis characteribus, vt describi-  
tur à Macrobio in Saturnalibus, vbi ait: Soli se sub illius nomine testatur impendere,  
vel dum calathum capiti eius insigunt, vel dum simulacro signum tricipitis animantis  
adiungunt, quod exprimit medio eodemque maximo capite leonis effigiem: dextera  
parte caput canis exoritur mansueta specie blandientis, pars verò læua cervicis rapacis  
lupi capite finitur, easque formas animalium draco connectit volumine suo, capite re-  
deunte ad dei dexteram, qua conspicitur monstrum.] ita ipse: sed subdit hæc de templo  
Ruffinus:

Interioris delubri parietes laminis primo aureis vestiti, super has argenteis, ad postre-  
mum

TEMPLYM  
SERAPIDIS.\* Ammian. li.  
22.\* suffulta  
\* columna-  
rijs.\* Clem. Alex.  
lib. ad Gentes.  
SERAPIS SI-  
MYLACRYM  
QVALE.\* Macrob. Sa-  
tur. li. 1. c. 20.CHRISTI  
389.SIRICII PAP.  
5.VALENTIN. 14.  
THEODOSII II. IMPP.

A mum æreis habebantur, quæ munimento pretiosioribus metallis forent. erant etiam ORNATVS  
quædam ad stuporem admirationemque videntium dolis & arte composita. Fenestra per-  
exigua ab ortu Solis ita erat aptata, vt die qua fuerat institutum, simulacrum Solis ad Se-  
rapin salutandum introferri, diligenter temporibus obseruatis, ingrediente simulacro,  
radius Solis per eandem fenestram directus, os & labra Serapis illustraret, ita vt inspec-  
tante populo, osculo salutatus Serapis videretur à Sole. Erat & aliud fraudis genus hu-  
iusmodi: Natura lapidis magnetis huius virtutis esse perhibetur; vt ad se rapiat & attra-  
hat ferrum. Signum Solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabri-  
catum, vt lapis, cuius natura ferrum ad se trahere diximus, desuper in laquearibus fixus,  
cum temperatè sub ipso radio ad libram fuisset positum simulacrum, & vi naturali ad  
se raperet ferrum: assurrexisset populo simulacrum; & in aëre pendere videretur. Et ne  
B hoc lapsu propero proderetur; ministri fallaciæ, Surrexerunt; aiebant; Sol, vt vale dicens  
Serapi, discedat ad propria. Sed & multa alia decipiendi causa à veteribus in loco fue-  
rant constructa, quæ nunc longum est enumerare per singula.] Verum, quonam modo  
ea impostura detecta fuerit atque sublata, sanctus Prosper; qui his viuere temporibus,  
ira describit: Apud Alexandriam in templo Serapis hoc argumentum dæmonis fuit.  
Quadrige ferrea nulla base suffulta, nullis vnics infixis parietibus colligata, in acre pen-  
dens, cunctis stuporem, ac velut diuinum subsidium oculis mortalium exhibebat: quam  
tamen lapis magnes, qui ferrum sibimet attributum suspendit, eo loco cameræ affixus  
totam illam machinam sustentabat. Itaque cum quidam Dei seruus inspiratus intellexis-  
set: magnere statim vt camera subtraxit, omne illud ostentum cadens, confractum com-  
minutumque ostendit, diuinum non esse, quod mortalis homo firmauerat.] hæc Prosper.

C Subdit verò Ruffinus:

Verum vt dicere coeperamus, rescripto Theodosij recitato, parati quidem erant no-  
strorum populi ad subuertendum erroris auctorem: persuasio tamen quadam ab ipsis Gen-  
tilibus fuerat dispersa, quod si humana manus simulacrum illud contigisset, terra dehiscens  
illico solueretur in chaos, cælumque repente rueret in præceps. Quæ res paululum stupo-  
rem quemdam populus dabat. Cum ecce vnus ex militibus fide magis quam armis muni-  
tus, correptam bipennem, insurgens omni nisu, maxilla veteratoris illidit. Clamor attol-  
litur vtrorumque populorum: neque tamen aut cælum ruit, aut terra descendit. Inde ite-  
rum atque iterum repetens, putris ligni fumosum genu cædit. Quo deiecto, igne adhibito,  
tam facile quam lignum aridum conflagrauit. Post hoc reuulsum cervicibus, & depresso  
medio trahitur caput: tunc pedes aliaque membra cæsa securibus & raptata funibus de-  
trahuntur, ac per singula loca membratim in conspectu cultricis Alexandriæ senex veter-  
nosus exiit. Ad vitimum, truncus qui superfuerat, in amphitheatro concrematur: va-  
næque superstitionis & erroris antiqui Serapis hic finis fuit.

De cuius origine diuersa fertur opinio Paganorum. Alij Iouem putant, cuius capiti mo-  
dius superimpositus, vel quia cum mensura modoque cuncta indicet moderari, vel vitam  
mortalibus frugum largitate præberi. Alij virtutem Nili fluminis, cuius Ægyptus opibus  
& fecunditate pascatur. Quidam in honore nostri Ioseph formatum perhibent simula-  
crum ob diuisionem frumenti, qua famis tempore subuenit Ægyptijs. Alij repertum in hi-  
storij Græcorum veteribus ferunt, Apin quædam patrem familias seu Regem in Ægypto  
Memphis positum, cum famis tempore frumenta apud Alexandriam defecissent, ex  
proprio astatim ciuibus alimenta præbuisse. quo defuncto, in honorem eius instituerint  
E apud Memphis templum, in quo bos quasi indicium optimi agricolæ nutritur, habens  
quædam coloris insignia, qui ex nomine eius, Apis appelletur: τῶν δὲ verò, id est, sepul-  
chrum, in quo corpus eius inerat, Alexandriam deduxerint; & Soron Apis, primo ex  
compositione Sorapin, post verò per corruptionem Serapin nominarint. Quod an verum  
sit, aut nihil omnino, Deus viderit.] hæc de Serapide Ruffinus: sunt autem diuersæ maio-  
rum ea de re sententia.

Sed quod ad Iosephum Iacob filium attinet, haud quidem spernenda ea est sententia:  
nam ex diuinis litteris proditum est, mutasse Pharaonem Regem Ægypti nomen Io-  
seph; ait enim diuina Scriptura de ipso Rege: Vertitque nomen eius, & vocauit eum lin-  
gua Ægyptiaca Saluatorem mundi.] hæc ibi: scimus antiquos scriptores ipsum nomen,  
Serapis, ex Græcis deducere vocibus, cum dicant ferme omnes, τῶν δὲ ἀπὸ τῆς, sepulchrum  
Serapis. Sed Iulius Maternus haud ignobilis scriptor, qui claruit temporibus Constantini,  
& post

ORNATVS  
TEMPLE SR-  
RAPIS.IMPOSTU-  
RABINTEM-  
PLO SERA-  
PIS.\* Prosper. de pre-  
dic. li. 3. c. 38DESTRV-  
TVR SIMV-  
LACRYM  
SERAPIS.SERAPIS  
VNDE DI-  
CVS.  
\* Genes. 41.

& post illius obitum ad eius filios commentarium illum scripsit de errore profanae religionis, hac de Iosepho & significatione nominis aliter expressa habet: Discite etiam, sacrosancti Imperatores, venerandum Alexandriae numen unde sumpserit exordium. & post recitatam de saluata a penuria eius prouidentia atque industria Aegypto, ista subdit: Huic post mortem Aegyptij patrio gentis suae instituto templa fecerunt; & vt iustam dispensationis gratiam posteritas disceret, quo modio esurientibus frumenta diuiserat, capiti is superpositus est. Nomen etiam, vt sanctius coleretur, ex primo auctore generis accepit. Nam quia Sarae pronepos fuerat, ex qua nonagenaria Abraham, indulgentia Dei, susceperat filium, Serapis dictus est Graeco sermone; hoc est, Σαπίς: sed hoc inuito Ioseph accidit, immo mortuo, ita ipse.

1. Inel. Firmic. cap. 14. IOSEPHUS SERAPIS.

2. Genes. 21.

Verum haud facile mihi persuadeo, Aegyptium populum deos patrios peregrinis uocibus nuncupasse, & non potius Aegyptio uocabulo, quem tanti facerent deum, appellare uoluisse: unde tota vis in eo posita esse uidetur ad dignoscendam originem eius, quidnam apud Aegyptios uox, Serapis, significaret: nam si apud eos idem erat Serapis, quod mundi Saluator; non alium certe, quam Iosephum ipsos significare uoluisse, certum redditur. Fertur ab antiquis Serapidis illud oraculum Iosepho Patriarcha dignissimum, a nostris etiam decantatum, quo uerae Theologiae pronunciatum elogium, sic Latine redditum:

Principio Deus est, tum Verbum, his Spiritus unus est: Congerita haec tria sunt, cuncta haec tendentia in unum.] quod sane oraculum, ex eo quod eundem cum Plutone esse Serapidem Heraclides Ponticus tradidit, (quae fuit plurimorum antiquorum sententia) idcirco Plutoni illud ipse tribuit. Certe quidem non frumentum tantum, sed ueram Dei cognitionem Iosephum tradidisse Aegyptijs, testificatione diuinæ Scripturae comprobatur, ubi dicitur: Constituit eum Rex Pharaon, ut erudiret Principes sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret.] ut iure dici possit, eam de Deo recitatam sententiam fuisse Iosephi. Tradunt insuper a Serapide inuenta esse symbola quaedam quibus ab obsessis daemones pellerentur, quod Hebraeorum sapientiae conuenit. Pergit uero Ruffinus:

3. Psal. 104.

4. DEI GENTILVM LVDBRIO EXPOSITI.

Sed ad inceptum, inquit, redeamus. Post haec capite ipso idololatriae deiecto, studijs vigilantissimi sacerdotis, quaecumque fuerant per totam Alexandriam portenta potius quam simulacra, pari exitu & simili dedecore publicantur. Horret animus dicere, qui miseris mortalibus laquei a daemone preparati sunt, quae funera, quae scelera in illis, quae dicebant adueta, tegeantur: quot ibi infantium capita defecta inauratis labris inuenta sunt, quot miserorum cruciabiles mortes depictae. Quae cum proderentur in lucem, ac sub auras prolata ferrentur, licet confusione ipsa Gentiles & pudore diffugerent: tamen si quis adesse potuit, mirabatur tot saeculis se illis tam nefariis & tam pudendis fraudibus irretitum. Unde & plurimi ex his, condemnato errore, & scelere deprehenso, fidem Christi & cultum uerae religionis amplexi sunt. Nam ut omittam cetera flagitia, quae in alijs locis, uicinis paruulis, despicatisque ob fibrarum inspectionem uirginibus, gerebantur: unum solummodo, quod in templo Saturni geri, ad omnium uenit conscientiam, memorabo; ex quo etiam cetera quae omisimus, perpenduntur.

5. CLANDESTINAE IMPUDICITIAE SACERDOTVM IDOLORVM.

Sacerdos erat apud eos Saturni, Tyrannus nomine: hic quasi ex responso numinis, adorantibus, in templo nobilibus quibusque & primarijs uiris, quorum sibi matronae ad libidinem placuissent, dicebat Saturnum praecipisse, ut uxor sua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat, gaudens quod uxor sua dignatione numinis uocaretur, exornatam comptius, insuper & donarijs onustam, ne uacua scilicet repudiaretur, coniugem mittebat ad templum. In conspectu omnium conclusa intrinsecus matrona. Tyrannus clausis ianuis, & traditis clauibus, discendebat. Deinde facto silentio, per occultos & subterraneos aditus intra ipsum Saturni simulacrum patulis irrepebat caernis. Erat autem simulacrum illud a tergo exesum & parieti diligenter annexum. Ardentibusque intra aedem luminibus, intentae supplicantisque mulieri, uocem subito per simulacrum aëris concanti proferebat, ita ut pauore & gaudio infelix mulier trepidaret, quod dignam se tanti numinis putaret alloquio. Posteaquam uero quae libitum fuerat, uel ad consternationem maiorem, uel ad libidinis incitamentum disseruisset numen impurum; arte quadam linteolis obductis, repente lumina extinguiebantur uniuersa. Tunc descendens, obstupefacta & consternata mulierculae adulterij fucum profanis commentationibus inferebat. Hac

A Haec cum per omnes miserorum matronas multo iam tempore gererentur: accidit quamdam pudicæ mentis feminam horruisse facinus, & attentius designantem, cognouisse uocem Tyranni: ac domum regressam, uero fraudem sceleris indicasse. Ille de iniuria coniugis, immo potius sua, ardentius inflammatus, inscriptum Tyrannum ad tormenta deducit. Quo conuicta atque confessa, caecisque fraudibus reuelatis, pudor omnis & dedecus Paganorum peruaserat domos, adulteris matribus, incestis patribus, liberis spuris deprehensis. quibus diuulgatis & proditis, raptim cum simulacris & aedibus excitabantur & crimina.]

At non recens uel unius eiusmodi fuit sceleris perpetratio: siquidem Aegyptijs sacerdotibus peculiare fuisse huiuscemodi in mulieres, deorum nomine, exercere facinora, ostendunt quae Romae contigisse Iosephus describit tempore Tiberij Imperatoris, crimina haud dissimilia per sacerdotes Anubis in Paulinam clarissimam feminam perpetrata; quam sub specie Anubis dei, adolescenti, nomine Mundo, nomine Mando, ipsius amatori insciam subiecerunt. Quam ob causam sacrifici illi iussu Tiberij cruci affixi fuerunt. Subdit uero Ruffinus de alio Aegyptiorum templo tunc diruto, his uerbis rem gestam narrans:

Iam uero Canopi quis enumeret superstitiosa flagitia? ubi praetextu sacerdotium litterarum (ita enim appellant antiquas Aegyptiorum litteras) magicæ artis erat penè publica schola. Quem locum, uelut fontem quemdam atque originem daemoneum, in tantum uenerabantur Pagani, ut multo ibi maior celebritas, quam apud Alexandriam haberetur. Sed de huius quoque monstri errore, cuiusmodi originem tradant, absurdum non erit paucis exponere. Ferunt aliquando Chaldaeos Ignem deum suum circumferentes cum omnium prouinciarum dijs habuisse confictum, quo scilicet qui uicisset, hic esse deus ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum dijs aëris aut auri, argentiue aut ligni, uel lapidis, uel ex quacumque materia constabant, quae per ignem proculdubio corrumpere: ex quo fiebat, ut Ignis locis omnibus obtineret. Haec cum audisset Canopi sacerdos, callidum quiddam excogitauit. Hydriae fieri solent in Aegypti partibus fictiles, undique crebris & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus turbida aqua defudans, defaecatior ac purior redditur. Harum ille unam cera foraminibus obturatis, desuper etiam varijs coloribus pictam, aqua repletam statuit in deum; & excisum ueteris simulacri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput desuper positum diligenter aprauit. Adfuit post haec Chaldaei: itur in confictum, circa hydriam ignis accenditur: cera, qua foramina fuerant obturata, resoluuntur: sudante hydria, ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Chaldaeorum uictor ostenditur. Unde ipsum Canopi simulacrum pedibus perexiguis, attracto collo, & quasi fuggillato, ventre tumido in modum hydriae cum dorso aequaliter tereti formatum, ex hac persuasione uelut deus uictor omnium colebatur. Sed profecerint haec fortasse aliquando contra Chaldaeos: nunc uero aduentante sacerdote Dei Theophilo, nullus profuit sudor, nec ceris fraus obtecta subuenit: uastata sunt omnia, atque ad solum deducta.] haec Ruffinus. Sed quod ad Canopi originem spectat, a duce Menelai sic dicto putant traxisse nomen. Ceterum Stephanus tradit Canopum dictum esse Neptunum, eoque signo mare ab Aegyptijs circumscribi.

1. Ioseph. Ab. 1. 18. c. 4.

2. Ruffin. lib. 2. cap. 26.

3. TEMPLI CANOPI DEMONIZIO.

4. CANOPVS DEVS QVAELIS.

C Pergit uero post haec Ruffinus: Et nihil non gestum est, quod in squallorem uerteret locum: flagitiorum cauernae ac ueternosae busta deiecta sunt, & ueri Dei templa & ecclesiae celsae constructae. Nam & in Serapis sepulchro, profanis aedibus complanatis, ex uino latere Martyrium, ex altero confurgit ecclesia. Occasio autem Martyrij construendi unde data sit, dignum arbitror memorare.] subdit, his Ruffinus de profanatis atque dispersis tempore Iuliani Apostatae reliquijs Ioannis Baptistae, iisdemque collectis, & ad S. Athanasium tunc perlatis, atque haecenus conseruatis, cuius rei gesta historiam suo loco superius recitauimus. In loco igitur ubi Serapis templum erat, erecta basilica fuit, illataeque in eandem ipsae sacratissimae reliquiae (ut S. Athanasius ante praedixerat) S. Ioannis Baptistae per Theophilum Episcopum Alexandrinum. Porro ipsa aedificatio ecclesiae sub Theodosio facta est, reliquiarum uero collocationem post ipsius obitum fieri contigit sub eius filio Arcadio Imperatore, quo tempore dedicata est, 1111. Kalend. Septembris, quo quidem die in uniuersa Ecclesia eiusdem S. Ioannis Baptistae decollocationis sollemnitas celebratur.

Post occasum uero Serapis, qui numquam uixerat (subdit Ruffinus) quae iam alterius daemoneis stare delubra potuerunt? Parum dixerim, si omnes quae erant Alexandriae per Annal. Eccl. Tom. 4. Fff singulas

5. Cedren. in Compent. Adm. inuent. rionis cap. 10. Bapt. Bida. de sex. stat. in Iuliano. Ruffin. lib. 2. cap. 28.

singulas penè columnas cuiuscumque dæmonis ædiculæ insultæ ceciderunt : sed per cunctas Ægypti vrbes, per castella, per vicos, per omne rus, per ripas fluminis, per cretum quoque si qua fana vel potius busta reperiri potuerunt, insitæ vniuscuiusque Episcopi subruta & ad solum deducta sunt, ita vt denuo rus culturæ redderetur, quod iniuste fuerat dæmonibus deputatum.

Sed & illud apud Alexandriam gestum est, quod etiam Thoraces Serapis, qui per singulas quasque domos in parietibus, in ingressibus, in postibus etiam ac fenestris erant, ita abscissi sunt omnes & abrafi, vt ne vestigium quidem vsquam, vel nominis appellatio, aut ipsius, aut cuiuslibet alterius dæmonis remaneret : sed pro his Crucis Dominicæ signum \* vnusquisque in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus columnisque depingeret. Quod cum factum esse, hi qui super fuerant ex Paganis viderent : in recordationem rei magnæ ex traditione sibi in antiquis commendata venisse perhibentur. Signum hoc nostrum Dominicæ Crucis inter illas, quas dicunt *separatas*, id est, sacerdotales litteras, habere Ægyptij dicuntur, velut vnum ex ceteris litterarum, quæ apud illos sunt, elementis. Cuius litteræ, seu vocabuli hanc esse asserunt interpretationem, VITA VENTURA. Dicebant ergo hi qui tunc admiratione rerum gestarum conuertebantur ad fidem, ita sibi ab antiquis traditum, quod hæc quæ nunc coluntur, tam diu starent, quam diu viderent signum istud venisse, in quo esset vita. Vnde accidit vt magis hi qui erant ex sacerdotibus vel ministris templorum, ad fidem conuerterentur, quam illi quos errorum præfigiæ & deceptionum machinæ delectabant. ] Addit Socrates in imo diruti delubri lapides eiusmodi signo \* Crucis incisos esse repertos, aded vt Gentiles dicerent aliquid esse Serapidi commune cum Christo : quod non negandum, si de eius origine ex Iosepho filio Iacob, quod dictum est, omnino constare posset. Pergit verò Ruffinus :

QVOD HIEROGLYPHICVM CRVCIS.

Socrat. lib. 5. cap. 17.

DE VLN A MENSURA NILI.

Socim. lib. 7. cap. 20.

Sanè quoniam moris erat in Ægypto, vt mensura ascendentis Nili fluminis ad templum Serapidis deferretur, velut ad incrementi aquarum & inundationis auctorem : subuerso eius simulacro, ignique consumpto, omnes simul negabant, Serapin iniuriæ memorem, aquas vltra ac affluentia solita largituros. Sed vt ostenderet Deus, non Serapin, qui multo erat Nilo posterior, sed se esse qui aquas fluminis temporibus suis iuberet excrecere : tanta ex eo & deinceps fuit inundatio, quantam fuisse prius, ætas nulla meminerat. Et ideo vna ipsa, id est, aquæ mensura, quam *μηχου* vocant, ad aquarum dominum in ecclesiam ceptam deferri. Sed vbi hæc gesta religioso Principi nunciata sunt : extensis ad cælum palmis, cum ingenti fertur exultatione dixisse : Gratias tibi Christe, quod absque vrbs illius magna pernicie tam vetustus error extinctus est. ] hætenus de rebus hoc anno gestis Ruffini narratio. Addit verò hæc his Sozomenus de eiusdem Nili exundatione aliquando cessante :

PRODIGIOSA EXUNDATIO NILI.

Socrat. lib. 5. cap. 16.

Ferunt autem Ægypti fluium tunc solito tardius ad primum exundationis gradum constituisse (eo scilicet tempore, quo Theodosius Imperator Gentiles vetuit immolare dæmonibus hostias) Ægyptij ergo indignabantur, quod non permitterentur secundum leges patrias fluuii sacrificare. Animaduertens autem gentis illius Præfectus eos ad seditionem adornari, Imperatori rem indicauit. Imperator, re intellecta : Satius est, inquit, erga Deum permanere fidelem, quam fluua Nili, & ex eis expectatam anni fertilitatem præposuisse pietati. Vel nunquam enim fluxerit iste fluuius, si quidem re vera & ex cantationibus pellici & sacrificijs delectari & sanguinis fluxu inquinare influentes ex diuino paradiso riuos potest. Ceterum Nilus haud multo post largiter effusus, etiam sublimioribus vndas immisit : & postquam ad perfectissimam & raro completam mensuram accessisset, ac nihilominus aqua intumesceret ; in contrarium timorem coniecti sunt Ægyptij, ac metus erat, ne & Alexandriam vrbe, & quæ Libyæ portio erat, fluuius inundaret. Fertur itaque Alexandrinorum Paganos ob hoc ipsum stomachantes, quod præter opinionem euenerat, subsannasse, & in theatris exclamasse, quod fluuius veluti senex ac delirus eminxisset. Ex eo plurimi Ægyptij, patria superstitione damnata, ad Christianismum transferunt. Atque hæc quidem, vt comperi, scripsi. ] hætenus Sozomenus.

Ne autem quod Theodosius aduersus delubra Gentilium, lege lata, fieri imperauerat, auaritiæ potius quam pietati adscribi ab aliquo posset : quid præstiterit, Socrates ita significat : Delubra idcirco euersa, simulacra deorum in lebetes & ad res alias ad vitæ vltim accommodatas conflata. Nam Imperator deorum imagines Ecclesiæ Alexandrinæ, vt ad pauperes subleuandos impenderentur, donauerat. Itaque Theophilus Episcopus

A pus Alexandrinus, cum omnes deorum statuas confringere aggrediretur, vnam certi aliquid dei integram seruari iussit, eamque in loco erexit publice, vti Gentiles, tempore progrediente, non inficias irent, se eiusmodi deos coluisse. Hac de re noui equidem Ammonium Grammaticum valde animi discruciatum fuisse, dixisseque religioni Græcorum grauem inflictam esse plagam, quod illa vna statua conflata non esset, sed de industria ad ipsorum religionis irrisionem referuata. ] hæc Socrates.

Qui igitur Theophilus Alexandria super locum Serapij erexit basilicam, titulo S. Ioannis Baptistæ, in loco quem Canopum diximus nominatum, ab Alexandria vrbe distantem (vt Ammianus ait) duodecim miliaribus, aëris temperie saluberrimum ; aliam extruxit ecclesiã sub nomine Apostolorum. Ab hac ciuitate Canopo (habent Acta SS. Cyri & Ioannis) distat quidam vicus spatio duorum nomine Menuche. Hic autem vicus erat dæmonum habitatio : versabantur enim in eo maligni spiritus. Theophilus verò cum voluisset locum purum reddere à dæmonibus, Christi que Euangelistarum & Apostolorum characteribus & figuris, vt ad eum confecerandum idoneis, occupare : id quod statuerat, non perduxit ad effectum. Interim enim mors adueniens eduxit eum de vita præsentis. Deinde autem Cyrillus, qui post ipsum sedi successit, eandem suscepit curam, vt locum illum à dæmonibus liberaret : quod diuina reuelatione admonitus fecit inferendo illuc reliquias S. Marci Euangelistæ, necnon Cyri, ac socij ipsius Ioannis martyrum. Illatis igitur illuc vigesimo octauo mensis Iulij diebus reliquijs, continuo cessauit dæmonum infestatio, consecutaque mox est copiosa agris sanitatis largitio. ] hæc habent citata superius Acta, quibus pariter declaratur susceptum esse hoc anno à Theophilo munus expurgandi Ægyptum ab idolorum cultu : sed licet in eo nauiter toto vitæ tempore laborauerit, minime tamen absolui consummarique potuit.

ECCLESIAR RECTAB DELVRO RVM.

Ammianus lib. 22. Metaph. di. 30. Januar. \* militarium \* Manuche

VOCATI MONACHI IN AUXILIUM. Vir. SS. Patr. par. 2. ca. 4. de continetia.

IDOLOLARIA VBIQUE PER SVMDATA. Sozom. lib. 7. cap. 15.

MARCELLVS EPISC. APAMEAS DEMOLITOR TEM PLO RVM.

Porro ad certamen istiusmodi à se initum aduersus dæmones, quod spirituale esset, spirituali quoque nisus est Theophilus auxilio, sultusque diuini Spiritus armis : siquidem sanctissimos monachos, quos aded detestatur Sardianus, opitulatores, quasi auxiliares copias acciuit è solitudine : nam in Viris sanctorum Patrum hæc leguntur : Intrauerunt aliquando fratres Alexandriam inuitati à Theophilo Archiepiscopo, vt præsentibus his facta oratione, destrueret templa Paganorum, &c. ]

At planè accidit, vt tam ingenti fragore collapsa in Ægypto idololatria, vnde tamquam è fonte riuus in totum fere orbem terrarum supersticio dimanarat, Gentiles vbique concussifuerint, atque pro defensione deorum suorum sic nouo casu excitati concurrerint ; de quibus Sozomenus : Adhuc autem, inquit, in quibusdam ciuitatibus pro templis suis Paganialacriter dimicabant, velut in Arabia Petræa Æropolitæ, in Palæstina Raphiotæ & Gazæ, in Phœnicia hi qui Heliopolim incolunt, in Syria potissimum vindices templi Apameæ, quæ colitur ad Axium fluuium : quos quidem ego intellexi ad protectionem templorum suorum frequenter auxilijs vsos hominum Galilæorum, & collectorum ex pagis Libano vicinis : ac demum ad tantam prorupisse audaciam, vt etiam Marcellum, qui eius prouinciæ Episcopus erat, interficerent. Hic enim cum iudicaret, illos non alia ratione facilius à priori superstitione posse conuerti ; templa quæ in vrbe & in pagis habebant, euerit : & certior factus in Aulone (is est tractus Apameorum prouinciæ) tēplum esse amplissimum, militibus aliquot ac gladiatoribus assumptis, aduersus istud contendebat. Cui cum appropinquaasset, extra telorum iactum ipse restitit. Erat enim pedibus debilis, & neque repugnare, neque hostem vel fugare, vel fugere poterat. Militibus deinde ac gladiatoribus in destruendo templo occupatis : ex Paganis quidam, intellecto quod ille ibi relictus esset solus, ea ex parte qua locus pugna vacabat, egrediuntur, & improviso adorti eum corripunt, & rogo iniecto, interimunt. Ac in præsentia quidem clam id habuerunt. Sed postquam temporis progressu proditi sunt : filij Marcelli vindicare patrem studebant : quamquam Synodus eius gentis id fieri prohibuerit, æquum non esse censens vindictam sumere de eiusmodi morte ; pro qua gratias agere deceret tum illum ipsum qui mortuus fuerat, tum cognatos & amicos eius, vt pote, qui vt pro Deo moreretur, dignus habitus esset. ] hæc de Marcelli certamine Sozomenus.

Sed multa quidem, magnique momenti ab ipso sunt prætermissa, quæ à Theodoro, qui res tunc gestas, vt pote Syrus homo, habuit exploratas, enarrantur, quæ nos suis ipsius verbis hic describemus, ait enim : Ex Episcoporum numero Marcellus, vir in rebus omnibus longè præstantissimus, lege, tamquam machina bellica omnia delubra vrbs, cuius

Theod. lib. 5. cap. 21.

CHRISTI 389. SIRICII PAP. 5. VALENTIN. 14. IMPP. THEODOSII II.

Episcopatum ipse administrabat, prorsus expugnauit. Qua in re gerenda, fiducia in Deum A potius, quam multorum hominum manu adiutus est. Atque hoc loco facinus in primis memorabile ab eo factum narabo. Vbi Ioannes Episcopus Apameæ, cuius ante feci mentionem, mortem obierat, in eius locum diuinus Marcellus, vir spiritu (vt Apostoli præceptio vult) efferuescens, substitutus est. Venit forte Apameam Præfectus Orientis, duobus ducibus cum duobus hominum millibus comitatus. Qui quidem, plebe propter metum sibi à militibus iniectum quiescente, delubrum Iouis, quod amplissimum fuit, multis ac varijs ornamentis illustratum deturbare aggreditur: verum cum structuram eius valde solidam & firmè compactam cerneret, existimauit lapidum coagmentationem nullo modo posse dissolui: nam lapides erant grandissimi, arcè inter se iuncti, & ferro præterea ac plumbo colligati. Quare Præfectum deterritum cum videret S. Marcellus, eum ad alias vrbes amandauit, ipseque Deum impensè precatus est, vt viam sibi ad illius delubri demolitionem aperiret.

\*Rom. 12.

TEMPLUM  
IOVIS APAME  
MENS INSO  
LVBILE.

CAEMENTA  
RIVS OPVS  
AGGREDI  
TVR ALIIS  
INCONCES  
SYM.

DAEMON  
IMPEDIT  
TEMPLI  
RVINAM.

AQUA CRV  
CE SANCTI  
FICATA FV  
GATVR DAE  
MON.

Itaque primo mane vir quidam, qui neque architectus, neque lapidarius fuit, neque vllam aliam artem nouit, sed lapides & ligna humeris portare assueuerat, sua sponte eo venit. Qui vt accessit, pollicitus est se delubrum facillimè demoliturum, solumque mercedem postulauit, qua duos opifices conduceret. quam simulac sanctus Episcopus ei datum promiserat, eiusmodi quiddam excogitauit homo ille. Delubrum habebat porticum quadratam, erectam in sublimè, sibi que adiunctam. Hanc sustentabant columnæ maximè pares proportionè ipsi templo. ambitus autem cuiusque sexdecim cubitorum fuit: lapis, ex quo erant fabricatæ, natura durissimus, nec facile lapidariorum instrumentis cedens. Quarum singulas cum vndique suffodisset iste, & ædificia illis innixa tignis oleagineis suffulisset, ad aliud eodem modo transit. Nam tribus columnis ad hunc modum suffolis, C iniicit tignis flammam.

Verum dæmon quidam ater apparens, tigna (vt eorum fert natura) igni absumi non patitur, sed impetum flammæ cohibet. Vbi verò istud sæpius egerant, videbantque machinam illam frustra admotam, Episcopo sub meridiem forte dormienti rem indicant. Ille confestim ad sanctum Dei templum properè contendit, aquam in vase afferri iubet, quam sub sacrosancto altari ponit: ipse autem humi in faciem prostratus, Dominum benignum & clementem precatur, ne tyrannidem dæmonis longius serpere permittat, sed tum eius patefaciat imbecillitatem, tum suam ipsius potentiam ostendat ad eum finem, vt infidelibus nulla maioris cæcitatè inde detur occasio. Hæc & alia his similia locutus, cum aquam signo Crucis signasset, Equitium, vnum ex diaconis, fide, & pietatis studio egregiè munitum, aquam iubet accipere, ocyus ad delubrum currere, & cum fide eam spargere, D tignisque flammam adhibere. Qua re confecta, dæmon aquæ asperæ vim non ferens, penitus aufugit. Ignis autem, aqua, suæ naturæ maximè aduersaria, velut oleo foras, tigna occupat, eaque momento temporis prorsus absumit. Itaque columnæ, basi sublara, corrunt, aliasque duodecim secum deiiciunt: ipsum præterea templi latus columnis coherens, violento illarum casu pariter deturbatum est. cuius ingenti fragore tota adeo personabat ciuitas, vt omnes ad illud ipsum delubrum spectandum concurrerent: atque simul vt intellexere dæmonem infestum fugatum esse, hymnorum concentu vno ore omnes Deum celebrarunt. Eodem modo sanctus ille Episcopus alia quoque simulacrorum fana demolitus est. hæc de Marcello Theodoretus, quem & martyrium subiisse tradit, allecsumque ipsum inter martyres seimus perpetua memoria celebrandum decimaquarta die mensis Augusti.

\*Hier. epist. 7.

At non omnia deorum templa in Oriente sub Theodosio fuerunt penitus diruta: siquidem Gazæ delubrum Marnæ famosissimum vsque ad orum Theodosij iunioris, Arcadij Imperatoris filij, tutantibus illud ciuibus Ethnicis, integrum permansit, vt suo loco dicturum sumus: ad hæc namque tempora alludit S. Hieronymus<sup>b</sup>, cum ad Lætam scribens sic ait: Iam & Ægyptius Serapis Christianus factus est] quod scilicet illius cultores ad Christum conuersi fuissent, vel etiam, quod vbi Serapidis templum erat, illic iam erecta Christo Ecclesia esset, & subdit: Marnæ Gazæ luger inclusus, & euersionem templi iugiter percremificit.] prætermissum verò illud à Theodosio puto, quod absque eade plurimorum Gazensium templum tuentium, id perfici minimè posse videret.

Ceterum qui zelus pertigit Orientis Episcopos sub Principe maximè pio idola demoliri, æque Occidentales impulit sacerdotes id ipsum præstare fiducia animosa. Perire si

quæ

CHRISTI 389. SIRICII PAP. 5. VALENTIN. 14. IMPP. THEODOSII II.

A quæ de his scripta fuere à maioribus monumenta: de S. Martino tantum hæc habentur: eo argumento à Seuer<sup>a</sup> conscripta: Dum in vico quodam templum antiquissimum diruisset, & arborem pinum, quæ fanio erat proxima, esset aggressus excidere: tum verò Antistes loci illius, ceteraque Gentiliū turba cœpit obfistere. Et cum ijdem illi, dum templum euertitur, imperante Domino quiescentibus, succidi arborem non patiebantur. Ille eos sedulo commonere, nihil esse religionis in stipite: Deum potius, cui seruiret ipse, sequerentur: arborem illam excindi oportere, quia esset dæmoni dedicata. Tum ex illis vnus qui erat audacior ceteris: Si habes, inquit, aliquam de Deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, nosmetipsi succidemus hanc arborem, tu ruentem excipe: & si tecum est tuus (vt dicis) Dominus, euades. Tum ille intrépide confusus in Domino, facturum se pollicetur.

TEMPLO-  
RYM DÆ  
ORVM IN  
OCCIDEN-  
TE CLADES.  
Seuer. Vit.  
S. Mart. c. 10.

B Hic verò ad istiusmodi conditionem omnis illa Gentiliū turba consentit, facilemque arboris suæ habuere iacturam, si inimicum sacrorum suorum casu illius obruissent. Itaque cum vnam in partem pinus illa esset accliuis, vt non esset dubium quam in partem succisa corrueret, eo loco vincētis statuitur pro arbitrio rusticorum, quo arborem esse casuram nemo dubitabat. Succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gaudio lætitiæque cœperunt: aderat eminus turba mirantium, iamque paulatim nutare pinus, & ruinam suam casura minitari. Pallebant eminus monachi, & periculo iam propiore conterriti, spem omnem fidemque perdidierant, solam Martini mortem expectantes: At ille confusus in Domino, intrépide opperens, cum iam fragorem sui pinus concedens edidisset, iam cadenti, iam super se ruenti, eleuata obuiam manu, signum salutis opponit. Tum verò turbinis modo (retroactam putares) diuersam in partem ruit, adeo vt rusticos, qui tuto loco steterant, C penè proftrauerit. Tum verò in cælum clamore sublato, Gentiles stupere miraculo, monachi flere præ gaudio, Christi nomen in commune ab omnibus prædicari, satisque constitit, eo die salutem illi venisse regioni. Nam nemo ferè ex immani illa multitudine Gentiliū fuit, qui non impositione manuum desiderata, in Dominum Iesum, relicto impietatis errore, crediderit. Et verè ante Martini pauci admodum, inimò penè nulli in illis regionibus Christi nomen receperant: quod adeo virtutibus illius, exemploque conualuit, vt iam ibi nullus locus sit, qui non aut ecclesijs frequentissimis, aut monasterijs sit repletus. Nam vbi fana destruxerat, statim ibi aut ecclesias aut monasteria construebat.] subdit Seuerus hæc etiam eodem argumento:

In vico autem, cui Leprosum, nomen est, cum idem Martinus templum opulentissimum superstitione religionis voluisset euertere: restitit ei multitudo Gentiliū, adeo vt non absque iniuria sit repulsus. Itaque secessit in proxima loca, ibique per triduum cilicio reclusus & cinere ieiunans semper atque orans, precabatur à Domino, vt quia templum illud euertere humana manu non potuisset, virtus illud diuina dirueret. Tum subito ei duo Angeli hastati atque scutati, instar militiæ cælestis, se obtulerunt, dicentes, missos se à Domino, vt rusticam multitudinem fugarent, præsidiumque Martino ferrent, ne quis, dum templum dirueretur, obfisteret: rediret ergo, & opus cœptum deuotus impleret. Ita regressus ad vicum, inspectantibus Gentiliū turbis & quiescentibus, dum profanam ædem vsque ad fundamentum dirueret, aras omnes atque simulacra redexit in puluerem. Quo viso rustici, cum se intelligerent diuino nutu obstupefactos atque perterritos, ne Episcopo repugnarent, omnes ferè in Iesum Dominum crediderunt, clamantes & palam consententes Deum Martini colendum, & idola negligenda, quæ sibi adesse non possent.

E Quid etiam in pago Heduoarum gestum sit, referam. Ibi dum templum itidem euerteret, furens Gentiliū rusticorum in eum irruit multitudo. Cumque vnus audacior ceteris stricto eum gladio peteret: reiecto pallio, nudam cervicem percussori præbuit. Nec cunctatus ferire Gentilis: sed cum dexteram altius extulisset, resupinus ruit, consternatusque nimio metu veniam precabatur. Nec dissimile huic fuit illud. Cum eum idola destruentem, cultro quidam ferire voluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum non comparuit. Plerumque autem contradicentibus sibi rusticis, ne fana eorum destrueret: ita prædicatione sancta Gentiliū animos mitigabat, vt luce eis veritatis ostensa, ipsi suâ templa subuerterent.] hæcenus Seuerus de Martino templa deorum destruenta. En quot miraculis est declaratum Dei nutu templa deorum esse profstrata, cum tamen nonnulli fuerint qui maluissent eadem expurgata in vsum conuerti

Annal. Eccl. Tom. 4.

Fff 3

Clui-



CHRISTI 390.

SIRICII PAP. 6.

VALENTIN. 15. IMPP. THEODOSII 12.

Christianæ religionis, quod interdum factum esse, non dubium est. Ex his igitur, quæ de S. Martino à Seuero conscripta legimus, coniecturam capere possumus quid à ceteris Occidentalis orbis Episcopis gestum sit: nam paria alios Episcopos diuersarum ciuitatum oportuit obijisse certamina, quod omnibus in locis ijdem adhuc vigerent hostes, & castra diaboli, ad quæ prosternenda disijciendaque penitus maximos oportuit Dei sacerdotes exantlasse labores. Ceterum non sic quidem hæc sub huius anni periodo claudimus, vt omnia vnus anni termino facta esse contendamus, sed quod hoc anno ceptum sit, quod sequentibus quoque annis agi perseverauit indefinenter: aded vt sit reperire post decennium per Theodosij Comites Gaudentium atque Iouinum, quos tradit Prosper hoc tempore Theodosij idolorum templa Romæ spoliasse, sub Honorio Imperatore (quod sanctus Augustinus testatur) sub Consulatu Manlij Theodori, deorum templa Carthagine euersa esse. Cum verò vbique terrarum Christiani orbis à Christianis idolorum templa prosternerentur; nullibi tamen maiori studio quam Romæ, Hieronymi sententia, id factum fuisse constat.

Aug. de Ciuit. Dei. li. 18. cap. ult. Hier. proem. li. 2. comment. in epist. ad Galatas.

IESV CHRISTI ANNVS 390.

SIRICII PAP. ANNVS 6.

VALENTIN. 15. IMPP. THEODOSII 12.

Nonagesimo supra trecentimum Christi anno Valentinianus Augustus quartum aggressus est Consulatum, collegam nactus Neoterium. Antequam autem ad huius anni Theodosij Imperatoris res gestas enarrandas stylium admoueamus, verus monumentum eiusdem anni Consulibus consignatum hic reddamus; quo valde admireris reperiri his temporibus Theodosij, cum Romæ adhuc ipse moraretur, dicatam ibidem fuisse aram ad sacrificia, in qua sculpti supernè arietes quinque, singuli scilicet in singulis angulis, atque vnus in fronte, ijdemque omnes mactati iacent, & in dextero latere aries adstat sub pinu, à qua tympanum & fistulæ compactæ & crotala dependent, à sinistro verò latere sub altera pinu duæ fistulæ & facès transversæ, omnia ad vsum sacrificij comparata. inscriptio verò sic se habet:

Impressam hanc scriptam habes apud Smetium in script. antiq. pag. 20. num. 1.

DD. NN. FL. VALENTINIANO. ET. GRATIANO. IMPP. SVIS CEIONIYS. RIFIYS. VOLVSIVS. V. C. ET. ILLVSTRIS. EX VICARIO. ASIAE. ET. CEIONI. RVFI. VOLVSIANI. V. C. ET ILLVSTRIS. EX. PRAEFECTO. PRAETORIO. ET. EX. PRAEFECTO. VRBIS. ET. CECINE. LOLLIANE. CLARISSIME. ET ILLVSTRIS. FEMINE. DEAE. ISIDIS. SACERDOTIS. FILIYS ITERATO. VIGINTI. ANNIS. EX. PERCEPTIS. TAVROBOLIIS VI. ARAM. CONSTITVIT. ET. CONSECRAVIT. X. KAL. IVN. D. N. VALENTINIANO. AVG. ET. NEOTERIO. COSS

Potuit ne fieri, vt post tot leges à Theodosio aduersus sacra Gètilium editas, ipso etiam adhuc Romæ agente, & vt ita dicam, ob oculos eius, noua constitueretur ac dedicaretur ara, cum nec vnam Victoriam restitui, Gentilium laborante Senatu, & adnitente Symmacho, ipse concessisset, immo & eam ob causam anno superiore (vt vidimus) eundem Symmachum multasset exilio? Quamobrem in eam sententiam volentes magis imus, vt ea omnia à Volusiano secreto in proprijs ædibus facta fuerint ad priuatorum factorum vsum. Porro de Volusiano deorum cultui addictissimo illud modo sciendum, laborasse plurimum S. Augustinum iam Episcopum, vt eum ad fidem capeffendam induceret, id exposcente eius matre ad Christum iam antè conuersa, ipsum tamen resistentem atque obnitentem vsque ad vltimam senectutem Ethnicum permanisse: cum tandem morbo detentus, agente apud eum Melania iuniore eius neptæ, baptizatus bene Christianus vltimum clausit diem: sed de his suo loco dicendum quinto Annalium tomo.

DE CLADE THESSALONICENSIS.

Hoc ipso anno Theodosius Imperator, qui anno superiori recedens ab Vrbe mense Septembris (vt vidimus) Mediolanum se contulerat, ibidem degens, ob cladem Thessalonicensium perpetrata à S. Ambrosio repellitur ab Ecclesia, ac nonniis publicè acta pœnitentia, in eam admittitur. De re tanta narrationem aggressuris, cur hoc potissimum anno à nobis ponatur, ratio in primis reddenda est. Sed ante omnia confutanda illorum sententia, qui dixerunt, ea contigisse post secundum Theodosij in Italiam aduentum, postq. debel-

CHRISTI 390.

SIRICII PAP. 6.

VALENTIN. 15. IMPP. THEODOSII 12.

A debellatum Eugénium: cuius sententiæ auctor est Sozomenus, quem vix vnus vel duos reperies ex recentioribus sequentes, cum innumeri ferme sint qui ea omnia ad tempus post debellatum Maximum referant, secuti Ruffinum, Paulinum, atque Theodoretum. Inconstans pariter assertio reperitur, cum Thessalonicensium cadem tunc euenisse dicant, cum de differenda executionis sententia triginta diebus Theodosius legem tulit: nam nullo penitus pacto eohæret tempus eiusmodi laræ legis cum temporibus debellari ab eodem Theodosio Maximi. Etenim data illa lex ponitur Veronæ sub Consulatu Antonij & Syagrii, anno Domini trecentesimo octogesimo secundo, adhuc superstitite Gratiano, à quo lata habetur, cum nondum Theodosius in Occidentem redijisset, quod post septennium à tempore laræ legis euenit, de qua modò dicendum inferius.

Sozom. li. 7. cap. 24. Ruffin. li. 2. cap. 18. Paulin. in vlt. S. Ambr. Theod. lib. 5. cap. 17. l. 13. de pœnit. Cod. Theod. c. C. l. 13. eodem tit. l. si vindicari.

B Cum igitur ad tempora primi in Italiam Theodosij aduentus eiusmodi Thessalonicensis clades referenda sit, constatque ipsum Theodosium morâ duxisse in Occidente ad sequentem vsque annum: quoto potissimum anno eius in Italia commorationis id acciderit, peruestigandum est. Non quidem primo euenit anno, quo Maximum debellatum mense Augusti diximus: nam cum post necem Maximi contigerit Ambrosio agere apud Theodosium pro Episcopo qui incenderat synagogam, & alijs, nullam prorsus eius rei habuit mentionem, quæ necessariò inferenda fuisset, id exigente argumenti ratione, si antè accidisset. Sed & cum octo menses intercessisse Theodoretus dicat à tempore excommunicationis vsque ad reconciliationem, quæ tempore Natalis Domini contigit: non patitur angustia temporis, vt primo anno hæc facta esse dicatur, nec itém anno sequenti, quo vidimus Theodosium non in læctu (vt ferunt) & pœnitentia egisse Mediolani, sed

DE TEMPORE CLADIS ANTIOCHE NAE.

Theod. lib. 3. cap. 17.

Theod. lib. 3.

C scimus profectum esse mense Iunij Romam, de quæ extincto tyranno vna cum Valentiniano triumphasse. Quamobrem reliquum est, vt affirmare necesse sit, hoc ipso anno, vel sequenti, ea de clade Thessalonicensi ac pœnitentia Theodosij contigisse. Sed cum non detur locus vel tempus, vt dici possit ea obuénisse anno sequenti, siquidem mense Nouembris eius anni recedens ex Italia reuersus est Constantinopolim, vt demonstrabitur, ex necessaria proposita inductione, affirmandum est, ea omnia præfenti anno contigisse, quo Theodosium confedisse Mediolani, ex datis ibi rescriptis apparet.

His igitur de tempore declaratis, de spinetis difficultatum emergens oratio ad rei gestæ narrationem proficiens, alia adhuc parumper præpeditur dubitatione, quòd dixerint alij, cladem Thessalonicensem, cum Theodosio ibi esset, factam esse. sed perspicui hi redarguuntur erroris: cum antequam fieret, constet Ambrosium Mediolani apud eundem Theodosium intercessisse, vt Thessalonicensibus noxam sceleris perpetrati remitteret: quod quidem tum eiusdem Ambrosij, tum aliorum testificatione, subsequens oratio demonstrabit. Ingrediamur iam pede libero historiam ipsam ex diuersis antiquis historicis concinnatam, atque in primis ex Sozomeno, cum ab exordio auspiciatur his verbis facinus à Thessalonicensibus perpetratum: Erat, inquit, peccati insimulatio huiusmodi: Botherichæ tum temporis apud Illyricos militum Præfècti auriga, pincernam domini impudicè intuitus, de stupro interpellat, eaque de causa comprehensus, in vinculis erat. Instante autem sollempni equestri certamine, populus Thessalonicensis illum, veluti ad eam concertationem necessarium, dimitti postulabat. Quod quoniam non impetrabat, in grauem seditionem efferbuit, ac tandem etiam Bothericam ipsum interfecit. Qua re nunciata, Imperator præter modum excanduit, & certum eorum numerum qui adfuerant, interficij præcepit. ex quo ciuitas multis iniustis cædibus impleta fuit. ] hæc Sozomenus de facinore Thessalonicensium & in eos à Theodosio decreta vindicta.

Sozom. li. 7. cap. 24.

Sed non quidem ab eo tunc ibi præfente, nec statim, verum (vt Paulinus & alij testantur) cum iam antè sanctus Ambrosius apud Theodosium pro illis egisset, atque etiam indulgentiam impetrasset: nam ait: Promiserat enim Ambrosio Imperator, se veniam daturum ciuibus supradictæ ciuitatis: sed agentibus Comitibus occultè cum Imperatore, ignorante sacerdote, vsque in horam tertiam gladio ciuitas est donata, atque plurimi interempti innocentes. ] At non vno Ambrosio interpellante, sed alijs quoque Episcopis id agentibus, veniam Theodosio Thessalonicensibus impertitum esse, S. Augustinus affirmat, sed tumultu quorundam qui ei cohærebant, vindicare compulsum: verum puto Ambrosium per litteras rem gessisse, siquidem ex eius ad eundem Theodosium

Paulin. in vlt. S. Ambr. EPIS COP. IMP. E. TRANT VENIAM THESSALONICENSIBUS. Aug. de Ciuit. Dei lib. 5. cap. 25.

CHRISTI  
390.SIRICII PAP.  
6.VALENTIN. 15.  
THEODOSII 12. IMPP.

litteris postea datis constat, post tantam cædem patraram, redeunti Mediolanum Imperatori ipsum Ambrosium communionem Ecclesiasticam denegasse.

Sed unde, quæso, tanta fiducia Comitibus Theodosij, ut à pollicitatione veniæ audent Principem reuocare? & quibus ab illis valuit Theodosius argumentis inflecti, ut quod promississet Episcopis, non præstaret? Audi, quænam à magistratibus tunc videantur iustitiæ specie potuisse ingeri Theodosio: Pro arbitrio nimirum & ratione temporis debere Principem adhibere misericordiam & indulgentiam, atque rigorem temperare iustitiæ; ab his verò tunc abstinendum, cum rerum experientia constaret, ex ea subditos reddi contumeliosos, proteruos, atque ad delinquendum faciliores; adeo ut nisi mox seueritas legum inuigilaret, & gladius potestatis occurreret, nulla amplius futura esset securitas magistratibus: periclitandamque mox salutem Imperatoris, si impune liceret populo leges pedibus proculcare, & conferto agmine appetere magistratus. Rursum verò his addere, hanc omnem audaciam illis non aliunde suppeditari, quam ex nimia Principis indulgentia: nam si lege actum esset (ut par esse videbatur) aduersus Antiochenos scelus immanissimum perpetrantes, cum ipsius atque Augustæ defunctæ statuas deiecere, ac tanta ignominia pertraxere, haud Thessalonicensium animi in necem Præfetti militum adeo immaniter exarsissent, sed cohibiti fuissent timore vindictæ, & inflexibilis ad veniam seueritas Principis continuisset eosdem quantumlibet efferatos in officio. Quod item in Antiochenos ultum non esset, animatos etiam improbos Arianos, tot legibus exagitatos, summa ex indulgentia Principis armatos fiducia, non esse veritos in tanta ciuitate tam immane scelus, neglectis magistratibus & ipso Arcadio Augusto filio Theodosij, vi publica perpetrare, cum Constantinopoli (quod dictum est) insipientes in domum Episcopi, eam incendio concremarunt.

Sed quod Arianis etiam immeritis fuerit indulgentia impertita, Catholicis quoque grassandi in synagoga Iudæorum & in ædes Valentianorum audacia subministrata fuisse videri poterat: Et ad postremum quod sicut illis, ita & istis è ditissimo promptuario clementiæ Principis fuerit hausta venia; poenæque remissio abundantanti misericordia erogata; his exemplis, veluti ad delinquendum illecebris, Thessalonicenses ex leuissima causa tam dira animo concepisse, tamque crudelia opere perpetrasse: Quibus si ex sententia Episcoporum ignoscere, iam de salute Imperij actum esset, cum iam audacibus quibusque impune quoduis aggredi scelus & attentare flagitium liceret: adeo ut nullum penè remedium foret ad profectam Imperatoriam potestatem ac maiestatem erigendam, comprimendamque excrecentem audaciam, quam si in Thessalonicenses acerbius vindicaretur, ut non tantum compensaret admissum facinus vindictæ seueritas, sed superfluens & excedens supplicium timore sui reuocaret contempta hæcenus iura, exulemque custodia legum partam populorum tranquillitatem atque modestiam postliminio restitueret. Docere namque hoc ipsum simul naturam cum arte; cum ut bene consulatur vniuerso corpori, quod fomentis & olei lenitate curari non potuit, tabidum membrum ferro secetur, sectumque igne adustum consolidetur.

Hæc planè sunt, quæ putamus à Comitibus tunc fuisse Imperatori suggesta: quibus ille adeo persuasus, oblitus quod pollicitus erat Episcopis, de vindicando in populum Thessalonicensem, animo efferato rescripsit, cum sic ipse à natura compositus esset moribus (quod ait Ambrosius<sup>a</sup>) ut in æquilibrio positus facile vel impelleretur ad veniam, vel etiam commoueretur in iram, atque adeo ut se ipsum ab ea reuocare vix posset. Ita autem à nobis eo sunt inculcata consilio, ut ex his Theodosij pietas magis elucescat: qui cum hæc omnia pro sui excusatione haberet quæ aduersum redarguentem Dei sacerdotem obtenderet, quibus iustam vel apparentem saltem defensionem pararet: his tamen omnibus spreis atque contemptis, Dei sacerdoti magis, quam sibi ipsi sententiæque familiarium detulit, atque paruit. Magni quidem hæc sunt ponderis, si æquo rectæ æstimationis libramento pensentur: ut non declinauerit os eius ad verba malitiæ (ut Dauid ait<sup>b</sup>) immo nec prætextæ iustitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis: sed absque controuersia à se iniquè admissum existimaret, quod sententia Dei sacerdotis ita esse, decretum fuisset.

Qualis namque ipse Theodosius natura compositus esset, & quam facilis ad ignoscendum, S. Ambrosius declarat his verbis<sup>c</sup>: Beneficium se putabat accepisse Augustæ memoriæ Theodosius, cum rogaretur ignoscere: & tunc propior erat veniæ, cum fuisset commo-

<sup>a</sup> Ambros. epist. 28.

<sup>b</sup> Psal. 49.

<sup>c</sup> Ambros. orat. in festo. Theodos.

CHRISTI  
390.SIRICII PAP.  
6.VALENTIN. 15.  
THEODOSII 12. IMPP.

A commotio maior iracundiæ. Prærogatiua ignoscendi erat, indignatum fuisse, & optabatur in eo quod in alijs timebatur, ut irasceretur. Hoc erat remedium reorum: quoniam cum haberet super omnes potestatem, quasi parens exoptulare malebat, quam quasi Iudex punire. Sæpe tremantes vidimus quos obiurgabat, & conuictos sceleris cum desperassent, solutos crimine. Vincere enim volebat, non plectere, æquitatis Iudex, non poenæ arbiter, qui numquam veniam contenti negaret. ] hæc de moribus Theodosij S. Ambrosius; quos cum probe nossent qui illi inhiærentes à consilijs erant, magna diligentia cauerunt, ne quæ ab Imperatore, ipsis persuadentibus, statuta erant. S. Ambrosio innotescerent: ea enim aduersus Thessalonicenses non ipse Theodosius solus animo furore concitato decreuit, sed res mature est acta in Consistorio, ad quod non tantum ne Ambrosius accederet, verum & curatum est ne ipse sciret, quæ statuta essent; quod timeretur; ne pro illis rogando veniam, rem impediturus esset. hæc quidem omnia in litteris postea ab Ambrosio ad Theodosium scriptis expressa habentur, quas paulo post recitabimus. At quid post hæc, cum decretum ab ipsis in Consistorio fuit executioni mandatum?

Accidit quidem, ut sicut incensa flamma nesciat certis limitibus contineri, sed latius progrediatur, cum venti vehementioris flatu percellitur: ita vindicta in Thessalonicenses delinquentes ab Imperatore statuta, æque insontes cum fontibus, quasi turbo violentus obuoluerit. ait enim Rufinus<sup>a</sup>: Ad Circeses inuitari populum, eique ex improviso circumfundi milites, atque obruncari passim, ut quisque occurrisset, gladio iubet, & vindictam dari non crimini, sed furori. ] hæc ipse. Verum nequaquam vnus Circi limitibus valuit ira furentium militum cohiberi, sed foras progressi, omnes quos reperissent, veluti hostes gladijs confodere: Nam ciuitas (inquit Sozomenus<sup>b</sup>) multis iniustis ca-

cidibus adimpleta fuit. Siquidem & peregrini, qui modo vel ad nauigauerant, vel de via aduenerant, ex improviso apprehendebantur: fiebantque miserabiles clades, in quibus & hæc quoque. Mercator pro filijs suis duobus captis, se ipsum offerens, orabat, ut filijs seruatis, ipse interficeretur; & in eius facti mercedem, auri quicquid habebat, militibus pollicebatur. Illi calamitatem hominis miserati, pro vno ex filijs, quocumque vellet, supplicationem admittunt: duos verò dimittere, tutum sibi non esse dicunt, ob id quod numerus deficeret. Pater itaque vtrumque lamentabundus ac plorans intuitus, neutrius electionem facere sustinuit, sed in continua hæsitacione, donec interficerentur ambo, suspensus mansit, æquali vtriusque amore victus. Quinetiam frugi quemdam seruum accepi, pro domino suo, qui ad lanienam raptabatur, alacriter tunc oppetijisse mortem. ] hæc Sozomenus. Porro septem millia hominum caesa fuisse, Theodoretus affirmat<sup>c</sup>: ad triumque

horarum spatium scuisse gladium, Paulinus ait<sup>d</sup>. Tam immanis Thessalonicensium cædis perpetrata nuncium mox in Occidentem perlatum est, auditumque Mediolani non ab Ambrosio solum, sed & ab Episcopis qui Synodi causa conuenerant; qui & infandum facinus deplorarunt, auctoremque ipsum Imperatorem vehementer detestati sunt. Ambrosius verò ipse, qui inter eos locum principem obtinebat, vindex acerrimus infurrexit, atque armis quibus licuit, nempe spiritualibus, aggredi ipsum Imperatorem instituit: ac primum omnium veluti quibuidam missilibus, longè adhuc positum, litteris appetijt, quibus significauit, ipsum ob patratas Thessalonicensium cædes indignum se Ecclesiastica communionem penitus reddidisse, atque ab ipso ingressu Ecclesiæ separatum; sed vnam illi viam salutis esse relictam, ut poenitentiam agendo promeretur ab Ecclesia indulgentiam. At describamus hic eius epistolam,

Eo tempore ad ipsum Theodosium scriptam<sup>e</sup>:

Augustissimo Imperatori Theodosio Ambrosius. Et veteris amicitia dulcis mihi recordatio est; & beneficiorum, quæ crebris meis intercessionibus summa gratia in alios contulisti, gratia memini. Unde colligi potest, quod non ingrato aliquo affectu aduentum tuum semper mihi antehac exoptatissimum declinare potuerim. Sed qua causa hoc fecerim, breuiter expediam. Soli mihi in tuo Comitatu ius naturæ ereptum videbam, ut audiendi & loquendi priuaret munere. Motus enim frequenter es, quod ad me peruenissent aliqua, quæ in Consistorio tuo statuta forent. Ego ergo ex pers communis vsus sum: cum dicat Dominus Iesus<sup>f</sup>, nihil esse occultum, quod non manifestetur: Verecundia igitur qua potui, satisfeci Imperiali arbitrio; & prospexi ne aut ipse causam commotionis habeas, cum id egerim, ne quid ad me de Imperialibus deferatur statutis: aut ego cum fuero præsens, aut non audiam per metum omnium,

<sup>a</sup> Rufin. lib. 2. cap. 18.

<sup>b</sup> Sozom. lib. 7. cap. 24.

<sup>c</sup> Theod. lib. 5. cap. 17.

<sup>d</sup> Paulin. in V. 1. a. S. Ambros.

S. AMBROSIVS QUID AD THEODOSIVM POST CLADEM SCRIBIT.

<sup>e</sup> Ambros. epist. 28.

<sup>f</sup> Luca 8.

CHRISTI  
390.SIRICII PAP.  
6.VALENTIN. IS.  
THEODOSII 12. IMPP.

omnium, & quasi conuientis famam subibo, aut ita audiam, vt mihi aures pateant, vox A intercludatur, vt audita non possim eloqui: nec eos qui in suspicionem prodicionis venerint, lædam in periculo.

Quid igitur facerem? Non audirem? sed aures non possem cera veterum fabularum claudere. Proderem? sed quod in tuis iussis timerem, in meis verbis deberem cauere, ne quid cruentum committeretur. Tacerem? sed quod miserrimum foret omnium, alligaretur conscientia, vox eriperetur. Et vbi illud: Sed si sacerdos, non dixerit erranti, is qui errauerit, in sua culpa morietur, & sacerdos reus erit poenæ, quia non admonuit errantem? Accipe illud, Imperator Auguste. Quod habes fidei studium, non possum negare: quod Dei timorem, non diffiteor. Sed habes naturæ impetum, quem si quis lenire velit, cito vertes ad misericordiam: si quis stimulet, in maius exuscitas, vt eum reuocare vix possis. Vtinam si nemo mitigat, nullus accendat. Libenter eum committo tibi: ipse te reuocas, B & pietatis studio vincis impetum naturæ. Hunc ego impetum malui cogitationibus tuis fecerò committere, quam meis factis publicè fortassis mouere\*. Itaque malui officio meo aliquid deesse, quam humilitati, & requiri in me ab alijs sacerdotis auctoritatem, quam à te desiderari in me amantissime honorificentiam, vt represso impetu, integra esset consilij eligendi facultas. Prætendi ægritudinem corporis re vera grauem, & nisi à viris mitioribus, vix leuandam: vel emori tamen\* maluissimam, quam aduentum tuum biduo aut triduo non expectarem. sed quid facerem non erat.

Factum est in vrbe Theſſalonicensium quod nulla memoria habet, quod reuocare non potui ne fieret, immo quod antè atrocissimum fore dixi, cum totiens rogarem: & quod ipse serò reuocando, graue factum putasti, hoc factum extenuare non poteram. Quando primum auditum est, cum propter aduentum Gallorum Episcoporum Synodus conuenerat, nemo non ingemuit, nullus mediocriter accepit, non erat facti tui absolutio in Ambrosij communione. In me etiam amplius commissi exaggeratur inuidia, si nemo diceret Dei nostri reconciliationem fore necessariam. An pudet te, Imperator, hoc facere, quod

2. Reg. 12. Rex Propheta auctor Christi secundum carnem profapiaz fecit Dauid? Illi dictum est<sup>b</sup>, quia diues qui haberet plurimos greges, vnam pauperis ouem propter aduentum hospitis eripuit & occidit: & cognito quod in hoc ipse argueretur, quia ipse fecisset, ait: Peccaui Domino. Noli ergo impatienter ferre, Imperator, si dicatur tibi: Tu fecisti istud, quod Dauid Regi dictum est à Propheta. Si enim hoc sedulo audieris, & dixeris: Peccaui Domino, si dixeris regale illud propheticum<sup>c</sup>: Venite adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus ante Dominum nostrum qui fecit nos: Dicetur & tibi: Quoniam poeniter te, dimittit tibi Dominus peccatum tuum, & non morieris. Iterum cum plebem numerari D iussisset Dauid, percussus est corde, & dixit ad Dominum<sup>d</sup>: Peccaui vehementer, quod fecerim hoc verbum: & nunc, Domine, aufer iniquitatem serui tui, quod deliqui vehementer. Et missus est iterum ad eum Nathan Propheta, qui ei trium optionem conditionum offerret, vt quam vellet, eligeret, famem tribus annis in terra, aut tribus mensibus fugere à facie inimicorum suorum, aut triduo mortem in terra. Et respondit Dauid: Angustiaz sunt tria hæc vehementer: veruntamen incidam in manus Domini, quoniam multæ misericordiaz eius nimis: & in manus hominis non incidam. Culpa autem erat, quoniam voluit scire numerum totius plebis quæ secum erat: quod scire, Deo soli debuit referuare. Et cum, inquit, mors fieret in plebe: ipso primo die, ad horam prandij cum vidisset Dauid percutientem Angelum in plebem, ait Dauid: Ego peccaui, & ego pastor malignum feci, & hic grex quid fecit? Fiat manus tua in me & in domum patris mei. Itaque poenituit Dominum, & iussit Angelo vt parceret plebi, sacrificium autem offerret Dauid. Erant autem tunc sacrificia pro delictis: hæc nunc sunt sacrificia poenitentiaz. Itaque ea humilissime acceptior Deo factus est.

Non enim mirandum, peccare hominem, sed illud reprehensibile, si non se cognoscat errasse, non humiliet Deo. Job sanctus, & ipse potens in sæculo ait: Peccatum meum non abscondi, sed coram plebe omni annunciaui. Ipsi immani Regi Saul dixit<sup>e</sup> Ionathas filius suus: Noli peccare in seruum tuum Dauid: & vt quid peccas in sanguinem innocentem, occidere Dauid sine causa? Quia etsi Rex erat, peccabat tamen, si occideret innocentem. Denique etiam Dauid<sup>f</sup> cum iam regno potiretur, & audisset Abner innocentem occisum à Ioab duce militiae suæ, ait: Innocens sum ego & regnum meum amodo & vsque in æternum à sanguine Abner filij Ner. & ieiunauit in dolore.

Hæc

\* Ez. 3.

\* monere

\* eudem

ADMONET  
DE AGEN-  
DA POENI-  
TENTIA.

\* 2. Reg. 12.

\* Psal. 94.

\* 2. Reg. 24.

\* Job. 31.

\* 2. Reg. 18.

\* 2. Reg. 3.

CHRISTI  
390.SIRICII PAP.  
6.VALENTIN. IS.  
THEODOSII 12. IMPP.

A Hæc ideo scripsi, non vt te confundam, sed vt Regum exempla prouocent, vt tollas hoc peccatum de regno tuo. Tolle autem, humiliando Deo animam tuam. Homo es, & tibi venit tentatio: vince eam. Peccatum non tollitur nisi lacrymis & poenitentia. Nec Angelus potest, nec Archangelus: Dominus ipse, qui solus potest dicere<sup>a</sup>; Ego vobiscum sum. si peccauerimus, nisi poenitentiam deferentibus non relaxat. Suadeo, rogo, hortor, admo- neo: quia dolori est mihi, vt tu, qui pietatis inauditæ exemplum eras, qui apicem clemen- tiæ tenebas, qui singulos nocentes non patiebaris periclitari, tot perisse non doleas inno- centes. Etsi in prelijs felicissimè egeris, etsi in alijs quoque laudabilis, tamen apex tuo- rum operum pietas semper fuit. Id tibi inuidit diabolus, quod habebas præstantissimum. Vince cum, dum habes adhuc vnde possis vincere. Noli peccato tuo aliud peccatum ad- dere, vt vsurpes quod vsurpasse multis officit.

B Ego certè in omnibus alijs licet debitor pietati tuæ, cui ingratis esse non possum, quam pietatem multis Imperatoribus præferebam, vni adæquabam: ego, inquam, causam in te contumacia nullam habeo, sed habeo timoris: offerre non audeo sacrificium, si volue- ris assistere. An quod in vnus innocentis sanguine non licet, in multorum licet? Non puto. Postremo scribo nica manu quod solus legas. Ita me Dominus ab omnibus tribu- lationibus liberet: quia non ab hominè, neque per hominem, sed apertè mihi interd- ctum aduerti. Cum enim essem sollicitus, ipsa nocte qua proficisci parabam, venisse qui- dem visus es ad ecclesiam: sed mihi sacrificium offerre non licuit. Alia prætereo vt po- tui cauere: sed pertuli amore tuo, vt arbitror. Dominus faciat, vt omnia cum tranqui- litate cedant. Multifariè Deus noster admonet, signis cælestibus, Prophetarum præ- ceptis, visionibus etiam peccatorem vult nos intelligere, quo rogemus eum, vt pertur- bationes auferat, pacem vobis imperantibus seruet, fides Ecclesiæ & tranquillitas perse- ueret, cui prodest Christianos & pios esse Imperatores. Certè vis probari Deo? Om- nis rei tempus, vt scriptum est: Tempus<sup>b</sup>, inquit, faciendi Domine: & tempus bene- placiti Deus. Tunc offeres, cum sacrificandi acceperis facultatem, quando hostia tua ac- cepta sit Deo.

Nonne me delectaret, habere gratiam Imperatoris, vt secundum voluntatè tuam agerem, si causa pateretur. Et simplex oratio sacrificium est: hæc veniam refert, illa of- fensionem: quia hæc habet humilitatem, illa contemptum. Dei enim vox est, quod malit vt fiat mandatum eius, quam deferatur sacrificium. Clamat istud Deus, ad popu- lum Moyses annunciat, ad populos Paulus prædicat. Id facito quod intelligis in tempore plus placere. Misericordiam<sup>c</sup>, inquit, malo, quam sacrificium. Quare non illi magis D sint Christiani qui peccatum condemnant suum, quam qui defendere putant? Iustus<sup>d</sup> enim in exordio sermonis accusator est sui. Qui se accusat cum peccauerit, iustus est: non ille qui se laudauerit.

Vtinam, Imperator, etiam ante mihi potius credidissimam, quam consuetudini tuæ. Dum puto quod cito ignoscis, cito reuocas (vt sæpe fecisti) & tu præuentus es, & ego non declinaui quod cauere non debueram. Sed gratias Domino, qui vult seruos suos castigare, ne perdat. Istud mihi commune est cum Prophetis, & tibi erit commune cum sanctis. An ego Gratiani patrem non oculis meis præferam? Debent veniam sancta alia pignora tua: dulce mihi nomen antetuli, quibus amorem communiter detuli. Amo, di- ligo, orationibus prosequor. Si credis, sequere: si, inquam, credis, agnosce quod dieo. Si non credis, ignosce quod facio, in quo Deum præfero. Beatissimus & florantissimus cunctis sanctis pignoribus fruaris tranquillitate perpetua, Imperator Auguste. ] hæc nunc Ambrosius ad Theodosium.

His acceptis litteris Theodosius, magnopere percussus est animo, vt qui iam satis ex- pertus esset sacerdotis Dei infractum robur, solidamque pro sacrarum custodia legum con- stantiam, iamque admittæ crudelitatis conscientiaz stimulis saucius, atque scriptis Ambro- sij acriter verberatus, piaculi sentite coepit enormitatem, quam ante iratus non intelle- xerat: oculucrant enim eam iustorum velamenta prætextuum. Quot igitur insontes animo recolebat esse necatos, tot confodiebatur immensi doloris iaculis, audireque vide- batur, voces sanguinis innocentium à Deo magno clamore postulare vindictam. His igitur lancinatus indesinentibus flagris, redire Mediolanum compellitur, conuenireque eum, quem antea malè cõsultus fuerat aduersatus Ambrosium, ab eoque remedium salutis ex- poscere. Sed quid tunc egit Dei sacerdos? Copiam, inquit Paulinus<sup>e</sup>, Imperatori in- grediendi

S. AMBRŒ-  
SIVS VRGÉT  
I M P. AD  
POENITEN-  
TIAM:  
Matth. 28.VISTO O-  
STENSA AM-  
BROSIO.\* Psal. 118.  
\* Psal. 68.\* Osee. 6.  
\* Mat. 9. &  
2.  
\* Prover. 18.THEODOSII  
POENITEN-  
TIA.\* Paulin. in vi-  
ta S. Ambr.

grediendi ecclesiam denegavit: nec prius dignum iudicavit caru Ecclesiae, vel sacramen- A torum communione, quam publicam ageret poenitentiam. Cui Imperator contra asse- rebat, Dauid adulterium simul & homicidium perpetrasse. Sed responsum illico est: Qui secutus es errantem, sequere corrigentem. Quod ubi audiuit clementissimus Impe- rator, ita suscepit animo, vt publicam poenitentiam non abhorreret. cuius correctionis profectus secundam illi parauit victoriam.] post illam videlicet nuper recensitam de in- dulgencia concessa illis qui Iudaeorum incenderant synagogam. Sed Paulinus compen- dio quidem: nam plura praetermisit a Theodoro narrata, quem audire dignum puta- mus, ait enim a:

Theod. li. 5. cap. 17. AMBROSII VETAT THEODOSII INGRESSVM ECCLESIAE

Hac miseranda & lugubri calamitate cognita, Ambrosius ille, de quo supra diximus, Imperatori Mediolanum aduentanti & in sacrum templum ingredi cupienti, extra sa- cra vestibula obuiam procedit, vetatque in templum intrare, & his fere verbis eum affa- B tur: Est verisimile, o Imperator, te ignorare caedis a te perpetratae magnitudinem, neque post sedatam iracundiam ratione admisiuum facinus peruidere. Nam Imperatorius fortas- se principatus peccatum agnoscere non finit, sed potestas, offundit rationi caliginem. Ve- rum quae sit natura nostra, & quam fragilis ac fluxa, considerandum est: & in auitum pul- uerem, ex quo orti sumus, & in que recasuri, acies metis intendenda: neque ipse splende- re purpurae deceptus, corporis illa operi imbecillitatem ignorare debes. Quin etiam illis imperas, qui & eiusdem sunt naturae participes atque adeo conferui: Vnus enim Dominus omnium & Rex, huius vniuersitatis fabricator Deus. Quibus igitur oculis intruere templum illius, qui est omnium Dominus: quibus pedibus sanctum illud solum calcabis? Qui, quae so, manus iniusta caede & sanguine resperfas extendere audes, & eidem sacro- sanctum corpus Domini accipere? Aut quo modo venerandum eius sanguinem ori ad- C mouebis, qui furore irae iubente, tantum sanguinis, tam inique effudisti? Recede igitur, & ne conare nouo scelere scelus ante editum augere, sed capesse vinculum, quo vt ligeris Dominus omnium caelitus sententiam dat: quod quidem vinculum vim habet & mor- bum animi depellendi, & te ad sanitatem restituendi.

DOLORE THEODOSII OB EXCOM- MUNICATIONEM.

Huic orationi obsecutus Imperator (nam diuinis educatus eloquijs, accurate norat tum quae essent officia sacerdotum, tum quae Regum propria) cum gemitu & lacrymis ad Palatium reuertitur. Atque longo temporis spatio dilapso (octo enim menses iam praeterierant) Saluatoris Natalitia fuere celebrata.] ex his colliges, mense Aprilis haec Me- diolani peracta. Sed pergit: Imperator autem confidet in Palatio, lamentis se dedens, & magnam vim profundens lacrymarum. Quod cum animaduertisset Ruffinus, qui tum Magister Aulae fuit, magna que apud Imperatorem auctoritate, vt pote familiaritate ei D coniunctior, ad illum accedit, rogat causam fletus. Tum Imperator lugens acerbis, & maiorem in modum flens; Tu, inquit, Ruffine ludis: nam quantis ipse in malis verser, non sentis. Ego vero gemo, & meam ipsius deploro calamitatem, dum mente complector, quam facilis aditus ad sacrum templum seruis & mendicis pateat, liberque illis ad Do- minum suum deprecandum detur introitus: mihi autem non modò ad illum locum, verum etiam ad caelum ipsum accessus praclusus sit. Nam venit mihi in mentem senten- tiae a Domino prolatae, quae palam dicit b: Quemcumque ligaueritis super terram, erit ligatus & in caelis.

Matth. 6.

Cui Ruffinus: Curram, inquit, si placet, ad Episcopum: ei supplicabo, persuadeboque vt tua soluat vincula. At non est, inquit Imperator, tibi morem gesturus. Noui enim adeo iustam aequamque Ambrosij esse sententiam, vt non metu potestatis Imperatoriae E sit legem diuinam violaturus.] haec idcirco Theodosius, quod sciret Ecclesiae legem esse, vt non nisi prope Paschale tempus publicè poenitentes ab Episcopo reconciliarentur Deo, & restituerentur Ecclesiae: nisi velis potius ipsum alluisse ad Ecclesiasticam illam legem, qua cauetur ne voluntarius homicidia nisi in fine vitae communicet. Verum (suodit Theodoretus) cum instaret Ruffinus, pollicereturque se Ambrosio persuasurum: Impera- tor iubet properè abire: ipseque falsa spe inductus, & Ruffini confusus promissis paulo post sequitur. Vt primum autem Ruffinum sanctus vidit Ambrosius: Videris mihi, inquit, Ruffine, canum impudentiam imitari: nam tamen tuo suasu tam crudelis facta est cae- des, tu tamen ita perficisti os, vt nec pudeat, nec pigeat tanta rabie contra imaginem Dei insanuisse. Vbi verò Ruffinus obnixè eum orauerat, dixeratque Imperatorem breui eo venturum: S. Ambrosius diuino zelo accensus: Ego, inquit, Ruffine, praedico, me illum ab

AGIT FRV- STRA RVFI- NVS PRO THEODOSIO

A ab ingressu sacri vestibuli prohibitorum: Quòd si Imperium mutauerit in tyrannidem, caedem lubens quidem excipiam. Quibus auditis, Ruffinus Imperatori per internuncium significat, hortaturque vt maneat in Palatio.] Quòd autem hic a S. Ambrosio Ruffino ex- probratum sit, suasu ipsius tam diram illatam esse Thessalonicensibus cladem: erit vt mi- reris, cum scies postea, quantam, Deo vlciscente, expertus sit ipse vindictam, & quam in- felici exitu vitam clausit.

Haec cum Imperator ( subdit Theodoretus ) in medio foro accepisset: Eo, inquit, illuc nihilominus, quo iustas debitasque contumelias subeam. Vbi verò ad sacros templi parie- tes aduenit, non ingreditur in templum ille quidem, sed ad Episcopum, qui in aedícula sa- lutoraria sedebat, accedens, obsecrat vt vincula sibi soluat. At Ambrosius eius aduentum dixit esse tyrannicum, eumque ipsum contra Deum insanire, & illius leges proterere. Tum B Imperator: Non obstinato animo, inquit, leges sanctitas impugno, neque sacra vestibu- la per nefas introire cupio: sed oro, vt mihi soluas vincula, & proponas tibi ante oculos clementiam illius qui est Dominus omnium; & ne mihi ocludas ianuam, quam ille om- nibus, quos peccatorum suorum poeniteat, patefecit. Cui Ambrosius: Quam tu, inquit, poenitentiam post tam graue scelus admisiuum ostendis? quae medicamenta ad vulnera tam difficilia curatu sananda adhibuisti? Tuum est, inquit Imperator, medicamenta osten- dere, ea que temperare, & vulnera quae aegrius curantur, obligare: meum autem, quae sunt adhibita, accipere.

THEODOS. CONVENIT S. AMBROS.

Tum S. Ambrosius: Quoniam, inquit, iracundiae permisisti iudicium, & non recte rationi, sed animo irato obsecutus, sententiam pronunciaisti: conscribe legem, qua deinceps sententiae per iracundiam pronunciatæ iritæ sint & nullius momenti: cognitio- nesque causarum de caede & publicatione bonorum ad triginta dies scriptis proditæ ma- neant, vt recta ratione de illis iudicium des: atque diebus illis confectis, qui decreta illa scripserint, mandata tua tibi ostendant: ac tum quidem compressa iracundia, ratione sola causam expendens, inquires in decreta, & ita perspicias, iniqua ne sint, an aequa. Quòd si iniqua deprehenderit, certum est ea decreta scriptis mandata te dilaceraturum; sin aequa, confirmaturum, sicque manifestò intellecturum, numero dierum interiectorum nihil de auctoritate decretorum recte sanctorum omnino detractum esse. Istud consilium Imperator, quoniam prudentissimum esse censebat, libenter amplexatus, iubet extempore legem conscribi, suaque subscriptione confirmat. ] meminerunt etiam huiusce tunc scri- ptæ legis Ruffinus a & Sozomenus b. Extat quidem lex ipsa, eadem continens: sed quòd ante annos octo data habeatur, & non Mediolani, sed Veronæ, viuente adhuc Gratiano D Imperatore, nec Natalis Domini tempore, verum mense Septembris, rem perplexam ad- modum reddit. Lex igitur cum in Codice Theodosiano, tum etiam Iustiniano ita de- scripta legitur c:

S. AMBROS. AUCTOR SANCTIEN- DAR LEGIS.

Ruffin. lib. 2. cap. 18. Sozom. lib. 5. cap. 24.

Imppp. Gratianus, Valentin. & Theodosius AAA. Flauiano PP. Illyrici & Italiae. Si vin- dicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinem pro causae intuitu iusserimus; nolumus statim eos aut subire poenam, aut excipere sententiam: sed per dies triginta su- per statu eorum fors & fortuna suspensa sit. Reos sanè accipiat, vinciatque custodia, & ex- cubiis solentibus vigilanter obseruet. Dat. xv. Kal. Septembris, Veronæ, Antonio & Sya- grio Coss. ] quo quidem tempore Theodosius annum agens quartum in Imperio mo- rabatur Constantinopoli, nec memoria vlla penitus est, vumquam nisi aduersus Maxi- mum pugnaturum venisse in Italiam. Quamobrem cum de causa faciendæ legis ea- dem sit sententia antiquorum historicorum, ac Ruffini praesertim, qui tunc temporis ea scribebat; illud cogimur opinari, vt non incuria id factum existimemus (tot enim simul errores in adeò breuem scriptionem irrepisisse, haud facile adducimur vt credamus) sed studio perpetratum ab aliquo, qui indignè ferret, ea suo loco & tempore atque titulo po- sita legi, quibus Theodosij immane facinus decantaretur. Ceterum quod ad locum spe- ctat, cum ea lex data habeatur Veronæ xv. Kalend. Septembris: constat Theodosium hoc ipso anno & mense constitisse Veronæ: nam aliud ibidem hoc item anno reperitur datum rescriptum d eodem mense post dies quinque, nempe x. Kal. Septembris: adeò quod et si annus non consentit, certè quidem & locus & mensis & causa aptari posse vi- dentur legi superius recitatae.

LI. 13. de po- nis, Cod. Theod. 6. Cod. Iustim. eod. tit. l. 10. LEX DE DIF- FERENDA EXECVTIO- NE SEN- TENTIAR.

At in hoc rursus illud quidem in primis considerari potest, videri diu hanc legem absque promulgationis titulo in chartis publicè editis circumlatam: siquidem Sidonius

DE TEMPO- RE LATAE LEGIS.

<sup>a</sup> Sidon. lib. 1. epist. 7. <sup>b</sup> Sueton. in Tiber. cap. 75.

**A** Apollinaris<sup>a</sup>, quod inuenerit eam absque titulo, tribuit ipsam Tiberiano Senatusconsulti, quo (vt auctor est Suetonius<sup>b</sup>) decem tantum dierum spatium ante executionem sententiae concessum est; cum tamen prorogatio triginta dierum non nisi lege Theodosij modò recitata concessa habeatur. Constat igitur ignorasse auctorem legis Sidonium, qui longè diuerso eam adscribit Principi: quam sic repertam absque titulo atque Consulibus, pro arbitrio fortasse Anianus scriptor Codicis Theodosiani sub eodem titulo & Consulibus collocauit; cuius fidem secutus Trebonianus eodem modo descripsit in Codice Iustiniano. an autem factum id errore fuerit, vel praetextu obtegendis criminis Theodosij, alij pro arbitrio iudicent; ac si quam habent ad nodi huius perplexitatem soluendam veriore affertionem proferant, & acquiescemus. Haecenus de lege per Theodosium lata, quam abrogatam fuisse per Nicephorum Botonitatem, suo loco dicemus. exitit illa sanè proficua & Theodosij naturæ optimè comparata, vt pote qui soleret interdum dura B praecipere, sed (vt ait Aurelius Victor) modica dilatione molliretur. At prosequamur reliqua à Theodoro descripta.

THEODOSIUS RECONCILIATUR CLASS.

<sup>c</sup> Psal. 118.

Qua re, inquit, confecta, nempe lege sancita, S. Ambrosius eius vincula soluit. Itaque Imperator fidelissimus in sanctum templum ingressus, non stans Dominum precatus est, neque genibus flexis, sed pronus humi abiectus, versum illum Dauid recitauit: Adhaesit pavimento anima mea: uiuifica me secundum uerbum tuum. Atque capillum manibus lacerans, frontem ferire, lacrymarum guttis solum rigare, veniamque supplex petere coepit. Vbi autem tempus postulauit, vt dona sacrae mensae offerret, surgit, atque non minorem lacrymarum vim quam antea effundens, in sanctuarium ingressus est. Cum uero dona, uti solebat, obtulisset, intus prope cancellos mansit. At rursus magnus ille Ambrosius non conticuit quidem, sed locorum differentiam eum docuit. Ac primum sciscitatur, ecqua re egeret? Et cum respondisset Imperator, se expectare diuinorum mysteriorum perceptionem: significauit illi per primum diaconum qui ei ministrabat, ad loca interiora solis sacerdotibus aditum patere, eademque aliis omnibus inaccessa esse, nec debere tangi. Iubet igitur vt exeat, & cum reliquis laicis consistat: Nam purpura, inquit, Imperatores, non sacerdotes efficit. Quam admonitionem itidem excepit iubens Imperator fidelissimus: responditque se non animi confidentia inductum mansisse intra cancellos, sed hanc consuetudinem Constantinopoli didicisse: Quare habeo, inquit, etiam pro hac medicina gratiam.

LAUDANTUR AMBROSIVS ET THEODOSIVS.

Tantis & tam eximiiis virtutis ornamentis enituit tum Episcopus, tum Imperator. Vtrumque enim admiror: alterum propter ingenuam loquendi libertatem, alterum propter facilem obedientiam: & illum propter diuini zeli ardorem, hunc autem propter sinceram fidem. Imperator uero pietatis praecipua, quae ab illustri illo Episcopo didicerat, etiam cum reuertisset Constantinopolim, obseruauit. Nam cum diuino quodam festo ad templum denuò ueniret, statim vt dona sacrae mensae obtulerat, exiuit. Atque cum Nectarius, qui id temporis illius Ecclesiae Antistes fuit, rogaret, cur non maneret intus? gemens, inquit: Aegre tandem didici, quid inter Imperatorem intersit, & Episcopum: aegre tandem reperi ueritatis magistrum: nam solum Ambrosium noui Episcopum, dignum eo nomine. Tantum commodi reprehensio, à viro uirtute praestanti adhibita, seculum apportare solet. ] haecenus Theodoretus de Theodosij poenitentia, cuius magno praeconiò S. Augustinus meminit, cum haec ait<sup>d</sup>:

<sup>e</sup> Aug. de Ciuit. Dei lib. 5. c. 26.

Quid autem fuit eius religiosa humilitate mirabilius, quando in Thessalonicensium grauissimum scelus, cui iam Episcopis intercedentibus promiserat indulgentiam, tumultu eorum quorundam qui ei cohærebant, vindicare compulsus est; & Ecclesiastica coercitus disciplina, sic egit poenitentiam, vt Imperatoriam celsitudinem pro illo populus orans magis fletet uidendo prostratam, quam peccando timeret iratam? ] haec Augustinus. Sed quid de his ipse<sup>e</sup> Ambrosius? Dilexi, inquit, uirum, qui magis arguentem quam adulantem probaret. Strauit omne quo utebatur insigne regum: defleuit in ecclesia publicè peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat: gemitu & lacrymis orauit veniam. Quod priuati erubescunt, non erubuit Imperator publicè agere poenitentiam: neque ullus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem. ] haec ipse.

<sup>f</sup> Ambros. orat. in funere Theodosij.

FRACIPIVVM DECVS THEODOSII.

Viguit, uigebitque semper eiusmodi Theodosij exemplum in Ecclesia Dei, & quod tunc effulgit, effulgebit iugiter tamquam insigne quoddam ac praclarissimum ornamentum, ac ueluti nobile trophaeum erectum, ex illustri uictoria consecutum, uincente seipsum Imperator.

IN NEGLIGENTES AGERE POENITENTIAM.

<sup>a</sup> Aug. hom. 49.

DE FABIO LAE PUBLICAE POENITENTIA.

<sup>b</sup> Hier. epist. 39.

<sup>c</sup> Luca 9.

<sup>d</sup> Paulin. im. uita S. Ambrosij. <sup>e</sup> Persae conuenerunt S. A. M. RR. G. S. I. V. M.

**A** Imperatore: uigebit, inquam, gloriosus triumphus exculptus aeternis tabulis; longè praestantioribus illis, quibus tum barbarorum tum tyrannorum declarabatur extinctio, atque felix Imperij propagatio; vt tamquam in uia columna amplissimis perpetuisque notis expressa uisuri sint posterius Imperatores ac Principes, nihil elucere uenustus, coruscare splendidius; atque micare ardentius inter omnes regiae coronae uirtutum gemmas, quam ipsam illibatè seruata & in omnibus integerrimè custoditam religionem, cuius causa exhibita humilitas sublimis sit exaltatio, & delata obediencia quouis summo praestet Imperio: usque aded, vt eius gratia & ipsae tenebrae peccatorum, quibus offundi obsecurarique solet fulgor ille regiae maiestatis, conuertantur (vt uidimus, de Theodosio) in claritudinem semperque manentem gloriam.

At quam iuste S. Augustinus acriter inuehatur in viros longè inferioris ordinis ab Imperatoria dignitate & aliis Praefecturis, qui de peccatis publicis publicam negligerent agere in Ecclesia exemplo Theodosij poenitentiam, ipsum audi, cum ait<sup>a</sup>: Resistit mihi filius pestilentiae, & erubescit genu figere sub benedictione Dei? Quod non erubuit Imperator, erubescit nec Senator, sed tantum curialis? superba cecruix, mens tortuosa. Fortassis, immo quod non dubitatur, propterea Deus uoluit vt Theodosius Imperator ageret poenitentiam publicam in conspectu populi, maxime quia peccatum eius celari non potuit. Et erubescit Senator, quod non erubuit Imperator? Erubescit nec Senator, sed tantum curialis, quod non erubuit Imperator? Erubescit plebeius, siue negotiator, quod non erubuit Imperator? Quae ista superbia est? nonne sola sufficeret gehennae, etiam si adulterium nullum esset? ] haec Augustinus.

Quam autem uigere hoc tempore in Ecclesia seueritas publicae poenitentiae, à qua non liberaret excusare uel nobilitas, dignitas, neque sexus; planè declaratur alio exemplo clarissimae feminae Romanae, Fabiolae nomine, quae adhuc supererat Fabiorum antiquae familiae nobile germen. Hanc contigit ob secundas nuptias post diuortium factum cum priore viro, illicite contractas, hisce ferme diebus, publicam Romae agere poenitentiam, quam à S. Hieronymo descriptam his adiungere, ob connexionem temporum & similitudinem argumenti, operae pretium ducimus. ait enim<sup>b</sup>: Igitur & Fabiola, quia persuaserat sibi, & putabat à se uirum iure dimissum, nec Euangelij vigorem nouerat, in quo nubendi uniuersa causatio, uidentibus uiris, feminis amputatur: dum multa diaboli uita uulnera, unum incauta uulnus accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, quarens excusae culpam, cuius poenitentiam ipsa confessa est? Quis hoc crederet, vt post mortem secundi uiri in semetipsam reuerfa, quo tempore solent uirgines negligentes, iugo seruitutis excusso, D agere se liberius, adire balneas, uolitare per plateas, uultus circumferre meretricis, saccum indueret, vt errorem publicè fateretur? & tota urbe spectante Romana, ante diem Paschae in basilica quondam Laterani, qui Caesariano truncatus est gladio, staret in ordine poenitentium, Episcopo, presbyteris, & omni populo collaerymantibus, sparsum crinem, ora lurida, squallidas manus, sordida colla submitteret? Quae peccata fletus iste non purget? quas inueteratas maculas haec lamenta non abluant? ] & post multa de uilitate poenitentiae, de eadem subdit: Non est confusa Dominum in terris; & ille eam non confundet in caelo<sup>c</sup>. Aperuit cunctis uulnus suum, & decolorem in corpore cicatricem fletus Romae conspexit. Dissuta habuit latera, nudum caput, clausum os: Non est ingressa ecclesiam Domini, sed extra castra cum Maria sorore Moyse separata confedit; vt quam sacerdos eiecerat, ipse reuocaret. ] ac deinde: Recepta sub oculis omnis Ecclesiae communiōe, E quid fecit? Scilicet in die bona malorum non oblita est, & post naufragium rursus tentare noluit pericula nauigandi. ] haecenus Hieronymus: quae autem subdit de eiusdem Fabiolae peregrinatione Hierosolymam, & de rebus gestis postquam reuerfa est, suo loco dicemus. haec enim modò de antiquissima ac nobilissima Romanae familiae sancta propagine, Christiana religione fecunda, occasione publicae poenitentiae, satis sit retulisse, iam ad S. Ambrosium redeat oratio.

Paulinus igitur post enarratam Theodosij poenitentiam, mox haec adiungit<sup>d</sup>: Per idem tempus duo potentissimi ac sapientissimi uiri Persarum ad famam sacerdotis uenere Mediolanum (ob pacem enim inter Romanos & Persas, ut dictum est, in uiam, liber securus, erat his temporibus inter gentem uirumque congressus) deferentes secum plurimas quaestiones, vt ex illis probarent sapientiam uiri: cum quo ab hora diei prima usque ad horam ferè tertiam noctis per interpretem disputauerunt, admirantesque discesserunt ab eo.

CHRISTI 390.

SIRICII PAP. 6.

VALENTINI IS. IMP. THEODOSII II. 12.

Et ut se probarent, non ob aliam causam venisse, nisi ut certo certius noscerent virum quem fama compererat, alia die vale facientes Imperatori, profecti sunt ad urbem Romam, illic volentes cognoscere potentiam illustris viri Probi: qua cognita, ad propria reuerterunt. hic ille Anicius Probus, promotor olim Ambrosij ad Praefecturam prouinciarum, longa (ut diximus ex Marcellino) Praetorij Praefecturae propagatione lassatus. Augustissimas plane fuisse Romae aedes Probi, illud a Secundino dictum insinuat: Ego namque, inquit, fateor, non tali diligentia, nec tanta industria Anicianae domus micare marmora, quanta tua scripta perlucet eloquentia. Claruere in eadem familia sanctae feminae Probae uia, Iuliana nurus, & Demetrias neptis magni nominis uirgo, de quibus suo loco dicturi sumus.

Apud Aug. in epist. Secu. dim Manichaei. tom. 6. pag. 218. edit. Planin.

Ambros. epist. 18.

SIRICII PAP. DAM. NAT IOVINIANVM.

Quoniam autem ex epistola S. Ambrosij ad Theodosium hoc anno post eladem Thesalonicensem (ut vidimus) data, liquet, hoc ipso anno collectam esse Mediolani Synodum Episcoporum: cuiusnam rei occasione oportuerit illum cogi conuentum, & quid in eo factum sit, est diligentius perquirendum. Haud enim leuis momenti haec fuit Synodus, ad quam & Galliarum Episcopi conuenerunt, & tres Apostolicae sedis Legati a Siricio Papa missi. Cuiusnam rei gratia, inquam, eiusmodi Concilium collectum fuerit, quidve in eo Patres statuerint, ut intelligamus: in primis quid hoc anno a Siricio Papa Romae gestum sit, quidve ab eodem scriptum Ecclesiae Mediolanensi, est declarandum.

Meminisse debemus quae superius dicta sunt, ex monasterio Mediolanensi prodidisse, immo eiectum fuisse Sardanapalum illum sub habitu monastico latitantem Iouinianum haereticum, ceterosque eiusdem impietatis collegas, quorum virulentas haereses superius recensuimus. Toleratus namque fuit iste cum suis aliquandiu, vel quod ipsius expectaretur correctio, vel quod potius contemnendus videretur, qui adeo vana atque insulsa priuatim in aures aliquorum susurrans ingereret. Sed cum eo temeritatis usque progressus esset, ut etiam eodem argumento a se scriptos commentarios ederet: iam zizania, quae creuissent ad messem, falce Apostolica succidenda fuerunt.

Hier. aduers. Iouinian. lib. 1. IOVINIANI SCRIPTA QUALIA.

At qualia essent eiusmodi Iouiniani scripta, accipe ex S. Hieronymo: Pauci, inquit, admodum dies sunt, quod sancti ex urbe Roma fratres cuiusdam mihi Iouiniani commentarios transmiserunt, rogantes ut eorum ineptiis responderem, & Epicurum Christianorum Euangelico atque Apostolico vigore contererem. Quos cum legissem, & omnino non intelligerem, coepi reuoluere crebrius, & non verba modo atque sententias, sed singulas penes syllabas discutere, volens prius scire quid diceret, & sic vel probare vel darguere quod dixisset. Verum scriptorum tanta barbaries est, & tantis vitiis spurcissimus sermo confusus, ut nec quid loquatur, nec quibus argumentis velit probare quod loquitur, potuerim intelligere. Totus enim tumet, totus iacet: at tollit se per singula, & quasi debilitatus coluber in ipso conatu frangitur. non est contentus nostro, id est, humano more loqui: altius quiddam aggreditur.

Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus. Quod ipse Non sani esse hominis, non sanus iuret Orestes.

Praeterea sic inuoluit omnia, & quibusdam inextricabilibus nodis vniuersa perturbat, ut illud Plautinarum litterarum ei possit aptari:

Has quidem praeter Sibyllam leget nemo. nam diuinandum est. Furiosas Apollinis vates legimus. & illud Virgilianum: Dat sine mente sonum.

Heracitum quoque, cognomento σκωροειδης, sudantes philosophi vix intelligunt. Sed quid ad nostrum ἀνιματισμῶ, cuius libros multo difficilius est nosse, quam vincere? Quamquam & in victoria non parua sit difficultas. Quis enim eum superare queat, cuius assertionem penitus ignoret? Et ne lectorem longius traham: cuiusmodi eloquentiae sit, & quibus verborum floribus ornatus incedat, secundi libri eius monstrabit exordium, quod hesternam crapulam ructans ita euomit: Satisfacto inuitatis, non ut claro curram nomine, sed ut rumore purgatus viam vano: Obsecro agrum, nouellas plantationum, arbuta teneritudinis erepta de vitiis gurgitibus, audientiam communitam agminibus. Scimus Ecclesiam spe, fide, charitate inaccessibilem, inexpugnabilem: non est in ea immaturus, omnis docibilis, impetu irrumperere, vel arte illudere potest nullus. Rogo, quae sunt haec portenta verborum? quod descriptionis dedecus? nonne vel per febrem somnare eum putes? vel arreptum morbo phrenetico, Hippocratis vinculis alligandum?

VERBA IOVINIANI.

CHRISTI 390.

SIRICII PAP. 6.

VALENTINI IS. IMP. THEODOSII II. 12.

A dum? &c.] haec quidem de Iouiniani commentariis ex Hieronymo recitasse volumus, quod dignum obseruatione sit intelligere, non curasse daemone in promulgatione illarum haeresum, quibus ad blanditur voluptatibus carnis, viros disertos quare & eloquentiae studiosos; sed effrenis animi & perfrictae frontis, vita turpissimos vocasse magistros; eo quod absque eloquentia satis ad perditionis filios suadendos essent carnis illecebrae: quod hoc quoque nostro saeculo factum vidimus, cum impudentem apostatam, secundum moribus, eloquio infantissimum constituit haereticum, restitutorem collapsae penitus scholae Iouiniani, atque nouum assertorem doctrinae Epicurae. Sed de Iouiniani facta Romae condemnatione prosequamur historiam.

Cum igitur (ut dictum est) eiusmodi scripta Iouinianus Romae vulgasset: primus omnium qui ex aduerso surrexit, & contra deformem monstrum cominus decertauit, egitque ut Apostolica damnaretur auctoritate, Pammachius fuit nobilissimus Senator, atque doctissimus Romanorum, qui S. Paulae gener extitit, Christianae religionis exactissimus cultor, & fidei Catholicae ardentissimus propugnator, de quo aliis pluribus; ad quem Hieronymus scribens haec ait: Denique idcirco, te post Dominum faciente, damnatus est, Iouinianus videlicet, quod ausus sit perpetuae uirginitati matrimonium comparare. At non vnus Pammachij relatione, sed & aliorum Fidelium, Iouinianum delatum fuisse Siricio Papae, idem ipse Pontifex litteris illis, quas de eiusdem damnatione ad Ecclesiam Mediolanensem scripsit, affirmat: eas vero hic describendas esse putamus, cum quid ab ipso Siricio aduersus impium haereticum eiusque gregales definitum Romae sit, certa testificatione contineant; sic enim se habent:

PAMMACHIUS AVCTOR DAMNATIONIS IOVINIANI.

Hieronym. ad Pammach. epist. 50.

Siric. epist. 1. tom. 1. epist. Roman. Pontif.

Optarem semper, fratres carissimi, dilectionis & pacis vestrae sinceritati gaudia nunciare: ita ut vicissim discurrentibus litteris, sospitatis vestrae iuuaremur indicio. Numquam patitur nos quietos ab incurisione sua vacare hostis antiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, emulus hominis, quem ut deciperet, se ante decepit. Pudicitiae aduersarius, luxuriae magister, crudelitatibus pascitur, abstinentia punitur, odit ieiunia; ministris suis praedicantibus, eadem dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententia percussus dicens: Manducemus & bibamus; eras enim moriemur. O infelix audacia, o desperatae mentis astutia. Iam incognitus sermo haereticorum intra Ecclesiam cancri more serpebat, ut occupans pectus, totum hominem praecipitaret in mortem. Et nisi Dominus Sabaoth laqueum, quem parauerant, dissipasset; scena tanti mali & hypocrisis publicata, multorum simplicitati corda traxisset in ruinam; quia facile ad deteriora mentis humana traducitur, maleis per spatiosa ambulare, quam per arcta viae iter cum labore transire.

EDMUNDUS SIRICII PAPAE DE CONDEMNATIONE IOVINIANI. crudelitatibus 1. Corin. 15.

Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi, quae hic gesta sunt, ad vestram conscientiam cognoscenda mandare, ne ignorantia sacerdotis cuiuspiam pessimorum hominum Ecclesiam irruipientium sub religioso nomine contagio violaret: sicut scriptum est, Domino dicente: Multi veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces; a fructibus eorum cognoscetis eos: ij videlicet, qui subtiliter Christianos sese iactant, ut sub velamento pij nominis gradientes, domum orationis ingressi, sermonem serpentinae disputationis effundant: ut sagittent in obscuro rectos corde, atque veritatem Catholicam peruertendo; ad suae doctrinae rabiem diabolico more traducant, atque ouium simplicitatem defraudent. Et quidem multarum haereseum malignitatem ab Apostolicis nunc usque temporibus didicimus, & experti probauimus: sed numquam tales canes Ecclesiae mysterium larratibus fatigauerunt, quales isti nunc subito irrumperentes, doctrina perfidiae polluti, hostes fidei; qui cuius sint discipuli, verborum fructibus prodiderunt.

Matth. 7.

Psal. 10.

Nam cum alij haeretici singula sibi genera quaestionum male intelligendo proposuerint conuellere atque conserpere de diuinis institutionibus: isti non habentes vestem nuptialem, fauciantes Catholicos, noui ac veteris Testamenti (ut dixi) continentiam peruertentes, illecebrosi atque ficto sermone aliquot Christianos comperunt iam vastare; atque suae dementiae sociare, intra se continentes nequitiae suae virtus, praeterentes se tamquam electi; blasphemias tamen suas conscriptione temeraria publicauerunt, & desperatae mentis furore conciti passim in fauorem Gentilium se prodiderunt. Verum a fidelibus Christianis, vitiis genere optimis, religione praeclearis, ad meam humilitate subito scriptura

Matth. 12.

horrida videntur esse delati, vt sacerdotali iudicio detecti diuinæ legi docere contraria, A spiritali sententia deleantur.

N VPTIAR ET VIRG NITAS CV IVS MERTI TI. Galat. 1. Frontinus.

Nos sanè nuptiarum vota non aspernanter accipimus, quibus velamini interfuimus, sed virginum nuptias Deo deuotas maiore honorificentia honoramus. Facto igitur presbyterio, constitit doctrinæ nostræ, id est, Christianæ legi esse contraria: vnde Apostoli secuti præceptum, quia aliter quàm quod accepimus, annunciabant; omnium nostrum tam presbyterorum & diaconorum, quàm totius etiam cleri vna lata fuit sententia, vt Iouinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Pontinus\*, Martianus, Ianuarius, & Ingeniosus, qui incentores nouæ hæresis & blasphemix inuenti sunt, diuina sententia & nostro iudicio in perpetuum damnati, extra Ecclesiam remanerent. Quod custodituram sanctitatem vestram non ambigens, hæc scripta direxi per fratres & presbyteros meos Crescentem, Leopardum, & Alexandrum, qui religiosum officium fidei spiritu possint B adimplere feruentes.] hæcenus litteræ Siricij ad Ambrosium per Legatos, quorum Leopardus presbyter fuisse videtur Tituli Pastoris, ex quo & ipse Siricius ad sedem Pontificiam euectus fuit. siquidem amborum nomina in fragmentis quibusdam in eodem Titulo hæcenus asseruantur in lapidibus sculpta, qui erant monumentorum veterum epitaphia, quæ penitus periere, quæ hic volumus vt cumque mutila descripsisse: SALVO SIRICIO EPISCOPO.] & alio fragmento: ECCLESIAE SANCTAE . . . . cetera defunt. Extat & tabula marmorea his litteris exarata: LEOPARDVS PRESBYTER] quem vnum esse ex nominatis Siricij Papæ Legatis, nulla apud me dubitatio est.

CONCILIUM MEDIOLANENSE.

Ambr. epist. 81.

Epist. Roman. Pontif. tom. 1. pag. 42. EPISTOLA SYNODI AD SIRICIVM.

Ioan. 10.

Quod autem Siricius eisdem Mediolanum tres Legatos miserit, ea causa intercessisse videtur, vt horum auctoritate Mediolani Synodus cogeretur Episcoporum, vt ab iisdem C Iouinianus & alij nominati illic etiam damnarentur hæretici, vbi cœperunt hæresum venena spargere, & cuius infelicitis arboris Romæ truncus succisus erat, conuellerentur ibi quoque radices. circuisse enim eos prouinciam illam cum hisce mercibus, testari videtur S. Ambrosius, cum vt hoc caueret, litteris admonuit Vercellensem Ecclesiam. Quid autem Synodus Mediolanensis aduersus eosdem hæreticos hoc anno celebrata decreuerit, litteræ ab ea ad Siricium Papam scriptæ declarant, quarum sic se habet exordium: Domino dilectissimo fratri Siricio Papæ Ambrosius Episcopus, Bassianus, & ceteri. Recognouimus litteris sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui fideliter commissam tibi ianuam ferues, & pia sollicitudine Christi ouile custodias, dignus quem oues Domini audiant & sequantur.] Obserua, lector, quod S. Ambrosius & alij eius Synodi Episcopi D apta satis collatione dicunt, commissam Ecclesiæ ianuam Romano Pontifici, vt pote quod eidem in Petro commissæ sint clauis regni cælorum: cum de se Christus dicat: Ego sum ostium; per me si quis introierit, saluabitur.] & rursus: Qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, hic fur est & latro.] sicque cum intelligis Ecclesiæ ianuam Christum, & non nisi hanc vnam patere portam venientibus ad Ecclesiam, huiusque portæ Romanum Pontificem ianitorem: cognosceas pariter illos legitimè in Ecclesiam ingredi, censerique Catholico nomine, quibus tantus ianitor aperuerit, illos verò exclusos atque reiectos, quibus idem fores occluserit, eosdemque confedentes aliunde, non inter Catholicos, sed inter fures atque latrones connumerari debere: quod seruatum esse ab initio fundatæ per Petrum Romanæ Ecclesiæ, sæpè superius dictum est; nimirum illos tantum totius Catholicæ Ecclesiæ sententia censitos esse Catholicos, qui gauderent communionem Romani Pontificis, illos verò hæreticos vel schismaticos, qui ab eiusdem communionis participatione seclusti essent. Sed pergunt illi: Et ideo quia nosti ouiculas Christi, lupos facillè deprehendes, & occures quasi prouidus pastor, ne isti moribus perfidix suæ, feralique vlulatu Dominicum ouile dispergant. Laudamus hoc, domine frater nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur, si luporum rabiem grex Domini perhorruerit, in quibus Christi vocem non recognouit. Agrestis enim vlulatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem seruare, promiscuè omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quamdam cælestium remunerationum inducere, &c.] pluribus enim differunt atque demonstrant superexcellere sancto coniugio virginitatem, illibataque omni tempore & illæsam custoditam Dei genitricis virginitatem, cui iidem scelestissimi

HAERETICORVM DOCTRINA, VLPORVM VLVLATVS.

A Riffimi detrahebant. Viduitatisque Christi amore seruata præconia extollescentes, ieiuniorum merita prædicant, quæ veritatis proditores somno vinoque sepulti, tamquam suæ ipsorum intemperantiæ aduersaria impugnabant. Atque post multa hæc iudem ad Siricium:

Sed quid plura apud magistrum atque doctorem? cum iam dignum præmium retulerint illi perfidix suæ, qui ideo vsque huc venerunt, ne superesset locus in quo non damnarentur; qui verè se Manichæos probauerunt, non credentes quia ex virgine vtique venisset.] docent deinde pluribus, qua ex parte Iouinianus cum suis participaret cum Manichæis: adduntque ipsos Manichæos tunc temporis cum Imperatoris decreto, tum Legatorum sententia esse damnatos, atque ciuitate illa expulsos. siquidem ista ad postremum adiungunt:

B Sed est impietas Manichæorum, quam & clementissimus execratus est Imperator; & omnes qui illos viderunt, quasi quædam contagia refugerunt; sicut testes sunt fratres & compresbyteri nostri Crescens, Leopardus, Alexander, sancto feruentes Spiritu, qui eos omnium execratione damnatos, Mediolanensi ex vrbe quasi profugos repulerunt. Itaque Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Protinum\*, Genialem, Martianum, Ianuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tuâ damnauit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos. Incolumem te & florentissimum Deus noster tueatur omnipotens, domine dilectissime frater.

Item subscriptio.

Ego Ambrosius Mediolanensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Euentius Episcopus Cenetenis saluto sanctitatem tuam in Domino, & huic epistolæ C subscripsi.

Maximus Episcopus Emonensis, &c. Felix Episcopus Iadrensis Bassianus Episcopus Laudensis Theodorus Episcopus Octodurenensis Constantius Episcopus Arausicanus Sabinus Episcopus Placentinus Ex iussu Domini Episcopi Geminiani, ipso præsentè, Aper presbyter subscripsi. Eustathius Episcopus, Constantius Episcopus, & omnes ordine subscripserunt.]

Vides plures alios breuitatis causa præternissos esse nominari Episcopos: porrò magnæ virtutis viros, sanctitate conspicuos, miraculisque claros nonnullos ex iis fuisse, docent quæ D superius dicta sunt, cum de Concilio Aquileiensi actum est: complures enim Episcopi vtique Concilio interfuisse reperiuntur; inter quos præ ceteris enituerit S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, & S. Sabinus Episcopus Placentinus, Ambrosio (vt dictum est superius) sanctitate atque doctrina non impar: vt taceamus de sanctis Bassiano, Geminiano, & aliis. Vt ex his intelligas, magna Dei prouidentia factum, vt per tales tantosque viros nefanda hæresis damnaretur; ne quid reliqui posteris esset, quod reuocari posset in dubium, à quorumnam parte veritas steterit, num apud lutulentum porcum eiusque gregales fites grunnitu potius obstrepentes, quàm humana voce loquentes, an apud acceptissimos Deo viros opere ac sermone præstantes, quorum sententiæ & ipse Deus miraculorum operatione sæpius suffragatus esset. Hæc dixerimus, vt rubore suffundantur (si tamen erubescere norunt) recentiores hæretici, qui (vt dictum est) obstructam diu ante E Iouiniani fordium cloacam refoderunt ipso halitu homines corruptentem; sciantque licet nolint, se cum Iouiniano iam ante annos mille ac ducentos in Ecclesia esse damnatos tum sententia Romani Pontificis, tum Concilio Mediolanensi, tum denique priuatis subscriptionibus sanctorum virorum, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, & aliorum, adde & Imperatoris sanctionibus. Etenim primum omnium hos scelestos è monasteriis eiectos, habitu tamen monastico vagantes, ab urbibus recedere & ad deserta loca proficisci, Theodosius Imperator rescripto huiusmodi iussit, hoc anno dato:

Quicumque sub professione monachi reperiuntur, deserta loca & vastas solitudines sequeantur, qui, atq. habitare iubeantur. Dat. III. Non. Septēbris, Veronæ, Valentinianno IIII. & Nectorio Coss.] hac statuta lege cogitur improbus hæresiarcha ab Vrbe recedere, sed etsi solitudine petiit, negligentia tamen magistratum, quorū torpore leges in sito vigore deficiūt, factum est, vt quamuis non auderet se rursus in Urbem intrudere, extra mœnia tamen suos

LEGATORVM COM-MENDATIO.

Pontinum Frontinum

SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM.

l. i. de Mo. nach. Cod. Theod.

LEGE THEODOSII EXPELLVNTVR MONACHI HAERETICI.

suos colligens, conuentus suburbanos haberet. Sed reclamantibus rursus Episcopis, Honorius Imperator legis paternae vindex eundem Iouinianum seruili primò affectum supplicio relegauit in insulam, ceteris illius sectariis in diuersa loca dispersis. Extat eius sententiae eiusdem Imperatoris ad Felicem Praefectum Praetorio eiusmodi rescriptum:

1. 53. de heret. C. Theod.

QUIBUS IOVINIANVS AFFECTVS DE MV M. SVPLIICIS.

Iouinianum sacrilegos agere conuentus extra muros Urbis sacratissimae, Episcoporum querela deplorat. Quare supramemoratum corripimus, & contusum plumbo cum ceteris suis participibus & ministris exilio coerceri, ipsum autem machinatorem in insulam Boam festina celeritate deduci: ceteris, prout libuerit (dummodo superstitiosa conuulatio exilij ipsius discretionem soluiatur) solitariis & longo spatio inter se positis insulis in perpetuum deportatis. Si qui autem pertinaci improbitate verita & damnata reperierit: sciat se austeriore sententiam subiturum. Dat. prid. Nonas Martij, Mediolani, Honorio nonum & Theodosio quintum AA. Consulibus.] est is annus Domini B duodecimus supra quadringentesimum: vt ex his videas, ipsum Iouinianum cum suis post damnationem hoc anno tum Romae tum Mediolani acceptam, viginti & duos annos Ecclesiam perturbasse. Porro insula, in quam deportatus est Iouinianus, Boas dicta, posita habetur in Dalmatiae littore, cuius meminit Ammianus<sup>b</sup>, in quam Florentium Magistrum officiorum sub Iuliano relegatum fuisse tradit.

BOAS INSVLA VBI SIT.

b Ammian. lib. 22.

DE LIBRIS S. HIERONYMI IN IOVINIAN. Hier. aduers. Iouiniana. lib. 1.

Quoniam autem libri, quos Iouinianus conscripserat, vbique vulgati magno detrimento à pluribus legebantur: Romae existentes viri pij atque prudentes, de antidoto aduersus propinata venena parando solliciti, ad sanctum Hieronymum Bethlehem agentem editos commentarios ab eodem Iouiniano iam ante miserunt, qui eos aduersaria scriptiohe refelleret: affirmat hoc ipse<sup>a</sup>: qui dum nouissimo loco suarum lucubrationum, quas vsque ad annum decimumquartum Imperij Theodosij se conscripsisse testatur, duos libros aduersus Iouinianum à se editos recenset, & post eos ad Pammachium Apologeticum cum Epitaphio: planè intelligi posse videtur, hoc ipso anno, antequam sibi Iouiniani damnatio innotuisset, eosdem ab ipso commentarios esse conscriptos, sequenti verò Apologeticum eadem ex causa (vt dicemus) elucubratum. Haud id fuit leue certamen, sed planè arduum, non quidem quod superaretur rei difficultate & argumenti sublimitate, aduersus quae innumera diuinæ Scripturae loca, Conciliorum canones, sanctorum Patrum elogia, ac denique (quae sola satis sufficere potuissent) ipsa à temporibus Apostolorum illibate hactenus in Ecclesia conseruata traditio suppetere, sed quod homo leuis blandis illecebris quamplurimos Christianos Romae agentes vsque adè dementasset; vt ipsum veluti nouum Apostolum, impium colens Iouinianum. Demonstrat hæc ipse S. Hieronymus apostrophe illa aduersus eum ad calcem operis posita, quae sic se habet<sup>d</sup>:

a Hier. aduers. Iouiniana. lib. 2.

APOSTROPHE S. HIERONYMI IN IOVINIANVM.

Nunc restat, vt Epicurum nostrum subantem in hortulis suis inter adolescentulos & mulierculas alloquamur. Fauent tibi crassi, nitidi, dealbati: adde, si vis, iuxta Socraticam itrifionem, omnes sues & canes; & quia carnem amas, vultures quoque, aquilae, accipitres, & bubones. Numquam nos Aristippi multitudo terrebis. Quoscumque formosos, quoscumque calamistratos; quos crine composito, quos rubentibus buccis videro, de tuo armento sunt, immò inter tuos sues grunniunt. De nostro grege tristes, pallidi, sordidati, & quasi peregrini huius saeculi, licet sermone taceant, habitu loquuntur & gestu.] hæc ipse, alludens ad veros monachos: atque paulo post subdit de frequentia sectatorum eius: Ne glories quod multos discipulos habeas. Filius Dei docuit in Iudaea, & duodecim tantum illum Apostoli sequebantur: Torcular, inquit<sup>e</sup>, calcanti solus, E & de gentibus vir non est mecum: Ille in passione solus remansit; & Petri quoque erga eum trepidauit constantia. Pharisaorum autem doctrinae omnis populus applaudebat, dicens<sup>f</sup>: Crucifige, crucifige talem: Non habemus Regem, nisi Caesarem: id est, vitia sequimur, non virtutes, Epicurum, non Christum, Iouinianum, non Apostolum Paulum. Quod multi acquiescunt sententiae tuae, indicium voluptatis est: non enim tam te loquentem probant, quam suis fauent vitis. In circulis platearum quotidie fictis hariolus stultorum nares verberat, & obtorto fuste dentes mordentium quatit, nec tamen deest qui semper possit induci: & pro magna sapientia deputas, si plures porci post te currant, quos gehennae succidiae nutrias?

f Iesai. 63.

f Luca 23.

Post praconium tuum & balneas, quae viros pariter & feminas lauant, omnis impatientia, quae ardentem prius libidinem quasi verecundiae vestibus tegebat, nudata est & expo-

A exposita: quae ante in occulto erant, nunc in propatulo sunt. Ostendisti tales discipulos, non fecisti. Hoc profecit doctrina tua, vt peccatum ne poenitentiam quidem habeat. Virgines tuae, quas prudentissimo consilio, quod nemo vmquam legerat, nec audierat, de Apostolo<sup>a</sup> docuisti: Melius est nubere, quam vri: occultos adulteros in<sup>a</sup> 1. Cor. 7. apertos verterunt maritos. non suaserit hoc Apostolus, non electionis vas: Virgilianum consilium est.

Coniugium vocat; hoc praeceit nomine culpam.

Quadringenti ferme anni sunt, quod Christi praedicatione fulget in mundo, ex quo innumerabiles haereses tunicam illius considerunt: vniterfus penè error de Chaldaeo & Syro & Graeco sermone processerat. Basilides magister luxuriae & turpissimorum compleruum post tot annos ita in Iouinianum, quasi in Euphorbum, transformatus est, vt Latina quoque lingua haberet haeresim suam. Nulla ne fuit alia in toto Orbe prouincia, quae reciperet praconium voluptatis, in quam coluber tortuosus irreperet, nisi quam Petri doctrina super petram fundauerat Christum? Vexillum Cruceis, & praedicationis austeritas, idolorum templa destruxerat: è regione luxuria ventris & gutturis subuertere nititur fortitudinem Crucis. Vnde per Iaiam loquitur Deus<sup>b</sup>: Populus meus, qui vos beatificauit, sed ducunt vos, & semitas pedum vestrorum conturbant. Necnon per Hieremiam<sup>c</sup>: Fugite de medio Babylonis, &c.] subdit verò: Hieremias captiuitatem nunciens lapidatur à populo. Ananias<sup>d</sup> filius Azur stangebatur ad praesens ligneas torques, & in futurum ferreas preparabat. Semper pseudoprophetae dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Amara est veritas; & qui eam praedicant, replentur amaritudine: in azymis enim sinceritatis & veritatis Domini Pascha celebratur, & cum amaritudinibus comeditur.]

TYRPTV DIA NES HABRETICORVM.

b Iai. 3.

c Hier. 50.

d Hier. 28.

B At quibus pudendis vocibus Iouinianus alliceret feminas ad sui sequelam, idem addit, hæc dicens: Egregia sanè vox, & quam audiat sponsa Christi inter virgines & viduas & caelibes (vnde & ipsum nomen inditum est, quod caelo digni sint, quia coitu careant.) Rarè iunata, crebrius nubite: non enim potest implere opera nuptiarum, nisi mulsam & carnes & nucleum sumpseritis. Viribus opus est ad libidinem: citò caro consumpta marcescit. Nolite timere fornicationem. Qui semel in Christo baptizatus est, cadere non potest; habet enim ad despumandas libidines solatia nuptiarum. Quod & si cecideritis, redintegrabit vos poenitentia: & qui in Baptismo fuistis hypocritae, eritis in poenitentia solidæ fidei. Neque turbemini, putantes inter iustum & poenitentem aliquid interesse, & humiliorem gradum dare quidem veniam, sed coronam tollere. Vna est enim retributio: qui ad dexteram stetit, introibit ad regna caelorum.

His consiliis subulci tui pastoribus nostris ditiores sunt, & hirci plurimas secum capras trahunt. equi insanientes<sup>e</sup> in feminas facti sunt: statim vt mulieres vident, adhiuunt: & impatientiam suam, pro nefas, Scripturarum solantur exemplis. Sed & ipsae mulierculae miseræ, & non miserabiles, praecceptoris sui verba cantantes: Quid enim, nisi semen requirit Deus? non solum pudicitiam, sed etiam verecundiam perdiderunt, maioriq; procacitate defendunt libidinem, quam exercent. Habes praeterea in exercitu tuo plures succenturiatos; habes scurras & velites in praesidiis, crassos, comptos, nitidos, clamatores, qui te pugnibus calcibusque defendant. Tibi cedunt de via nobiles, tibi osculantur diuites caput. Nisi enim tu venisses, ebrii atque ructantes paradysum intrare non poterant.

Hier. 4. CORRVPTI MORES HABETIA CORVM.

E Maeste virtute, immò vitis, habes in castris tuis & Amazonas exerta membra & nuda brachio & genu venientes, contra se viros ad pugnam libidinum prouocantes. Et quia opulentus paterfamilias es, in auariis tuis non turtures, sed vpupae nutriuntur, quae tota foetidae voluptatis lustra circumuolent. Me carpe, me dilice, obice crimina quae volueris, argue luxuriae & deliciarum: magis me amabis, si talis fuero: ero enim de armento tuo.] hæc ad Iouinianum Hieronymus: perorando autem ad Romam conuersus, ista habet: Sed & ad te loquar, quae scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti, Vrbs potens, Vrbs Orbis domina, Vrbs Apostoli voce laudata; interpretare vocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen est apud Graecos, aut sublimitatis, iuxta Hebraeos: serua quod diceris. Virtus te excelsum faciat, non voluptas humilem. Maledictionem, quam tibi Saluator in Apocalypsi<sup>f</sup> comminatus est, potes effugere per poenitentiam, habens exemplum Niniuitarum. Caue Iouiniani nomen, quod de idolo derina-

f Apoc. 17.

18.



deriuatum est. Squaller Capitolium: templa Iouis & caerimoniae conciderunt: cur vocabulum eius & vitia apud te vigeant? Adhuc sub Regibus & sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagorae continentiam, quam sub Consulibus Epicuri luxuriam susceperunt. ] hucusque Hieronymus, & quidem (vt apparet) post illatam templis deorum cladem, quam anno superiori contigisse vidimus, id operante Graccho Praefecto Urbis.

SVGILLATI LIBRI S. HIERONYMI CONTRA IOVINIAN.

Hier. epist. 51

Isaie 50. Hier. Apolog. advers. Rufin. 1. Cor. 6. Galat. 5.

SIRICIVS PAPA OPFENSVS SCRIPSIT S. HIERONYMI.

Hier. epist. 52

Hier. epist. 52 HIERONYMVS SCRIBIT APOLOGETICVM.

1. Cor. 7.

Sed quid post haec accidit? Cum duo libri illi à S. Hieronymo aduersus Iouinianum elaborati, Romam perlati, lectique fuissent: impugnati sunt non leuiter, nec ab humilis conditionis hominibus, eo quidem prae-textu, quod idem S. Hieronymus ea scriptione cum totus esset in commendatione virginittatis, visus esset nuptias despexisse. Primus autem ac potentior in Hieronymi scripta illa declamator insurrexit monachus quidam iunior, & multus illius gloriae, idemque Iouiniani haeresis valde suspectus: hic quidem ex eo quoque Hieronymum fugillabat, quod cum nec satis percepisset Iouiniani sententiam, aduersus tamen illum scribere ausus esset. De quibus omnibus per Domnionem idem S. Hieronymus certior factus, ad eum apologeticam scripsit epistolam, qua hominem, qualis esset, suis coloribus reddidit. Sed & ad finem eundem Domnionem admonet: vt agat cum petulante iuvene, suadeatque vt quae blaterat in triuio vel inter mulierculas, scriptis mandet, si se iustam causam fouere putet. Videas in iis litteris Hieronymum ita natura comparatum, vt vehementioribus quibusdam animi motibus impelleretur in haereticos aduersarios, sed quos mox freno Christianae professionis adhibito coerceret, & disciplina Euangelica temperaret, vt cum ad eum iisdem litteris ait: De nobis quoque dici potest: Foenus habet in cornu, longè fuge. Sed magis volumus esse discipuli eius qui ait: Dorsum meum posui ad flagella, & faciem meam non auerti à confusione sputorum. ] & aduersus Rufinum: Hoc vnum denuncio, & repetens iterum iterumque monebo: cornutam bestiam petis. & nisi cauerem illud Apostoli: Maledici regnum Dei non possidebunt: & Mordentes inuicem, consumpti estis ad inuicem: iam nunc sentires, &c. ]

Verum non monachum vnum illum, contemnendum potius quam reuincendum, scriptis à se commentariis aduersarium expertus est, sed plurimos & quidem pios, Catholicosque fidei assertores, non nihil offensos, quod ab eodem S. Hieronymo visum esset matrimonium paruipensum atque despectum, idemque in Pammachium concitati sunt, quem scirent omnes acerrimum semper fuisse eiusdem Hieronymi defensorem: quin & ipsum Ecclesiae Romanae Pontificem eadem ex causa fuisse commotum, ipse Hieronymus ita ad Pammachium scribit: Audio totius in te Urbis studia concitata: audio Pontificis & populi voluntatem pari mente congruere. Minus est tenere sacerdotium, quam mereri. ] haec cum dicat ipse, nemo in illam suspensionem ducatur, vt ea ex causa putet Siricium fauisse Iouiniano, quem constat ex huius anni rebus gestis ab eodem tum Romae damnatum, tum procuratum vt ab aliis quoque Episcopis damnaretur. At non nihil sane aduersus Siricium commotum fuisse Hieronymum, cum ex his quae dicta sunt, atque aliis quae inferius dicturi sumus, aperte constabit. Sed quo tandem progressa res est? eo vsque, vt sedandi concitati rumoris causa Pammachius editos à S. Hieronymo duos libros illos reuocare studuerit; sed frustra, cum iam vbique exscripti atque vulgati illi fuissent. testatur id quidem iisdem litteris S. Hieronymus, vbi ait: De opusculis meis contra Iouinianum, quod & prudenter & amanter feceris exemplaria subtrahendo, optimè noui. Sed nihil profuit ista diligentia, cum aliquanti ex Vrbe venientes, mihi eadem lectarent, quae se Romae excepisse referebant. In hac quoque prouincia iam libri fuerant diuulgati: &, vt ipse legisti, Nescit vox missa reuerti. Non sum tantae felicitatis, quantae plerique huius temporis tractatores, vt nugae meas, quando voluerim, emendare possim. statim vt aliquid scripsero, aut amatores mei, aut inuidi, diuerso quidem studio, sed pari certamine in vulgus nostra disseminant. ]

Cum igitur editi semel libri reuocari non possent, idem Hieronymus consilio Pammachij pro iisdem apologeticam scripsit epistolam. testatur hoc ipse, cum ait: Apologeticum ipsius operis tibi misi, quem προσφώνισσα, & te poscente, edidi: quem cum legis, aut ipse pro nobis ceteris satisfacies; aut si tu quoque narem contraxeris, illam Apostoli παρανομιαν, in qua de virginittate & nuptiis disputat, aliter disserere compelleris. ] haec ipse, planè significans, omnia eo argumento à se conscripta, consentientia esse iis quae à S. Paulo scripta sunt ad Corinthios, quibus virginittatem nuptiis praefert.

autem

A autem eiusdem Apologetici si requiras: inuenies planè, quod diximus, post praesentem annum fuisse conscriptum, ea nimirum ratione, quod cum hoc anno constet damnatum Iouinianum, in ipsoque Apologetico eiusdem damnationis mentio habeatur, planè conuincitur post praesentem annum esse elaboratum, nempe decimotertio Theodosij Imperatoris: tunc enim illum à se conscriptum fuisse testatur, & postea ad eundem Epitaphium eluebratum, de quo suo loco dicturi sumus.

Hieron. de Scrip. Eccles.

Certe quidem nullo indigere videbantur Apologetico scripta priora, in quorum exordio eiusmodi contestationem praemisit: Neque verò, inquit, nos Marcionis & Manichaei dogma sectantes, nuptiis detrahimus; nec Taciani principis Encratarum errore decepti, omnem coitum spurcum putamus, qui non solum nuptias, sed cibos quoque, quos Deus creauit ad vtendum, damnat & reprobat. Scimus in domo magna non solum vasa esse aurea & argentea & lignea & fistilia, &c. ] pluribus insinuat, venerabiles esse nuptias & torum immaculatum, sed virginittatem longè praefere. Quamobrem & in Apologetico illis verbis iuste conqueritur, quibus ait: Dum contra Iouinianum presso gradu pugno, à Manichaeo terga mea confossa sunt. Nonne, quae sò, statim in principio operis mei ista praefatus sum? Neque enim nos Marcionis, &c. ] iuste quidem atque prudenter, satisque ad erroris lineam declinandam, vt à nemine iure redargui potuisset.

Hier. contra Iouin. lib. 1. HIERONYMI SCRIPTA SINCERA.

Hier. epist. 50.

Ceterum quod his ipsis temporibus, aequè ac haeresis Iouiniani, vigeat, vigeatque magnopere Dei Ecclesiam Manichaeorum haeresis; qui ad eò inualuerant, vt parum profuerit crebris eos exagitari Imperatoris edictis; displicuit Siricio & aliis piis viris, de praesensione nuptiarum à S. Hieronymo virginittatem extolli: Verum quod totus ipse esset in pugna illa pro virginittate suscepta, ferreturque concitatus aduersus Iouinianum aequantem coniugium virginittati; in praeconiis virginittatis, non autem coniugij (vt ipse excusat) versari necesse fuit: vnde calumniae locus patuit, quasi faueret Hieronymus Manichaeis. Manichaeorum autem causam eos agere, qui virginittatem nuptiis praeferebant, iactare solebat Iouinianus, de quo S. Augustinus: Iouinianus; qui paucos ante annos nouellam conatus est haeresim condere, Manichaeis patrocinari dicebat Catholicos, quod aduersus eum sanctam virginittatem nuptiis praeferebant. Sed responsurus est iste, non se, quod Iouinianus, de indifferentia nuptiarum virginittatem sentire: nec ego id dico, quod isti hoc sentiant. Verumtamen per Iouinianum Catholicis Manichaeos obiciunt, non esse hoc nouum, noui haeretici recognoscant. Nos itaque nuptias bonum dicimus esse, non malum. Sed sicuti Ariani Sabellianos nos esse criminantur, quamuis non dicamus vnum eundemque esse Patrem & Filium & Spiritum sanctum, quod Sabelliani dicunt;

CAVILLVS IOVINIANI HAERESIS ARCHAE.

August. de nupt. & concup. ad Valer. lib. 2. cap. 23.

E sed dicamus vnam eandemque esse naturam Patris & Filij & Spiritus sancti, quod Catholicis dicunt: ita Pelagiani nobis Manichaeos obiciunt, quamuis non dicamus malum esse nuptias. ] haec Augustinus. Sed quid post ipse dicam. Cum igitur sciret idem S. Augustinus Hieronymum eam passum esse calumniam, quantumlibet pie sancteque scripserit, quod visus esset in virginittatis laudibus nuptiis detraxisse, atque eam ob causam de eo falsa illa iactassent aemuli cum haereticis, nimirum fouisse illum causam Manichaeorum: ipse cautior aduersus Iouinianum alia via agendum sibi proposuit. nempe vt quantum liceret nuptias laudibus celebraret, ac simul praeconia virginittatis extolleret. Sicque elaborauit commentarium, illo titulo praenotatum, De bono coniugali contra Iouinianum: cuius à se post Hieronymum susceptae prouinciae rationem affert, cum haec ait post damnatum Iouinianum: Remanserunt, inquit, istae disputationes eius in quorundam fermunculis ac susurris: quas palàm suadere nullus audebat. Sed etiam occultè venenis repentibus, facultate quam donabat Dominus, occurrendum fuit: maxime quoniam iactabatur, Iouiniano responderi non posse cum laude, sed cum vituperatione nuptiarum. Propter hoc librum edidi, cuius inscriptio est, De bono coniugali. ] haec ipse.

August. de nupt. & concup. ad Valer. lib. 2. cap. 22.

August. de nupt. & concup. ad Valer. lib. 2. cap. 22.

Tot igitur iaculis confossa bestia est, quae matrimonium aequabat virginittati: at quibus iudicis conficiendum esse icibus monstrum illud, nostro obortum saeculo, per quod nedium virginittas subiicitur matrimonio, sed omnino humi deprimitur, immò profus excinguitur? cui meritò illud conueniat, quod de Behemoth dictum reperitur: Sternit sibi aurum quasi lutum ] dum aurea vasa pudoris, quasi testacea reputat, confringit, ac tamquam lutum profert. Sed qui praedixit ligandum illum in ancillis suis, de hoc quoque monstro constat alias saepe obtentam in sanctis virginibus praenunciaffe victoriam, Rursum

QVAE FLAGITIA ORTAE EX IOVINIANI HAERESI. 1. Iob 41. 1. Iob 40.

CHRISTI  
390.SIRICII PAP.  
6.VALENTIN. 15.  
THEODOSII 12. IMPP.

Rursum verò quod ad fordidas huiusmodi Iouiniani hæreses spectat: quantas ipsæ inuenerint in Urbem deformes libidines, relaxatis semel habentis concupiscentiæ, Theodosij sanctio manifestat. Quòd enim exerescentia & alluione omnium turpitudinum Iouiniani & sectatorum ipsius, Vrbs (quod tantopere deplorasse vidimus S. Hieronymum) ita repleta esset luxuria, vt putorem exhalareret infandorum scelerum, eorum videlicet turpissimorum hominum, qui post alteram abeuntes carnem, omnes naturæ terminos prætergressi, in imum se barathrum demersissent: hos ipsos Sodomitico dignos incendio, vltimis meritis flammis absumi, Theodosius Imperator hoc anno lata lege sanciuit, quæ Romæ publicata est in Foro Traiani, est verò huiusmodi:

*l. 6. ad legem  
Iul. de adult.*

LEX THEO-  
DOSII AD-  
VERSUS NE-  
FANDVM  
SCELVS.

Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Orientio Vicario Urbis Romæ  
Omnes quibus flagitij vsus est, virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus dam-  
nare patientia (nihil enim discretum videntur habere cum feminis) huiusmodi scelus, B  
spectante populo, flammis vindicibus expiabunt. Publicata in Foro Traiani, VIII. Id.  
Aug. Valentiniano A. IIII. & Neoterio Coss.] ex alio verò Codice paulo fusiore & in  
aliquibus diuersam, sed admodum deprauatam Pithæus sic edidit eodem ipso titulo:

Non patimur Urbis Romæ virtutem omnium matrem diutius effeminari, in viros pu-  
doris contaminatione scædari ] & post aliqua valde corrupta: Laudanda igitur experi-  
entia tua, quibus flagitiosus luxus est viri corpus muliebriter constitutum alieni sexus  
damnare patientia, nihilque discretum habere cum feminis occupatos, vt flagitij poscit  
immanitas, atque omnibus seductos, pudet dicere, virorum lupanaribus, spectante popu-  
lo, flammis vindicibus expiabit: vt vniuersi intelligant, sacrosanctum cunctis esse debe-  
re hospitium virilis animæ, nec sine summo supplicio alienum expetisse sexum, qui  
suum turpiter prodidisset. Prop. prid. Id. Maij Romæ in atrio Mineræ. ] Quam igitur C  
euacuauerat Constantinus (vt dictum est, Hieronymo auctore) lacunam fordium,  
mox licentia hæresis Iouiniani repleuit. Ex his intelligas, lector, quas secum fordes  
ferant hæreses, quibus soluta Christiana disciplina, petulantia carnis carceres aperian-  
tur ad cursum.

Quod ad res pertinet Orientis: hoc ipso anno (non autem sequenti sub Consulatu  
Tatiani & Symmachi, vt à Socrate<sup>b</sup> ponitur) accidit Constantinopoli scelus illud im-  
mane, quod tum ab ipso Socrate, tum etiam à Sozomeno<sup>c</sup> recensetur, de diacono Con-  
stantinopolitanæ Ecclesiæ, qui cum nobili se matrona commiscuit. cum propalato sac-  
nere per poenitentiarum presbyterum, factum est vt à Nectario eius Ecclesiæ Episcopo  
muneri illi mancipatus presbyter dimoueretur. Porro quod ad veritatem rei gesta spe-  
ctat, consule quæ dicta sunt superius primo Annalium tomo, cum de secreta peccatorum D  
confessione pluribus actum est: ibi enim complures obortæ inde difficultates soluun-  
tur, & Nouatianorum historicorum mendacia confutantur. Quod verò ad nobilem il-  
lam feminam atinet: fuisse eam ordinis diaconissam, Sozomenus significare vtiqve vi-  
derit, cum ait: Hac porro de causa Theodosium Imperatorem equidem conuicti, prouid-  
entem Ecclesiæ honori & dignitati, edicto cauissè, ne mulieres, nisi liberos haberent, &  
annum sexagesimum excessissent, diuinum ministerium, *diaconisse munus scilicet*, vllum  
susciperent, secundum Apostoli Pauli expressum mandatum: illæ verò quæ caput or-  
narent, ecclesiis exturbarentur; & Episcopi qui has ipsas admitterent, Episcopatus  
suis priuarentur. ] hæc Sozomenus, planè demonstrans, iuniorum fuisse feminam illam  
diaconissam, quacumque diaconus scelus patrasset. Extat ipsa lex Theodosij Imperatoris,  
quam hic curauimus contexendam, hoc ipso anno ab eodem Theodosio promulgata E  
sub huius anni Consulibus: quibus liquet, præsentem potius quam sequenti anno, quæ di-  
cta sunt, accidisse. Sed & quòd exhaustisset vidua illa bona sua ditando diaconum, inde  
factum est, vt idem Imperator eadem lege cauerit, ne viduæ quouis titulo vel Ecclesiæ  
vel eius ministris bona relinquerent. Sed reddamus hic ipsam ea de causa (vt creditur)  
hoc anno editam sanctionem<sup>d</sup>:

\* Titiani  
DESCELERE  
A DIACONO  
PERPETUA-  
TO.

<sup>b</sup> Socrat. lib. 5.  
cap. 19.  
<sup>c</sup> Sozom. lib. 7.  
cap. 16.

CAUSA PR-  
RENDAE  
LEGIS.

\* attonderet

<sup>d</sup> l. 27. de E-  
pisc. C. Theod.

LEX THEO-  
DOSII AD-  
VERSARIA  
ECCLESTIA-  
STICAB LL-  
BERTATI.

Imppp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Tatiano PP.  
Nulla nisi ementis sexaginta annis, cui votiuæ domi proles sit, secundum præceptum  
Apostoli ad diaconissarum consortium transferatur. Tum filiis suis curatore (si id ætas  
poscit) petito, bona sua idoneis sedula religione gerenda committat: ipsa tantum præ-  
diorum suorum redditus consequatur, de quibus seruandi, abalienandi, donandi, di-  
strahendi, relinquendi, vel quoad superest, vel cum in fata concedit, & libera ei volun-  
tas

CHRISTI  
390.SIRICII PAP.  
6.VALENTIN. 15.  
THEODOSII 12. IMPP.

tas est, integra sit potestas. Nihil de monilibus & supellectili, nihil de auro, argento, cete-  
risque claræ domus insignibus sub religionis defensione consumat; sed vniuersa integra  
in liberos proximos, vel in quoscumque alios arbitrij sui existimatione transcribat. Ac si  
quando diem obierit, nullam ecclesiam, nullum clericum, nullum pauperem scribat he-  
redes. Careat namque necesse est viribus, si quid contra vetitum circa personas speciali-  
ter comprehensas fuerit à moriente confectum. Immo si quid ab his morienti fuerit ex-  
ortum, nec tacito fideicommissio aliquid clericis in fraudem venerabilis sanctionis calli-  
da arte aut probrosa cuiuspiam cohibentia deferatur; extorres sint ab omnibus, quibus  
inhauerant bonis.

Et si quid fortè per epistolam, codicillum, donationem, testamentum, quolibet deni-  
que detegitur genere conscriptum erga eos, quos hac sanctione submouimus; id nec in  
iudicium deuocetur, sed vel ex intestato, is qui sibi competere intelligit, statuti huius de-  
finitione succedat: si quis se agnoscat filium, si quis probat propinquum, si quis denique  
vel casu vel iudicio, pro solido, pro portione heres, legatarius, fideicommissarius, apertis  
deprehenditur codicillis, fruatur fortunæ munere, conscientia suæ fructu, & submotis  
his atque deiectis in hereditariis corporibus potestate vtatur heredis.

Femina quæ crinem suum contra diuinas humanasque leges instinctu persuasæ profes-  
sionis absciderit, ab ecclesiæ foribus arceatur. Non illis fas sit, sacrata adire mysteria, NE FEMIN-  
NEQUE VLLIS SUPPLICATIONIBUS mereantur veneranda omnibus altaria frequentare. Adeo  
quidem, vt Episcopus conso capite feminam si introire permiserit, deiectus loco, etiam  
ipse cum huiusmodi contuberniis arceatur: ac non modò si fieri suaferit, verum etiam si  
hoc ab aliquibus exigi, factum denique esse quacumque ratione compererit, nihil si-  
bi intelligat opitulari. Hoc absque dubio emendandis pro lege erit, emendatis pro  
consuetudine, vt illi habeant testimonium, isti incipiant timere iudicium. Dat. XI.  
Kalend. Iul. Mediolani, Valentiniano A. IIII. & Neoterio Coss.] hæcenus constitutio  
Theodosij.

Cum autem Mediolani hæc sancierit Imperator, ex causis (vt sibi videbatur) legi-  
timis persuasus: quoniam dum vltor sceleris exsurrexit, compressit etiam innocen-  
tes; occurrit quamprimum vindex Ecclesiasticæ libertatis seuerus Regum censor san-  
ctus Ambrosius: qui editam sanctionem ea ex parte compulit abrogari, qua pericli-  
tabatur Fidelium erga Deum religio, & erga pauperes misericordia: alia verò ex par-  
te, qua Apostolica institutio conseruabatur immunitis (nam Pauli<sup>a</sup> præceptio est ne vi-  
dua eligatur minor sexaginta annorum) fuit in suo robore perdurare. Theodosius igitur  
D  
tur, Dei obtemperans sacerdoti, aduersantem pietati à se editam sanctionem, contra-  
ria lege promulgata, aboleuit, cum post duos ferme menses ad eundem Tatianum ita  
rescriptit<sup>b</sup>:

Legem, quæ diaconissis vel viduis nuper est promulgata, ne quis videlicet clericus,  
neve sub Ecclesiæ nomine, mancipia, supellectilem, prædam velut infirmi sexus dispo-  
nitor inuaderet, & remotis affinibus ac propinquis, ipse sub prætextu Catholicæ disci-  
plinæ se ageret viuientis heredem; eatenus animaduertat esse reuocatam, vt de omnium  
chartis, si iam nota est, auferatur: neque quisquam aut litigator ea sibi vtendum, aut Iu-  
dex nouerit exequendum. Dat. x. Kal. Septembr. Veronæ, Valentiniano Aug. IIII. &  
Neoterio Coss.] Sic itaque abrogata parte illa legis, in qua libertas Ecclesiastica dispen-  
dium passa erat; pars ea in suo vigore permansit, qua iuniores viduæ capillorum abscis-  
sione magno scandalo vel saltem periculo intrudebant se in numerum diaconissarum Ec-  
clesiæ: quod quidem perperam agi, paulò ante adeo enorme perpetratum scelus edo-  
cuit. Vides quam conferat, lector, ad germanum legum sensum, rem gestam, causamque  
ipsam prænoscere, qua ab Imperatore edita sanctio animatur: cuius ignari eam in longè  
diuersam falsamque sententiam distrahant necesse sit, Theodosium fugillantes, quasi ad-  
uersatus fuerit feminarum monasticæ disciplinæ. Meminit autem huius lætis legis Mar-  
cianus<sup>c</sup> Imperator, quam ratam firmamque esse voluit, atque alia edita sanctione muni-  
uit: sed de his nos alias pluribus.

Quod insuper ad leges Theodosij spectat: laudatur ab Aurelio Victore<sup>d</sup> lex illa à  
Theodosio data, qua consobrinarum coniugium vetaretur. meminit huius quoque le-  
gis S. Ambrosius ad Paternum scribens, cui<sup>e</sup> ait: Sed si diuina te prætereunt; saltem  
Imperatorum præcepta, à quibus amplissimum accepisti honorem, haudquaquam præ-  
terire

Annal. Eccl. Tom. 4.

H h h

terire

NE FEMIN-  
NEQUE VLLIS  
SUPPLICATIONIBUS  
mereantur  
veneranda  
omnibus  
altaria  
frequentare.

AMBROSIVS  
COGIT  
THEODO-  
SIVM AB-  
ROGARE  
LEGEM IN-  
IVSTAM.  
<sup>a</sup> I. Timoth.

<sup>b</sup> l. 28. de E-  
pisc. C. Theod.

POSTERIOR  
LEX PRO-  
REM REVO-  
CAT.

<sup>c</sup> Marci-  
Nonel. lit. 4.  
de test. cleric.  
<sup>d</sup> Aurel. Vi-  
ctor in Theo-  
dof.  
<sup>e</sup> Ambros. epist.  
66.

terit te debuerunt. Nam Theodosius Imperator etiam patruales fratres & consobrinos...

l. 1. de in-est. nupr. C. Theod.

l. 1. de in-est. nupr. C. Theod.

Plutarchus Quasi Rom. 9.

Porro lex ista Theodosij perit, sed illa tantum extat quae Constantio tribuitur, sancta Romae, Arbitione & Lolliano Consulibus.

Phil. de spe. civil. leg.

Phil. de spe. civil. leg.

Purgavit igitur tamquam scopa Theodosius hac lege non excrecentes solum Gentium Romae libidines, sed & aliorum Paganorum ubique degentium.

Cassiod. lib. 7. form. 46.

Obitus Gal. Lar. Avgv. 823.

Sed illud quidem perperam factum, ut quot Christiani Principes veterint sanctionibus ne inter consobrinos matrimonium iniretur.

ANNVS 7. THEODOSII 13.

Christi annus trecentessimus nonagesimus primus adscribitur Fastis Consulatu Taciani & Symmachi: hic enim ob patrocinium patriorum cultus deorum...

Symmach. Concilia. Theod. Socrat. lib. 5. cap. 14.

Prudent. aduers. Symmach. lib. 11.

auratumq.

Nec pago implicitos per debita culmina mundi Ire viros prohibet. Quoniam caelestia nunquam Terrenis solitum per iter gradientibus obstant.

Ceterum ne Symmachi honoris praestantia quicquam sibi arrogaret Gentilicia supersticio, idem Theodosius tunc nouis eam rursus, antequam recederet ab Italia, exagitat sanctionibus.

l. 10. de Pagan. C. Theod.

Nemo se hostiis possuat: nemo in fontem victimam cadat: nemo delubra adeat, templa perlustret, & mortali opere formata simulacra suscipiat.

metalli. Quae Theod. Dosis aduers. Idololatrias.

Porro haec sanciri voluit Theodosius ex Senatusconsulto, cum, latis Comitibus, singulorum Senatorum est rogata sententia: de quibus ita Prudentius:

Aspice quam pleno subsellia nostra Senatu Decernant infame Ionis puluinar, Et omne Idolium longe purgata ex Vrbe fugandum.

Rursum vero idem Theodosius ad Aegypti magistratus aliam eiusdem argumenti dedit sanctionem, his verbis conscriptam:

l. 11. eod. tit.

Idem AAA. Euagrio Praefecto Augustali & Romano Comiti Aegypti. Nulli sacrificandi tribuatur potestas: nemo templa circumeat: nemo delubra suscipiat.

CHRISTI 391.

SIRICII PAP. 7.

VALENTIN. 16. IMPP. THEODOSII 13.

verò eius nisi collatis viribus obuiarit, parem summam arario nostro inferre cogatur. A Dat. xv. Kalend. Iulij, Aquileiæ, Tatiano & Symmacho Consulibus. ] hæc aduersus Gentiles.

Quòd verò sciret idem Theodosius Imperator, esse inter Christianos nonnullos, qui conciliandi sibi Imperatoris gratia, ex deorum Gentilium cultu ad Christianam se religionem contulissent, eosdemque pro conditione rerum ac temporum paruo momento huc & illuc impelli: vt eos in susceptæ religionis contineret officio, hæc voluit legibus coercere:

1. de Apost. Cod. Theod.

Impp. Valentin. Theod. & Arcad. AAA. Flauiano PP.

QUARTHO DOSIUS AD VERSVS APOSTATAS.

Hi qui sanctam fidem prodiderint, & sanctum baptisma profanauerint, à consortio omnium segregari sint, à testimoniis alieni, testamēti (vt ante iam sanximus) non habeant factionem, nulli in hereditate succedant, à nemine scribantur heredes. Quos etiam præcepissimus procul abiici ac longius amandari, nisi pœnæ visum fuisset esse maioris, versari inter homines & hominum carere suffragiis. Sed nec ymquam in statum pristinum reuertentur: non flagitium morum obliterabitur pœnitentia: neque vmbra aliqua exquisitæ defensionis aut muniminis obducetur. Quoniam quidem eos qui fidem, quam Deo dicauerant, polluerunt, & prodentes diuinum mysterium in profana migrarunt, tueri ea quæ sunt commenticia & concinnata non possunt. Lapis etenim & errantibus subuenitur, perditis verò, hoc est, sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, quæ solet aliis criminibus prodesse, succurritur. Dat. v. Kal. Maij, Concordiæ, Tatiano & Symmacho Coss.]

1. de Apost. Cod. Theod.

At ne videretur ipse Imperator eiusmodi sanctione voluisse tantum errantem infrenare plebeculam, paucos post dies appendicem adiecit ad coercendos eos qui in sublimiori gradu collocati essent, ita ad eundem Flavianum rescribens:

Si quis splendor collatus est in eos vel ingenitus dignitatis, qui fide deuij & mente cecati, à sacrosanctæ religionis cultu & reuerentia desciuissent, ac se sacrificiis mancipassent, perdant: vt de loco suo, statuque deiecti, perpetua vrantur infamia, ac ne in extrema quidem vulgi ignobilis parte numerentur. Quid enim his cum hominibus potest esse commune, qui infandis & feralibus mentibus gratiam communionis exosi, ab hominibus recesserunt? Dat. v. Id. Maij, Concordiæ, Tatiano & Symmacho Coss.]

QUID GENTILES MACHINATI IN VALENTINIANVM.

His ergo cohibiti legibus Gentiles nobiles, & qui honoris ac quæstus causa in gratiam Theodosij Christianæ fidei cultum fuerant amplexati: ægro ferentes animo hæc vinciri vinculis, de nouo in Occidente Imperatore creando meditari cœperunt, postquam Theodosius Constantinopolim rediisset, quod scirent absque eius patrocinio Valentinianum adolescentulum imbellem perfacile è medio tolli posse. Res igitur in annum sequentem dilata est, quod ipse Theodosius ad huius anni propè finem moram traxerit in Occidente: nam auctor est Socrates, eundem Imperatorem recedentem ex Italia, Constantinopolim peruenisse quarto Idus Nouembris. Quo cum aduentasset, nihil antiquius habuit, quam vt absoluta basilica, quam in honorem S. Ioannis Baptistæ in Septimo sumptuosè erigendam curarat, inuentum sub Valentis Imperatoris tempore caput eiusdem S. Ioannis Baptistæ in eam ex Coslai vico prope Chalcedonem posito transferret: Constat quidem auctoritate Sozomeni atque Prosperi sui ipsorum sæculi res scribentium, id post reditum Theodosij ex Italia esse factum, antequam Valentinianus Imperator occumberet. ceterum anni vnus errore lapsus videtur Prosper, nisi id vitio libratorum accidit, dum eiusmodi translationem capitis factam tradit per Theodosium anno superiori sub Consulatu Valentiniani quarto atque Neoterij; cum omnium assertionem liqueat, ipsum non ante præsentem annum Constantinopolim rediisse, reuersum autem istud ipsum curasse. Quamobrem nec audiendum Cedrenum putamus, qui eiusmodi translationem ad annum sextum Theodosij refert, vel qui ad posteriora reponunt tempora. At quid de his in primis Sozomenus tradat, audiamus:

Socras. lib. 5. cap. 19. TRANSLATIO CAPITIS S. IOANNIS BAPTISTAE IN SEPTIMUM.

Sozom. lib. 7. cap. 11. SVB VALENTIS IMPERATORIS REPERTVM CAPVT S. IOANNIS BAPTISTAE.

Circa hoc tempus Constantinopolim translatum fuit Ioannis Baptistæ caput, quod Herodias ab Herode Tetrarcha petierat. Fertur autem fuisse reperum apud monachos quosdam sectæ Macedonianæ: qui cum primum Hierosolymis habitassent, postea migrarunt in Ciliciam. Sub eo autem Imperio, quod ante præfens hoc fuit (nempe Valentis Augusti) indicante Mardonio, qui domus Imperatoris maior eunuchus erat, iusserat Valens illud Constantinopolim transferri. Itaque illi qui in hoc missi erant, publico vehiculo impo-

CHRISTI 391.

SIRICII PAP. 7.

VALENTIN. 16. IMPP. THEODOSII 13.

A impostum agebant. Sed vbi ad Pantichium peruenissent (qui locus est Chalcedonis) non vltius procedere valuerunt muli, qui vehiculum trahebant, & quidem comminantibus equisonibus, & auriga flagris acriter urgente. Cùm autem nihil proficerent, videreturque cunctis & ipsi quoque Imperatori res ea non sine miraculo & numine diuino geri: sacrum hoc caput in Coslai pago deposuerunt: erat enim is forte in proximo, & ad Mardonij huius ditionem pertinebat. Circa hoc autem tempus, siue Deo, siue ipso Propheta exuscitante, venit in hunc pagum Theodosius Imperator. Cui quidem, cùm Baptistæ reliquias tollere vellet, solam aiunt restitisse Matronam: ea erat virgo sacra, sed quam sectarentur minister & custos.

Cùm autem illa cunctis viribus resisteret, ratus eam non esse cogendam, precibus condebat Imperator, vt concederet. Et postquam grauatè cessisset, irritum fore Imperatori quod conabatur, ex eo rata, quod tempore Valentiniani acciderat: purpura sua thecam in qua iacebat caput inuoluens, accipiebat, ac reuersus ante urbem Constantinopolitanam condidit, in loco quem Hebdomon vocant, ædificato ibi in honorem Dei amplissimo pulcherrimoque templo. Matronam porro, quamuis frequenter ac multum precatus & blandis pollicitationibus adortus esset, inducere Imperator non potuit, vt ab opinione sua desisteret: erat enim sectæ Macedonianæ. Quamquam tamen Vincentius presbyter eiusdem sectæ factus, qui & ipsam & Prophetæ loculos ex æquo venerabatur, & sacerdotio in hunc ipsum usumungebatur; euestigio secutus est, & cum his qui de Catholica Ecclesia erant, communicauit, cùm quidem (vti Macedoniani dicunt) cum iurando protestatus esset, se ab eorum opinione numquam esse recessurum. Sed ille ad extremum id hæc adiecta conditione manifestè terminauit. Vt si Baptista sequi vellet Imperatorem, & ipse quoque cum eodem absque omni hæsitacione conscientie communicaret. Fuit autem hic natio Persa, & cùm sub Imperio Constantij persecutio Christianos affligeret, fugiens vna cum Adda consobritio suo, ad Romanos venit, atque ipse quidem in clerum allectus est, & ad presbyterij dignitatem processit: Addas autem vxore ducta plurimum profuit Ecclesiæ; & filium reliquit Auxentium, virum erga Deum fide, erga amicos promptitudine insignem, vita integrum, litterarum amatorem, & omni-gena tum Gentilium tum Ecclesiasticorum eruditione præditum, moribus commodis, licet Imperatori & aulicis familiaris esset & in bellicis expeditionibus splendide se gessisset, verum illius quidem crebra mentio est tum apud probatissimos quosque monachos, tum apud homines studiosos, qui ipsum familiariter cognouerunt. Matrona verò vsque ad obitum in Coslai pago versata est, vixitque generosè admodum & castè, & sacris virginibus præfuit, quarum etiam nunc multas superesse intellexi, quæ mores disciplina per Matronam accepta dignos representant. ] hucusque Sozomenus.

THEODOSIVS ACCIPIT CAPVT IOANNIS BAPTISTAE. Valentis

DE VINCENTIO ET ADDA PERSIS CHRISTIANIS.

Sed quoniam à Macedoniano homine nescitur eiusmodi historiam mutuatus; auctorem minime citandum putauit: at quisquis ille fuerit, sectæ fauit, dum suis adscripsit eiusdem sancti præcursoris Domini inuentionem capitis, illius verò custodiam tribuit Matronæ virgini. Quamobrem hæc omnia ad lapidem Lydium admouenda sunt; vt quæ veritate subsistat, quæ venient, perspicue possit intelligi. Atque illud in primis certum est, translationem sacrarum reliquiarum nequaquam fieri hoc tempore solitam curru, equisonibus, & aurigis, sed Episcoporum humeris pompa sollempni. Accipe quid sub Arcadio Theodosij filio dicat factum S. Hieronymus de reliquiis Samuelis Prophetæ, cum ex Palæstina in Thraciam delata sunt: Sacrilegus ne, inquit, dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes Episcopi non solum sacrilegi; sed & fatui iudicandi, qui rem vilissimam & cineres dissolutos in serico & vase aureo portauerunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquiis, & tanta læticia, quasi præsentem viuentemque Prophetam cernerent, susceperunt, vt de Palæstina vsque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudem vna voce resonarent? &c. ] Portauerunt quidem & Episcopi ipsi humeris sacratissima Ioannis pignora, & non cursum, quem mulæ traherent. Accipe de his exemplum aliud, quod idem S. Hieronymus scripsit de sanctæ Paulæ defunctæ corpore, quod quidem Episcoporum humeris ad sepulturam elatum fuisse affirmat: Translata, inquit, Episcoporum manibus & cœruicem feretro subiicientibus. ] Enimvero, quibus ritibus & qua pompa ferri, transferrique solerent sacræ reliquias, quæ quidem religionis officia adhibita esse, immò & cumulatiùs exhibita digno triumpho in eue-

HISTORIA A MACEDONIANO AVCTORA ACCEPTA.

Hier. aduers. Vigilant.

Hier. epist. 17.

atione venerandi capitis magni Baptistæ, recentioris Eliæ, terrestris Angeli, præcursoris Domini, Prophetæ & plus quam Prophetæ, Veritatis præconis, amici Iponii, & magni martyris, negare quis poterit?

Rursum verò ad confutandam eandem ex Macedoniano auctore petitam historiam, hæc adiciamus. Quam infulse fingitur alteratio illa Theodosij Imperatoris cum Macedoniana femina, & abiecta nimis illa cum precibus & blanditiis postulatio tanti Principis pro assequendo tanto ab hæretica virgine munere? quasi capere & vendicare non licuisset, nisi illa præbuisset assensum: cum nemo non sciat, ex his quæ superius dicta sunt, eundem Imperatorem Macedonianos & alios hæreticos exagitasse legibus severissimis. Facebant igitur commenta istæ: illudque vnum ratum firmumque ex Sozomeno habeatur, post reditum Theodosij ex Occidente, factam esse ab ipso eiusdem sacri capitis in Hebdomon, in basilicam ea de causa illic erectam, translationem: id affirmantibus etiam (vt dictum est) ex Latinis eiusdem temporis Prospero, & qui post ipsum secuti sunt, ex Græcis post Sozomenum Cedreno, atque Nicephoro. Cuius p[ro]studij Theodosij, etiam aduersantium dæmonum testificatione, magnum constat esse præmium inuentum, cum pugnante pro ipso Ioanne Baptista in difficillimo bello pollentem viribus Eugenium expugnauit tyrannum, vt suo loco patebit.

Ceterum quod spectat ad eiusdem venerandi Baptistæ capitis inuentionem, nulla est ferè historia quæ tot obuoluatur ambagibus, & variarum dubitationum complicata sit nodis. Etenim apud Acta Matronæ Pergensis ea contigisse fertur tempore Leonis Imperatoris atque Verinæ Augustæ, non cum primum apud Herodis regiam inuentum est, sed cum in agro Emesæ ciuitatis repertum. Apud Marcellinum Comitem aliter facta esse inuentio capitis legitur, Opilione & Vincomalo Consulibus, sub Imperatoribus Valentiniano & Marciano, anno Domini quadringentesimo quinquagesimo, tertio; apud quem ipsa prior atque posterior eiusdem capitis inuentio pluribus enarratur: apud Marcellinum dixerim potius, quam à Marcellino, vt pote ab aliquo illius addita Chronico, quod perbreuib[us] quidem rerum monumentis ab ipso elaboratum esse constat, non autem longioris alicuius narratione historiarum: vt planè appareat, consarcinatoris futura panum nouum veteri confutum vestimento. Sed grauioribus scater erroribus quod apud incertum habetur auctorem in tractatu illo qui apud Cyprianum extat de reuelatione capitis Ioannis Baptistæ; dum post illam quam recitat ex Marcellino auctore primam in palatio Herodis inuentionem factam tempore Marciani Augusti; posteriore addit per Marcellinum presbyterum, atque ab eodem allatum ipsum caput Alexandriam, datumque Iurando eius ciuitatis post Theophilum Episcopo. Quis hic, rogo, Iurandus successor Theophili? An Cyrillum post Theophilum sedisse, potuit aliquis ignorasse? Sed illud monstruosius: quoniam pacto valuit successori Theophili Ioannis caput afferri, cuius prior inuentio ab ipso facta dicitur sub Marciano, posterior verò, cum Alexandriam translatum fuit, longè postea? Sed nugæ sunt istæ, ac planè somnia, cum ex his dicendum esset, antè illud acceptum à successore Theophili, quam primò inuentum fuerit: cum tamen nonnisi post secundam inuentionem, Alexandriam translatum esse dicatur; certa enim temporum ratio, etsi alia deessent probationes, ista omninò redarguit atque confutat.

Prætermittimus hic de tertia ibi posita eiusdem Ioannis (vt ibi dicitur) inuentione capitis & in Gallias facta translatione pluribus agere: nam cum mendaciis in primis enitatur historia, noua, vt subsistat, iacienda essent eidem fundamenta, atque si posset, docendum in primis, quo modo illud ipsum quod constat Constantinopolim esse translatum, postea delatum fuerit Alexandriam. At est quod conicere valeas, lector, ex iis quæ idem incertus auctor ibi habet, cuiusnam Ioannis caput illud fuerit, quod in Gallias translatum est, Baptistæ ne, vel alterius Ioannis. Sed audi, quæso. Dicitur ibi reuelatum fuisse cuidam Felici monacho, dictumque illi: Felix, surge concitus, & pergens ad ciuitatem Alexandriæ, inuenies ibi ecclesiam in honorem sancti Ioannis Baptistæ consecratam, vbi caput eius cum tribus pueris innocentibus conditum est, &c.] Porro inuenies in Actis Cyri & Ioannis martyrum, à Cyro Memoriam erectam fuisse Alexandriæ trium puerorum; Ioannemque martyrem collegam, Edeffa oriundum, capite truncatum: vt planè coniectura non leuis sit, huius Ioannis capitis factam esse Alexandria in Gallias translationem. At diximus de his in Notis. Verum vt ad inuentionem Baptistæ capitis, de qua agitur

Sigebert. in Chron. alijs Cedren. in compend. Niceph. lib. 12. cap. 49.

ALIA DE INVENTIO NE CAPITIS HISTORIA. Metaph. die 8. Nouembr. Str. tom. 6.

Apud Metaph. die 31. Jan. Lipom. tom. 5. Sur. tom. 1. ea die. Notat in Rom. Mart. die 29. Aug.

agitur, reuertamur: ferebatur Gelasij tempore ea de re historia quædam, de qua sic ipse: Item scripta de inuentione capitis sancti Ioannis Baptistæ, nouellæ quidem relationes sunt, & nonnulli eas Catholici legunt. Sed cum hæc ad Catholicorum manus adueniunt, beati Pauli Apostoli præcedat sententia: Omnia probate: quod bonum est, tenete. Hæc ipse. At non existimes Gelasium intelligere potuisse eam de reuelatione capitis descriptionem, quæ apud Cyprianum extat: nam longè post Gelasij tempora scriptam esse, ex Pipini memoria ibidem recentita, nemo non videt. Quamobrem cum nouam eam dicat esse relationem, equidem puto de illa intelligere, quæ nouissime traditur facta temporibus Marciani: recentior enim illa nullam inuenies.

Insuper ex iis quæ superius dicta sunt & ea confutantur, quæ apud Metaphrastem leguntur in oratione de translatione manus eiusdem Ioannis Baptistæ: nimirum à Iustiano Imperatore translaram esse ex Emesæ eiusdem præcursoris caput, quod obligatum dicitur fuisse signaculo Constantini: id enim idcirco ab auctore creditum, quod idem Iustinianus Imperator eiusdem Ioannis Baptistæ templum erectum in Hebdomo restituit: quod à Theodosio ædificatum, Sozomenus, qui illud videre potuit, Constantinopoli cum esset, affirmat. Porro tam apud Græcos quam Latinos publicis monumentis duplex memoria anniuersaria die peragitur: duplicis eiusdem præcursoris capitis inuentionis, quarum prior illa dicitur facta ex rudibus antiquæ Herodis regie; posterior vero ex agro Emesæ, vnde translatum est Constantinopolim, in cuius solemnitate Ioannes Damascenus ista habet: Sicut diuinum depositum occultum terræ Christus detexit caput tuum nobis, o Propheta & præcursor: omnes igitur simul profecti, in huius inuentione cantibus Deo loquimur saluatorem laudamus, saluantem animas nostras supplicationibus tuis. At de his hæcenus: consulat qui plura velit, quæ eodem argumento in Romano Martyrologio annotauimus.

Iam verò quod reliquum est rerum gestarum Theodosij anni huius, absoluauius. Quod enim cuperet Orientalem Ecclesiam ab omni hæreticorum labe purgatam prorsus reddi, eiusmodi edidit vltimo mense anni huius sanctionem.

Hæreticorum polluta contagia pelli vrbibus vicinis, proturbari, ac nullis penitus iubemus patere conuentibus: ne quoquam sacrilega cohors talium hominum colligatur. Nulla eorum peruersitati vel publica conuenticula, vel laniora erroribus secreta tribuantur. Dat. xiiii. Kalend. Ianuarij, Romæ, Tatiano & Symmachio VV. CC. Coss.] Ex hac quidem constitutione Socrates erroris arguitur, dum ait, nonnisi Eunomianos hæreticos à Theodosio exagitatos; reliquis autem, vt Arianis, & Nouatianis, conuentus agere permillum, sic enim habet, dum statum præsentis temporis hæreticorum in Oriente describit: Eas porro res, quæ etiam apud alios, Arianos dico, Nouatianos, Macedonianos, Eunomianosque gesta sunt, commemorare, operæpretium arbitror. Nam Ecclesia cum semel esset diuisa (immò ipsi ab Ecclesia diuisi) non vna diuisione acquieuit: sed homines ab se mutuo auersi, alter ab altero denuò secesserunt: atque ad eò exiguam leuiculamque occasionem nacti, mutue communionis confociationisque vincula disruperunt. Proinde quæ ratione, quando, & quibus de causis inter se disenserint, consequenti sermone ostendemus.

Illud interea intelligamus oportet, Theodosium neminem istorum exagitasse, præter Eunomium: quem, quoniam Constantinopoli domi suæ conuentus egerat, libros ab se editos palam ostenderat, multos denique suæ doctrinæ labe infecerat, in exilium mitti iussit. Reliquis verò neque molestiæ quiequam exhibuit, neque secum communicare coegit: sed singulis copiam fecit in locis separatis conuentus agendi, & ita de religione Christiana sentiendi, vt quisque de ea opinionem conceperat. Atque vt aliis omnibus seculis potestatem permisit ecclesias sibi extra ciuitates construendi; sic Nouatianis, vt pote in fide Consubstantialis cum eo consentientibus, dedit mandatum, vt ecclesias suas (sicut à me supra commemoratum est) intra vrbes audacter & liberè retinerent. Hæc Socrates: sed quam vera sint de aliis præsertim hæreticis, tum nuper recitata, tum reliquæ superius descriptæ lætæ aduersus hæreticos leges, apertam fidem faciunt, nosque alias de his eundem auctorem erroris arguimus.

Porro de schismate Nouatianorum hoc tempore inter ipsos conflato, hæc idem Socrates subdit: Cum post Agelium Marcianus Episcopus Nouatianorum esset creatus, Ecclesia illorum tali de causa diuisa est. Sabbatius quidam ex Iudæo, factus Christianus,

Gelas. in Conc. Romæ decret. de libri authent. & peruenit in GELASIO CEN VRA QUAE SV-GILLET. 1. Theof. 9.

Exat apud Str. tom. 4.

DUPLEX AB ECCLESIA CELEBRATIO INVENTIO CAPITIS IOANNIS BAPTISTAE. Damasc. in Cant. Ecclesi.

1. 10. de hæret. Cod. Theod.

THEODO-SIVS PELLIS HÆRETICOS.

Novat. Rom.

SOCRATES ERRORIS ARGVITVR. Socrat. lib. 3. cap. 20.

Socrat. lib. 3. cap. 20.

NOVATIANI INTER SE DIVISI.

\* Pepuzo

& à Marciano ad presbyterij dignitatem euectus, nihilominus Iudaicæ religioni, qua animus erat ante occupatus, seruire laborauit: quinetiam simul Episcopatus adipiscendi cupiditate incensus fuit. Itaque nactus duos presbyteros Theoctistum & Macarium suæ cupiditatis adiutores, tempus & morem festi Paschatis celebrandi, qui in Pazo vico Phrygiæ, regnante Valente (fictitè autè dixi) à Notatianis decerni tentatus erat, renouare cogitauit. Ac quamquam primùm simulatione monasticæ vitæ excolendæ, ab ecclesia recessit, sibi que nonnullos, quos mysteriorum communionem indignos censebat, permagna offensionem fuisse docuit: tamen haud ita multo post, dum conuentus separatim agere institueret, se manifesto aperuit. De quibus rebus certior factus Marcianus, suum ipsius in presbyteris ordinandis errorem & incertam propterea magnopere accusauit, quod homines tam inanis gloriæ appetentes ad munus presbyterij extulerat: atque grauius sibi succensens, dixit, multo fuisse satius, manus suas super spinas imposuisse, quam earum impositione Sabbatum ad gradum designasse presbyterij.

SYNODVS NOVATIANORVM.

Idcirco Angati (est hoc emporium Bithyniæ prope Helenopolim situm) Concilium Episcoporum Nouatianorum conuocat. Qui cum essent in vnum coacti, accersunt Sabbatum, eum que causas animi sui offensi coram Concilio proponere iubent. Ac simulatque ille diffensionem de festo Paschatis celebrando, causam attulerat, cur animo esset offensus: (illud enim tum ad consuetudinem à Iudæis in eo seruatum, ad præscriptum normamque eorum qui in Pazo conuenerant, celebrandum esse dicebat) Episcopi in Concilio congregati, suspicantes illum sedis Episcopalis desiderio eam rem causatum esse, iureiurando hominem obstringunt, vt Episcopatum numquam capesseret. Iste ea de re iurandum dat. Illi tum canonem edunt de festo Paschatis: quem canonem *de die pasche*, id est, indifferentem vocabant: docebantque diffensionem de festo Paschatis non satis iustam causam esse, cur Ecclesia dirimeretur: neque eos qui in Pazo coacti fuissent, præiudicium generali canoni fecisse. Nam veteres, qui proximè à temporibus Apostolorum aberant, quamquam de hoc festo inter se dissidebant, tamen inter ipsos mutuo communicasse, nec aliquando vincula rupisse concordie: Quinetiam Nouatianos, qui Romæ, quæ est ciuitas primaria, vitam debebant, tametsi numquam in eo festo morem Iudæorum sequerentur, sed semper post æquinoctium Pascha celebrarent, tamen cum illis qui eiusdem erant fidei, qui que alium morem in festo illo agendo seruabant, minimè discordiam exercuisse. hæc de nouo canone, quem aduersus communem usum Ecclesiæ Catholice Nouatiani statueret: cui non adherere, nihil aliud fuisse, quam schismate à Catholicorum communionem diuidi, iam satis superius demonstratum est. Porro subdit de Sabbatio, iterum priuatos conuentus egisse, & contra iurandum Episcopum se creati passum esse.

ERRORES SOCRATIS DE RITIBVS ECCLESIAE RVM.

<sup>a</sup> Socrat. lib. 5. cap. 21.

<sup>b</sup> Socrom. lib. 7. cap. 19.

<sup>c</sup> Niceph. lib. 12. cap. 34.

<sup>d</sup> Socrat. lib. 5. cap. 21.

Cum autem idem auctor falsa quadam assumptione affirmet, licuisse cuiilibet absque dispendio Catholice veritatis celebrare qua die Pascha veller: hæc sanè ille, vt ex eo ipse Nouatianus suos Nouatianos excuset Episcopos, vnius occasione Sabbatij in transfuersum acti. Dumque subdit quod ad ritus spectat, peculiare licere suis cuique vendicare, dumque diuersarum Ecclesiarum ritus receniet, magnopere quidem errore labitur. (vt de reliquis agere præmittamus) dum ait: Qui sunt Romæ, tres septimanas ante Pascha, Sabbato & Dominico exceptis, simul ieiunant. ] sed hæc certa demonstratione refellimus superius, dum egimus de Quadragesima tomo primo Annalium. Sicut & quod Sozomenus ait<sup>b</sup>, semel tantum in anno Romæ Alleluia cantari solitum: cum superius sit demonstratum, etiam in ipsi defunctorum exequiis consueuisse Romæ occini Alleluia. Vel quod de his agens longè mentitur Nicephorus, dum ait<sup>c</sup>: Neque Episcopus, neque alius quisquam in Ecclesia Romæ ad populum, docens, verba facit. ] Sed quid ineptius dici potest? Nonne sanctus Ambrosius recitat sermonem Liberij Papæ ad populum habitum, cum soror ipsius sacrum velum virginitatem professa accepit? Nonne S. Leonis & S. Gregorij adhuc extant homilie ad populum dictæ? Sed puto quidem, eosdem Nouatianos auctores, Nouatianorum ecclesiarum, quæ in diuersis locis toto fermè orbe Christiano dispersæ erant, mores insinuare voluisse, vel nullo delectu habito Catholicorum & Orthodoxorum, eorumdem ritus simul commiscuisse, confusisseque. Nam quid est, rogo, quod ait Socrates<sup>d</sup>: In Thessalia aliam consuetudinem inualuisse noui, vt ibi qui clericus sit, si cum vxore, quam cum esset laicus ducebat, postquam clericus factus sit, dormierit, clericatu abdicatus sit: id adeo cum omnes illustres presbyteri in Oriente, & Episcopos etiam, modo ipsi voluerint, nulla lege coacti ab vxoribus abstineant. nam non pauci illorum, dum Episco-

A Episcopatum gerunt, etiam liberos ex vxore legitima procreant? ] An non his contraria prorsus scribebat hoc tempore (vt dictum est) sanctus Hieronymus aduersus Iouinianum? diaconus scilicet, & vniuersum chorum sacerdotalem, nec ministrare, nec offerre hostias Deo potuisse, qui seruirent operi coniugali: nam & assertionem quoque Iouiniani (vt ait) confirmat, esse non potuisse Episcopum qui in Episcopatu filios faciat: alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Quem quidem morem tam in Occidentali, quam in Orientali Ecclesia viguisse, satis superius est demonstratum: vt non sit opus hic iterum eadem legentis fastidio iterare.

Subdit verò Socrates<sup>a</sup> de Arianis: Quinetiam Ariani inter se ipsos diuisi sunt ob hanc causam. Quæstiones controuersæ captiosæque inter eos quotidie agitatae, illorum disputationes ad absurdum quasdam sententias & opiniones prouexerunt. Nam quoniam in Ecclesia creditur Deum esse Patrem Filij Verbi: quæstio inter eos oborta est, vtrum Deus, antequam Filius existeret, Pater dici posset. Et quia Verbum Dei non ex Patre generatum, sed ex non essentia extitisse opinabantur: in primo & summo quæstionis capite lapsi, non sine causa in absurdam contentionem inciderunt. Dorotheus igitur ab illis Antiochia accersitus, dixit, non posse Patrem aut esse, aut vocari, si non existat Filius. Marinus, quem è Thracia ante Dorotheum euocauerant, tempus opportunum nactus (ægrè enim ferebat Dorotheum sibi prælatum) contrariæ sententiæ patrocinium suscepit. Quæ de causa ipsi inter se diuisi fuerunt. Ac cum propter inanem illam voelam, quæ erat ante prolata, essent seiuncti, separatim alter ab altero conuentus fecerunt: & qui parebant Dorotheo, in propriis ac suis locis manserunt: qui autem Marini sententiam sequebantur, extruxerunt sibi ecclesias, conuentusque seorsum egerunt: denique docuerunt, Patrem semper Patrem fuisse, etiam cum Filius non existeret. Appellabantur hi Psathyriani, propterea quod Theoctistus quidam psathyropola, id est, placentarum venditor, genere Syrus, ardenti studio huic opinioni patrocinatus est. cuius sententiam secutus est Selenas Gothorum Episcopus, vir genere permixto ortus: nam pater eius Gothus fuit, mater autem Phryx. ] addit iterum subditam fuisse eiusmodi sectam in alias duas partes. Sed quid in his recensendis in moror, cum & exemplis recentibus spectemus oculis, quolibet fermè die hæreses parere hæreses, nec menfe fermè integro hæresum patronos inter se sibi ipsis constare? qui vtiuam illos, de quibus agimus, Arianos imitarentur, de quibus idem auctor hæc subdit: Quamobrem multi clerici, qui erant de istorum Episcoporum ecclesiis, odio contra eos ob concertationem illam ex inanis gloriæ cupiditate ortam concepto, ab illis descuerunt, seque totos addixerunt fidei Consubstantialis. ]

D Post hæc autem idem Socrates<sup>b</sup> de Eunomianis agit in alias sectas inter se diuisis, inter quas nouissimas illas ponit, quarum alteram à Theophronio Eunomiotheophronianam, alteram verò ab Eutychio Eunomieutychianam tradit appellatam. Sed & Macedonianis inter se ait fuisse dissidentes sententia. Verum hoc peculiare hæresibus omnibus, vt quoniam abhorrent à veritate, quæ vna eademque semper est, in diuersas sententias sectasque distrahanur. Sit igitur prudenti homini signum potissimum, illic Catholicam Ecclesiam esse, vbi ab exordio vna eademque semper fides viguit; hæreticorum verò esse, non dicam Ecclesiam, se prostibulum, in quibus non vna semperque manens cognoscitur sponsa, sed expositæ pro cuiuscumque concupiscentia concubinae. At his dimissis, iam reliquas huius anni res gestas ordine prosequamur.

Annus hic tertius numeratur, ex quo sanctus Augustinus in Africam reuersus, vna cum sociis laicus vixit (vt Possidius ait<sup>c</sup>) longè à curis secularibus, orationi, lectioni, ac scripturibus vacans: quo ipse à Valerio Episcopo Hipponensi creatus est presbyter, cum ageret ætatis annum trigessimumseptimum; de cuius ordinatione hæc idem auctor eodem itaque tempore in Ecclesia Hipponensi Catholica Valerius sanctus Episcopatum gerebat. Qui cum, flagitante Ecclesiastica necessitate, de prouidendo & ordinando presbytero ciuitati plebem Dei alloqueretur & exhortaretur: iam scientes Catholici S. Augustini propositum & doctrinam, manu iniecta (quoniam & idem in populo securus & ignarus quid futurum esset, astabat) tenuerunt. Solebat autem laicus, vt nobis dicebat, ab eis tantum Ecclesiis quæ non haberent Episcopos, suam abstinere præsentiam. ] Vigebat namque mos ille, vt quem eruditione & moribus insignem populus nosset, eundem vi raptum, reclamantem licet, offerrent Episcopis ordinandum: quod planè contigit Augustino, de quo Possidius: Eum ergo tenuerant, & vt in talibus consuetum est, Episcopo ordi-

<sup>a</sup> Socrat. lib. 3. cap. 22. DE ARIANIS INTER SE DIVISIS.

<sup>b</sup> Socrat. lib. 3. cap. 23. DE EUNOMIANIS INTER SE DISSIDENTIBVS.

<sup>c</sup> Possid. vit. S. Aug. c. 2. S. AVGVST. INITIATVR PRESBYTERO. <sup>d</sup> Possid. ibid. cap. 4.



CHRISTI 391.

SIRICII PAP. 7.

VALENTIN. 16. IMPP. THEODOSII 13.

Audeo enim dicere, scire me & plena fide retinere quid pertineat ad salutem nostram. A Sed hoc ipsum quo modo ministrem ad salutem aliorum, non quærens quodd mihi utile est, sed quod multis, vt salui fiant? Et sunt fortasse aliqua, immo non est dubitandum esse in sanctis libris conscripta consilia, quibus cognitis & apprehensis, possit homo Dei rebus Ecclesiasticis ordinationibus ministrare, aut certe inter manus iniquorum vel vivere conscientia saniore, vel mori, vt illa vita non amittatur, cui vni Christiana corda humilia & mansueta suspirant. Quo modo autem hoc fieri potest, nisi quemadmodum ipse Dominus a dicit, petendo, quærendo, pulsando, id est, orando, legendo, \* plangendo? Ad quod negotium mihi paruum tempus vel vsque ad Pascha imperari volui per fratres à tua sincerissima & venerabili charitate, & nunc per has preces volo.

Matth. 7. agendo

Quid enim responsurus sum Domino Iudici: Non poteram ista iam quærare, cum Ecclesiasticis negotiis impedire? Si ergo mihi dicat: Serue nequam, si villa Ecclesiæ calamitosum aliquem pateretur, cuius fructibus colligendis magna opera impenditur, neglecto agro quem rigavi sanguine meo, si quid agere pro ea posses apud Iudicem terræ, nonne omnibus consentientibus, nonnullis etiam iubentibus & cogentibus pergeres, & si contra te iudicaretur etiam trans mare proficisceris: atque hoc modo vel annum vel amplius absentiam tuam nulla querela reuocaret, ne alius possideret terram, non animæ, sed corpori pauperum necessariam: quorum tamen famem viuæ arbores meæ multò facilius, mihiq;e gratius, si diligenter colerentur, explerent? Cur ergo ad discendam agriculturam meam, vacationem temporis tibi defuisse causaris?

Dic mihi, quid respondeam, rogo te. An fortè vis dicam: Senex Valerius, dum me omnibus rebus instructum esse credidisset, quanto amplius me dilexit, tanto minus ista discere permisit? Attende omnia ista, senex Valeri, obsecro te per bonitatem & seueritatem Christi, per misericordiam & iudicium eius, per eum qui tantam tibi inspirauit erga nos charitatem, vt te nec pro lucro animæ nostræ audeamus offendere. Sic autem mihi Deum & Christum testem facis innocentiae & charitatis & sinceri affectus, quem circa nos habes, quasi ego non de his iurare omnibus possim. Ipsam ergo charitatem & affectum imploro; vt miserearis mei, & concedas mihi ad hoc quod rogavi tempus quantum rogavi, atque adiuues me orationibus tuis, vt non sit inane desiderium meum, nec infructuosa Ecclesiæ Christi atque vtilitati fratrum & conseruorum meorum absentia mea. Scio quod illam charitatem pro me orantem, maximè in tali causa, non despiciet Dominus; & eam sicut sacrificium suauitatis accipiens, fortassis breuiore tempore quàm postulauit, me saluberrimis consiliis de Scripturis suis reddet instructum. ] hucusque libellus supplex Augustini ad Valerium Episcopum Hipponensem.

AVGVSTINI VSQVE IN HAC TEMPORE ALYCVBRANTIO NES.

Quis hæc audiens, non existimet aliquem loqui hominem rudem, & sacrarum litterarum ignarum, quiq;e Christianorum Theologiæ vix atrium penetrarit? An non hic ille Augustinus, qui ante hoc tempus pro defensione & illustratione Christianæ religionis tot tamq;e disertos ediderat cõmentarios aduersus philosophos & hæreticos, nempe contra Academicos & Manichæos, elucubraratq;e libros De beata vita, De ordine, & aurea illa Soliloquia, De immortalitate animæ, De disciplina, De moribus Ecclesiæ, De animæ quantitate, De libero arbitrio, De Genesi aduersus Manichæos, De musica, De magistro, & De vera religione? Qui igitur talia tantaq;e præstiterat in hanc diem vniuersæ Catholicæ Ecclesiæ, an non sufficiens erat vt publicè doceret populum Hipponensem? sanè quidem. sed id præstitit, quodd sciret nihil in Ecclesia Dei maioris esse negotij, quàm Euangelium prædicare: susceperant enim hoc ministerium Christus, & Apostoli ab eo missi, & Prophetæ; cum tamen iidem ante id ipsum muneris obituri à Deo vocati, resilientes interdum, & nonnisi magna Dei gratia roborati, susceptum profecuti sint opus: tales namque esse consueuerunt præcones Catholicæ veritatis; hæretici verò contra, illis similes, de quibus Dominus b: Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant.]

Hierem. 23.

DIVI NA E SCRIPTVRAE IMMENSITAS.

Aug. epist. 3.

Sed quid præterea? Qui diuinarum Scripturarum mare magnum ac spatiosum manibus sæpius nauigio firmæ fidei, & remigio præclari ingenij, atque secunda diuini Spiritus flante aura, tentarat; eius immensa vastitate superatus, vix extremas vndas littora verberantes sibi visus est attingisse. At ne hæc me putes fingere, vel coloribus pingere, audi ipsum ad Volusianum scribentem: Tanta, inquit, est Christianarum profunditas litterarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab incunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: non

non

CHRISTI 391.

SIRICII PAP. 7.

VALENTIN. 16. IMPP. THEODOSII 13.

A non quo ad ea quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate: sed cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua piè recteq;e non viuitur, tam multa, tamq;e multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus restant; tantaq;e non solum in verbis quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus quæ intelligenda sunt, later altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet: Cum consummauerit homo, tunc incipit. ] hæc ipse. Ex his probe, puto, intelliges, etiam si non ingeram, quanta leuitate, temeritate, & audacia hoc nostro sæculo apud hæreticos credatur diuina Scriptura cerdonibus.

Tentauit S. Valerius, quod ante nullus Africanorum Episcoporum attigerat, nempe vt presbyter Euangelium prædicaret, cum nonnisi Episcopi id obirent muneris, ait enim Possidius b: Sanctus verò Valerius ordinator eius, vt erat vir pius & Deum timens, exultabat, & Deo gratias agebat, suas exauditas à Domino fuisse preces, quas se frequentissimè fudisse narrabat, vt sibi diuinitus homo concederetur talis, qui posset verbo Dei & doctrina salubri Ecclesiam Dei ædificare: cui se rei homo natura Græcus, minusq;e Latina lingua & litteris instructus, minus vtilem peruidebat. Et eidem presbytero potestatem dedit, coram se in ecclesia Euangelium prædicandi, ac frequentissimè tractandi, contra vsum quidem & consuetudinem Africanarum Ecclesiarum. Vnde etiam ei nonnulli Episcopi detrahebant: Sed vir ille venerabilis & prouidus, in Orientalibus Ecclesiis id ex more fieri sciens, vtilitati Ecclesiæ consulens, obtrestantium non curabat linguas, dummodo factitaretur à presbytero, quod à se Episcopo impleri minimè posse cernebat. Vnde accensa & ardens eleuata super candelabrum c lucerna, omnibus qui in domo erant, lucebat. Et postea currente & volante huiusmodi fama, bono præcedente exemplo, accepta ab Episcopis potestate, presbyteri nonnulli coram Episcopis populis tractare cœperunt verbum Dei. ] hæc Possidius.

PRESBYTERI IN AFRICA DICANT EVANGELIUM.

PRESBYTERI IN AFRICA DICANT EVANGELIUM.

Matth. 5.

Et quidem non Ecclesiæ tantum tenues, sed ipsa primatum totius Africanæ prouinciæ gerens Carthaginensis Ecclesia, & eius Præses Aurelius, nuper creatus Episcopus eiusmodi Valerij est imitatus exemplum: quod vt acceperunt Augustinus & Alipius, magno gaudio exultarunt, & litteris congratulati sunt ei ista scribentes: Impletum est gaudium nostrum, & lingua nostra exultatione, nunciantibus litteris tuis sanctam cogitationem tuam, adiuuante Domino qui eam inspirauit, ad effectum esse perductam, de omnibus ordinatis fratribus nostris, & præcipue de sermone presbyterorum, qui te presente, populo infunditur, per quorum linguas clamat charitas tua maiore voce in cordibus hominum, quàm illi in auribus. Deo gratias. Nam quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quàm, Deo gratias? Hoc nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest. Deo gratias, qui te & tam fidei pectore ditauit erga filios tuos, & id quod in intimo animæ habebas, quo humanus oculus non penetrat, eduxit in lucem, donandò tibi non solum vt bene velles, verum etiam in quibus posset apparere quod velles. ] hæc ipsi lætitia affluentes, quod cœpissent in Ecclesia Carthaginensi docere presbyteri. Tanto namque decuit præcentore nouum occini canticum Domini.

AVRELIUS EPISCOPVS CARTHAG. PROMOVET PRESBYTEROS AD DOCENDVM.

Aug. epist. 77. P. Jul. 125.

Improbata igitur fuit & irrita reddita ea Africanæ Ecclesiæ consuetudo, qua iuberentur tacere presbyteri: nam eam his verbis sugillat S. Hieronymus, dum ait in epistola ad Nepotianum f: Pessimæ consuetudinis est in quibusdam Ecclesiis, tacere presbyteros, & præsentibus Episcopis non loqui, quasi aut inuideant, aut non dignentur audire. Etsi alij (inquit Apostolus Paulus g) fuerit reuelatum sedenti, prior taceat: potestis enim per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes ædificentur: & spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est. non enim disensionis Deus, sed pacis. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat Episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes. ] hæc Hieronymus, ostendens ex Apostolica institutione manare, vt doceant presbyteri in ecclesia; idemq;e Nepotiano normam præscribit quo modo presbyteri populum docere deberent.

Hier. epist. 2. REPREHENDITVR CONSVETUDO AFRICANAE ECCLESIAE.

Cor. 14. consolentur

Sed ad Augustinum redeamus: cui factò presbytero, aduersus Manichæos certamen ineundum fuit: Sanè tunc, inquit Possidius h, in illa Hipponensi vrbe Manichæorum pestilentia quamplurimos ciues & peregrinos infecerat, & penetrauerat, seducente & decipiente eiusdem hæresis quodam presbytero, nomine Fortunato, ibidem conuersante atque manente. ] inter alios autem seductus fuerat quidam eiusdem Augustini amicus,

AVGVSTINVS EXAGITAT MANICHÆOS.

Possid. Vit. s. Aug. cap. 6.



nomine Honoratus; ad quem restituendum ad pietatem, scripsit de Utilitate credendi A commentarium, eo quod irriderentur Fideles, qui credere iuberentur: ubi plura habet de præstantia fidei Christianæ, & certitudine in credendo. Addidit & aduersus eosdē hæreticos de duabus animabus commētariū, quo refellit eos dicentes alteram à patre, alteram verò creatam à principe tenebrarum. Sed & sequenti anno idem Hippone differuit cum eodem Fortunato Manichæo, de qua disputatione suo loco dicturi sumus.

DE CORR- CTIONE TO TIVS AFRI- CANA EEC- CLES. AGIT AVGVSTIN. Aug. epi. 64.

aconfiliatorum

Rom. 13.

Inter hæc Aurelius Episcopus Carthaginensis, cum haud pridem ex diacono eiusdem Carthaginensis Ecclesiæ factus esset Episcopus, literis salutavit Augustinum presbyterum hoc ipso presbyteratus eius exordio, cum coalescere inciperet fratrum cœtus, & Alipius cum eis vitam ageret; quod suis ad Aurelium redditis litteris ipse Augustinus significat, quibus & eum hortatus est, vt prauos mores, qui in Ecclesia Africana creuissent, auferret: tantam enim spem se concepisse de eo testatur, cum ait: Scias itaque, domine beatissime, & plenissima charitate venerabilis, nos desperare nos, immò sperare vehementer, quod Dominus & Deus noster per auctoritatem personæ, quam geris, quam non carni, sed spiritui tui impositam esse confidimus, multas carnales sceleritates & ægritudines, quas Africana Ecclesia in multis patitur, in paucis gemit, Conciliorum \* grauitate & tua possit sanare. ] sed quæ in vniuersa Africana Ecclesia corrigenda essent, his verbis inculcat: Cum enim Apostolus tria breuiter genera vitiorum detestanda & vitanda vno in loco posuerit, de quibus innumerabilium vitiorum exurgit seges: vnum horum, quod secundo loco posuit, accerrimè in Ecclesia vindicatur: duo autem reliqua, id est, primum & vltimum, tolerabilia videntur hominibus, atque ita paulatim fieri potest, vt nec vitia iam putentur. Ait enim Vaselectionis b: Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis, non in contentione & dolo: sed induite vos Dominum Iesum C Christum, & carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Horum ergo trium, cubilia & impudicitie tam magnum crimen putantur, vt nemo dignus non modò Ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiam sacramentorum communionē videatur, qui se isto peccato maculauit. & rectè omnino.

AGAPES RA TIONABILI CAUSA SVB- LATAS.

1. Cor. 11.

SUBLATAS ANTE IN VLTIS ECCLESII TRANSMA- RINIS.

Sed quare solum? comessationes enim & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur, vt in honorem etiam beatissimorum martyrum non solum per dies solemnes (quod ipsum quis non lugendum videat, qui hæc non carnis oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrantur. ] & paulo post: Sed feramus hæc in luxu & labe domestica, & eorum conuiuio- rum quæ priuatis parietibus continentur, accipiamusque cum eis corpus Christi, cum quibus panē edere prohibemur: saltem de sanctorum corporum sepulchris, saltem de locis sacramentorum, de domibus orationum tantum dedecus arceatur. ] hæc cum S. Augusti- nus inculcet, dicatque in iisdem conuiujs prægustari solitum corpus Christi; planè puto D intelligis, lector, de Agapibus ipsum loqui, ex institutione Apostolica in Ecclesia olim, Paulo docente c, fieri consuetis: laudabilis quidem institutio, quam tamen prauus vsus corruperat: nam symbola charitatis in luxum transferant & ebrietatem. quæ quidem cum in Ecclesijs transmarinis Augustinus viderit fuisse correctæ, in Africanis optat per Aure- lium emendari, atque idcirco subdit:

Hæc si prima Africa tentaret auferre à ceteris terris, imitatione digna esse deberet. Cum verò & per Italiæ maximam partem, & in alijs omnibus, aut propè omnibus trans- marinis Ecclesijs, partim quia numquam facta sunt, partim quia vel orta vel inuetera- ta, sanctorum & verè de vita futura cogitantium Episcoporum diligentia & animaduersione, extincta atque deleta sint, dubitamus quo modo possumus tantam morum la- E bem, vel proposito tam lato exemplo, emendare? Et nos quidem illarum partium hominem habemus Episcopum, vnde magnas agimus gratias Deo: quamquam eius mo- destiæ atque lenitatis est, eius denique prudentiæ & sollicitudinis in Domino, vt etiam si Afer esset, cito illi de Scripturis persuaderetur curandum, quod licentiosa & male libera consuetudo vulnus inflixit. Sed tanta pestilentia est huius mali, vt sanari profus (quantum mihi videtur) nisi Concilij auctoritate non possit. Aut si ab vna Ecclesia in- choanda est medicina: sicut videtur audaciæ, mutare conari quod Carthaginensis Ec- clesia tenet; sic magnæ impudentiæ est, velle seruare quæ Carthaginensis Ecclesia cor- rexerat. Ad hanc autem rem quis alius Episcopus esset optandus, nisi qui ea diaconus ex- crabatur? ] hæc ipse.

Quod verò res longa firmata consuetudine ita videretur fixisse radices, vt perdifficile statim

A statim penitus conuelli posset: inde est quod idem S. Augustinus Aurelio persuadet, leni- tate, non autem seueritate agere, & exemplo potius quam præcepto: nam subdit: Sed quod erat tunc dolendum, nunc auferendum est, non asperè, sed (sicut scriptum est a) in spiritu lenitatis & mansuetudinis. Dant enim mihi fiduciam litteræ tuæ indices germanif- simæ charitatis, vt tecum tamquam mecum audeam colloqui. Non ergo asperè (quan- tum existimo) non duriter, non modò imperioso ista tolluntur: magis docendo, quam iubendo; magis monendo, quam minando: sic enim agendum est cum multitudine: se- ueritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur, cum dolore fiat, de Scripturis comminando vindictam futuram; &c. ] Præstitit hæc quidem cuncta quæ auferenda Augustinus suauit, & modum quo abolenda forent, Aurelius, nimirum cum id fecit auctoritate generalis Concilij ex omnibus Africanis prouincijs Carthaginæ congre- B gati; sed id quidem lenitate, & temporis spatio. Siquidem post annos sex, in Concilio Car- thaginensi istæ omnia fuere sublata, ubi Patres & inter eos Augustinus iam Episcopus hæc b fanciuerunt, incipientes iudicium à domo Dei, videlicet:

CONSERV- DO VETVS LENITER TOLLEND- Galat. 6.

Concil. Car- thag. 3. c. 10. CANONES DE ABRO- GATIONE AGAPVM. Eod. Concil. cap. 10.

Vt nulli Episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes, hospitiorum necessitate illic reficiantur. ] hæc de Episcopis & clericis; laicos verò hoc edito canone monuerunt:

Populi etiam ab huiusmodi conuiujs, quantum fieri potest, prohibeantur. ] hæc in Concilio Carthagine habito, Cæsario & Attico Coss. anno Domini trecentesimo nona- gesimo septimo.

Sed quid præterea Augustinus Aurelio putauit necessario inculcandum? Quod enim eadem quoque conuiuia & Agapes ex antiquo vsu bene introducta, sed prauis moribus C corrupta, non solum exhiberi solita erant in sepulchris sanctorum martyrum, sed etiam in memorijs defunctorum: idem S. Augustinus ita hæc tolli suadet, vt tamen consulum velit pijs oblationibus pro animabus defunctorum; nempe vt quæ ad eorum sepulchra ferrentur, erogarentur in pauperes: sic enim ait d: Sed quoniam istæ in cœmeterijs ebrie- tates & luxuriosa conuiuia, non solum honores martyrum à carnali & imperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorum: mihi videtur facilius illis dissuaderi posse istam sceleratam ac turpitudinem, si & de Scripturis prohibeatur: & oblationes pro spiritibus dormientium, quas verè aliquid adiuuare credendum est, super ipsas memorias non sint sumptuosæ, atque omnibus petentibus sine typho & cum alacritate præbeantur, neque vendantur: sed si quis pro religione aliquid pecuniæ offerre voluerit, in præsentem paupe- ribus erogat. ita nec deserere videbuntur memorias suorum, quod potest gignere non D leuem cordis dolorem; & id celebrabitur in ecclesia, quod piè & honestè celebratur. ] hæc de his S. Augustinus. Intueris, Lector, quam iniuste atque impiè calumniantur recentiores hæretici, qui huiusmodi oblationes præstandas à populo pro animabus de- functorum, excogitatas tradunt à maioribus ob lucrum ecclesijs ministrantium clerico- rum; eum illæ omnes non clericis, sed pauperibus elargiri, Augustinus suaserit. Cum autem istas comessationes ex Augustini consilio Aurelius Carthaginensis Episcopus sus- tulisset, ex eoque accidisset vt populus ab omni pro defunctis piorum officiorum frequen- tatione cessaret: opus fuit Christianos ad eas præstandas pro defunctis oblationes, Eccle- siastica lege sancita, compellere: tanti enim existimauere Patres populum in antiquo pie- tatis officio retinere. Quamobrem in eodem Carthaginensi Concilio, Aurelius cum alijs Africanis Episcopis hæc decreuere e:

CORRIGEN- DAE NON TOLLEN- DAE OBLA- TIONES PRO DE- FUNCTIS. Aug. epi. 64.

OBIA TIQ- NES PRO- DEFUNCTIS VBI AV- PERVM DE- STINARI.

Conc. Car- thag. 4. c. 15.

E Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesijs, aut cum difficultate reddunt, tam- quam egentium necatores, excommunicantur. ] cur id, nisi quod (vt ex Augustino dictum est) eadem omnes ac statim erogabantur in pauperes? quas quidem non exiguas fuisse intelligere potes, cum adeò pauperes is alerentur, vt earum subtractione necari iudem egeni dicerentur. At de his modò hæc tenus.

Hoc eodem anno cœptæ sunt dissensiones illæ inter S. Epiphanium Constantiæ Cypri & Ioannem Hierosolymorum Episcopū, occasione hæresum Origenis, quas ille vna cum Rufino, Palladio, Isidoro, & alijs compluribus defendendas ac propagandas infeliciter susceperat. Quod enim S. Hieronymus in epistola ad Pammachium tres numeret annos à susceptæ contentions exordio vsque ad tempus illius epistolæ, quam scriptam fuisse post sequentem annum suo loco dicemus: satis apparet hanc ipsam altercationem hoc anno cœpisse, de qua nos sequenti anno opportuniori occasione agere aggrediemur.

DISSENSIO NES INTER EPIPHA- NIVM ET IOANNEM.

IESV CHRISTI SIRICII PAP. VALENTIN. 17. IMPP.  
ANNVS ANNVS THEODOSII 14. A  
392. 8.

**S**equitur Christi Redemptoris annus trecentimus nonagesimus secundus auspicio Consularis Arcadij Augusti secundum cum collega Ruffino, qui vna cum Consulatu auctus est quoque Praefectura Praetorij, de quo S. Ambrosius<sup>a</sup> ad Tatianum superiori anno Consularem: Ruffinus enim ex Magistro officiorum factus est in Consulatu Praefectus Praetorio, ac per hoc plus posse cepit, sed tibi iam nihil obesse: est enim aliarum Praefectus partium. Quam gaudeo vel illi vt amico, quia honore auctus, inuidia leuatus est; vel tibi vt filio, quia liberatus es ab eo, quem tibi grauiorem Iudicem arbitrabare. ] hanc ipse: **B**has enim discordias inter Ruffinum & Tatianum narrat Zosimus<sup>b</sup>: vt de his ipsum Ambrosium loqui non dubites. Cum igitur rediisset Theodosius in Orientem, quo praesente (vt vidimus) Gentiles de restituendis deorum sacris nec mutire ausi sunt sine magno ipsorum periculo; Senatores qui erant Romae deorum cultores, inter quos omnes Symmachus Consularis emineret, cum meliorem spem concepissent, publica legatione Valentinianum conueniunt, vt ab ipso impetrent vetera sacra, quae pluribus legibus editis abstulerat Theodosius. De hac quidem legatione quid in primis Paulinus dicat, & in quo sit corrigendus, videamus.

Egresso, inquit<sup>c</sup>, Theodosio de Italia, & Constantinopoli constituto, Valentiniano Augusto intra Gallias posito directa relatio est sub nomine Senatus a Symmacho tunc Praefecto Urbis de repetenda ara Victoriae & sumptibus caerimoniarum: Sed vbi comperit **C** sacerdos Ambrosius, misso libello ad Imperatorem, postulauit vt ad se relationis exemplaria dirigerentur, quibus ipse pro partibus suis responsurus esset. Qua relatione accepta, praclarissimum libellum conscripsit, vt contra nihil vquam auderet Symmachus vir eloquentissimus respondere. ] hanc Paulinus, qui mox subdit de nece Valentiniani, quae paulo post accidit. At confundere ipsum hanc posteriorem Gentilium Senatorum legationem cum priore, satis superius demonstratum est, cum docuimus de tempore Urbanam Symmachi Praefecturae. Quod si velimus eum confudisse Praefecturam Urbanam cum Consulatu, quem Symmachus gessit anno superiore, dicenda esset eiusmodi legatio contigisse vltimo anni superioris tempore: nam Theodosium recedentem ab Italia peruenisse Constantinopolim vidimus III. Id. Nouembris.

Verum testificatione ipsius Ambrosij demonstratur, nouissimam hanc legationem **D** missam esse ad Valentinianum hoc anno paulo ante eius obitum, de qua hanc ipse in funebri laudatione<sup>d</sup>, Deum pro eius anima interpellans: Solue ergo seruo tuo munus tuae gratiae, quam ille numquam negauit: qui ante diem mortis, templorum priuilegia negauit, insurgentibus quos reuereri possent. Astabat virore caterua Gentilium: supplicabat Senatus. Non metuebat hominibus displicere in Christo. ] ita ibi Ambrosius, qui & superius egit de alia ante missa legatione sub Symmachi Praefectura, de qua nos suo loco pluribus diximus.

Quod vero ad annum, mensum, & diem interitus Valentiniani Imperatoris pertinet: manifestus error deprehenditur apud Marcellini Chronicon, dum recensetur sub anni superioris Consulibus. Nam praeter id quod dictum est superius, & omnium assertione constat, Theodosium ab Italia recedentem, reliquisse Valentinianum incolumem; **E** Epiphanius etiam in libello de Mensuris & ponderibus ita ait: Sub his Consulibus Arcadio secundum atque Ruffino mortuus est Valentinianus iunior, filius Valentiniani Magni, inuentus in Palatio subito strangulatus (vt fama fert) Idibus Maij, pridie Pentecostes, in die Sabbati. In ipsa die Pentecostes elatus est: erat autem tunc secundum Aegyptios mensis Pachon dies vigesima prima, iuxta Graecos Artemisij mensis tertia & vigesima, secundum Romanos decimo septimo Kalendas Iunias. ] hanc ipse: vt nulla exactior nota temporis describi potuisse videatur. Sub hoc quoque anno eius interitum recenset Prosper in Chronico, idemque Zosimum sensisse apparet.

Erat adhuc Valentinianus catechumenus: qui paulo ante obitum profecturus cum exercitu aduersus barbaros in Italiam irrumptentes, cupidus ante eam expeditionem initiari sacro-baptismo, Viennae cum esset in Gallia, sanctum Ambrosium Mediolano, vt ab illo,

DE CONSULATU ET PRAEFECTURA AVEFFENI.  
<sup>a</sup> Ambros. epist. 53.

<sup>b</sup> Zosim. lib. 4.

<sup>c</sup> Paulin. in vita S. Ambrosii de LEGATIONE GENTILIVM.

VALENTINIANVS IMP. RECIT LEGATIONEM GENTILIVM  
<sup>a</sup> Ambros. orat. in funer. Valentinian.

VALENTINIANI ORIVM TEMPVS

CHRISTI SIRICII PAP. VALENTIN. 17. IMPP.  
392. 8. THEODOSII 14.

**A** ab illo, quem patris loco habebat, baptizaretur, accersit: sed ipso adhuc in itinere constituto, proditorum appetitus insidiis, occisus est. Narrat hanc ipse sanctus Ambrosius non sine luctu his verbis<sup>a</sup>: Audiuit in Transalpinis partibus positus, ad Italiae fines barbaros appropinquasse: sollicitus ne alieno hoste suum regnum attentaretur, venire properabat, cupiens dimittere Gallicana otia, & pericula nostra suscipere. Hanc mihi cum aliis communia, illa priuata, quod saepe me appellabat absentem, & a me initiandum se sacris mysteriis praeferebat. **Q**uin etiam cum rumor quidam ad Viennensem pertulisset Urbem, quod inuitandi eius ad Italiam gratia, eo pergerem; quam gaudebat, quam gratulabatur me sibi optato affore? Mora ei aduentus mei prolixior videbatur: atque vti nam aduentum ipsius nullus praueuisset nunciatus. Iam promiseram me profecturum, respondens vel honoratis petentibus, vel Praefecto, vt tranquillitati Italiae consuleretur, **B** me sicut superfluo ingerere non possem propter verecundiam, ita necessitatibus non defuturum. Confirmatum hoc erat. Ecce postridie litterae de instruendis mansionibus, inuectio ornamentorum regalium, aliaque huiusmodi; quae ingressurum iter Imperatorem significarent. Quibus rebus ab ipsis quibus fuerat postulata, intermissa legatio est. Reus mihi videbar speratae meae praesentiae, nec impletae. Sed vti nam viuenti tibi hunc debere reatum. Excusarem quod nulla tua audissem pericula, nullas tuas accepissem litteras, quod non potuissim propriis animalibus occurrere, etiam si iter ingressus essem. Itaque securus veniae, dum dies subduco, aduentum tuum intelligo. Ecce rescriptum accipio, vt sine mora pergendum putarem, eo quod vadem fidei tuae habere me apud Comitem tuum velles. Num restitui? num moratus sum? Additur, eo vt properarem cecus, nec arbitrarer causam itineris mei Synodum Gallorum esse Episcoporum, propter quorum frequentes dissensiones crebro me excusaueram, sed vt ipse baptizaretur in ipso egressu. Gestarum iam rerum indicia potui cognoscere, sed properandi studio nihil aduertere poteram. Iam superabam Alpium iuga, & ecce nuncius amarus mihi & omnibus de tanti morte Imperatoris. Reflexi, iter fletibus meis laui. Quibus ego votis omnium proficiscebar? Quo gemitu omnium reuertebatur? non enim Imperatorem sibi, sed salutem ereptam putabant. Quanto ipse angebar dolore? primum quod tantus Princeps, quod dulce pignus meum, quod ita mei cupidissimus occidisset. Quos ego aeternus eius illo biduo fuisse comperi, quo litteris, quas ad me miserat, superuixit? Vesperis profectus est Silentarius: tertio die mane quarebat, iam ne remeasset? iam venirent? Ita sibi salutem quamdam venturam arbitrabatur. O iuuenis optime, vti nam te viuentem inuenire potuissim: vti nam te dilatio aliqua meo reseruasset aduentui! Nihil de aliqua mei virtute polliceor, nihil de ingenio atque prudentia. Sed quanta ego cura inter te & Comitem tuum (*Arbogastem intelligis*) quanta sedulitate concordiam & gratiam refudissem? Quam me ipsum pro tua obtulissim fide? Quam in me ipsum eos recepissem, quibus ille se timere dicebat? Certè si comes non esset inflexus, tecum remansissem. Praesumebam de te, quod ipse me audires, si pro te non esse audire videres. Multa habueram quae tenerem: nunc nihil habeo praeter lacrymas & fletus. ] hanc Ambrosius.

Sed quae causa eius interitus praecesserit, Zosimus illam ita describit<sup>b</sup>: Visus Arbogastes subditis sibi militibus idoneus, ob fortitudinem rei que bellicae scientiam & pecuniae contemptum, magnam ad potentiam peruenit, adeoque tantus erat, vt etiam aduersus Principem liberior esset, & quaecumque non recte nec vti par erat fieri putabat, pro **E** hiberet. Ea Valentinianus permolestè ferens, reluctabatur quidem saepius, sed nihil proficiebat: nam Arbogastes omnium militum beneuolentia munitus erat. Tandem Valentinianus haud ferens amplius vt huic subiectus esset, cum Augusto in solio sedens accedentem videret Arbogastem, acerbius hominem limis aspiciens, litteras porrigit, quibus imperium ipsi abrogabat. Iis ille perlectis: Nec imperium mihi dedisti, ait, nec auferre poteris. Quibus prolatis, discerptoque libello, & in terram abiecto, discedebat. Ex eo tempore non clanculum suspiciones alebantur, sed omnibus eorum inimicitiae patebant, donec ab eodem Valentinianus ferro confossus (vt subdit) cum ageret militibus ludos: verum non ferro, vt ait, sed laqueo strangulatus: quod ipsum testatur Socrates<sup>c</sup>: Sozomenus<sup>d</sup> vero male, dum spontaneo laqueo periisse eum affirmat, quod scilicet hanc de eius obitu cubicularij ipsius leui fama sparsissent: hoc namque est quod ait sanctus Hieronymus<sup>e</sup>: Adolescens Valentinianus, & bene puer, post fugam, post exitum <sup>in funer. Valentinian.</sup>

<sup>a</sup> Ambros. orat. in funer. Valentinian.

<sup>b</sup> Zosim. lib. 4. CAUSA NECESSITATIS VALENTINIANI IMP.

<sup>c</sup> Socrat. lib. 5. cap. 24. <sup>d</sup> Sozom. li. 7. cap. 22. <sup>e</sup> Hier. epist. 3.

CHRISTI  
392.SIRICII PAP.  
8.VALENTIN. 17.  
THEODOSII 14. IMPP.

lia, post recuperatum multo sanguine Imperium, haud procul ab vrbe fraternae mor-  
tis conscia, necatus est, & cadauer exanime suspendio infamatum. ] Rufinus<sup>a</sup> verò tradit,  
causas cur laqueo vitam finierit, ignoratas, & num ipse sibi vel alij iniecerint ipsi illum.  
Sed Ambrosius rerum etiam secreto gestarum probè conscius longè ab hac abhorret  
sententia, vt sibi ipsi adolescens manus consciuerit: probè sciens id dolo Arbogastis  
Comitis factum, quem praesentia sua placare se potuisse affirmat, si illic ad esse contigisset:  
etenim Paulino constat auctore, Ambrosium ab Arbogaste omni obseruantia cultum,  
quem saepe ab eodem Ambrosio tradit exceptum fuisse conuiuio, eaque de re inter sua  
gentis Reges plurimum gloriari solitum. de ipso enim ista Paulinus<sup>b</sup>: Per idem tempus  
Arbogastes Comes aduersus gentem suam, hoc est Francorum, bellum parauit; atque  
pugnando, non paruam multitudinem manu fudit, cum residuis verò pacem firmavit.  
Sed cum in conuiuio à Regibus gentis suae interrogaretur, vtrum sciret Ambrosium, &  
respondisset, nosse se virum, & diligi ab eo, atque frequenter cum illo conuiuari solitum,  
audiuit: Ideo vincis omnes, quia ab illo viro diligeris, qui dicit Soli, Stræ, & stat. ] hæc Pau-  
linus à nobis recensita, quod iure doluerit Ambrosius se praesentem minime fuisse, quo  
sibi deuinctum Comitem ipsum Arbogastem placasset. Quod verò dicit idem Paulinus,  
eum fuisse natione Francum, id ipsum affirmat Zosimus; sed Sozomenus Galatam, hoc  
est Gallum, appellat, idem esse Francum quod Gallum existimans. Francum quoque  
eum dixerunt alij. Quibus autem moribus compositus esset, vt ab Ambrosio amaretur,  
Suidas<sup>c</sup> declarat his verbis: Arbogastes Francus, robore corporis & asperitate animi  
flammae similis proximus à Bautone (*hic Consulatum gessit cum Arcadio*) In hoc fuit con-  
stans & exquisita modestia, & odium irreconciliabile auaritia; vnde diuitis gregario  
militi nihil praestabat. Quapropter Caesari Theodosio vilis videbatur: vt qui ad Valen-  
tiani mores viriles & iustos, suam quoque grauitatem adiungere, & regiam instar rectæ  
& immotæ columnæ sustentare posset, ne quid in aula damni aut peccati admitteretur. ]  
hæc Suidas de Arbogaste: cui, ex sententia etiam Regum barbarorum, constat, ante tam  
immane facinus perpetratum omnia dextera cōtigisse, innumerisque eum ferme auctum  
fuisse victoriis; post necem verò Imperatoris, iusto sanguine in eum clamante vindictam,  
semper in deteriora esse prolapsum.

Quod verò ad Valentiniani ipsius mores pertinet: S. Ambrosius mira refert, delictaque  
illa pristina, quæ antè, vt faueret Arianis, iniquissimè perpetrarat, relinquit obuoluta si-  
lentio, quod sciret non puerulo ea fuisse adscribenda peccata, sed Iustinae Augustæ Arianæ  
feminae, cuius nutu omnia voluebantur. Sed quod ad mores spectat: quam in primis stude-  
ret ea corrigere, quæ de se aliis displicere cognosceret, his verbis ostendit: Ferebatur primo  
ludis Circensibus delectari: sic istud absterxit, vt ne solemnibus quidem Principum nata-  
libus, vel Imperiali honoris gratia Circenses putaret esse celebrandos. Aiebant aliqui  
ferarum eum venationibus occupari, atque ab actibus publicis intentionem eius abduci:  
omnes feras vno momento iussit interfici. ] hæc de his S. Ambrosius: quod enim nefas sit  
opinari sanctissimum virum vel leue mendacij folium atroxiusse eius coronæ laudum,  
dicta ab eo fide dignissima habenda sunt, qui & hæc subdit: Audire in Consistorio negotia,  
& Danielis spiritu, in quibus dubitarent senes, vel personæ alicuius conuictu ducerentur,  
congruam verò adolescentem videres senilem ferre sententiam. Iactabant inuidi, quia  
praematurè prandium peteret: cœpit ita frequentare ieiunium, vt plerumque ipse im-  
pransus conuiuium solempne suis Comitibus exhiberet, quo & religioni sacræ satisfaceret,  
& Principis humanitati. ] sed de eius castitate hæc addit:

Scenica, inquit, cuiusdam forma ac decorè deperire Romæ adolescentes nobiles nun-  
ciabantur: iussit eam ad Comitatum venire. Missus pretio deprauatus, sine mandato ef-  
fectu rediit. Alterum misit, ne voluisse emendare vitia adolescentum, & non potuisse vi-  
deretur. Datus est obtrectandi aliquibus locus. Deductam tamen numquam aut specta-  
uit, aut vidit. Postea redire præcepit, vt omnes agnoscerent, irritum eius non esse man-  
datum, & adolescentes doceret ab amore mulieris temperare, quam ipse qui potuit ha-  
bere in potestate, despexerat. Et hæc fecit, cum adhuc non haberet vxorem, & tamen  
exhiberet sui tamquam vincus coniugio castitatem. Quis tam dominus serui, quàm ille  
sui corporis fuit? Quis tam aliorum arbiter, quàm ille suæ censor ætatis? Quid de pie-  
tate eius loquar? Qui cum homines nobili ortos genere & locupleti profapia, quæ cito  
mouere inuidiam solet regiae cupiditatis, accusator vrgeret, Praefectus insisteret: re-  
spondit.

VALENTI-  
NIANI MO-  
RES LAV-  
DATI.<sup>a</sup> Ambrosius orat  
in siner. Va-  
lent.DESCEN-  
CA FOR-  
MOSA.<sup>a</sup> Rufinus lib. 2.  
cap. 31.ARBOGAS-  
TES AMICVS  
S. AMBRO-  
SII.  
<sup>b</sup> Paulinus Vit.  
S. Ambrosii.<sup>c</sup> Suidas verb.  
Arbogastes.  
ARBOGAS-  
TES VIRTV-  
TIS.CHRISTI  
392.SIRICII PAP.  
8.VALENTIN. 17.  
THEODOSII 14. IMPP.

spondit, vt nihil cruentum sanctis praesertim diebus statueretur. Et cum post aliquot  
dies accusatoris legeretur libellus, calumniam pronuntiaturus; accusatum liberè, do-  
nec Praefectus cognosceret, obseruare iussit: neque ante aut postea quisquam tanti cri-  
minis sub adolescente Imperatore formidauit inuidiam. ] hæc & alia plura S. Ambro-  
sius, qui tota illa oratione in eo argumento versatur. Inferius verò de annis quibus impe-  
rauit, hæc habet mendosa lectio:

Metuo ne & tu nobis aliqua offensione sis raptus, vt octauodecimo regni tui anno im-  
minentis mali acerbitatem quasi iustus euaderes. ] hæc de tempore quo imperauit. Ce-  
terum si ratio subducatur ab anno, mense, & die, quibus imperare cœpit, & quibus desinit,  
non nisi annos sexdecim, menses sex, minùs duobus diebus, contingeret numerari. Siquidem  
Valentinianum seniore ex hac vita migrasse constat post Consulatum Gratiani & Equi-  
tij, decimoquinto Kalendas Decembris: ac post dies sex (vt ex Ammiano dictum est) ipse  
Valentinianus iunior regnare cœpit anno Domini tricentesimo septuagesimo quinto,  
mensis Nouembris vigesimatercia die: à quo tempore si numeres vsque in praesentem  
annum, & mensis Maij diem decimam quintam, quibus eum decessisse perspicue satis  
vidimus; non amplius quàm dicto tempore reperies imperasse. vnde mendum in notam  
numeri apud S. Ambrosium irrepisse, facile inducimur vt credamus: ipsum enim vltra  
praesentem annum vitam produxisse, ea quæ sequenti anno dicetur, impossibile esse signi-  
ficant. Erat Valentinianus, cum obiit, annuū agens ætatis vigesimum primum, siquidem  
(vt Ammianus est auctor<sup>a</sup>) quadrimus Imperator creatus est.

Sic igitur vita functo Valentiniano, corpus eius delatum est Mediolanum, nullo obice:  
nam proditores, ne se arguerent tanti sceleris reos, & ex hoc subiacerent inuidiæ, liberam  
euectionem regij cadaueris permisere. Vniuersis hisce (inquit Zosimus) Theodosio Prin-  
cipi eodem tempore renunciatis: vxor eius Galla fratrem deplorans, regiam vniuersam  
conturbabat, simul & ipse Princeps magno mærore curaque conficiebatur. ] hæc & alia  
Zosimus: sed quod ait de Galla Augusta, biennio iam ante obitum Valentiniani ipsam  
vita functam, superius ex Marcellino dictum est. Theodosius verò, quod vnicum sibi  
pietatis officium reliquum esse videbatur, de honorifica sepultura curanda ad S. Ambro-  
sium litteras dedit, qui ad eum ista rescripsit<sup>b</sup>:

Silentium meum rupit sermo clementiæ tuæ. Nihil enim in tam tristibus rebus melius  
facere, in animum induxeram, quàm, si fieri posset, me ipsum abdere. sed quia in secessu  
aliquo delitescere & sacerdotio exire non poteram, vel silentio intra me latebam. Doleo  
enim, fateor, dolore acerbo, non solum quod immatura ætate Valentinianus Augustus  
decesserit, sed etiam quod informatus fide ac tuis institutis tantam deuotionem erga  
Deum nostrum induerat, atque tanto in me incubuerat affectu, vt quem ante perle-  
quebatur, nunc diligeret: quem ante vt aduersarium repellebat, nunc vt parentem pu-  
taret. Quod ego non pro recordatione iniuriæ veteris exprompsi, sed pro testimonio  
conuersionis. Illud enim alienum, hoc suum; quod à te infusum sibi ita tenuit, vt matris  
persuasionem excluderet. Ille se à me nutritum præ se ferebat: ille vt sedulum patrem  
desiderabat: ille simulato à quibusdam aduentus mei nuncio, impatienter praestolabatur.  
Quinetiam illis ipsis publici doloris diebus, cum sanctos & summos sacerdotes Domini  
intra Gallias haberet: vt à me tamen sacramentis baptismatis initiaretur, scribendum  
arbitratus est. Quod etiam si non rationabiliter, amabiliter tamen erga me suum studium  
testificatus est.

Hunc ergo non intimo anhelem spiritu, secretisque mentis. Iuc animi visceribus am-  
plectar? Hunc mihi mortuum puteam? immo mihi magis viuum. Quas ego Domino  
deserebam gratias, quod ita in me conuersus esset, quod ita emendatus, quasi senioris cu-  
iusdam ætatis mores induisset? quas clementiæ tuæ, quod eum non solum regno reddi-  
disses, sed etiam (quod est amplius) instituisse fidei & pietatis tuæ disciplinis? Hunc ergo  
non doleam, æui integrum, antequam sacramentorum, quæ desiderauit, adipiscere-  
tur gratiam, repentina obiisse morte? Refrigerasti animum, quod etiam ipse dignatus es  
ferre testimonium dolori. Te, Imperator, arbitrum teneo affectus mei, te meæ mentis  
interpretem. Sed flendi tempora alias non deerunt: nunc de sepultura eius, quoniam  
scripsit clementia tua ita hic procurandum. Sed exors recessit baptismatis: quid cogno-  
uenim, non repressi. Est hic porphyreticum labrum pulcherrimum, & in vsus huiusmo-  
di aptissimum: nam & Maximianus Diocletiani socius ita humatus est. Sunt tabulae por-  
phyreticæ

TEMPVS  
QVO VALEN-  
TIN. RE-  
GNAVIT.<sup>a</sup> Ammian.  
lib. 30.LVCTVS  
THEODOSII<sup>b</sup> Ambrosii  
epist. 34.  
EPISTOLA  
AMBROSII  
AD THEO-  
DOSIUM.SEPVL-  
CHRVM VA-  
LENTINIA-  
NI.

phyreticæ pretiosissimæ, quibus vestiatur operculum; quo regales exuuiæ claudantur. A Hoc fuerat præparatum, sed expectabatur rescriptum clementiæ tuæ, cuius perceptione recreatæ sunt sanctæ filiæ tuæ, filij tui Valentiniani sorores, quæ se grauius afficiunt modis, & amplius exagitabantur, quod diu nihil scriberetur sibi. Vnde ius non parum accessit folatij: sed dum inhumatæ sunt reliquiæ, nequaquam sibi parcunt: videntur enim sibi germani sui quotidianum funus tenere. Et re vera cum sine fletu magno ac sine dolore graui numquam sint: tamen quotiescumque eo accedunt, exanguies reuertuntur. Et ipsis igitur consulitur, & carissimus exuuiis, si acceleretur sepultura, ne æstiuo penitus soluantur calore: vix enim superiorem æstatem transēgimus. Mandatum tuum seruo, & commendo Domino. Diligat te Dominus, quia tu Domini seruus diligis.] hucusque epistola Ambrosij ad Theodosium Imperatorem.

Curauit igitur ex Theodosij voluntate sepulturam S. Ambrosius, & qua die corpus B sarcophago condendum erat, panegyricam habuit orationem: nam in ipsa inter alia<sup>a</sup>: Sed iam, inquit, cara mihi complectar viscera, & debita quondam sepulchro, prius tamen singula membra perspiciam. ] post multa autem de eodem licet catechumeno adhuc, vitam tamen æternam consecuto (nam quod expetitur baptismum non acceperit, scelus anteuertit proditorum) hæc habet: Nec nos quidem dubitemus de meritis Valentiniani, sed iam credamus vel testimoniis Angelorum, quod deterisa labe peccati, ablutus ascendit, quem sua fides lauit, & pctio consecrauit. Credamus quia ascendit à deserto, hoc est, ex hoc arido & inculto loco ad illas florulentas delectationes, vbi cum fratre coniunctus æternæ vitæ fruitur voluptate. Beati ambo, si quid meæ orationes valebunt, nulla dies vos silentio præteribit: nulla inhonoratos vos mea transibit oratio: nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione transcurrer: omnibus vos oblationibus frequentabo. ] hæc Ambrosius. Habes, lector, ex ipsius munifica sponione, pro defunctis suffragia tum precibus, tum omni genere (vt ait) oblationum, pro concione, oratione publica decantata, idque ex antiquo (vt vidimus) Ecclesiæ vsus præscripto, non recens ab Ambrosio inductum & vsurpatum.

Quod enim ad salutem animæ Valentiniani spectare videtur, ea quidem Ambrosij certa securaque testificatione firmatur: etenim non solum ad id significandum baptismi votum atque pctio intercessit, sed præcessit fidei Christianæ fortis, constans, & animosa confessio, cum (vt ex Ambrosio dictum est) vrgeret caterua Gentilium, & Senatus instaret pro restitutione Gentilium rituum: sed & cum id (vt diximus) factum ante diem obitus eius sit, vehemens suspicio fuit mortem ipsi illatam arte Gentilium, sicq; confessor ac penè martyr ob necem illatam ex hac vita decesserit. Quæ enim sunt postea subsequuta, arguunt ea quæ præcesserunt. Siquidem qui post eius obitum arripuit Imperium, Gentilibus idolorum cultoribus fuit, restituit iura templorum, sacrificia intermissa sedulo reuocauit, Ethnicisque hominibus quæcumque pctiere concessit: vt planè proditio- ne Gentilium id factum esse, coniectura non leuis intercedat. Sed iam singula disquiramus, quæ hæc secuta sunt.

Qui post Valentinianum regnare cœpit, fuit Eugenius, nomen sibi tyrannus sumens Augusti, elatus in Imperium à Valentiniani interfectores. Quisnam autem hic fuerit, cum plures eius nominis reperiantur viri, qui hoc sæculo claruere: ne quod vnus est, alij tribuatur, de singulis dicendum puto. Primus omnium ille occurrit, qui claruit temporibus Constantij ac Iuliani, cuius statua dicata in Foro Traiani, eiusmodi erat inscriptio- ne notata<sup>b</sup>:

FL. EVGENIO. V. C. EX. PRAEFECTO. PRAETORIO  
CONSVLI. ORDINARIO. DESIGNATO. MAGISTRO  
OFFICIORVM. OMNIVM. COMITI. DOMESTICO  
ORDINIS. PRIMI. OMNIBVSQ. PALATINIS  
DIGNITATIBVS. FVNCTO. OB. EGREGIA. EIVS  
IN. REMPUBLICAM. MERITA. HVIC  
D. D. N. N. CONSTANTIVS. VICTOR. AC  
TRIVMFATOR. SEMPER. AVGVSTVS. ET  
IVLIANVS. NOBILISSIMVS. CAESAR  
STATVAM. SVB. AVRO. IN. FORO. DIVI  
TRAIANI. QVAM. ANTE. SVB. DIVO

AMBROSIVS  
LAUDAVIT  
VALENTI-  
NIANVM  
PVBLICA  
ORATIONE.  
<sup>a</sup> Ambrosij  
in obitu Va-  
lentiniani.

SUFFRAGIA  
PRO DE-  
FUNCTIS.

EVGENII  
PLVRES.

<sup>b</sup> Apud Sme-  
tium antiq.  
inscript. pag.  
63. num. 6.

CONSTANTE. VITAE. ET. FIDELISSIMAE  
DEVOTIONIS. GRATIA. MERUIT  
ADPROBANTE. AMPLISSIMO. SENATV  
SVMPTV. PVBLICO. LOCO. SVO  
RESTITVENDAM. CVRAVERVNT

Deturbata illa quidem Eugenij statua: fuisse videtur à Magnentio tyranno, qui occiso Constante, tyrannidem arripuit Imperij Occidentalis.

Vixit his quoque temporibus Fl. Eugenius Agellus Praefectus Urbis, cuius memoria reperitur in basi vnus columnarum ambientium Sanctuarium in basilica S. Pauli, per Valentianum ipsum, de quo egimus, restitui cœpta: qui ex loco & opere fuisse arguitur Christianus, & sicut familia, ita fortasse sanguine coniunctus Afellæ nobili Romanæ ac sanctissimæ virgini, quæ à S. Hieronymo summis laudibus celebratur. Porro eiusdem Eugenij breuis hæc legitur ibi inscriptio:

FL. EVGENIVS. ASELLVS  
C. C. PRAEF. VRB

V. S. I. REPARAVIT

Ceterum neminem horum fuisse Eugenium tyrannum, de quo agimus certum est: siquidem prior ille Consul ordinarius designatus, antequam Consulatum adiret, diem obiit: posterior verò iste, quod Vrbanam gesserit Praefecturam, longè diuersus ab Eugenio tyranno fuisse conuincitur, qui numquam huiuscemodi muneris dignitate functus aliquando reperitur: etenim nulla prorsus natalium claritudine nobilis iste fuit, quem clientem & famulum Arbogastis nominat Claudianus, cum ait his versibus<sup>a</sup>:

*Proh crimen superum, longi proh dedecus aui:*

*Barbarus Hesperias exul possederat oras,*

*Sceptraq; deiecto dederat Romana clienti.] & alibi<sup>b</sup>:*

*Hunc sibi Germanus famulum delegerat exul.]*

Ignobilis planè hic, quem Arbogastes euexit in Imperium, Eugenius fuit: Insuper extitit & alius quoque Eugenius eunuchus, qui Procopio aduersus Valentem tyrannidem exercenti ipso Imperij exordio praefectus fuit, cuius meminit Zosimus<sup>c</sup>: sed cum de Eugenio agit, qui occiso Valentiniano imperauit, planè diuersum ab hoc fuisse significat: quem obscurum genere, rhetoricis facultatibus, quas publicè professus erat, tantummodo clarum, in aula versatum, Rhicomeri Duci familiaritate coniunctum, & eius commendatione ab Arbogaste in familiaritatem acceptum tradunt.

Sic igitur sublimatus in Imperium Eugenius, legationem ad Theodosium pro pace misit, functusque est eo munere inter alios Rufinus Atheniensis: qui (inquit Zosimus<sup>d</sup>) nec litteras Arbogastis secum ferebat, nec vllam aliam mentionem illius faciebat. Cum Princeps Theodosius in deliberando, Legatisque conuenienter respondendo cunctando detinuit. ] Addit Rufinus, missos tunc fuisse etiam Legatos sacerdotes, qui Arbogastem culpa purgarent, infontemque eum penitus monstrarent. Ceterum inter hæc Theodosius de expeditione aduersus Eugenium paranda cogitare cœpit: cum interim Eugenius Gentilium vatum deciperetur promissis, de quo hæc Sozomenus<sup>e</sup>: Porro Eugenius quidam, erga Christianorum religionem non sincerè affectus, Principatum inuasit, & Imperij insignia assumpsit. Putabat enim, se id quod conabatur, absque impedimento consecuturum, inductus quorundam verbis, qui se futura prædicturos pollicebantur ex victimarum immolatione, & viscerum inspectione, & obseruatione siderum. Harum rerum studiosi tunc erant cum alij multi apud Romanos in dignitate constituti viri, tum etiam Flavianus tunc temporis Praefectus, vir eximius, & in rebus politicis prudens habitus, qui que insuper ex omni generis diuinationis scientia exactè præscire futura credebatur. ] fuit hic pernecessarius Symmachi Consularis, cuius ad eum scriptæ extant complures epistolæ, quibus planè intelligitur, ipsum idololatriæ addictissimum fuisse. Sed pergit auctor: Hac enim existimatione Eugenium potissimum perpulit, vt ad bellum sese pararet, cum Imperium illi fato destinatum esse Flavianus asseueraret, & victoriam ex pugna illi cessuram, & mutationem religionis Christianæ. ] hæc Sozomenus. At quinam fuerint vtriusque Principis apparatus, suo loco dictari sumus inferius.

Quid autem Gentilium deorum defensor, Imperatorè nactus quamuis Christianum, tamen ad Gentilitatem propensiorum, Flavianus ab Eugenio, simulac Augustus acclamatus est,

EVGENIVS  
PRAEFECTUS  
VRBIS.

<sup>a</sup> Claudian. in  
Panegyric. de  
tertio Honorij  
Consulatu.  
<sup>b</sup> Idem in Pa-  
negyr. de 4.  
Consulatu.  
EVGENIVS  
TYRANNVS.

<sup>c</sup> Zosim. lib. 4.

<sup>d</sup> Zosim. lib. 4.  
LEGATIO  
AB EVGE-  
NIO AD  
THEODO S.

<sup>e</sup> Sozom. li. 7.  
cap. 22.

tus est, petierit & obtinuerit; Paulinus ita declarat\*: Non multo post, petentibus tunc A  
 Flauiano Præfecto & Arbogaste Comite aram Victoriae, & sumptus carmoniarum (quod  
 Valentianus augustæ memoriæ adhuc in iunioribus annis constitutus denegauerat)  
 oblitus fidei suæ concessit. Hoc ubi audiuit sacerdos Ambrosius, relicta ciuitate Mediola-  
 nensi, ad quam ille festinato veniebat, in Bononiensem ciuitatem emigravit. ] inuitatus  
 namque fuerat à Bononiensi Episcopo ad translationem S. Agnicolæ martyris, de qua  
 ipse meminit<sup>b</sup>, atque martyris reliquias acceptas feruim vexisse testatur. Bononia verò  
 recedens (subdit Paulinus) Fauentiam vsque perrexit: ubi cum aliquantis degeret diebus,  
 inuitatus à Florentinis, ad Tusciam vsque descendit; declinans magis aspectum sacrilegi  
 viri, non formidans imperantis iniuriam. ] Tunc & epistolam ad eundem dedit, qua  
 causam significauit, cur ipse non expectato, Mediolano recessit: reddemus hic ipsam,  
 licet eandem è nostra bibliotheca acceptam, in Sixtina editione edendam proposuerim. B  
 mus cum aliis S. Ambrosij epistolis: est autem huiusmodi:

<sup>a</sup> Paulin. in Vi-  
 ta S. Ambrosij.  
 REDDITA  
 GENTILIBUS  
 ARA VICE-  
 RIAE, ET A-  
 LIA IVRA.

<sup>b</sup> Amb. of. in  
 exhortat. ad  
 virgin.  
 AMBROSII  
 VITAE ET  
 L. PIERIS  
 CORRIPIT  
 EUGENIUM.

<sup>c</sup> Ambrosij  
 epist.  
 11. edit. Sixt.

AMBROSII  
 MEDIOLANI  
 DISCESSUS  
 CAUSA.

<sup>d</sup> Rumoro-  
 dius

<sup>e</sup> Psal. 118.  
 AMBROSII  
 REDARGUIT  
 EUGENIUM  
 OBVIPTVM  
 EROGATVM  
 GENTILIVM  
 SACRIFI-  
 CIIS.

<sup>f</sup> Act. 1.  
 Dan. 13.

Clementissimo Imperatori Eugenio Ambrosius Episcopus.  
 Seccessionis meæ causa timor Domini fuit, ad quem omnes actus meos, quantum  
 queo, dirigere, neque vinqum ab eo mentem descedere, nec plures facere cuiusvis ho-  
 minis, quam Christi gratiam consueui. Nemini enim facio iniuriam, si omnibus Deum  
 præfero; & confidens in ipsum, non vereor vobis Imperatoribus dicere, quæ pro meo  
 captu sentio. Itaque quod apud alios Imperatores non tacui, nec apud te clementissime  
 Imperator, tacebo. Atque vt ordinem rerum custodiam; strictim recensebo quæ ad hoc  
 spectant negotium. Retulerat vir amplissimus Symmachus, cum esset Præfectus Urbis,  
 ad Valentianum augustæ memoriæ Imperatorem iuniorem; vt templis quæ sublata  
 fuerant, reddi iuberet. Functus est ille partibus suis pro studio & cultu suo. Vtique etiam C  
 ego Episcopus partes meas debui recognoscere. Dedi libellos Imperatori duos, quibus  
 significarem sumptus sacrificiorum Christianum virum non posse reddere; & non fuisse  
 quidem me auctorem cum tollerentur, auctorem tamen fieri quo minus decernerentur,  
 debere: quia dare pretia sacrificiorum simulacris videretur, non reddere. Quod enim ipse  
 non abstulerat, non quasi ipse reddebat, sed arbitrati proprio largiebar ad superstitionis  
 impensas. Postremo si fecisset, aut non veniret ad ecclesiam, aut si veniret, futurum vt aut  
 sacerdotem non inueniret, aut inueniret sibi in ecclesia resistentem. Nec ad excusatio-  
 nem obtendi posse, quod esset catechumenus; cum non liceat etiam catechumenis  
 sumptus idolis subministrare. Lecti sunt libelli mei in Consistorio: aderat amplissimus ho-  
 nore magisterij militaris Bauto comes, & Rumoridus\*, & ipse eiusdem dignitatis  
 gentilium nationum cultui inferuens à primis pueritiæ suæ annis. Valentianus tunc D  
 temporis audiuit suggestionem meam, nec fecit aliud, nisi quod fidei nostræ ratio posce-  
 bat. Acquieuerunt etiam Comites sui.

Postea etiam clementissimo Imperatori Theodosio coram intimaui, atque in os di-  
 cere non dubitavi: cui intimata Senatus legatione huiusmodi, licet non totus Senatus  
 poposcerit, insinuationi meæ tandem assensionem detulit: & sic aliquibus ad ipsum non  
 accessi diebus, nec molestè tulit: quia non pro meis commodis faciebam, sed quod & ipsi  
 & animæ meæ proderat, in conspectu Regis loqui non confundebam. Iterum Valenti-  
 niano augustæ memoriæ Principi legatio à Senatu missa intra Gallias, nihil extorquere  
 potuit: & certè aberam, nec aliquid tunc ad eum scripseram. Sed ubi clemètia tua Imperij  
 suscepit gubernacula, compertum est postea donata illa esse præcellentibus in Republica,  
 sed Gentilis obseruantia viris. & fortasse dicatur, Imperator Auguste, quia ipse non E  
 templis reddideris, sed benemeritis de te donaueris. Verum nosti pro Dei timore agen-  
 dum esse constanter: quod etiam pro libertate frequenter fit, non solum à sacerdotibus,  
 sed etiam ab his qui vobis militant, aut in numero habentur prouincialium. Te imperante,  
 petierunt Legati vt templis redderes: non fecisti. iterum alteri postulauerunt: renisus es;  
 & postea ipsis qui petierunt, donandum putasti.

Esti Imperatoria potestas magna sit, tamen considera, Imperator, quantus sit Deus,  
 qui corda omnium videt, conscientiam interiorem interrogat, nouit omnia antequam  
 fiant, nouit intima pectoris tui. Ipsi falli vos non patimini, & Deum vultis celare quic-  
 quam? Hoc non cecidit in animum tuum? Quamuis enim illi agebant tam perseueran-  
 ter, nonne tuum fuit, Imperator, pro Dei summi & veri & viui veneratione perseue-  
 rantius obsistere, & negare quod erat iniuriæ sacræ legis? Quis inuidet, quoniam quæ  
 voluisti,

A voluisti, aliis donauisti? Non sumus scrutatores vestræ liberalitatis, nec aliorum com-  
 modorum inuidi, sed sumus interpretes fidei. Quo modo offers dona tua Christo? Pauci  
 æstimabunt quid feceris, omnes quid volueris. quicquid illi fecerint, tuum erit; quicquid  
 non fecerint, suum: & si es Imperator, Deo subditus magis esse debes. Quo modo sacer-  
 dotes Christi tua munera dispensabunt? Fuit huiusmodi quæstio temporibus superiori-  
 bus, & tamen fidei Patrum ipsa cessit persecutio, & Gentilitas detulit.

Nam cum ageretur agone quinquennalis in ciuitate Tyro\*, & ad spectandum venisset  
 Antiochiæ Rex, sceleratissimus Iason ordinauit sacrorum procuratores, vt ab Hieroso-  
 lymis Antiochenes ferrent didrachmas argenti CCC: & illas darent ad sacrificium  
 Herculis: verum Patres non Gentilibus dederunt pecunias; sed viris fidelibus suis missis,  
 protestarunt non erogari ad deorum sacrificium; quia non congruebat, sed in alios sum-  
 ptus dari. & pronunciatum est (quia ille ad sacrificium Herculis missum dixerat argen-  
 tum) suscipi quidem debere in id ad quod erat missum: sed quia illi qui detulerant, re-  
 sistebant pro studio & cultu suo, vt non sacrificio proficerent; sed aliis necessitatibus,  
 tradita sunt pecuniæ ad constructionem nauium. est coacti miserunt, non tamen ad sa-  
 crificium, sed ad alios sumptus Reipublicæ. Denique qui attulerant, vtique potuissent  
 tacere: sed lædebat fidem, quia sciebant quo deferrent; & ideo missi sunt viri timentes  
 Deum, qui agerent, vt non templo, sed ad impensas nauium, quæ missa fuerant, depu-  
 tarentur. Illis enim crediderunt pecunias, qui causas agerent sanctæ legis. Iudex rerum  
 effectus fuit, qui absoluit conscientiam. Si positi in aliena potestate sic præcauebant: quid  
 te oportuerit facere, o Imperator, dubitari non potest. Te vtique nemo cogebat, nemo ha-  
 bebat in potestate: debuisti sacerdotem consulere.

Ego certè quando tunc restiti, etsi solus restiti, tamen non solus volui, nec solus id suasi.  
 Quoniam igitur meis vocibus & apud Deum & apud omnes homines teneor, aliud mihi  
 non licere intellexi, aliud nõ oportere, nisi vt consulere mihi, quia non potui tibi cedere  
 modestè. Certè diu pressi, diu texti dolorem, nulli quicquam intimandum putavi: diffi-  
 mulare mihi nunc non licet, tacere liberum non fuit. Ideo etiam in primordiis Imperij tui  
 scribenti non rescripsi, quia istud præuidebam futurum. Denique reposcenti litteras, cum  
 ipse non rescriberem, dixi: Hæc causa est, quod extorquendum ei arbitror. Tamen ubi  
 causa emerit officij mei, pro his qui solitudinem sui gerebant, & scripti & rogau: vt  
 ostenderem in causis Dei, timorem mihi iustum inesse, nec plures me facere adulationem,  
 quam animam meam: in his verò, in quibus vos rogari decet, etiam me exhibere seduli-  
 tatem potestati debitam; sicut & scriptum est<sup>b</sup>: Cui honorem, honorem: cui tributum,  
 tributum: Nam cum priuato detulerim corde intimo, quo modo non deferrem Impera-  
 tori? Sed qui vobis deferri vultis, patimini, vt deferamus ei, quem Imperij vestri vultis  
 auctorem probari. ] hæc tamen Ambrosij epistola ad Eugenium.

Recitat ex eadem epistola fragmentum Paulinus. Sed sequamur Ambrosium: qui cum  
 peruenisset Florentiam, opportunè accidit vt rogatus dedicaret ecclesiam à Iuliana cla-  
 rissima femina erectam: sub cuius altare condidit idem sanctus reliquias martyris Agri-  
 colæ, quas Bononiæ acceperat. Habuit ibidem luculentam orationem Ambrosius, qua  
 cum religiosæ femine in erectione basilicæ factum laudibus celebrarit, maiori tamen  
 præconio extulit, quod de viuis lapidibus nobilius templum Deo dicaret, nempe tres filias  
 vna cum filio. Fuit ecclesia illa nomine sancti Laurentij nuncupata, eademque Ambrosia-  
 na dicta à ciuibus, in memoriam tanti viri, qui eam dedicasset, Ambrosij. Ibi cum ageret  
 sanctus Antistes, cum sancto Zenobio eius ciuitatis Episcopo familiaritatis vsus ipsi inter-  
 cessit, pluribus inter se officiis declaratus, quæ Paulinus recenset, sicut & præclara mira-  
 cula ibidem Apostolis digna edita. Permansit ibi Ambrosius, vt putatur, vsque ad reditum  
 Mediolanum, nempe ad biennium: constat enim eodem auctore Paulino, Mediolanum  
 non ante reuersum, quam sub Consulatu Arcadij tertio atque Honorij secundo, quo anno  
 Theodosius in Italiam descendit aduersus Eugenium.

Ceterum etsi Florentia recessit Ambrosius corpore, tamen virtute iugiter mansit: cu-  
 ius quidem rei certum exhibuit experimentum, tum quod S. Zenobius testatus est, se  
 mirando quodam modo, absente illo licet, vidisse tamen Ambrosij speciem ipsum in  
 omnibus reddentem quasi orantem in basilica Ambrosiana; tum etiam cum post obi-  
 tum præsto illi ciuitati fuit aduersus ducenta millia barbarorum, dum obsidione cinge-  
 retur à Rege Radagaiso. At de his pluribus inferius tomo quinto acturi sumus. Sed ad  
 Euge-

<sup>a</sup> 1. Mach. 4.  
 ARGVMENTVM  
 AB EX-  
 EMPLO.

AMBROSII  
 PROPIETA-  
 TE CERTA-  
 MEN.

<sup>b</sup> Rom. 15.

AMBROSII  
 QVOD FLO-  
 RENTIAE.

CONTRA-  
RIA STUDIA  
THEODOSII  
ET EUGENII

Eugenium revertamur. Falsa ipse spe illectus oraculorum ac diuinationum Gentilium, nihil non indulsit, quod iudem pro restituendo collapsio cultu deorum postulassent: usque parare se cepit praesidiis ad resistendum Theodosio, si armis decernere haberet in animo: hisque munimentis stabiliendum sibi curauit Imperium, homo alioqui Christianitatis ferens imaginem. Cum e contra Theodosius, semel atque iterum expertus, nihil aded ac pietatem erga Deum ad barbaros ac tyrannos debellandos conducere, nihil antiquius habuit, quam diuinum auxilium quibus valeret officiis demerere, conciliareque piis legibus diuinum numen, quod sacrilegis rescriptis ab Eugenio sciret offensum. Quod igitur magno animi dolore cognouisset, Eugenij concessione restitui in Romano Capitolio aram Victoriae, occlusa diu referari Gentilium templa, fumare Urbem nidore detestabilium sacrificiorum, oracula consuli, extaque inspicere animalium: quod tamen sibi non adhuc integrum esset, his malis occurrere, quibus valuit modis, contrariis legibus repugnare nisus, hanc aduersus idolorum cultores edidit sanctionem:

1. 12. de Pa-  
ga. C. Theod.

THEODOSII  
RESCRI-  
PTVM AD-  
VERSVM  
GENTILIVM  
CVLTVM.

Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfunctus, siue potens forte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla vrbe, sensu carentibus simulacris, vel infontem victimam cadat, vel secretiore piaculo larem, ignem, erogenium, penates nidore veneratus, accendat lumina, imponat thura, ferta suspendat. Quod si quispiam immolare hostiam sacrificaturus audebit, aut spirantia exta consulere: ad exemplum maiestatis reus, licita cunctis accusatione delatus, excipiat sententiam competentem, etiam si nihil contra salutem Principum aut de salute quaesierit. Sufficit enim ad criminis molem, naturae ipsius leges velle rescindere, illicita perferuari, occulta recludere, interdicta tentare, finem quaerere salutis alienae, spem alieni interitus polliceri. Si quis vero mortali opere facta & aeuum passura simulacra, imposito thure, venerabitur, ac ridiculo exemplo metuens, subitoque ipse vel redimita vittis arbore, vel erecta effosis ara caespitibus, vanas imagines humiliore licet muneris praemio, tamen plena religionis iniuria honorare tentauerit: is utpote violatae religionis reus, ea domo, seu possessione multabitur, in qua eum Gentilicia constiterit superstitione famulatum. Namque omnia loca, quae thuris confiterit vapore fumasse (si tamen ea in iure fuisse thurificantium probabuntur) Fisco nostro associanda censemus. Sin vero in templis, fanisve publicis, aut in aedibus, agrisve alienis tale quispiam sacrificandi genus exercere tentauerit: si ignorante Domino usurpata constiterit, viginti quinque libras auri multae nomine cogetur inferre: conniuentem vero huic sceleri par ac sacrificantem poena retinebit. Quod quidem ita per Iudices, ac Defensores, ac Curiales singularum urbium volumus custodiri, ut illico per hos comperta in iudicium deferantur, per illos delata plectantur. Si quid autem ij tegendum gratia, aut incuria praetermittendum esse crediderint: commotioni iudicariae subiacebunt. Illi vero moniti, si vindictam dissimulatione distulerint, triginta librarum auri dispendio multabuntur. Officiis quoque eorum damno parili subiugandis. Dat. vi. Idus Nouembris, Constantinopoli, Arcadio Aug. 11. & Rufino Coss.] Hi sunt primi Theodosij ad futurum bellum apparatus ex religione comparati.

bl. 11. de hae-  
Cod. Theod.

QVID THEO-  
DOSIUS AD-  
VERSVS HAE-  
RETICOS:  
\*conniuentia

At nec id satis, sibi subiectum Imperium ab idololatriae sordibus expurgare: sed & Christianam religionem conatus est ab haeresum inquinamento liberam reddere. quamobrem hoc ipso anno aduersus haereticos ita rescripsit:

In haereticis erroribus quoscumque constiterit vel ordinasse clericos, vel suscepisse officium clericorum, denis libris auri viritum multandos esse censemus: locum sane in E quo vetita tentantur, si cohibentia domini patuerit, Fisci nostri iuribus aggregari. Quod si id possessorem (quippe clanculum gestum) ignorasse constiterit: conductorem eius fundi, si ingenuus est, decem auri libras Fisco nostro inferre praecipimus: si seruili faece descendens, paupertate sui poenam damni ac vitilitate contemnit, caesus fustibus, deportatione damnabitur. Tum illud specialiter praecauemus: ut si villa dominica fuerit, seu cuiuslibet publici iuris, & conductor & procurator licentiam dederit colligendi; denis libris auri, proposita condemnatione multentur. Verum si quos talibus reperitis obsecundare mysteris, ac sibi usurpare nomina clericorum, iam nunc proditum fuerit, denas libras auri exigi singulos & inferre praecipimus. Dat. xv. Kalend. Iulij, Constantinopoli, Arcadio Aug. 11. & Rufino Coss.] meminit huius legis sanctus Augustinus in epistola ad Bonifacium: Qua, inquit, Theodosius piissimae memoriae promulgauit, ut quis-

\*Aug. epist. 30

A quisquis haereticorum Episcopus vel clericus vbiliber esset inuentus, decem libris auri mulctetur, &c.] de eadem quoque mentionem habet scribens ad Ianuarium, necnon cum disputat aduersus Cresconium. Sunt haec Theodosij arma aduersus tyrannum hoc anno in sequens bellum disposita, quibus & haec post mensem elapsum aduersus eodem addidit:

\*Aug. epist. 68.  
\*Aug. contra  
Crescon. li. 3.  
\*cap. 47.  
\*l. 1. de his  
qui pro relig.  
contend.

Deportatione dignus est, qui nec generali lege admonitus, nec competenti sententia emendatus, & fidem Catholicam turbat & populum. Dat. xv. Kalend. Aug. Constantinopoli, Arcadio Aug. 11. & Rufino Coss.

Quod vero generali lege sancierat, occasione (vt diximus) Iouiniani & sociorum eius monachorum vagantium, ne in ciuitatibus monachi appareret, sed deserta loca peterent: quoniam haec in iniuriam & damnum conuertebantur etiam illorum qui pijs frugisque essent: emendans quae promulgauerat Theodosius, hoc anno ista rescripsit:

d) 1. 2. de mo-  
nach. Cod.  
Theod.

Monachos, quibus interdictae fuerant ciuitates, dum iudicariis aguntur iniuriis, in pristinum statum submota hac lege esse praecipimus. Antiquata siquidem nostrae clementiae iussione, liberos in oppidis largimur eis ingressus. Dat. xv. Kal. Maij, Constantinopoli, Arcadio A. 11. & Rufino Coss.] sed & de Paschalibus feriis ita ad Tatianum:

THEODO-  
SIVS REVO-  
CAT QVAE  
DE MONA-  
CHIS SCRIP-  
SERAT.

Actus omnes siue publici siue priuati diebus quindecim Paschalibus conquiescant. In his tamen & emancipandi & manumittendi cuncti licentiam habeant, & super his ante non prohibeantur. Dat. Kal. Ianuar. iisdem Coss.

Sed & idem Imp. Theodosius cum illibate conseruatum voluerit ius ecclesiarum, ne id fieret damno alterius cauit: quamobrem de his qui confugiunt ab eas, ista sancit:

\*l. 1. de his  
qui confug. ad  
eccles. Cod.  
Theod.

Publicos debitores, si confugiendum ad ecclesias crediderint, aut illico extrahi de latere oportebit, aut pro his ipsos, qui eos occultare probantur, Episcopus exigi. Sciat igitur praecellens auctoritas tua, neminem debitorum posthac a clericis defendendum; aut per eos, eius quem defendendum esse crediderint, debitum esse soluendum. Dat. xv. Kal. Nouembr. Constantinopoli, Arcadio Aug. 11. & Rufino Coss.] haec plane ipsa lex est, cuius vigore compulsum aliquando S. Augustinus persolvere quod debebat qui confugerat ad ecclesiam, pro eius debiti dissolutione de collecta facienda in populo litteras dedit, ex quibus ista describimus:

DE EUGENI-  
TIBVS AD  
ECCLESIAM  
DEBITORI-  
BVS.

Cum frater noster Fastius debito decem & septem solidorum ab oppignoratoribus vgeretur, vt redderet: quod ad praesens vnde explicaret se, non inueniebat; ne corporalem pateretur iniuriam, ad auxilium sanctae Ecclesiae conuolauit: illi etiam exactores cum proficisci cogerentur, & ided dilationem dare non possent, grauissimis me querelis onerauerunt, ita vt eis illum traderem; aut quod sibi deberi ostendebant, vnde acciperent, prouiderem. Cumque obtulissem Fastio, vt vestram sanctitatem de necessitatibus eius alloquerer; pudore deterritus, ne facerem, deprecatus est. Ita ego maiore necessitate coarctatus, a fratre nostro Macedonio decem & septem solidos accepi, quos in causam eius continuo dedi, promittente illo quod ad certum diem cum eis reddendis posset occurrere, & consentiente, vt si non posset occurrere, sermo de illo fieret ad vestram misericordiam, quam fraternam fratribus exhibere consueuistis. Nunc ergo, quoniam absens est, restat vt subueniatis, non illi quem compellat absentem, sed pollicitationi meae, cuius existimatio vobis semper est praesens. Iam enim dies, ad quem se promiserat occurrere, transactus est; & ego ei qui solidos suos fidei meae commisit, quid respondeam, non inuenio, nisi vt faciam quod me facturum esse promisi. Sed quoniam non sum de

\*Aug. epist. 215.

AUGUSTINVS  
PRO DEBITO-  
RE SE  
OBLIGAT.

hac re commonitus, vt die Pentecostes, quando aderat maior vestra frequentia, sermonem inde facerem: peto vt has litteras pro lingua mea praesente habere dignemini, admonente vos & exhortante in cordibus vestris Deo & Domino nostro, cui credidistis.] & paulo post: Quoniam ergo domesticus fidei est, Christianus fidelis, Catholicus frater noster, pro cuius supplenda necessitate vos peto vt faciatis quod Dominus imperat; sine tristitia, sine murmuratione, & cum letitia, & hilaritate facite.] & in fine: Scripsi eis etiam presbyteris, vt si quid minus fuerit post collationem sanctitatis vestrae, compleant ex eo quod habet Ecclesia, dum tamen vos secundum quod placet hilariter offeratis: quia siue de vestro, siue de Ecclesia datur, omnia Dei sunt, & deuotio vestra dulcior erit thesauris Ecclesiae, &c.] haec Augustinus, quae occasione legis editae, & ad insinuandum usum collectarum (de quo multa suo loco superius) recensuisse non piguit.

COLLECTA  
INDICTVR  
AB AVGV-  
STINO.

Quod rursus ad S. Augustinum pertinet: hoc ipso anno, publica disputatione con-

DISPUTATIO AVGVSTINICONTRA FORTVNATVM. Aug. contra Fortunat. Possid. Vit. 8. Aug. 1. c. 6.

tulit cum Fortunato veteroso hæretico Manichæo Hippono regio, spectante & audien- te populo, excipientibus eam Notariis. Extant ipsa Acta eiusmodi exordio scripta: Quinto Kalendas Septembris, Arcadio Aug. bis, & Ruffino viris clarissimis Consulibus, habita disputatio aduersus Fortunatum Manichæorum presbyterum in vrbe Hipponensium regionum in balneis Sosij sub præsentia populi. Augustinus dixit, &c.] Huius autem congressus occasionem Possidius ita describit: Sanè tuac in illa Hipponensi vrbe Manichæorum pestilentia quamplurimos ciues & peregrinos infecerat & penetrauerat, seducente & decipiente eiusdem hæretis quodam presbytero, nomine Fortunato, ibidem conuersante atque manente. Interea Hipponenses ciues, & peregrini Christiani, tam Catholici, quam etiam Donatistæ, adeunt Augustinum presbyterum, atque deposcunt, vt illum hominem Manichæorum presbyterum, quem doctum credebant, videret, & cum eodem de lege tractaret. Quod idem ( vt scriptum est ) paratus ad responsionem omni poscenti se rationem de fide & spe quæ in Deum est, potensque exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere, minimè renuit: sed vtrum etiam hoc Fortunatus fieri vellet, sciscitatus est. At illi confestim ad ipsum Fortunatum id detulerunt, petentes & exhortantes & flagitantes quod id minimè recusaret.

Sanè quoniam idem Fortunatus iam apud Carthaginem sanctum nouerat Augustinum adhuc in eodem secum errore constitutum, cum eodem congredi pautabat. Verum tamen suorum maximè instantia coactus ac verecundatus, promisit cominus se esse venturum, certamenque disputandi subiturum. Vnde condito die & loco, conuenerunt in vnum, concurrentibus quamplurimis viris studiosis, turbisque curiosis: & apertis Notariorum tabulis disputatio est cœpta primo, & secundo finita est die. In qua ille Manichæus præceptor ( vt Gestorum continet fides ) nec Catholicam assertionem potuit euacuare, nec Manichæorum sectam, subnixa veritate, valuit comprobare: sed deficienti responsione, vltimo collaturum se cum suis maioribus ea quæ refellere non potuit, profecutus est: & si sibi fortè de his satis minimè fecissent, suæ animæ consulturum. Atque ita ab omnibus, apud quos magnus & doctus videbatur, nihil valuisse in suæ sectæ assertionem iudicatus est. Qua ille confusione affectus, & sequenti tempore de Hipponensi ciuitate profectus, ad eandem amplius non remeavit. Ac sic per memoratum Dei hominem omnium cordibus, vel qui aderant, vel qui absentes illa quæ gesta sunt cognouerant, error ille ablatus, Catholica est intimata ac retenta sincera religio.] hæc Possidius.

Fuisse autem hæc nouissima verba Fortunati, cum ab Augustino aded arctatus esset, vt effugium prorsus nullum illi pateret, Acta docent: Fortunatus dixit: Sine præiudicio professionis meæ dixerim. Illa quæ à te opponuntur, cum retracta uero meis cum maioribus: sin minus responderint interrogationi huic meæ, quæ similiter à te nunc mihi offertur, erit in mea contemplatione: quia & ego animam meam cupio certa fide liberari, & venire ad huius rei inquisitionem, quæ à te mihi offertur, & ostensurum te polliceris. Augustinus dixit: Deo gratias.] hic finis illius disputationis habitæ de origine mali, super quam totus cardo Manichææ hæresis vertebatur. Scripsit autem post hæc idem Augustinus duos libros de Genesi ad litteram contra eosdem Manichæos, necnon aduersus disputationes Adimanti Manetis discipuli. hæc verò omnia cum adhuc presbyter esset (vt ipse testatur) contra Manichæos, quibus Africa abundabat, Augustinus conscripsit.

Quod autem ad Fortunatum ab Augustino victum spectat: cum inde recessisset, E numquam rediit, sed à Manichæis missus est eius successor Hipponem, quem idem sanctus Augustinus insectatus est, epistola ad eum scripta (non enim hæreticum hominem alloqui dignatus est) vbi inter alia hæc ad finem habet: Itaque denunciatio tibi in nomine Christi, vt si paratus es, solue quæstionem in qua defecit præcessor tuus Fortunatus, & ita hinc ierat, vt non rediret, nisi cum suis disputatione collata, inueniret quid contra respondere posset, disputans cum fratribus. Si autem ad hoc non es paratus: discede hinc, & noli peruertere vias Domini, & illaqueare & venenis inficere animas infirmas: ne adiuvante dextera Domini nostri, quo modo non putaueras, erubescas.] hæc Augustinus ad successorem Fortunati.

Quod verò Ecclesia Africana magnopere infestaretur à Donatistis antiquis schismaticis, Catholicæ Ecclesiæ perduellibus: Augustinus miseratus in primis imperitam incautamque

HYPERATR FORTVNATVS AD AVGVSTINO.

FORTVNATVS AD SVOS VICTVS ABIT

Aug. retract. lib. 1. cap. 18. Aug. eod. lib. cap. 22.

SUCCESSOR FORTVNATI. Aug. epist. 244

A cautamque plebeculam vbique deceptam, eidem ignorantæ errore seductæ in primis opem ferendam putauit: sed quoniam consilio, ipsum audi: Volens, inquit, etiam causam Donatistarum ad ipsius humillimi vulgi & omnino imperitorum atque idiotarum noticiam peruenire, & eorum quantum fieri posset per nos inherere memoria: psalmum qui eis cantaretur, per Latinas litteras feci, sed vsque ad V, litteram; tales enim Abecedarios appellant, &c.] extat ipse psalmus, cui illud præfixum exordium:

Omnès qui gaudetis de pace; modò verum iudicate.] idemque versus sæpius ponitur repetendus in psalmo, quo schismatis in primis origo cantatur; sed & diluuntur calumnias à Donatistis Catholicis illatæ: verum & demonstrantur ipsi extra Ecclesiam vagari, extra quam nullam penitus fas sit salutem sperare: aperteque docetur, eos qui non iunguntur cathedræ Petri, in Ecclesia esse non posse: quod his versibus

B occini voluit: Scitis, Catholica quid sit, & quid præfixum à vire. ] & post aliqua aduersus Donatistas præferentes formam sanctitatis, ista subdit:

Sed quid illi prodest forma, si non viuunt de radice? Venite fratres, si vultis, vt inseramini in vite. Dolor est; cum vos videmus præciosos ita iacere. Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede. Et in ordine illo Patrum quos cui successit, videte. Ipsa est petra, quam non vincunt superba inferorum portæ, &c.]

edidit quoque egregium commentarium aduersus Donati epistolam: illa enim cum præ manibus ferme omnium haberetur, magnum inferebat ipsam legentibus detrimentum. parauit igitur ipse veneno antidotum, cum eam contrariis scriptis exagitauit: sed hæc elucubratio hæcenus desideratur. At si scire cupis reliquos commentarios ab eo editos vsque ad sequentem post annum, quo creatus est Episcopus: ipse docet: nimirum duo volumina de sermone Domini in monte: differuit & super Pauli epistolam ad Romanos; necnon postea elaborauit expositionem eiusdem Pauli epistolæ ad Galatas, & de diuersis quæstionibus prolixum opus, commentarium de Mendacio, ac tractationem de Fide & Symbolo, de quâ dicemus anno sequenti.

Sed est, vt & S. Hieronymi lucubrations singulas in hunc vsque annum decimumquartum Theodosij Imperatoris editas perfacile enumeres, si quæ ad finem habet in commentario de Scriptoribus Ecclesiasticis, legas. Scripsit illum ad Dexterum V. C. quem Præfectura Prætorij decoratum fuisse, ipse tradit in Apologia contra Rufinum, dum ait: Ante annos ferme decem, cum Dexter amicus meus, qui Præfecturam administrauit Prætorij, me rogasset, vt auctorum nostræ religionis ei indicem texerem, inter ceteros tractatores, &c.] scripserat ante idem Dexter ad ipsum Hieronymum historiam: quod ipse testatur his verbis: Dexter Paciani, de quo supra dixi, filius, clarus apud seculum, & Christi fidei deditus, fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi.] sed ea dispendio quoque nostro perit. Meminit eiusdem commentarij Marcellinus in Chronico, traditque ab eo recensitos viros illustres centum trigintaquinque, eorumdemque descripta volumina: quæ sic accipias, vt Christianæ religionis scriptorum editos commentarios enumerarit aduersus Celsum, Porphyrium, & Iulianum, qui Christianos omnes imperitiæ arguebat.

Nam cum præfatur ad Dexterum, hæc inter alia: Discant, inquit, Celsus, Porphyrius, Iulianus, rabidi aduersus Christum canes; discant eorum sectatores, qui putant Ecclesiam nullos philosophos & eloquentes, nullos habuisse doctores, quanti & quales viri eam fundauerint, extruxerint, & ornauerint, & desinant fidem nostram rusticæ tantum simplicitatis arguere, suamque potius imperitiam agnoscant.] ita ibi. Accidit planè miraculum illud propheticum ore catus: Tu dirupisti fontes & torrentes, tu siccasti fluuios Etham.] nam idem Hieronymus alibi: Quotusquisque nunc Aristotelem legit? Quanti Platonis vellibros nouere vel nomen? Vix in angulis otiosi eos senes recolunt. Rusticanos verò & piscatores nostros totus Orbis loquitur, vniuersus mundus sonat.] sed quod ad ipsum catalogum spectat, ipse excusat quod vltimo loco sua quoque in eo scripta posuerit, ad Desiderium ita scribens: Post catalogum plurimorum, me quoque in calce voluminis, quasi abortiuum, & minimum omnium Christianorum, posui.] Peruenisse eundem librum in Africam sine titulo, sanctus Augustinus

QVID AVGVSTINVS IN DONATISTAS. Aug. Retract. lib. 1. c. 20. Aug. 3 sal. cõtra Donatist. VBI FIDES CATHOLICA

Aug. Retract. lib. 1. lib. c. 2.

Aug. eod. lib. 1. cap. 9. Eod. lib. 1. cap. 23. 24. 26. 27

S. HIERONYMVS SCRIPTA VSQUE IN HVNC ANNUM. Hier. Apolog. aduers. Ruffin.

Hieron. de script. Eccles.

VIRI DOCTISSIMI IN ECCLESIA SEMPER FLORVERE.

Psal. 73. Hier. pref. in lib. 3. comment. ad Gal.

Hier. epist. 154.

*\* Aug. epist. 9.* finus ad S. Hieronymum scripsit, eumque prodi rogauit: sed & aliquid amplius desideratum ab ipso, nempe ut eum adnumerat hæreticos inter Scriptores Ecclesiasticos, in quibus cauendi essent, ipse admonuisset, significauit; quod ut alio libello præstaret, vehementer rogauit: insuper quoddam optime senserit Augustinus aliquot ab eo prætermisissos scriptores Ecclesiasticos, quo id consilio sit factum exquisiuit. Hæc recensuisse volumus, ne suspecta sit fides auctoris alicuius, qui non reperitur in eodem catalogo scriptus: nam multos prætermisissos esse, Augustinus probè cognouit.

Sed & miramur, cur ipse cum lucubrations omnes à se editas vsque ad præsentem annum Imperij Theodosij decimumquartum recensere se dicat, ex eis tamen aliquas numerare prætermiserit, nempe commentarios in Pauli epistolam ad Ephesios, quos se testatur scripsisse paulo postquam Alexandria recessisset, quo profectum vidimus statim ut Roma rediit Hierosolymam: nisi quis velit, illud quod ibi, nuper, ait, ultra septennium complecti temporis spatium. Insuper ad Pammachium scribens paulo post misit eum ad Apologeticum (quem ante hoc tempus se scripsisse testatur in eodem commentario de Viris illustribus) Libros, inquit, sexdecim Prophetarum, quos in Latinum de Hebræo sermone verti, si legeris, & delectari te hoc opere comperero; prouocabis nos, etiam cetera clausa armario non tenere. Transuli nuper Iob in linguam nostram: cuius exemplar à S. Marcella consobrina tua poteris mutuare. ] & paulo post: Miseram quædam *ἡ ἱεροσολυμαῖος* in Prophetas duodecim sancto patri Domnioni, Samuelem quoque & Malachim, id est, quatuor Regum libros. quæ si legere uolueris; probabis quantæ difficultatis sit diuinam Scripturam & maximè Prophetas intelligere, & interpretum vitio, quæ apud suos purissimo cursu orationis labuntur, apud nos scaterè vitis. ] hæc ipse, quæ ibi omissa sunt numerari: nec est ut quis putet ista claudi illa sententia, qua in fine dicit: Multa que alia de opere prophetali, quæ nunc habeo in manibus, & necdum expleta sunt. ] nam constat hæc ab illis fuisse diuersa, quæ ab ipso iam, ut ait, edita erant atque missa Romam. Quamobrem dici planè de eo posse videtur, quod iactari solet de valde abundante diuitiis homine: adeò prædiues fuit, ut numerum nescierit diuitiarum suarum.

*\* Hieron. de Script. Eccles.*

RELIQUA HIERON. SCRIPTA HOC TRIENNIO. *\* Hier. pres. in comment. super Iohann.*

*\* Hieron. epist. 101.*

*\* Hier. epist. 61.*

SCRIPTA ADVERSUS IOANNEM EPISC. HIEROSOLYM.

Quod verò ait Hieronymus, se hoc anno, cum illa scriberet, multa habuisse in manibus de opere prophetali, planè alluisse visus est ad ea quæ ipse habet in epistola ad Chromatium Episcopum Aquileiensem his verbis: Triennium, inquit, circiter fluxit, postquam quinque Prophetas interpretatus sum, Michæam, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Aggaum, & alio opere detentus non potui implere quod cœperam. Scripsi enim librum de Illustribus viris, & aduersum Iouinianum duo volumina: Apologeticum quoque, & de optimo genere interpretandi ad Pammachium, & ad Nepotianum vel de Nepotiano libros duos. ] hæc ipse: & quod subdit: Et alia quæ enumerare longum est. ] hæc quidem vltima periodo visus est clausisse Hieronymus ea quæ dicit se habuisse præ manibus, sed nondum fuisse expleta, cum librum illum edidit.

Quod verò in dicta epistola de optimo genere interpretandi dicat, ante ferme biennium scriptam epistolam à S. Epiphano ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum arguente eum quorundam prauorum dogmatum: planè ad hunc ipsum annum ea Epiphani epistola esse referenda docetur. Insuper cum idem Hieronymus ad Pammachium scribens aduersus eiusdem Ioannis errores, in fine eius epistolæ testetur, iam ante ad ipsum Ioannem ab Epiphano epistolam fuisse scriptam, cumque cõstet eam dedisse Hieronymum ad Pammachium anno sequenti: planè necesse est affirmare, ante sequentem annum dictam Epiphani epistolam ad Ioannem datam, præsentem scilicet. Sed vnde, inquit, cõstat anno sequenti eam ad Pammachium à Hieronymo esse scriptam epistolam? ex eo nempe, quod in ea ipse meminit ingentis illius Solis deliquij, accidisseque ait ante paucos menses, quod quidem sequenti anno factum apparet, Consulibus Theodosio tertium & Abundantio.

Ex his igitur sic ordine temporum rectè disponuntur tum S. Epiphani, tum S. Hieronymi scripta illa, quibus magni momenti historia textitur: ut hoc anno data dicatur Epiphani epistola ad Ioannem, sequenti verò dictis Coss. eam aduersus eundem Ioannem à Hieronymo scriptam fuisse dicamus: post sequentem verò annum, qui est Domini trecentessimus nonagesimusquartus, Coss. Arcadio & Honorio, eam ab ipso Hieronymo ad Pammachium de optimo genere interpretandi epistolam conscriptam fuisse intelli-

**A** intelligamus. Sunt omnes eiusdem argumenti, nempe spectantes ad causam eiusdem Ioannis Hierosolymorum Episcopi. At quamam fuerint ista, & quæ hoc anno sanctus Epiphanius in eum obiecerit, quæve antea ipse Ioannes aduersus Epiphanium egerit, accuratè peruestigemus. Magni quidem ponderis historiam aggredimur, & perplexam difficultatibus multis, nisi recto temporis tramite dirigatur.

Iam superius de Ioanne aliqua contigit enarrari: ipsum nimirum ex monacho, sed secta Macedoniano, abdicata hæresi, ipse illectum Episcopatus, illo tandem potitum esse: postea verò Origenis errorum se patronum exhibuisse, atque Origenistarum factorem, eamque ob causam aded infensum fuisse illi aduersantibus SS. Epiphano, Hieronymo; atque Theophylo Episcopo Alexandrino, ut nullam prætermiserit occasionem eiusdem molestiam negotiumque facessendi. At quamquam diu quæstam arripuit ille occasionem contra Epiphanium agendi, cuius rei causa prouocatus est ad ipsum eam dare epistolam, primo loco dicendum est. Refert ipsam idem Epiphanius in dicta epistola, sed primum ista præfatur: Oportebat nos, dilectissime, clericatus honore non abuti in superbiam, sed custodia mandatorum Dei & obseruatione diligentissima hoc esse quod dicimus. ] & paulo post: Nihil tibi nocuimus, nihil iniuriæ fecimus, nec quicquam violentè extorsimus. In monasterio fratrum, & fratrum peregrinorum, qui prouinciæ nihil tuæ deberent, & propter nostram paruitatem, & litteras, quas ad eos crebro direximus, communionis quoque tuæ cœperunt habere discordiam, ne viderentur quadam duritia & conscientia nostra antiquæ fidei ab Ecclesia separari, ordinauimus diaconum, & postquam ministravit, rursum presbyterum: super quo debueras gratulari, intelligens quod ob Dei timorem hoc sumus facere compulsi: maximè cum nulla sit diuersitas in sacerdotio Dei, & ubi vtilitati Ecclesiæ prouideatur. Nam etsi singuli Ecclesiarum Episcopi habent sub se Ecclesias, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram extenditur: tamen præponitur omnibus charitas Christi, in qua nulla simulatio est: nec considerandum quid factum sit, sed quo tempore, & quo modo, & in quibus, & quare factum sit. ] fuit enim tunc ab Epiphano ordinatus frater S. Hieronymi, Pauliniani nomine, de quo idem Hieronymus istæ ipsa reficiens ad Pammachium scripsit:

**B** Sed pergit cœptam semel narrationem Epiphanius: Cum enim vidissem, quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio consisteret, & sancti presbyteri Hieronymus & Vincentius propter verècundiam & humilitatem nolent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerij, quæ Christianorum præcipua salus est: inuenire autem & comprehendere seruum Dei non posses, qui te, eo quod graue onus sacerdotij nollet suscipere, sæpe fugiebat; sed nec alius quis Episcoporum facillè eum reperiret: vnde & satis miratus sum, quo modo dispensatione Dei ad nos venerit cum diaconis monasterij & ceteris fratribus, ut mihi satisfaceret, quia nescio quid aduersus eos habebam tristitiæ. Cum igitur celebraretur collecta in ecclesia villæ, quæ est iuxta monasterium nostrum: ignorantem eum, & nullam penitus habentem suspitionem, per multos diaconos apprehendi iussimus, & tenui os eius, ne forte liberari se cupiens, adiuraret nos per nomen Christi: & primum diaconum ordinauimus, proponentes ei timorem Dei, & compellentem vt ministraret, valde quippe obnitebatur, indignum se esse contestans. Vix ergo compulimus eum, & persuadere potuimus testimoniis Scripturarum, & propositione mandatorum Dei. Et cum ministraret in sanctis sacrificiis, rursus eum, ingenti difficultate tentò ore eius, ordinauimus presbyterum, & iisdem verbis quibus antea suaferamus, impulimus vt sederet in ordine presbyterij. Post hæc scripsimus ad sanctos presbyteros monasterij & ceteros fratres, & increpauimus eos, quare non scripsissent super eo, cum ante annum multos eorum queri audissem, eum non haberent qui sibi Domini sacramenta conficerent, & illum omnes suo poscerent testimonio, & grandem vtilitatem in commune monasterij testarentur, quare tunc reperta opportunitate non scripsissent nobis, neque super ordinatione eius aliquid poposcissent.

**C** Hæc ita acta sunt, ut locutus sum, in charitate Christi, quam te erga paruitatem nostram habere credebam: quamquam in monasterio ordinauerim, & non in parochia quæ tibi subiecta sit. O vere benedicta Episcoporum Cypri mansuetudo & bonitas, & nostra rusticitas sensu tuo & arbitrato digna misericordia Dei. Nam multi Episcopi communionis nostræ & presbyteros in nostra ordinauerunt prouincia, quos nos comprehendere non

**E**

*Annal. Eccl. Tom. 4.* Kkk 3 non

CAUSA IOANNIS EPISC. HIEROSOLYM. *\* Hieron. epist. 61. 62.*

*Apud Hier. Epist. 60.*

NECESSITAS ORDINATIONIS DIACONORUM.

*\* Hier. epist. 61.*

VIOLENTA ORDINATIO.

EPIPHANII EXCENSATIO.



non potueramus, & miserunt ad nos diaconos & hypodiatonos, quos suscepimus cum gratia. Et ipse cohortatus sum beatæ memoriæ Philonem Episcopum, & sanctum Theoprobium, ut in ecclesiis Cypri, quæ iuxta se erant, ad meam autem parochiam videbantur Ecclesiam pertinere, eo quod grandis esset, & latè patens prouincia, ordinarent presbyteros, & Christi Ecclesiæ prouiderent. ] hæc de prætensa causa rixarum Epiphanius, cum re vera ob hæresum Origenis patrociniū Ioannes iracundia accenderetur.

IOANNES IN MONASTERO SANCTUM VIRUM PRIMO DIACONUM, DEINDE PRESBYTERUM, MAXIMAS IOANNES ADVERSUS EUM TURBAS CONCITAVIT: CUM TAMEN SIQUID PERPERAM GESTUM ESSET, EPISCOPUS CÆSARÆ MARITIMÆ, QUÆ METROPOLIS TOTIUS PALÆSTINÆ ERAT (VT HIERONYMUS POSTEA SCRIPSIT) EXPOSTULARE DEBUISSET. SED EXCUSANDUS FUIT EPIPHANIUS EX CAUSA NUPER RELATA, & EX CONSUETUDINE ECCLESiarUM CYPRI: VERUM ETIÀ DELIQUISSSET; TANTO TAMEN VIRO CONDONANDUM UTIQUE FUISSSET, QUEM ETIÀ (VT IDEM TESTATUR S. HIERONYMUS) VALENS ACERBISSIMUS PERSECUTOR, CUM ALIOS EXAGITARET CATHOLICOS EPISCOPOS, OB INSIGNEM MERITORUM EXCELLENTIAM NON RETIGERAT.

Quod ergo etiam non sub Ioannis parochia, in Palæstina tamen Epiphanius ordinasset in monasterio sanctum virum primo diaconum, deinde presbyterum, maximas Ioannes aduersus eum turbas concitauit: cum tamen siquid perperam gestum esset, Episcopus Cæsaræ maritimæ, quæ metropolis totius Palæstinae erat (vt Hieronymus postea scripsit) expostulare debuisset. Sed excusandus fuit Epiphanius ex causa nuper relata, & ex consuetudine Ecclesiarum Cypri: verum etiam deliquisset; tanto tamen viro condonandum utique fuisset, quem etiam (vt idem testatur S. Hieronymus) Valens acerbissimus persecutor, cum alios exagitaret Catholicos Episcopos, ob insignem meritorum excellentiam non tetigerat.

Sed quàm excaudit Ioannes ea de causa in Epiphanium, audi quid Epiphanius ipse dicat: Audiui, inquit, quod timeas contra nos, & irascaris, & miniteris scribere in extremos fines terræ, vt loca prouinciasque non nominem. ] sed aliam quoque prætexebat Ioannes Episcopus causam irarum in Epiphanium, quam subdit, sic dicens: Qui vt tristitias & rixas inter fratres concitent, te quoque turbauerunt, & dixerunt, quod in oratione, quando offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dicere: Domine, præsta Ioanni, vt rectè credat. Noli nos in tantum putare rusticos, vt hoc tam aperte dicere potuerimus. Quamquam enim hoc in corde meo semper orem: tamen, vt simpliciter fatear, nunquam in alienas aures protuli, ne te viderer parvipendere, dilectissime. Quando autem complemuis orationem, secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus & pro te quoque dicimus: Custodi illum, qui prædicat veritatem. Vel certè ita: Tu præsta, Domine, & custodi, vt ille verbum prædicet veritatis: sicut occasio sermonis se tulerit, & habuerit oratio consequentiam. ] hæc ipse: sed prætextus ipanes erant hi. Verum indignationis Ioannis in Epiphanium illa potissimum causa præcesserat, quod eum coram redarguerat hæresum Origenis, monueratque ab illis recederet. nam idem in eadem epistola ista subdit.

ALIA IOANNIS QUÆ RELATA. Hic. epist. 60

Quapropter obsecro te, dilectissime, & aduolutus pedibus tuis precor, præsta mihi & tibi, vt salueris (sicut scriptum est) à generatione peruersa, & recede ab hæresi Origenis, & à cunctis hæresibus, dilectissime. Video enim, quod propter hanc causam omnis vestra indignatio concitata sit, quod dixerim vobis: Arii patrem, Origenem scilicet, & aliarum hæreseon radicem & parentem laudare non debetis. Et cum vos rogarem, ne ita erraretis, & monerem; contradixistis, & me ad tristitiam atque lacrymas adduxistis, non solum autem me, sed & alios plurimos Catholicos, qui intererant. Inde, vt intelligo, hæc est omnis indignatio, & iste furor, & idcirco comminamini, quod mittatis aduersus me epistolas, vt huc illucque sermo vester discurrat: & propter defensionem hæreseos, aduersum me odia suscitantes, rumpitis charitatem, quam in vos habuimus, in tantum, vt feceritis nos etiam poenitentiam agere, quare vobis communicauerimus ita: Origenis errores & dogmata defendentibus. ] subiicit his admonitionem de erroribus Origenis: ac demum de Palladio illa ingerit, quæ superius recensuimus, ipsum videlicet prædicare Origenis errores. Quæ verò insuper ab aliis aduersus ipsum Epiphanium querelæ ferrentur, istdem litteris ita conscribitur.

ARGVIT EPIPHANIUS IOANNEM HÆRESVM ORIGENIS.

Præterea audiui quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, vt ibi collectam tecum ex more Ecclesiastico facerem, & venissem ad villam, quæ dicitur Anablatha, vidissemque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogassem qui locus esset, didicissemque esse ecclesiam, & intrassem vt orarem: inueni ibi velum pendens in foribus eiusdem ecclesiæ, tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam: non enim satis memini, cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem in ecclesia Christi, contra auctoritatem Scripturarum, hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, vt pauperem mortuum eo obuoluerent & efferrent, illique contra murmurantes dixerunt: Si scindere voluerat, iustum erat vt aliud daret velum, atque mutaret.

Hic. epist. 60

DE CONSPECTU AB EPIPHANIO VELO.

Quod

A Quod cum audissem, me daturum esse pollicitus sum, & illico esse missurum. Paululum autem morarum fuit in medio, dum quæro optimum velum pro eo mittere: arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem misi quod potui reperire, & precor vt iubeas presbyteros eiusdem loci suscipere velum à latore, quod à nobis missum est, & deinceps præcipere, in ecclesia Christi istiusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere sollicitudinem, vt scrupulositate tollat, quæ indigna est ecclesia Christi, & populis qui tibi crediti sunt. ] hæc de velo picto auctor, qui dicitur Epiphanius ad Ioannem.

Video videor, pie lector, te inter legendum contrahere supercilia, signumque displicentia præferre; moxque è controuersis Epiphani cum Ioanne, ad Iconoclastarum transfisse certamen: sed non relinquam solum, sequar te, & pro animi tui sententia in loci huius discussione, in quem velut in syrtes quasdam incurrit oratio, aliquantulum immorabor. Atque primum quæ alias de aliis Epiphani scriptis ab Iconoclastis aduersus cultum sacrarum imaginum allata fuerint, & cuius ea fidei habita sint, est hic declarandum; inde verò de recitato huius epistolæ textu fiet exacta discussio, ac fidelis in omnibus disquisitio. Vindicandus nobis omnino est sanctissimus Pater ab Iconoclastarum erroribus, quibus illi scripta ipsius calumniosissime conspersere.

DE LOCO EPISTOLÆ EPIPHANI CONTRA ICONOCLASTAS.

In Nicæno enim posteriori Concilio è libello Gregorij Iconoclastæ hæc ex Epiphano aduersus sacrarum venerationem imaginum sunt allata: Epiphanius Cyprius inter anathemas præclarus sic inquit: Attendite vobis, vt seruetis traditiones, quas accepistis, ne declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram, quibus infert hæc: Estote memores, dilectissimi filij, ne in ecclesiam imagines inferatis, neque in sanctorum cœmeteris eas statuatis, sed perpetuo circumfertè Deum in cordibus vestris. Quinetiam neque in domo communi tolerentur, &c. ] sed adulerina spuriaque eiusmodi fuisse scripta, tanti Patris nomine ab aduersariis decorata, responsum est ab Epiphani defensore, hisce potissimum signis; quod cum idem Epiphanius omnes scriptis suis exagitet hæreses; si hæresin putasset imagines venerari, utique eandem (vt par erat) sicut alias, styli acuminè ferisset: cum certum sit ex iis quæ superius dicta sunt, viguisse Constantini tempore, sicut antea & postea, in Oriente & Occidente in Ecclesia Catholica cultum sacrarum imaginum. Rursus verò à maioribus eadem scripta vt Epiphani germana minimè fuisse cognita, idem defensor docet his verbis: Beatus Pater Epiphanius temporibus Arcadij & Theodosij floruit: ab eo igitur tempore ad hanc hæresin vsque, anni sunt quadringenti: & tamen libros illos contra imagines nemo Christianorum præter istos nouitatis magistros recepit. Quod si tanto tempore in Ecclesia non sunt recepti, quamobrem nunc à nobis recipi debent? ]

NOMINE EPIPHANI SCRIPTA SVPOSITA. Concil. Nic. 2. Act. 6. edit. 1707.

Quoniam insuper ab iconoclastis eiusdem Patris citabatur epistola ad Theodosium Imperatorem: quid ea contineretur de cultu sacrarum imaginum, idem defensor sic recitat: Afferunt quidam istorum epistolam, veluti scriptam à beato Epiphano Cypriorum Præsule ad Theodosium Imperatorem. nos eam in manibus sumentes, & diligenter & minimè defunctorie legentes, inuenimus circa finem epistolæ eiusmodi emphasin: Sæpe cum ministris meis de imaginum ablatione egi: sed ab iis non receptus sum, neque vel in paucis vocem meam audire sustulerunt. ] subdit idem defensor, ad hæc confutanda, sanctorum Patrum vsu & auctoritatem, qui eodem cum Epiphano sæculo vixere, omnesque assertores eiusdem imaginum cultus, quos recensere breuitatis causa præterimus. Sed ad imposturam istam manifestius aperendam considera, quàm repugnant inter se inuicem, Epiphanium in aliena diœcesi (vt vidimus ex eius epistola ad Ioannem) euertisse cultum sacrarum imaginum, vnam ex eis manibus conscindendo; & ipsam eadem præstandi in sua diœcesi minimè tantum virium habuisse, præsertim cum in ea insula primariam sedem teneret, & sub se positos Episcopos ad eò sibi coniunctos & obsequentes haberet; quorum & tanta erga eum reuerentia esset, vt quicquid ipse decerneret, veluti cælitus demissum oraculum ab omnibus haberetur.

IMPROBATA A S. SYNODO QUÆ AB EPIPHANIO NOMINE SCRIPTA EDITA SVNT.

At demum ipsum in hoc suos sibi renitentes expertum esse: quo modo eius pertinax contradictor & oppugnator Ioannes Hierosolymorum Episcopus vna cum illis eius, in qua ea erat imago, ecclesiæ ministris in ipsum talia in aliena diœcesi præsumptam non continuo cum aliis simul obiecit; Cur quod displiceret sibi, & corrigeret in aliena ecclesia.

ARGVIT PERSECUTOR IMPOSTVRAM.

na ecclesia, hoc ipsum non præstaret in sua? Certè quidem magno id Epiphano cessisset. A dedecori, conscindere in aliena diocesi sacras imagines, qui easdem in omnibus Cypti ecclesiis esse pateretur: cum & illud Euangelicum in eum iure obiectari licuisset: Medice, cura te ipsum. Num, rogo te, modestia Ioannis Episcopi yndique occasionem captantis in eum dicendi vel faciendi, ea in ipsum oblicere prætermisisse potuit? Sentis, puto, lector, quam hæc sibi iniucem aduersentur, vt de impostura iam iudicium facias. Sanè quidem testificatione S. Ioannis Damasceni<sup>b</sup> constat ipsam S. Epiphaniij in Cypro ecclesiam sacris exornatam imaginibus vsque ad sua tempora perseverasse: qui & de alijs scriptis Epiphaniij nomine suppositis hæc habet: Scito, inquit, sermonem illum alterius cuiuspiam fictitium: qui, vt sæpe fit, sancti Epiphaniij abusus est nomine. ] ita ipse, eademque apud aduersarium Gregorij Iconoclastæ, Epiphaniij verò defensorem, item Epiphanium nominatum, inuenies, atque hæc ad postremum<sup>d</sup>: Sic igitur ista falsa scripta contra venerandas B imagines, dicuntur quidem à quibusdam Epiphaniij, non tamen sunt, vt demonstratum est. Nam & illius discipuli templum in Cypro, quod eiusdem Patris nomine, appellauerunt, ædificauerunt; & cum multis alijs picturis, illius quoque imaginem ibidem collocauerunt. Quod si autem ista tantopere venerandarum imaginum inspectionem fuisset execratus: quo modo in tantam audaciam illius discipuli erupissent, vt illi imaginem collocaret? Iudicate omnes qui auditis, & verum à falso discernite, quia editiones istæ non sunt beati istius Patris, sed potius Manichæi: quas veluti amara bile plenas fugiamus, &c.] equidem Manichæos magnorum virorum nomine supposita edere scripta consueuissent, superius pluribus demonstratum est.

Quod igitur ita de illis iudicauerit Patres, idemque de iisdem scriptis sensit Ioannes Damascenus, quæ iam ante innotuerant & plurimorum manibus circumferantur: quid dicendum de additamento hoc ad finem Epiphaniij epistolæ ad Ioannem consarcinato, sicut & de illo ad finem epistolæ eiusdem Epiphaniij scriptæ ad Theodosium collocato? Attentiùs age, lector, quod de impostura arbiter factus sis. Quid est, amabo te, quod ab aduersariis Iconoclastis tempore Nicæni Concilij silentio prætermissa est hæc ad Ioannem epistola, qua non quid tantum Epiphanius scripserit, sed quid ipse fecerit aduersus vsum imaginum, conscindendo eas adeo perspicue poterat demonstrari, epistola præsertim ad tantum virum scripta, & à S. Hieronymo translata, vt de eius falsitate nulla videretur oriri potuisse suspicio? Certè quidem nihil est quod in hoc excuset, aduersariorum modestia id factum; cum pugnacissimi essent & audacissimi: neque eorumdem prætextas in his perscrutandis negligentiam, cum appareat, sagacissimos extitisse. Nec est quod ingeras, latuisse tunc eam in angulo epistolam, neque repertam, cum constet assertionem Hieronymi<sup>d</sup>, quamplurimam fuisse exemplaria descripta, & eadem vbique sparsa, dum ait: Harum exemplaria certatim Palæstinæ rapiiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam scriptiois. ] Quid igitur de his iudices, iam satis habes: nempe eo quidem omnino tunc temporis caruisse additamento epistolam illam, cuius nulla prorsus fuerit ab aduersariis facta vel leuis mentio.

Quod autem nihil huiusmodi obiectum fuerit à Ioanne, manifestius confirmatur. Nam cum sanctus Hieronymus pro Epiphano defensionem egregiam aduersum eundem Ioannem scripserit in epistola ad Pammachium<sup>e</sup>, atque in ipsa omnia ab illo in Epiphanium dicta vel facta commemoret, quæ in dictis Epiphaniij ad ipsum Ioannem litteris expressa habentur: cum omnia soluat, redarguat, & oppugnet, cur ea dumtaxat, quæ præcipue confutanda erant, reliquit intacta, pro quibus euendis longiori quoque opus erat oratione? certè quidem haud eiusmodi esse videbantur, quæ dissimulari potuissent, si in ea epistola talia scripta essent. Vel si verè ea facta fuissent, quo modo non (vt eadem inculcem) maiori energia Ioannes in Epiphanium illa exaggerasset, qui tantopere in eundem inuectus est, quod in aliena diocesi, licet non ipsius Ioannis, necessitate poscente, sanctum virum diaconum atque presbyterum ordinasset? Certè maioris audaciæ, & ipsi Ioanni grauioris contumeliæ esse facinus videri potuisset, in ecclesiam Ioanni subditam Epiphanium violentas iniicisse manus, quam in monasterio alienæ parocciæ sacros ordines ministrasse. Silentium ergo tum Ioannis accusantis, tum Hieronymi Epiphanium defendentis, quo modo non aperte demonstrat, eo additamento tunc illam epistolam caruisse? Sed consarcinatoris futuram inspice, malè pannum nouum veteri adiuuentis.

Post

Luc. 4.

Ioan. Damasceni de imaginibus orat. 1. Ioan. Damasceni de imaginibus orat. 2.

Concil. Nicæni 2. Act. 6.

EPISTOLAE ADDITAMENTVM DIVINCOGNITVM.

Hieron. epist. 101.

EX HIERONYMO DE REGITVRAM POSTVRA. Hier. epist. 101.

A Post confutatos ab Epiphano ea epistola errores Origenis, finem imponens, addit: Cum hæc ita se habeant, dilectissime, custodi animam tuam, & desine circa nos murmurare. Dicit enim Scriptura diuina<sup>b</sup>: Nolite murmurare ad inuicem, sicut quidam murmurauerunt, & à serpentibus perierunt. Magis acquiesce veritati, & dilige diligentes te, & veritatem. Deus autem pacis præstet nobis iuxta suam clementiam, vt conteratur satanas sub pedibus Christianorum, & abiciatur omnis occasio peruersa, ne sciatur in nobis vinculum charitatis & pacis, & rectæ fidei prædicatio. ] Quis non intelligit his periculis totam illam epistolam terminari? & quis non videat, quod mox sequitur, esse peregrinam appendicem, & aduentitiam imposturam, qua subditur: Præterea auditi quosdam murmurare contra me, &c.] vsque ad nouissima illa verba: Palladium verò Galatam] & quæ sequuntur, superioribus optimè congruentia, quod eiusdem sint argumenti, sed quibus inhaerent, minimè coherentia?

B Sed iam ex rebus ipsis arguamus effectum dolosa arte commentum. Expostulasse dicitur ibi Epiphanius, quod pro foribus ecclesiæ appensum viderit pictum velum, monuisseque presbyteros, ne à quolibet eiusmodi veli genus susciperent. At quo modo ipse valuit prohibere, quod in Ecclesia Catholica sciretur vbique receptum? Accipe quæ his ipsis ferme temporibus scribebat Paulinus de ecclesia S. Felicis, ad quam ex Asia, Africa, & Europa Fideles confluere consueuerant:

*Aurea nunc niuis ornantur limina velis. ] & rursum:*  
*Vela ferant foribus, seu puro splendida lino,*  
*Sine coloratum textum fucata figuris.]*

Sed & de picturis imaginum sanctorum martyrum ante ostia poni consuetis (ne quis opinari possit vela depicta nequaquam imagines sanctorum expressisse) hæc idem his verbis:

*Trinaq; cancellis currentibus ostia pandunt,*  
*Martyribus mediam pietis pia nomina signant,*  
*Quos par in vario redimit gloria sexu.]*

Consueuisset quidem oblata à Fidelibus vela illis effigiari figuris, quæ ferrent imagines eorum sanctorum, quibus darentur, docet & Venantius Fortunatus, dum de velis Cruci oblati agit, eaque crucibus intexta fuisse significat<sup>f</sup>. Nec est autem quod quis causari possit, eiusmodi consuetudinem vno in loco tantummodo viguisse. Nam de transmarinis ecclesijs in Africana prouincia, de velo sacris imaginibus picto, diuinitusq; exhibito, & appenso in ecclesia S. Stephani protomartyris in Vzalesi ciuitate, eius loci Episcopus Euodius, cuius meminit & fidem probat S. Augustinus<sup>g</sup>, æternæ memoriæ scriptis prodidit<sup>h</sup>, & quidem rem gestam ipso viuentis Augustino, paucos post annos, nempe sub Honorio Imperatore, eandemque diuino miraculo consignatam, vt non habeat de quo ambigat humanum ingenium, quod sciat esse diuinitus comprobatum. In Vzalesi igitur ciuitate, post liberatam ipsam ab imminente clade, precibus fufis in ecclesia protomartyris Stephani, hæc contigisse idem Euodius narrat his verbis:

Ecce namque altero die, procurante diuina dispensatione, quidam negotiator numquam nostræ cognitæ regioni, subdiaconum nostrum, nomine Sennodum, in loco Memblurutano vltro conuenit, & ad se vocauit, & quisnam, vel vnde esset, ab eodem flagitauit. Qui vbi se subdiaconum Vzalesis ecclesiæ memoratus est: respondit continuo idem ille ignotus homo, si tamen solum homo: credendum est enim quia Angelus, & homo (nempe *facie homo, re vera Angelus*) neque enim hoc vel inauditum atque inexpertum est siue religioni Christianæ, siue notitiæ humanæ, sanctos Angelos terreno habitu & visibili specie plerumque hominibus apparuisse. Dedit ergo subdiacono memorato velum variis pictum coloribus, in quo inerat pictura hæc. In dextera veli parte ipse sanctus Stephanus videbatur astare, & gloriosam Crucem propriis repositam humeris baiulare, qua Crucis cuspidem portam ciuitatis videbatur pulsare, ex qua profugiens draco teterrimus cernebatur exire, amico Dei videlicet aduentante. Verum ille serpens noxius nec in ipsa fuga tutissimus, sed triumphali pede martyris Christi contritus aspiciebatur & pressus. Talis itaque pictura veli, non omnino absque mysterio Dei, vbi à memorato subdiacono allata pariter atque suspensa est ante ipsam Memoriam tanti patroni, omnis ætas omniq; sexus intueri & mirari cœpit, tamquam spectaculum grande, quo scilicet auctore, quoque liberatore draco ille extinctus est, hostisque deuictus.

Gestæ

VSVS VELO RVM PICTO RVM IN ECCLIA.

Paulin. natal. 1. Paulin. Natal. 1.

Paulin. Natal. 10.

Venant. Fortun. li. 2. ca. in homil. S. Crucis.

Aug. de diuers. serm. 32. 33. de Ciuitate Dei li. 22. c. 8. Euod. de mirac. S. Steph. li. 2. c. 4. apud Aug. tom. 10.

DE VELO PICTO SACRAMINE DIVINITVS OSTENSO.

PICTURA SYMBOLICA.

Gesta quippe rei fidei præcedentis diei, commendabat in animis omnium attestatio A sequentis diei. Namque illud quod studiosius cernebatur in velo, hoc iam credibilis tenebatur in vero. Concurrerat enim pictura cum gratia, & tam diuinitus pridie gestum salutis beneficium reolebatur, quam postea in veli imagine aduertebatur. Denique ex ipsa congruentia diei præcedentis atque sequentis veritatis, & imagine rerum & quorundam exemplarium, tantus in multis stupor pariterque amor, admiratio & gratulatio accendebatur, ut à cunctis nihil aliud omnino vel diceretur, vel affirmaretur, nisi hoc vnum: Verè quia per amicum suum Deus istam liberauit ciuitatem, & grandem à nobis depulit pestem. Et re vera Dei fuit ad homines quædam allocutio in velocitate tacite significantis admodum & dicentis: O miseri mortales, quale hesterna die draconis euaseritis incendium, vel cuius pro vobis aduocati fuerit acceptum suffragium, isto sequenti die istius veli figuratione intelligite, atque gaudete. Hinc vestram & præcedentem tentationem & subsequenter liberationem apud vosmetipsos conferte: exinde non dubij, sed certi Deo vestro per amicum meum gratias agite. Ecce draconem de vestra ciuitate cernitis fugatum & expulsum: ecce conterentem caput eius primum martyrem meum: ecce Crucis trophæum, per quod vicistis inimicum. Hoc ergo modo ciuitate nostra à tanto periculo primitus liberata, ac postea tali per congruentem picturam veli admonitione instructa & illuminata, gemino miraculo est omnis pia anima in Dei gloria exhilarata. hucusque Euodius, integerrimus testis, qui & ea quæ viderat scripsit, & ad eos qui eadem quoque perspexerant.

Habes lector, digito Dei (quod nec negauerit ipse Pharaonem) nempe diuinæ virtutis potentia pictum factis imaginibus velum, & appensum ante ecclesiam protomartyris, ut de facto certus sis, & auctoritate factoris de religioso sacrarum imaginum cultu securus. Habes & cum his de Occidentalis orbis Ecclesiis probatum velorum pictorum usum. An non erit id ipsum demonstrare in Oriente? vel si in Oriente, an non & in Palestina, & Hierosolymis ipsis? Acta quidem Mariæ Ægyptiacæ, eademque recitata ac probata in dicto Nicæno secundo Concilio, habent ipsam in atrio Hierosolymitani templi stitisse, quod ob nimia peccata sua in Ecclesiam ingredi vetaretur: atque tunc oculos subleuasse, vidisseque Dei genitricis imaginem: quam venerata, meruit templum antea inconcessum liberè ingredi. Iam vides, lector, quot quantisque manifestis probationibus additamentum illud ad Epiphaniij epistolam ad Ioannem imposturæ redarguatur, ut alicuius Iconoclastarum potius esse figmentum, quam Epiphaniij germanum scriptum, perspicue intelligatur.

Quamuis etsi concederemus re vera Epiphaniij illud esse, ne sic quidem afferre potest D veritati aliquod præiudicium. Nam ex quo demonstratum est certis exemplis, tum in Occidente, tum etiam in Oriente, & ipsis Hierosolymis, siue in velis, siue in pariete effigiari consueuisse venerandas imagines: haud potuit vel debuit vnus Epiphanius aduersus usum Catholicæ Ecclesiæ reclamare, atque easdem sacras imagines absque sacrilegij culpa discindere. Quamobrem si id re vera accidisse dicere velimus, tunc ad saniores illorum verborum sensum expende, quod dicitur: Velum depictum habens imaginem quasi Christi vel sancti cuiusdam sic accipiendum esse, ut ipse iuste excanduerit in prauum facinus, quo alicuius profani hominis imago in sacro velo depicta, quasi Christi esset, vel alicuius sancti, ad limen religiosè fuisset appensa. Quo sensu verba illa accepta Iconoclastas potius impugnent, quam faueant; Catholicos verò redarguant, si quando ornatus causa in ecclesia suspendunt aula, quæ profanas, & sæpe Gentilium, utinam interterdum non inhonestas imagines habeant: quem detestabilem prauumque usum incuria ministrorum compluribus in locis inoluuisse dolemus. Quàm autem molestè tulerint maiores, & huius sæculi homines in ecclesias inferri profanas imagines, declarant quæ dicta sunt superius de Donatistis in Paulum atque Macarium obloquentibus, quod positiuri essent in ecclesia imaginem Constantis Imperatoris, consueuisse verò eiusmodi profanas imagines poni pro titulo, alibi diximus. Quòd igitur hominis alicuius profani (si finxerimus euenisse factum) quasi Christi vel sancti alicuius in velo ecclesiæ Epiphanius imaginem vidisset effigiatam; tamquam nefas id detestatum, illud ipse velum, diuino percitus zelo, discidit: hæc, inquam, dixerimus, si constare posset verè Epiphaniij esse verba illa, quæ ad epistolam ostendimus addita; & sic ex sententia auctoritateque ipsius probari potius in Ecclesia usum sacrarum imaginum viguisse. Quæ autem post hæc de altera

Tom. 3. Anal. an. Dom. 348. pag. 515

NOVISSIMA RESPONSO DE EPISTOLA EPIPHANII AD IOANNEM.

Exod. 8.

C. C. Nicæna. 2. Act. 4.

A tercatione Ioannis cum Epiphano secuta sint, ut singula singulis ex instituto reddantur annis, dicenda sunt anno sequenti.

IESV CHRISTI ANNVS 393.

SIRICII PAP. ANNVS 9.

THEODOSII IMP. ANNVS 15.

Trecentesimus nonagesimus tertius Christi annus à Consulari Theodosij tertio, & Abundantij nomen accepit: quo idem Theodosius Imperator Honorium filium Imperatorem creat quarto Idus Ianuarij: id quidem Socrates, Prosper, & Marcellinus, tradunt. Ceterum nonnulla data reperiuntur rescripta anno superiori sub titulo Honorij Imperatoris. Quo item anno, eclipsato mirifice Sole, tenebras factas esse quarta hora diei, idem qui supra auctores testantur, necnon sanctus Hieronymus in epistola ad Pammachium aduersus Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, cum eius ita meminit: Nos, inquit, scindimus Ecclesiam, qui ante paucos menses, circa dies Pentecostes, cum, obscuro Sole, omnis mundus iam iamque venturum Iudicem formidaret, quadraginta diuersæ ætatis & sexus, presbyteris tuis obtulimus baptizandos? & certè quinque presbyteri erant in monasterio, qui suo iure poterant baptizare, sed noluerunt quicquam contra stomachum tuum facere: ne & hæc tibi de fide reticendi daretur occasio. An non tu potius scindis Ecclesiam, qui præcepisti Bethlehem presbyteris tuis, ne Competentibus nostris in Pascha baptismum traderent, quos nos Diospolim ad confessorem & Episcopum misimus Dionysium baptizandos? hæc ipse, qui ob Paulinianum fratrem suum ab Epiphano ordinatum (ut dictum est anno superiori) eundem Ioannem sibi patiebatur infensum: sed & quod sciret idem Ioannes ob errores Origenis ab eodem sancto Hieronymo perstringi nonnihil, vehementiori eum odio insectabatur. Ut igitur hæc omnia manifestiora fiant, cœptam anno superiori narrari historiam de Ioannis Hierosolymorum Episcopi indignatione in sanctum Epiphanium Constantiæ in Cypro Episcopum prosequamur.

Cum ex litteris ad ipsum ab eodem Epiphano scriptis idem Ioannes magis magisque commotus esset: ut in sanctissimum virum iniuste exacerbatum hominem vel coereret, vel saltem ut iniusti eius animi motus omnibus innoscerent, atque ipsius Ioannis culpa controuersiam illam abortam esse sciretur, S. Hieronymus aduersus eundem Ioannem ad Pammachium epistolam scripsit: quæ tum ex dicto Solis defectu certa nota temporis hoc anno scripta esse monstratur, tum etiam quod in eadem epistola ait, iam interlapsos esse annos tredecim, ex quo ipse recessisset Antiochia & iuisset Constantinopolim, quod contigit anno Domini (ut demonstratum est) trecentesimo septuagesimo nono: à quo tempore numerando tredecim annos elapsos, hic ille annus esse demonstratur, quo decimus tertius absolutus dicitur, & inchoatus decimusquartus: his enim verbis Hieronymus Ioannem ipsum compellat: Satis multo dormisti tempore, qui post annos tredecim, nunc excitatus hæc loqueris: ob id enim & ego Antiochiam & ille Constantinopolim vrbes celeberrimas deseruimus, non ut te in populis prædicantem laudarem, sed ut in agris & in solitudine adolescentiæ peccata deslentes, Christi in nos misericordiam deslenteremus. hæc de tempore.

Porro earum scribendarum litterarum necessitatem sibi incumbere sanctus Hieronymus intellexit, cum iam quod ille comminatus in Epiphanium erat, scripturum se in eum litteras, quæ vniuerso Christiano orbi notæ forent, opere perfecisset, cum eas accusationes in dicta Epiphaniij epistola recensitas & confutatas in sanctissimum virum exaggerasset & amplificasset. præferebant Ioannis litteræ titulum ad Theophilum Episcopum Alexandrinum, sed tamen encyclicæ erant, publicæ & communes omnibus. Quod igitur ille eas ad Occidentales omnes dedisset: sanctus Hieronymus, cuius causa cum Epiphano videbatur esse communis, quod ambo simul aduersus Origenis errorum defensores & disseminatores vindices pietatis insurrexissent, quorum causa præteritum illi omnes à Ioanne fuerant excogitati, scribendi Romam ea de re ad Pammachium, & Alexandriam ad Theophilum eius sedis Episcopum consilium iniit; sicque aduersariis litteris & calumnias confutare, & occultè serpentes hæreses cum hæreticis propalare decreuit.

HONORIUS IMP. CREATVR. Socrates. lib. 5. cap. 24.

Hier. epist. 61.

TEMPVS SCRIPTAR. EPIST. HIERON. IN IOANNEM.

Hieron. ead. epist. 61.

SCRIBENDI IN IOANNEM HIERONYMI RATIO.

Hier. epist. 61.

De scriptis autem iisdem à Ioanne litteris ad Occidentales aduersus Epiphanium, ipse A  
 S. Hieronymus fidem facit illis verbis, quibus ad Theophilum scribens ait<sup>a</sup> de Ioanne:  
 Cumque nos vsque ad presentem diem fida pacis ostensione laclauerit, Occidentalium  
 sacerdotum commouit aures, &c.] meminit eiusdem epistolae ad Occidentales scriptae  
 idem Hieronymus ad Pammachium scribens<sup>b</sup>. At non ad Theophilum tantum & Oc-  
 cidentales aduersus Epiphanium Ioannes Legatos misit, sed in alias plures diuersasq; pro-  
 uincias: nam ipse Hieronymus haec habet in eadem epistola ad Pammachium: Ille per  
 totum exinde triennium suas iniurias deuorat, priuataque similitate contempta, fidei tan-  
 tum correctionem postulat. Tu, qui sumptibus abundas, & totius Orbis religio lucrum  
 tuum est, grauissimos illos Legatos tuos huc illucque transmittis, & dormientem senem  
 ad respondendum suscitatis.]

Cum igitur ea Romae ex litteris Epiphani in Ioannem, quarum (vt diximus) exem- B  
 plaria vulgata erant, & Ioannis in Epiphanium aduersariis scriptis ad Occidentales missis  
 innotuissent. & diuersorum in diuersa studia, vt fieri solet, animi ardentius commoueren-  
 tur, cum alij Epiphanio, Ioanni alij fauerent: Pammachius vir clarissimus, de quo saepe  
 inferius, ad S. Hieronymum litteras dedit, quibus rogauit vt de mutuis altercationibus  
 cum Ioanne apologeticam epistolam scriberet, qua cunctae inter eos versantes cotrouersiae  
 enucleatim expressae, perspicuae omnibus fierent. Cuius impulsu ipse Hieronymus cas  
 ad Pammachium litteras dedit, quibus ista praefatur<sup>c</sup>: Nosti, Pammachi, nosti, me ad hoc  
 opus non inimicitiis, non gloriae cupiditate descendere, sed prouocatum litteris tuis ex ar-  
 dore fidei: ac velle, si fieri posset, omnes id ipsum sapere, nec impatiens ac temeritatis posse  
 reprehendi, si post triennium loquor. ] tertius namque hic numeratur annus dissidiorum,  
 primus enim ille, quod de haeresibus Origenis Epiphanius Ioannem Hierosolymis C  
 coram redarguit, secundus, quo idem Epiphanius pro sua defensione ad eundem Ioan-  
 nem dictam epistolam dedit; tertius vero praesens, quo Ioannes ad Occidentales scripsit  
 aduersus Epiphanium atque Hieronymum, cum & ipse Hieronymus rogatus ad Pam-  
 machium scripsit, qui his haec subdit: Denique, nisi ad Apologiam, de qua nunc scribere  
 institui, multorum animos dices perturbatos, & in vtramque partem fluctuare senten-  
 tiam, decreueram in incepto silentio permanere.] haec de Hieronymi in scribendo ad-  
 uersus Ioannem ad Pammachium ratione.

Quod autem ipse Ioannes redargutus ab Epiphanio dedisset litteras pro sui defensio-  
 ne (vt dictum est) ad Theophilum Episcopum Alexandrinum: cur non ad eum qui ip-  
 sum haeresis redarguerat, rescripsisset, & apud eum se purgasset, Hieronymus obicit illis  
 verbis<sup>d</sup>: Ac primum, antequam epistolam tuam, quam scripsisti ad Episcopum Theophi- D  
 lum, interpretaram huic volumini inseram, & ostendam tibi me intelligere nimis cautam  
 prudentiam tuam, exposulare tecum libet. Quae haec est tanta arrogantia, non respondere  
 de fide interrogantibus? tantam fratrum multitudinem & monachorum choros, qui tibi  
 in Palaestina non communicant, quasi hostes publicos existimare? Dei filius propter vniam  
 morbidam ouem<sup>e</sup>, nonagintanouem in montibus derelictis, alapas, crucem, flagella susti-  
 nuit. ] & de Epiphanio, quem redarguentem contempserat, quod ad alios potius quam  
 ad eum rescripsisset, ista subdit: Habes Papam Epiphanium, qui te aperte missis litteris  
 haeticum vocat. certe nec aetate, nec scientia, nec vita merito, nec totius Orbis testimo-  
 nio maior illo es. si aetatem quaeris, iuuenis ad senem scribes: si scientiam, non sic eruditus  
 ad doctum, licet te fautores tui disertiores Demosthene, acutiorem Chrylippo, sapien-  
 tiorum Platone contendat, & tibi ipsi forte persuaserint. De vita autem & fide nihil E  
 amplius dicam, ne te laedere videar. ] subdit enim, ipsum Ioannem Macedonianorum &  
 Arianorum olim, cum Orthodoxi fidei causa persecutione vexarentur, communicatione  
 foedatum esse, declinasseque communicare cum confessoribus. Ac rursus: Scribe igitur  
 ad hunc: responde epistolae eius: sentiant ceteri fidem, eloquentiam, prudentiam tuam; ne  
 tibi solus disertus esse videaris. Cur ab alio prouocatus, aliorum arma conuertis: Palaestina  
 interrogaris, & respondes Aegypto.

Sed dicis: Epistolam meam probauit Alexandrinus Episcopus. Quid probauit? con-  
 tra Arium, contra Photinum, contra Manichaeum bene locutum. Quis enim te hoc tem-  
 pore arguit Arium? Quis tibi nunc Photini, Manichaeique crimen impingit? Olim ista  
 emendata sunt, atque concussa Non cras tam stultus, vt aperte defenderes haeresim,  
 quam sciebas Ecclesiae displicere. Noueras te, si hoc fecisses, statim loco mouendum, &  
 folij

PAMMA-  
 CHIVS VR  
 GUT HIR-  
 RONYMVM  
 SCRIBERE  
 IN IOAN-  
 NEM.

Hier. epist. 61.

DELITTE-  
 RIS IOAN-  
 NIS AD  
 THEOPHI-  
 LVM DATIS  
 Ultra. epist. 61.

Matth. 18.

THEOPHI-  
 LVS TRANS  
 ACTARVM  
 RE RVM  
 IGNARVS.

A. folij tui delicias suspirabas: sic sententiam temperasti, vt nec simplicibus displiceres, nec  
 tuos offenderes. Bene scripsisti, sed nihil ad causam pertinens. Vnde nouerat Alexandri-  
 nae Ecclesiae Pontifex, in quibus argueris? quorum a te confessio postularetur? Debu-  
 ras tibi obiecta proponere, & sic ad singula respondere. ] Sed quod Ioannes ad aliqua ab  
 Epiphanio obiecta responderat, & non ad omnia, ista subdit: Octo tibi, vt statim proba-  
 bo, de spe fidei Christianae, quaestionum capita obiecta sunt. tria tantum tangis & praeteris:  
 in ceteris grande silentium est. ] At quam frigidè illa tria diluerit ipse, sic pergit: Ipsa quo-  
 que tria quasi negligens atque securus, quasi que aliud agens, & in quibus aut nulla aut  
 parua sit quaestio, praeteruolas, atque perstringis: & ita opertus ac tectus incedis, vt plus  
 confitearis tacendo, quam reuuis disputando.]

Sed de frigida ista defensione, seu potius astuta tergiversatione, immo & haesum ve-  
 B lamento, ad Pammachium haec supra ipse Hieronymus<sup>a</sup>: Persuadere mihi vult quod  
 pure credat: pure ergo & loquatur. Et si quidem vnium verbum, vel vnus sensus esset  
 ambiguus, si duo, si tres: ignorantiae veniam tribuerem, nec ea quae aut obscura, vel  
 dubia sunt, de certis & perspicuis aestimarem. Nunc vero quae ista simplicitas est, quasi  
 super oua & aristas inter theatrales praestigias pendenti gradu incedere, vbique dubium,  
 vbique suspectum? putes eum non expositionem fidei, sed figuratam controuersiam scri-  
 bere. ] & paulo post auream hanc apponit sententiam: Nolo in suspitione haereseos  
 quemquam esse patientem, ne apud eos qui ignorant innocentiam eius, dissimulatio  
 conscientia iudicetur, si taceat. ] & inferius: Numquam de amicorum iudicio glorie-  
 ris. Illud verum est testimonium, quod ab inimica voce profertur: alioqui si amicus pro  
 te dixerit, non testis, aut iudex, sed fautor putabitur. ] haec & alia plura Hieronymus,  
 C tum ipsi Ioanni, tum alijs significans, veram fidei confessionem nullis esse circumducen-  
 dam verborum inuolucris; sed eum qui quaeritur, patenter, constanter, sincereque profi-  
 teri debere: suspectumque reddi omnem qui amphibologiarum obscuritatibus atque per-  
 plexitatibus in re tam seria ludit.

At quanam essent octo illarum in eum obiectioes de fide Catholica violata, idem ipse  
 Hieronymus ibi recenset his verbis<sup>b</sup>: Primum quod de libro *dei ap' r'ov*, Origenis videli-  
 cet, ubi loquitur: Sicut enim incongruum est dicere, quod possit Filius videre Patrem;  
 ita inconueniens est opinari, quod Spiritus sanctus possit videre Filium. Secundum,  
 quod in hoc corpore quasi in carcere sunt animae religatae; &, antequam homo fieret,  
 in paradiso inter rationabiles creaturas in caelestibus commoratae sunt: vnde postea in  
 consolationem suam anima loquitur in Psalmis<sup>c</sup>: Priusquam humiliarer, ego deliqui:  
 D & cetera his similia. Tertium, quod dicat & diabolus & daemones acturos poeniten-  
 tiam aliquando, & cum sanctis vltimo tempore regnuros. Quartum, quod tunicas<sup>d</sup>  
 pelliceas humana corpora interpretetur, quibus post offensam & eiectionem de paradiso  
 Adam & Eua induti sunt: haud dubium, quin ante in paradiso sine carne, neruis, &  
 ossibus fuerint. Quintum, quod carnis resurrectionem, membrorumque compagem, &  
 sexum, quo viri diuidimur a feminis, apertissime neget, tam in explanatione primi psal-  
 mi, quam in alijs multis tractatibus. Sextum, quod sic paradysum allegorizet, vt historiae  
 auferat veritatem; pro arboribus<sup>e</sup> Angelos, pro fluminibus virtutes caelestes intelligens;  
 totamque paradisi continentiam tropologica interpretatione subuertat. Septimum, quod  
 aquas<sup>f</sup>, quae super caelos in Scripturis esse dicuntur, sanctas, supernasque virtutes, quae  
 super terram & infra terram, contrarias & daemónicas esse arbitretur. Octauum, quod  
 E extremum obijcit, Epiphanius scilicet, imaginem & similitudinem Dei, ad quam homo  
 conditus fuerat, dicit ab eo perditam, & in homine post paradysum non fuisse. Haec sunt  
 sagittae, quibus confoderis; haec tela, quibus in tota epistola vulneraris: excepto eo, quod  
 tuis genibus aduolutus, sanctamque caniciem, seposito parumper sacerdotis honore, sub-  
 sternens, deprecatur salutem tuam.]

Hos Origenis errores cum Ioannes ac tota illa Origenistarum schola, nempe Ruffinus,  
 Palladius, & alij complures in Aegypto monachi inferius nominandi summam sapientiae  
 titulo exonerent: si quos scirent secus sentire, eosdem rudes & simplices ac plane ani-  
 males homines nominabant, necnon Pilosiotas, noua voce pro ludibrio nuncupabant,  
 non autem Pelusiotas, vt deprauate legitur, sed Pilosiotas, hac voce fugillantes atque  
 subsannantes Catholicos, quasi crederent mortuos resurrecturos etiam cum pilis, dum  
 recte dicerent eos resurrecturos cum singulis corporis membris; cum illi ex Origene cor-  
 pora

Hier. epist. 61.  
 DEFRIGI-  
 DA DEFE-  
 SIONE IO-  
 ANNIS.

Hier. epist. 61.  
 HAERESVM  
 ORIGENIS  
 CAPITA OB-  
 IECTA IO-  
 ANNI.

Psal. 118.

Genes. 3.

Genes. 2.

Psal. 148.

IN VNCTA  
 CVM IMPER-  
 TATE DERE

pora cum suis membris resurrectione negarent: unde Hieronymus<sup>a</sup>: Dicentibusque nobis, A  
vtrum capillos & dentes, pectus & ventrem, manus & pedes, ceterosque artus ex integro  
resurrectio exhibeat: tunc verò risu se tenere non possunt, cachinnoque ora soluentes,  
tonsores nobis necessarios, & placentas, & medicos, ac sutores ingerunt. ] & alibi: Pilo-  
sotas nos appellant & luteos, animalesque & carneos, quòd non percipiamus ea quæ sunt  
spiritus. ] eadem quoque ita rursum<sup>b</sup>: Hæc, inquit, sunt strophæ vestræ atque præstigiæ,  
quibus nos Pilosotas & iumenta, & animales homines dicitis. ] hæc quidem communiter  
in omnes Orthodoxos ab Origenistis iactari solita erant: sed quæ priuatim Ioannes in  
Epiphanium effudit, Hieronymus eadem<sup>c</sup> ad Pammachium epistola prodit.

At illud primùm de Ioanne dicendum, ipsum inuerecundè nimis asserere ausum esse  
litteris illis ad Theophilum scriptis, se numquam ab Epiphanio reprehensum Origenis  
erroris ante querelas illas de ordinato Pauliniano: quasi sanctissimus vir ille non zelo B  
Catholicæ fidei, sed priuati odij causa in ipsum Ioannem exacerbatus fuisset. subdolam  
hanc excusationem & prætextum coarguens ipse Hieronymus, ista subdit<sup>d</sup>: Fefellisti  
absentem, & litteræ tuæ peregrinis auribus blandiuntur. Nos hic eramus, cuncta noui-  
mus, quando contra Origenem in ecclesia tua Papa Epiphanius loquebatur, quando sub  
illius nomine in vos iacula torquebantur. Tu & chorus tuus canino rictu, naribusque con-  
tractis, scalpentes capita, delirum senem nutibus loquebamini. Nónne ante sepulchrum  
Domini, misso archidiacono, præcepisti, vt talia disputans, conticesceret? Quis hoc vl-  
quam presbytero suo coram plebe imperauit Episcopus? Nónne cum de *auaciori* perge-  
retis ad Crucem, & ad eum omnis ætatis & sexus turba confluere, offerens paruulos,  
pedes deosculans, fimbrias vellens, &c. ] Ne præterea, rogo, sed considera, quæ hic tibi  
obiter lectio suggerit, lector, nempe antiquum morem osculandi pedes Episcoporum, C  
vt non adeò mireris, cum vides Fideles osculari pedes summi Pontificis. Pergit verò  
Hieronymus:

Cumque non posset promouere gradum, sed in vno loco vix fluctus inundantis popu-  
li sustineret, tu tortus inuidia aduersus gloriosum senem clamirabas, nec erubisti in os ei  
dicere, quod volens & de industria moraretur. Recordare, quæso, illius diei, quando ad  
horam septimam inuitatus populus spe sola, quasi postea auditurus Epiphanium esset,  
detinebatur, quid tunc concionatus sis, nempe contra Anthropomorphitas, qui simplici-  
tate rustica Deum habere membra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur, furens  
& indignans loquebaris: oculos & manus & totius corporis truncum in senem dirige-  
bas, volens illum suspectum facere stultissimæ hæreseos. Postquam lassus ore arido, resu-  
pinaque ceruice ac trementibus labijs conticisti, & tandem totius populi vota completa D  
sunt: quid tibi fecit delirus & fatuus senex? Surrexit, vt se indicaret pauca dicturum esse:  
salutataque & voce & manu Ecclesia: Cuncta, inquit, quæ locutus est collegio frater,  
ætate filius meus contra Anthropomorphitarum hæresin, benè & fideliter locutus est;  
quæ mea quoque damnatur voce, sed æquum est, vt quo modo hanc hæresin condem-  
namus, etiam Origenis peruersa dogmata condemnemus. Qui risus omnium, quæ accla-  
matio consecuta sit, puto quòd retineas. Hoc est illud, quod in epistola tua dicitis, lo-  
quentem illum ad populum quæ vellet, & qualia vellet. Scilicet delirabat, qui in re-  
gno tuo contra tuam sententiam loquebatur. Quæ vellet, inquis, & qualia vellet. Vel  
lauda, vel reproba. Quid & hic dubius incedis? Si bona erant quæ loquebatur, cur non  
apertè prædicas? si mala, cur non constanter reprehendis? ] hæc & alia in eum Hiero-  
nymus: atque vehementer commotus, ac stomachatus in hominem insultantem in san- E  
ctissimum senem, ista iure subdit: Nisi me honor sacerdotij, & veneratio nominis refre-  
naret, & scirem illud A postoli<sup>e</sup>: Nesciebam, fratres, quod Pontifex est: scriptum est enim:  
Principi populi tui non maledices: qua vociferatione & indignatione verborum de tua  
narratione conquereris? licet ipse nominis tui extenuis dignitatem, cum patrem penè  
omnium Episcoporum, & antiquæ reliquias sanctitatis & opere & sermone despicias. ]  
ista Hieronymus modo in Ioannem, quem eadem epistola satis ignominia fugillarum  
ante reliquerat, in memoriam reuocans & scriptis signans eius consuetudinem pristinam  
cum hæreticis, & conuersionem eiusdem ad fidem Catholicam spe adipsiendi Episcopa-  
tus forissecus demonstratam.

Quod verò idem Ioannes litteris illis suis ad Theophilum de Epiphanio addiderat, ip-  
sum eadem concione Ioannem laudasse, & Catholicæ fidei esse, omni populo declarasse:  
quam

<sup>a</sup> Hier. epist.  
63.

<sup>b</sup> Hier. epist.  
61.

<sup>c</sup> Hieron. ad  
Pammach.  
epist. 61.  
REGESTAB  
EPIPHA-  
NII CVM  
IOANNE  
HIEROSO-  
LYMIS.  
<sup>d</sup> Hier. epist.  
61.

IOANNES  
IN EPIPHA-  
NIUM COM-  
MOTVS.

<sup>e</sup> Act. 23.

A quam id mendaciter dixerit, & quanta affectus nausea fuerit Ioannis prædicatione Epi-  
phanus; præter illa quæ nuper sunt relata, hæc addit de his quæ eadem die postea fa-  
cta sunt<sup>a</sup>: Hæc quàm verè dixerit, & nos testes sumus, qui audiuimus; ad quos tuis vo-  
cibus perturbatus venit exanimis; temerè se communicasse dicens. Rogatusque ab omni  
monasterio, vt ad te de Bethlechem reuenteretur: tantorum preces non ferens, sic reuersus  
est vespere, vt medio noctis aufugeret. Et litteræ ad Siricium Papam probant: quas si le-  
geris, peruidebis, quo modo tua dicta miratus sit, & Catholica declarauit. ] hæc Hie-  
ronymus: qui dum citat eiusdem Epiphaniij epistolam ad Siricium Papam, ipsam hoc an-  
no ab eo scriptam esse, quo ad Pammachium idem Hieronymus scripsit, indicat eadem  
epistola ad Pammachium in fine, vbi omnes de eius rei controuersia ab ipso Epiphanio  
scriptas epistolas recenset, cum ait: Præsto sunt plures epistolæ Epiphaniij, vna ad ipsum  
Ioannem (de qua supra) alia ad Episcopos Palæstinos, & nuper ad Romanum Ponti-  
ficem: in quibus dicit, se eum coram multis de dogmatibus arguentem non meruisse  
respondum. ]

At quod rursum ad Ioannis datam ad Theophilum epistolam spectat: turpis quoque  
adulationis Hieronymus illum redarguit, cum ei tribuat quod non decet, simulque va-  
frum hominis consilium aperit, ista subdens post longam disputationem Origenis erro-  
rum, quibus ipsum consensisse demonstrat<sup>b</sup>: Scribit, inquit, ad Theophilum Episcopum  
Apologiam, cuius istud exordium est: Tu quidem, vt homo Dei & Apostolica ornatus  
gratia, curam omnium Ecclesiarum, maximè eius quæ in Hierosolymis est, sustines; cum  
ipse plurimis sollicitudinibus Ecclesiæ Dei, quæ sub te est, distringaris. Laudat faciem, ad  
personam Principum trahit. Tu, qui regulas quæris Ecclesiasticas, & Nicæni Concilij ca-  
nonibus vteris, & alienos clericos, & cum suis Episcopis commorantes tibi niteris vsur-  
pare, responde mihi: Ad Alexandrinum Episcopum Palæstina quid pertinet? Ni fallor,  
hoc ibi decernitur, vt Palæstina metropolis Cæsarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut  
igitur ad Cæsariensem Episcopum referre debueras, cui, sprete communionem tua, com-  
municare non noueras: aut si procul expetendum iudicium erat, Antiochiam potius li-  
teræ dirigendæ. Sed noui, cur Cæsaream, cur Antiochiam nolueris mittere. sciebas quid  
fugeres, quid vitares. maluisti occupatis auribus molestiam facere, quàm debitum Me-  
tropolitano tuo honorem reddere. ] hæc cum tam constanter sanctus Hieronymus inge-  
rat, Episcopumque Hierosolymitanum sub Cæsariensi constitutum affirmet: iam satis  
perspicuè intelligere potes, nihil innouatum in Concilio Constantinopolitano de sedium  
prærogatiuis in Nicæno Concilio constitutis: nam S. Hieronymum, qui eo tempore  
D apud Gregorium Nazianzenum versatus est, præterisse non potuit, si quid ibi aliter de-  
cretum fuisset.

Post hæc autem de legatione Isidori presbyteri ac monachi Alexandrini à Theophilo  
eius Ecclesiæ Episcopo Hierosolymam missi, deque litteris per ipsum à Ioanne Hieroso-  
lymorum Episcopo ad Theophilum datis, idem Hieronymus agit ex verbis in primis  
earumdem Ioannis litterarum ad Theophilum redditarum: dum eum fugillat, quod  
ad cælum ferat præconijs Isidorum consodalem in hæresi, hominem Origenistam. Erant  
ista verba Ioannis ad Theophilum de Isidoro scribentis: Misisti religiosissimū hominem  
Dei, Isidorum presbyterum, virum potentem, tam ex ipsa incessus & habitus dignitate,  
quàm diuinæ intelligentiæ, curare etiam eos qui animo vehementer ægrotant, si tamen  
sensus sui languoris habeant. Homo Dei mittit hominem Dei: nihil interest inter presby-  
terum & Episcopum: eadem dignitas mittentis & missi. ] ad hæc Hieronymus: Hoc satis  
imperitè: In portu (vt dicitur) naufragium. Iste Isidorus, qui in cælum tuis laudibus tolli-  
tur, id ipsum infamatur Alexandria, quod tu Hierosolymæ: ex quo non Legatus adue-  
nisse videtur, sed focus. Alioquin & litteræ manu eius scriptæ, quæ ante tres menses le-  
gationis ad nos directæ erant portantes errorem, Vincentio presbytero reddita sunt, quæ  
vsque hodie ab eo tenentur: quibus cohortatur ducem exercitus tui (puto *Ruffinum*) vt  
super petram fidei stabili persistat gradu, nec nostris nanijs terreatur. Pollicetur se,  
antequam legationis esset vlla suspicio, venturum Hierosolymam, & ad aduentum  
suum illico aduersariorum cuneos proterendos. ] hæc & alia plura Hieronymus de Isi-  
doro, quibus demonstrat eum fuisse potentissimum Origenistarum antesignanum, atque  
ad postremum illam in Ioannem eum adeò laudantem querelam subiungit: Videte,  
quid faciat concordia dogmatum: Isidorus, qui vt hæc significaret, eius socius erat; ho-

IOANNES  
CALVMNIO-  
SVS ARGV-  
TVR ET  
MENDAX.  
<sup>a</sup> Hier. epist.  
62.

IOANNES  
ADVLATIO  
REDARGV-  
TVR.  
<sup>b</sup> Hier. epist.  
61.

ARGVTVR  
APERTAS  
FALSTATAS  
CANON:  
CONSTANT:  
SYNODI.

DE LEGA-  
TIONE ET  
PERSONA  
ISIDORI.

mo Dei, & presbyter Theophrastus, & vir potens, & sacro ac venerabili incessu, & diuinæ intelligentiæ, & Hippocrates Christianorum vocatur: ego misellus dum in solitudine delitescerem, à tanto Pontifice repente truncatus, presbyteri nomen amisi. ] quibus significare videtur, se excommunicatum à Ioanne fuisse. Sed de his infra.

THEOPHILVS LABORAT PRO PACE.

Quid autem hac legatione, cum à Theophilo Hierosolymam missus est, egerit Isidorus cum ipso, Hieronymus ipse declarat. Sed primo intelligas opus est, legationis eius causam, nempe Theophilum egisse sequestrem, vt dissidia inter Ioannem & alios Episcopos necnon ipsum Hieronymum pace componeret: nesciebat autem adhuc qui eum misit Theophilus, Isidorum ipsum Legatum erga Ioannem esse propensorem, & studere Origenistis. Hic igitur Hierosolymam cum venisset, quod antè pollicitus erat (vt diximus) litteris, egregie præstitit, nimirum, vt aduersus Orthodoxos pro Origenis hæresis sectatoribus infatigabili studio laboraret: confestimque ex Legato se detexit Origenistam. Nam quod sciret sanctum Hieronymum acerrimum Origenistarum aduersarium (fuerat enim id expertus, cum tertio eum intuisset) litteras à Theophilo ad ipsum scriptas illi reddere noluit. Testatur id quidem Hieronymus, cum hæc ait: Cum ergo huc venisset, & accessisset ad nos tribus vicibus, & admonuisset tam diuinæ sapientiæ tuæ, quam propriæ intelligentiæ habentia medicinam verba: nec profuit alicui, nec profuit ei quisquam. Hic, qui ad tres vices dicitur ad nos accessisse, vt & in veniendo mysticum numerum conseruaret, qui Theophili Episcopi mandatum nobis loquebatur, litteras ad nos ab eo missas noluit reddere. Cumque diceremus: Si Legatus es, redde legationis epistolas: si epistolas non habes, quo modo Legatum te probabis? Respondit, se habere quidem litteras ad nos, adiuratum tamen ab Hierosolymorum Episcopo, ne nobis eas redderet. En Legati constantia: qui vt pacem faceret, & suspicionem in alteram partem fauoris excluderet, æquum se vtrisque præbuit, &c.] perstitit in eodem officio Isidorus, nimirum, vt qui ad causam pacis tractandam venerat, vsque ad profectioem causam Origenistarum indefesso studio procurarit. nam inquit S. Hieronymus: Hæc ipsa Apologia (Ioannis scilicet ad Theophilum scripta) de qua nunc sermo est, Isidoro præsentate, & multum collaborante, dictata est, vt idem esset & dictator & baiulus litterarum.

Hier. epist. 61.

Sed sicut priuatis Isidori studijs omnis spes pacis intercepta est, cum tantam abfuerit quod procurauerit abdicationem hæresum Origenis, quarum causa dissidium factum esset & conflata discordia, vt eandem stabilire curarit: ita Ioannis opera irritum cassumque redditum fuit opus paulò antè ea de causa ab Archelao Comite impensum: hunc illum putamus Archelaum, ad quem Præfectum Augustalem extat Imperatorum rescriptum post annos tres datum, Cæsario & Attico Consulibus. Quid autem pro pace ipse conatus sit, & quem finem res sortita fuerit, idem S. Hieronymus ita narrat, cum primò ait: Alicubi ne dictum, aut tibi alicubi mandatum est, quod sine satisfactione fidei communionem tuam subiremus? Quando per virum disertissimum & Christianissimum Archelaum Comitem, qui sequester pacis erat, conditus locus fœderis fuit: nonne hoc in primis postulatum est, vt futuræ concordiæ fides iaceret fundamentum? Pollicitus est Ioannes esse se venturum. Instabat dies Paschæ: frequens monachorum turba conuenerat: expectabaris in loco: quid faceres, nesciebas. Repente mandasti, ægrotare nescio quam: illo die te non posse venire. Ludio ne, an Episcopus hæc loquitur? Pone verum esse quod dicis, propter vnus mulierculæ delicias, ne te absente doleat caput, fastidium sustineat, stomacho perfrigescat, Ecclesiæ causam negligis? tot virorum & Christianorum & monachorum contemnis præsentiam? Noluimus occasionem dare: videbamus enim stropham: dilationis tuæ iniuriam patientia vicimus. Rescribit Archelaus: monet altero & tertio die manare. At ille occupatus (muliercula enim vomere non cessauit) dum nauicam euasisset, nostri penitus oblitus est. ] hæc ipse, quæ quidem, vt dixi, paulò antè Isidori legationem contigerant, nam subdit: Post duos ergo menses tandem expectatus venit Isidorus, &c.]

ARCHELAUS COMITIS LABORAT PRO CONCILIANDA CONCORDIA. l. 9. de iur. iust. Cod. Theod. Hier. epist. 61.

Porro cum Ioannes sensisset Hieronymum sibi præ ceteris aduersari, pugnareque aduersus Origenistas, quibus valuit eum molestijs afficere conatus est. Etenim ab eo se excommunicatione multatum, vetitum esse ingredi Sepulchrū, inferiūs his verbis significat, cum simul docet cetera quæ ab eodem Ioanne in Orthodoxos fuerant perpetrata: An non tu scindis Ecclesiam, qui mandas clericis tuis, vt si quis Paulinianum ab Epiphano Episcopo

QUANTA IOANNES IN ORTHODOXOS.

Quod verò sciret Theophilum Episcopum Alexandrinum Ioannis litteris anteuersum, qui (vt ille scripserat) existimans ob rem friuolam, nempe ordinationis Pauliniani causa, non autem tuendæ Catholicæ fidei, eos sic inter se ipsos fuisse altercatos, pro pace inter eos concilianda Legatum miserat Isidorum in Palæstinam, & pacis conciliatrices ad vtramque partem litteras dederat: Sanctus Hieronymus ad eundem Theophilum, quem nosset fuisse Ioannis mendacijs malè persuasum, litteras dedit, quibus eidem rerum gestarum veritatem puro sinceroque sermone significaret, seque pacem, quam offerebat, optare, modo veram pacem, quæ compendio, non autem dispendio fidei Catholicæ comparatur. Ac post multa, quo tandem progressus & quid demum contra ipsum Ioannes molitus sit, declarat his verbis: Nuper nobis postulauit & impetrauit exilium: atque vtinam implere potuisset, vt sicut illi voluntas imputatur pro opere, ita & nos non

Episcopo consecratum presbyterum dixerit, ecclesiam prohibeatur intrare? Ex quo tempore vsque in presentem diem videmus tantum specum Domini; & hæreticis intrantibus, procul positi suspiramus. Nos ne sumus, qui Ecclesiam scindimus; an ille, qui viuus habitaculum, mortuis sepulchrum negat, qui fratrum exilia postulat? Quis potentissimam illam feram totius Orbis ceruicibus imminentem, contra nostras ceruices spiritualiter incitauit? Quis ossa sanctorum & innoxios cineres hucusque verberari ab imbribus sinit? His nos blandimentis bonus pastor inuitat ad pacem, & proprium arguit facere principatum, qui omnibus Episcopis rectam dumtaxat fidem tenentibus & communionem & societate sociamur. ] hæc Hieronymus: qui tamen nequaquam ex Bethlehem pulsus est: nam cum ipse superiūs isdem compellationibus hominem vrget, ait: Quis scindit Ecclesiam? nos, quorum omnis domus Bethlehem in ecclesia communicat: an tu, qui aut benè credis, & superbè de fide tacēs, aut malè, & verè scindis Ecclesiam? ] Cur autem è monasterio Bethlehem eiecitus non fuerit, nec à Bethlehemiticæ ecclesiæ ingressu penitus interdictus, non aliam puto causam, quam reuerentiam S. Paulæ clarissimæ feminæ, quam ob insignem generis nobilitatem ipsi etiam prouinciarum Præfides (vt superiūs vidimus de Melania) prosequerentur honore, atque frequentarent obsequijs. Quo modo autem post hæc conatus sit idem Ioannes auxilio Præfidum Hieronymum exilio damnatum ablegare, dicemus paulò post. Sed prosequamur reliqua.

Ad postremum autè eadem refricans ipse Hieronymus, quæ ab ipso Ioanne ad Theophilum fuerunt scripta de ordinatione Pauliniani ab Epiphano facta, quæ in eis coacervata fuere mendacia aperit, atque redarguit, sic dicens: Si causa discordiæ non ex dissensione fidei est, sed ex Pauliniani, vt dicit, ordinatione descendit: quæ tanta stultitia est, volentibus occasionem dare, nolle respondere? Confitere fidem, sed tamen responde quod quereris: vt omnibus luceat, non de fide, sed de ordinatione esse certamen. Quamdiu enim interrogatus de fide racueris, potest tibi aduersarius dicere: Non est ordinationis causa, sed fidei. ] ita ipse, qui & in epistola ad Theophilum hæc & alia ab eodem conficta redarguit his verbis: Fratrem meum causam dicit esse discordiæ, hominem, qui quiescit in monasterij cellula, & clericatum non honorem interpretatur, sed onus. Cumque nos vsque ad presentem diem facta pacis ostensione lactauerit, Occidentalium sacerdotum commouit aures, dicens eum adulescentulum & penè puerum in parochia sua Bethlehem presbyterum constitutum. Si hoc verum est, cuncti Palæstini Episcopi non ignorant: monasterium enim S. Epiphaniij nomine vetus dictum, in quo frater meus ordinatus est presbyter in Eleuteropolitano territorio, & non in Heliensi situm est. Porro ætas eius & beatitudini tuæ nota est; & cum ad triginta annorum spatia iam peruenit, puto eam non in hoc esse reprehendam, quæ iuxta mysterium assumpti hominis in Christo perfecta est. ] & paulò post: Certè ipse, quando Episcopus ordinatus est, non multum ab ea, in qua nunc frater meus est, distabat ætate. Vel si hoc in Episcopis licet, in presbyteris non licet, ne per antiphrasim à suo nomine discrepare videantur: cur ipse aut eius, aut minoris ætatis, & quod his amplius est, ministrum alterius Ecclesiæ ordinauit presbyterum? ] & ad Pammachium: Vbi Paulinianum mentitus es puerum, illuc puerum mittis presbyterum: itemque Theosebam Tyriæ ecclesiæ diaconum facis presbyterum, & contra nos armas, illiusque in nos abuteris eloquentia. Tibi soli licet Ecclesiæ iura calcare. Tu quicquid feceris, norma doctrinæ est: & non erubescis ante tribunal Christi iudicandum tecum Epiphanium prouocare. ] hæc ipse & multa alia id genus ad Pammachium habet.

DE CAUSA PAULINIANI. Hier. epist. 61.

Quod verò sciret Theophilum Episcopum Alexandrinum Ioannis litteris anteuersum, qui (vt ille scripserat) existimans ob rem friuolam, nempe ordinationis Pauliniani causa, non autem tuendæ Catholicæ fidei, eos sic inter se ipsos fuisse altercatos, pro pace inter eos concilianda Legatum miserat Isidorum in Palæstinam, & pacis conciliatrices ad vtramque partem litteras dederat: Sanctus Hieronymus ad eundem Theophilum, quem nosset fuisse Ioannis mendacijs malè persuasum, litteras dedit, quibus eidem rerum gestarum veritatem puro sinceroque sermone significaret, seque pacem, quam offerebat, optare, modo veram pacem, quæ compendio, non autem dispendio fidei Catholicæ comparatur. Ac post multa, quo tandem progressus & quid demum contra ipsum Ioannes molitus sit, declarat his verbis: Nuper nobis postulauit & impetrauit exilium: atque vtinam implere potuisset, vt sicut illi voluntas imputatur pro opere, ita & nos non

Hier. epist. 62.

Quod verò sciret Theophilum Episcopum Alexandrinum Ioannis litteris anteuersum, qui (vt ille scripserat) existimans ob rem friuolam, nempe ordinationis Pauliniani causa, non autem tuendæ Catholicæ fidei, eos sic inter se ipsos fuisse altercatos, pro pace inter eos concilianda Legatum miserat Isidorum in Palæstinam, & pacis conciliatrices ad vtramque partem litteras dederat: Sanctus Hieronymus ad eundem Theophilum, quem nosset fuisse Ioannis mendacijs malè persuasum, litteras dedit, quibus eidem rerum gestarum veritatem puro sinceroque sermone significaret, seque pacem, quam offerebat, optare, modo veram pacem, quæ compendio, non autem dispendio fidei Catholicæ comparatur. Ac post multa, quo tandem progressus & quid demum contra ipsum Ioannes molitus sit, declarat his verbis: Nuper nobis postulauit & impetrauit exilium: atque vtinam implere potuisset, vt sicut illi voluntas imputatur pro opere, ita & nos non

Hier. epist. 61.

Quod verò sciret Theophilum Episcopum Alexandrinum Ioannis litteris anteuersum, qui (vt ille scripserat) existimans ob rem friuolam, nempe ordinationis Pauliniani causa, non autem tuendæ Catholicæ fidei, eos sic inter se ipsos fuisse altercatos, pro pace inter eos concilianda Legatum miserat Isidorum in Palæstinam, & pacis conciliatrices ad vtramque partem litteras dederat: Sanctus Hieronymus ad eundem Theophilum, quem nosset fuisse Ioannis mendacijs malè persuasum, litteras dedit, quibus eidem rerum gestarum veritatem puro sinceroque sermone significaret, seque pacem, quam offerebat, optare, modo veram pacem, quæ compendio, non autem dispendio fidei Catholicæ comparatur. Ac post multa, quo tandem progressus & quid demum contra ipsum Ioannes molitus sit, declarat his verbis: Nuper nobis postulauit & impetrauit exilium: atque vtinam implere potuisset, vt sicut illi voluntas imputatur pro opere, ita & nos non

HIERONYMVS THEOPHILVM CREDITOREM REDDIT EPISTOLA.

Hier. epist. 62.

CHRISTI  
393.SIRICII PAP.  
9.THEODOSII IMP.  
15.

solūm voluntate, sed & effectu coronam haberemus exilij. Fundendo sanguinem, & patiendo magis quā faciēdo contumelias, Christi fundata est Ecclesia, persecutionibus creuit, martyrio coronata est. Aut si isti soli, iuxta quod legimus, amant rigorem, & non nouerunt persecutionem sustinere, sed facere: sunt & hic Iudæi, sunt variorum dogmatum heretici, & maximè impurissimi Manichæi: cur eorū ne verbo quidem quēquam audent lædere, nos solos expellere cupiunt? Nos soli, qui Ecclesiæ communicamus, Ecclesiam scindere dicimur? Oro te, nōne æqua est postulatio, ut aut illos nobiscum expellant, aut nos cum illis teneant? Nisi quod in eo magis honorant, quos saltem exilio ab hereticis separant.] hæc ipse: sed quā dedecens esset, hæc irrogari ab ipso Ioanne, qui professione monachus erat, ista mox subdit:

IOANNES  
EPISCOP.  
HIEROSOL.  
PERSERQUI-  
TVR HIERO-  
NYM.  
\* Psal. 23.

Monachus, proh dolor, monachis minatur & impetrat exilium, & hoc monachus Apostolicam cathedram habere se iactans. Non nouit terrori natio ista succumbere, & impendenti gladio magis cervice quā manus subiicit. Quis enim monachorum exul patria, non exul est mundi? Quid opus est auctoritate publica, & rescripti impendijs, & toto Orbe discursibus? tangat saltem digitulo, & vltro exhibitus. Domini est terra & plenitudo eius. Christus loco non tenetur inclusus. Præterea quod scribit nos pergere tecum Romam, & Ecclesiæ communicare ei, à qua videmur communionē separati: non est necesse ire tam longè, & hic in Palæstina eodem modo ei iungimur.] His planè docet sanctus Hieronymus, non ob id quod exciderit à communionē Ioannis, exclusum se esse à communionē Catholicæ Ecclesiæ, qui communicet cum Romano Pontifice: ex quibus videas, communionē Romanæ Ecclesiæ (quod aliàs sæpè dictum est) quemlibet declarari Catholicæ communionis esse participem. hæc & alia plura Hieronymus ad Theophilum: quibus ille persuasus, post hæc (ut dicemus) fuit causæ Epiphaniij, Hieronymi, & aliorum in Palæstina Orthodoxorum, immò fidei Catholicæ aduersus Ioannem, Rufinum, & alios Origenistas.

HIERONY-  
MVS FALSA-  
RIVS HABITVS.  
\* Hier. epist.  
101.

Inter hæc autem, dum controuersia huiusmodi Hierosolymis agerentur, quid passus idem ipse Hieronymus fuerit à pseudomonacho aduersariorum arte submissio ad surripendam epistolam Ioannis ab ipso in Latinum translata, idem ipse ea epistola, quam post hæc sequenti anno scripsit ad Pammachium, declarat his verbis: Ante hoc ferme biennium miserat Ioanni Episcopo supradictus Papa Epiphanius litteras, arguens eum in quibusdam dogmatibus, & postea clementer ad poenitentiam prouocatis: harum exemplaria certatim Palæstinae rapiabantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam scriptonis. Erat in monasterio nostro vir apud suos haud ignobilis; Eusebius Cremonensis: qui, cum hæc epistola per multorum ora volitaret, & mirarentur eam pro doctrina & puritate sermonis docti pariter & indocti, cepit à me obnixè petere, ut sibi eam in Latinum verterem, & propter intelligendi facilitatem apertius explicarem: Græci enim eloquij penitus ignarus erat. Feci quod voluit, accitoque notario, raptim celeriterque dictavi, ex latere in pagina breuiter annotans, quem intrinsecus sensum singula capitula continerent, siquidem & hoc ut sibi soli facerem, oppido flagitarat: postulauitque ab eo mutuo, ut domi haberet exemplar, nec facile in vulgus proderet. Res ita anno & sex mensibus transijt, donec supradicta interpretatio de scrinijs eius nouo prestigio Hierosolymam commigravit. Nam quidam pseudomonachus, vel accepta pecunia (ut perspicue intelligi datur) vel gratuita malitia, ut in cassum corruptor nititur persuadere, compilatis chartis eius & sumptibus, Iudas factus est proditor: deditque aduersarijs latrandi contra me occasionem, ut inter imperitos concionarentur, me falsarium, me verbum non expressisse de verbo: pro honorabili dixisse, carissimum, & maligna interpretatione (quod nefas dictu sit) *αὐτὸς ἱερομονὸν ὡς ἐπιδότωρ*, id est, reuerendum auribus omnium, noluisse transferre. Hæc & istiusmodi nugæ crimina mea sunt.] ita ipse, qui ea occasione egregiam illam tractationem de optimo genere interpretandi scripsit ad Pammachium anno sequenti: qua cum in primis se purget ab illata calumnia, denique apertè docet quinam fuerint obiectorum criminum architecti, cum ait: Hæc non est illius culpa, cuius sub persona alius agit tragœdiam, sed Rufini & Melaniæ magistrorum eius, qui illum magna mercede nihil scire docuerunt.] & in fine: Excessi mensuram epistolæ, sed non excessi doloris modum: nam qui falsarius vocor, & inter mulierum radios & textrina dilanior, contentus sum crimen abnuere, cum referre. Vnde arbitrio tuo cuncta permitto, ut legas ipsam epistolam tam Græcam quā Latinam, & illicè intelli-

CHRISTI  
393.SIRICII PAP.  
9.THEODOSII IMP.  
15.

A intelliges accusatorum meorum narnias & probrosas querelas.] hæc Hieronymus.

Sed quā impudens id scelus extiterit, fraudulenter chartas surripere, & quā acres quamque seueras leges sæculi vindices haberet, recenti demonstrat exemplo, cum ait: Ac primū, antequam de translatione respondeam, volo interrogare eos, qui malitiam, prudentiam vocant. Vnde apud vos exemplar epistolæ: Quis dedit? Quæ fronte profertis, quod scelere redemistis? quid apud homines tutum erit, si ne parietibus quidem & scrinijs nostra possumus secreta celare? Si ante tribunalia Iudicium hoc vobis crimen impingerem, reos legibus subiugarem, quæ etiam pro vtilitatibus Fisci noxijs delatoribus poenas statuunt, & cum suscipiant prodicionem, damnant proditorem. Lucrum videlicet placet, voluntas displicet. Dudum Eſychium, virum Consularem, contra quem Patriarcha Gamaliel grauissimas exercuit inimicitias, Theodosius capite damnauit, quod sollicito notario, chartas illius inuassit.] fuit iste Gamaliel Iudæorum Patriarcha temporibus Theodosij & filiorum, aduersus quem Theodosij iunioris rescriptum extrat. Subdit & de alijs proditoribus exempla à Romanis supplicio affectis, atque addit: Quod leges publicæ, quod hostes tuerentur, quod inter bella & gladios sanctum est, hoc nobis inter monachos & sacerdotes Christi intutum fuit. Et audet quidam ex eis, adducto supercilio, & concrepantibus digitis, crastare, & dicere: Quid enim si redemit, si sollicitauit? fecit quod sibi profuit. Mira sceleris defensio, quasi non & latrones & fures & pyræ faciant quod sibi prodest.] hæc & alia plura in sui defensionem & aduersariorum accusationem forti vehementi que ingerit oratione. Quod verò de Eſychio viro Consulari, vltimo damnato supplicio, ingerit, & de scripris Iudæorum ab eo surrepris: ad id planè pertinere existimo, quod Theodosius hoc anno aduersum iniuriam irrogantes Iudæis, conuentus illorum prohibentes, vel synagogas diripere vel destruerere tentantes, ad Comitum Orientis III. Kalendas Octobris rescriptum dedit.

Iam vides, lector (quod non sine immenso animi dolore recolimus) quinam fuerint præcipui Hieronymi aduersarij & Origenistarum patroni, Rufinus scilicet, atque Melania. Proh dolor! tanto totius Catholicæ Ecclesiæ scandalo, ita mutatus est in inimicum Hieronymo amicus carissimus ille Rufinus, cui quā arctis amicitia vinculis & insolubilibus necessitudinis nexibus ipse Hieronymus astrictus esset, vel vno saltem illo declarat elogio, cum eundem vnā cum Melania visitantem Ægypti monasteria è solitudine Syriæ litteris inuisens, atque salutans, inter alia plurima amoris signa, sic ait: Credas mihi, frater, non sic tempestate iactatus portum naua prospèctat, non sic sitientia imbres arua desiderant, non sic curuo assidens littori anxia filium mater expectat. postquam me à tuo latere subitas turbo conuulsit, postquam glutino charitatis hærentem impia distraxit auulsio, &c.] quanta enim animi solitudine saluum sibi cuperet quod haberet, neve propter absentiam aliquod vel leue saltem pateretur dispendium amicitia, pertimesceret; ad finem illud, quod memoria tenaciùs retineret, apposuit: Obsecro te, ne amicum, qui diu quæritur, vix inuenitur, difficile seruatur, pariter cum oculis mens amittat. Fulgeat, cui libet, aurum, & pompaticis ferculis corusca ex sarcinis metalla radient: charitas non potest comparari, dilectio pretium non habet: amicitia quæ desinere potest, vera numquam fuit.] En quibus ipse circumdat vallis amicum, ne eos, volens licet, transilire absque ignominia nota valeret. Sed secutus alienos Rufinus infelix, terga vertit amico, merensque transfuga in castris hostium, inde in amicum ac fratrem furens, prodit dux impiorum armatus, nulla prorsus alia causa compulsus, quā ut aduersantes Catholicæ veritati Origenis errores saluos seruet atque propugnet: ipsum quidem haud segniter, vel loco nouissimo, sed inter primos militasse, Epiphanius dicta epistola ad Ioannem indicare videtur, dum inter tot defensores Origenis ipsum tantum nominat, ac benè precatur his verbis: Te autem, frater, liberet Deus, & sanctum populum Christi qui tibi creditus est, & omnes fratres qui tecum sunt, & maximè Rufinum presbyterum, ab hæresi Origenis, & ab alijs hæresibus & perditione earum.] hæc Epiphanius.

Sed maiori me dolore fauciat, angore cruciat, atque mœrore consternit Melaniæ acerbissimus casus. Hæcine vidua illa clarissima, ornamentum Romanarum feminarum, decus summum Christianorum, viuuntque exemplar Christianæ philosophiæ, quæ insigne illud Romæ specimen edidit, cum eodem tempore maritum ac duos carissimos liberos sicis penitus oculis sepeliuit? cuius incredibilem sanctitatem admiratus prædicans

\* Hier. epist.  
101.  
HIERONY-  
MVS PRO-  
DITORES  
EXAGITAT.

\* l. 22. de In-  
dub. C. Theod.

\* l. 9. de In-  
dub. C. Theod.

LAMENTA-  
BILIS RVF-  
INI CASVS.

\* Hier. epist.  
44.

RUFFINI  
ACERBIS-  
SIVS CASVS.

\* Hier. epist.  
60.

LUGUBRIS  
MELANIÆ  
STATVS.

cans quondam ipse Hieronymus, alijsque imitandam proponens, illa tantæ fiduciæ effatus est verba<sup>a</sup>: Sancta Melania nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, cum qua tibi Dominus (*Paulam alloquitur*) mihi que concedat in die sua habere partem, calente adhuc mariti corpusculo, & necdum humato, duos simul perdidit filios, &c.] sed planè quod subditur in femina gloriosius, cum de victa victrice omnium Vrbe triumphans, superatoque infito à natura vnica prolis amore, Roma spreta, vnico ibi relicto filio, exul mundi, cæli ciuis, victrix etiam ventorum & fluctuum, ingruente iam hieme (vt ait) Hierosolymam nauigauit.

Quam ob causam, iure meritoque idem S. Hieronymus tantarum rerum admiratione stupens, eam dignam existimauit, vt Theclæ<sup>b</sup> nomine nuncuparet: nobiliorem titulum non inueniens, quo Melaniam decoraret, quam nomen sanctissimæ virginis, primogenitæ Pauli, & primæ martyris inter feminas: vt pote quæ Romæ prima omnium clarissimarum mulierum Romanarum, spernendæ pro Christo Vrbe, contemnendi diuitias, deferendi filios, petendi que Hierosolymam exemplum dedit, ceterisque ad ipsum præstandum, forte aggressa facinus, viam aperuit, cum ipsa prima reliquas Romanas nobiles feminas antegressa, relicta Ægypto, transmissaque mari, in litore Palæstino, terra promissionis, possessione sanctorum, felicior quam Maria in terra deserta, tympanum pulsans pœnitentiæ, præcinerit Domino canticum nouum, quam alia illustres Romanæ femina, veræ reddita Israëlita, virgines atque viduæ secuta, choros ducentes, easdem cum ea concinuere Christo vincenti laudes. Sed probata ad aquas contradictionis (6 fallaciam incredibilem hostis humani generis!) decepta, superata defecit: tantaque onusta aded pretiosis mercibus nauis (ita namque nauis institoris comparatur diuino eloquio mulier fortis) in ipso tranquillitatis portu (quis credat?) est passa naufragium, cum incauta in fytres Origenis impedit: Origenis que sic conspersa fuligine, conuersa est ex Neomi in Mara, & ex Thecla redijt in Melaniam, à fuscidine ductum nomen infaustum. Ita patitur humana conditio, vt nihil quilibet, dum viuic, vendicet sibi tutum.

Sed quod luctus luctum prouocat, & excutiunt lacrymæ lacrymas: iungatur his funeribus horum malorum omnium auctor infelix Didymus, cuius cum sublimiorem præcellam intueor, profundam voraginem, in quam se præcipitem misit, vix datur posse deorsum inspicere acutioribus mentis obtutibus. Hic ille ipse (vt dicta superius obiter reperamus) quem Magnus Antonius<sup>c</sup> Alexandriæ inuisens, beatum prædicauit, quod licet cæcus esset carnis oculis, mentis tamen illos oculos nactus esset, quos (vt ait) sancti soli & Apostoli meruerunt. Cuius si scientiam spectes, id vnum inter alia multa satis in memoriam reuocasse, quod vt hunc posset habere magistrum, S. Hieronymus post auditum Gregorium Nazianzenum, & postquam exhibuisset se Romæ Orbis doctorem, cano iam capite ipsum adiit, peregrinatus Alexandriam. Sed planè accidit, secundum profundam Dei iudiciorum abyssum, vt qui ex cæco diuino munere intrinsecus videns erat, ob eamque causam ab eodem S. Hieronymo Videntis nomine (qui Prophetarum est titulus) fuit appellatus, idem bis cæcus euaserit, dum plus homini infelix, quam antiquæ Ecclesiasticæ traditioni detulit: dum, inquam, vehementiori quam par erat amore suum profecutus Origenem, eius minimè vitauit errores, sed priuato studio aspidis oua fouit: quibus ab eius discipulis Euagrio, Isidoro, Ruffino, atque Palladio ruptis, egressi: ex eis sunt reguli, morsibus ipsos primum dilacerantes, postea verò diu multumque longè lateque serpentes Dei Ecclesiam infestarunt fœtibus multiplicatis, prognatis nimirum ex iisdem postea Pelagianis. Apertissimum namque Origenis propugnatorem fuisse Didymum, S. Hieronymus in Ruffinum sæpè postea declamauit: sed ita comparatum illum fuisse, vt pro ratione audientis sciret propinare doctrinam, idem affirmat, cum hæc ait<sup>d</sup>: Extat liber Didymi ad te: quo sciscitanti tibi respondit, *de infantibus scilicet citò ex hac vita sublatis, non eos multa peccasse antequam videlicet anima eorum immergerentur in corpora: & ided corporum carceres tantum eis retigisse sufficere. Magister meus & tuus eo tempore, quo tu ab eo ista quærebas, tres explanationum in Osee Prophetam libros ad me, me rogante, dictauit: ex quo apparet, quid me, quid te docuerit.*] hæc ipse, quibus videas ex duplicis oris magistro errorum tenebras nonnisi filijs tenebrarum clandestinè & furtiuè esse communicatas: cum è contra pura gaudens luce veritas, vt lucerna super candelabrum posita, pari fulgore æquè omnes illustrare consueuerit.

Propagasse autem ætatem Didymum ad hæc saltem tempora, ex eo possumus intelligere,

gere, quod S. Hieronymus, qui anno superiori (vt dictum est) librum scripsit de Scripturis Ecclesiasticis, eum tum fuisse superstitem tradit, annum excedentem ætatis octogesimum tertium; qui & editos ab eo commentarios ita recenset<sup>a</sup>: Didymus Alexandrinus, captus à parua ætate oculis, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, vt dialecticam quoque & geometriam, quæ vel maxime visu indigent, vsque ad perfectum didicerit. Is plura opera & nobilia conscripsit, commentarios in Psalmos omnes, commentarios in Euangelium Matthæi & Ioannis, & de Dogmatibus, & contra Arianos libros duos, & de Spiritu sancto librum vnum, quem ego in Latinum verti: In Isaiam tomos decem & octo: in Osee, ad me scribens, commentariorum libros tres, & in Zachariam meo rogatu libros quinque, commentarios in Iob, & infinita alia, quæ digerere, proprii indicis est. Viuit vsque hodie, & octogesimum tertium ætatis excessit annum.] hucusque de Didymo S. Hieronymus: sed meritam omnium penè mercium iacturam fecit, qui naufragium est passus in fide: etenim constat, vix commentarium de Spiritu sancto & in epistolas canonicas expositiones reliqua esse ex tot tantisque ab eo commentarijs elaboratis.

Alius verò eiusdem nominis claruit inter anachoretas Ægypti Didymus sanctitate clarus, de quo ista Euagrius<sup>b</sup>: Vidimus inter eos quemdam ex senioribus virum bonum, nonnihil Didymum, in quo multa erat Domini gratia, quam in eo etiam vultus ipse indicabat hic scorpiones, & cerastas, id est bestias, quas cornutas vocant, & angues, qui in illis locis præ feruore Solis acerrimi habentur, tamquam terræ quosdam vermiculos pedibus conculcabat, & ita extinguebat, vt nihil ab eis omnino pateretur.] hæc ipse meminit etiam Socrates<sup>c</sup> de Didymo monacho annorum nonaginta quinque, solitariam vitam agente: extitit hic planè felicior illo de quo agitur Didymo Alexandrino; qui sui iactura omnes pios certo quidem exemplo docuit, traditionibus Ecclesiæ potissimum innitendum, nec illis quamuis doctrina insignem hominem præferendum: vt illud Pauli semper in omnium mente oreque versetur<sup>d</sup>: O Timothee, depositum custodi: profanas vocum nouitates deuita.]

Sed deploratis infelicium lapsibus, ad S. Hieronymum redeamus, qui cum aduersarium iaculis esset vndique impetitus, planè accidit vt eius hostes experirentur eum de aduersarij acerbissimū: indeque factum est, vt cum lucubrationibus ipsius apertè appeteretur, iisdem in eum acrius insurgentes impetum facerent limisq; inspicere oculis eius scripta & canino dente corroderent: conqueritur enim ipse de his sæpius. Quinam autem hi fuerint, ex multis vix paucos licet enumerare: & vt omitamus dicere de Ioanne atque Ruffino, qui perpetuum illi indixerunt bellum, fuit ex his monachus quidam iuuenis, Romæ versatus, idemque nonnihil Iouiniani hæresis suspectus, prout idem ipse Hieronymus testatur in Apologetico ad Domnionem<sup>e</sup>, de quo superius. Sed & Bonofus Segestanus Romæ itidem factus est vehemens Hieronymi obrectator, quod se existimaret litteris Hieronymi, quibus in vitia inuectus est Vrbe clericorum, ab eo ipsum sibi malè concium fugillatum<sup>f</sup>: qua pariter ratione pars reliqua illa deterior Romani cleri, quæ videretur eiusdem Hieronymi scriptis infamata, crebris eum solita fuit impetere maledictis: aded autem frequens tum horum, tum aliorum fuit turba in Hieronymum obloquentium & obrectantium, vt vix ediderit scriptum aliquod, in quo non opus fuerit pro se texere Apologiam, & in alios inuectiuam, quod ipse cum pluribus locis, tum præcipuè in præfatione in Michæam Prophetam testatur, cum ait<sup>g</sup>: Semper inuidis respondemus (quia non cessat inuidia) & librorum nostrorum exordia æmulorum maledicta confutant, qui vulgo iactant me steriles ieiunijque sermonis quasdam ineptias scribere, & cum loqui nesciam, tacere non posse.] & post pauca: Moneo tauros pingues, qui circumdederunt me, vt quiescant, & desinant maledicere, maledicta ne noscant sua.] hæc & alia id genus frequenter habet: vt instar ædificantium templum Dei, eidem necesse fuerit, altera manu gladium aduersus hostium impetum habere districtum, manu altera stylo vt ad officium ministerij. Sed de his hactenus.

Inter hæc autem, cum Dei Ecclesia (vt vidimus) in Oriente ex Origenis erroribus ita esset exagitata dissidijs: his occurrere studuit Theophilus Alexandrinus Episcopus, laborauitque quibus valuit remedijs Ecclesiæ mederi vulneribus; sed demulcendo potius quam pungendo, conatus est dissidentium animos ad pacem allicere: quod tamen Hieronymo atque alijs nonnihil displicuit, vt qui considerarent vulnus illud haud indigere fomen-

<sup>a</sup> Hier. epist. 25.

<sup>b</sup> Hieron. in Chronic.

EVGRIUS MELANIA.

CASVS DIDYMI PLANCI.

<sup>c</sup> Hier. epist. 33.

<sup>d</sup> Hier. aduers. Ruffin. apolo.

<sup>a</sup> Hieron. de Script. Eccl. in Didymo.

<sup>b</sup> Euag. vit. 55. Patr. par. 1. cap. 24.

<sup>c</sup> Socrat. lib. 4. cap. 18.

<sup>d</sup> 1. Tim. 6.

ADVERSA- RII S. HIERONYMI.

<sup>e</sup> Hier. epist. 51.

<sup>f</sup> Hier. epist. 100. <sup>g</sup> Hier. præf. in Didym. de Spiritu sancto.

<sup>h</sup> Hier. præf. in Michæ. lib. 2.



fomentis, sed aperiendum esse ferro, atque Ecclesiasticæ severitatis censura curandum. A Verum ipse Theophilus sic sibi prudenter visus est agere, si Catholicos ad pacem cogere-  
ret vigore canonicæ disciplinæ, ac deius lenitate verborum redderet Ecclesiæ obsequen-  
tes. Tradit id quidem tunc fuisse Theophili consilium S. Hieronymus, scripta ad eum  
epistola, vbi ait: Quod de canonibus Ecclesiasticis mones, gratias agimus. Quem enim  
diligat Dominus, corripit; & flagellat omnem filium quem recipit. Sed tu scito nobis  
nihil esse antiquius, quam Christi iura seruare, nec Patrum transferre terminos, semperq;  
meminisse Romanam fidem Apostolico ore laudatam, cuius se esse participem Alexan-  
drina Ecclesiæ gloriatur. Super nefaria hæresi quoddam patientiam geris, & putas  
Ecclesiæ visceribus incubantes tua posse corrigi lenitate: multis sanctis displices; ne dum  
paucorum penitentiam prætolaris, nutrias audaciam perditorum, & factio rubustior  
fiat. ] hæc Hieronymus. Porro quod profecturus esset Romam Theophilus, atque habi-  
taturum cum eo esse Hieronymum, Ioannes Episcopus divulgasset: se non indigere Ro-  
mam abire, vt cum Ecclesiæ Romana communicaret, cum absens ei communione socia-  
retur, ostendit. Verum abierit ne Romam Theophilus incertum est.

<sup>a</sup> Hier. epist. 68.

<sup>b</sup> Hier. epist. 62.

CONCORDIA  
INTA IN-  
TER S. HIE-  
RONYMYM  
ET RUFFI-  
NYM.

<sup>c</sup> Hier. epist. 66.

Sed quid tandem? Opera, puro, eiusdem Theophili Episcopi Alexandrini, inita est  
concordia inter Hieronymum atque Ruffinum: & existimare fas est, alios quoque pari  
coedere eidem copulatos, Origenis erroribus silentio condemnatis. At male obducta ci-  
catrix serpente intrinsecus tabo, iterum in vlcus erupit, quod accidit, cum Ruffinus  
Romam rediens, Periarchon Origenis à se translatum edidit vnà cum erroribus eius,  
quibus à se purgatum turpiter mentitus fuit: quando autem id contigerit, suo loco di-  
cturi sumus. Testatur id quidem ipse Hieronymus epistola ad Ruffinum scripta, de qua  
suo loco dicendum; quo tempore & Origenistas damnatos fuisse atque eiectos, pariter C  
demonstrabimus.

Hoc eodem anno, Hippone regio in Africa celebratum est Concilium generale ex to-  
tius Africanæ prouinciæ collectis Episcopis: cuius Synodi plerisque in locis sparsa mentio  
reperitur. Nam quod in primis ad tempus spectat, in collectione canonum Africanorum  
Conciliorum hæc primo loco posita leguntur: Gloriosissimo Imperatore Theodosio  
semper Augusto tertio & Abundantio viro clarissimo Consulibus, octauo Idus Octobris,  
Hippone regio, in Secretario basilicæ Pacis, &c. ] Quod verò ad sanctos ibi canones at-  
tinet, constat ex eis confectum esse breuiarium: nam ipsorum quadraginta vnus capi-  
tulum breuis summa descripta est, quo iisdem facilius innotescerent, idque decreto  
Concilij Carthaginensis postea celebrati, Cæsario & Attico Consulibus. Habentur iisdem  
canones intexti in Concilio tertio Carthaginensi, sæpeque citantur. Ceterum huius Hip-  
ponensis Concilij celebrandi nullam aliam præcessisse causam profecti sunt Patres, quam  
vt collapsam disciplinam Ecclesiasticam in integrum restituerent: quod quidem aded ef-  
ficaciter præstiterunt, vt cetera quæ postea in Africa Concilia sunt celebrata, ex Hip-  
ponensi, tamquam archetypo quodam, complura fuerint mutuata.

CONCILI-  
VM HIPPO-  
NENSE.  
<sup>d</sup> Tom. I. Con-  
cil. in exord.  
Concil. Afric.  
edit. vet.  
\* Seniore

<sup>e</sup> Possid. Vit. S. Aug. c. 7.

<sup>f</sup> August. Re-  
tract. lib. 1.  
c. 17.  
QVID AV-  
GVSTINVS  
IN CONCIL.  
HIPPONEN-  
SI.

<sup>g</sup> Possid. Vit. S. Aug. c. 8.

Meminit huius Concilij Hipponensis Possidius, & quæ in eo fuerint partes Augusti-  
ni ita describit: Per idem tempus coram Episcopis hoc illi iubentibus, qui plenarium to-  
tius Africanæ Concilium Hippone agebant, de Fide & Symbolo presbyter adhuc Augusti-  
nus disputauit. ] hæc ipse. meminit eiusdem tractationis idem Augustinus, cum in ipsa  
correxisset quod dixerat de resurrectione: Non iam caro erit & sanguis, sed tantum corpus. ]  
elucidasse voluit quæ dixisset ambigüe, ne ea in deteriorem sensum ad astringendam suam  
ipsorum hæresim ab Origenistis vsurpari potuissent, de quorum errore paulò superius E  
actum est. Porro eam disputationem ipse Augustinus in librum conuertit, id ipsum po-  
stulantibus compluribus, qui aderant, & à quibus diligebatur, Episcopis. Cum verò  
aded præclarum specimen de se eo conuentu coram Patribus Augustinus ediderit, ob  
idque eum cuperent omnes: Valerius inuidiam patiebatur, quod sibi adsciuisset eum in  
presbyterum Hipponensis Ecclesiæ: qui timens pariter ne tam nobilis Christi mini-  
stri dispendium faceret, & adsciscendus ab alijs esset in alicuius vacantis sedis Episcopum,  
cogitare cœpit de subrogando eum sibi adhuc viuenti Antistitem coadiutorem,  
futurum postea successorem: testatur id quidem Possidius. Contulit ipse tunc totum  
id cum Aurelio Episcopo Carthaginensi; atque tandem postea, cum sibi opportu-  
num visum est, perfecit quod mente conceperat, idque post annum. agemus ea de re  
pluribus suo loco: hæc autem modò occasione Concilij Hipponensis, in quo Augu-  
stinus

A stinus omnibus totius Africanæ Episcopis manifestus, quantusque esset, innotuit.

Hoc item anno renunciato (vt dictum est) Honorio Imperatore, relictoque cum eo Ar-  
cadio Augusto Constantinopoli, ipse Theodosius aduersus Eugenium tyrannum Occiden-  
tale Imperium occupantem, expeditionem parat: Quem, inquit Socrates, plurimi bar-  
bari trans Istrum incolentes sua sponte ad auxilium ei contra tyrannum ferendum secuti  
sunt. ] Ceterum Theodosius doctus exemplo, pietate magis quam armis hostes debellari  
solere, in eo præcipue innitendum esse putauit, vt Deum sibi sanctis operibus sancto-  
rumque precibus conciliare, illud Dauidicum occinens: In Deo faciemus virtutem, &  
ipse ad nihilum deducet tribulantes nos ] probè sciens, Deo duce, Cyrum dorfâ Regum  
retrosum conuertisse, superbos terræ humiliasse, portas areas contriuisse, confregisseque  
vestes portarum ferreos. Sic igitur compositus animo, primum omnium futuri belli euen-  
tum non magicis explorat præstigijs, nec oraculorum responsis quærit ambigujs ( hæc  
enim omnia sanctis legibus, ne quis faceret, & post obtentam victoriam proximum fore pro-  
maximum per seruos suos, quid de futuro belli euentu prædiceret, consulendum putauit.  
Quamobrem Legatos mittit ad celeberrimum vatem illum in eremo latitantem Ioan-  
nem anachoretam, cuius in futuris euentis explorandis virtutem satis perspectam habuit  
ex superiori bello huic non impari aduersus tyrannum Maximum gesto. Quæ autem il-  
le diuino afflatus spiritu responderit, Ruffinus tradit, qui hæc ait: Theodosius nihilò  
segnius inflammatus ad vltionem, arma contra Eugenium, qui in locum defuncti sub-  
stitutus est, corripit, primò Dei voluntatem per Ioannem monachum, de quo supra me-  
morauimus, sciscitatus. Tum ille, qui primam de Maximo ei victoriam prædixerat in-  
cruentam, etiam hanc licet non absque plurima vtriusque sanguinis inundatione promit-  
tit. ] hæc ipse. Porro hac ad Ioannem legatione functum esse Eutropium, qui sub Arcadio  
post Ruffinum rexit Imperium, Sozomenus auctor est. At verò non de futuro exitu bel-  
li tantum vaticinatum esse Ioannem, sed & post obtentam victoriam proximum fore pro-  
palasse obitum ipsius Theodosij Imperatoris, Euagrius tradit, Theodoretusque id ipsum  
affirmat. At post hæc Ruffinus subdit ista etiam de bellico apparatu.

Igitur preparatur ad bellum non tam armorum, telorumque quam ieiuniorum ora-  
tionumque subsidijs: nec tam excubiæ vigilijs, quam obsecrationum pernoctatione  
munitus circuibat cum sacerdotibus ac populo omnia orationum loca, ante martyrium,  
& Apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus, & auxilium sibi fida sanctorum inter-  
cessione poscebat. ] hæc de Theodosij pio apparatu Ruffinus tradit, qui hoc fermè tem-  
pore ista scribebat. Addit Cedrenus, sed quo auctore, nescimus, Theodosium incognitum  
D alieno habitu ea ex causa esse peregrinatum Hierosolymam ad sancta inuisenda loca, quo  
facilius Dei auxilium promereret, eundemque diuino monitu cognitum à Ioanne eius  
sedis Episcopo. At hæc Cedreni ignorauere maiores: quæ si explorata habuissent, minimè  
reliquissent obuoluta silentio.

Qualisnam autem Eugenij tyranni ad idem bellum fuerit apparatus, ex eodem Ruffi-  
no possumus intelligere, cum ista subdit: At Pagani, qui errores suos nouis semper er-  
roribus animant, innouare sacrificia, & Romam funestis victimis cruentare, inspicere  
exta pecudum, & ex fibrarum præscientia securam Eugenio victoriam nunciare, supersti-  
tiosius hæc agente & cum omni animositate Flauiano tunc Præfecto, cuius assertionibus  
(magna enim erat eius in sapientia prærogatiua) Eugenium victorem fore pro certo præ-  
sumperant. ] hæc ipse. Erat quidem Christianus Eugenius, vt ex sancti Ambrosij ad eum  
E scripta epistola potest intelligi: ceterum vt qui in gratiam Christianorum Principum eam-  
dem religionem sectatus esset, haud eam ex animo coluit, utpote qui foris præferreret  
Christianum, intus Paganum gereret, & cum posset absque arbitris, quæ deorum Gen-  
tilium essent, sacra ageret: vnde factum est, vt Gentilium omnium Senatorum animos  
sibi conciliarit, eosdemque fautores ad ambiendum Imperium nactus sit: Quem verò  
exitum res habuerint, dicturi sumus anno sequenti, quo ambo exercitus manus conse-  
ruere. Prosequamur iam reliqua à Theodosio hoc anno sanctè pieque gesta, quibus ad  
id quod parabatur hoc anno bellum, diuinum sibi numen propitium reddidit. Inter alia  
autem digna memoria illud planè fuit, quo magnam excitauit admirationem, & sum-  
mam concitauit sibi laudem, dum quo tempore ad immensas bellorum expensas consue-  
uerant Reges indicere noua tributa populis sibi subditis (quod & ipse ante in belli ap-  
paratu aduersus Maximum fecerat, cum ea de causa populus Antiochenus impatiens  
oneris

<sup>a</sup> Socrates. lib. 3. cap. 24.

<sup>b</sup> Psal. 59.

<sup>c</sup> Isai. 45.

THEODO-  
SIVS LEGA-  
TOS PRO  
PRÆCIBVS  
MITTIT.

<sup>d</sup> Ruffin. lib. 2. c. 32.

<sup>e</sup> Sozom. lib. 7. c. 22.

<sup>f</sup> Euag. Vit. SS. Pat. c. 1.

<sup>g</sup> Theod. lib. 5. c. 24.

BELICVS  
THEODOSII  
APPARATVS

<sup>h</sup> Ruffin. lib. 2. cap. 33.

THEOD.  
APPARA-  
TVS AD BEL-  
LVM VEN-  
TVRVM.

oneris, in rem fœdam, quam recensuimus, prolapsus est) ipse Theodosius modò non A ab his tantum abstinuit, vt nouas exactiones inferret; sed recens indictum à Præfecto Prætorio Tatiano ante biennium Consule, nouo dato rescripto, omnino remisit. Exstat de eiusmodi Theodosij temperantia & digna Christiano Principe munificentia ipsum rescriptum hoc ipso anno datum ad Ruffinum agentem Præfectum Prætorio, his scilicet verbis:

1. 13. de m. no. tribur. Cod. Theod. THEOD. BO. NA DAM. NATORVM RESTITUIT.

Ærarie præstationis adiectio, quam citra præcã consuetudinem prouincialium hu- meris Tatianus imposuit, à cunctis penitus salubri moderatione remouenda est. Dat. pridie Id. Iunij Constantinopoli, Theodosio Aug. 111. & Abundantio Coss.] Ex his planè intelligis esse corrigendum Sozomenum dicentem, Theodosium in hac expeditione pa- randa aduersus Eugenium, nouum indixisse tributum, cuius causa tumultuatus fuerit populus Antiochenus: sed id contigisse in expeditione belli aduersus Maximum, satis per- spicue superius est demonstratum, vt nullo modo reuocari possit in dubium.

Quod rursus ad hanc rem spectat, illud etiam augustæ munificentie hoc anno Theodo- sius specimen edidit, cum illata in Fiscum bona reorum tempore Præfecturæ Prætorij dicti superius Tatiani, vel ipsius reis, vel ipsorum coniunctis restituenda mandauit, gemino ea de re dato rescripto, cum primùm ad eundem qui supra Ruffinum Præfectum Præto- rij ita rescripsit:

1. 11. de ho. nis proscripti. Cod. Theod. THEOD. BO. NA DAM. NATORVM RESTITUIT.

Omnia proscriptorum bona, quæ Fisco iusserat Tatianus adnecti, vel ipsis qui propriam nuditatem, vel illis qui suorum mortem in extrema positi egestate lugent, sine dubitatio- nis obstaculo reddi præcipimus. Dat. prid. Id. Iunij, Constantinopoli, Theodosio Aug. 111. & Abundantio V. C. Coss.] Rescripsit idem Imperator eadem ad Drepanium Comitem rerum priuatarum; illud quoque addens, vt eadem bona, licet alijs donata fuissent, ni- hilominus redderentur, sic enim rescriptum se habet:

1. 13. eod. tit. Cod. Theod.

Omnia proscriptorum bona, quæ Fisci nomine singulis quibusque Tatianus eripuit, vel ipsis, qui gladio acerbiorum stylium passi, ærumnas suas nuditate fleuerunt, vel eorum filijs ac propinquis, qui cruentas exceperunt sententias, restitui mox iubemus: ita vt omnes, qui aliquid ex huiusmodi bonis nostra liberalitate meruerunt, restituerere adepta cogan- tur. Dat. prid. Id. Iun. Constantinop. Theodosio A. 111. & Abundantio Coss.] Hæc, ro- go, attendant, qui in bellico apparatu non largitionibus & eleemosynis preces pauperum sibi conciliant, sed eorum luctu ex acerbioribus exactionibus & clamoribus Deum con- tra se prouocant, & infensum penitus reddunt, secundum illud Dauid dicentis: Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus] cum interdum contingat ea ipsos subditos pati à suis Principibus, quæ nec ab hostibus forent aliquando experturi. Vnde accidit, vt quantumlibet belli iusta causa præcesserit, illud tamen triste

PRINCIPES CHRISTIA- NID AT- TENDANT. 1. Psal. 11.

1. 1. 1. Dominus effari cogatur indignans: Heu<sup>o</sup> consolabor super hostibus meis] cum scilicet cogitur (vt ita dicam) Deus inuitus in suos arma conuercere, quæ in hostes exacuerat ius- tus zelus. Sed ad Theodosium redeamus.

Hæc cum ipse (vt vidimus) mense Iunij statuisset, paulò post, nempe sequenti mense, quæque optima mente agitans, ne quid indignum, quo diuina prouocaretur vindicta, mi- lites perpetrarent licentia militari, quo eos intra fines modestiæ contineret, hæc primùm rescripsit ad Comites vtriusque militiæ:

1. 3. de salgã. Cod. Theod.

Nemo militans à suo hospite salgami aliquid nomine postulet, id est, ne lignum, aut oleum, culcitrae poscantur. Dat. 1111. Kal. Aug. Constantinop. Theodosio A. 111. & Abundantio V. C. Coss.] vetuit etiam pro annonarijs speciebus exigere pretium, & in eos qui ditiorum sibi procurarent hospitia, ista sanciuir:

THEOD. CO- ERCE LI- CENTIAM MILITVM. 1. 18. 19. 20. de erog. milit. amon. C. Theod.

Si quis mensorum nostrorum manu, qua deputatas singulis quibusque domus enotant, & postibus hospitaturum nomen adscribunt, delere non dubitauerit: ad instar falsi reus ex hac auctoritate teneatur, Dat. vi. Kalend. Nouembris. Constantinop. Theodosio Aug. 111. & Abundantio V. C. Coss.]

1. 4. de me- tat. C. Theod.

Quæ verò idem hoc eodem anno, mense Augusti, Christiano maximè pio digna san- ciuerit, ex his accipe quæ ad Ruffinum Præfectum Prætor. in hæc verba rescripsit, quibus admireris Magnum Theodosium in sago militari summè philosophantem:

1. 1. si quis vtabd. imp. Cod. Theod.

Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo petulantique maledictò nomina nostra crediderit laceffenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum fuerit: eum poenæ nolumus subiugari, neque durum aliquid nec asperum sustinere. Quoniam si id

A si id ex lenitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab iniuria, remittendum. Vnde integris omnibus, ad nostram scientiam referatur: vt ex personis hominum dicta pensemus, & vtrum prætermitti, an exquiri debeat, censu- mus. Dat. v. Id. Aug. Constantinop. Theodosio A. 111. & Abundantio V. C. Coss. Ad- mirare, lector, Imperatoris cum pietate prudentiam, dum cum ipse videtur seueritatis soluere disciplinam, tunc magis eam fibula editæ legis astringit. Etenim quem putas ista percipientem voce præconis, vel in albo Prætoris aut in foro legentem, non continuò sum- ma erga suum Principem charitate propensorem redditum: vel si aliàs prauo in eum esset commotus animo, nonne qualibet grauiori poena supplicium illud fuisset sibi existiman- dum, quod quicquid in Principem oblocutus ipse fuisset, ad eius peruenturum aures cer- tò sciret? Sic igitur ea edita sanctione Christiano Principe digna, ita conciliauit sibi ani- mos omnium, vt tamen eorum, qui odium imbibissent, arctiori freno audaciam coercue- rit, cum scirent, quòd si in maledicta prorumperent, fore ea Principi manifesta; in hunc planè modum optimè consulens & Christianæ mansuetudini & Imperatoriæ maiestati. His itaque præuijs sanctissimis legibus, alijsque pijs operibus, idem Theodosius Imperator ad sequentis anni auspiciandum bellum certam sibi strauit ad victoriam viam: quam (vt suo loco dicemus) feliciter consecutus est, antè clementia certans, quàm armis decerneret.

THEODOSII PRVDEN- TIA IUNCTA CLEMEN- TIAR.

Prædicata quidem fuit in Christiano Principe inter alias egregias virtutes clementia ab exteris etiam hominibus, & admirationem haud mediocrem attulit, atque inter alios Themistio Gentili philosopho, qui eam virtutem in Theodosio plurimum celebrauit: quem ex æquandum prædicat hac ex parte ipsi Deo optimo maximo, ceteros Principes quantumlibet nomine celebres superantem. ipse enim vbi pro concione damnauit Ale- xandri Magni trucem animum, & ex vino truculentiorum solitum reddi, quo etiam pro- bos è medio sustulit, ad Theodosium conuersus: Tu, inquit, optime Rex, nequaquam: quin improbis largiris veniam, atque id vt probis gratificeris, eos dimittis incolumes & indemnatos, qui stulta ac vana locuti sunt, tamquam eos quibus tristia somnia obrigerint: atque ita ad præclarã virtutum omnium clementiam quàm facillimè impelleris; quia Dei quàm simillimus, & diuinæ cuiusdam naturæ particeps esse videris.] hæc Themistius magni nominis à temporibus Constantij Imperatoris in Orbe philosophi, qui & sub Theodosio prouecta admodum senectute vixit, & à Theodosio, licet Ethnicus esset, ma- gna æstimatione habitus: etenim (vt ipse testatur) profecturus Constantinopoli Theodo- sius in Occidentem, Arcadium filium eidem commendauit.

Hoc eodem anno Alipius Tagastensis, Augustini in vitæ instituto collega, Hierosoly- D mam profectus inuisit S. Hieronymum: cui cum multa de eiusdem Augustini vitæ sancti- tate atque doctrina nota fecisset, sequester extitit, vt inter vtrumque amicitia vinculum strictius necteretur. Docent hæc litteræ eiusdem Augustini postea scriptæ per Profutu- rum. Puto tunc per eundem Alipium innotuisse Augustino commentarium ab ipso Hieronymo elucubratum de Scriptoribus Ecclesiasticis, cuius in dicta epistola per Profutu- rum missa ipse meminit Augustinus. Vbi verò in Africam Alipius reuersus est, haud mul- tò post creatur Episcopus Tagastensis, antè scilicet, quàm Augustinus per ipsum Profutu- rum ad Hieronymum scriberet: nam in ipso litterarum exordio ita habet: Numquam æquè quisquam tam facile cuiilibet facie innotuit, quàm mihi tuorum in Domino studio- rum quæta lætitia, & verè exercitatio liberalis. Quamquam ego percipiam omninò te nosse: tamen exiguum quiddam tui minus habeo, præsentiam videlicet corporis: quam ipsam etiam, posteaquam te beatissimus nunc Episcopus, tunc verò iam Episcopatu dignus frater Alipius vidit, remeansque à me visus est, negare non possum magna ex parte mihi esse relatu eius impressam; & ante reditum, cum te ille ibi videbat, & ego videbam, sed oculis eius: non enim animo me atque illum, sed corpore duos, qui nouerit, dixerit, con- cordia dumtaxat & familiaritate fidissima, non meritis, quibus ille antecellit.]

ALIPIVS PROFICISIT- TVR HIERO SOLYMAN.

Aug. epist. 8. Et apud Hier. epist. 86.

Ceterum vbi hæc sequenti anno post creatum Alipium Episcopum scriberet Augusti- nus, Hieronymus eum præuenit epistola, qua inter alia eundem Augustinum admonuit de cauendis in Origenis lectione eius erroribus: significat hæc idem ipse Augustinus in secunda epistola ad illum scripta. Quòd autem S. Hieronymus ipsum ista monuerit, non alia de causa factum puto, nisi quòd cum Alipij Hierosolymam aduentus tunc contige- rit, cum excitata nuper controversiæ Hierosolymis inter Hieronymum & Epiphanium altera ex parte, ex altera verò Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, Ruffinum, Isido- rum, M m m rum,

Aug. epist. 9. Hierony- mus quid admonuit Augusti- num.

rum, Palladium, Melaniam & alios versarentur: ne Augustinus relatione Alipij de omnibus certior redditus, aduersariae partis fortasse defensor insurgeret.

Certe quidem subodorari mihi videor, tantos viros, penes quos summa rerum Hierosolymis esset, nempe Ioannem eius ciuitatis Episcopum, & vna cum Melania Ruffinum (vt moris est rectis dogmatibus aduersantium, in eorum propugnatores acerrime inuehi, calumnijs lacerare, ac prociudere contumelijs) aduersus Hieronymum aliqua Alipij auribus insusurasse, eademque ipsum in Africam redeuntem Augustino narraffe: quibus ipse non nihil permotus, paulo licentior primis litteris ad Hieronymum scriptis, licet retenta pace & concordia atque amicitiae vinculo, quo se profitebatur astrictum, a reprehensione scriptorum illius aggressus sit, dum illa Profuturo data epistola, Hieronymi scripta carpit: sed in quibusnam; haec suo tempore, quo epistola scripta probatur, aperimus. hic satis modò egisse de peregrinatione Alipij Hierosolymam, ex qua sicut amicitiae inter vtrumque prima iacta sunt semina, ita altercationis sparsa, fomitem suppeditantibus Origenistis.

\* Aug. epist. 8. & apud Hier. epist. 87.

QUANDO HIERONYMVS SCRIP- PSIT DE VITA CLERICORVM.

Hier. epist. 3.

Hier. epist. 3.

Luce. 11.

DE ANTI- QVOVS VESTIVM CLERICORVM.

Hier. epist. 22.

At tandem huius anni periodum claudamus tractatione lucubrationis eiusdem S. Hieronymi ad Nepotianum sancti Heliodori nepotem, De vita clericorum inscriptae: hoc enim anno ipsam elaboratam fuisse, inde colliges, quòd idem sanctus Hieronymus in eius libelli fine dicat: Coegisti me, Nepotiane carissime, lapidato iam virginitatis libello, quem sanctae Eustochio Romae scripseram, post annos decem rursus Bethlehem ora referare, & confodiendum me linguis omnium prodere, &c. ] quod scilicet sicut in illo prauos clericorum mores fugillauit, ita in isto vitae clericalis omnes recensendo numeros, qui ab eis essent extorres, reprehensionis nota viderentur iniusti. Quòd verò ait, post decennium à tempore illo, quo ad Eustochium de Virginitatis custodia libellum scripsit, eum ad Nepotianum scripsisse tractatum: si tempus enumeres, ad hunc ipsum annum lucubrationem illam ad Nepotianum editam referre necesse erit. Exquisierat eam crebris epistolis à Hieronymo Nepotianus, qui relicta saeculi militia, in qua clarus apud Imperatorem vigeat, vitam se clericali addixerat: de his enim in eius epitaphio ita Hieronymus: Quoties ille transmarinis epistolis deprecatus est, vt aliquid ad se scriberem? quoties nocturnum de Euangelio pctitorem & interpellatricem duri iudicis mihi viduum exhibuit: Cumque ego silentio magis quam litteris denegarem, & pudore reticentis pudorem suffunderem postulantis: auunculum mihi opposuit precatorem, qui & liberius pro alio peteret, & pro reuerentia sacerdotij facilius impetraret. ] Quanti autem libellum illum fecerit, & ex eo profecerit Nepotianus, idem Hieronymus haec subdens indicat: Feci ergo quod voluit, & breui libello amicitias nostras aeternae memoriae consecraui. Quo suscepto, Cræsi opes & Darij diuitias se vicisse iactabat: illum oculis, illum manibus, illum sinu, illum ore tenebat: cumque in stratu frequenter euolueret, super pectus soporati dulcis pagina decidebat, &c. ]

Quod verò inter alias admonitiones (quod ad antiquum usum pertinet) de clericorum vestitu illa addidit: Vestes pullas aequè deuota vt candidas] aequè nos admonemur clericorum dignum habitum nequaquam olim pulli fuisse coloris, qui vestium monachorum peculiaris erat: nam in epitaphio S. Marcellae, & alia ad Marcellam epistola, necnon contra Iouinianum idem non obscure significat, pulli coloris fuisse habitum monachorum. Cum igitur neque pullus, neque candidus color clericis congruere videretur, possumus intelligere castaneum colorem, necnon violaceum in Ecclesia Catholica antiquo vsu receptum, retentumque vsque hodie ab eis qui familiae sunt summi Pontificis, necnon ab alumnis Romanae Ecclesiae Seminarij, & alijs: vt omitteremus Episcopos, illis exceptis, qui ex claustralium ordinibus ad eam promoti sunt dignitatem. Irrepsisse autem color niger in clerum videtur, cum & monachissimus (vt dictum est superius) in nonnullis ecclesijs à clericis receptus est, & ex monachis Episcopi creati sunt; reliquos autem clericos alio vfos esse colore, vt distinguerentur etiam à laicis, qui incedebant atrati, superius diximus. Si de coloribus Gentilicium consulas antiquitatem, scimus ex Suetonio ab Augusto reprehensos Romanos pullatos, ab eodemque iustos non nisi albatos in theatro sedere. Ceterum alba ferre vestimenta his temporibus, peculiare Nouatianorum fuit, qui se Catharos, nempe mundos esse iactabant, & dici volebant. sed de his alijs.

Nonagesimusquartus supra trecentimum Christi annus aperitur nouis Consulibus, iisdemque Augustis, Arcadio tertium & Honorio secundum: quo Theodosius Imperator, sublato Eugenio tyranno, totius Romani Imperij monarchia vna cum filijs potitus est. Haec autem quo modo gesta sint, accuratè dicenda sunt. Res quidem magna obseruatione digna, vt pote quòd non de eo tantum agatur bello, quo de summa totius decernatur Imperij, sed de potentia & veritate alterutrius diuini cultus, nempe Christianae religionis, ac Gentilicis superstitionis, disceptatio peragi videatur; admittente nimirum Theodosio vndique petitis ex Christiana religione praesidijs, aduersarijs verò (vt dictum est) ex dijs Gentium indefinentibus sacrificijs, alijsque superstitionis ritibus sibi auxilium comparantibus, qui deorum oraculis de promissa sibi victoria gestiebant. Isti igitur omnem fiduciam colloçantes in opitulatione deorum, de excipiendo intra Alpium septa aduenientem Theodosium cum exercitu consilium inierunt. Ducabant copias imperatis post Eugenium Arbogastes & Flavianus Praefectus in Christianam religionem insensus, & cultu deorum nulli secundus. Reecedentes hi Mediolano cum exercitu, vt Alpium claustra munirent (inquit Paulinus) minati sunt, cum victores reuertissent, stabulum se esse facturos in basilica Ecclesiae Mediolanensis, atque clericos sub armis probaturos. Sed miserandi homines cum daemonibus suis male creduli sunt, dum aperiunt os suum in blasphemiam ad Deum, spem sibi victoriae ademerunt. Causa autem commotionis haec fuit: quia munita Imperatoris Eugenij, qui se sacrilegio commiscuerat, ab Ecclesia respuebantur, nec orandi illi cum Ecclesia societas tribuebatur. ] Haec Paulinus, cuius testificatio illud etiam certum habetur, reuertisse è Tuscia Mediolanum, digressio iam inde Eugenio, S. Ambrosium, vt Theodosium venturum exciperet de tyranno victorem, cum nihil dubitaret de propitio belli euentu Fidelibus, impijs verò funesto: Occupant isti Alpium iuga: sed quibus aggeribus muniunt aditus: deorum simulacris, idolis Gentium, nempe (vt Augustinus) simulacris Iouis Fulminis. At quonam prauius signo ductatur eorumdem exercitus? statua Herculis. haecque omnia peracta sunt consilio Flavianij, qui de certa victoria iam euulgarat responsa deorum: quibus confisi, Italiae claustra, Iulias Alpes tuto praesidio occupantes, Theodosium aduenientem expectant.

BEILVM THEODOSII ADVERSVS EVGENIVM.

Paulin. in vit. S. Ambrosii.

AVXILIO DEORVM NITVNTVR ADVERSA- RII.

August. de Ciuil. Dei lib. 5. c. 26.

Sozom. lib. 7 cap. 24.

THEODOSI- VS RECDIT CONSTAN- TINOPOLI.

Theod. lib. 3 cap. 24.

Zosim. lib. 4. VIRTUTE

CRVCIS CON- FIDIT THE- ODOSIVS.

Ruffin. lib. 1. cap. 10 & lib. 2. cap. 33.

Hic autem (inquit Sozomenus) postquam omnia illi instructa essent, quae ad bellum necessaria erant, Honorium iuniorum filium Caesarem declarat (quod factum anno superioris, alij affirmant) Arcadium enim iam ante inaugurauerat: vtroque autem filio Constantinopoli relicto, properè cum exercitibus ex Oriente ad Occidentales Imperij regiones festinabat, sequebaturque ipsum ingens auxiliarium manus ex barbaris Istri accolis. Fertur autem, quòd cum egressus Constantinopoli ad septimum milliare peruenisset, Deo preces nuncupavit in ecclesia illa, quam in honorem Ioannis Baptistae construxerat: ac petierit, vt expeditionis illius alea tum sibi, tum exercitui suo, tum Romanis omnibus feliciter cederet: & auxiliatorem sibi inuocauerit ipsum Baptistam. Haec igitur precatus, in Italiam contendit. ] Prauius Crucis signo, quod micabat in Labaro, praecipui duces hi ducebant exercitum: Timasius, post hunc Stilicho maritus Serenae filiae fratris ipsius Theodosij Imperatoris: foederatosque barbaros regebant Gaius atque Saulus: sed & Bacurius ex Armenia oriundus parti exercitus cuidam praefectus erat: ista ex Zosimo. Sed quod ad Bacurium spectat, erroris arguitur à Ruffino, qui ait eum non Arimenum, sed gente Iberum fuisse, Iberorumque Regem; apud Theodosium autem Domesticorum Comitem: cui, inquit, summae curae erat religio atque veritas: qui Hierosolymis familiariter cum ipso Ruffino versatus est, cum ageret ibi ducem exercitus limitanei: à quo se accepisse ipse Ruffinus tradit, quam scripsit gentis Iberorum ad Christum sub Constantino Imperatore conuersionis historiam, suo loco superius recensitam. Sed & eiusdem Zosimi illi sunt corrigendi errores, quibus ait, Theodosium duxisse secum Honorium, & Gallam Augustam hoc item tempore esse defunctam; aduersantibus ei huius temporis scriptoribus omnibus.

Erat totius virtus exercitus Theodosij signum Crucis, quam expauescerent aduersariae

CHRISTI  
394.SIRICII PAP.  
10.THEODOSII IMP.  
16.

potestates: erat Crux illi munimen & ornamentum effulgens in armis atque militaribus signis: qua & suam ipsius munire frontem magis, quam corona ac diademate ornare caput, eidem curæ erat; cum depositis illis, hanc ut Christianorum Principum regale sortum, summum capitis ornamentum ac tegumentum, superindueret: de quo Chrysostomus<sup>a</sup>: Ante hæc, inquit, impij & persecutores erant Reges; nunc vero ad cælum præferunt pietatem; & ingredientes limen ecclésiæ, deponunt coronam, & Crucem Christi depingunt in suis frontibus Theodosius pater & filius Theodosij religione ac pietate insignes: hæc ipse Prudentius agens aduersus Symmachum, ipsum Theodosium Romanam his versibus iure compellentem inducit<sup>b</sup>:

<sup>a</sup> Chrysost.  
hom. i. in Ps.  
ecclesi.

<sup>b</sup> Prudent.  
aduers. Sym.  
mach. lib. i.

*Agnoscas, Regina, libens mea signa necesse est,  
In quibus effigies Crucis aut gemmata resulget,  
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.*

In ipso autem prociuetu Theodosius, memor pietatis, qua sola sperat parari sibi posse victoriam, nouis edictis Christi hostes insectatur hæreticos: mense enim Aprilis rescriptisse hæc reperitur<sup>c</sup>:

<sup>c</sup> l. 12. de hæ.  
ret. Cod.  
Theod.

Hæretici neque Episcopi faciendi potestatem, neque Episcoporum confirmationes licitas habeant. Dat. xvi. Kal. Maij, Constantinopoli, Arcadio III. & Honorio II. AA. Coss. ] sed ista plenius notito rescripto mense Iulij ad Ruffinum Præfectum Prætor. ab Arcadio & Honorio hoc eodem anno postea promulgato repetuntur his verbis<sup>d</sup>:

Hæreticorum dementia nec ulterius cõnetur perpetrare quæ repererit, nec illicita habere concilia; nusquam profana præcepta vel docere, vel discere: nec Antifites eorundem audeant fidem insinuarè, quam non habent, & ministros creare, quod non sunt: nec per conuentionem iudicantur, omniumque quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, eiusmodi audacia negligatur & crescat. Dat. vii. Idus Iulij, Constantinopoli, Arcadio III. & Honorio II. AA. Coss. ] hæc quidem filij Imperatores, iussu proculdubio parentis, quem expeditio militaris cõegerat rem paucioribus agere.

At iam ipsas res bellicas prosequantur: Quo modo autem ipso primo congressu compulerit Theodosius aduersarios loco cedere, & iuga conscendere montium, Ruffinus<sup>e</sup> his paucis absoluit: Vbi veræ religionis fretus auxilio Theodosius Alpium fauces cepit uirgere: primi illi, quibus nequicquam litatæ sunt tot victimæ, de fallaciæ conscientia trepidi dæmones in fugam versi, post etiam magistri horum & doctores errorum, præcipue Flavianus plus pudoris quam sceleris reus, cum potuisset euadere, eruditus admodum ut mereri se mortem pro errore iustius, quam pro crimine iudicauit: ceteri vero instruunt aciem, & collocatis in superiori iugo insidijs, ipsi pugnam in descensu montis expectant. ]

<sup>f</sup> Zosim. lib. 4.

hæc isto modo Ruffinus, cui consentiunt scripta à Zosimo, dum ait<sup>f</sup>: Alpium præter omnem spem potitus, ad hostes accessit, inopinato aduentu Eugenio terro. ] Theodoretus<sup>g</sup> reliqua fusius prosecutus, tradit primo congressu Theodosium posteros tulisse: quod & Zosimus<sup>h</sup> narrat his verbis:

<sup>g</sup> Theod. lib. 5.  
cap. 24.

<sup>h</sup> Zosim. lib. 4.

Ceterum præstare ratus Theodosius, ut legiones barbaras in aduersos immitteret, ijsque primum periclitaretur, Gainem cum nationibus sibi subditis hostem aggredi iussit, sequentibus hunc alijs ducibus, quicumque barbaricis omnibus, equitibus inquam & sagittarijs equestribus & peditarijs præerant. Aduersus hos cum suos produxisset Eugenius, omnibusque copijs congressi iam essent exercitus: ipso prælij tempore talis defectus Solis accidit, ut maiori spatio nox esse potius quam dies existimaretur. Cumque nocturnam quodammodo pugnam exercitus pugnarent, tanta strages hominum edita fuit, ut eo die maior pars fœderatorum Theodosij Principis interficeretur, vna cum Bacurio duce, qui ante suos fortissimè se periculis obiecit: ceteri præter opinionem fuga cum residuis euaderent. Igitur vbi noctis interuentu se recollegissent exercitus: ob victoriam elatus Eugenius, munera distribuebat in eos qui supra ceteros fortiter sese gesserant, & ecenandi potestatem faciebat, quasi nullum amplius post tantam cladem acceptam prælium futurum esset. His ad epulas conuersis, Theodosius auroram appetentem conspicatus, vniuersis cum copijs in hostes adhuc humi iacentes irruit, & nihil eorum quæ perpeterentur, animaduertentes occidit, &c. ] ista de bello Zosimus, quæ non vt probemus sed vt confutemus, recensuisse volumus. Callido quippe consilio Ethnicus scriptor, quod sciret victoriam Theodosij in deorum ignominiam & gloriam Christi cedere: quam negare non potuit, sic obscurauit, ut non Christi virtuti atque pietati Theodosij adscri-

EVGNA  
THEODOSII  
ADVERSVS  
TYRAN-  
NYM.

CHRISTI  
394.SIRICII PAP.  
10.THEODOSII IMP.  
16.

A si j adscribenda esset, sed potius Eugenij oscitantia parata esse, dici deberet.

Sed quem trium errorum hac ipsa narratione nuper arguimus, restat vt in his quoque magnopere errasse monstremus. ac primum quod ait de Solis eclipsi eo ipso tempore hoc anno facta, quam constat testificatione Prospero<sup>a</sup> ac Marcellini contigisse sub Consulatu Theodosij & Abundantij, anno nimirum superiori, vt superius dictum est. Verum assertionem S. Hieronymi<sup>b</sup> illud Solis deliquium factum esse constat tempore Pentecostes; pugnam autem hanc, omnium consensione, accidisse liquet mense Septembris. Consentiunt & tabulæ astronomicae, quæ nec alium huius temporis monstrant Solis defectum. At verò quod ad obtentam victoriam pertinet: eam quidem non desidia hostium acriter & obstinatè pugnantium, sed diuinitus fuisse à superis impertitam, manifesto experimento non nostri tantum scriptores affirmant, verum & Zosimo superstitione non

ZOSIMVS  
DARGVVN-  
TVR BRRO-  
RES.  
<sup>a</sup> Prosp. in  
Chron.  
<sup>b</sup> Marcellin. in  
Chron.  
<sup>c</sup> Hier. epist.  
61.

B impar sed fide longè superior Claudianus (vt dicemus) apertè testatur, quod & carmine quoque cecinit. Vides, lector, qui semel detrahendi Christianis studio, historiam scribendi munus suscepit, per quam deuos feratur anfractus. Porro ipsa pugna à Ruffino<sup>c</sup> ita describitur:

<sup>c</sup> Ruffin. lib.  
2. cap. 33.

Vbi ad primos ventum est, & illic se legitimo Principi tradiderunt, cum ceteris imis vallibus deprehensis confictus acerimus geritur: stetit aliquandiu anceps victoria: fundebantur, ex parte Theodosij scilicet, auxilia barbarorum: terga iam hostibus dabant. sed fiebat hoc, non vt Theodosius vinceretur, sed ne per barbaros vincere videretur ] adde & Ariana hæresi imbutos homines. Tum verò (subdit Ruffinus) ille, nempe Theodosius, vt conuersas suorum acies vidit, stans in edita rupe, vnde & conspiciere & conspici ab utroque posset exercitu, proiectis armis, ad solita se vertit auxilia: & prostratus in conspectu

EVGNA A  
RUFFINO  
DESCRIPTA.

C Dei: Tu, inquit, omnipotens Deus, nosti, quia in nomine Christi filij tui, vltionis iustæ (vt puto) prælia ista suscepi: si secus, in me vindica: si verò cum causa probabili, & in te confisus huc veni, porrige dexteram tuam: ne forte dicant Gentiles: Vbi<sup>d</sup> est Deus eorum? Quam supplicationem pij Principis certi à Deo esse susceptam, hi qui aderant duces, animantur ad cædem, & præcipue Bacurius, vir fide, pietate, virtute & animi & corporis insignis, & qui comes esse & socius Theodosij mereretur, proximos quosque conto, telis, gladio passim sternit, agmina hostium conferta & constipata perumpit: iter per millia ruentium ad ipsum tyrannum, ruptis agminibus, & acruatim fuis stragibus, agit. Vix fortasse ab impijs credantur, quæ gesta sunt. Etenim compertum est, quod post illam Imperatoris precem, quam Deo fuderat, ventus ita vehemens exortus est, vt tela hostium in eos qui iecerant retorqueret. Cumque magna vi persistente vento, omne iaculum missum ab hostibus frustraretur: fracto aduersariorum animo, seu potius diuinitus repulso, Arbogaste duce nequicquam fortiter faciente, Eugenius ante Theodosij pedes vincis post terga manibus abducitur, ibique vitæ eius & certaminis finis fuit. Tum verò religioso Principi gloriosior victoria de frustratis opinionibus Paganorum, quam de tyranni interitu fuit, quibus spes vana, & falsa diuinitio minus in interitu contulit poenæ, quam pudoris seruauit in vita.] hæc tenus Ruffinus: eadem quoque Socrates<sup>e</sup> de spectata virtute Bacurij, & de victoriæ miraculo retorquente spicula vento, testatur, hæcque gesta esse octauo Idus Septembris affirmat, iisdem qui supra Consulibus. eadem quoque Sozomenus<sup>f</sup>, qui de quarundam cohortium militum Eugenij super montem agentium, ex quibus cladés non modica imminabat, defectione mox secuta post Theodosij ad Deum preces hæc addit: Deus eum confestim exaudiuit, sicut comprobauit euentus. Siquidem duces illorum, qui montis verticem tenebant, missis quibusdam nunciarunt, se illi auxilio venturos esse, si quidem apud eum in dignitate futuri sint. Cum igitur nec chartam, nec atramentum petiitum reperiret: accepta tabula, quam ex astantibus quidam fortè habebat, assignauit illis præclari ac digni exercitus Præfecturam, quam apud ipsum sint consecuturi, si quidem promissa adimpleuerint. Quocirca & illi accepta hac conditione, Imperatori iunguntur. ] Qui autem ex aduersarijs Theodosio præsto fuit, Arbetio Comes extitit, de quo paulò post ex Orofio dicturi sumus.

<sup>d</sup> Psal. 113.

<sup>e</sup> Socrat. lib. 5  
cap. 24.

<sup>f</sup> Sozom. lib. 7  
cap. 24.

D Theodoretus autem his omnibus plura habet, duobusque diebus pugnatum affirmat, sicut Zosimus, priorisque dici certamine fractas fuisse Theodosij exercitus vires tradit, atque ista mox subdit<sup>g</sup>: Ibi cum duces dicerent, nimis paucos ad prælium de integro in eundem superesse, hortarenturque vt bellum aliquamdiu intermitteret, quo incunte ven-

<sup>g</sup> Theod. lib. 5.  
cap. 24.

E exercitu collecto, hostes multitudine superarent: Imperator fidelissimus eorum

CERTAMEN  
THEODOSII  
A THEODO-  
RETO DE  
SCRIPTVM.

consilium repudiavit: Nam non committendum est, inquit, vt salutaris Crux tantæ arguatur imbecillitatis, Herculisque statua tantum virtutis nostro testimonio tribuatur. Quippe vt Crux nostrum exercitum, ita illa hostium antecedit. Qua oratione cum tanta in Deo fiducia habita, cum copiarum relicta & paucæ admodum essent & animis fractæ: sacrae de in vertice montis, vbi castra fecerat, reperta, totam noctem huius vniuersitatis gubernatorem precibus sollicitavit. Sub tempus autem noctis, quo galli cantare solent, somnus eum oppressit. Qui humi stratus, videre sibi visus est duos viros candido vestitu amictos equis albis vehi: qui ipsum bono animo esse, timorem abicere, prima luce arma capere, & exercitum in aciem educere iubent: Nam se auxiliares & vclut antesignanos ad eum missos esse, & alterum esse Ioannem Euangelistam, Philippum Apostolum alterum.

Hac oblata visione, Imperator preces fundere non desistit, sed attentiore cogitatione eas Deo adhibet: Eadem quoque visio militi secundum quietem apparuit, qui Praefecto suo eam narravit: ille eum deducit ad Tribunum militum, Tribunus autem ad Ducem: Dux noui aliquid inde portendi ratus, Imperatori significat. Tum Imperator: Non mea, inquit, causa hæc: oblata est visio (ipse namque illis, qui victoriam promiserant, fidem habui) sed ne quisquam existimaret, me, vt pote prelij faciendi cupidum, eam confinxisse. Huic igitur militi Deus mei Imperij propugnator hanc obtulit visionem, vt mihi eandem narranti certum testimonium daret: nam mihi primum communis omnium Dominus illam ostenderat. Quare omni metu profusus amoto, antesignanos nostros & principes belli gerendi sequamur, atque nemo bellantium multitudine metiarum victoriam: sed eorum potentiam, qui se duces nobis præbent, quisque consideret. Hæc Theodoretus. sed antequam reliqua ab eo tradita prosequamur, hic reddendum est nobile antiquitatis monumentum, quo hæc à Theodoro descripta, antiquo reddita numismate contempletur: extat ipsum quidem aureum prægrande apud virum insignem præclara eruditione & sincera fide omnibus notum, Fuluium Ursinum, his quibus hic vides imaginibus usum: inspexi ego, & formis hisce incidendum curavi.

APOSTOLI  
PRO THEO-  
DOSIO PV-  
GNANT.



Vides Theodosij senioris veram certamque vultus effigiem, eiusque manum dexteram volumine, nempe (vt puto) sacro Euangelio munitam, sinistram verò Cruce armatam, quibus significetur, his armis superasse confidentem dijs Gentium exercitum. ex aduersa verò numismatis facie intueris expressè sacerdotali decoros habitu geminos illos, quos in visu vidit Apostolos, Ioannem atque Philippum expressos reddi, æquè dextra volumen sacrum, sinistra verò Crucem gestantes: Habes etiam ex his, lector, inter alia, vnde antiquum sacerdotalem habitum discas, simulque tonsuram intelligas, atque palliola humeros ac pectus decore ambientia, vota que nuncupata atque multiplicata. Sed iam ceptam narrari à Theodoro historiam prosequamur.

Hac oratione militum animis valde confirmatis, omnes de monte deducit. Tyrannus autem cum videret milites procul à se ad proclium ineundum paratos, ornat exercitum, & aciem struit. Ipse verò colle quodam occupato, ait militibus suis, Imperatorem iam quasi mori cupientem, & desiderio ex hac vita abeundi flagrantem, proelio decertare. Dat igitur mandatum ducibus, vt cum viuum ad se & vinculis constrictum adducerent. Postea verò quàm phalanges ordine locatæ erant, satis animaduerti poterat, tum quàm ingentes hostium copiarum essent, tum quàm paucæ cum Imperatore in acie iungerentur. Quodnam autem à Theodosio ipso ingressu pugnae signum sit datum, Orosius docet

his

A his verbis: Sciens se esse non solum signo Crucis tuendum, sed & victoriam adepturum, signo Crucis se muniens, signum proelio dedit, ac se in bellum, etiam si nemo sequeretur, victor futurus immisit. Prima autem salus extitit Arbetio hostilium partium Comes, qui cum ignarum Imperatorem circumpositis excepisset insidijs, conuersus ad reuerentiam presentis Augusti, non solum periculo liberavit, verum etiam instruxit auxilio, &c. ] habet eadem quoque Theodoretus, qui subdit his verbis: Cum autem tela vtrinque conijci cepta sunt, tum antesignani Imperatoris (duo nimirum Apostoli illi) verè promissa præstiterunt. Nam ventus violentus è regione hostibus irruens illorum sagittas, iacula, spiculaque in ipsos retorquet: aded vt nullum teli genus eis adiumento fuerit: neque miles grauis armaturæ, neque sagittarius, neque iaculator Imperatoris exercitum lædere potuerit. Quintiam tanta pulueris copia in eorum facies impetu ferebatur, vt palpebras occludere, & pupillas oculorum vt grauius oppugnatas tegere ac tueri eos cogerit. Imperatoris autem exercitus nullo damno, incommodoque ex illo turbine accepto fidentibus animis hostes trucidant. Qui quidem his rebus perspectis, & diuino auxilio, quod Imperatoris copijs allatum erat, cognito, abiectis armis, veniam ab Imperatore supplices petunt. Ille autem flexit animum, & illorum misericordiam capit.

Iubet denique tyrannum celeriter ad se adduci. Illi igitur properè collem ascendunt, in quo tyrannus ignarus iam rerum gestarum confidebat. Qui cum eos anhelantes videret, ipsaque anhelitus crebritate adueniendi indicantes celeritatem, victoriæ nuncios esse suspicatus est: rogatque num Theodosium, vt illis erat imperatum, victum adducerent: Cui illi: Non cum, inquit, adducimus ad te, sed te hinc ad eum abducimus: hoc namque dedit in mandatis summus huius vniuersitatis moderator Deus. Quæ cum dixissent, ei è folio erepto, vincula iniiciunt, adducunt victum: & qui paulò antè insolenter gloriatus fuerat, captiuum ad Theodosium deducunt. Imperator autem primum iniuriarum in Valentianum, & impie occupatæ tyrannidis eum in memoriam reuocat: deinde bellorum contra Imperium legitimum susceptorum causa cum irrisione reprehendit. Reprehendit etiam statua Herculis, qua fretus tam audax temerariumque facinus admiserat. Postremò iustam æquamque de supplicio illi irrogando sententiam pronunciat. Talem sese Theodosius tum in pace, tum in bello præstitit: quippe semper diuinum implorauit auxilium, semperque illud consecutus est. ] hucusque Theodoretus.

En aspicias, lector, quot quantaque non dicam stylus, sed falx Zosimi refecauit: at ne videamur testibus illum domesticis confutare, quæ Gentilis poeta Claudianus metro cecinerit, his addamus:

D

— *Victoria velox*

Auspicijs effecta tuis, pugnastris vterque,  
Tu satis, genitoris manu. Te propter & Alpes  
Inuadi faciles: cauto nec profuit hosti  
Munitis hæsisse locis: spes irrita valli  
Concidit, & scopulis potuerunt claustra reuulsis.  
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis  
Obruit aduersas acies, reuolutaq; vela  
Vertit in auctores, & turbine reppulit hastas.  
O nimum dilecte Deo, cui fundit ab antris  
Aeolus armatas hiemes, cui militat æther,  
Et coniuati veniunt ad classica venti.  
Alpine rubuere nives, & frigidus amnis  
Mutatis firmavit aquis: turbasq; cadentium  
Staret, ni rapidus inuisset flumina sanguis.

E

Monstrat hisce versibus locum ipsum certaminis fuisse ad ripam amnis, nomine, Frigidi, quod etiam Socrates tradit: Tacet verò hanc, & aliam inauditam affert Zosimus victoriæ causam. De Claudiano autem Orosius: Vnus, inquit, ex ipsis poeta quidem exitius, sed Paganus pernicissimus, huiusmodi versibus & Deo & homini testimonium tulit, &c. ] qui tamen ex Claudiano paulò diuersè binos hos recitat versus:

O nimum dilecte Deo, tibi militat æther,  
Et coniuati veniunt ad classica venti.]

Sic etiam ex eodem Orosio, puto, recitat Augustinus: verum existimo memoria lapsum ipsum

<sup>a</sup> Oros. lib. 7  
c. 33.  
VICTORIA  
VIR VIE  
CARVLS PAR-  
FA.

EVGENIUS  
INFELIX  
EXITVS.

<sup>b</sup> Claudian in  
Panegy. ad  
Honor. imp.  
in 3. eius  
Consulatu.  
DIVINO MI-  
RACULO VI-  
CTI HOSTES.

<sup>c</sup> Socrat. lib. 5  
cap. 24.  
<sup>d</sup> Oros. lib. 7.  
cap. 33.

<sup>e</sup> Aug. de Ci-  
uit. Dei lib. 5.  
c. 26.

ipsum Orofium, & cum illos redderet versus, non consuluisse codicem, cum aliter ha-

INGENS VIRTUS THEODOSII. Ambrosius orat. in fun. Theod.

Sed quod hinc inde petita fragmenta in vnum orationis contextum compingendi munus suscepimus: non praeterat ingens praestitum hoc in bello specimen fortitudinis atque fidei Theodosij Imperatoris ab alijs praetermissum, sed a S. Ambrosio his verbis pro concione laudatum: Recognoscitis, inquit, quos vobis Theodosij fides triumphos acquisiuerit. Cum locorum angustijs & impedimentis calorum agmen paulo serius in aciem descenderet, & ineqitare hostis mora belli videretur: desiliuit equo Princeps, & ante aciem solus progrediens ait: Vbi est Theodosij Deus? Iam hoc Christo proximus loquebatur. Quis enim posset hoc dicere, nisi qui Christo se adherere cognosceret? Quo dicto, excitauit omnes, & exemplo omnes armauit, & iam certe senior aetate, sed validus fide. Theodosij ergo fides fuit victoria vestra. ] haec Ambrosius. & magna quidem diuina B dispensatione factum est, vt humana vires hebetatae languerent, aciesque primo succumberent, ne si sic vincere datum desuper esset, illud superbae mentis, & ingrati animi elogium iactitaretur: Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit haec omnia. ] Sic in vltimum suum Deus res discrimen adduci, vt cognosceretur quod Domini est salus & super populum suum benedictio eius, verumque Deum esse Christianorum, qui imperans ventro, hostium confregit potentiam, arcum, scutum, gladium, & bellum: vt illud iuste exprobraretur in Gentes: Vbi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam: surgant, & optulerunt vobis, & in necessitate vos protegant. Videant, sero falem, quod ego sum solus, & non sit alius Deus praeter me. ]

Psal. 3.

Psal. 77.

Deut. 32.

Expertusque est & Arbogastes infelix (quod diximus) quid ante praestitisset Christi virtute fultus, semper inuictus precibus sanctissimi sacerdotis Ambrosij: quibus exutus, animo consternatus, fractus viribus, vt alter Cain, pauens ac tremens profugus, non amplius manibus fidens, sed pedibus, se subducens e pugna, turpi se fugae commiserit, culpa insequente reum necis innoxij Imperatoris, qua ipsum suimet vltorem esse coegit, impulitque sibi violenta manu inferre supplicium. & quonam modo: Socratem audi: Arbogastes tantae cladis auctor, biduo post poelium fugiens, vbi nullam vitae spem sibi reliquam intellexerat, proprio ense se ipse obruncauit. ] sed & de eodem Claudianus his verbis:

Socrate lib. 5. cap. 24.

Claudian. in 3. Consulatu Honorij. ARBOGASTIS INFELIX EXITVS. Sozom. lib. 7. cap. 24. Zosim. lib. 4. Orof. lib. 7. cap. 35.

At ferus inuentor scelerum traiecit altum Non vno mucrone latus, duplexq; tepebat Ensis, & vltices in se conuerterat iras. ] eadem quoque Sozomenus, atque Zosimus. sed & in eandem sententiam ita Orofius: Historiam notam oculis plurimorum, D quam melius qui spectauere nouerunt, dilatare verbis non opus est. Potentia Dei, non fiducia hominis victorem semper extitisse Theodosium, Arbogastes iste praecipuum in vtroque documentum est. Qui & tunc cum Theodosio paruit, tantis instructum praedij Maximi ipse minimus cepit: & nunc cum aduersus eundem Theodosium collectis Gallorum Francorumque viribus exundauit, nixus etiam praecipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate succubuit. ] haec Orofius de Arbogaste.

Sed ad Flavianum pugnacissimum deorum patronum orationem conuertamus: cuius quidem arbitratu atque consilio cuncta nefaria aduersus Valentinianum gesta esse, superius est demonstratum. Si liceret luctari cum latuis, atque veluti praesentem, defunctum hominem compellare, non insultado, sed potius miserando illud dicerem: Ecce quo modo numen quod colis, ipsa tua te ingrata Victoria prodidit, atque perdidit, pro cuius ara restituenda tanto insudasti labore, publica functus legatione tantique eam aestimans, vt pro eius cultu vilis tibi visa fuerit salus Imperatoris, in quem denegantem illam reddi, tuum cum impijs consilium conspirauit. Sed ingrata tibi ipsa, in qua omnem spem roboris collocaueras, facta iam transfuga, exhorrens impietatem, perfidiam, atque tyrannidem in tuis castris militantes, sese Crucis vexillo iam amica religionis velox addixit, adhaesitque penitus Christianis, nihil sane se aliud esse, professa, quam quod versibus illis describitur a Prudentio:

Prudent. aduers. Symmach. lib. 2.

Vincendi quæris dominam? sua dextera cuique est Et Deus omnipotens: non pexo crine virago, Nec nudo suspensa pede, strophioq; recincta, Nec tumidas, fluitante sinu, vestita papillas. ] Vt planè tuo, Flauiane, damno expertus

A perrus fueris, licet inuictus, quod Christus ipse sit Deus fortis & potens, Dominusque potens in proelio. Sed tu ille adeo studiosus (quod profitebaris) recti, honestique cultor, quo tuorum deorum impulsu adactus es, vt aduersus Theodosium de te optimè meritum excitares adeo vilem tyrannum, & vna cum ipso atque pro ipso pugnares: extant Symmachi tui litterae, quibus citantur & tuae de Theodosij erga te beneficijs affluentibus: haec enim ibi leguntur: Tuis litteris proficere sanitatem meam sentio, quibus beneficia domini nostri Theodosij frequenter enumeras, & vrgeri merita tua asseueras. ] tua haec est libero animo digna professio, vrgeri merita tua Theodosij beneficijs: sed quam his contraria rependisti, quæ vix in hostem cogitasses esse reddenda? Tantus in Ethnicis iustitiae cultus & fidei?

Psal. 23. FLAVIANI INGRATVS ANIMVS.

Symmach. lib. 2. epist. 22.

Extat Flauiani vetus inscriptio (ne quid de antiquis memorijs relinquamus) de erecto ab ipso apud Capitolium Senatus Secretario, quod sub Imperio Honorij igne conflagratum, fuit postea restitutum, his verbis:

SALVIS. DOMINIS. NOSTRIS: HONORIO: ET: THEODOSIO VICTORIOSISSIMIS: PRINCIPIBVS: SECRETARIVM: AMPLIS SIMO: SENATVS: QVOD: VR: INLVSTRIS: FLAVIANVS: IN STITVERAT: ET: FATALIS: IGNIS: ABSVMP SIT. FLAVIVS ANNIVS: EYCHARIVS: EPIPHANIVS. VC. PRAEF. VRB. VICE SACRA: TVD: REPARAVIT: ET: AD: PRISTINAM: FACIEM REDVXIT. ]

Smet. antiq. in scrip. pag. 12. n. 11. 2.

At de Flauiano haec tenus: cui etiam, imminenti licet, subuenit tamen Theodosij Imperatoris clementia: nam Orofius ait, duorum tantum sanguine, Eugenij videlicet, & Arbogastis, totum ciuile bellum extinctum fuisse, reliquis perduellibus venia impertita, qui bello confecto fuere superstites: in quo idem tradit, ex parte Theodosij (quod attigimus) desiderata decem millia Gothorum: quos, inquit, vti que perdidisse, lucrum, & vinci, vincere fuit.

Ceterum de Theodosij in parcendo aduersarijs, immò & illis bene merendo, clementia incomparabili, S. Augustinus agit: sed primum de simulacris Iouis Fulminei ad inuentionem Alpium collocatis, a Theodosio autem post victoriam sublatis, haec ait: Victor Theodosius, sicut crederat & praedixerat, Iouis simulaera, quæ aduersus eum fuerant nescio quibus ritibus velut consecrata & in Alpibus constituta, deposuit: eorumque fulmina, quod aurea fuissent, iocantibus (quod illa latitia permittebat) cursoribus, & se ab eis fulminari velle dicentibus, hilariter benigneque donauit. Inimicorum suorum filios, quos non ipsius iussus, sed belli abstulerat imperus, etiam nondum Christianos ad ecclesiam confugientes, Christianos hac occasione fieri voluit, & Christiana charitate dilexit, nec priuauit rebus, sed auxit honoribus. In neminem post victoriam priuatas inimicitias valere permisit. Bella ciuilia, non sicut Cinna & Marius & Sylla & alij tales, qui nec finita finire voluerunt, sed magis doluit exorta, quam cuiquam nocere voluit terminata. ] haec de clementia Theodosij post victoriam Augustinus.

August. de Ciuit. Dei lib. 5. cap. 26.

THEODOSII CLEMEN-TIA ERGA HOSTES EX-HIBITA.

Quod verò ait ab eodem Theodosio Imp. hostibus qui pugnassent in castris, filijsque eorum confugientibus ad ecclesiam, indulgentiam impertitam esse: eam quidem procuratam fuisse per intercessionem S. Ambrosij, Paulinus docet his verbis: Extincto itaque tyranno Eugenio a satellitibus eius, cum S. Ambrosius scripta acciperet Imperatoris, non illi alia cura maior fuit, quam vt pro ijs interueniret, quos reatus inuoluerat. Obsecrauit primò scriptis Imperatorem, misso diacono: postea verò quàm directus est Ioannes tunc Tribunus & Notarius, qui nunc Praefectus est, ad tuitionem eorum qui ad ecclesiam confugerant, etiam ipse Aquileiam perrexit, precaturus pro eis: quibus facile venia impetrata est: quia Christianissimus Imperator prouolutus pedibus sacerdotis, testabatur meritis & orationibus eius seruatum se esse. ] haec Paulinus. arguitur ex his & alijs errare Zosimus, dum ait, post victoriam Theodosium venisse Romam, & Honorium filium Imperatorem nominasse: cum constet, non Romam accessisse, sed Mediolanum, ibique vsque ad obitum perstitisse, & Honorium iam ante (vt dictum est) Imperatorem nominatum fuisse. Quod autem ad indulgentiam hostibus impertitam pertinet: Synesius ea oratione, qua agit cum Arcadio de seruanda clementia erga supplices, ingerit paternum exemplum, illudque magnificè de Theodosio praedicat, quod victor hostium ipse a misericordia vinceret, generositateque naturæ ad indulgentiam fleteret.

Paulin. in Vita S. Ambros.

Accipe

Class. in 31  
Consulari  
Honorij Imp.  
DECLIEMEN  
TIA THEO  
DOSII  
PRAECO  
NIA

Accipe & de his testimonium Gentilis poetae, Claudiani inquam  
*Non insulari acenti  
Mallebat: mitis precibus, pietatis abundans,  
Pena parvus erat: paci non intulit iram.  
Pestaces, odys idem qui terminus armis,  
Præfuit hoc vincere capi multosq; subactos  
Aspera laetae commendare catene.  
Adagnarum largitor opum, largitor honorum  
Pronus, & in melius gaudens convertere fata.]*

Sozom. lib.  
7. cap. 24.

VICTORIA  
THEODOSII  
EODEM MO  
MENTO  
LONGE CO  
GNITA.

Enag. Vir.  
SS. Patr. par.  
1. cap. 1.

Quæ autem acciderint apud Constantinopolim & in Ægypto eodem belli tempore  
& victoriae momento, admiratione quidem digna narremus: Sozomenus enim in primis  
hæc ait: Fertur autem quod eo tempore quo pugna hæc committeretur, ex eo tem  
plo Dei, quod erat in Hebdomo, in quo preces fuderat Imperator, egressus daemone quid  
dam, subreptus in sublime, Ioanni Baptista sit conuiciatus, & captis obtruncationem  
exprobravit, magnaque voce clamavit: Tu ne me vincis, & exercitui meo insidiaris? Huic  
rei qui fortè præsentis aderant, cum magnum esset apud omnes studium de bello vel  
audire aliquid vel dicere noui, obstupescati annotarunt, eundem hunc fuisse diem, quo  
hunc euentum belli exituisse, non multò post ab ijs cognouerunt, qui pugna interfue  
rant.] hæc Sozomenus: Quid autem contigerit in Ægypto in Thebaidis solitudine de  
S. illo Ioanne monacho, qui bis Theodosio de auspiciis proelijs ventura prædixerat,  
Euagrius narrat his verbis: ut autem cepimus ab eo velle proficisci: datis nobis bene  
dictionibus: Pergite, inquit, in pace, o filii: Hoc tamen scire vos volo, quod hodierna  
die victoriae religioni Principis Theodosij Alexandriae nunciatae sunt de Eugenio tyran  
no. Necessè est autem & ipsum Theodosium non multò post propria morte vitam fini  
re. Cumque profecti ab eo fuissetis, hæc ita gesta esse ad fidem comperimus, ut ipse præ  
dixerat. Post dies autem paucos, insecuti sunt nos quidam fratres, annunciantes nobis,  
quod ipse sanctus Ioannes in pace quiescit. Obitus autem ipsius talis quidem fuerat:  
Per triduum, inquit, nullum ad se introire permisit, & positus genibus in oratione red  
didit spiritum, atque ita perrexit ad Dominum.] hæc Euagrius. Celeberrimum verò fa  
ma omnium huius temporis monachorum Ioannem fuisse, quæ dicta sunt superius, satis  
significare possunt.

Ambr. in fu  
ner. Theod.

Plin. lib. 15.  
c. ult.  
Vir. Aencl. 2.  
EXPIATIO  
OR CAEDEM  
BELLICAM.

Basil. ad  
Amphiloc.  
c. 13.

Sed redeamus ad Theodosium, de quo hæc S. Ambrosius: Præclaram adeptus victo  
riam, tamen quia hostes in acie strati sunt, abstulit à confortio sacramentorum, donec  
Domini circa se gratia filiorum exprimeretur aduentu.] hæc S. Ambrosius, & quidem  
ritu Christiano: quamuis sciamus fuisse apud Gentiles lustrationes à cæde hostium, nem  
pe suffitu lauri, ut tradit Plinius, aqua item, ut apud Virgilium illis verbis:  
*Me bello è tanto digressum, è cæde recenti  
Attrèctare nefas, donec me flumine viuo  
Abluero.]*

De ritu autem Christianorum est canon S. Basilij in epistola ad Amphilochium in hæc  
verba: Cædes in bellis factas Patres pro cædibus non reputauere, ut mihi videretur, igno  
scentes his qui pro pudicitia & pietate decertant. Rectè autem fortè habet, consulere, ut  
qui sunt manibus non puris, sola trium annorum communionè abstineant.] ista canon:  
quem quidem non fuisse vsu receptum, ea ratione Theodorus ait, quod numquam da  
retur militibus sacra participare, utpote quod ante absolutum triennium iidem pugnare  
iterum atque iterum aduersus hostes compellerentur. huius tamen canonis auctoritate  
repressum Phocam Augustum tradit, cum veller cætos in bello Romanos milites habe  
ri martyres: Episcopis contra refragantibus, ac dicentibus: Quo modo eos qui in bellis  
cecidissent, inter martyres adnumerabimus, quos Magnus Basilus, ut qui non essent pu  
ris manibus, triennio à sacramentis prohibuit.] Apud Latinos extat canon penitenti  
alis in antiquis Ritualibus libris vndecimus ordinè, ut qui in bello cædem fecissent, ab  
stinerent quadraginta diebus. Certè quidem diuina lex noluit esse huiusmodi viros  
absque aliqua purgatione: qua traditum est, ut qui licet mandato Dei homines occidisse  
sent, iidem tamen septem diebus extra castra manentes lustrarentur tertio & septimo die.  
Theodosium autem haud paucis diebus abstinuisse oportuit, cum non communicarit,  
nisi postea, cum filij ipsius Constantinopoli relictis, ab ipso literis accessit Mediolanum,  
ad

CHRISTI  
394.

TERRAEMO  
TYS IMMEN  
SII.

VIGILAN  
TIVS QVID  
HIEROSOL  
YLMIS.  
Hier aduer.  
Vigilant.

Hier. epist.  
13.

Hier. epist.  
10.  
HIERONYM.  
CRIBITAD  
FYRIAM.  
Tatiana

Hier. epist. 4.

Apud Theod  
Basil. pag. 390  
391.  
CONSTAN  
TINOP. SY  
NODVS IN  
ENCAENIIS  
\*Heliadius

Ad ipsum Theodosium perueniunt: nam tradit hæc Paulinus: Reuertens itaque S. Am  
brosius de vrbe Aquileiensi, vno die præcessit Imperatorem: nec diu clementissimæ me  
moriam Theodosij Imp. suscepti filij in Ecclesia, & traditis sacerdoti, in hac luce fuit.]  
haud enim superstes diu fuit Theodosius, qui post filiorum aduentum ex hac vita decef  
sit sequenti anno, xvi. Kal. Februarij.

Præcesserunt autem eius obitum signa quædam, elementis variè perturbatis: nam à  
mense Septembris, quo victoriam obtentam fuisse diximus (ut testatur Marcellinus in  
Chronico) nonnullæ regiones terræmotu quassatæ sunt. sed & S. Ambrosius ipso orationis  
exordio, quam habuit in funere Theodosij: Hoc nobis, inquit, motus terrarum graues,  
hoc iuges pluuiæ minabantur, & vltra solitum caligo tenebrosior denunciabat, quod cle  
mentissimus Imperator Theodosius recessurus esset è terris. Ipsa igitur excessum eius ele  
menta mærebant: cælum tenebris obductum, aër perpeti horrens caligine: terra quatiaba  
tur motibus, replebatur aquarum alluionibus. Quidni mundus ipse defferet cum Prin  
cipem continuo esse rapiendum, per quem dura mundi istius temperari solerent, cum cri  
minum pœnas indulgentia præuenerit.] hæc Ambrosius.

Inter alias Orbis regiones Palæstinam quoque diro tunc vexatam esse terræmotu, oc  
casionè impurissimi Vigilantij meminit sanctus Hieronymus. Venerat ipse ex Hispania,  
ibi que nondum detectus hæreticus, cum Catholicis communicabat: sed qualis intus iam  
tunc esset omni virtute vacuus, occasio foris manifestauit. de eo enim idem Hieronymus  
hæc habet: In hac prouincia, cum subitus terræmotus noctis medio omnes de somno ex  
citasset, tu prudentissimus & sapientissimus mortalium nudus orabas, & referebas nobis  
Adam & Euam de paradiso. Et illi quidem apertis oculis erubuerunt, nudos se esse cer  
nentes, & verenda texerunt arborum folijs. Tu & tunica & sive nudus, subitoque timore  
perterritus, & aliquid habens nocturnæ crapulæ, sanctorum oculis obscenam partem  
corporis ingerebas, ut tuam indicares prudentiam. Tales habet aduersarios Ecclesia: hi  
duces contra martyrum sanguinem dimicant.] hæc de Vigilantio S. Hieronymus, de  
cuius aduentu Hierosolymam idem meminit in epistola ad Paulinum de institutione  
monachi. Sed de Vigilantio plura inferius. Scribebat autem hoc anno ipse Hieronymus  
(ut dictum est superius) epistolam seu tractationem de optimo genere interpretandi ad  
Pammachium.

Insuper dedit epistolam hoc pariter anno ad Furiam de viduitate seruanda, nam ait  
in fine: Scio me ante hoc ferme biennium edidisse libros contra Iouinianum. Illos autem  
anno decimoquarto Theodosij esse editos, eius reftificatione superius dictum est. ipsa  
enim Furia, matre Titiana, clarissima femina, & patre Consulari, Christianis ambobus,  
è stemmate Camillorum sata, orbatà viro, à Hieronymo litteris expetierat, ut de modo  
viuendi, viduitateque seruanda epistolam scriberet. Præstitit hoc ipse haud inuitus, eam  
demque Paulæ haud dissimilem, Marcellæque æqualem reddere studens, quas & imitan  
das proponit. quodam enim necessitudinis vinculo Furia Paulæ coniuncta videri poterat,  
quod germanus Furia fuerat maritus Blefillæ filia S. Paulæ, ut idem Hieronymus ibi tra  
dit: qui & vult eam habere monitorem Exuperium: Habes, inquit, sanctum Exupe  
rium probatæ ætatis & fidei, qui te monitis suis frequenter instituat.] hunc ipsum tunc  
Romæ agentem, postea Tolosæ iam Episcopum, alibi laudat: sed de eo inferius pluribus  
agendum est.

Hoc eodem anno, iisdemq; Coss. Arcadio tertium & Honorio secundum, apud Theo  
dorum celebrata ponitur tertio Kalend. Octobris Synodus Constantinopolitana in cau  
sa vertente inter Agapium & Gebadium, utrumque sibi vindicare fatigentem Episcopa  
tum Bostrensem: in qua Synodo hi Episcopi tunc confedisse nominantur, videlicet, Ne  
ctarius Constantinopolitanus, Theophilus Alexandrinus, Flavianus Antiochenus, Pal  
ladius Cæsareæ Cappadociæ, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Gregorius Nyssenus, Am  
philochius Iconij, Paulus Heracleæ, Arabianus Ancyrae, Ammon Hadrianopolis, Pha  
lerius Tarsi, Lucius Hierapolis, Elpidius Laodicæ, Paulus Alexandrorum, Dioscorus  
Hermopolis, Probatius Beronices, Theodorus Mopsuestia, Dirus Seleuciæ, Epagathus  
Marcianopolis, Gerontius Claudiopolis, & alij diuersi Episcopi, & reliqui ex omni or  
dine sacerdotali. Mirabitur fortasse aliquis, quo modo accidere potuit, ut duo Patriar  
chæ, Alexandrinus & Antiochenus, ac ceteri primarum sedium Episcopi conuenerint  
vnius controuersia inter duos Episcopos componendæ causa: sed maiore etiam admi  
ratione

tione afficietur, si consideret, quod eiusmodi adeo magni in Oriente generalis Concilij A nulla penitus apud antiquos sit mentio.

Quamobrem illud existimo, huiusmodi Episcoporum conuentum non conuocatum esse vel Ecclesiasticorum dogmatum causa, vel disciplinae Ecclesiasticae corrigendae, vt in ceteris Conciliis fieri consuevit, vellitis vnius Ecclesiae terminandae studio; sed ad hoc vt nouam basilicam Apostolorum Petri & Pauli nomine erectam a Ruffino Praefecto Praetorio, penes quem summa erat in toto Orientali Imperio auctoritas, iidem dedicarent: huncque ipsum esse conuentum Episcoporum, cuius Palladius<sup>b</sup> res suorum temporum scribens meminit, cum de Euagrio Pontico agit, qui vna cum Ammonio & aliis ex Aegypto vocatus a Ruffino ea de causa Constantinopolim venit. Hic idem, inquit, sanctissimus eum a Ruffino temporis illius Praefecto Praetorio multiplici supplicatione rogatus fuisset, & cum magno illo Ammonio Constantinopolim ob necessarias eremi B actiones adueniente, ipse quoque dignaretur venire, vehementer id precantibus sanctis diuersarum prouinciarum Episcopis, aliisque quamplurimis eremitis (qui ad dedicationem basilicae, quam ipse condiderat, conuenerant) memoratum Ruffinum propriis manibus suscepit sacro fonte mundatum. ] haec ipse, subdens de Ammonio ibidem defuncto, & in eadem basilica, Ruffiniana dicta, sepulto. Certè quidem ad dedicationem basilicarum vocari solitos e remotissimis quoque regionibus Episcopos, quae dicta sunt superius de Antiochenae ac Hierosolymitanae ecclesiarum Encaeniis docent.

Meminit eiusdem a Ruffino erectae basilicae Sozomenus<sup>b</sup>, aedificatamque fuisse ait trans mare prope Chalcedonem, in loco dicto, Ad quercus: vbi ab eodem Ruffino sumptuosa villa extructa erat, erectaeque regiae aedes, ipsaque basilica in honorem praecipuorum Apostolorum Petri & Pauli dedicata, dicta quoque nomine communiori, Apostolaeum; in qua postea a Theophilo Episcopo Alexandrino collecta Synodus fuit aduersus Ioannem Chrysofomum, vt suo loco diceret. Placuit igitur Ruffino omnia pro arbitrio in Oriente moderanti, Theodosio praesertim absente, tot tantosque Episcopos Constantinopolim ad duplicia Encaenia conuocare, nimirum ad nobilissimae dedicationem basilicae, & ad suam sacro baptisinate initiationem explendam.

Haec igitur causa praecessit, vt praecipuarum sedium Episcopi inuitati a Ruffino Constantinopolim se conferrent. Vbi cum essent, post sacra ex more expleta solemnia (quod etiam in Encaeniis Antiochiae & Hierosolymis factum scimus) iidem conuocati Episcopi dicta die Constantinopoli confidentes, controuersiam inter duos illos Episcopos obortam iudicio definiuere eo modo, quo Acta declarant ibidem a Theodoro narrata: nimirum, ex sententia Theophili Episcopi Alexandrini definitum, non licere deponi Episcopum a duobus vel tribus aliis Episcopis, sed maioris tantum Synodi arbitrio, nempe eiusdem prouinciae Episcoporum sententia.

Quod autem ad nomina Episcoporum haud otiose ex iisdem Actis recitata pertinet: habes duo illa lumina Orientalis Ecclesiae post Gregorium Nazianzenum atque Basilium, eius germanum Gregorium Nyssenum, & Amphilochoium Iconij Episcopum adhuc his temporibus fuisse superstites. Certè quidem quod ad Gregorium Nyssenum spectat, de ipso adhuc viuente atque multa scribente meminit S. Hieronymus anno ante superiorem,

quo edidit (vt ait) commentarium illum de Scripioribus Ecclesiasticis, vbi de ipso: Multa alia scripsisse & scribere dicitur. ] & de Amphilochio post Gregorium agens, nimirum adhuc viuente, haec habet: Amphilochoius Iconij Episcopus nuper mihi librum legit de Spiritu sancto, quod Deus est, & quod adorandus, quodque omnipotens sit. ] Vides igitur, tum auctoritate S. Hieronymi, tum etiam ex Actis Synodi hoc anno habitae, quam procul a veritate abhorreant, qui dixere, eundem Amphilochoium ipso exordio Theodosij Imperij ex hac vita desuisse, cum adhuc reperitur hoc anno decimosexto eiusdem Imperatoris in humanis fuisse. Ex quibus pariter intelligas, alium sensum verbis Gregorij Nazianzeni de Amphilochio agentis aptandum esse, quam dicere intellexisse de Amphilochoij obitu; dum in carmine parenetico ad Olympiadem scripto, in fine haec habet loquens de sorore eiusdem Amphilochoij sanctissima femina eidem inhaerente<sup>d</sup>: Est, inquit, in promptu admonitio vna multis partibus nostra praestantior. Theodosiam, o elegantissima mulier, habes: haec tibi & sermonis omnis & actionis veluti quaedam imago ad imitandum proposita sit: femina quidem illa Chironis sub matrimonij radicibus: quae te a patre acceptam optimis moribus imbuit. Amphilochoij Episcopi for-

<sup>a</sup> Pallad. in Lausiac. c. 11. EPISCOPI VOCATI AD DEDICATIONEM ECCLESIAE.

<sup>b</sup> Sozom. lib. 8. cap. 17.

Greg. Nyssensis et Amphilochoij superstites.

<sup>c</sup> Hieron. de Scrip. Eccl. in Greg. Nyss. c. 11. in Amphil.

<sup>d</sup> Greg. Naz. in carm. ad Olymp.

Aror, quem vna cum sancta Thecla ad Deum misi, verax atque Orthodoxae doctrinae praerorem, decusque meum & ornamentum. ] ista Gregorius, quem constat haud his verbis voluisse significare Amphilochoium ex hac vita migrasse, quem liquet multos annos post Gregorium Nazianzenum fuisse superstitem. Porro quod ad ipsius Amphilochoij egregiam doctrinam spectat, exaequare hoc nomine ipsum videtur sanctus Hieronymus Basilio Magno atque Gregorio Theologo, dum de iisdem haec tradit<sup>a</sup>, scribens ad Magnu: Cappadocumque Basilij, Gregorij, & Amphilochoij, qui omnes in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos referciunt libros, vt nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem saeculi, an scientiam Scripturarum. ] Ceterum quod ad eiusdem Amphilochoij lucubrationes pertinet: licet S. Hieronymus notinisi commentarij illius de Spiritu sancto meminerit; tamen complura alia ipsum scripta edidisse, fidem facit Theodor<sup>b</sup> retus, qui plura ac diuersa in suis dialogis ab eodem Amphilochio mutuatus, eadem citat. adhuc extrat eiusdem ad Seleucum carmen de libris sacris.

Inter alios vero superius nominatos Antistites habetur Gelasius Episcopus Caesareae Palaestinae, qui quidem Catholicus fuit & magnae eruditionis: de quo S. Hieronymus (quod ille nondum sua edidisset scripta) haec pauca tantum: Gelasius Caesareae Palaestinae post Euzoium Episcopus accurati limatiisque sermonis fertur quaedam scribere, sed celare. ] ita ipse. Cuius vero aestimationis ea habita fuerint ab eruditis Ecclesiasticis viris, ex Theodoro intelligere potes, qui in dialogis cum eum citat, eiusmodi praerconio virum exornat<sup>b</sup>: Si autem, inquit, etiam veteres Palaestinos vis audire: praere aures in primis admirabili Gelasio, qui Caesariensem agrum diligenter excoluit, &c. ] At longe alius hic Gelasius ab illo eiusdem nominis viro fuit, quem sanctus Basilius ad Theodorum scribens<sup>c</sup> Ariariorum communioni coniungit. Nominatur insuper inter ceteros eius Synodi Episcopus Dioscorus quoque Hermopolis in Aegypto Episcopus; quem illum ipsum putamus Dioscorum, cuius Palladius meminit<sup>d</sup>, ex presbytero & monacho Nitrig euectum ad Episcopatum. Sed cum & ex eorum Episcoporum catalogo perspicue intueris Theodorum Mopsuestenum Episcopum cum aliis confedissee, intellige ipsum Catholicum perseuerasse adhuc cum Catholicis communicantem, necdum haeresein, qua Orientem exussit, profitentem. At haec de his satis.

Quod vero ad Ruffinum spectat (ex quo ad haec de Concilio tunc Constantinopoli celebrato diuertimus) laudandus quidem, quod basilicae aedificatione, atque initiatione fieri baptisimi, inter alia peccata, culpam illam immanem expiandam curauit, qua auctor fuit (vt dictum est) Theodosio Imperatori cladis Thessalonicensis: felix, si sic perferuerasset: sed dum deteriora molitur, nempe diram tyrannidem, affectans Imperium, eiusque rei causa barbaros ex diuersis prouinciis in Romanum solum studens immittere, tum Romano Imperio, tum sibi ipsi grauissimorum malorum concinnator extitit. Sed de his fustis suo loco agendum erit, atque haec modò satis. Iam vero reliqua prosequamur.

Hoc eodem anno, iisdem nominatis consulibus, Adrumeti in Africa celebrata esse Synodus reperitur, missaque ad eam legatio ab Aurelio Episcopo Carthagenensi: quae autem ibi decreta fuerint, haud apparet, quod diuersorum Conciliorum canones in vnum collecti, simul sub vno titulo Concilij Africani habeantur admixti.

Sed & Donatistae in Numidia hoc item anno generale Concilium celebrarunt, Bagaiense dictum, quod Bagai eiusdem prouinciae ciuitate fuerit collectum, conuenientibus in vnum duabus ipsorum factionibus, quibus inter se diuisi erant, Maximianistarum videlicet, & Primianistarum, sic dictis a duobus Episcopis Carthagenensibus ab iis inter se dissidentibus creatis in schismate, Primiano scilicet, & Maximiano. Hoc quidem anno eiusmodi celebratum esse Concilium, sanctus Augustinus ex Actis eius affirmat, cum ait<sup>e</sup>: In memorato Concilio Bagaiensi dies & Consul adscriptus est, non solum quo decreretur Concilij conditum est, verum etiam ipsius dilationis. Ergo a die octauo Kalendarum Maiarum post Consulatum Theodosij Augusti II. Consulatu Augustorum Arcadij tertium & Honorij iterum, qui dies est Concilij Bagaiensis, vsque ad octauum Kalendarum Ianuariarum, qui dies est dilationis, octo menses ferme numerantur. ] haec ipse, qui & inferius eadem ferme reperit verba. His de tempore stabilitis, de causa eiusmodi ipsorum adeo celebris conuentus conuocandi agendum est. Mira quadam Dei prouidentia accidit, vt tamquam ludentes in scena, nolentes licet, & inuiti, actionem illam praesentarent in seipsis, quam egerunt maiores eorum tempore ordinationis, Caeciliani:

<sup>a</sup> Hier. epi. 84. AMPHILOCHII DOCTRINA ET SCRIPTA.

GELASIVS EPISCOPIVS CAESARIAE PALAESTINAE.

<sup>b</sup> Theodor. dialog. 1.

<sup>c</sup> Basil. epi. 25. in addit.

THEODORVS MOPSUESTENVS.

<sup>d</sup> Pallad. in Lausiac. cap. 2.

CONCILIUM BAGAIENSIS DONATISTARVM.

<sup>e</sup> August. contra Crescon. lib. 3. cap. 56.



vt ex his saltem quæ ipsi modò egerant, errasse conuincerentur illi, & iustificaretur Cæcilianus causa: adeò vt si suspenderent æqua lance iudicium; nec quo modo se ipsos absoluerent, & Cæcilianum damnare possent, haberent. Vnde S. Augustinus: Vide quo modo illis Deus reddidit, quod de Cæciliano dixerunt. Mira similitudo: voluit Deus post tot annos reuolucere illis in faciem quod gestum est, vt omnino vnde dissimulent, & qua efugiant, non inueniant.] sed quæ hæc, & quo modo acciderint videamus.

August. in Psal. 36.

SCHISMA DONATISTARVM INTER PRIMIANVM ET MAXIMIANVM. August. in Psal. 36.

Mortuo Parmeniano, quem post Donatum diximus factum fuisse Carthaginæ Episcopum partis Donatistarum; in eius locum sussectus est ab ipsis Primianus: aduersus quem postea ab aliis Donatistis creatus est Maximianus diaconus, sicq. maximum inter eos conflatum est schisma. Quoniam modo autem illud acciderit, S. Augustinus ita describit, vt ait, ex litteris Tractatoris, ex epistolari nimirum historia (erant enim apud eos huiusmodi epistolæ, quas nos dicimus Synodales, siue Synodicas, quæ à Synodo scribebantur Encyclicæ perspicuè omnibus, atque publicæ) his igitur litteris Tractatoris schismatis inter eos principium referatur: scriptæ sunt ipsæ ab illis qui aduersus Primianum Carthaginæ primò celebrarunt Concilium, Episcopis quinquaginta tribus: quoto autem Christi anno istud collectum fuerit, ignoratur. Postea verò ab eiusdem partis Episcopis centum & amplius aduersus eundem Primianum Episcopum Carthaginensem habitum est Concilium in oppido Cæbarfussi, in quo pariter idem Primianus damnatus est. Duo itaque hæc Concilia præcesserunt generale hoc omnium Donatistarum Episcoporum Concilium Bagaiense, de quo agimus.

August. contra Crescon. lib. 4. cap. 6.

CONCIL. CAVERNENSE. MAXIMIANI STARVM. August. in Psal. 36.

Sed quod rerum gestarum ordo postulat quæ primò gesta sunt in Concilio Cauernense apud Carthaginem, hic recitemus, nec aliunde fidelis, quàm ex ipsorum epistola Synodali: qua dum sententia ipsa describitur lata ab ipsis aduersus Primianum, dumque retextuntur pariter causæ damnationis eius, totius rei gestæ narratur historia: habet hæc omnia S. Augustinus in enarratione in psalmum trigessimum sextum inserta. Reddamus igitur hic eadem ipsorum epistolam, vt scripta est, absque interlocutionibus illic adiectis:

EPIST. SYNOD. CONCILII CAVERNENSIS.

Sanctissimis fratribus atque collegis per vniuersam Africam, hoc est, per prouinciam Proconsulare in Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam, & Tripolim constitutis, sed & presbyteris & diaconis, vniuersis plebibus in veritate Euangelij nobiscum militantibus, Victorinus, Fortunatus, & ceteri quinquaginta tres Episcopi, qui in Concilio apud Cauernas Susis fuimus, in Domino æternam salutem.] quarum autem Ecclesiarum singuli essent Episcopi, ex titulo cuiusque sedis in subscriptione ponuntur.

\* est

Nemo \* qui nesciat, fratres dilectissimi, de sacerdotibus Domini, non propriæ voluntatis, sed diuinæ legis impulsu tam in reos sententiâ dicere, quàm innocentibus inflictam diuine iure ab eis ac merito submouere. Non leui enim periculo subiacebit, quisquis aut reo peccerit, aut innocentem confutare pertentari: maxime cū scriptum sit: Innocentem & iustum non occides, & purgatione non purgabis reum. Hoc igitur edicto legis admoniti, necesse nos fuerat Primiani causam, quem plebs sancta Carthaginensis Ecclesiæ Episcopum fuerat in ouile Dei sortita, seniorum litteris eiusdem Ecclesiæ postulantibus, audire atque discutere sub eo: vt explanatis omnibus, aut innocentem (quod oprabile fuerat) purgarem, aut nocentem certè ostenderemus suis meritis esse damnatum. Optatissimum nobis fuit, vt plebs sancta Carthaginensis Ecclesiæ eo se lætetur Episcopo sublimaram, qui in omnia sanctus, & in nullo reprehensibilis haberetur. Propterea vtique talem esse oportet Domini sacerdotem, vt quod populus pro se apud Deum non valuerit, ipse pro populo mereatur quod poposcerit impetrare: quia scriptum est: Si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos: si autem sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? & inferius.

Exod. 23. Dan. 13.

1. Reg. 2.

Scandala igitur Primiani, & ipsius nequitia singularis sic in se cæleste iudicium prouocauit, vt horum criminum auctorem necesse esset penitus amputari, qui recens ordinatus est. Presbyteros supradictæ plebis ad coniurationem impiæ conspirationis impellens, hoc ab eis velut precario iure postulauit, vt ad damnandos quatuor diaconos, viros egregios, ac singularibus meritis approbatos, Maximianum scilicet, Rogatianum, Donatum, itemque Salgamum, conspirarent, vt incunctanter ei promitterent accommodare consensum. Cuius illi mala presumptione stupefacti, cum rem silentio resellissent, per se cogitarum scelus non dubitauit implere; vsque adeò, vt in Maximianum diaconum; virum (sicut omnibus notum est) innocentem, sine causa, sine accusatore, sine teste, absentem, ac lecto cubantem, sententiam putaret esse promendam: quia

PRIMIANVS DAMNAVIT QUATVOR DIACONOS.

quia iam pridem clericos non dissimili furore damnaret: Nam cum incestos, cõtra legem, decretaque omnium sacerdotum, communioni sanctæ adiungeret: cumq. obstitente maxima parte plebis, etiam seniorum nobilissimorum litteris conueniretur, vt per se corrigeret quod admiserat: sua temeritate possessus, emendare contempsit.

His itaque permoti seniores Ecclesiæ supradictæ, ad vniuersum chorum litteras Legatosque miserunt, quibus non sine lacrymis deprecari sunt, vt ad se feruentius veniremus; quo perpenso libramine, intentionibus exploratis, existimatio Ecclesiæ purgaretur. Ad hanc prouide cum secundum memoratorum litteras veniremus: nota sua ille ratione feruescens, aduentum nostrum penitus declinauit. Qui vsquequaque rebellis animo recalcitrans in malo permansit, vt conducta multitudine perditorum, atque impetratis officialibus, basilicarum ianuas obsedisset: qui ingrediendi nobis, atque agendi solemniam, interdicerent facultatem. Hæc si Episcopum conuenit facere: si Christianis licet admittere, si hoc Euangelia protestantur, probet aut iudicet quisquis amator aut assertor est veritatis. hoc enim nobis inflixit frater aliquando proprius, quod numquam faceret alienus, &c.] omisis ibi recensitis nonnullis ex eadem epistola Synodali, iam reddamus eam, quæ ibidem legitur ab illis in eum lata sententia:

CONTVMACIA PRIMIANI ARGVITVR.

Decreuimus omnes sacerdotes Dei, præsentem Spiritu sancto, hunc eundem Primianum: primò quia super viuos Episcopos alios subrogauit: quòd incestos cum sanctorum communionem miscuerit: quòd presbyteros ad coniurationem in eadem constringere pertentari: quòd Fortunatum presbyterum in cloacam fecerit mitti, cum ægrotantibus baptismo succurrisset: quòd communionem Demetrio Episcopo denegauit, vt cogeret filium abdicare: quòd idem presbyter obiurgatus sit, quòd Episcopos hospitio suscepisset:

quòd supradictus Primianus multitudinem miserit, quæ Christianorum domos euertere: quòd obfessi sunt Episcopi simul & clerici, & postea ab eius satellitibus lapidati sunt: quòd in basilica cæsi sunt seniores, quòd indignè ferrent Claudianistas ad communionem admitti: quòd innocentes clericos putauerit esse condemnandos: quòd se nobis audiendum noluerit exhibere, cum basilicarum fores, ne ingrederemur, multitudine & officialibus interclusisset: quòd legatos à nobis ad se missos iniuriosè reiecerit: quòd loca multa, vi primò, dehinc auctoritate iudicialia vsurpauit: præter alia illicita eius admissa, quæ pro honestate styli nostri siluimus: à sacerdotali choro perpetuò esse damnatum decreuimus: ne eo palpato, Dei Ecclesia aut contagione, aut aliquo crimine maculetur.

Quòd in ipsum Paulus Apostolus exhortatur & admonet: Præcipimus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt discedatis ab omni fratre inordinatè ambulante. Atque ideò non immemores puritatis Ecclesiæ, conducibile existimauimus, omnes sanctos confacerdotes, & omnes clericos, & omnes populos, qui se Christianos meminerunt, hac nostra Tractatoria commonere, vt omnes eius communionem, vt pote damnati, diligenti cura horreant. Ipse enim de suo interitu rationem redderet, qui hoc nostrum decretum non audiendo tentauerit violare. Placuit sanè nobis & Spiritui sancto, quòd tempus tardis ad conuertendum reseruetur sub eo: vt quicumque confacerdotum vel clericorum suæ salutis immemores, à die damnationis supradicti Primiani, id est, à die Kalendarum Iuliarum vsque ad diem octauum Kalendarum Ianuariarum, minùs à Primiani damnati communionem recefferint, tali sententia constringantur. Laici quoque nisi se à supradicto die damnationis illius, intra diem Paschæ futuræ, ab eius consortio separauerint, non posse quemquam nisi per penitentiam, si quidem meminerit Ecclesiæ, reformari.] hæc tenet litteræ Synodales, quibus subscripti leguntur Episcopi quinquaginta tres, & primo loco Victorinus Episcopus Munacianensis, & ceteri post eum. hæc acta sunt in Concilio Cauernensi.

2. Thess. 3.

Quòd verò ibidem apud S. Augustinum legantur nomina Episcoporum quinquaginta trium: ex his corrigo quòd apud eundem, quadraginta trium Episcoporum eiusmodi Concilium collectum fuisse dicitur. Sed & quòd ab eodem ponatur habitum apud Carthaginem, hinc verò ex eorundem epistola Synodali factum habeatur apud Cauernas Susis, locum illum propinquum Carthagini fuisse dicendum est. ait enim S. Augustinus contra Cresconium tum de hoc tum de alio ab iisdem sed copiosiori numero aduersus eundem Primianum congregato Concilio: Recitat decreta Conciliorum. Primum, quòd apud Carthaginem à quadraginta & tribus factum est, quo prædamnatus est Primianus. Alterum, quòd Cæbarfussi centum vel amplius vestri tunc Episcopi condiderunt, quo

CONCIL. CAVERNENSE DONATISTARVM.

Aug. contra Crescon. li. 4. cap. 6. quinquaginta tribus

quo perfectè pleniufq. damnatus est.] sic autem depositus est à duobus Conciliis Primianus Episcopus Carthaginensis, vt in locum eius subrogatus sit ab iisdè Maximianus eiusdem Ecclesiæ diaconus, qui erat vnus ex illis quatuor à Primiano damnatis, cum adit ipse in Numidiam, & eius prouinciæ Episcopus ad sui defensionem prouocauit, quos & iudices interpellauit. vnde ad eum Augustinus: Iudices Numidas, apud quos te purgares, tu ipse adisti, tu constituisti: Maximianistæ illos non perierunt.] hæc ipse.

Aug. in Psal. 36.

DONATISTARUM IN DIVERSAS SECTAS DIUISI.

Aug. in litt. Petil. lib. 2. cap. 83.

Aug. de bapt. contra Donatist. lib. 3. cap. 6.

MULTITUDO INCREBRIBILIS DONATISTARVM.

CONCIL. BAGAIENSE DONATISTARVM.

Aug. contra Crescon. lib. 3. cap. 53.

Aug. in litt. contra Crescon. lib. 4. c. 31. FACINORAE MAXIMIANISTARVM.

Vides ex his, schismaticos ab Ecclesia Catholica primitus separatos, inter se ipsos pluribus esse partibus scissos, & ab auctoribus scissionum nomine nuncupatos: vt qui primi à Donato dicti sunt Donatistæ, eorundem alij à Primiano nuncupati fuerunt Primianistæ, & à Maximiano Maximianistæ; sed & (vt in recitata sententia vidimus) alios à Claudio appellatos Claudianistas, & rursù alios à Rogato olim Rogatistas, de quibus S. Augustinus ait multa hos passos esse ab alijs Donatistis, quod eù alijs cõuenire noluissent: de quibus idè pluribus in epistola ad Vincentiũ. Sed & Ticonium scissurâ fecisse in schismate Donati, iam superius dictũ est. Ceterũ eũ sic scissi ipsi omnes inter se essent, aded tamè pertinaci diffensione ab inuicem discrepabant, vt suæ quisque sectæ esset pugnacissimus defensor, & aliarũ aduersarius obstinatus. nam Augustinus: Pars, inquit, Donati in multa minutissima frustra confissa est: quæ omnes minutæ particulæ hanc vnã multo grandiore, in qua Primianus est, de recepto Maximianistarũ baptismo reprehendunt; & singulæ conantur asserere, apud se tantummodo verum baptismum remanisse, nec omnino esse alibi, nequè in toto orbe terrarum, quæ Ecclesia Catholica expãditur, nec in ipsa grandiore parte Donati, nec in ceteris, præter se vnã ex minutissimis partibus.] hæc ipse.

At admiratione quidem dignũ est, quod inter tot sectas diuisi Donatistæ cum essent, tamen quæ potior inter eos habebatur, aded erat abundas & referta numero Episcoporum, vt nullam penè sensisse iacturã ex multiplici scissione, attonitus obstupescas. Audi, quæso, quid de his S. Augustinus: Multa præterea, inquit, inter ipsos facta sunt schismata, & ab his se diuersis cõtibus alij atque alij separarunt, quorum separationem cetera grãdis multitudo non sensit. Sed apud Carthaginem Maximianus contra Primianũ ab eiusdem erroris centum ferme Episcopis ordinatus, & à reliquis trecentis decem, cum eis duodecim, qui ordinationi eius etiam præsentia corporali interfuerunt, atrocissima criminatione damnatus, compulit eos nosse etiam extra Ecclesiam dari posse baptismum Christi: nam quosdam ex eis, cum eis quos extra eorum ecclesiam baptizauerat, in suis honoribus sine vlla in quoquam repetitione baptismatis receperunt, &c.] obiicit enim eis, quod eadem ab ipsis obiecta aduersus Catholicos, vt sancta ac legitima recepissent. Sed iam de Synodo Bagaiensi hoc anno in Numidia habita pertractemus.

Qui igitur excitati atque vocati sunt à Primiano Episcopo Carthaginensi Episcopi Donatistæ aduersariæ factionis, omnes trecenti atque decem, Bagai ciuitate Numidiæ conuenerunt: vbi confidentes, examinata causa ipsius Primiani, qui aderat, & Maximiani itidem Episcopi Carthaginensis absentis, & aliorum eidem communionem copulato- rum, hæc in nos prolata est in Synodo damnationis sententia, quam recitat Augustinus his verbis:

Cum omnipotentis Dei & Christi eius voluntate in Ecclesia sancta Bagaiensi Concilium gereremus, Gamalius, Primianus, Pontius, Secundianus, Ianuarius, Saturninus, Felix, Pegafius, Rufinus, Fortunius, Crispinus, Florentius, Opratus, Donatus, Donatianus, & ceteri numero trecenti & decem: placuit Spiritui sancto, qui in nobis est, pacem firmare perpetuam, & schismata rescicare sacrilega. Subdit Augustinus: Deinde cum multa in eos horrenda vomuissent, &c.] Quenam ea essent, alibi idem Augustinus narrat, cum ait: Vt verbis illius plenarij Concilij magis vtar, ibi, nempe in factione Maximianistarum, viperei feminis noxios partus tardo calore vaporant, publici facinoris & parricidij sui facta scelerum vota gignunt. Parturiunt iniustitiam, concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem. Iam non confusa criminum silua nomina eorum designantur ad pœnam. Dum eis indulgentiæ funis, dum clementiæ dimitteretur linea, iam causa quos puniter inuenit: quos tamquam in asperos scopulos veridica vnda naufraga membra proiecit: quorum pereuntium littora Ægyptiorum exemplo funeribus plena, nec ipsam inuentientia sepulturam.] & in Maximianum ipsum hæc sunt verba sententiæ:

Maximianum fidei æmulum, veritatis adulterum, Ecclesiæ matris inimicum, Dathan, Chore, & Abiron ministrum de pacis gremio sententiæ fulmen excutiat, quem non

non solum mors iusta sui sceleris condemnat, sed etiam trahit in consortium criminis plurimos catena sacrilegij: venenum aspidum sub labijs eorum, quorum os maledictione plenum est & amaritudine, & eorum pedes veloces ad effundendum sanguinem: contritio & infelicitas in vis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum: iacent membra abscissa, quæ pestifera putredo ita corruptit, vt plus habeat in abscissione solaminis, quàm in remissione medicaminis. Famulos criminis reos, &c.] hucusque ibi Augustinus, narrans ea quæ dicta sunt in præsentia, verbis præteriti temporis, quod sic oratio postulare. Sed & superius iisdem modis ac tempore, quæ reliqua eiusdem sunt sententiæ, ita refert: Famosi ergo criminis reos, Victorianum Carcabianensem, Martianum Sullectinum, Beianum Baianensem, Saluum Aufphensem, Theodorum Vfulensem, Donatum Sabratensem, Miggenem Elephantarensem, Prætextatum Assuritanum, Saluum Membrestanum, Valerium Melzitanum, Felicianum Mustitanum, & Martialem Pertufensem: qui funesto opere perditionis vas sordidum, collecta sæculentia glutinarunt: sed & clericos aliquando Ecclesiæ Carthaginis, qui dum facinoris interfuerunt, illicito incestui lenocinium præbuerunt, Dei præfidentis arbitrio, vniuersalis Concilij ore veridico damnatos esse cognoscite.] sunt hi illi duodecim Episcopi ordinatores Maximiani. sed de alijs ita subditur in illorum sententia.

SENTENTIA LATA IN MAXIMIANVM AC REVS SECTATORES.

Aug. contra Crescon. lib. 3. cap. 53.

Eos autem, quos sacrilegi furculi non polluere plataria, id est, qui à Maximiani capite proprias manus verecundo pudore fidei retraxerunt, ad matrem Ecclesiam redire permittimus. Ac ne angustũ redeuntibus tempus spè salutis arctatæ diei pressura subducatur, agnoscantibus quibus licet manentibus præcedentibus statutis vniuersis vsque in diè octauum Kalendarum Ianuariarũ proximè futurarum agnitionis pandimus ianuã, vt integri honoris & fidei regressi habeant fundamenta: quam si quisquã ingredi nequiverit pigra sententia, sciat sibi ad omnes veniales aditus sua voluntate viam esse subductam. Manebit enim circa eos dicta sententia, & post præstitutum diem redeuntibus fixa pœnitentia.] hæc tenus verba sententiæ. At sicut magno animi ardore tot numero aduersus Maximianistas conuenerunt Primianistæ, ita etiã haud impari sollicitudine aduersus eosdè sectantes Maximianum, vt ab ipsorum eicerentur ecclesijs curauere. Extat enim Titiani aduocati libellus aduersus Felicianum & Prætextatũ Episcopos partis Maximiani, ambos ex duodenario illo numero Episcoporum, qui ordinauerunt eundem Maximianum (quorum Prætextatus erat Episcopus Assuritanus, Felicianus autem Mustitanus.) quo rogatur Proconsul, vt ab ipsorum sedibus pellerentur. nam Augustinus: Inuenitur autem, inquit, postulatio apud Herodem Proconsulem, vide quanto post dicta aduersus Felicianum & Prætextatum de Mustitanis & Assuritanis locis excludendos: cuius pauca subiunxi.

REDIRE PERMISSUM MAXIMIANISTAR.

ignotio.

Post Consulatum dominorũ Arcadij III. & Honorij iterũ, Augustorum, sexto Nonas Martias, Carthagine in Secretario Prætorij Titianus dixit: Peregrinus presbyter, & senior Ecclesiæ Mustitanæ regionis tale desiderium prosequitur. Cũ Ecclesiæ Catholice sanctitatem vir memoriæ venerabilis ab errore perfidiæ Donatus assereret, in eius nomen & cultum mudi penè totius obseruantia nutrita coaluit. Sed cum eius religionis laudandũ mirandumq. propositum Maximiani cuiusdam venena polluerent: multorũ cõetus Antistitum in vnum, Deo conspirante, collectus, hominem, vel potius pestem, quæ supernæ displicuit maiestati, etiam puræ mentis propria coercitione damnauit. Eos quoque quos alienæ præsumptionis error atraxerat, portu primo proposito pœnitendi, si reuerti cuperent intra tempus ad religionis tramitem præstitutum, pari vigoris admonitione compe- scuit. Sed suis institutis iniquitas delectatur, & semetipsam non deserit, cum semel præcipitata corruerit. Idem namque Maximianus ceptam nutrit audaciam, & alios sibimet confociat ad furorem. Inter quos etiam Felicianus quidam, qui primò recta sectatus, de- prauationis huius atraminatione fuscatus, in Mustitana positus ciuitate, Deo omnipotentis parietes consecratos & ecclesiam venerandam quasi quadam obsidione credidit retinendam. Hunc etiã Prætextatus in Assuritanis partibus imitatur. Sed cũ æquitatis tux innotesceret potestati confortiũ sacerdotum, iussisti (vt Gesta testantur) expulso omni contradictionis effectu, sacratissimis sacerdotibus à profanis mentibus ecclesias vindicatas oportere restitui.] hucusque recitat Augustinus ex libello Titiani: & subdit post hæc:

Aug. contra Crescon. lib. 3. cap. 56.

LIBELLVS ADVERSVS FELICIANVM ET PRÆTEXTATVM.

Producitur autem iste conflictus ( quantum ex Gestis Proconsularibus & Municipali- bus indagare potuimus ) vsque ad Theodorum Proconsulem, hoc est, vsque ad anni alterius diem x i. Kalend. Ianuarij: quo die clerici & seniores agentes sub Rogato

Episcopo, qui in locum damnati Prætextati Assuritanus fuerat subrogatus, allegauerunt A memorati Proconsulis iussionem.] ceterum post multum temporis eisdem penitentes suis ipsorum fuisse ecclesiis restitutos, idem Augustinus agens contra Gaudentium declarat his verbis: Inueni, si potes, quid dicas, quo modo susceperitis honorem Feliciani Mutiniani, & Prætextati Assuritanus, quos cum Maximiano & aliis decem sine ulla dilatione damnastis: contra quos, ut eos de basilicis pelleretis, apud duos, vel nisi fallor, apud tres Proconsules litigastis: & cum iam in locum Prætextati alium ordinassetis, post tam longum tempus eos in suis honoribus recepistis. Quia iustitia, qua ratione, qua fronte in honore suo suscipitur Maximianista damnatus, & damnatur orbis terrarum Catholicus inauditus? Quia iustitia, qua ratione, qua fronte cauendum esse dicitis, ne vos inquinat Cæcilianus olim defunctus, vobisq. prorsus incognitus, vestris maioribus iudicantibus semel damnatus, vestris maioribus accusantibus ter absolutus: & cauendum non putastis, B ne vos inquinaret Felicianus vniuersalis Concilij vestri ore damnatus, & ab vniuersis vobis, præcipue tui prædecessoris fauore susceptus? Quia iustitia, qua ratione, qua fronte rescinditis baptismum, quem dant Ecclesiæ, quas laboribus suis Apostoli plantauerunt; cum susceperitis baptismum, quem Felicianus & Prætextatus per tam longum tempus, quando contra eos damnatos litigabatis, foris à vestra ecclesia tradiderunt? hac Augustinus: qui ad confutandos eos suis ipsorum factis ac scriptis, eadem Acta Conciliorum, libellumq. exscripsit, & sæpe citat, atque frequenter refutat, ut sic eos ex gestis ipsorum inuitabili argumentatione redarguat. Commiseri enim peccatoribus, nefas cum dicerent, totius Ecclesiæ Catholicæ, quæ communicauerat Cæciliano ab ipsis accusato, communionem vitabant. Rursum de iisdem agens idem Augustinus in epistola<sup>b</sup> ad Generosum, ait eisdem Felicianum & Prætextatum Episcopos, & omnes ab eis baptizatos susceptos à C Primianistis, eogente Optato Gildoniano; de quo plura inferius. persecutus est enim idem Optatus Maximianum cum suis, quamuis Donatistas, ut tradit ipse S. Augustinus agens aduersus Cresconium.

Sed quo modo lege agerent Donatistæ ex parte Primiani aduersus Donatistas partis Maximiani, cum æque ac isti, illi rei essent lætæ aduersus hæreticos ab Imperatoribus legis: dicamus. Factum est id quidem in seipsum magistratum, cum ipsi hæretici minimè adiuuandi fuissent auxilio legis, qua ipsi pariter damnarentur. Istud ipsum est, quod sanctus Augustinus exclamat<sup>a</sup> aduersus eosdem, cum illud Psalmistæ explicat: Contriuit Dominus dentes eorum, in ore ipsorum.] atque ait: Quæro & ego: Quid vobis ad Proconsules, quos miserunt Imperatores? Quid vobis ad leges, quas contra vos dederunt Imperatores? Imperatores communionis nostræ, leges aduersus omnes hæreticos dederunt: eos utique appellant hæreticos, qui non sunt communionis eorum; inter quos utique & vos estis. Si veræ sunt leges, valeant & in vos hæreticos: si falsæ sunt leges, quare valent contra vestros hæreticos? Fratres, paululum aduertite, & intelligite quod diximus.

Quando egerunt causas suas aduersus Maximianistas, ut eos à se damnatos & schismaticos suis eiicerent de locis, quæ illi tenebant antiquitus, & successerant Episcopis decessoribus suis: volentes illos inde excludere, egerunt legibus publicis, ad Iudices venerunt, dixerunt se Catholicos, ut possent excludere hæreticos. Quare te dicis Catholicum, ut excludatur hæreticus; & non potius es Catholicus, ne sis exclusus hæreticus? Modò Catholicus es, ut valeas ad excludendum hæreticum: Iudex enim non posset nisi legibus suis iudicare. Dixerunt se Catholicos: admissi sunt agere. Dixerunt illos hæreticos. Quæsiuit, unde probaretur. Lectum est Concilium Bagaitanum, ubi damnati sunt Maximianistæ: insertum est Actis Proconsularibus. Probatum est, quod illi damnati non deberent tenere basilicas: & pronunciauit Proconsul ex lege. Ex qua lege: quæ lata est contra hæreticos: Si contra hæreticos, & contra te. Quare, inquit, contra me? non enim ego hæreticus sum. Si tu hæreticus non es, falsæ sunt illæ leges: ab his enim Imperatoribus lætæ sunt, qui non sunt communionis tuæ, omnes qui non sunt communionis eorum, legibus suis hæreticos vocant.] hac Augustinus, eodem dilemmate iterum atque iterum Donatistas exagitant. Quamnam verò fuerint hæc leges, recensuimus suo loco superius. Porrò res Africanæ Ecclesiæ eo statu collocatæ erant, ut ob immensum numerum Donatistarum, Catholici quamuis meritò lege agere Imperatorum possent, ipsiq. Proconsules deberent præferre vindices legis, tamen quod tot tantaq. remedia tum à Constantino Magno, tum à Constante eius filio ad eos curandos cassâ esse reddita visa essent, immò

MAXIMIANISTA RE-  
CEPTA PRIMIANISTIS:  
Aug. contra Gaudent. li. 1. cap. 39.

Aug. epist. 165.

Aug. contra Crescon. li. 4. cap. 47.  
DONATISTAE IVRA SIBI VSURPANT CATHOLICORVM.  
Aug. in Psal. 57.

PRIMIANISTAE AGENTES ADVERSUS MAXIMIANISTAS LEGIBUS PUBLICIS.  
Aug. in Psal. 57.

DONATISTAE CVR TOLERATI.

A immò illis remediis eadem monstra iisdem acerbius prouocassent; quodque etiam polle- rent manu factiosorum & sceleratorum hominum, nempe Circumcellionibus, Catholici quidem quiescere tutius rati sunt, & magistratus ob pacem prouinciæ ea toleranda esse putarunt. Sic igitur veluti soluti vinculis ipsi legum, leges tamen ad alios perturbandos adhibuerunt; immò etiam furentes aduersus aduersarios leges penales sancierunt: nam de ipsis sanctus Augustinus: Quid amplius dicamus? Modò præconem misistis qui clamaret Siniti: Quisquis Maximiano communicauerit, incendetur domus eius.]

Sed vide, quæro, quid in Saluum Episcopum Membresitanum; vnum ex ordinato- ribus Maximiani, iudicio cum aduersariis Primianistis contendentem, & de lege illa ex- cipientem, qua illi sibi agendi contra Maximianistas esse facultatem apud Proconsules affirmabant, iisdem egerint Primianistæ: Augustinus enim contra Cresconium<sup>b</sup> agens hac narrat, cum ait: Quare quæ statuta sint Saluio Membresitano: quia ei non potuit illius persecutionis exagitationibus extorquere, ut rediret ad consortium criminis; maluitq. se committere examini, & persecutoribus suis in Proconsulari iudicio respondere: ea credo fiducia, quod sciret aduersarios suos legibus contra hæreticos promulgatis uti non posse apud Iudicem, nisi etiam se ipsos pariter eis irretirent. Sed sefellit eum ista cogitatio. Apud Seranum enim tunc Proconsulem vel gratia plus valuit, vel magis fortè Bagaiense Concilium, quod illic etiam contra eundem Saluum recitatum est. Quadam sanè interlocutione, quid per se ageretur, ostendit: id est, ut Saluum aut choro Episcoporum communionis Primiani redderet, aut fugaret à sedibus; ut restitutus quem contra eum Primianus ordinauerat, loca omnia quæ à Saluio tenebantur, sine aduersario possideret. & tamen in eadem interlocutione, quod persecutionem Saluius pateretur, ex- C pressit. sic enim in iisdem Gestis legitur: Seranus Proconsul dixit: Lis Episcoporum secundum legem ab Episcopis audienda est. Episcopi iudicauerunt. Quare non aut sub satisfactione ad chorum reuerteris vetustatis: aut, ut habes scriptum, terga persecutoribus prodis? ] & paulo inferius.

Iam verò posteaquam sententia Proconsulis Abitinensibus allegata est, per quam ciuitatem vicinam iudicatum implere vestri metuerant, eo quod penè omnes Membresitani Saluum diligebant: Quæ fecerunt iisdem Abitinenses homini ætate grauissimo, piget dicere; quia ea non apud Acta fecerunt: sed tam recenti memoria cum omnibus documentis sit clarior ipsa testificatio ciuitatum, breuiter attingam, quod illic, cum iter agerem, comperi. Nam quia eis pro defendendis ex quantacumque parte sedibus suis etiam post Proconsulis iudicatum turbe sibi fauentis fiducia Saluius repugnare tentauerat: victus aliquando comprehensus est, non iam ducendus ad iudicium, ubi in partes fuerat prolata sententia, sed pompa miserabili triumphandus. Capto enim seni mortuos canes alligauerunt in collo, & sic cum illo, quantum libuit, saltauerunt. Hoc si vellem exaggerare dicendo: nonne fortasse hanc pœnam vix tormentis Regum Etruscorum, quibus mortua viuis corpora iungebant, comparandam esse monstrarem? &c.] eadem idem Augustinus, dum agit contra Parmenianum<sup>c</sup>; & cum pluribus rem prosequitur, ait à suis Saluio ut martyri fabricatam fuisse nouam ecclesiam.

Quod verò eadè prosecutione causæ suæ Primianistæ aduersus Maximianistas ea omnino præstiterint, quæ iisdem atque ceteri Donatistæ à tempore Constantini Magni atque Constantis in Catholicos effuso ore iactabant; sicq. suis ipsorum se armis confodiri negare non possent (quod creberrimè idem S. Augustinus inculcat) inde factum est, ut E in Concilio Carthaginensi postea à Catholicis celebrato, nimirum sub Consulatu Vincentij & Frauitæ, decreuerint Patres ad perpetuam rei memoriam è publicis Actis excipienda esse cuncta, quæ inter Primianistas & Maximianistas penes Proconsules versata essent: sunt enim hæc<sup>d</sup> verba decreti: Placuit ut ex Concilio nostro litteræ darentur ad Iudices Africanos, à quibus hoc peti congruum videtur, ut in hoc adiuuent communem matrem Ecclesiam Catholicam, in quo Episcopalis auctoritas communiti in ciuitatibus potest, id est, ut iudicialia potestate ac diligentia ex fide Christiana, quid gestum sit in omnibus locis, in quibus Maximianistæ basilicas obtinuerunt, qui ab eis schisma fecerunt, inquirant, & Gestis publicis propter firmam notitiam omnibus necessariam faciant inhærere.] hac Patres, & quam prudenter id egerint, ex vsu frequenti ipsorum Proconsularium Gestorum, quibus Augustinus frequentissimè Donatistas exagitat, satis perspicuè demonstratur.

Ceterum

SALVI EPISC. DONAT. CAUS. SA. Aug. contra Crescon. li. 4. cap. 48.

QUID IN SALVIUM DONATISTAE.

Aug. contra epist. Parmenian. li. 3. cap. 6.

DONATISTAE SVA IPSORVM OPERA CONVICTI.

Cecil. Affir. cap. 34. tom. 1. Concil.

Ceterum sicut olim Constantinus Magnus & Constans, ita & Valentinianus minor, A Gratianus, & Theodosius coercere legibus Donatistas, prout ipse S. Augustinus affirmat, easq. ipsi legendas proponit, dum ait: Deinde Valentinianus, legite, quae contra vos iusserit. Inde Gratianus & Theodosius, legite quando vultis, quae de vobis constituerint, &c.] quae verò post Theodosium Honorius aduersus eosdem statuerit, dicemus inferius suo tempore. Sed quamnam poena contemptores legum, potestatum, ac denique numinis à Deo puniri solent? (haud enim Diuinitas patitur fontes omnino hic grassari sine supplicio) ea nimirum, vt quos carcer coercere minimè valet, nec compedes & catenae constringunt, nec securis ferit, vel ignis incendit, iidem sibi ipsis carnifices fiant: Ob idque accidit, vt è caelo in eorum praecordia immissa vindicta, iidem Donatistae mente turbati, furore perciti, à prauo daemone agitati, quouis praetextu, vel desperatione adacti, vel falsa spe meliorum illecti, ipsi sibi spontanei carnifices fierent, iniicerent collo laqueos, B gladios in sua conuerterent pectora, venena sitirent, praecipitia vel flumina vel ignes ad necem quarerent, & ad quoscumque oblatos sibi interitus modos obuiis accurrerent manibus, sicq. infelicissimi homines appeterent mortem, & oppeterent auidius, quam alij vitam. Tali quidem vlciscente numine, quos Iudex legum vindex non plexit, multati sunt supplicio Donatistae, vt amentiae quadam offusi caligine, praetextu martyrij, ipsi sibi violentas manus inferrent, vel ad infligendum vltimum sibi supplicium alios cogerent, vt superius demonstratum est. Sit in horum exemplum quod Constantij Imperatoris temporibus dictum est ex Oprato de Marculo & Donato sua sponte necatis, quos illi dicebant à nostris occisos: sed verius Augustinus<sup>b</sup>: Ecce, inquit, Marculus de petra praecipitatus est; ecce Donatus Bagaiensis in puteum missus est. Quando potestates Romanæ talia supplicia decreuerunt, vt praecipitaretur homines? (exolenerat diu ante supplicium illud, quo de rupe Tarpeia rei immanium criminum projiciebantur) Quid autem respondēt nostri? Quid sit gestum, nescio. Tamen quid tradunt nostri? Quia ipsi se praecipitauerunt, & potestates infamauerunt, &c.] at de aliis imitatione maiorū suorum eadem sibi supplicia voluntaria inferentibus agit ipse S. Augustinus contra Gaudentium his verbis:

Aug. epist. 166.

DONATISTAE VLTIMOS SEIPROS.

Aug. in Ioni tract. 11.

DE DONATISTIS IN SEIPROS SARVIBENTIVS.

Aug. contra Gaudent. lib. 1. cap. 28.

INGENS DONATISTARVM INSANIA IN CAPITANDO MARTYRIO

2. Mach. 4

Aug. contra Gaudent. lib. 1. ca. 28. 29. 30.

Aug. de Virginit. Eccles. cap. 19.

Aug. contra Gaudent. lib. 1. cap. 20.

Aug. de Vnit. Eccl. cap. 19.

Sed nunc planè cum parcente vobis mansuetudine Christiana, ita in vos saevit vestra dementia, vt quemadmodum dicitur, caminorum reperto compendio, vestras animas rapiatis. Omnimodo vos à vobis ipsis pati persecutionem, nimia est impudentia, si negatis, quando vos vtrumque completis, & vnde iuste pereatis, & quod peritis. Sic autem dicit, tot hominum millia esse qui hoc faciant, quasi non etiam ista sit non parua causa: cur ab huiusmodi magisterio vestro Africa liberetur. Eorum est enim hominum genus, cui hoc malum persuadere potuistis, qui solent hæc & antea facere, maximè cum idololatricæ licentia vsquequaque ferueret, quando isti Paganorum armis festa sua frequentantibus irruerant. Vouebant autem Pagani iuuenes idolis suis quis quot occideret. At isti gregatim hinc atque inde confluentes, tamquam in amphitheatro à venatoribus more immanium bestiarum venabulis se oppositis ingerebant, furentes moriebatur, putrescentes sepeliebantur, decipientes colebantur. Præter hæc sunt saxa immania, & montium horrida prærupta voluntariorum creberrimis mortibus nobilitata vestrorum: aquis & ignibus rariis id agebant, praecipitiis greges consumebantur ingentes. Etatis nostræ hominibus res notissimas loquor. Quis nescit hoc genus hominum in horrendis facinoribus inquietum, ab vtilibus operibus otiosum, crudelissimum in mortibus alienis, vilissimum cum suis, maximè in agris territans, ab agris vacans, & victus sui causa cellas circumiens rusticanas, vnde & Circumcellionum nomen accepit, vniuerso mundo penè E famosissimum; Africani erroris opprobrium? Ex hoc igitur genere quis ignorat quam multi antea per diuersas regiones ibant & peribant, & nunc in illorum comparatione quam pauci suis ignibus ardeant? cum scilicet compressi sunt iterum legibus Imperatorum, de quibus vberius suo loco dicendum erit.

Quod autem hi nefandum scelus exemplo Razia<sup>d</sup> ex Machabæorum libris defendere soliti essent, & deterrimum delictum titulo martyrij honestarent, idem Augustinus eosdem pluribus sæpeque confutat<sup>e</sup>; percitosque gloriæ stimulis ista delirasse, sæpe etiam demonstrat<sup>f</sup>. Nam sic occisos sepeliebant, & colebant vt martyres, ad eorum sepulchra comedentes atque gaudentes, orantesq. iactabant se ad eorum memorias exauditos: sed refellit has omnes fallacias, & ad animas decipiendas diaboli technas reteggit ipse fufius Augustinus<sup>g</sup>.

Ccepta

Cœpta hæc ipsorum insania sub Constante Imperatore, cum ab eis missi sunt Paulus A & Macarius Legati pacis, nec postea quoad vixit impiū schisma desiit, peruulgata iam etiam transmarinis. nam de his Philastrius ita meminit<sup>a</sup>: In Africa sunt qui Circuitores dicuntur: hi circumeunt terras, & quos inueniunt in via, cogunt eos, vt interficiantur ab illis, dicentes se desiderare pati martyrium: & sub causa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex his velut Biotharati moriuntur; sese dantes in praecipitium, diuersumq. subeunt calamitatum interitum. ] innotuerunt iidem Orientalibus etiam: nam de ipsis Theodoretus hæc habet<sup>b</sup>: Nouum insaniæ genus excogitarunt: violentam enim mortem, martyrium nominat; & qui hæc quidem appellationem assequi volunt, id longo antè tempore, is qui idem secum sentiunt, significant. Illi autem eos omni genere officij obseruant, eisq. inferiunt, & omne ciborum genus afferunt, veluti quædam sacrificio destinata animalia prapascens & pinguefaciens. Cum diuturno autem tempore in his deliciis laurè & opipare vixerint, cogunt eos quos in viis inuenierint; letalia eis vulnera ense afferre, & nonnulli quidem institutum assequuntur, alij verò ab eo excidunt. Quis enim sanæ mentis in se cædis manifestæ crimen susceperit? Instar Corybantū, itaque furens & debacchans, se ex alto praecipitio deorsum praecipitant. Ego autem interim dum de Arianis loquor, volo aliquid lepidum, quod in his euenit, enarrare. Cum enim permulti ex iis, instar phasianorum adipati, in generosum quendam iuuenem incidissent, deinde nudum ensē ei porrexissent, iusserunt vt eis afferret vulnera: & se eum interfecturos minati sunt, nisi imperatum faceret. Is autem dixit, se vereri, ne aliquibus occisis, qui superessent poenitentia ducti poenam cædis ab eo exigerent: Oportere itaque prius vnicuique eorum vinculum imponere, deinde sic ensē adigere. Cum illi autem acquieuisent, & vincula accepissent: cum virgis omnes cecidisset, eos victos relinquens abiit. Eis verò hanc phrēnesin immisit malus daemō. ] hæcenus Theodoretus, deq. his modò satis: reliqua enim de ipsis suis locis antea dicta & inferius dicenda sunt. Tantum enim abest, vt ab hac insania aliquando resipuerint, vt maiore in dies correpti furore, grassati sint in seipos, & in Catholicos: tunc præsertim, cum Gildonis in Africa tyranii seclator Opratus Gildonianus, homo Donatista, armatus prodiit, quod suo loco dicturi sumus. Vidisti igitur & considerasti, nullū vquam non dico Christianum Imperatorem, sed nec Scytham, & immanissimum quemuis tyrannum de Donatistarum sceleribus valuisse aded crudeles poenas sumere, quas ipsi sibi sponte ferali animo intulere. Sed iam quæ sunt reliqua rerum gestarum præsentis anni, oratione prosequamur.

NOTA OMNIBVS DONATISTARVM INSANIA. Philast. de heres. c. 86.

Theod. b. vet. fabul. lib. 4.

DONATISTARVM INSANIA IN AFFRICANDO MARTYRIO

Hoc ipso anno Alipius Tagastensis, qui (vt ad calcem anni superioris diximus) Hierosolymam profectus est, in Africam rediens, creatus fuit suæ patriæ Episcopus Tagastensis: quod ex litteris S. Augustini ad sanctum Hieronymum hoc anno datis facile possimus intelligere<sup>c</sup>. In ipso enim limine perfuncti presbyteratus, & Episcopatus eius initiationis, Augustinus illas, de quibus agimus, ad S. Hieronymum litteras dedit, quarū exordium est: Numquam æquè quisquam, &c. ] hæc quidem haud otiosè disquirimus, sed vt perspicuè innotescat, quo tempore cœpta sit controuersa illa fantosâ, ore omnium agitata, inter Augustinum atque Hieronymum ad multorum annorum spatia propagata; simulque causam & fontem, vnde illam fluxisse contigit, percipere accuratè possimus. Ac primum quæ de Alipij Episcopatu habeat Augustinus, his tunc ad Hieronymum litteris datis, hic verbis ipsius manifestemus. Numquam, inquit, æquè quisquam tam facile cui libet facie innotuit, quam mihi tuorum in Domino studiorū quieta lætitia, & verè exercitatio liberalis. Quamquam ergo percipiam omnino te nosse; tamen exiguū quiddam minus habeo, præsentiam videlicet corporis. Quam ipsam etiam, posteaquam te beatissimus nunc Episcopus, tunc verò iam Episcopatu dignus, frater Alipius vidit, remeansque à me visus est, negare non possum magna ex parte mihi esse relatu eius impressam: & ante reditum, cum te ille ibi videbat, & ego videbam, sed oculis eius, &c. ]

ALIPIVS TAGASTENSIS CREATUS EPISCOPVS. Aug. epist. 8.

DISSENSIO INTER AVGVSTINVM ET HIERONYMVM QVAM DO COEPITAB.

Auspicatorum iam exordium & originem controuersiarum, quæ inter tales tantosque viros doctrina & sanctitate egregia præditos, Catholicæq. Ecclesiæ magistros exortæ sunt: hic repetere memoria debemus, quæ anno superiori ad finem ipsius diximus, cum de eiusdem Alipij peregrinatione Hierosolymam sermonem habuimus: nimirum tunc ex nobilium Origenistarum Hierosolymis agentium latebris ventum illum spirasse, quo eiusmodi est excitata tempestas, ex qua filiorum pacis nauigia nonnihil iactata, & inter se collisa diu, vix tandem ad tranquillitatis portum, quo vterque reditūnis & veritatis clauum

clauum direxerat, integra absque naufragio peruenere: cum postea datis inter se mutuo ad dexteris, iunctis animis, aduersus primogenita Origenistarum germina, Pelagianos hareticos, sub eodem Catholico fidei vexillo commilitones acerrime decertarunt.

Sed quo modo ab Origenistis suppeditatus est discordia fomes; ex veris tamen deductis coniecturis datur posse opinari: procul vero abhorremus ab opinione eorum, de quibus ista Hieronymus: De amicitia omnis tollenda suspicio est; & sic cum amico, quasi cum altero se, loquendum. Nonnulli familiares mei, & vasa Christi, quorum Hierosolymis & in sanctis locis permagna copia est, suggerebant, non simplici animo à te factum, sed laudem atque rumulos & gloriolam populi requirente: ut de nobis cresceres, & multi cognoscerent te prouocare, me timere, te scribere ut doctum, me tacere ut inaperitum, & tandem reperisse, qui garrulitati meae silentium modumque imponeret. ] hæc ipse: sed plane illi male Augustini animum perscrutati, licet id conati fuerint, qui ad hæc aduersus Hieronymum scribenda Augustinum quibusdam impulsibus adegerunt. At quinam aduersarij isti Hieronymi, qui ex Augustini ad ipsum scriptis insultandi in eum capturi forent occasionem? illi nepe, quorum superius mentio facta est, Ioannes Hierosolymitanus Episcopus, Rufinus, Melania, & si alij ob Origenis errores, quos impugnabat, ipsi Hieronymo infensissimi, eiusmodi quidem, qui extrinsecus sanctitate cum nobilitate pollentes, fidem apud omnes inuenirent, qui eos minus proximè perspectos haberent.

Quenam autem, quantave putas hos omnes aduersus Hieronymum in aures Alipij infudisse? etsi non alia, illud quidem, quod dicitare & obiectare sæpe solebant: nimirum, hominem esse fastu plenum, tumidum, nemini parentem, omnes carpentem, sibi nimium arrogantem, agentem doctorem totius Orbis, omnes spernentem, nulliusque rationem habentem: fore namque Deo gratum, Christianisq. incundum, petulantiam hominis coercere, contrariis scriptis eius scripta corripere & sugillare, idq. esse de ipso in primis benemereri; si è cathedra docentis demissus, in loco humili collocatus disceret tandè, & quod non crederet, experimento sentiret, præstantiorem ipso in Ecclesia inueniri doctorem. At quorsum hæc Origenistarum strophæ tendebat? eò nimirum, ut Hieronymi quam dicebant audaciam coercendo, Augustinum, si possent, ea arte sibi coniungerent; vel saltem eosdem inter se altercantes, sibi inuicem aduersarios constitueret, iugiter inter se pugnantes, mutuoq. carpentes, eueniretq. tandem secundum illud Hieremias: Quia fortis impedit in fortem, ambo pariter conciderunt. ] Non sensit dolos Alipius, nec in animum inducere potuit fraudulentæ hæc agi, ab hominibus præsertim, quorum sanctitas videbatur toto iam Orbe spectata: quamobrem quæ de Hieronymo ab illis accepit, eadem reuerfus in patriam retulit Augustino: qui bona fide, rectoq. animo, & non nisi boni consules, sic scribere aggressus est, & carpere quæ à Hieronymo scripta essent, ut tamen in omnibus fraternæ charitati in primis voluerit esse consultum: sicque se reprehensorem exhibuit, ut tamen charitate se fratrem esse, pluribus significasse voluerit. Sed age iam ad ipsas litteras inter se mutuo datas, quo scriptæ sunt ordine, veniamus.

Dedit igitur ipse prior Augustinus ad Hieronymum, quas diximus, litteras hoc anno cuidam Profuturo, familiares illas quidem, salibus tamen acrioris correctionis asperas: nam vnde sibi suppetere poterat haud mediocre argumentum Hieronymi commendandi, quod solus ac primus inter Latinos referare potuerit fontes Hebraicos, inde eum sugillandi se inuenisse putauit occasionem, quasi otiosè hæc ipse tentasset: à quo studio etiam diuellere eum conatus, fructuosius ipsum laborare rogat, nimirum ut verteret in Latinum Græcos scriptores Ecclesiasticos; quod postulare se dicit nomine totius Ecclesiæ Africanæ, cum ait: Petimus ergo, & nobiscum petit omnis Africanarum Ecclesiarum studiosa societas, ut in interpretandis eorum libris, qui Græcè Scripturas nostras quam optime tractauerunt, curam atque operam impendere non graueris: potes enim efficere, ut nos quoque habeamus illos tales viros, & vnum potissimum, quem tu libentius in tuis litteris sonas. ] Origenem sanè Augustinus intelligit; cuius laudes, antequam ex eo hæreses proferrentur in lucem, suis scriptis sæpe contigerat Hieronymum prædicasse: ut vel ex hoc vno intelligas tacitam iniuri Hieronymo notam, quod hoc tempore detestari profiteretur Origenem, quem antè sæpe alias commendasset: sicque planè per transennam inspicias suppeditata ab Origenistis Augustino, eò modo quo diximus, in Hieronymum argumenta; qui & ista mox subdit: De vertendis autem in linguam Latinam

Hier. epi. 92. FOMES DISCORDIARVM AVGVSTINI CVM S. HIERONYMO VNDE.

ALIPIVS MALE AFFECTVS AB ORIGENISTIS IN S. HIERONYMO.

Hier. 40.

AVGVSTINI AD HIERONYMVM ACRES LITTERAE.

Hier. epi. 80. apud Aug. epi. 8.

Atinam sanctis litteris canonicis laborare te nollem, nisi eo modo quo Iob es interpretatus, ut signis adhibitis, quid inter hanc tuam & Septuaginta, quorum est grauissima auctoritas, interpretationem distet, appareat. Satis autem nequeo mirari; si aliquid adhuc in Hebraicis litteris & exemplaribus inuenitur, quod tot interpretes illius linguæ peritissimos fugerit, &c. ] ad postremum eiusmodi indigno planè Augustino dilemmate agit: Si enim, inquit, obscura sunt, te quoque in illis falli potuisse creditur: si autem manifesta, illos in eis falli potuisse non creditur. ] hæc ipse: sed quantarum sint virium, si quæ ad ista responderit Hieronymus legeris, planè inuenies.

Post hæc autem Augustinus eam reprehensionem inculcauit de perperam facta à Hieronymo interpretatione loci illius in epistola ad Galatas, quo Paulus ait obiurgatum à se esse Petrum: cum Hieronymus diceret ex complurium doctorum sententia, ea omnia inter ipsos Apostolos per simulationem esse transacta: redarguit enim Augustinus Hieronymum tamquam prauis dogmatis assertorem; quasi illis mentiri licuisse; affirmarit. At quàm hæc à sententia Hieronymi abhorruerint; superius à nobis est demonstratum tomo primo Annalium, cum de eadem controuersia & dissensione inter Paulum & Petrum pluribus disputauimus; ad quem locum lectorem reuicimus. Hæc quidem primis ad Hieronymum litteris præstitit Augustinus, quas Profuturo perferendas Hierosolymam dedit. Sed accidit, ut ipsæ retentæ in Africa, vix ( ut dicemus ) peruenierint post annos duodecim Hierosolymam. Verùm quo casu id factum sit, sic explicat Augustinus: Primas, quas ad te adhuc presbyter litteras præparaueram mittendas per quemdam fratrem nostrum Profuturum; qui postea nobis collega factus, iam ex hac vita migravit; nec eas tum ipse perferre potuit; quia continuo, dum proficisci disponit, Episcopatus sarcina detentus, ac deinde in breui defunctus est; etiam nunc mittere volui, &c. ]

Cum igitur harum Augustini litterarum S. Hieronymus penitus ignarus esset, ipse ad Augustinum alia occasione litteras officiosas satis misit: quæ licet non extant, earum tamen meminit Augustinus, qui & testatur inter alia admonitum se fuisse à Hieronymo, ut caueret in legendo Origine eius errores; utpote quod ipse Hieronymus aliquid visus esset odoratus esse, & in suspicionem adductus de consuetudine Alipij Hierosolymis cum Ioanne Episcopo, Rufino, atque Melania, & veritus ne per Alipium tamquam canalem è cœnois fontibus in Augustini animum illaberentur toxica Origenis. His acceptis à Hieronymo litteris Augustinus, cum ad eum redderet litteras, eadem persuasione qua cum primas litteras dederat animo affectus, rursus à redargutione scriptorum illius sumit exordium, ex causa quidem leuissima sibi comparans argumentum; nimirum quod accepisset à quodam homine, inditum ab eo titulum, Epitaphium, commentario illi, quem ante biennium conscripserat de Scriptoribus Ecclesiasticis; quod tamen minimè verum fuit, ut litteris suis se postea Hieronymus excusauit. Rursum verò iisdem Augustinus litteris eandem inculcat reprehensionem de prauo dogmate ex interpretatione perperam facta loci illius Epistolæ Pauli ad Galatas: atque tandem, perinde ac si graui lapsus esset errore, adhuc admonuit, ut iuxta illud Homeri, instar Stesichori, recantaret palinodiam. hæc cuncta pluribus pertractata apud ipsos Hieronymum & Augustinum, si vis, inspicias lector: nimis enim in longum diffunderet oratio, si cuncta verbis ipsorum hic reddere conaremur.

Sed accidit, dolo quidem aduersariorum, non autem culpa vel oscitantia Augustini, ut hæc litteræ nequaquam Hierosolymam perlatae fuerint, sed exscriptæ ex eis exemplaria in Italiam missa sparsaque per singulas ferme ciuitates non sine Hieronymi graui ignominia nota: quorum vnum nactus Systinus diaconus, Hierosolymam ad Hieronymum attulit: testatur id ipse Hieronymus in litteris ad Augustinum scriptis, cum ista narrat, sicuti quidem exposulans: Satis mirari nequeo, quo modo ipsa epistola & Romæ & in Italia haberi à plerisque dicatur, & ad me solum non peruenierit, cui soli missa est: præsertim cum idem frater Systinus inter ceteros tractatus tuos dixerit eam se non in Africa, non apud te, sed in insula Hadria ante hoc ferme quinquennium reperisse. ] hæc Hieronymus. Quis non sentiat id subdola aduersariorum arte compositum, ne eiusmodi litteræ ad Hieronymum peruenirent, ne eius stylo potenti ex more, omnia quæ essent obiecta resellerentur: sed quasi ex illis victus atque prostratus, cum rubore siluisse videretur; litteræ illæ Augustini vbique locorum ab aduersariis ostentarentur, describerent.

Galat. 2. ALIA REPREHENSIO AVGVSTINI IN HIERONYMO.

Aug. epi. 160. apud Hieron. 88.

HIERONYMVS QVIBVS ADMONVIT S. AVGVSTINVS. Aug. epi. 92. apud Hieron. 87.

LITTERAE AVGVSTINI INTERCEPTAE ET VVLGATAE. Hier. epi. 92. apud Aug. epi. 14.

berenturque : vt sic Hieronymi nomen sannis pariter atque cachinnis expositum pro aduersariorum arbitrio vbique traduceretur.

Quod autem hęc acciderint Augustino nesciente, inde satis aperte percipi potest, dum post illam epistolam ad Hieronymum alias litteras dedit, quibus efflagitabat, vt ad datas se litteras responderet. Sed rem hanc totam gestam dolo aduersariorum cum dicimus: ne falsum me coniectorem existimes, accipe quid præterea per Africanos itidem Episcopos iidem aduersarij Originistæ eodem tempore moliti sint: narrat id S. Hieronymus in Apologia aduersus Ruffinum: Scribit, inquit, frater Eusebius, se apud Afros Episcopos, qui propter Ecclesiasticas causas ad Comitatum venerant, epistolam quasi meo scriptam nomine reperisse, in qua agerem pœnitentiam, & me ab Hebræis in adolescentia inductum esse testaret, vt Hebræa volumina in Latinum verterem, in quibus nulla sit veritas. Quod audiens, obstupui. & quia in ore duorum vel trium stat omne verbum, vniq; testi nec Cætoni creditum est; id ipsum multorum me ex Vrbe fratrum scripta docuerunt, sciscitantium, an ita se haberet, & à quo ipsa epistola disseminata esset in vulgus lacrymabiliter indicantium. Qui hoc ausus est facere, quid aliud non audeat? hæc S. Hieronymus, quibus planè significatur, ex vna pariter officina istæc omnia esse deprompta. Porro totius huius facinoris architectum fuisse Ruffinum, ipsumq; eius auctorem epistolæ nomine Hieronymi scriptæ, idem Hieronymus in Apologia in ipsum scripta non obscure significat.

At quid post hæc ipse Hieronymus? licet Augustini litterarum exemplar per Syfynnium diaconum accepisset, cunctatus est tamen ad eas dare responsum, quod haud certus omnino reddi posset eas ab Augustino esse conscriptas, licet (vt ait) stylo satis intellexerit eius esse: sed stomachatus non nihil, duabus ad Augustinum missis litteris, de iniuria accepta conquestus est, contestatusque pariter se ad priores ab ipso datas litteras minimè responderè velle, quousque certioribus scriptis litteris suas illas esse significaret. dedit harum litterarum priores Asterio, posteriores verò Firmo, vt ex Augustini redditis litteris apparet. Quas omnes licet stylo pungenti, vtpote commotus iniuria, visus sit exarasse: haud tamen inter se ipsos connexum vinculum charitatis dissolui voluit: nam ad finem priorum, quas Syfynnio dedit, animi sui candorem his verbis reliquisse voluit declaratum: Vide, inquit, quantum te diligam, vt ne prouocatus quidem voluerim respondere, nec credam tuum esse, quod in altero fortè reprehenderem. ] ad finem verò posterioris epistolæ: Vale, inquit, mihi amice carissime, ætate filii, dignitate parens ] sic quidem, quod iam Augustinus esset creatus Episcopus, & mox addit: Et hoc à me rogatus obserua, vt quidquid mihi scripseris, ad me primum facias peruenire. ] Augustinus verò acceptis Hieronymi litteris ab Asterio, illas suas ad eum reddidit, quarum est exordium: Quamuis existimem, &c. ] in quibus inter alia veniam petens, hæc ait: Obsecro ergo te per mansuetudinem Christi, vt si te læsi, dimittas mihi, ne me vicissim lædendo, malum pro malo reddas. ] & post alia: Vtinam mereremur amplexus tuos, &c. ] Ex quibus planè intelligis, Deo dilectos, filios pacis, Ecclesiæ magistros eo animo in altercando fuisse, vt inter ipsos verborum grauiores verberibus ictus, se tamen mutuò complecterentur, & furtiuus charitatis osculis peterent.

Porro vt his proficitur litteris Augustinus, haud pridem dederat ad Hieronymum per Cyprianum diaconum litteras, quæ exstant, estque illarum exordium: Ex quo coepi ad te scribere, &c. ] quibus & significauit suas esse duas illas priores, quibus superius dictæ correctiones conscriptæ haberentur, de quibus & Hieronymus petierat certior reddi, num eius essent. adiunxit verò & postremis his suis ad Hieronymum alias reprehensiones; videlicet, quod nouam ex Hebræo translationem libri Iob edidisset prorsus inutilem; quodque aliter quam Septuaginta haberent, vertens ex Hebræica veritate librum Ionæ, pro cucurbita, magno omnium scandalo, hederam posuisset: & quid in vna Africanarum Ecclesiarum tunc contigisset, recenset his verbis: Quidam frater noster Episcopus, cum lectitare instituisset in Ecclesia, cui præest, interpretationem tuam, mouit quidam longè aliter abs te positum apud Ionam Prophetam, quam erat omnium sensibus memoriæque inueteratum, & tot ætatum successionebus decantatum: factusque est tantus tumultus in plebe, maximè Græcis arguentibus & inclamantibus calumniam falsitatis, vt cogeretur Episcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum testimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia, an malitia, hoc esse in Hebræis codicibus responderunt, quod & Græci & Latini habebant. Quid plura? coactus est homo velut mendositatem corrigere,

TRANS ADVERSARIO RVM IN S. HIERONY MVM.

Hier. Apo. log. aduers. Ruffin. lib. 2.

Hier. ibid.

HIERONY MI QVERRE LA DE AVGVSTINO. Hier. epi. 91. 92.

Apud Hier. epi. 97.

Hier. epi. 91.

Hier. epi. 92.

Aug. epi. 15. apud Hieron. epi. 93.

Aug. epi. 10. apud Hieron. epi. 88.

NOVIS CENSURIS AB AVGVSTINO PVLSATVR HIERONYMVS.

gere, volens post magnum periculum non remanere sine plebe. ] haftenus de his Augustinus: reciprocanque rursus per eandem lineam stylum, affirmat eum vilius impensurum operam reddendo Græca Latinis, quam Hebraica; eoque nomine gratias agit de Euangelio ab ipso ex Græco in Latinum translato.

At quantum temporis interlapsum sit, ex quo illas ab Augustino olim scriptas, & per Cyprianum diaconum iterum ad ipsum datas S. Hieronymus accepit: planè ex ipsis Hieronymi ad Augustinum per eundem Cyprianum tunc redditis litteris satis superque intelligi potest; nempe (quod admiratione quidem dignum est) duodecim annorum spatium intercurrisse: quod sanè ex manifesta illa ratione deducimus, cum iisdem litteris ipse testetur S. Hieronymus, eius exemplaria ad se perlata esse non antequam Syfynnium aduenerit ex Gallijs Hierosolymam, cum illuc missus est ab Exuperio Episcopo Tolosano; qui quidem eius aduentus contigisse monstratur sub sexto Arcadij Consulatu cum collega Probo, est is annus Domini quadringentesimus sextus. Nam cum ipse sanctus Hieronymus in præfatione libri tertij in Amos affirmet se dictis Consulibus elaborasse commentarios in Zachariam ad Exuperium Tolosanum Episcopum, & in præfationibus vium librorum in Zachariam idem S. Hieronymus testetur de eodem Syfynnio tunc misso ab Exuperio Hierosolymam: planè necesse est affirmare, non ante dictos Consules Syfynnij aduentum contigisse. Porro non alium hunc fuisse Syfynnium, qui exemplaria epistolæ Augustini ad Hieronymum attulit Hierosolymam, ab illo qui ab eodem Exuperio Tolosano Episcopo missus accepit à S. Hieronymo commentarios in Zachariam Prophetam sub dictis Consulibus elaboratos, ex eo quoque certo cognosci potest, quod ipse Hieronymus in litteris quas tunc pro defensione sua ad Augustinum scripsit, cum citat S. Ioannem Chrysoptomum, non eum dicit esse Episcopum, sed olim fuisse, atque esse iam desiisse: adeo vt necesse sit eam ab ipso pro sua defensione esse scriptam ad Augustinum epistolam, cum iam Ioannes sede summotus esset, & in locum eius alius successus; sunt enim in dicta epistola hæc Hieronymi verba: Quid, inquit, dicam de Ioanne, qui dudum in Pontificali gradu Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, & propriè super hoc capitulo latissimum exarauit librum? ] quæ quidem ipsamet verba (ne arbitreris esse mendum in codice) repetit ipse Augustinus in sua ad Hieronymum responsione, ea epistola, cuius est principium: Iam pridem charitati tuæ, &c. ] Sic igitur iam vides sedere desiisse Ioannem Chrysoptomum, cum illæ à Hieronymo scriptæ sunt litteræ ad Augustinum per Cyprianum, quibus de acceptis priorum litterarum exemplaribus à Syfynnio significabatur. Porro & illud liquet, eundem Ioannem Chrysoptomum quadringentesimo quarto Domini anno sede depositum & in exilium missum esse: vnde perspicias, optime conuenire, eundem hunc esse Syfynnium, quem constat Hierosolymam venisse sub dicto sexto Arcadij Consulatu, anno Domini quadringentesimo sexto: indeque perspicuè intelligas, non ante annos duodecim Hieronymum accepisse, non dico litteras, sed exemplaria litterarum, quas Augustinus scripserat: quibus & videas, quam proditoriè cum eo tunc ab aduersarijs actum sit.

Sed non hic finis, immo potius exordium controuersiarum fuit: siquidem acceptis tribus simul missis ab Augustino Hieronymus litteris, ipse ijs quas per dictum diaconum Cyprianum reddidit, Apologiam validam quidem contexit: qua cum ab omnibus obiectis causam suam defendisset, redarguit insuper Augustinum, quod eius sententiæ visus esset assertor, qua diceretur, Iudæos ad Christum conuersos vt licitè legalibus potuisse: quod affirmare, nihil aliud esset, quam Cherinthi, Hebionis, & Nazaræorum hæresi ad stipulari. Vice versa Augustinus his à Hieronymo pro sua ipsius defensione acceptis per Cyprianum diaconum litteris, necnon superioribus Firmo datis, quarum meminimus, prolixiorum illam rescripsit epistolam, quæ incipit: Iam pridem charitati tuæ. ] qua inter alia purgat se ab eo errore, in cuius suspensionem apud Hieronymum venerat, quasi eadem sentiret cum hæreticis illis, qui Iudaica pariter cum fide Christiana esse seruanda antea docuissent: fatetur tamen, se minus perfecte esse locutum, intelligere autem voluisse, ea primis illis temporibus tolerata fuisse: quam suam ea de re sententiam iam ante contra Faustum scribens, plenius se declarasse testatur. Sed iam receptui post bellum canendum, immo & composito inter eos fœdere, & veritate in vtroque vincente firmiori pace atque concordia stabilita, pro munere Deo laudes cum gloria concinendæ.

Porro vt ab omni suspitione malæ mentis prauique animi S. Augustinum penitus liberemus, Ooo

QVAM SERO HIERONYMVS ACCEPTIT LITTERAS AVGVSTINI Hier. epi. 89. apud Aug. 11. Hier. epi. 91. 92.

Hieron. epi. 89.

Aug. epi. 19. apud Hier. 87.

HIERONYMVS REDARGVIT AVGVSTVM.

CHRISTI  
394.SIRICII PAP.  
10.THEODOSII IMP.  
16.

CHARITAS INTER HIERONYMUM ET AVGVSTINVM ILLIBATA SERVATA. <sup>Aug. epi. 8.</sup>  
 femus, intelligamusque quam verissimum esse hæc omnia aduersariorum arte fuisse A  
 composita, ipso aliter sentiente: præter illa quæ superius ingesta sunt ad hæc declaranda,  
 accipe quæ ipse Augustinus ad calcem suarum primitus datarum epistolarum habet, vt  
 intelligas quo animo in eiusmodi contentionis palæstra in arenam descenderit. Sunt hæc  
 verba <sup>b</sup> ipsius, cum Profuturo simul cum litteris alia quædam scripta Hieronymo dederat  
 referenda: Sanè idem frater aliqua scripta nostra fert secum, quibus legendis si dignationem  
 adhibueris, etiam sinceram atque fraternam seueritatem adhibeas quæso. Non enim  
 aliter intelligo quod scriptum est <sup>b</sup>: Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me:  
 oleum autem peccatoris non impinguet caput meum: nisi quia magis amat obiurgator  
 sannas, quam adulator vngens caput. Ego autem difficillimè bonus iudex lego quod  
 scripserim, sed aut timidior recto, aut cupidior. Video etiam interdum vitia mea, sed  
 hæc malo audire à melioribus: ne cum me rectè fortasse reprehendero, rursus mihi blandi-  
 diar, & meticulosam potius mihi videar in me, quam iustam tulisse sententiam.] hæc  
 ipse, volens sua scripta censuræ Hieronymi subiucere. quo animo perseverasse Augu-  
 stinum immobilem vsque ad finem, omnique obseruantia Hieronymum coluisse, in-  
 numerata in iisdem epistolis sparsa sunt loca.

In nouissima eodem argumento conscripta, quantum ipse licet Episcopus detulerit  
 Hieronymo presbytero, hac planè sententia declarauit: Quamquam secundum hono-  
 rum vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, Episcopatus presbyterio maior sit: tamen  
 in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est.] maior quidem Augustino Hierony-  
 mus, non ætate solùm, cuius ratione eum superioribus litteris filium nominat, sed &  
 linguarum Hebraicæ & Græcæ peritia: verùm & in sanctitate etiam puto Augustinum  
 iure primas Hieronymo detulisse, quippe quem sciret ab exordio iuuentutis iugum Chri-  
 sti portare cœpisse, fidemque immaculatam seruasse, se verò à fide naufragum diu per  
 Manichæorum hæreses deuiasse. Cum tot igitur prærogatiuis præstaret Hieronymus Au-  
 gustino, videtur insulsa nimis illa quorundam interpretatio: significare nimirum voluisse  
 Augustinum, Hieronymum maiorem fuisse, quod maior esset dignitas Cardinalatus Epi-  
 scopatu: quasi nihil præterea esset, quo excelleret Hieronymus Augustino, vt necessario  
 ad Cardinalatum illa referenda sint verba. sed de Cardinalatu Hieronymi satis superius.  
 Ad postremum ad significandam puram suam erga Hieronymum charitatem, timens  
 Augustinus ne quid reliquum reserpi ex liuore pulueris in Hieronymi animo resideret,  
 sequentem adhibuit Præsidium sacerdotem, qui penitus eius animam exploraret: ad  
 quem ea de re epistolam scribens, hæc habet in fine <sup>d</sup>: Si ego, quod non debui, aut quo  
 modo non debui, aliquid scripsi: non ad illum de me, sed ad me ipsum potius fraterna di-  
 lectione mitte sermonem, quo correctus petam, vt ignoscat, si meam culpam ipse cogno-  
 uero.] hæc ipse. At quanti è contrario fecerit ipse Hieronymus Augustinum, & quibus  
 laudibus prædicauerit, inferius suis locis dicturi sumus Annalium tomo quinto, cum mu-  
 tuo inter se datas litteras tempore ingruentis hæresis Pelagianæ recensebimus. Hic autem  
 satis in vnum congesse cœptam hoc anno controuersiam, deductam verò ad annum  
 ferme decimum quartum, simulque certo narrationis ordine in vnum modo nos perdiffi-  
 cilem historiam ad rerum gestarum faciliorem intelligentiam, quam breuissimè licuit,  
 complexos esse. Iam cetera quæ huius sunt anni acta reddamus.

Hoc eodem anno Paulinus Romanus, V. C. antiquæ nobilitatis decus, vna cum Thera-  
 sia coniuge, amplissimo patrimonio in pauperes erogato, monastica vitæ institutum arri-  
 piens, Vrbe admirante, in Nolanum agrum secessit. In cuius rei gestæ narratione, à tem-  
 poris certa ratione sumentes exordium, hæc ipsa præsentis anno gesta esse, inde certè de-  
 ducimus manifestamque adducimus auctoritatè, quod idem ipse Paulinus in epistola quam  
 dedit ad Augustinum adhuc presbyterum, mox verò eodem anno postea creatum Epi-  
 scopum Hipponensem, nempe anno sequenti, quo contigit ad Episcopatum prouehi,  
 cum testetur se non nisi annum habere, ex quo, abdicato sæculo, Christianæ philosophiæ  
 nomen dederit, licet ætatis annum quadragesimum primum impleset: planè significat,  
 hoc anno, suæ ætatis quadragesimo impleto, monasticum induisse habitum, & vitæ  
 monasticæ instituta sectari cœpisse. Sed iam ipsum ista profitentem audiamus, ea enim  
 epistola hæc habet <sup>e</sup>: Rege ergo paruulum in terra reptantem, & tuis gressibus ingredi  
 doce. Nolo enim in me corporalis ortus magis quam spiritalis exortus ætatem confide-  
 res. Quippe ætas mihi secundum carnem ea iam est, qua fuit ille ab Apostolis <sup>f</sup> in porta  
 Speciosa

<sup>a</sup> Aug. epi. 19.HIERONY-  
MVS IN QV-  
BVS AVGV-  
STINO MA-  
IOR.<sup>a</sup> Aug. epi. 16.  
<sup>b</sup> Apud Hieron.  
25.PAVLINI  
ET THERASIAE CON-  
VERSIO.<sup>e</sup> Apud Au-  
gust. epi. 31.<sup>f</sup> Act. 4.CHRISTI  
394.SIRICII PAP.  
10.THEODOSII IMP.  
16.

A Speciosa Verbi potestate sanatus (nimirum annorum amplius quadragesima) in natalibus au-  
 tem animæ, illius adhuc mihi tempus infantia est, quæ intentatis Christo vulneribus im-  
 molata digno sanguine agni victimam præcurrit, & Dominicam auspiciata est passio-  
 nem] nempe anni vnus temporis terminus, anniculum enim agnum ad Paschalem vic-  
 timam debere eligi, diuina lege præceptum erat. His igitur figuris Paulinus apertè si-  
 gnificare voluit, se eo tempore, quo ista scribebat, nempe anno sequenti (vt dicetur) fuis-  
 se ætatis annorum quadragesima vnus, quorum annum vnum spiritalis natalis egisset in  
 monastica disciplina.

Sed vnde colligimus, dices, sequenti anno eam à Paulino ad Augustinum epistolâ scri-  
 ptam esse? ex eo nimirum eius rei certum deducitur argumentum, dum ad Augustinum  
 tunc presbyterum ipso scribente, Augustinus iam tunc factus Episcopus ad ipsum Pauli-  
 num mox litteras reddidit, id enim ipse S. Augustinus affirmat <sup>b</sup>. Porro Augustini ad  
 Episcopatum promotionem sequenti anno contigisse, Prosper nota Consulium signat:  
 cui enim cum Augustino magna fuit vitæ consuetudo, ea de tempore sedis eius ipsum  
 præterijisse minime poterunt. Quod autem has litteras Paulinus ad Augustinum adhuc  
 presbyterum dederit, ex verbis eius fidem certam inuenies, dum ibi hæc ait: Si officium  
 commune consideras, frater es: si maturitatem ingenij tui & sensum, pater mihi es, et si  
 forte sis æui iunior, quia te ad maturitatem meriti honor senioresem prouexit, & iuuenem  
 cana prudentia.] ita ipse: & inferius, cum se eidem Augustino ministerio sociatum dicat  
 æqualem, compresbyterum illum fuisse demonstrat, sicut etiam cum eundem fratrem  
 nominet Augustinum, nam presbyterum à presbytero fratrem appellari consueuisse, Epi-  
 scopum verò patrem, idem Paulinus eadem epistola ad Augustinum data declarat, appel-  
 lans Alipium Episcopum Tagastensem communem patrem, cum tamen quod ad æta-  
 tem spectat, ambo essent æquales. Quod autem tunc ad ea rescripserit Augustinus iam  
 creatus Episcopus, in eadem ipse testatur epistola <sup>d</sup>. Sed & ex his illud obserua: cum enim  
 hoc anno ipsa ad Augustinum epistola Paulinus tradat se iam implese quadragesimum  
 annum, ac proinde inchoasse quadragesimum primum, planè inuenies eiusdem proffus æta-  
 tis ipsum cum S. Augustino fuisse, quem tempore quo fuit creatus Episcopus, liquet fuisse  
 ætatis annorum quadragesima vnus: id quidem ex deducta exacta superius annorum ætatis  
 eius ratione perspicuè demonstratur. hæc verò ad tempus insinuandum satis sufficiant.

At quanti momenti res fuerit, tale de se spectaculum Vrbi & Orbi exhibuisse in sæcu-  
 li abdicatione Paulinum, ex ijs facile poteris intelligere, quæ S. Ambrosius eodem tem-  
 pore ad Sabinum Placentinum Episcopum data ad istud ipsum significandum epistola,  
 his verbis exordiens narrat: Paulinum splendore generis in partibus Aquitanæ nulli se-  
 cundum, venditis facultatibus tam suis, quam etiam coniugalibus, in hos se induisse cul-  
 rus ad fidem comperi, vt ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam: & ipse pauper  
 ex diuite factus, tamquam deoneratus graui sarcina, domui, patriæ, cognationi quoque  
 vale dicat, quo impenitus Deo seruiat. Elegisse autem secretum affirmatur Nolanæ vrbs,  
 vbi tumultum fugitans, æuum exigit. Matrona quoque virtuti ac studio eius proximè  
 accedit, neque à proposito viri discrepat. Denique transcriptis in aliorum iura suis præ-  
 dijs, virum sequitur, & exiguo illic coniugis contenta cæspite, solabitur se religionis &  
 charitatis diuitijs. Soboles eis nulla, & ideo meritorum posteritas desiderata. Hæc vbi au-  
 dierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa prosapia, illa indole, tanta præ-  
 ditum eloquentia migrasse à Senatu, interceptam familiæ nobilis successionem? ferri hoc  
 non posse. Et cum ipsi capita & supercilia sua radant, si quando Iſidis suscipiunt sacra: si  
 forte Christianus vir attentior sacrosanctæ religioni vestem mutauerit, indignum faci-  
 nus appellant. Equidem doleo tantam esse in mendacio obseruantiam, in veritate ne-  
 gligentiam, vt confundantur plerique attentiores ad sacrosanctam religionem videri, non  
 considerantes vocem dicentis <sup>f</sup>: Qui me confusus fuerit coram hominibus, confundam  
 & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis, &c.] hæc ipse: quibus planè vides Pau-  
 linum atque Therasiam habitum mutasse, cum vitam monasticam vna pariter auspica-  
 ti sunt. quam quidem innouationem merito idem Paulinus nouum natale suum appel-  
 lat, dum se hoc anno genitum secundum interioris hominis renouationem, scriptis ad  
 Augustinum litteris profectur.

Sed antequam de Paulino quæ sunt reliqua prosequamur, elucidandus est locus  
 Ambrosij, quo ait, Paulinum in partibus Aquitanæ nulli fuisse secundum: ne quis ex his  
 Annal. Eccl. Tom. 4. O O O 2 putet

PAVLINI  
ÆTAS.<sup>a</sup> Exod. 12.PAVLINI  
AD AVGV-  
STINVM  
TEMPVS.<sup>b</sup> Aug. epi. 34.<sup>c</sup> Apud Aug.  
epist. 31.<sup>d</sup> Aug. epi. 34.<sup>e</sup> Ambrosij  
epist.  
36.DE CONVER-  
SIONE PAV-  
LINI BLO-  
GIVM S. AM-  
BROSII.<sup>f</sup> Luc. 9.

PAVLINVS QUOMODO A QUI T A NVS DICTVS

putet illum origine Aquitanum fuisse potius quam Romanum, quem inter Senatores Romanos claruisse, & inter omnes nobilitate fuisse conspicuum, idem affirmat, quod & Aufonius (vt dicitur) saepe confirmat. Quamobrem quod ipse S. Ambrosius de Paulino dicat, in partibus Aquitaniae nulli fuisse secundum; ad amplissimum patrimonium quod ille in Aquitania possideret, vbi & habitare saepe solet, visus est alludere voluisse, secundum ea quae itidem Aufonius de ipso Paulino scribit. Contingebat hoc tempore, sicut olim, nobiles Romanorum in prouinciis longe ab Vrbe positis latifundia possidere; vt S. Hieronymus tradit de S. Paula, & Symmachus suis testatur epistolis in Mauritania Caesariensi plurima iugera possedisse; itidemq; de Pammachio ex S. Augustini epistola constat, quod & de aliis horum aequalibus affirmari potest, vt de antiquioribus Romanorum dicere praetermittamus. Quod igitur in eadem prouincia Aquitania alij quoque Romani ciues latifundia rura possiderent, sed ab horum nemine superaretur Paulinus; ea de causa Ambrosius de ipso ait, in partibus Aquitaniae in possessione agrorum nulli secundum fuisse.

Hier. epist. 27. Symmach. li. 7. epist. 66. Aug. epist. 134.

RESTITVTIVR TEXTVS AMBROSII.

Hac autem cum optimo iure dici possint: puto tamen vitio librariorum inuersam esse periodum: nimirum, vt cum ibi apud Ambrosium sic legitur: Paulinum splendore generis in partibus Aquitaniae nulli secundum, venditis facultatibus, &c. Ita sit restituendum: Paulinum splendore generis nulli secundum, in partibus Aquitaniae venditis facultatibus, &c. cui quidem lectioni fauet in primis, quod cum ipse Ambrosius amplissimum Senatorem significet fuisse Paulinum, familia nobilissima, ac Romana prosapia eademque clarissima natum praedicet: plane res tanta minuitur, immo penitus extenuatur, si secundum priorem lectionem legerimus eum splendore generis in partibus Aquitaniae nulli fuisse secundum; cum etsi primis inter nobiles illius regionis excellisset, haud tamen comparandus fuisset cum aliquo Romanorum antiquae familiae; nec sane dignus satis, vt de eo Gentiles Romae Senatores talia tantaque quod ad generis nobilitatem spectat, ista emphasi praedicarent: Ex illa familia, illa prosapia, illa indole, tanta eloquentia praeditum, migrasse a Senatu, interceptam familiae nobilis successionem. haud enim par est, ista iactari de nobili Aquitano, qui & inter eius prouinciae nobiles non primus eniteat, sed reliquis coaequetur. Arridet insuper posteriori lectioni, quod idem Ambrosius inferius dicat, agrum Nolanum minime ab eo fuisse distractum, sicque non omnes ab eo agros venditos fuisse, sed dumtaxat eos quos amplissimos possidebat in partibus Aquitaniae, voluerit demonstrasse: vel etsi ceteros omnes, excepto Nolano, vendiderit; Aquitanos tamen satis fuerit nominasse, qui omnium latissimi haberentur.

PAVLINVS VNVS IDEM QVE CVM EO QVEM AVSONIVS CELEBRAT.

Est insuper, vt ex eiusmodi sancti Ambrosij de Paulino elogio illud pariter assequaris, non alium esse hunc Paulinum qui in agro Aquitano praedia vendidit, & Nolanum cessum vna cum coniuge petiit, ab illo ad quem extant complures Aufonij Galli viri Consularis epistolae versibus conscriptae: illum ipsum namque Paulinum Aufonij pernecessarium saeculo nuncium remisisse, & cum coniuge idem vitae institutum suscepisse, petijseque perfectioris vitae gratia Nolanum agrum, ex versibus ipsorum vltro citroque datis satis intelligi posse perspicitur.

Prudent. aduers. Symmach. lib. 1. PAVLINI FEDELES.

Patere, lector, amabo te, orationi de tanto viro oblectanti se, liberiores ad cursum habenas laxari, eiusque exordium vitae repetere vsque ad eiusdem anno praesenti res gestas: erit, vt tu quoque magnam ex ijs capias voluptatem. Scimus Paulinos inter alios Senatores Christianos in Vrbe celebres a Prudentio aduersus Symmachum agente recenferi his versibus:

Non Paulinorum, non Bassorum dubitauit Prompta fides dare se Christo, stirpemq; superbam Gentis patriciae venturo attollere saeclo.]

Prater hunc autem de quo agimus, claruere Constantini temporibus Paulini duo, senior atque iunior: quorum prior Consulatum gessit cum Iuliano, eo ipso anno, quo Nicenum Concilium celebratum est, qui est Domini trecentesimo vigesimo quinto: posterior vero post annos octo vna cum Optato itidem Consulatum ordinarium est consecutus. De maiori adhuc Ethnico eiusmodi vetus reperitur inscriptio:

HERCVLI INVICTO M. IVNIVS. CAESONIVS. NICOMACHVS ANICIVS. FAVSTVS. PAVLINVS

Recitat Paulin. in Fast. PAVLINI SENIORES. Describit Smetius pag. 70. num. 1. necnon Paulin. in Fast.

De minori autem, cu aurata statua donatus est, eiusmodi extat egregium monumentum:

ANICIA

A.

ANICII IVN.

ANICIO. PAVLINO: IVN. C. V PRO. COS. ASIAE. ET. HELLESPONTI CONSVLII ORDINARIO: PRAEF. VRBI VICE: SACRA: IVDICANTI: OB MERITVM: NOBILITATIS: ELOQVII IVSTITIAE: ATQVE: CENSURAE: QVIBVS: PRIVATIM: AC: PVBLICE CLARVS: EST: PETITV. POP. R TESTIMONIO: SENATVS: IVDICIO DI: D. N. N. TRIVMPHATORIS: AVG CAESARVMQ; FLORENTIVM STATVAM: SECVNDAM: AVRO SVPERFVSAM: LOCARI: SVMPTV PVBLICO: PLACVIT.

B.

Quod inter alios magistratus vna cum Praefectura Urbana iunctum legis: VICE SACRA IVDICANTI] intelligere debes, quod ex quo Christiani Principes titulum abiecerunt Pontificis, Maximus Pontificium sacra iudicandi ad Urbis Praefectos transfulerunt: quod & ex Symmachi litteris de iudicio exercendo ab ipso Urbis Praefecto aduersus Vestalem Primitiviam virginem lapsam, superius dictum est.

Habes ex his pariter inscriptionibus Paulinos itidem fuisse Anicianae familiae germen: à qua haud putamus nostrum excludendum esse Paulinum, licet Pontius praenomine dictus sit: sicut nec excluditur senior Paulinus, quod Faustus ea inscriptione nominatus inueniatur. Ceterum Prudentium, qui sub Honorio aduersus Symmachum (vt diximus) duos illos libros scripsisse cognoscitur, cum Paulinos celebrat, ad Paulinum de quo agimus, cuius famia vigeat illustis, respectum potissimum habuisse, nulla penitus dubitatio esse debet. Fuisse pariter nostrum Paulinum Melaniae clarissimae feminae Consularis affinenti, ipse ad Seuerum de illa scribens affirmat: haec de Paulini genere.

Sed & celeberrimi viti. canabula quoque petamus. Burdigala fuit illi natale solum: pluribus namq; Romanis contigisse in prouinciis diuersis occasionebus nasci, multa exempla suppetunt, vt recens de Ambrosio, qui est natus in Gallijs, cum parens eius in eis gereret Praefecturam. Burdigalae igitur natus, ibi ab Aufonio Gallo illic publice proficiente rhetorice atque poeticis institutus est facultatibus, ab eodemque paternis frequentatus officijs, prout ex eiusdem Aufonij ad ipsum datis litteris declaratur, ac primo cum versibus illis eum voluit salutari:

Dic & Valere, dic, Auere te iubet Amicus & vicinus & fautor tuus, Honoris auctor, altor ingenij tui: Dic & magister, dic Parens, dic omnia Blanda atque sancta charitatis nomina.] & alibi:

Nec dedignare parentem. Adfari verbis: Ego sum tuus altor, & ille Praceptor primus, veterum largitor honorum, Primus in Aonidum qui te collegia duxi.] & Paulinus ad eum:

E.

Tibi disciplinas, dignitatem, litteras, Linguae, & toga, & fama decus, Prouectus, altus, institutus debeo, Patrone, praceptor, pater.]

At quod ait, à se Paulinum auctum honore, prouectumque altius: ad illud spectare putato, quod Paulinus ab Aufonio bene institutus, dignus euaserit, cui magistratus amplissimi crederentur. Etenim fuisse ante Aufonium Paulinum insignitum ordinario Consulatu, his versibus in epistola ad eum conscripta declarasse visus est:

Quamquam & Fastrorum titulo prior, & tua Roma Praecepit nostrum sella curulis ebur. Et que iam dudum tibi palma poetica pollet, Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.

Annal. Eccl. Tom. 4.

PAVLINVS ANICIAE NAEPAMI- LIAE.

Paulin. ad Seuer. epist. 10.

PAVLINVS BURDIGALAE NATVS.

Aufon. epist. 20.

Aufon. epist. 21. PAVLINVS AB AVSONIO LITTERIS EXCVLTVS.

Paulin. epist. 39. apud Aufon. epist. 1. auctus

Aufon. epist. 1.

PAVLINVS CONSVLOR. DINARIVS.



Longæ tantum superamus honore senectæ, &c.]

Quod de titulo Fastorum ait, & subdit de sella curuli Romæ consecuta: planè excluditur quod de Fastis municipalibus quis fortasse dicere potuisset, in illis Bardigalæ Paulinum scriptum, ibique primarios consecutum fuisse honores. Quamobrem hinc planè constat Consulatum ordinarium significare voluisse: nam suffecti Consulatus nequaquam Fastis

Prudent. li. 1. c. 1. Symmach.

Idem lib. 2.

Fastorumq; arce potiti Annales proprio signarint nomine chartas, Atque inter veteres cera numerentur & arce.] & alibi: Consulibus dat condere Fastos.]

Consulium enim ordinarium tantum id honoris erat: nam quod spectat ad externos Consules allectos, vel suffectos, nequaquam eorum nominibus consignabantur anni, verum sub quibus Consulibus Consulatum gessisset (vt idem ait Aufonius in gratiarum actione pro suo Consulatu) quærendum erat.

Aufon. epist. 24.

Sed & quod alibi idem his versibus scribit:

Paulinum Aufoniumq; viros, quos sacra Quirini Purpura, & auratus trabea velauit amictus

planè significat eodem Consulatu ordinario functum esse Paulinum, quo Aufonius, ambo nimirum aurata trabea indutos esse: fuisse namque auro textam trabeam Consularem, idem ipse Aufonius docet:

Aufon. in Gratiar. act. pro suo Consul.

Sed quoniam anno ante Aufonij Consulatum Paulinus illum ipsum magistratum obierit, ignoratur: nisi dixerimus, quod cum omnes Fastorum laterculi certis reperiantur signati Consulibus, vnus verò ex eis careat Consulium nota, adscribaturque post Consulatum Gratiani Augusti & Equitij, par est existimare Paulini Consulis nomine atque collegæ illum fuisse signatum. Hæc de Paulini Consulatu ex Aufonio ipso dicta sunt, cui pu- to refragaturum neminem.

PAULINI PREFECTV- RA VRBA- NA. l. 1. c. 1. de senec. Cod. Theod.

Reperitur insuper Paulinus gessisse Præfecturam Vrbanam sub Consulatu Gratiani quinto & Theodosij; ad eum enim duo sub isdem Consulibus data habentur rescripta: quem hunc ipsum, de quo agimus, fuisse Paulinum, facile inducimur vt credamus. At qualia quantaque hæc: omnia tamen propter Christum Paulinus missa fecit, sicut & multo studio antea quæsitæ musas: & licet pluribus prouocaretur ab Aufonio versibus scriptis epistolis, tacere nihilominus animo statuit. Quamobrem succensuit in ipsum Aufonius: qui eum duabus inter scribendum fugillasse visus est notis, priori nempe illa, quod obsequeretur coniugi, quam eam ob causam quod imperare videretur marito, appellat Tananquilem, vt cum ait:

Aufon. epist. 23.

Tananquil tua nesciat istud.] ex quibus conijcere licet quàm eximie sancti-

tatis femina fuerit vxor Paulini Therasia, cum ab Aufonio creditum sit, ab ipsa Paulinum ad sanctiorem vitam excolendam fuisse perductum. Posteriori verò illa nota Aufonius subinfectus fugillauit Paulinum, quod atræ bilis morbo, quam Græci vocant melancholiâ, velut alter Bellerophonates laboraret, atque propterea secessisset, musasque penitus abdicasset. Ita iste, vt carnalis adhuc homo, nesciens quæ sunt spiritus, à melancholia inductæ insanie tribuit sublimem illam Christianæ religionis philosophiam, quam Paulinus vnâ cum coniuge, diuino afflari ambo simul numine, arripuerant.

QVÆ AVSONIVS IN PAULINVM. Aufon. epist. 25.

Sic quidem Aufonius in Paulinum, vt assolent hodie sæculi sectatores, qui cum vident aliquem adolescentem, spretis cum nobilitate diuitijs, caris suis, & domo paterna cum flore iuuentæ, selectum vitæ genus sectari, mox illud olim in Christum à suis dictum in- clamant: Hic versus est in furorem.] Quæ item in Paulino fugillat Aufonius, eum nimirum Bellerophontis laborasse morbo, cum abdicato sæculo arripuisset vitæ monasticæ institutum: eadem planè in omnes Christianos monachos solita fuisse obiectari à Gentilibus, Rutilius & ipse Ethnicus fidem facit, vbi hæc de insulæ Caprariz monachis:

QVOD CAR- NALES IN SPIRITVA- LES OBIE- CTARE SO- LEANT. h. Marc. 3.

Sic nimia bilis morbum assignauit Homerus Bellerophonteis sollicitudinibus.]

At sanctus Paulinus, cum ad Aufonium rescripsit, rogat vt ab his abstineat contumelijs, atque post multa de vitæ ratione hos habet versus:

Paulin. ad Aufon. epist. 41. apud Aufon. epist. 3.

Ne me igitur, venerande parens, his vt male versum Increpites studijs: neque me vel coniuge carpas,

vel

Vel mentis vitio. Non anxia Bellerophontis Mens est: nec Tananquil mihi, sed Lucretia coniux.]

Sed & alia epistola eleganti metro sic Paulinus, quod obiurgabat Aufonius, excusat:

Paulin. epist. 39. apud Aufon. epist. 1.

Quid abdicatas, in meam curam, pater, Redire Musas præcipis? Negant Camænis, nec patènt Apollini Dicata Christo pectora.] & paulo post: Nunc alia mentem vis agit, maior Deus: Aliosq; mores postulat.] & quæ sequuntur.

Certè quidem musis se abdicasse visus est Paulinus, quas olim adeo luculenter excoluerat, vt in poeticis facultatibus ipsum egregium poetam superaret Aufonium: quod liberaliter absque inuidia idem ipse Aufonius profiteretur his versibus:

Aufon. epist. 20.

Cedimus ingenio quantum præcellimus auro: Assurgit Musa nostra Camæna tue.]

Ceterum ablegauit (quod mirandum est) à se Paulinus terras illas, comptasque musas: retinuit verò rusticam & incomptam atque raucisonam, quæ satis visa ad laudes Deo canendas, qui cordis potius quàm chordarum numeris delectatur, & magis fide quàm fidi- bus collaudatur.

Quod verò ad ipsum Aufonium spectat, illud non prætereat, fuisse ipsum quidem Chri- sti cultorem: quod pluribus declaratur carminibus, quibus vel diuinum numen deprecatur, vel Paschalia festa celebrat. Immo qui & à tenellis vnguiculis à Christianis sacris virgi- nibus suis materteris educatus est, par est credere imbutum fuisse ab eis etiam pietate, fue- runt enim hæc, Emilia, Hilaria, & Iulia Cataphronia, quas dum celebrat epigrammatibus, testatur eas virgines Deo deuotas in sancta consensuisse virginitate. Ceterum negari non potest eundem Aufonium tum de dijs tum de amatorijs rebus quamplurima cecinisse, ob eamque causam visum esse nonnullis potius Gentilem quàm Christianum hominem. At de Aufonio satis, redeamus ad Paulinum.

AVSONIVS CHRISTIA- NVS.

Vbinam autem, quòve tempore, & à quò Paulinus baptizatus, atque insuper quando presbyteratu initiatus fuerit, satis ipse docet epistola sequenti anno ad Alipium data, in qua hæc habentur: Quod enim, inquit, iudicasti iam de humilitatis nostræ nomine apud Mediolanum te didicisse, cum illic initiatoris: fateor curiosius me velle condiscere, vt ex omni parte te nouerim, quo magis gratuler, si à suscipièdo mihi patre nostro Ambrosio, vel ad fidem inuitatus es, vel ad sacerdotium consecratus, vt eundem ambo videamur habere auctorem. Nam ego etsi à Delphino Burdegaliæ baptizatus, à Lampio apud Barcinonam in Hispania, per vim inflammatæ subito plebis sacratus sum: tamen Ambrosij semper & dilectione ad fidem nutritus sum, & nunc in sacerdotij ordine confoueor. Denique suo me elero vendicare voluit, vt etsi diuersis locis degam, ipse presbyter censear.] hæc de se ipse: qui & ad Seuerum scribens: Nos modò, ait, in Barcinonensi (vt antea scripseram) ciuitate consistimus. Post illas litteras, quibus rescripsisti, die Domini quo nasci carpe dignatus est, repentina (vt ipse testis est) vi multitudinis, sed credo ipsius ordinatione correptus, & presbyteratu initiatus sum (fateor) inuitus, non fastidio loci: nam testor ipsum, quia & ab ædifici nomine & officio optaui sacram incipere seruitutem: sed vt alio destinatus, alibi (vt scis) mente compositus & fixus, nouum in speratumque placitum diuinae voluntatis expaui.] ita Paulinus.

Aufon. in Pa- renal. epigr. 6. c. 26.

Abd. Au- gust. epist. 35.

Quanti autem ponderis æstimari munus presbyteratus quem acceperat, ipsum audi, cum addit: Data igitur ceruice in iugum Christi, video maiora me meritis & sensibus opera tractare, iamque arcanis & penetralibus Dei summi receptum & insertum commu- nicare cælestia, & Deo propius admotum in spiritu ipso Christi & corpore & splendore versari. Vix adhuc intellectum sacræ molis capio mentis angustijs, & onus muneris mei conscius infirmitatis horresco. Sed is qui sapientiam paruulis dedit, & ex ore infantium atque lactentium perfecit laudem sibi, potens est in me etiam opus suum perficere, & munus ornare, vt se dignum faciat, quem ab indigno vocauit. Scito tamen, voti communis, eodem Domino præstante, saluam esse rationem. Nam ea e conditione in Barcino- nensi ecclesia consecrari adductus sum, vt ipsi ecclesiæ non alligarer: in sacerdotium tantum Domini, non etiam in locum ecclesiæ dedicatus.] hæc ad Seuerum idem Pauli- nus, cum discessionem pararet iam cum ipso Seucro condicam, anhelaus ad Nolanum secessum:

PAULINI VITAE PRO- GRESSVS.

Paulin. epist. 6.

PAULINVS QVOMODÒ COACTVS ORDINARI PRESBYTER

DE NOLA- NO S. PAULINI RE- CESSVS.

secessum : quod iam consistens in Hispania mente conceperat, memor admirandi Felicis, A qui ibi colitur, martyris, quem longe positus precibus frequentabat, apud quem residere, eidemque iugiter deseruire statuerat. Tradit hæc quidem ipse in primo eiusdem sancti Felicis Natali, quod dum anno superiori in Hispania ageret, iam propediem discessurus, his versibus cecinit :

Paulin. in Natal. S. Felicis.

PAVLINVS CVPIDV9 S. FELICIS.

Pande vias faciles, da currere mollibus vndis, Et famulis famulos à puppi suggere ventos, Inq, tuo placidus nobis sit limine portus : Illic dulce iugum, leue onus, blandumq, feremus Seruitium sub te Domino. Esi iustus iniquis Non egeas seruis, tamen & patiére & amabis Qualescumq, tibi, Christo donante, dicatos Et foribus seruire tuis, tua limina mane Mundicie curare fines, & nocte vicissim Excubijs seruare pjs, & munere in isto Claudere promeritam defesso corpore vitam.]

hæc ipse cum adhuc in Hispania versaretur, animo tamen Nolan, ædesque S. Felicis tenens, quem ante recedens ab Italia inuiserat, suaque ei vota dicarat : & licet per multa annorum spatia abesse contigerit : numquam tamen eius obliuio ipsum tenuit, prout idem ipse in secundo Natali refert, dum ait :

tua tempore longo Lustra cucurrerunt, ex quo solemnibus istis Coram vota tibi, coram mea corda dicau.] sed displicuit Aufonio longa ista in

Hispanijs mora Paulini, prout epistola ad eum scripta testatur est.

RBDITVS PAVLINVS IN ITALIAM.

Recedenti verò ex Hispanijs iam creato presbytero, contigit in itinere conferre se Mediolanum, inuifereque S. Ambrosium, à quo eoopratus est in clerum Mediolanensis Ecclesie (vt superius diximus) eo fortasse animo quod post se eum cuperet habere in cathedra successorem : cum more maiorum de gremio eligi Episcopi consuescerent. Mediolano autem recedens Paulinus, patrium solum repetens, Romam se contulit : vbi antequam Nolanum secessum, quem diu concupierat, festinus adiret, sarcinam rerum temporalium, qua sentiret se grauatum, deponeret, sicque omni solutus vinculo, ad optatam requiem, animique tranquillitatem columbæ alis protinus conuolaret. Sed quid Romæ passus sit, ex ipso audiamus, qui in epistola quam sequenti anno (vt ex ipsius testificatione apparet) scripsit ad Senerum Sulpitium, cum iam annum Nolæ egisset, dum eum hortabatur vt veniret ad S. Felicis, hæc habet : Multa sunt quæ ad nos inuitare te, & de patria debeant se tuocare : præ ceteris amor pacis & fuga zeli, qui maximè conspectu aut vicinia æmula conuersionis accenditur. Denique à nobis Romæ zelotyporum incendia clericorum longinquitas Vrbs extinguit ; & omnis illic iniquitas obstruit os suum : quia per absentiam inde nostram, quasi subducto fomite, segnis odiorum flamma frigescit, nec in vocem audet erumpere, licet dentibus frendat inuidia, dum iniquitatis suæ conscia ipsa se erubescit, nec in promptu habet vbi faces liuidæ mentis accendat. Pax tamen Dei, que præcellit omnem sensum, abundat in cordibus plurimorum, & opus Dei Saluatoris in nobis Campania tota veneratur. Romæ quoque pauci, etiam in clero ipso, à quo solo videmur scandalizari, mortu inuidia commouentur. Sed Domino gratias, qui & mihi miserissimo peccatori suo dedit dicere : Quoniam oderunt me gratis.

Paulinus epist. 1. PATITVR INVIDIAM PAVLINVS ROMAE.

Psal. 34. Psal. 68. PAVLINVS STAS QVE RELAS.

Quod tamen ad me pertinet : cum ipsis quoque qui oderunt pacem meam, mente pacificus sum : si quis enim vult contentiosus esse, hoc nostra consuetudo non recipit. Horum tamen ipsorum, qui nos odisse & à consortio sanctitatis suæ segregare dicuntur, vix ad nos tenuis fama perlabitur ; & ab auribus nostris spinarum sepe munitis, vt aura frigida, vel importunum vacui culicis murmur excluditur. Sed plenius indicare poterunt conserui nostri, pueri tui, quantum nobis gratiæ Dominicæ detrimentum faciat Urbici Papæ superba discretio : qui paucis ipsis diebus, quibus interfutere, viderunt quam assidua nos ; quam sedula sollicitorum fratrum monachorum, Antistitum, clericorum, atque etiam ipsorum sæpe secularium officia toto illo nostro ægritudinis tempore celebrauerint : quod apud vnanimitatem tuam, de Dominica tamen gratia, cuius hoc quoque opus & munus est, gloriari licet. Nemo propemodum tota Campania Episcopo-

rum,

rum, non visitare nos, fas existimauit sibi : & quos infirmitas vel necessitas aliqua deuinxerat, missis vice sua clericis & litteris affuerunt. Afri quoque ad nos Episcopi reuifendos, prima æstate miserunt. ] hæc hætenus ipse : ex quibus primò videas, post legationem Africanorum Episcoporum, quam sequenti anno contigisse dicemus, has datas esse ad Seuerum à Paulino (vt nuper diximus) litteras.

Iam puto, sentis lector, quem Paulinus per Urbicum Papam intelligat : non alium quidem, quam qui tunc Romanæ præerat Ecclesie Pont. ipsum Siricum, quem infensum absque causa aliqua, vt ait, pati coactus fuerit. Accidit planè, sanctum Paulinum iuste conqueri de Siricio Papa, atque alijs nonnullis Romanæ Ecclesie clericis, de quibus etiam conquestum vidimus sanctum Hieronymum, quod sæpe superius diximus. Vt planè acciderit hac ex parte malè audire Siricum ; quod aduersus adeo insignes sanctitate & doctrina viros vbique spectatos fuerit commotus : Sed quam causa ? Num quòd non receperit ipsum inter clericos in Ecclesia, quem ab alio ordinatum esse sciebat : idque sit quòd idem Paulinus ait : Urbici Papæ superba discretio ? ] Vel fortasse idèd Siricius illi succensuit, quòd ordinatus statim fuerit ex laico presbyter : quod ne fieret à quouis Episcopo, idèd Siricius data Epistola ad Orthodoxos, adhibita contestatione admonuisset ? At si hoc crimen fuit, in Episcopum Barcinonensem Lampium culpa reiicienda fuit : Paulinus enim (vt ipse sæpe testatur) vim passus est. Sed & in tanto viro veniale hoc, sicut in Ambrosio & alijs, qui non ad presbyteratum tantum, verum etiam ad Episcopatum ex laicis catechumenis inuiri prouecti sunt. Verum cum hæc omnia quæ passus est Romæ Paulinus, idem ipse liuori tantum adscribat & inuidia : illud opinandi haud leuem affert occasionem, nimirum quòd adueniente ipso Paulino Romam post tam longum spatium temporis, omnium oculi in ipsum conuersi fuerint, obstupescientium præ miraculo, cum viderent Consulare virum presbyterum factum, mox in monachum transformandum, celebri concursu tum ciuium, tum etiam exterorum frequentatum officijs : etenim eius fama illis veluti quodam classico excitatis, factus est ad eum inuifendum frequens vndiq, concursus non Romanorum dumtaxat ciuium, sed & peregrinorum Antistitum, ex partibus etiam transmarinis properantium, nec priuato tantum munere, sed etiam publicarum functione legationum. Hæc, inquam, tot tantaq, nonnullorum mouerunt inuidiam (vt ait) liuorè induxerunt, excitauerunt & iram. Cum ille pacis filius, sic malè affectis animis nullo opportuniori remedio (vt ipse addit) occurrendum putauit, quam maturata ab Vrbe discessione : quod & faciendum Seuero proposuit, qui tunc in patria ipsèd inuidia icibus vexabatur.

PAVLINVS QVAE A SIRICIO ROMAE PASSVS.

Ceterum qui de aliquibus ipse Paulinus iuste conquestus est, nonnullorum quoque Urbis clericorum commendat exhibita erga se charitatis officia ; inter quos fuisse Anastasium Rom. Ecclesie tunc presbyterum, postea verò Pontificem, non dubium est : coluisse hunc Paulinum eius testificatione dicemus : istud ipsum quoque fecisse Domnionem insignem virum illum, cuius est frequens memoria in litteris ad eum scriptis à S. Hieronymo : Paulinum enim eo vltum fuisse familiarissimè, ipse testatur epistola ad Alipium ; appellatq, ipsum, virum sanctissimum atque parentem. Alios itidem eiusdem studij Christiana charitate complexos esse Paulinum, Pammachiumque & illi similes fauisse Paulino, quis dubitat ? Consuluit autem sibi & illis ipse prudens, instar Iacob, absentia, quantocyus potuit in agrum Nolanum se conferens, vbi in obsequio Martyris, magnæ turris ædificandæ solida supra firmam petram iaceret fundamenta : quod fecit, perfecitque feliciter opus, hoc anno inchoatum in abdicatione amplissimarum diuitiarum.

QVÆ ROMAE PAVLINVM COLLEBAINT

Cum has erogaret in pauperes, ex eis illam subduxit partem, qua erigeret Fundanam basilicam, de qua construenda, scribens ad Seuerum, sic animi sui consilium aperit : Fundanum nomen oppido est : quod æquè familiare mihi fuit, dum maneret possessio quam illic visitationem habui. Itaque vel ad pignus quasi ciuicæ charitatis, vel ad memoriam præteriti patrimonij, basilicam dare in ipso oppido, quoniam & indigebat, ruinosam & paruum habens, voti fuit. Propterea & hos versiculos adijciendos putavi, quos illi in hoc oppido dedicandæ basilicæ parauimus. Nam adhuc in opere est, sed propitio Deo dedicationi propinqua. quod tamen ea mihi maximè ratio persuasit, quia & in huius apside designatam picturam meus Victor adamauit, & portare tibi voluit, si forè & vnam de duabus elegeris in hac recentiore tua pingere, in qua æquè apsidem factam indicauit, &c. ] subdit carmina, quibus qualis esset pictura illa describitur, nosque alibi ad ostendendum antiquum vltum pingendi sacras in ecclesia imagines recensuimus.

Paulin. epist. 35 apud Aug. tom. 2.

DE FVNDANA BASILICA.

Sed

RELIQUIAE MARTYRVM IN ECCLIA LOCALI

Sed & de sacris sanctorum martyrum collocatis ibi reliquijs hæc in eadem epistola: Verum hanc quoque basilicam de benedictis Apostolorum & martyrum reliquijs sacri cerneris, in nomine Christi sanctorum sancti, & martyrum martyris, & dominorum Domini confectabunt: ipse enim testatus est se vicissim confessorum suorum confessorem futurum. Vides, lector, pristinum usum; ere etiam nempe basilicam, ornata sacris imaginibus dedicari solemnitè solitam, sed non sine reliquijs sanctorum martyrum. Putas ne tu (dic liberè) esse sanctiores Paulino recentiores apostatas, qui ista contemnunt; ut hos potius sequaris, quam ipsum, quem cum Vrbe pariter admiratus est Orbis, ac sancti Patres qui tunc claruere, summis laudum præconijs celebrarunt, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, ac deinde Gregorius, ut de alijs inferioris ordinis dicere prætermittamus? Inharebo ego volens libensque Paulino: utinam & merear vitæ moribus sublimi ipsius Christianæ philosophiæ proximus cultor accedere. Tu si aliter sentis, tibi sapias: quale cuiusque opus fuerit, ignis probabit. Sed quænam ibidem ab ipso fuerint sacræ reliquiæ collocatæ, his ipse verbis explicat:

RELIQUIAE POSITAE IN FVNDANA BASILICA

Ecce sub accensis altaribus ossa piorum Regia purpureo marmore crusta tegit. Hic & apostolicas præsentat gratia vires Magnis in paruo puluere pignoribus. Hic pater Andreas, & magno nomine Lucas, Martyr & illustris sanguine Nazarius, Quosq; suo Deus Ambrosio post longa reuelat Secula Protasium cum pare Geruasio. Hic simul vna pium complectitur arcula cætum, Et capit exiguo nomina tanta sinu.

Reliquias autem istas haud pridem inuentas ab Ambrosio, ab eodem accepit omnes, præter Andreae ac Lucae, quorum corpora inuenta & translata vidimus ab Achaia Constantinopolim sub Constantio in basilicam Apostolorum.

VITAE IN-STITVTVM PAVLINI IN AGRO NOLANO. a Paulin. epist. 1. prope finem, & epist. 7. & 24. b Hier. epist. 13.

Quam verò arduum arripuerit in agro Nolano viuendi genus (ne quis putet eum ruri agentem vitam duxisse lautam & otiosam) epistola ipsius ad Seuerum conscriptæ significant. Fuisse quidem professos tum Paulinum tum Therasiam coniugem vitam monasticam, S. Hieronymus epistola ad eundem Paulinum postea scripta expressè testatur: quod enim quæ inhærebat ei coniux seorsum vitam monasticam agens, vsu coniugij iam deseruerat esse vxor, idem S. Hieronymus eam sororem, non autem coniugem ipsius appellat. Ut autem ambo renunciantes sæculo, & mutato habitu, abdicatis diuitijs, professi vitam monasticam, agrum Nolanum elegerint: id ex sententia videtur S. Hieronymi factum esse. etenim cum idem Paulinus litteris eundem consulisset de loco, num expediret ut id genus vitæ Hierosolymis excolerent: tunc idem S. Hieronymus eam de institutione monastica ad Paulinum ipsum dedit epistolam, qua reuocans à proposito Hierosolymam veniendi, hortatus est potius ut ab vrbebus remotum locum deligerent ad habitandum. Ipsam quidem epistolam scriptam esse antequam Paulinus agrum Nolanum peteret, multa sunt quæ indicant: immo datam præsentis anno fuisse, ex eo quoque possumus intelligere, dum de Vigilantio hæc habet in fine: Sanctum Vigilantium presbyterum qua auiditate susceptum sit & nos reliquerit, non possum dicere, ne lædere quempiam videar, &c. Porro ipsum Vigilantium, qui adhuc sub habitu sancto latebat inter Catholicos, Hierosolymis fuisse hoc anno mense Septembris, tempore immensi illius terræmotus, eiusdem Hieronymi auctoritate suo loco nuper dictum est. Putamus quidem nebulonem istum bis hypocritam secutum esse Paulinum ex Hispanijs Romam redeuntem, eundemque ab ipso acceptis litteris ad S. Hieronymum profectum esse Hierosolymam: qui ex parte aliqua detexisse visus est non rectam prauis hominis mentem: quam ob causam eum non ferens Vigilantium, citò recessit, inimicus illi redditus, quem & scriptis (ut suo loco dicemus) exagitauit; cum postea opportuno tempore, quod coquebat in stomacho, in necem aliorum virum euomuit. At de Vigilantio modo hæc tenentur.

Quod ad Paulinum spectat: longè alius ille est Paulinus ad quem scribit S. Hieronymus epistolam c. 111. de libris diuinæ Scripturæ, ab hoc de quo agitur, ad quem extare diximus epistolam eiusdem Hieronymi decimam tertiam de institutione monachi: siquidem illum hortat-

A horratur ipse Hieronymus Hierosolymam proficisci, hunc autem à proposito procul reuocat. Nec est quod quis dicere possit, euenire potuisse, ut quem aliquando ad profectio-nem hortatus est, postea noua adueniente causa eundem reuocet: nam si ad vnum eundemque eas quis velit datas fuisse epistolas, in earum posteriori necessario habenda mentio prioris erat, immo & ratio reddenda, cur contraria superioribus scriberet. Sed sunt & alia, quæ eosdem inter se Paulinos discriminant. At de his hæc tenentur: continget enim inferius quinto tomo de eodem Paulino Nolano Episcopo sæpe mentionem haberi.

Accidit eodem ferme tempore aliud Paulino per simile exemplum edi à Seuero Sulpitio Romano ciue, viro illustri in Gallijs agente, & monasticum vitæ genus arripiente: dignum planè memoria laudèq; summa consilium, de quo ad ipsum scribens, ita Paulinus cum sua iam extenuasset summissis animo: Tu, inquit, frater dilectissime, ad Dominum miraculo maiore conuersus es: quia ætate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonij grauior, substantia facultatum non egentior, & in ipso adhuc mundi theatro, id est, fori celebritate diuersans, & facundi nominis palmam tenens, repentino impetu discussisti feruile peccati iugum, & letalia carnis & sanguinis vincula rupisti. Neque te diuitiæ de matrimonio familiae Consularis aggestæ, neque post coniugium peccandi licentia, & caelebs iuuenta ab angusto salutis introitu & arduo itinere virtutis in mollem illam & spatiosam multorum viam reuocare potuerunt, &c. Inhæsit Seuerus S. Martino, cuius monitis & exemplis nutriebatur in fide: sic verò se abdicauit à sæculo, ut filios in sanctitate educaret, prout idem Paulinus alia ad eum epistola scripta testatur.

Sed & Tetradij viri clarissimi admiratione digna fuit conuersio: hic primum Ethnicus, quanto saltu tumidus esset, ex Ausonij ad eum verbis accipe, quibus ait:

Cur me supino pectoris fastu tumens Spernis poetam Consulem? Tuq; amantem, teq; mirantem, &c.]

Quomodo autem hic opera S. Martini ad Christianam fidem sectandam conuersus sit, Seuerus, de quo nunc egimus, in rebus gestis S. Martini ita describit: Eodem tempore, Tetradij cuiusdam Proconsularis viri ferus dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabatur. Rogatus ergo Martinus ut ei manum imponeret, deduci eum ad se iubet. Sed nequam spiritus nullo proferri modo ex cella, in qua erat, potuit: ita in aduenientes rabidis dentibus sauebat. Tum Tetradius ad genua beati viri aduoluitur; orans ut ad domum, in qua dæmoniacus habebatur, ipse descenderet. Tum verò Martinus negare se profani & Gentilis domum adire posse: nam Tetradius eodem tempore adhuc Gentilitatis errore implicitus tenebatur. Sponder se igitur, si de puero dæmon fuisset exactus, Christianum fore. Ita Martinus, imposita manu puero, immundum ab eo spiritum eiecit. Quo viso, Tetradius in Dominum Iesum credit, statimque catechumenus factus, nec multo post baptizatus est, semperq; Martinum salutis suæ auctorem miro coluit affectu. hæc de Tetradio Seuerus.

Claruisse autem in Gallia his ipsis temporibus præter S. Martinum alios complures insignes sanctitate Episcopos, idem qui supra Paulinus testatus est: cuius epistolæ, quæ desideratur, fragmentum à Gregorio sua intextum habetur historiæ his verbis: Si enim hos videas dignos Domino sacerdotes, vel Exuperium Tolosæ, vel Simplicium Vienna, vel Amandum Burdigalæ, vel Diogenianum Albige, vel Dynamium Engolismæ, vel Venerandum Aruernis, vel Alithium Cadurcis, vel nunc Pagarium Petrogorijs (vtcumque se habent huius sæculi mala) videbis profecto dignissimos totius fidei religionisq; custodes.]

E hæc ipse de ijs, quos inuissis, nouisse, consuetudinemque cum iisdem habuisse in longa illa ac diutina sua peregrinatione putamus. His addendus est S. Mauritius Episcopus Andegauensis à S. Ambrosio lector ordinatus, & à S. Martino monastica institutione excultus & presbyter consecratus, ac deinde inuitus ordinatus Episcopus, cuius mirifica Acta adhuc extant. At de his modo hæc tenentur.

Corollarium verò rebus gestis anni huius addamus ex Sozomeno, qui ad finem Imperij Theodosij, in quo versamur, de sanctissimo viro Donato Episcopo in Epiro hæc habet: Hac memoria multi multis in locis per orbem terrarum inter Episcopos præclari extiterunt: ut Donatus Euoreæ Epiri, quem & alia multa mirabilia fecisse testantur indigenæ, & illud maxime, quod in draconis interfectione præstitit, qui in Chamægephyris, quas vocant, ad viam regiam lustrum habebat, & oves & capras & boues & equos, nec non & homines & alia rapiebat. Neque enim ille vel gladium vel hastam ferens, vel aliud aliquod

SEVERI SVLPITII DIGNVM EXEMPLVM. a Paulin. ad Sa. uer. epist. 2.

b Paulin. epist. 13. c Auson. epist. 15. TETRADIJ CLARISSIMI VIRI CONVERSIO

d Seuer. in Vita S. Martini, cap. 16.

e Greg. Thron. hist. Franc. li. 2. cap. 13.

f EPISCOPI QVIN GALLIIS GLAVERE.

g Apud Sir. 10. 5. die 13. Septemb.

h Sozom. li. 7. cap. 25. DE S. DONATO EPISCO.

CHRISTI 394.

SIRICII PAP. 10.

THEODOSII IMP. 16.

aliquod telum habens, hanc belluam adortus est. sed cum illa eum aduentantem sensisset, A & caput velut impetum factuta exeruisset, signum Crucis aduersus ipsam aeri digito inscripsit, & illi in faciem expuit. Illa sputo in os accepto, statim concidit; ac mortua iacens, amplitudine non minor apparuit ijs serpentibus qui visuntur apud Indos. Siquidem (vt ego quidem accepi) octo iugis in proximum campum extractam indigenae combusserunt, ne putrefacta aërem inquinaret, & morbos pestilentes gigneret. Donato huic sepulchrum est insigne templum ab ipso denominatum: prope quod etiam fons est aquis vberimis scaturiens, quem, cum antea non esset, Deus illius precibus exoratus edidit: erat enim is locus prorsus aridus. Na cum ille aliquando ex itinere huc aduenisset, fertur sodalibus eius aquae defectu laborantibus, effossa manibus terra orasse, & simul ad votum aquam vberè scaturuisse, & ab eo tempore defecisse numquam. ] hanc Sozomenus, qui & subdit de Theotimo, Epiphano, & alijs, de quibus nos alibi opportuniùs dicturi sumus quinto Annalium tomo. B

IESV CHRISTI ANNVS 395. SIRICII PAP. ANNVS 11. THEODOSII IMP. ANNVS 17.

Christi annus trecentessimus nonagesimus quintus duorum germanorum fratrum Consulatu, Olybrij atque Probini, Fastis adscribitur: in quorum Consulatus auspicijs Claudianus carmen panegyricum cecinit, vbi haec inter alia:

Claud. car. de Consulatu Olybrij & Probini. CONSVLATVS DVORVM FRATRYM.

Iam noua germanis vestigia torqueat annus Consulibus, laetiq; petant exordia menses. ] & ad finem: Omni nobilior lustro tibi gloria soli Contigit: exactum numquam memorata per eum. Germanos habuisse duces. ] idq; meritis patris Probi de Imperio Romano optime meriti consecutos esse fratres adolescentes, idem pluribus tradit, natosque esse illos ex Probo & Proba parentibus confirmat. Coluit ambos hos adolescentes Symmachus, quos & frequentare officijs conatum esse, epistola ipsius ad utrosque simul scriptae testantur. b

Symmach. li. 5. epist. 65. 66. 67. 68. 69. ANICII PROBI ET OLYBRII CLARISSIMI CHRISTIANI.

At praestat hic, antequam anni huius res gestas attingamus, Aniciorum Proborum & Olybriorum vetera monumenta hinc inde non sine magno labore collecta proferre: nam quod Christiani fuerint, & magni quidem nominis, celebratiq; pariter magna laude à maioribus nostris sanctis Patribus, plurimum planè conferet ad eorum quae iidem de his scripsere elucidationem, vetera de iisdem monumenta describere. Libenter patere, lector, in his aliquantulum detineri. Si enim consideres è Perside sapientes venisse viros (quod superius dictum est ex Paulino in rebus gestis S. Ambrosij) vt Romae Probi spectarent amplitudinem: auidiori sanè animo nostrum hunc laborem accipies. Quod enim iam ad calcem totum perduximus, liceat in his aliquantulum spatium, non tamen inaniter & otiosè, sed operosè ac pariter fructuosè. Quod igitur ad haec in primis spectat: accipe quae Prudentius his versibus cecinit: de Anicio, ex quo Probi, atque Olybrij:

Prudent. aduers. Symmach. lib. 1.

Fertur enim ante alios generosus Anicius Urbis Illustrasse caput: sic se Roma incluta iactat. Quin & Olybriaci generisq; & nominis heres, Adiectis Fastis, palmata insignis ab aula, Martyris ante fores Bruii submittere fasces Ambit, & Ausoniam Christo inclinare securim. ] Ad hos item ipsos pertinet E

Hier. epist. 8.

quod S. Hieronymus ait: Nunc mihi Proborum & Olybriorum clara repetenda sunt nomina, & illustris Anicij sanguinis genus, in quo aut hullus, aut rarus est, qui non meruerit Consulatum: aut proferendus Olybrius virginis nostrae pater, quem immatura morte substractum Roma congemuit. ] eadem de frequentibus in ea familia Consulatibus Claudianus habet consentientia Hieronymo, his versibus:

Claudian. carm. de Consulatu Olybrij & Probi.

quemcumque requiris Hac de stirpe virum, certum est de Consule nasci. Per fasces numerantur aut, semperq; renata Nobilitate virent, & prolem fata sequuntur, Continuum simili seruantia lege tenorem. Nec quisquam procerum teniat, licet aere vetusto

Floreat.

CHRISTI 395.

SIRICII PAP. 11.

THEODOSII IMP. 17.

A Floreat, & claro cingatur Roma Senatu, Se iactare parem. ] His generatim dictis, iam reliqua prosequamur. At primum quod spectat ad horum germanorum Consulatum parentes, inde verò quae ad filios pertinent, dicenda sunt. Meminit de Probo frequenter Ammianus, eiusque nobilitatis DE ANICIO PROBO. fimi magistratus Praefecturae Praetorij saepius iteratae, necnon Anfonius, Symmachus, & alij. Huius in Urbe summum splendorem Paulinus in Ambrosij Vita describit, nosque superius meminimus. Gessit hic Consulatum vna cum Gratiano anno Domini trecentesimo septuagesimo primo: delegasseq; eundem hunc Probum diximus Ambrosio prouincias Aemiliam atque Liguriam, cum ipse Praetorij Praefecturam administraret. Porro (quod maius existimari debet) vna cum nobilitate, opum affluentia, atque amplissimorum magistratuum splendore, egregias coniunctas habuit cum Christiana religione B virtutes; quod sum alij testantur, tum Claudianus docet his versibus: a

Claud. ibid.

virtutibus ille Fortunam domuit, numquamq; leuapibus alie Intumuit rebus: sed mens circumflua luxu Nouerat intactum vitio seruare vigorem. Hic non diuitias nigrantibus absdidit antris, Nec tenebris damnauit opes: sed largior imbre Suenerat innumeras hominum ditare cateruas. Quippe velut densò currentia munerum nimbo Cernere semper erat, populis undare penates, Assiduos intrare inopes, remeare beatos. Praecepta illa manus fluuios superabat Iberos. Aurea dona vomens, &c. De eodem Probo haec leguntur inscriptiones in basi-

PROBI VIRTVTYS.

bus statuarum, quae hoc ipso anno ab iisdem filiis Consulibus sunt eidem dedicatae: b

In adibus Cassis ad V. A. Nicannum. STATVAE RECTAE PROBO TITVLVS.

SEXTO. PETRONIO. PROBO. V. C. PROCONSULI. AFRICAE. PRAEFECTO. PRETORIO. QUATER. ITALIAE. ILLYRICI. AFRICAE. GALLIARVM. CONSULI. ORDINARIO. PATRI. CONSVLVM. ANICIVS. PROBINVS. V. C. CONSVL. ORDINARIVS. ET. ANICIYS. PROBVS. V. C. QVAESTOR. CANDIDATVS. FILII. MVNVS. SINGVLARI. RELIGIONI. DEBITVM. DEDICARVNT

D Sed & duo alij filij, nempe Olybrius Consul & Iuliana, aliam illi statuam dedicarunt, in cuius basi haec inscriptio legitur:

PROBI MAGISTRATVS

SEXTO. PETRONIO. PROBO ANICIANAE. DOMVS CVLMINI. PROCONSULI AFRICAE. PRAEFECTO. PRETORIO. QUATER. ITALIAE. ILLYRICI. AFRICAE. GALLIARVM. CONSVLI. ORDINARIO. CONSVLVM. PATRI. ANICIYS HERMOGENIANVS OLYBRIVS. V. C. CONSVL ORDINARIVS. ET. ANICIA. IULIANA. C. F. EIVS DEVOTISSIMI. FILII DEDICARVNT

E Haec supersunt monumenta Probi ex statuis in eius memoriam erectis: Quae autem in ipsius sepulchro inscriptiones repertae sunt, his subiiciemus. Quoto verò Domini anno ipsum

Annal. Eccl. Tom. 4.

Ppp ipsum

ipsum mori contigerit, haud satis exploratum habetur: Illud autem sepulchralis eius tituli nos docent, baptizatum esse proximè moriturum, sepultumque in Vaticano post apsidem basilicæ S. Petri, constructo ibi instar templi nobili ædificio, egregiis hinc inde suffulto columnis, in quarum epistylis legebantur scripta epitaphia, versibus ab ipsa coniuge Proba Falconia poetria clarissima femina elaborata. Perseueravit Memoria illa integra, licet neglecta, usque ad Nicolai Papæ v. tempora: quando idem Pont. amplioribus spatiis exædificare nouam basilicam Principis Apostolorum primus aggrediens, templum illud Probi, quod illius apside iungebatur, demolitus est: prægrandes verò lapides, sicut & columnæ in alium usum conuerſi sunt: sicque malè consultum antiquitati, ut sicut ipsa ædes, ita inscriptiones penitus periissent; nisi opportunè quidem, nec sine Dei natu accidisset, ut ante sex menses quam structura nobilis demoliretur, Massæus Vegius eiusdem basilicæ canonicus templum illud, ut ipse testatur, adierit, opusque egregium admiratus, sed contemptum dolens, versus in epistylis positos iam musco nato desuper obductos exactè descripsit vnà cum aliis etiam ibi repertis epitaphiis: quæ simul collecta hætenus asseruantur in eiusdem basilicæ bibliotheca, ex qua hic tibi ipsa describimus, collatis exemplaribus, mendisque vitio scriptoris illapsis penitus expurgatis. sic enim se habent:

EPITAPHIUM  
SEPVLTURÆ  
PROBI.

EXIMII RESOLVTVS IN AETHERIS AEQVORE TANTVM  
CVRRIS ITER CVNCTIS INTEGER A VITIIS  
NOMINE QVOD RESONAS IMITATVS MORIBVS AEQVE  
IORDANE ABLVTVS NVNC PROBVS ES MELIOR  
DIVES OPVM CLARVSQ. GENVS PRAECLARVS HONORE  
FASCIBVS INLVSTRIS CONSULE DIGNVS AYO  
BIS GEMINA POPVLOS PRAEFECTVS SEDE GVBERNANS  
HAS MVNDI PHALERAS HOS PROCERVVM TITVLOS  
TRANSCENDIS SENIOR DONATVS MVNERE CHRISTI  
HIC EST VERVS HONOS HAEC TVA NOBILITAS  
LAETABARE PRIVS MENSÆ REGALIS HONORE  
PRINCIPIS ALLOQVIO REGIS AMICITIA  
NVNC PROPRIOR CHRISTO SANCTORVM SEDE POTITVS  
LVCE NOVA FRVERIS LVX TIBI CHRISTVS ADEST  
O NVNQVAM DEFLENDE TVIS CVM VITA MANERET  
CORPORIS ATQ. ARTVS SPIRITVS HOS REGERET  
PRIMVS ERAS NVLLIQ. PATRVVM VIRTUTE SECVNDVS  
NVNC RENOVATVS HABES PERPETVAM REQVIEM  
CANDIDA FVSCATVS NVLLA VELAMINA CVLPA  
ET NOVVS INSVETIS INCOLA LIMINIBVS  
HIS SOLARE TVOS QVANQVAM SOLATIA MOESTA  
GRATIA NON QVAERAT GRATIA CHRISTE TVA  
VIVIT IN AETERNA PARADISI SEDE BEATVS  
QVI NOVA DECEDENS MVNERIS AETHERII  
VESTIMENTA TVLIT QVO DEMIGRANTE BELIAL  
CESSIT ET INGEMVIT HIC NIHIL ESSE SVVM  
HVNC TV CHRISTE CHORIS IVNGAS CAELESTIBVS ORO  
TE CANAT ET PLACIDVM IVGITER ASPICIAT  
QVIQ. TVO SEMPER DILECTVS PENDET AB ORE  
AVXILIVM SOBOLI CONIVGIOQ. FERAT

hætenus epitaphium Probi, quod mox sequebatur aliud eiusdem Probi simulque Probæ coniugis exaratum his versibus in epistylis aduersæ partis ordinis columnarum:

ALIUD  
EPITAPHIUM  
PROBI ET  
PROBÆ.

SUBLIMES QVISQVIS TVMVLTI MIRABERIS ARCES  
DICES QVANTVS ERAT QVI PROBVS HIC SITVS EST  
CONSVLIBVS PROAVIS SOCERISQ. ET CONSULE MAIOR  
QVOD GEMINAS CONSVL REDDIDIT IPSE DOMOS  
PRAEFECTVS QVARTVM TOTO DILECTVS IN ORBE  
SED FAMA EMENSVS QVIDQVID IN ORBE HOMINVM EST  
AETERNCS HEV ROMA TIBI QVI POSCERET ANNOS  
CVR NON VOTA TVI VIXIT ADVSQ. EONI


NAM

A NAM CVM SEXDENOS MENSIS SVSPENDERET ANNOS  
DILECTAE GREMIO RAPTVS IN AETHRA PROBÆ  
SED PERIISSE PROBVM MERITIS PRO TALIBVS ABSIT  
CREDAS ROMA TVVM VIVIT ET ASTRA TENET  
VIRTVTIS FIDEI PIETATIS HONORIS AMICVS  
PARCVS OPVM NVLLI LARGVS AT IPSE FVIT  
SOLAMEN TANTI CONIVX TAMEN OPTIMA LVCTVS  
HOC PROBA SORTITA EST IVNGAT VT VRNA PARES  
FOELIX HEV NIMIVM FOELIX DVM VITA MANERET  
DIGNA IVNCTA VIRO DIGNA SIMVL TVMVLO  
Porro tumulum ipsum Probi ibidem inuentum esse, cum sub eodem Nicolao Pontifice nouæ construendæ basilicæ fundamenta effoderentur, idem Vegius, qui vidit, affirmat, traditque vna cum ossibus auri copiam ex aureis vestibus aliisque sepulchralibus ornamentis simul inuentam: denique addit, ipsum sarcophagum sacris imaginibus sculptum tunc fuisse translatum in sacellum sancti Thomæ Apostoli, quod extat in ipsa Vaticana basilica, ad fontis baptismatis usum apratum, quod opus usque hodie perseuerat: ossa autem, quæ intus inuenta sunt, in cœmeterio Vaticano recondita fuisse.

Tulit ista antiquitatum naufragia ætas illa: cuius temporis hominibus Romæ agentibus si innotuisset qualis extiterit Probus, Probæque coniux, & qualis eius filia Iuliana, & neptis sancta Demetrias, quantumque Ecclesia Catholica horum fuerit opibus subleuata, ac præclaris virtutibus illustrata; quotque etiam quantisque insuper eadem sanctissimæ feminae sanctorum Patrum præconiis fuerint celebrata: certè quidem semper viuentes eiusmodi memorias reliquissent, coluissentque debito venerationis officio: & licet construendæ nouæ molis causa inde eorum monumenta dimoueri necessitas compulisset, eadem tamen aliò translata, sacra tecta integrè custodita seruassent, neque in alium quantumlibet sacrum usum quoquo modo transferri aliquando passi fuissent.

At qui Probi & Probæ cum aliis inscriptionibus hic etiam sepulchralia tibi reddimus epitaphia: sepulchrorum quoque formas formis (ut vides) expressas hic pariter tibi exhibendas curauimus: ut in omnibus sit venerandæ antiquitati prospectum; & in quo passa visa est detrimentum, postliminio (quantum fas est) ipsa restituatur antiquitas, ut sic nobilia Probi atque Probæ sepulchra libenter lector inspectes, anteriorem videlicet sarcophagi faciem, qui à lateribus quoque persimiles his scriptas habet imagines: In quibus in primis medium locum occupat ipsa veneranda Saluatoris effigies atque sanctorum Petri & Pauli, ceterorumque Apostolorum: Talibus namque piis ornamentis sua ipsorum ornare monumenta Christiani studebant.

PROBI ET  
PROBÆ  
SEPULCHRI  
IMAGINES  
SCVLTVM.



Quam verò cernis in Christi imaginis dextera gemmatam Crucem, eiusdem Prudentius A meminit his verbis, cum Romam alloquitur:


<sup>b</sup>Prudent. con-  
tra Symmac.  
lib. 1.

*Agnoscas Regina libens mea signa necesse est,  
In quibus effigies Crucis aut gemmata resulget,  
Aut longis solido ex auro praefertur in hastis.*

<sup>b</sup>Io. Chrysof.  
in hom. de  
adorn. Cruc.

Sed & Ioannes Chrysofostomus ait solitam fuisse effigiari Crucem ex auro, margaritis, ac gemmis: ut scirent omnes, Crucem fontium olim supplicii infamam, ipso visu horrendam, ore nefandam, & horrore cauendam; ex quo eam pro salute hominum Christus Redemptor noster sponte subit, iam fuisse redditam fulgentem, decoram, pretiosam, atque gloriosam.

Huic adiungendam putauimus alterius sarcophagi ibidem reperti typis expressam anterioris itidem faciei imaginem: quod creditur esse sepulchrum Probæ ac Iulianæ; per amplum enim est. extat ipsi translatum ad opus siglinum post ecclesiam sanctæ B Marthæ apud apsidem sancti Petri positam in Vaticano: In quo quas cernis ad pedes Christi feminas inclinatas, alteram earum Probæ, Iulianæ verò alteram imaginem esse, per facile coniectura possumus intelligere.



Ne tibi otiosè hæc spectanda proposita, lector existimes: attende quanta existant, quibus proficias. Nam quod ad ipsa epitaphia pertinet: habes in primis ad calcem prioris inscriptionis, cum rogatur anima Probi esse adiumento coniugi atque proli, piam Catholicæ Ecclesiæ traditionem, adiuuari viuentes precibus defunctorum, vsu receptam, exemplo probatam, sanctè religioseque antiquitus custoditam. Habes insuper & sacrarum imaginum vsu Christi potissimum, & Apostolorum, etiam in sepulchris exhibitum: cuius rei Romæ in primis exempla innumera suppetunt. Et ne putes eas exculptas tantum fuisse sepulchris, sed illis ecclesiarum parietes caruisse: adhuc licet inspicere in Titulo Pastoris E Siricij Papæ, qui his diebus Romanam Ecclesiam gubernabat, partem saltem musui operis egregie compacti, quo Christi Redemptoris, pariterque duodecim Apostolorum venerandæ imagines exprimuntur in apside; sicut in aliis antiquis ecclesiis vbique locorum eadem vetustatis monumenta est facile reperire.

SACRARVM  
IMAGI-  
NVM VSVS.

Sed ne aliò longius digrediat oratio, quæ ab Olybrio & Probino fratribus anni huius Consulibus ad Probum parentem se conuertit: probè consultitur, si à Probo ad Probam, piam ipsorum matrem, eadem reuertatur. In primis verò ut sanctorum Patrum elogiis, qualis quantaque fuerit ista mulier, innotescat: de ea hæc accipe à S. Hieronymo, qui ait: Proba illa, omnium dignitatum, & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illustrius, cuius sanctitas, & in vniuersos effusa bonitas, etiam apud barbaros venerabilis fuit: quam trium liberorum, Probini, Olybrii, & Probi, non fatigarunt ordinarij Consulatus.] hæc

<sup>b</sup>Hier. epist. 8.

A hæc Hieronymus. Hanc ipsam religione venerandam etiam S. Augustinus commendat, cum ipsa petente, ad eam scripsit epistolam, seu potius tractationem, De videndo Deum. Laudat hanc eandem Ioannes Chrysofostomus, quod suæ communionis homines Constantinopoli Romam profugos domo exceperit ac benignè habuerit, ut suo loco dicturi sumus. Sed quæ in commendationem ipsius Ethnicus poeta Claudianus habeat, accipe, ne putes nostros tantum Christianæ feminæ laudes prosecutos esse:

<sup>b</sup>Claudian.  
earm. de Con-  
sul. Olybr. &  
Probin.

*Sic Proba præcipuo natos exornat amictu,  
Quæ decorat mundum, cuius Romana potestas  
Fatis augetur: credas & æthere lapsam  
Stare pulchritiam, vel sacro ihure vocatam  
Iunonem Inachis oculos aduertere templis.  
Talem nulla resert antiquis pagina libris,  
Nec Latia cecidere tubæ, nec Græca vetustas.  
Coniuge digna Probo: nam tantum caribus extat  
Feminæ, quantum supereminet ille maritus.]*

LAVDES  
PROBÆ.

hæc ipse de Proba, quæ, viuente adhuc viro, centonem illud de Testamento nouo & veteri scripsit, in cuius fine hæc habet:

*celebrate fauentes*

*Hunc socij morem sacrorum: hunc ipse teneo  
O dulcis coniux: & si pietate merentur  
Hac casti maneant in religione nepotes.]*

Ex his videas, nihil antiquius fuisse sanctissimæ feminæ, quam Christianam religionem ad posteros suos transmittere. Sed cum ex antiquis memoriis appareat Faltoniam Probam poetriam vxorem fuisse Probi: vnde nam recentior Isidoro accidit, ut eandem Adelphij Proconsulis coniugem fuisse dicat? & vnde insuper illis qui sentiunt cum Isidoro, est quod dicant, Probo fuisse cognomentum Adelphium? certe in antiquis monumentis nullatenus reperiri datur, Probum Adelphium dictum esse, sed tantum Anicium Sextum Petronium Probum. At quæ de eadem Proba Faltonia in antiquis veterum inscriptionum monumentis reperiantur, his subdamus.

PIETAS  
PROBÆ.  
<sup>b</sup>Isidor lib. de  
Vir. illustr.  
cap. 5.

In duabus basibus statuarum eiusdem penè formæ atque mensuræ vna eademque reperitur inscriptio in ædibus Cæsijs apud Vaticanam basilicam: in quarum primæ frontispicio hi versus breuioribus characteribus scripti leguntur:

CONSIMILES. FRATRVM. TRABEIS. GESTAMINA. HONORVM  
TERTIA. QVÆ. DEDERANT. ADDIDIMVS. TITVLIS  
DILECTAE. PROBVS. HAEC. PERSOLVIT. MVNERA. MATRI  
RESTITVENS. STATVIS. PRAEMIA. QVÆ. DEDERAT & infra:

<sup>b</sup>Excuderit  
forma Plan-  
tin. pag. 71.  
num. 1.

ANICIAE. FALTONIAE  
PROBÆ. AMNIO. PINCIOS  
ANICIOSQVÆ. DECORANTI  
CONSVLIS. VXORI  
CONSVLIS. FILIAE  
CONSVLVM. MATRI  
ANICIVS. PROBIVS. V. C.  
CONSVL. ORDINARIVS  
ET. ANICIVS. PROBVS. V. C.  
QVÆSTOR. CANDIDATVS  
FILII. DEVINCTI  
MATERNIS. MERITIS  
DEDICAVERVNT

INSCRIP-  
TIO STA-  
TVÆ PRO-  
BÆ.

Quod hoc Epitaphio tribuitur Probæ decoranti Anicios, id ipse Aufonius Gallus tribuit eius viro Probo versus illo:

*Stirps nouator Annia,  
Paribusq; comit insulis  
Aniciorum stemmata.]*

<sup>b</sup>Aufon epist.  
21.

Sed de Faltonia Proba alia rursus in iisdem ædibus sic se habet inscriptio in basi statuæ collocatæ:

ANICIAE. FALTONIAE  
PROBÆ. FIDEI. NOBILITA

ALIA IN-  
SCRIPTIO  
DE PROBÆ.

CHRISTI SIRICII PAP. THEODOSII IMP.  
395. II. 17.

TIS. ANTIQVAE ORNA  
MENTO. ANICIANAE  
FAMILIAE. SERVANDAE. ET  
DOCENDAE. CASTITATIS  
EXEMPLO. CONSVLVM  
PROLI. CONSVLVM. MATRI  
ANICIVS. HERMOGENIANVS  
OLYBRIVS. V. C.  
CONSVL. ORDINARIVS  
ET. ANICIA. IVLIANA. C. F.  
EIVS. DEVOTISSIMI. FILII  
DEDICARVNT

Insuper hæc in alia basi ibidem posita:

ANICIAE. FALTONIAE  
INLVSTRISSIMAE. ET  
SANCTISSIMAE  
CASTISSIMAE. FEMINAE  
HERMOGENIANVS. OLYBRIVS  
V. C. CONSVL. ORDINARIVS  
ET. ANICIA. IVLIANA. C. F.

D. D

Porrò Olybrius hic Hermogenianus prænomine Claudius, non Probæ & Probi filius, sed gener fuit, nimirum Iulianæ ipsorum filiae coniux, vt sequens docet inscriptio, quæ habetur in ædibus Cæuolis via Iulia.

DE ANICIA  
IVLIANA.

TYRRANIAE. ANICIAE  
IVLIANA. C. F. CONIUGI  
Q. CLODI. HERMOGENIANI  
OLYBRII. V. C.  
CONSVLARIIS. CAMPANIAE  
PROCONSVLIS. AFRICAE  
PRAEFECTI. VRBIS  
PRAEF. PRAET. ILLYRICI  
PRAEFECTI. PRAET. ORIENTIS  
CONSVLIS. ORDINARIII  
FL. CLODIVS. RVFVS. V. P.  
PATRONAE. PERPETVAE

Gessit hic Consulatum anno Domini trecentesimo septuagesimo nono vnà cum Ausonio Gallo: citoque ex hac luce subtractus (vt ex Hieronymo vidimus) Iulianam reliquit viduam cum prole Demetriade filia.

ANICIAE  
IVLIANA  
PRAECONIA.

<sup>a</sup>Innoc. epist. 13.  
<sup>b</sup>Aug. epist. 191.  
<sup>c</sup>Chrysost. epist. 169.  
<sup>d</sup>Hier. epist. 8.  
<sup>e</sup>Hieron. epist. 11.  
FURIA NYRVS PROBI

At qualis quantaque esset Iuliana hæc filia Probæ, relicta Claudij Hermogeniani complura sanctorum Patrum de ea digna elogia manifestant. Fama quidem eius nequaquam Urbis seu Italiae angustiis valuit contineri; sed rebus antè gestis præclarisque animi eius virtutibus maria præteruolans, & longe lateque remotas prouincias percurrrens, Africam & Orientem peruasit. Ad hanc ipsam Innocentij Romani Pontificis extant litteræ: ad eandemque scripsere Episcopi Alypius & Augustinus, necnon Chrysostomus: laudatque eam S. Hieronymus, & alij. Sed de eadem inferius quinto tomo pluribus agendum erit.

Quod rursus ad filios Probi pertinet: vni ex illis nupsit Furia illa ex Camillorum prosapia clarissima femina, ad quam viduam relictam S. Hieronymus scripsit epistolam decimam De viduitate seruanda: testatur id quidem ipse in epistola ad Saluinam eodem argumento conscripta, vbi in fine ait Furiam nurum fuisse Probi quondam Consulis. Sed de Furia illud non prætereatur, germanum eius fuisse maritum Blefillæ filiae S. Paulæ: id enim tradit idem S. Hieronymus in epistola ad eandem Furiam scripta, cum eius exordio hæc habet: Blefillam prætereo, quæ maritum suum, tuum secuta germanum, in breui vitæ spatio tempora virtutum multa compleuit. Mater verò eius, Titiana dicta, seu potius Tatiana (vt puto) Tatiani Consulis, qui collegam habuit Symmachum, soror fuit. Verum de his modò hæc tenentur.

Iam

CHRISTI SIRICII PAP. THEODOSII IMP.  
395. II. 17.

A Iam habes, lector, occasione Consulatum fratrum, textam Proborum genealogiam: nempe (vt paucis dicta repetam) ex Probo & Proba genitos filios quatuor: Olybrium, Probinum, Probum, & Iulianam: ex Iuliana verò & eius viro Claudio Hermogeniano Olybrio prognatam vnicam filiam Demetriadem, sanctam virginem, Christianam pudicitiae decus. sed de ipsa simul cum matre eius Iuliana & auia Proba, plura suis locis inferius. Omnes hæc clarissimæ ex Aniciorum familia: feminæ toto Orbe (inquit Cassiodorus) prædicatæ: quæ quidem familia verè nobilis dicitur, quando ab ea actionis probitas non recedit. ] ita ipse.

Porrò Demetriadis patri Claudio Hermogeniano Olybrio frater fuit Alypius, dictus; Faltonius Probus Alypius, vt eiusmodi docet inscriptio in statuæ basi his litteris notata:

Q. CLODIO. HERMOGENIANO.  
OLYBRIO. V. C. FRATRI  
ADMIRANDAE. PIETATIS  
FALTONIVS. PROBVS. ALYPIVS. V. C.

Alia præterea eiusdem Alypij inscriptione compertum habetur eundem sub Theodosio Urbanam Praefecturam gessisse. sic enim se habet:

DOMINO. NOSTRO  
FL. THEODOSIO  
AVGVSTO

FALTONIVS. PROBVS  
ALYPIVS. V. C. PRAEF. VRB.

Ad eundem quoque Alypium complures extant epistolæ Symmachi, de quæ eo meminit in epistola ad Flavianum.

Quoto autem anno Theodosij eius Praefectura Urbana contigerit, ignoratur: nec scitur, num sub Honorio alias functus sit eodem magistratu. Sub ipso autem Urbis Praefecto contigisse martyrium Almachij, his verbis tabulae Ecclesiasticae prædunt Kalendis Ianuarij: Romæ S. Almachij martyris: qui iubente Alypio Urbis Praefecto, cum diceret: Hodie Octauæ Dominici diei sunt: cessate à superstitionibus idolorum & à sacrificiis pollutis: à gladiatoribus occisus est. ] ita ibi. De eodem putatur Theodoretus agere, cum rem gestam paulo fufius narrat his verbis: Telemachus quidam (sic nominat quem Latini habent Almachium) excolens vitam monasticam, profectus ex Oriente, hac de causa Romam se contulit, nempe vt ludos gladiatorios abolendos curaret. Ac dum sceleratum istud edebatur spectaculum, in stadium ipse ingreditur, atque ad gladiatores descendens, mutuum inter eos dimicationem sedare nititur: Itaque crudelis cædis spectatores accensi iracundia, & à dæmone qui ex illa sanguinis effusione voluptatem capiebat, ad furorem impulsus, pacis auctorem lapidibus obruerunt. ] ita ipse. At licet discrepet à Martyrologio, vbi dicitur à gladiatoribus necatus: potius in Theodoro errorem inesse putamus, quam vt hic ab illo diuersus habeatur. Sed idem auctor ista subdit: Qua re cognita, Imperator admirabilis, Telemachum in numerum martyrum inuictorum adscripsit, crudele autem illud spectaculi genus penitus sustulit. ] hæc ille.

Ceterum sic relatum accipias Almachium, siue Telemachum inter martyres ab Imperatore, vt ipsi tribuatur, quod ipso curante, Ecclesiastica auctoritate à Romano Pontifice esse factum oportuit. Tempore Honorij Imperatoris hæc accidisse, Theodoretus narrat: sed verius putamus sub Theodosio, cuius tempore eiusdem Praefectura Urbana ponitur: sub quo Imperatore siluisse videntur spectacula illa cruenta, sub Honorio iterum restituta, vt suo loco ex Prudentio dicturi sumus. Vt id etiam affirmemus, illud pariter suffragatur, quod tempore Theodosij reperitur Alypius per sanctum Ioannem eremitam ad meliorem frugem redditus: etenim de Alypio Aegypti Praefecturam administrante hæc habet Palladius in Lausiaca: Interea verò dum loquimur, cum Ioanne videlicet sanctissimo illo anachoreta: ingressus est subito prouincia ipsius Praeses Alypius. Ad quem, relicto quem mecum habebat sermone, se contulit. Cessit igitur ab eisdem paulum, & loco cedens, eminus steti: proluxas autem eorum confabulationes grauitè ac moleste ferens, intra meipsum bonum illum senem reprehendebam, eo quod meo sermone contempto, illum potius honorasset. Ideoque cum id mihi ingratum fuisset, spreto eodem, recedere cogitabam. Vocauit itaque ad se tunc ille Theodororum nomine interpretem suum, dicens, Vade ad fratrem illum, & dic ei:

Annal. Eccl. Tom. 4.

PPP 4 Noli

Noli esse pusillanimis; quia nunc iam dimittam praesidem, & tecum loquar. Cognovi A igitur ex hoc, ipsum Ioannem hominem esse spiritualem, & omnia praevidere: & idcirco eo magis ceppi remorari. Egresso mox inde Praeside, me vocavit, his me alloquens verbis: Vt quid, inquit, animam tuam me reprehendendo laesisti? Quam in me inueneras culpam, vt ea in tuis sensibus cogitares, quae nec in me cognosco, nec tuos scio mores decere? An ignoras illud, quod non incolumes ac fortes, sed male habentes medico semper indigeant? Nam tu me, cum velis, & rursus ego inuenire te. possum: & si ex me forsitan nullum, ex aliis tamen fratribus patribusque aliquod poteris habere solatium. Iste vero totus ex secularibus rebus diabolicae deditus potestati, vix brevis horae spatio potuit respirare: & nunc tentans, sicut quidam feruus austerum dominum suum fugiens, venit vt salutare hic inueniret auxilium. Inconsulta igitur atque importuna res fieret, si illum relinquerem, & tecum morarer, qui iugiter salutis tuae commodis vacare consueuisti. ] hae Palladius de Alypji Praefecti cum S. Ioanne congressu, cuius monitis redditum esse meliorem, par est credere. Atque de Alypio satis.

Iam vero ad praesentis anni res gestas, suo quo factae sunt ordine, recensendas, orationem conuertamus. Extitit namque anni huius exordium vniuerso Christiano orbi maxime luctuosum acerbissimo nouo casu obitus Theodosij, cuius virtute paulo ante a tyrannide fuerat vniuersum Occidentale Imperium liberatum: Etenim cum adhuc triumpho laetitia gestiret populus, mox improvisa morte Theodosij, immenso maiore consternatus est: de quo antequam agamus, hic errorem corrige Prosperi in Cassiodori Chronicon illapsum, dum sub huius anni Consulibus ponitur Eugenius a Theodosio superatus: quod quidem anno superiori contigisse, tum quae dicta sunt certa fide demonstrant, tum etiam Claudianus de eorumdem Consulatu dum versibus agit, aperte testatur, vt omittamus alia de his innumera testimonia.

Hoc igitur anno, iisdem Consulibus, Theodosius Imperator, secundum quod ante a Deo praedictum fuerat sanctissimo anachoretae Ioanni, ex hac vita migravit decimo septimo Kalendas Februarii, cum imperasset annos sexdecim, & duobus diebus, decimum septimum attigisset, annum agens aetatis quinquagesimum. De anno obitus eius & Consulibus testantur Prosper<sup>a</sup>, Marcellinus<sup>b</sup>, & Socrates<sup>c</sup>, qui & de dicta obitus die fidem faciunt: Quod vero attigerit annum decimumseptimum, Ruffinus<sup>d</sup> & Marcellinus tradunt. De anno aetatis quinquagesimo Victor est auctor, cui magis assentimur, quam Socrati dicenti annos vixisse sexaginta. De loco autem, cum Mediolani extremum clausisse diem, Orosius<sup>e</sup> & Victor<sup>f</sup> vna consentiunt. Errat vero Zosimus<sup>g</sup>, dum ait Theodosium Constantinopolim reuertentem, in itinere vita functum. Sed quae eius praecesserint obitum, D quaeue fuerint subsequuta, dicamus.

Cum filios Arcadium & Honorium Constantinopoli venientes excepisset, & omni hostilis coetus labe purgatus, Ecclesiasticae communionis particeps (vt dictum est) factus esset, complura Reipublicae fructuosa disposuit. Inter alia conuocato Senatu, habitata oratione, hortatus fuit Gentiles deorum cultum procul abicere, quorum falsitatem iam in bello Eugeniano experti fuissent, cum quam polliciti illi fuerant certam victoriam, vt impotentes, imbecilles, atque mendaces minimè praestitissent: ab Herculis manu iam clauam extortam, atque fulmina à manu Iouis excussa esse viderent (hos namque deos suis ipsi castris praefecerant) contra vero certo scirent, si saperent, Christum Regem Regum Crucis virtute caelestibus, terrenis, & inferis dominari, quem sequi deberent.

Sed haec nihil penes eos profecisse, Zosimus tradit, cuius hac de re ista sunt verba: Cum Senatum conuenire iussisset, qui patris auitisque sacrorum ritibus inharebat, nec adhuc permoueri poterat, vt iis assentiretur, qui ad contemptum deorum deflexerant: orationem habuit, qua eos hortabatur, vt missum facerent errorem (sic enim appellabat) quem haecenus secuti fuissent, & Christianorum fidem amplecterentur, quae liberationem ab omni delicto & impietate polliceatur. Sed cum huic exhortationi nemo pareret, nec à patris ritibus, quos inde vsque ab origine Urbis acceperant, discedere vellent, & his expertem rationis assensum praefere: cum dicerent, illis obseruatis, se iam mille ducentis propemodum annis Urbem inuictam incoluisse, cum quibus si commutarent alia, quid euenturum esset, ignorarent: Tum vero Theodosius Fiscum suum sumptu grauari, qui in sacra victimasque fieret, seque ista velle abolere dixit: qui neque probaret id quod ageretur; & alio-

DE TEMPORE ET LOCO OBITVS THEODOSII. <sup>a</sup> Prosper. in Chronico. <sup>b</sup> Marcellin. in Chronico. <sup>c</sup> Socrat. li. 5. cap. 25. <sup>d</sup> Ruffin. li. 2. <sup>e</sup> Oros. li. 7. cap. 36. <sup>f</sup> Aurel. Vict. in Theodosio. <sup>g</sup> Zosim. lib. 4. ANTHEOSI TYM HOR TATVS GENTILES THEODOSIVS.

<sup>h</sup> Zosim. lib. 4.

A & alioqui sciret, penuriam militarem maiores pecunias poscere: Cum Senatus respondisset, non rite fieri quae perpetrarentur, quando sumptus ille qui sacris impenderetur, ad Fiscum non pertinere: nihiloque minus lex sacrorum abolita cessaret, aliaque neglecta iacerent, quaecumque à maioribus tradita fuerant; Imperium Romanum paulatim diminutum, barbarorum domicilium factum est; aut potius incolis prorsus amissis, ad eam redactum est formam, vt ne loca quidem, in quibus vrbes sitae fuerunt; agnoscantur. ] haec Zosimus secundum antiquam Ethnicorum querelam ipse Ethnicus ingerit, quasi cuncta aduersantia ob Christianam religionem in Romanum illata fuissent Imperium. Sed de his aliis saepe suis locis.

Sanè quidem post deuictum Eugenium, qui aperti permiserat rubigine obstitas ferarum portarum dedicatarum idolis templorum, & illis intermissa diu sacrificia immolari: Theodosius nihil antiquius habuit, quam, lege lata, templa claudere; & sacrificia prohibere. vnde S. Ambrosius comparans eum Iacob: Imitatus, inquit<sup>a</sup>, Iacob, supplantauit perfidiam tyrannorum, qui abscondit simulachra Gentium: omnes enim cultus idolorum fides eius abscondit: omnes enim caerimonias obliterauit. ] Relaxata quoque ab eo tunc temporis annonaria tributa ex testamento fuisse, idem S. Ambrosius tradit: eiusque pariter testamento legem indulgentiae scriptam esse relictam, testatur, dum ait: Praecipit dare legem indulgentiae, quam scriptam reliquit. Quid dignius, quam vt testamentum Imperatoris lex sit? ] Quod vero ad filios spectat, idem paulo superius: De filiis enim nihil habebat nouum quod conderet, quibus totum dederat; nisi vt eos praesenti commendaret parenti. ] Tradidisse quidem ipsos filios S. Ambrosio, Paulinus<sup>b</sup> affirmat, sed id factum est, cum eos Constantinopoli venientes suscepit Theodosius in ecclesia. ex quo erroris arguuntur Socrates<sup>c</sup> & Sozomenus<sup>d</sup>, dum aiunt filios aduenientes reperisse ipsum Theodosium morbo laborantem in lecto.

Ceterum quod ait ipse Ambrosius, tunc obitus tempore commendatos ab eo fuisse parenti, Stiliconem intelligere certum est: loco enim parentis ipsum ab eis haberi voluit, cui ipse Theodosius Serenam fratris filiam in matrimonium collocauerat. testantur id Claudianus<sup>e</sup> & Zosimus<sup>f</sup>. Erat Arcadius natus maior adolescens annos natus viginti, Honorius vero decimum dumtaxat agebat annum: de quibus S. Ambrosius<sup>g</sup>: Domino fauente, Arcadius Imperator iam validus inuentus est; Honorius continuo pulsatus adolescentiae fores; prouectior aetate quam Iosias ] qui natus annos octo regni suscepit mortuus. ] derandas habenas. Fuisse ambos iam ante baptizatos, & à S. Arsenio in baptismo susceptos, in Vitis Patrum habetur expressum<sup>h</sup>. Qui igitur moriens populi curam gessit relaxando tributa, atque hostium quoque voluit benemereri, tribuens eis indulgentiam testamento, filiisque diuisit Imperium, & tradidit fidei Stiliconis; Ecclesiarum non potuit obliuisci: nam de eo S. Ambrosius<sup>i</sup>: Dilexi virum, qui cum iam corpore solueretur, magis de statu Ecclesiarum, quam de suis periculis angebatur. ] haec Ambrosius, satis memor quot legibus conatus frustra ille fuerit feras bestias coercere, expertusque satis ipsorum hostium procaciam, animumque duritia obstinationis obductum nullis coerceri poenis, vel refrenari posse suppliciiis.

Eo igitur ex hac vita egresso, corpus pollinctum temporariae amandatum est sepulturae, postea vero translatum fuit Constantinopolim hoc eodem anno vi. Idus Nouembris, vt Socrates tradit: non tamen secum vexit illud Arcadius, qui mox post patris obitum, ne quid inopinato obitu Imperatoris (vt assolent) turbarum oriretur in Oriente, quam citissime reuerti laborauit Constantinopolim: nam Honorium tantummodo interfuisse quadragesimae funeris functioni, S. Ambrosius indicat in ea quam coram ipso tunc in laudem Theodosij habuit, oratione: nam inter alia<sup>k</sup>: Eius ergo Principis & proximè conclamauimus obitum, & nunc quadragesimum celebramus, assistente sacris altaribus Honorio Principe: quia sicut sanctus Ioseph<sup>l</sup> patri suo Iacob quadragesima diebus humationis officia derulit, ita & hic Theodosio patri iusta persoluit. ] haec Ambrosius; qui & in peroratione significat, eo perfuncto ab Honorio Christianae pietatis officio, mox ipsum corpus subleuandum, & euehendum Constantinopolim: ait enim<sup>m</sup>: Fles etiam, Imperator Auguste, quod non vsque Constantinopolim reueredas reliquias ipse prosequeris, eadem tibi causa nobiscum est: omnes iusto dolore prosequimur: omnes (si fieri possit) deductores tecum esse cuperemus, &c.]

Sic namque decuit tantum Imperatorem, post liberatum Occidentale Imperium à tyranno,

THEODOSIUS MVLTATA PROFITVA STAVIT ANTHEOSI TYM OBITVM.

<sup>a</sup> Paulin. in Vir. s. Ambr. <sup>b</sup> Socrat. lib. 5. cap. 25. <sup>c</sup> Sozom. li. 7. cap. ultim.

<sup>d</sup> Claud. aduers. Ruffin. lib. 2. <sup>e</sup> Zosim. lib. 4. <sup>f</sup> Ambr. orat. de obitu Theod.

<sup>g</sup> ABTAS ARCADII ET HONORII IMP. <sup>h</sup> Hist. SS. Patr. part. 2. c. 16. <sup>i</sup> Ambr. orat. de obitu Theod.

CORPVS THEODOSII TRANSLATVM CONSTANTINOPOLIM.

<sup>k</sup> Ambr. orat. in obitu Theod. <sup>l</sup> Genes. 50.

<sup>m</sup> Ambr. ead. orat. in fine.



LA VDES THEODOSII EX RECTE FACTIS COMPARATAE.

ranno, triumpho magis suo quam funere sepeliri, immo ad caelum triumphali quadriga A ferri, cum caelesti militia, qua vicerat, triumphaturum. Cuius quidem laudes cum ex prudentia in Imperio gubernando, tum ex fortitudine in tyrannis potentissimis extirpandis, tum etiam ex pietate in fide Catholica integerrime conseruanda, sanctis piisque moribus custodiendis; omnium veritatem amantium ore, omnibus sunt seculis conclamatae. Nullus enim unquam Romanorum Imperatorum; qui non hereditario iure parenti Augusto successerit, ita legitime, ita opportunè, ita fructuose atque fideliter ad regimen Romani est coopatus Imperij. Qua dexteritate, quanta facilitate atque felicitate tunc inuasum à Gothis Orientale recuperavit Imperium, vt victores fecerit sibi militare subiectos? Qua prudentia Persas iugi clade Romanum Imperium pessundantes, finitimas provincias deprædantes, non solum cessare suavit, sed & munera pro tributo conferre? Qua pietate Orientalem Ecclesiam Arianorum & aliorum hæreticorum pedibus proculcatam, in auctiorem gradum quam fuerat sub Constantino, restituit? Qua bellica fortitudine tyrannorum monstra perdomuit? Quanta fide recuperatum Imperium Occidentale Valentiniano restituit? Quo religionis affectu idololatriam sepius, vt percussum multis ictibus anguem, caput rursus extollentem penitus extinguendam curauit? Quod verò tot egregius excultum virtutibus Christianum Imperatorem in peccatum aliquando labi prouidentia diuina permiserit: totum id fuit, vt delinquentibus Regibus posteris sanciret diuinum consilium disciplinam: nimirum, vt tum exemplo discerent Theodosij, quanto dispendio audiant Principes magis aulicos, quam sacerdotes: tum verò vt eius & penitentia erudirentur, quantumuis potentissimos ac inuictissimos Principes, cum delinquant, ferula subiacere Ecclesiasticæ potestatis, & solutos licet legibus sæculi, vinculis tamen alligatos esse Euangelicæ disciplinæ.

CALVINIAB ZOSIMI IN THEODOSIUM DISCIPLINAM INVENTUR. Zosim. lib. 4.

At quod ad incomparabiles mores tanti Principis spectat: vnus infelix atque perditus Zosimus reperitur inter scriptores, qui more suo, odio Christianæ religionis, Theodosium magnopere carpsit. sed quod sciret facta eius celeberrima cunctis esse perspicua, vt à nemine possent penitus obscurari, illud vasti ingenij consilium inuit, vt pacis tempore eius facta condemner, laudet verò labores in bello, cum eundem Principem hæc verbis in sua historia mendaciorum texturâ, sugillatum reliquit: Cumque Promoto curam horum omnium commississet, ipse prioris viuendi rationis recordatus, cenas magnificas cenabat, & in exquirendis voluptatibus curiosus erat, & Theatris atque Circensibus se oblectabat. Adeoque mihi Principis huius vitam in vtrumque procliuem mirari subit. Nam cum natura mollis esset, omnique foecordiæ & indicatis antea vitis deditus: si nihil ei triste, nihil formidabile molestiam exhiberet, naturæ frena laxabat: sin vrgeret aliqua necessitas, quæ statum rerum quassatura timeretur, ignauiam deponerat, & delictis valere iussis, ad fortitudinem ac laborum molestiarumque tolerantiam redibat. Cum ipso rerum vsu docente talis esset, iam omni sollicitudine liberatus, insistentis à natura dissolutionibus seruiebat. ] hæc Zosimus, sed eadem & his deteriora superius, cum ait: A voluptate mollicieque exorsus Imperium, magistratus qui rebus erant præfecti, conturbabat; & rei militaris duces numero plures, quam antea erant; instituebat. ]

Zosim. lib. 4. ALIAB CALVINIAB ZOSIMI IN THEODOSIUM.

Et de eodem paulo post: Hæc quidem foecordia Principis, absurdaque pecuniarum cupiditate, tandem huc euaserunt. Idem Princeps auctor extitit, tantus vt sumptus in mensam Imperatoris fieret, vt propter ciborum multitudinem, & in his apparandis magnificentiam, populosa coquorum & pocillatorum & aliorum cohortes instituerentur: quas si quis enumerare velit, ei prolixo fuerit opus commentario. Nam de multitudine inferuentium Principi spadonum, quodque complures horum, præsertim qui ceteris forma præstabant, Præsides in medium proferrent eos quos ipsi vellent: quodque totum Imperium in sua potestate haberent, quocumque lubitum esset, animum Principis flectentes: hæc ergo commemorando, quid opus est orationem institere prolixiore? cum rerum interitus exinde secuti causæ nobis vindicandæ veniant. Nam cum temere, atque etiam in indignos Fisci bona profunderet, ideoque non abs re pluribus pecuniis egeret, prouinciarum præfecturas quibusuis accedentibus venales exponebat, nulla profus exstimationis, aut honestæ vitæ ratione habita, sed eum iudicans idoneum qui auri vel argenti maiorem summam deferebat: adeoque videre erat, argentarios & nummularios, & alios in foro professiones foecidissimas exercetes, magistratuum insignia ferre, maioremque pecuniam

A pecuniæ vim habentibus prouincias tradere. ] hæc Zosimus in euersorem deorum suorum, iure (vt sibi videbatur) indignatione commotus.

Sed ad confutandum oblatrantem inuectiuis acerrimis hominem (ne canem dicam) nihil est vt de laudatissimo Principe hæc nostrorum congeramus elogia: sed ne videamur domesticis testibus velle vincere, Gentili æquè obicitur Gentilem historicum, veri tamen amantiorem, ipsum inquam insignis nominis scriptorem rerum sui temporis, Aurelium victorem; qui vt summo laudum præconio Theodosium extollat, sic comparat illum Traiano, vt tamen constanter affirmet, ipsum Traiani caruisse vitis: ac proinde iuxta veteres illas acclamationes, TRIANO MELIOR, consecutus Theodosius vnus fuerit, ipsius sententia, vt non amplius iam à populo in noui Imperatoris auspiciis illud foret acclamandum ac deprecandum, MELIOR TRIANO, sed illud, MELIOR THEODOSIO, publicis vocibus & votis optandum. Ipse igitur Victor omnibus priuati affectus animo liber, veritatis tantum studiosus, hæc de Theodosio posteris tradidit: Fuit, inquit, Theodosius moribus & corpore Traiano similis, quantum scripta veterum & pictura edocent. Sic eminens status, membra eadem, par caesaries, os absque eo quod illi aliquantum vellendo steriles genæ, neque tam ingentes oculi erant, necio an & tanta gratia, tantusque flos in facie, seu tanta dignitas in incessu. Mens verò profus similis, adeo vt nihil dici queat, quod non ex libris in istum videatur transferri. Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se ceteris putans: in omnibus homines honorificus, verum effusus in bonos: simplicia ingenia æquè diligere, erudita mirari, sed innoxia: largiri magno animo magna: amare ciues vel priuato contubernio cognitos, cosque honoribus, pecunia, beneficiis ceteris munerari, præsertim quorum erga se velut patrem aspero casu officia probauerat.

CONTRA ZOSIMVM VICTOR.

Arvelius Vr. Flor in Theodos.

THEODOSII VIRTUTES EX AVRELIO VICTOR RE.

Illa tamen, quibus Traianus aspersus est, vinolentiam scilicet & cupidinem triumphandi, usque ad detestatus est, vt bella non mouerit, sed inuenerit: prohibueritque lege, ministeria lasciuia, psaltriasque comestationibus adhiberi: tantum pudori tribuens & continentiae, vt consobrinarum nuptias veterit tamquam sororum. Litteris, si nimum perfectos contemplerur, mediocriter doctus, sagax planè, multumque diligens ad noscenda morum gesta: quibus non desinebat execrari veterum facta superba, crudelia, libertati infesta quæ legerat, ac Cinnam, Marium, Scyllamque atque vniuersos dominantium, præcipue tamen perfidos & ingratos. Irasci sanè rebus indignis, sed flecti citò: vnde modica dilatione emollicbantur aliquando seuera præcepta. habuitque à naturæ munere quod Augustus à philosophiæ doctore didicerat: qui cum audisset eum facile commoueri, ne asperum aliquid statueret, monuit vt vbi irasci cœpisset, quatuor atque viginti Græcas litteras memoria recenseret; vt illa concitatio, quæ momenti est, mente aliò traducta, parui temporis interiectu languesceret. Melior haud dubiè (quod est raræ virtutis) post auctam annis potentiam regalem, multoque maximè post ciuilem victoriam. Nam & annonæ curam sollicitus attendere, & auri argenti que graue pondus sublati atque expensis à tyranno, multis è suo restituere, cum benigni Principes & quidem vix fundos solerent nudos ac deformata prædia concedere. Iam illa minutiora, & vt dicitur, intra aulam; quæ quidem quia occulta sunt, magis naturæ hominum curiosæ oculos auresque ad se trahunt: Patrum colere tamquam genitorem: fratris mortui, sororisque liberos habere pro suis: cognatos affinesque parentis animo complecti: elegans lætumque conuiuium dare, non tamen sumptuosum: miscere colloquia pro personis, studio, dignitatibus, sermone cum grauitate iucundo, blandus pater, concors maritus. Exercebatur neque ad illecebras, neque ad lassitudinem: ambulationibus magnis, cum esset otium, reficiebat animum: vescendi continentia valetudinem regebat. ] hæc tamen de moribus Theodosij Victor, quibus planè calumniantem Zosimum potenter confutes & execreris.

THEODOSII CVM TRIANO COMPARATIO.

THEMISTIVS LAVDATOR THEODOSII

Themisti orat. 5.

Sed & si ex Græcis quæras de Theodosio testimonium, & ab homine æquè Gentili (ne putes in gratiam ipsius Christianorum aliquem esse locutum) eodemque probatæ fidei & probitatis viro, professione philosopho, & hanc ob causam Christianis antecessoribus Imperatoribus acceptissimo, quem impossibile existimes esse mentitum: accipe Themistium, qui non habens ex recentioribus Principibus quem Theodosio æquare posset, ad priscos illos laudatissimos Reges se conferens, non dubitat ipsum præferre illis omnibus: vt pote qui affirmer, eum probitate, prudentia, atque consilio superasse Licurgum, fortitudine & peritia militari Alexandro Magno extitisse maiorem. Quod quidem haud

haud amplificatione quadam rhetoricæ artis ostentat, sed certis firmisque rationibus docet. Essent hinc describendæ duæ orationes, quibus ipse Themistius in eo argumento versatur, ut Theodosij egregias virtutes prædiceret: sed parcimus ob prolixitatem.

SYMMACHVS LAV-  
DATOR  
THEODOSII  
Symmach.  
lib. 2. epist. 13

At etsi hæc satis superque sint ad Theodosij defensionem: addimus tamen Latinorum oratorum clarissimum Symmachum & ipsum Ethnicum, & Christianorum hostem: qui publica concione (ut suo loco dictum est) eum ciuiles eius tum bellicas laudes profecutus, testatur scribens ad Flavianum æquæ Gentilem hominem, eas ad eum sua oratione superiores fuisse, ut sibi visus sit illas potius attigisse, quam pro rerum gestarum dignitate singulis (ut ait) satisfecerit: hæcque familiaribus ipse litteris apud amicum alioqui Principi ob sublatum deorum cultum in Theodosium infensum, non autem in gratiam Principis pro concione iactata, sed ad aures dicta odio habentis Imperatorem Christianum idololatriæ destructorem, ab ipso præsertim Symmacho in eundem Theodosium eandem ob causam valde perimoto. Ut ex his magnam inesse vim intelligas veritati, virtutemque etiam linguas hostium coercere, easque habentis velut in contrarium cursum reflectere, & ex inuestiuis ad encomia dicenda conuertere. Sic igitur pro Theodosij defensione aduersus eius vituperatores Ethnicos, ipsos etiam Ethnicos scriptores obicere satis sit.

PAVLINVS  
APOLO-  
GIAM PRO  
THEODO-  
SIO SCRIP-  
SIT.

Paulin. epist. 9

Ceterum aduersus eorundem Ethnicorum calumnias longè potentior nactus est Theodosius post mortem patronum: etenim ipsum decus Romanæ nobilitatis, Christianæ religionis dignum exemplum, Pontius Paulinus litteris clarus, famaque celebris, eiusmodi suscepit prouinciam, ut aduersus rabulas subsannantes, Theodosij famam carpentes, lucubrationem luculentam ediderit, rogatus à quodam pio viro, quo familiariter utebatur, nomine Benedicto, prout ipse Paulinus testatur ad Seuerum hæc scribens: Alius libellus ex his est, quos ad Benedictum, id est, Christianum virum amicum meum Endelechium scripsisse videor, non tamen edidisse conuincar. Is enim mihi auctor huius in Domino opusculi fuit, sicut ipsius epistola, quæ libello pro themate præscribitur, docet. Fateor autem idcirco me libenter hunc ab amico laborem recepisse, ut in Theodosio non tam Imperatorem quam Christi seruum, non dominandi superbia, sed humilitate famulandi potentem, nec regno, sed fide Principem prædicarem. ] hæc Paulinus: & S. Hieronymus ipso exordio epistolæ ad eum scriptæ de eodem sic habet: Quid enim in nobis, aut quantum est, ut doctæ vocis mereamur præconium? ut illo ore, quo religiosissimus Princeps defenditur, humiles nos modicique laudemur? ] nominat eam Paulini scripturam Gennadius Panegyricum super victoriam tyrannorum, eius argumenti conscriptum, ut demonstraret ipsum Christianum Imperatorem fide & oratione potius quam armis immanes tyrannos sapiens superasse.

Hier. epist. 75.

PAVLINI  
NOBILITATIS  
GENIUM.

Si vis autem intelligere quale eiusmodi à Paulino elucubratum opus fuerit, percontare sanctum Hieronymum hæc ad ipsum Paulinum scribentem: Librum tuum, quem pro Theodosio Principe prudenter ornateque compositum transmisisti, libenter legi, & præcipue mihi subdiuisio in eo placuit: cumque in primis partibus vincas alios, in penultimis te ipsum superas. Sed & ipsum genus eloquij pressum est & nitidum; & cum Tulliana luceat puritate, crebrum est in sententiis: iacet enim (ut ait quidam) oratio, in qua tantum verba laudantur. Præterea magna est rerum consequentia, & alterum pendet ex altero. Quicquid assumpseris, vel finis superiorum, vel initium sequentium est. Felix Theodosius, qui à tali Christi oratore defenditur. Illustrasti purpuras eius, & vtilitatem legum futuris sæculis consecrasti. Macte virtute: qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris? O si mihi liceret istiusmodi ingenium non per Aonijs montes & Heliconis vertices (ut poetæ canunt) sed per Sion, & Itabirium, & Sina excelsa ducere: si contingeret docere quæ didici, & quasi per manus mysteria tradere Scripturarum; nasceretur nobis aliquid, quod docta Græcia non haberet. ] hæc Hieronymus. At de Theodosio hæc tenus, cuius exitu optatus quoque finis huic quarto tomo Annalium imponatur. Quæ verò reliqua sunt anni huius rerum gestarum; sequenti tomo dicemus, cum Arcadij & Honorij filiorum eius in Imperio successorum acta auspiciaturi sumus.

EPILOGVS  
CVM ADMO-  
NITIONE.

Quem igitur ab exordio Iuliani Imperij inchoauimus romum hunc quartum Annalium, claudimus eundem felicissimo ad Deum transitu Theodosij. In quo quidem tamquam in viua tabula, semper loquentibus imaginibus, immò clamantibus, expressum habes, quæ impietatis, quæ verò pietatis sint vires, quive exitus alterutram sectantium Impera-

A peratorum: cum velut in scena representatâ videtis diuersa atque contraria diuersorum Principum studia: contemplatusque fueris, quemnam finem habuerit Apostata Iulianus idolorum cultor, quove peruenerit Valens hæresis propugnator, & quem tandem exitum consecutus sit Valentinianus maior, Catholicus licet Princeps, sinens tamen pro arbitrio quemque agere, idola colere, hæresesque sectari; quo modo diuinam vindictam in se concitauerit, atque in filios miserabilius propagarit: contra verò qui fuerit religionem pure colentis, & propensius excolentis, impietatemque vna cum impiis insectantis felix ingressus, felicior progressus, ac tandem egressus felicissimus Theodosij Imperatoris: Ut vna ferme inspectione intelligant Christiani Principes, quos vitare, quosve sectari debeant; & quonam pacto illorum facta cauendo, Dei indignationem effugiant, ac diuinam benedictionem, imitando Theodosium, consequantur.

B



C Iam quartum tuo beneficio, Dei Genitrix Maria Virgo, pensum reddimus; persolui-  
musque illud tibi, à qua profitemur acceptum. Tu enim quæstisti lanam & linum, & operata es consilio manuum tuarum. Quod igitur reliquum est operis, tu ipsa perface; eademque fila qualiacumque sint (sicut certe aurea in manu tua) in sacerdotalia illa indumenta contexe, de quibus David: Sacerdotes tui induantur iustitiam ] & Dominus ait: Sacerdotes eius induam salutari. ] Duo ista, rogo, nobis confice vestimenta: domestici enim tui dicuntur vestiri duplicibus. Hæc petimus, non inuidiosam tunicam polymitam, quæ à patre filio tradita, fratrum odium concitauit, & infelici exitu, hædi conspersa sanguine, eidem patri immensum dolorem incussit, excussitque lacrymas, ex eo merito iudicanti, filium à fera pessima deuoratum. Felicius agni, quam hædi sanguine imbuan-  
tur Fidelium vestes: satisque ad ornatum quod proficit ad salutem: Siquidem diuino est de-  
promptum oraculo: Beati qui lauerunt stolas in sanguine agni. Tali purpura gloriantur Dei filij, coheredes Christi, consortes regni, iidem Reges, cum Deo in perpetuum regnaturi: in quorum nos cooptari consortium, tuis, Virgo sanctissima, concedat precibus dilectus filius tuus, cui gloria & honor in sæcula. Amen.

ANNALIUM TOMI QUARTI  
FINIS.

APPEN.

APPENDIX.

**Q**UOD spectat ad Laodicense Concilium: est quod mireris, lector, à nobis hoc tomo esse omnino prætermissum, aded vt ne leuis quidem eius nominis mentio habitabit. Iuxta enim aliorum fidem, qui illud ad Damasi Papæ tempora retulerunt, sub eodem à nobis fuerat antea collocatum. Sed eo tempore cum de ipso nos acturi essemus; accuratius re perspecta, dum nec certum tempus vel locum inueniremus, quibus, vt alia res gestæ, firmiter consignari potuerit; in appendicem esse referendum, consultius existimauimus, quod præterisse penitus nefas erat. Concilium quippe est antiqua nobilitate percelebre, Græcorum ac Latinorum scriptis memoriæ commendatum.

De hoc nos tractaturi, antequam de tempore disseramus, corrigemus errorem illum, qui de eiusdem Synodi loco hæcenus omnium ferme consensus asseritur, qui nec posteriori editione cernitur emendatus; cum celebratum idem Concilium dicitur Laodiceæ, quæ est in Syria: Quod sanè vehementer admirati sumus, cum ipsius Synodi titulus disertis quidem verbis ita legatur: Sancta Synodus quæ apud Laodicæam Phrygiæ Pacatianæ ex diuersis regionibus Asiæ, &c. Sed & grauior error ille, cum dicitur Laodiceæ in vnam reperiuntur esse constare, dum asseritur eadem esse in Syria quæ est ad Lycum flumen. Porro ex Strabone, Plinio, Ptolomæo, & aliis Cosmographis, duas constat fuisse Laodiceas, alteram Syriæ, quæ dicta est Seleucia Tetrapolis, alteram verò in Phrygia, dictam à Strabone Laodiceam Hierapolin: sed & ponit idem auctor aliam Laodiceam in Media à Macedonibus conditam. Quæ autem in Syria est Laodicea, haud procul distat à ponte Orontis fluij, Chalcidis contermina, condita à Seleucio. Sed quæ in Phrygia est ad Lycum sita (vnde, inquit idem Strabo, ab eo cognomen accepit, vt Laodicea ad Lycum sita dicatur) nobilis quidem ciuitas, sed nobilior elogio diuinæ Scripturæ: ipsa quidem est, de qua Ioannes in Apocalypsi, & Paulus meminit in epistola ad Colossenses, nosque de ipsa alia occasione suo loco primo Annalium tomo diximus. Hæc cum ita se habeant: quid in Syria Laodiceam illam ponunt, quæ ad Lycum flumen est sita? & quid commune cum Syria iste amnis habet?

DE CONCILIO LAODICENO.

\* Strabo. lib. 13. Plin. lib. 5. cap. 20. Strabo. lib. 11. Plin. lib. 5. c. 26.

TRES LAODICEAE.

\* Apocal. c. 3. Coloss. vlt.

\* c. 11. dist. 16.

DE THEODOTO EPISCOPO.

\* Theodoret. in epist. Pauli ad Coloss. c. 2.

\* Theod. lib. 4. c. 11. & 12. h. 1. de fido Cathol. Cod. Theod. Sozom. lib. 6. cap. 25.

\* Theod. epist. ad Coloss. c. 2. Basili. epist. ad Amphilo. cap. 1.

Ex his pariter redarguitur, qui apud Gratianum idem sensisse reperitur, Anselmus, nimirum qui putauit Laodiceæ Syriæ hanc Synodum congregatam; dum vult eam habitam auctore Theodosio, siue Theodoro, vel Theodoto Episcopo Laodicensi: fuit enim iste Episcopus Laodiceæ Syriæ, successitque (vt testatur Eusebius) Stephano, qui sederat post Anatolium successorem Eusebij. Ceterum Theodorus, siue Theodorus, vel Theodotus iste interfuisse reperitur Magno Nicæno Concilio, habeturque subscriptus in eo tertio loco inter Episcopos Cœlesyriæ: Quo tempore Laodiceæ, quæ est in Phrygia, totius prouinciæ illius (vt ait Theodoretus) metropoli, præerat Nunechius, qui itidem Nicæno Concilio reperitur primo loco subscriptus inter Episcopos Phrygiæ. Quod igitur Theodori Episcopi Laodiceæ, quæ est in Syria, celebrius nomen esset, quàm Nunechij, incautè posuerunt eandem Synodum Laodicensem à Theodoro, aliàs Theodosio, congregatam, Laodiceæ in Syria, cuius ipse erat Episcopus, celebri quidem nominis: post quem sedem illam accepit Pelagius, cuius meminit Theodoretus, idemque cum aliis Episcopis Orthodoxis Imperatoris constitutione laudatur: post ipsum verò Gregorius Arianus, cuius Sozomenus meminit. Hæc de loco Synodi satis: de tempore iam agamus.

Quonam autem potissimum tempore eiusmodi Synodus fuerit celebrata: quod nullius hac de re certa probataque assertio extet, locus est tantummodo coniecturæ. Quamobrem illud in primis dicimus, liquidò constare eamdem non ante tempora tantum Theodoretum habitam esse, dum inuenitur eadem ab ipso citata, sed etiam ante sanctum Basilium: quippe quem in epistola canonica ad Amphiloichium eiusdem meminisse certum est, dum ait: Sed quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est propter multorum œconomiam & dispensationem eorum, baptisma Catharorum, Novatianorum scilicet, suscipiatur. id enim statutum habetur in Laodiceno Concilio ab Asianis Episcopis canone septimo. Ex quo etiam Concilio cum reiciatur Cataphrygarum baptisma: ex sententia eorundem Basilium itidem in eadem epistola definiisse apparet.

Sed

**A** Sed quam ante Basilij tempora habitam esse diximus Synodum Laodicenam: num post tempus Nicæni Concilij, vel ante id acciderit; hoc exquirendum est. Quod enim de Photinianis hæreticis in eodem septimo canone mentio habeatur, diffinita causa esset, si omnium exemplarium & editionum esset vna eademque lectio. Nam cum plerique scripti codices, necnon editio posita in cufis libris posteriori loco eiusdem Concilij careant illis verbis, Aut Photinianis.] eò redacta res videretur, vt ex diuersis lectionibus, quæ germana sit, diligentius exquiratur: quæ ex eo pendet, vt disquiratur, num collatum à Photinianis baptisma ab Ecclesia omnino receptum fuerit, cum septimus canon ille habeat, illorum baptismum esse suscipiendum.

At licet S. Hieronymi & aliorum auctoritate constet Ecclesiam Catholicam recepturè consueuisse Arianorum baptismum: tamen nequaquam ab eadem susceptum est baptismum Photinianorum, quorum tanta erat impietas in negando diuinitatem Filij Dei, asserentium eum fuisse tantummodo hominem, vt (quod dictum est superius) Ariani ipsi aduersus eos vt maxime impios arma sumpsissent, & ab ecclesia eiecissent. quamobrem constat ex auctoritate Concilij Arelatenis, Photinianorum baptismum, sicut & Paulianistarum, nullum esse, decretum fuisse. Sed & quod Theodoretus affirmet Photinum eadem sensisse cum Paulo Samosateno: certè quidem sicut ex decreto Concilij Nicæni statutum est, vt Paulianistæ venientes ad Ecclesiam baptizarentur; ita & de Photinianis seruatum oportuit. Quamobrem penitus ab eodem canone septimo explodenda est illa lectio de approbatione eorum baptismi, quæ omnino Ecclesiasticæ traditioni & Conciliorum canonibus aduersari conspicitur. Sic igitur nihil est quod ex ea lectione conuinci possit istud ipsum Laodicenum Concilium post Nicænum celebratum fuisse.

**C** Sunt plura tamen quæ ante Nicænum Concilium persuadeant idem Laodicenum celebratum esse: sed vnum illud in primis; quod cum constet auctoritate S. Hieronymi receptum in Nicæno Concilio librum Iudith, cum in serie canonicorum librorum à Patribus Laodiceæ congregatis liber ab authenticis sit explosus vnà cum nonnullis aliis: euident planè atque perspicuum redditur, dictam Laodicensem Synodum celebratam fuisse ante Nicænam. Nam quo modo ausi fuissent Catholicæ Ecclesiæ Episcopi conuellere quæ in Magno illo Oecumenico Concilio de canonicis libris fuissent magna consideratione decreta? Præterea cum reperiantur quinque canones Laodicensis Concilij eadem omnino continere, quæ in Concilio Nicæno statuta sunt, nec in eis vlla profusus mentio habeatur canonum Nicænorum eadem statuentium; argumentum est, ante Nicænum Concilium ea à Patribus Synodi Laodiceæ decreta fuisse: siquidem vel non oportuerat ea paulo post iterum sanciri à prouinciali Concilio, quæ decreta nuper fuerant in Oecumenico: vel saltem ad maiorem Ecclesiasticis legibus auctoritatem conciliandam, eorundem Nicæni fidei canonum Patres debuerant meminisse, vt in aliis Conciliis factum esse reperitur, & in hoc ipso Laodiceno seruatum, vt proximè dicturi sumus: Quod cum fuerit prætermissum; equidem existimari potest, ante Nicænum Concilium ea Laodiceæ fuisse statuta.

Ceterum sicut æquum est ista sentire, ita pariter affirmare par est idem Laodicenum Concilium in Asia fuisse post Neocæsariensem Synodum celebratum: nam eiusdem Concilij visus est citatus canon à Patribus Synodi Laodiceæ, dum primo illius decreto dicitur, bigamos ad breue tempus pœnitere debere, & sic admitti ad communionem, idque (vt habent verba eius) secundum Ecclesiasticum canonem, nempe Neocæsariensis Concilij tertio loco positum. recepta sic quidem fuit bigamia in Ecclesia Orientali, in qua diu magnoque cum detrimento versati fuerant Cataphrygæ reicietes prorsus (vt dictum est) secundas nuptias: recepta, inquam, vt tamen non absque pœnitentia iidem ad communionem admitterentur. Sed & S. Basilii, quæ ab hoc canone prætermissa sunt, addidit: nimirum quia in eo de bigamis tantum actum esset, ipse suppleuit de pœnitentia trigamorum atque polygamorum: haud enim sic vulnus curare valuerunt, vt cicatrix nulla prorsus reliqua esset.

**E** Concilij tertio loco positum. recepta sic quidem fuit bigamia in Ecclesia Orientali, in qua diu magnoque cum detrimento versati fuerant Cataphrygæ reicietes prorsus (vt dictum est) secundas nuptias: recepta, inquam, vt tamen non absque pœnitentia iidem ad communionem admitterentur. Sed & S. Basilii, quæ ab hoc canone prætermissa sunt, addidit: nimirum quia in eo de bigamis tantum actum esset, ipse suppleuit de pœnitentia trigamorum atque polygamorum: haud enim sic vulnus curare valuerunt, vt cicatrix nulla prorsus reliqua esset.

Cum igitur ex his quæ dicta sunt, satis possit intelligi, Concilium Laodicenum non ante Neocæsariense celebratum esse, neque post Nicænum: dicere quoque opus est, illud nequaquam sub Theodoro Laodiceæ Syriæ Episcopo, sed habitum esse sub Nunechio Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ Antistite: nam nullus alius præter ipsum eidem ciuitati præfuisse eo tempore reperitur Episcopus: siquidem quem diximus subscriptum haberi Nicæno Concilio Nunechium eius sedis metropolitanum Episcopum, eundem quoque

inter-

NOVELLAO-DICENAR.

\* Hier. contra Luciferian.

Concil. Arelaten. c. 16. Theodor. l. 2. c. 16. Conc. Nicæni. cap. 19.

SYNODVS LAODICENAE ANTE NICÆNUM CONCILIVM.

\* Hier. epist. 111.

Cœ. Laodiceæ. c. 3. 5. 8. 12. Nicæni. 2. 18. 19. 4. 14.

LAODICENVM CONCILIVM POST NEOCÆSARIENSEM.

Concil. Laodiceæ. cap. 1.

Concil. Neocæsariensis. cap. 3.

Basil. epist. canonice ad Amphiloich. cap. 14.

NUNECHIVS EPISCOPVS LAODICENVS.

interfuisse Concilio Ancyrano paulo ante Neocæsariense Concilium celebratum, suo loco dictum est. Ex his igitur vides, quàm præpostero ordine, quæ tertio loco ponenda erat Synodus Laodicensis, apud Gratianum<sup>b</sup> reperitur sexta ordine collocata post Sardicensem & Antiochenam, atque perperam<sup>b</sup> in Syria sub Theodoto vel Theodosio Episcopo celebrata, relataque ad Liberij vel Damasi Papæ tempora. Nihil tamen dicimus de canone Sextæ<sup>c</sup> Synodi, eo quod in ea Patres nequaquam seruare temporis ordinem professi sunt.


DECRETA  
SYNODI  
LAODICE-  
NÆ.  
<sup>d</sup> Amal. to. 1  
an. D. 60.  
<sup>e</sup> Concil. Laod.  
c. 2.  
<sup>f</sup> Eod. Concil.  
c. 34. 51.  
<sup>g</sup> Cod. Concil.  
cap. 48.  
<sup>h</sup> Eod. Concil.  
c. 49. 50.

Quod autem eiusdem Synodi canone trigesimoquinto vetitus ac improbatu videatur Angelorum cultus: consule quæ ad exactam eiusdem elucidationem dicta sunt primo Annalium tomo, cum egimus<sup>d</sup> de Pauli ad Colossenses epistola. Sunt autem complures eiusdem Concilij canones ad disciplinam atque œconomiam Ecclesiasticam pertinentes, quibus & Ecclesiastica antiqua traditio referatur: vt, quæ in primis notanda sunt, de confessione peccatorum<sup>e</sup>, cultu sanctorum martyrum<sup>f</sup>, sacri chrisimatis<sup>g</sup> vsu, ieiunio<sup>h</sup> Quadragesimæ<sup>h</sup>, & alijs. Qui autem postremus statutus est canon de non canendis in ecclesia psalmis vulgaribus, sed ijs tantum, qui in sacris libris ab Ecclesia probatis scripti inuenirentur: equidem aduersus prauum illum vsu à Paulo Samosateno Antiocheno Episcopo primitus (vt dictum est) introductum, à Patribus consulto sancitus esse viderur. At de his hæctenus.



# INDEX IN TOMVM QVARTVM ANNALIVM ECCLESIASTICORVM.



<b>A.</b>		
	<b>BR AHAMVS</b> monachus in Syria celebris. 259.a	
	Absinentia monachorum Ponticorum 154.b	
	Absinentia nimia periculosa. <i>ibid.</i> d	
	Acacius Episcopus Casarea hareticus fidem pro tempore mutat. 163.d	
	<i>ibid.</i> d	
	Acacius Casariensis recantat palinodiam. 193.d	
	<i>ibid.</i> e	
	Acacii lucubrations. <i>ibid.</i> d	
	Acacius alter claruit Casarea Palestine. <i>ibid.</i> e	
	Acacius Berœensis sollicitus pro fide Catholica. 257.a	
	Acacius persuadet Iuliano Sabæ vt veniat Antiochiam. <i>ibid.</i> c.	
	ipse comes S. Iuliani Sabæ, cum venit Antiochiam. <i>ibid.</i>	
	Acacius ordinatus Episcopus Berœensis ab Eusebio. 397.c	
	Acacius magni nominis monachus in Syria. 370.c	
	quid perit ab Epiphano. <i>ibid.</i> e	
	Acaciani exagitati à Semiarianis. 94.b	
	Acacianorum & Semiarianorum concordia. 376.d	
	Academicorum iactantia. 502.b	
	Academici à Platone Christianos accepisse dogmata iactabant. <i>ibid.</i>	
	Acephimus monachus in Syria celebris. 259.b	
	Acholus Episcopus Thessalonicensis superat Gothos victores. 392.a	
	Acholus Episcopus Thessalonicensis baptizat Theodosium Imperatorem. 415.b	
	Acholus Episcopus Thessalonicensis venit Romam ad Synodum. 458.a	
	Acta Synodi Aquileiensis. 448.d	
	Acta aliarum Synodorum, Vide Synodus.	
	Adeginus, seu Adegimus, Episcopus Cordubensis idem videtur cum Hygino à Maximo in exilium misso. 550.a	
	Adelphij heretici, iidem Massaliani. 491.c	
	Adelphus Massalianus detectus à Flauiano. <i>ibid.</i> b	
	Adelphus hereticus damnatur. <i>ibid.</i> e	
	Adeodatus baptizatus cum Augustino. 574.c	
	Adolescens filius sacerdotis conuersus ad fidem Christi. 54.a	
	Adolescens innocens cedit tormentis, & mentitur. 205.b	
	Adolescentis Christiani constantia. 36.b	
	Adolescentia quibus à Basilio distinguatur annis. 477.a	
	Adonatus Iulianus dictus. 39.c	
	Adriantæ orationes Ioannis Chrysoptomi. 554.e	
	Adrumetina Synodus. 697.d	
	Adulationes Libanij de Iuliano. 142.c.d	
	Adultera qua passa Roma. 603.c	
	Adulteria seuerissimè vindicat Valentinianus. 204.e	
	Aedituus percussus à Valentiniano. 22.c	
	Aegypti Ecclesia à Iuliano vexata. 67.e	
	Aegypti idololatria conuulsa. 612.c. 613. 614. 615	
	Aegypti Episcopi ducti in exilium. 338.c	
	Aegypti Episcopi fauent Maximo. 411.e	
	eorum nomina. <i>ibid.</i>	
	Aegypti Episcopi, quod studissent Maximo, non sunt vocati cum alijs ad Synodum Constantinopolitanam. 427.b	
	Aegypti Episcopi veniunt Constantinopolim. 437.e	
	studiosi Gregorij. <i>ibid.</i> qua occasione ei sunt aduersari. 439.a	
	Aegyptiorum Episcoporum & Græcorum discordia in Synodo Constantinopolitana. 438.b	
	Aegyptij dñi ludibrio expositi. 602.a	
	Aegyptij monachi in Syria celebres. 259.a	
	Aegyptij monachi persecutione dire vexati ab Ariano. 338.d.	
	339	
	Aegyptiorum deorum abominations detecta à Georgio. 69.e	
	Aegyptiorum fana & idola à Graccho Prefecto Roma deiec- ta. 481.c	
	Aegyptij Gentiles Orgia celebrantes. 68.c	
	Aegyptij Gentiles ob sacra Mithra in Christianos seuiunt. 69.e	
	Aegyptij Gentiles ab Apollonio conuersi ad fidem. 68.d	
	Aegyptij Ethnici quid in Georgium Arianorum Episcopum. 69.b	
	Aemilianus martyr in Thracia sub Iuliano. 37.e	
	fregit idola. 38.a	
	Aetius heresiarcha restituitur & honoratur à Iuliano. 7.b	
	Aetius monachus in Syria. 370.c	
	Africana Ecclesia status sub Iuliano. 100.e	
	Africana Ecclesia à Donatistis Firmique tyrannide vexatur. 361.a.b	
	Africana Ecclesia deieccta erigitur per decreta Romani Conci- lij. 517.b	
	Africana Ecclesia consuetudo, vt tantum Episcopi conciona- rentur. 649.a	
	Africanam Ecclesiam ad meliorem frugem restituere conatur Augustinus. 650.a	
	Africana virgines sacre mirrellis caput ornabant. 104.b	
	Agapes in natalibus martyrum sublata ab Ambrosio. 379.e	
	Agapes ab Ambrosio prohibita in ecclesia fieri. 502.a	
	Agapes in ecclesia fieri solitas submouet Augustinus. 650.d	
	e eadem sublata ab Ecclesijs transmarinis. <i>ibid.</i> & seq.	
	Agapes pro defunctis non prohibenda, sed corrigenda. 651.b	
	Agapetus monachus in Syria celebris. 259.a	
	Agapetus cum Artemio legatus ad Concilium Alexandrinum. 76.b	
	Agelius Nouatianus mulctatur exilio. 194.b	
	Agelius	

I N D E X.

Agellius Episcopus Nouatianus moritur.	504.c	Almachius Praefectus expurgat templum Matræ deorum.	362.e
Aginatus Vicarius Roma.	215.d	quid in eum Christi martyr.	37.a
Agilon iudex in causa aulicorum Constantij.	5.b	Almachius monachus martyr sub Alipij Praefectura.	727.c
Alaphion apud Gazam ab Hilarione curatus sit Christianus.	62.d	Altare in domibus priuatis ad Missæ sacrificium.	382.a
Albina mater S. Marcellæ.	368.c	Altaria à Donatistis rarsa, vel per se facta, & amota.	103.d
Albina S. Marcellæ mater discendi cupidissima.	469.a	Altare sedes corporis Christi.	103.e
Albina matris S. Marcellæ transitus.	529.a	Alypiana S. Gregorij Nazianzeni neptis.	595.b
Albinus Pontifex idololatria ad Christum conuersus.	469.c	Amandus Burdigalensis sanctitate clarus.	721.c
Alemanni à Gratiano in Gallia superantur.	388.c	Ambitio quàm miserè homines agitet.	504.e
Alemanni victi à Gratiano.	406.c	Ambrosius accipit à Probo prouincias administrandas.	225.b
Aletius maritus Rufinae, & gener S. Paulæ.	469.c.470.b	Ambrosius cur à Probo iussus agere ut Episcopus.	225.c
Alithius Episcopus Cadurcensis.	719.d	Ambrosij primordia.	ibid.
Alexander saeuus iudex Praefectus Antiochenis.	126.c	Ambrosij integritas.	ibid.
Alexandria succenset Iulianus, quod Christiana esset.	95.e	Ambrosij natalis tempus.	ibid.d
Alexandria laudes.	96.a.b	Ambrosij parentes & educatio.	ibid.b
Alexandrina Ecclesia persecutionem patitur sub Iuliano.	93.e	Ambrosius Insubria, Liguria, & Aemilia Praef. eligitur.	ibid.
Alexandrina Ecclesia quid à Valente perpeffa.	223.b	Ambrosio Episcopatum Probus Praefectus imprudens pronun- ciat.	ibid.c
Alexandrina Ecclesia quæ passa sub Lucio.	333.e	Ambrosij ætas, cum Praefectus Mediolani electus est.	ibid.d
Alexandrina Ecclesia Timotheus praeficitur.	420.e	Ambrosij epistola ad Vercellenses quando scripta.	308.a
Alexandrina Ecclesia post obitum Athanasij calamitatis.	334.a.335	Ambrosij studium in declinando Episcopatu.	363.b
Alexandrina Ecclesia Ariani Lucium praeficiunt.	333.e	Ambrosius adhuc catechumenus eligitur Episcopus.	363.e
Alexandrina basilica conflagratio.	97.a.118.c	Ambrosij electio. 363.a. quo modo diuinitus facta.	ibid.c
Alexandrinum Concilium sub Athanasio. 75.a.b.c.d.e.76.a.	83.c	Ambrosius fugit Episcopatum. ibid. eius latebra.	ibid.e
b.c. eiusdem auctor Liberius Papa creditur.	83.c	Ambrosius tandem acquiescit.	364.a
Alexandrinum Concilij canon de recipiendis lapsis Episcopis.	77.a	Ambrosius ordinatus bonis sese spoliatur.	ibid.b
transactio inter duos Episcopos vnius Ecclesie.	ibid.b.c	Ambrosius ordinatus liberè arguit magistratum apud Impera- torem.	365.b
Alexandrinum Concilij Synodalis epistola.	80.a	Ambrosij electionis tempus.	364.c.e
Alexandrina Synodus confirmata à Romano Pont.	85.a	Ambrosius quid cum Valentiniano Imp.	365.b
Alexandrina Synodus sub Totiano Imperatore.	161.c	Ambrosius litteras à sancto Basilio accepit.	361.b
Alexandrina sedes prima post Romanam.	463.a	eiusdem Ambrosij cum Basilio necessitudo.	371.e
Alexandrinum discerpunt & comburunt Georgium Episcopum Arianum.	70.a	Ambrosij electio ab omnibus Episcopis probata.	372.a
Alexandrinum arguuntur à Iuliano ob relictos deos patrios.	71.b.c	Ambrosius querit à Damaso Simplicianum.	ibid.c
Alexandrinum inuidiam patiuntur à Iuliano ob Athanasium.	95.e	Ambrosio Simplicianus à Damaso mittitur.	ibid.
Alexandrinum in periculum adducti ob maris excrefcientiam.	185.e.186.a.	Ambrosij vitæ institutio. 372.e. & seq. bonorum curam fra- tri delegauit. ibid. asiduum in sacrificiis, in concionando, in lites compescendo.	ibid.
festum diem statuunt pro liberatione. ibid.b		Ambrosij cubiculi ostium nullo oppansum velo, patens omni- bus.	373.a
Alexandrinum Catholici quàm grauiam passi, ex litteris Basilij potest intelligi.	343.e	Ambrosij ieiunia.	373.a
Alexandrinum Catholici quàm male habiti.	336.b.337.a.	Ambrosius quoti die celebrare consuevit.	372.e
Heliopolim in Palaestinam amandati.	ibid.b	Ambrosij labores in obeundis numeribus Episcopatu.	ibid.
retinere lugere cladem.	ibid.e	Ambrosij in secularibus negotiis sedulitas.	373.a
Alexandrinum pueri Catholici quanta passi.	338.a	Ambrosius & pauperes & nobiles viros ad conuiuium excipere solebat.	ibid.
Alexandrinum Episcopi dignitas & iurisdictio.	438.a	Ambrosius ad conuiuium accedere non consuevit.	ibid.b
Alexandrinum Episcopi sollempne erat quotannis vniuersis Fide- libus Paschatis tempus significare.	421.b	Ambrosius militiam cuiquam suadere abstinuit.	ibid.
Alexandrinum Episcopi etiam Ariani scribebant Paschales epi- stolas.	ibid.	Ambrosius indulget penitentibus.	ibid.e
Alexandrinorum Catholicorum egregia confessio.	336.d	Ambrosij insignis humilitas, & modestia.	ibid.d
Alexandrinus populus quàm studiosus Athanasij.	74.a	Ambrosius in pace Ecclesia scribere commentarios aggressus.	376.b
Alipius Augustini familiaris.	501.e	Ambrosius scribit in S. Lucam.	ibid.
Alipius baptizatus cum Augustino.	574.c	Ambrosius scribit de Virginitate. 379.c. quàm citò ex disci- pulo factus sit doctor. ibid. ad eum è remotis prouincias virgines veniebam sacranda.	ibid.d
Alipius Tagastensis proficiscitur Hierosolymam.	685.d	Ambrosius vix Christianus de rebus Ecclesie scribit.	ibid.c
reuersus creatur Episcopus.	ibid.	Ambrosius componit clerum. 380.c. scribit libros de Officiis. ibidem.	
Alipius admonitus à Rufino & Melania de Hieronymo.	686.a	Ambrosius clericos ex corporis habitu, quales essent, conicere solutus.	ibid.
Alipius creatur Episcopus Tagastensis.	705.e	Ambrosius corrigit prauos vsus, superstitionem Kalèdarum Ia- nuarij, Agapes in natalibus martyrum fieri solitas.	380.d
Alipius ab Origemistis nesciens commotus in sanctum Hierony- mum.	706.b	Ambrosius quos ad Ecclesiasticos ordines eligeret.	ibid.c
Alipij Praefectura. 727.b.c. quid sub ea.	ibid.d	Ambrosij Roma aduentus & miraculum.	381.e
Alipius ex congressu Ioannis eremita profecit.	ibid.e	Ambrosij in euellenda heresi & Genililia superstitione dili- gentia.	380.d
Aleluia vocis vsus Rom. 500.b. in funere defunctorum cani soluta. ibid.d. eius vsus Hierosolymis.	ibid.b	Ambrosius Roma paralyticam sanat.	381.e
Aleluia quomodo ab Ecclesia Hierosolymorum Romana acce- pisse dicatur tempore Damasi.	ibid.b	Ambrosius de fide scribit ad Gratianum.	386.d
Aleluia cani auditum in templo Serapidis.	609.d		
Aleluia in ore balbutientium in sanium.	469.d		

I N D E X.

Ambrosius victoriam certam Gratiano pronunciat.	387.c	Ambrosius per Tribunos à basilica recedere iubetur.	536.e
Ambrosius vsus lubricationibus Basilij.	407.c	Ambrosius iubetur dare vasa Ecclesie.	537.c.
Ambrosij preces victorie Gratiani causa.	406.d	resistit magna erga Deum fiducia.	537.d
Ambrosius quid in perulantem Arianam feminam.	421.c.d	Ambrosio inuensum reddere Imperatorem conantur Ariani.	538.c
Ambrosius Sirmij creat Anemnum Episcopum contradicente Iustina.	ibid.c	Ambrosius quantum consideret elemosynis.	539.b
Ambrosius pati caput persecutionem Iustina.	ibid.	Ambrosius hymnos scribit tempore persecutionis.	ibid.c
Ambrosio Sirmij ab Ariana femina iniuria facta diuinitus vindictatur.	ibid.d	Ambrosij epistola ad Marcellinam.	540.c
Ambrosio basilicam auferit Gratianus, quam Ariani petebant. ibid.e		Ambrosio fauent milites contra eum ab Imperatore missi.	541.c.
Ambrosij libri de Spiritu sancto.	407.a.425.d	Maximus eius causam suscipit.	543.e
Ambrosius de incarnatione Domini cur tractauerit.	451.c	Ambrosius periculo basilica amittenda liberatur, & gratias Deo agit. 542.a. rursus agitur per notarium.	ibid.b.
Ambrosius Macedonio ipsum ad Imperatorem non admittenti minatur quod enent.	455.a	omnes fluctus sedantur, magno Dei miraculo.	ibid.e
Ambrosij apud Gratianum auctoritas.	456.b	Ambrosius superat omnes Imperatoris & aduersariorum cona- tus. 543.c. eius opera indigent Imperatores.	547.c.d
Ambrosius agit contra Priscillianum.	ibid.a	Ambrosius noua querela exagitatur.	542.b
Ambrosius veniens ad Gratianum excluditur.	ibid.b	Ambrosio comminatus Calligonus penas dedit.	543.a
Ambrosius liberat damnatum ad mortem ingrediens per thea- trum ad Imperatorem.	ibid.c	Ambrosio dormienti Paulus Apostolus per visum apparuit. ibid.c	
Ambrosius venit Romam ad Synodum.	458.a	Ambrosio pro iustitia pugnantia omnia fauent.	ibid.
Ambrosius Gerontium diaconum illusionibus demonum cre- dentem corrigit.	464.a	Ambrosio martyres Gerasius & Protasius reuelati.	544.e
Ambrosius admonet Vercellensem Ecclesiam de noua heresi. 466.d		Ambrosij epistola ad Marcellinam de inuentione martyrum.	545.b
Ambrosij aduersus Iovinianum heresim epistola.	ibid.	Ambrosij gloria ex certamine.	ibid.
Ambrosius cohibuit furorem Maximi, & liberauit Italiam.	484.b	Ambrosio cedunt vires demonum.	546.d
Ambrosius in se suosq. Deum vlcisè rogauit quod merebantur populi.	ibid.	Ambrosio sicarius immisus.	547.a
Ambrosius priuatur Saryro fratre.	ibid.c	Ambrosium percutere volentem iussu Iustina, brachium obringer. ibidem.	
Ambrosius fratris mortè doler. ibid. epitaphium scribit.	485.a	Ambrosio nocere nec demones possunt, nec aruspex.	ibid.b
Ambrosius cupidus sepeliri apud martyres.	ibid.c	Ambrosio rogatur à Iustina obire legationem ad Maximum.	ibid.d
Ambrosius ad Maximum bis legatur.	486.a	Ambrosius ad Maximum legatur. ibid.e. quid profecerit, 548.a. abstinet à communicatione Episcoporum.	549.e.
efficit ne continuo in Italiam irrueret.	ibid.c	eius prudentia commendatur.	ibid.
Ambrosium contumelias afficit Iustina.	ibid.b	Ambrosij legationes due ad Maximum.	547.e
Ambrosij legatio ad Maximum.	ibid.a	Ambrosij relatio de posteriori sua legatione.	548.a
Ambrosius quado scripsit libros de Fide ad Gratianum.	386.d	Ambrosius expostulat cum Maximo, quod contemptum habere- tur.	ibid.b
Ambrosius argumenta Symmachij pro restituendo cultu deo- rum refellit.	493.c	Ambrosius vrget Maximum.	549.d
Ambrosius respondet & confutat Symmachum pro idolorum cultu agentem. ibid.e. vicit Symmachum.	494.c.495.a	Ambrosium abstinet à communionem Episcoporum partis Iria- ciane.	ibid.e
Ambrosius acriter agit cum Valentiniano, ne Symmacho peti- ta concederet.	494.c. vincit.	Ambrosius quomodo excommunicauit Maximum.	550.a
Ambrosius Symmachij libello respondet.	494.c	Ambrosij legatio longe prudentior, quàm Dominij.	ibid.
Ambrosius erga Augustinum propensior.	501.c	Ambrosij iniuriarum causa vindicta diuinitus illata.	551.d
Ambrosius corrigit morem epulas faciendi ad Memorius mar- tyrum.	502.a	Ambrosij ætas exactè deducta.	552.b
Ambrosius de ieiunio sabbati quid responderit.	ibid.	Ambrosius frangit vasa sacra pro redemptione captiuorum.	ibid.c
Ambrosij dicendi genus quale.	501.b	Ambrosij persecutores vlcisitur Deus per Maximum.	551.d
Ambrosius contra Academicos scripsit.	502.c	Ambrosij vita ab auctore scripta. 364.c. ex Annalium chronologia restituenda.	552.b
Ambrosius vexatur à Iustina Augusta.	518.e	Ambrosij studium in redimendis captiuis.	ibid.c
Ambrosium aduentem Imperatorem sequitur populus.	519.c	Ambrosius Mediolanenses conuincit, ne fugiant metu Maximi. ibid. d.e	
Ambrosij constantia in resistendo Imperatori.	ibid.b	Ambrosius laudatus à S. Augustino.	575.a
Ambrosij libellus ad Valentinianum, cum recusat cõserre cum Auxentio.	521.b	Ambrosius apud Theodosium agit pro incensibus synagogæ Iudeorum.	577.c
Ambrosio concionanti Angelus ministrat verba.	523.b	Ambrosius concionatur coram Theodosio aduersus eum.	579.e
Ambrosius abstinet se à communionem Ithacij ob causam san- guinis. 526.e. & alij Episcopi.	535.d	Ambrosius restitit Gentilibus petentibus aram Victoria.	580.b
Ambrosius dirisima patitur à Iustina.	ibid.e	Ambrosius defendit depositum vidua.	ibid.d
paratur ei exilium.	ibid.e	Ambrosius quid de causa Flauiani, & Euagrij.	605.a
Ambrosium in exilium perducere desinans Eutimius, ipse perducitur.	536.a	Ambrosius repellit Theodosium ab ingressu Ecclesie ob cladem Theffalonicensium.	618.e.619
Ambrosius negat dare basilicas.	ibid.c	Ambrosius restitit Theodosio.	621.d
Ambrosius à populo in basilica custoditur.	ibid.e	Ambrosij libellus ad Theodosium post cladè Theffalonicensium. ibid.e. commonet ut agat penitentiam.	622.c
Ambrosius concionem habet de sua persecutione die Palmarum.	540.	Ambrosio qua ostensa de Theodosio visio.	623.b
b. red. arguit Tribunos.	541.b	Ambrosius vetat ingressu ecclesie Theodosium.	624.a
Ambrosij constantia in defendendo basilicam.	536.c.	Ambrosius auctor Theodosio sancienda legis de dilatione sup- plicij damnatorum.	625.b
& vasa sacra.	537.c.540.c.541.c. & seq.	Ambrosij laudata constantia.	626.c

I N D E X.

Ambrosius cogit Theodosium reuocare legem contra libertatem Ecclesiasticam. 637.c
Ambrosius accersitus a Valentiniano in Gallias. 653.a.
Ambrosij epist. ad Theodosium de obitu Valentiniani. 655.c
Ambrosij oratio in funere Valentiniani. 656.b
Ambrosius quid ad Eugenium. 658.b
Ambrosius vitans Eugenium Florentiam se contulit. ibid.a.
quid ibi dum mansit. 659.e
Ambrosius Florentie studiosus. ibid.
Ambrosij locus de Paulino restitutus, & elucidatus. 711.c.d.e
Amicitia quantum tribuat Nazianzeno. 300.e
Amnian locus restitutus. 143.e
Ammiani error de electione Iouiani refellitur. 157.a
Ammianus impudenter extarum inspectionem falso tribuit Iouiano. ibid.
Ammianus historicus in Gratianum parum aequus. 483.d
Ammianus monachus in Syria celebris. 259.b
Ammonius grammaticus propugnator Serapidis. 609.a
Ammon monachus ne fieret Episcopus, praedit sibi auriculam. 513.514
Anapellus Praefectus Vrbs Rome. 274.c
Amphilochij de Basilio commentarius spurius. 136.e.
in eo refelluntur quae de Libanio habet. 143.b.
eiusdem censura. 385.a
Amphilochij nomine vitia Basilij spuria & falsa. 227.a.
errores in Episcopatu & in morte eius. ibid.
Amphilochij Iconij Episcopi fides laudat a lege Theodosij. 445.c
Amphilochius Theodosium facto admonuit. 489.d
Amphilochius agit contra Massianios. 491.b
Amphilochius quamuis superstitis. 696.d.e.
eius doctrina & scripta. 697.a
Ampulla christi proiecta, sed non fracta. 102.e
Anabaptismus ab Hilario diacono quo tempore restitutus. 90.a
Anastasia dicta ecclesia Nouatianorum Constantinopoli. 7.c. 400.e
Anastasia balnea Constantinopoli a quo denominata. 189.e
Anastasia ecclesia Gregorij Nazianzeni. 400.b
Anastasia dicata Dei genitrici Mariae. ibid.c
Anastasia filia Valentis. 189.e
Anathema an & quando & a quibus inferendum. 474.a.
De anathemate non inferendo elucidantur loca Chrysofomi. 474.c.475
Anathematismi Romani Concilij aduersus hereses huius seculi. 352.a
Anathematismi Greg. Nazianz. contra Apollinarem. 354.a
Ancyra Ecclesia quibus heresibus vexata. 360.c
Ancyran martyres sub Iuliano. 35.a
Andragathus occisor Gratiani. 482.a
Andragathus classis ductor se praecipit dedit in mare. 570.e
Andronicus philosophus magie causa a Valente occidit iniuss. 263.b
Anemmius Episc. Sirmiensis interfuit Conc. Aquileiensi. 448.a
Anemmius Episcopus Sirmiensis venit Romam ad Synodum. 458.a
Angelus praenunciator ordinationis Ioannis Chrysofomi. 532.a
Angelus visus est ministrasse verba Ambrosio. 523.b
Angelus liberat monachos in carcere positos. 68.b
Angelus corripit S. Martinum. 524.d
Angelorum cultus. 736.a.b
Antiochy Probi praefectura Pratorij. 225.a.
delegat prouincias Ambrosio. ibid.
Anticana familia. 720.c
Animas eiusdem esse substantia cum Deo, Priscillianistarum heresis. 456.a
Animalia Ezechielis quid mystice. 1.c
Animas defunctorum precibus viuentium adiunari. 724.d
Animas defunctorum leuari suffragiis. 656.c
Animas defunctorum iuari iacris. 587.a.b

Animas defunctorum iuari precibus viuentium. 385.e
Animas defunctorum leuari meritis martyrum. 485.c.
vide, Suffragia, Intercessio, Defunctorum anima.
Annales signo Dei Genitricis deori. 1.d
Annalium quartus tomus infra dei vnus. 1.e
Annonam impediens perstringuntur a Nazianzeno. 207.d
Anthimi & Basilij altercationes. 296.d
Anthimus Episcopus Tyariensis in Basilium contumeliosus. 463.b
296.e.297.298
Anthimus auarissimus clericorum. 246.d
Anthimus ob furorem dictus Martinus. 299.c
Anthimus vindicare sibi fatagit Gregorium. 301.a. ira iucens in Gregorium propensiorum erga Basilium. ibid.c
Anthimus Gregorium ordinatum Episcopum a Basilio alienare conatur. ibid.a
Anthimus Gregorio in sensu. ibid.c
Anthimus Ecclesiam Sasinorum occupat, repugnante Gregorio. ibid.e
Anthropomorphitum heresis. 267.d
Antichristus ab Ariano inuictus. 218.a
Antichristi in stare tempus creditum a Basilio. 344.a
Antiochia tres Episcopi eodem tempore. 76.c.
& ob eam rem discordiae Christianorum. 86.c.e
Antiochia & Charris, Iuliano mortuo, humana cadauera reperiuntur, quorum extra inspicere solebat. 142.b
Antiochia Iulianus quando proficiscitur. 38.b.
qua scelera ibidem commiserit. 38.e
Antiocheni benigne exceperunt Iulianum. 38.c
Antiocheni derident Iulianum. ibid. carpunt barbam illius. ibid.d
Antiocheni Iulianum ob nefarium in Christum & Constantium odium uellicant. 40.c
Antiochenorum in Iulianum contumelia. ibid.e
Antiocheni exagitati stylo Iuliani. ibid.a
Antiocheni frequentabant spectaculum Maium. 41.c
Antiocheni martyres sub Iuliano. 41.e.55.a.58.b.c
Antiocheni genij numisma. 52.e
Antiochenus adolescens filius sacerdotis conuersus ad fidem Christi. 53.e
Antiocheni noua arte coguntur vesci cibis profanis. 54.e
Antiocheni quae beneficia a Iuliano acceperunt. 59.b
Antiocheni Iulianus in sensu, eos vexat. 56.c.
iisdem reconciliatus honores tribuit. 59.b
Antiocheni Iulianus beneficia exprobrat. ibid.
Antiocheni sicut Iudex a Iuliano relicti. 126.c
Antiocheni cuius Christiani de morte Iuliani vaticini. 127.c
Antiocheni Gentiles quid in Iouianum Imperatorem. 158.e
Antiocheni grauius passi ab Ariano. 254.e
Antiocheni exclusi ab ecclesia ab Ariano, in agris agunt conuentus. 255.b
Antiochenum concilium sub Iouiano. 163.e.
eius epistola ad Iouianum. 164.a.
Episcoporum subscriptio. ibid.c
Antiochenos diu passos a Valente S. Basilium consolatus est literis. 259.e
Antiochenam Ecclesiam diuisam schismate Basilium per Aithoniam optat in concordiam restituere. 260.c
Antiochia vno tempore Episcopi quatuor. 277.c
Antiocheni licet inter se diuisi, vniti tamen aduersus Euforium. 329.a
Antiochenum Concilium post obitum Valentis. 393.d
Antiocheni Concilij legatio ad Ecclesias Orientis. 396.c
Antiocheno Concilio recta fides stabilitur. ibid.b
Antiochenum schisma. 76.d.86.c.d. eiusdem cause. 553.d.
quamuis durauerit. 437.d
Antiocheni ciues partis Flauiani in clamabant anathema in Paulinum. 475.b. & seq.
Antiochena in Ecclesia qui Marconi e laterenti. 533.b
Antiocheni Campitana dicta. ibid.a.
Antio-

I N D E X.

Antiochena Ecclesie in quatuor factiones diuisio. 326.c
Antiochena Ecclesia status tempore Chrysofomi. 533.a.b
Antiochena Ecclesia quot pauperes alere solita. ibid.a
Antiochena Ecclesia discordia sub Valente. 260.c
sine schismate perseverant. 429.c
Antiochena Eccles. disidia subrogato Meletio Flauiano. 451.e
Antiochena sedes tercia. 463.b
Antiocheni Episcopi electio tractatur in Synodo Constantinopolitana, mortuo Meletio. 433.d. conficitur. 437.d
Antiochena disensionis causa tractatur in Synodo Constantinop. 490.b
Antiocheni contumelia afficiunt statuas Placilla Augustae. 554.d. tempus rei gestae. ibid.b
Antiocheni puniti ob statuas. 555.b
Antiochenorum status miserandus. ibid.c
Antiochena femina spectata constantia. 556.d
Antiochenorum ignota spectacula. 557.e.558.a
Antiocheni Gentiles & catechumeni ad baptismum conuertuntur. 559.b
Antiocheni spes aliqua in legatione ad Theodosium. 559.c
Antiocheni ignota Theodosium. 564.d
Antiquitas retinenda, & nouitas explodenda. 151.d
Antiquitati inherendum. 586.a
Antonius martyr Ancyrae. 35.d
Antoninus philosophus vates. 607.e.608.a
Antonij vita exemplum duos Agentes in rebus ad vitam solitariam inducit. 505.d
Antonij Magni vita quam proficua fuerit Augustino. ibid.
Anthusa mater Ioannis Chrysofomi. 58.b.
quam magna continentia. ibid.
Anulum ferreum gestabat S. Macrina. 397.a
Anysus Acholio sufficitur. 396.a
Aphraates monachi res gestae sub Valente. 255.d
equum Imperatoris sanat. 256.c
Aphraates monachus pugnat pro fide aduersus Valentem. 255.c.e
Aphraates miracula edita Antiochia. 256.a.c
Apollinaris quanta existimationis in Ecclesia. 353.d
Apollinaris errores. 316.b
Apollinaris Laodicenus poeticis excultus facultatibus. 110.a
Apollinaris antequam damnaretur, haud reiectus a S. Basilio. 286.e
Apollinaris receptus in communionem a sanctissimis viris, antequam damnaretur a Damaso. 287.b.
audiuit eum Antiochia S. Hieronymus. ibid.c
recepit eum etiam S. Gregorius Nazianzenus. ibid.
se excusat Basilium. 287.a.316.b
Apollinaris Hieronymum habuit auditorem. 287.d.325.e
Apollinaris concinnator nouorum psalmorum. 355.d
Apollinaris historiam sacram vsque ad Saul carmine scripsit. 110.a. item multa alia. ibid.b
Apollinaris heresi damnata ab Alexandrina Synodo, cur ipse non damnatus. 83.c
Apollinaris vt damnetur, Basilium rogat Damasum. 316.b
Apollinaris in Romana Synodo sub Damaso damnatur. 349.a.
462.b. item Timotheus quidam. 302.b
Apollinaris errores de mente Christi. 349.e
Apollinaris in Antiochena Concilio damnatus. 395.a
Apollinarem heresim dissimulantem palam conuincit Flauianus. 394.b
Apollinaris heresiarcha damnatur in Romano Concilio. 383.c.
349.e.351.b
Apollinaris magni nominis in Oriente. 353.d.
Laudatus primo ab omnibus, ab omnibus pariter est impugnatus. ibid.e. Anathematismi Gregorij Nazianzeni contra Apollinarem. 354.a
Apollinaris hereses numerantur ex anathematismi Gregorij Nazianzeni. ibid. & ex aliis locis. 355.c
Apollinaris antequam damnaretur, vitari non solebat. 287.c. 316.d

Apollinaris ab Ephraem delusus. 358.a
Apollinaris liber glutina colligatis chartis nullius vsus. ibid.b
Apollinaris obitus tempus. ibid.d
Apollinaris scripta. ibid.
Apollinaris alius haeresibus viam aperuit. 244.c
Apollinarista se a Romana Ecclesia receptos falso iactabant. 355.e
Apollinarista Christum hominem Dominicum vocabat. 357.b
Apollinaristarum primus impugnator Athanasius. 354.d
Apollinaristarum progressus prohibitus. 504.b
Apollinis Daphnitici sacerdos ob incendium templi torquetur. 49.e. idem incendium Christianis adscribit Iulianus. 50.b
Apollinis statua descriptio. 52.c
Apollinis sacerdotis filius adolescens ad Christum conuertitur. 54.a
Apollinem Daphniticum colit Iulianus. 40.e
Apollinis idolum cur redditum mutum. 44.a
Apollinis templum Rome conflagrauit. 117.d
Apollinis templum in Daphne diuinitus incensum. 43.c.45.a
cur non totum combustum. 50.e
Iulianus illud luget. 51.b
Apollinis Daphnitici simulacrum quale. 52.c
Apollo Daphniticus Antiochenorum culpa mutus factus. 40.e
eiusdem templi incendium. 42.d. & causa. ibid.d.e
Apollinis Daphniticus ob vicinas reliquias S. Babylae martyris obtulit. ibid.
Apollonius monachus Orgia celebrates reddidit immobiles. 68.d
Apollonius & socij ab Angelo vinculis liberati. ibid.b
Apollonius monachus quid sub Iuliano. ibid.
Apologeticus Gregorij Nazianzeni de fuga sua. 190.b
Apostolorum basilica dedicatio Constantinopoli. 174.b
Apostolorum memoria celebris. 232.b.
eius praconia ex Gregorio Nazianzeno. ibid.c
Apostoli Ioannes & Philippus praesto sunt Theodosio. 690.a.d
Apostasia Ecebolij rhetoris. 13.c
Apostasia Iuliani. 2.d. quando facta. ibid.e. & solemniter consummata. ibid.d
Apostata pena multati a Theodosio. 635.c
Apostatas interstabiles facit Theodosius. 447.c
Apostatarum supplicia a Deo illata. 48.b.e
Apostrophe in Iulianum. 144.c.145. & seq.
Apparatus Iulianus ad bellum Persicum. 123.b
Apparatus Theodosij ad bellum aduersus Maximum. 568.a
Apparatus Theodosij ad bellum Eugenum. 683.a
Apparatus Eugenij tyranni. ibid.d
Apparatus bellici quales esse debeant. 684.c
Appellare Episcopum ad iudicium seculare, quantum sit nefas. 449.e
Appellans ad Imperatorem Episcopus ab eo reuocatur, & pena afficitur. 225.e
Appellatio ad Imperatorem facta a Prisciliano. 510.c
Apronianus Praefectus Vrbs persecutor. 99.d
Apronianus Romam missus Praefectus, hostis Christianorum. 117.a
Aproniani praefectura, & eius gestae. ibid.d
Aqua Taurine locus exilij Flauiani. 98.e
Aqua salsa exorcizabant parietes Ecclesiarum Donatistarum. 105.d
Aqua omnes a Iuliano sacris contaminata miraculo exiccantur. 51.d.54.d
Aqua benedicta accendit ignem ad conflagrationem delubri. 616.d
Aquileiensi Ecclesia status tempore Hieronymi. 325.a
quid in ea effecerit Valerianus. 447.e
Aquileiensi Synodi causa. 422.a.447.c
Aquileiense Concilium quando ab Ariano petunt a Gratiano. 422.a
Aquileiensi Ecclesia floret sanctis. 325.a
Aquileiensi clerus nobilis sanctitate. ibid.
Aquileiensi Concilij convocatio. 447.c. Episcoporum eiusdem

I N D E X.

dem catalogus. <i>ibid.e.</i> eiusdem Acta. 448.d. epistola ad Imperatores. 450.b	eorum criminationibus quid responderit Iouianus. <i>ibid.c</i>
Aquilus Seuerus scriptor Eccles. in Hispania. 582.c	Ariani insolentius agunt Constantinopoli. 417.e
Aquitania à Prisciliano polluitur. 454.d	Arianorum blasphemie. 281.e
Ara ad sacrificium dicata clandestinè Roma sub Theodosio. 617.b	Ariani Theodosium baptizare affectant. 408.c
Ara Victoria à Valentiano Romanis concessa. 312.c	Ariani Edesse à Iuliano exagitati. 13.e
Aram victoria restitui petiit Symmachus. 494.b	Ariani Concilium agunt in Galatia. 240.a
Aram victoria rursus Symmachus restituere tentat. 599.e.	Ariani vexant Nicopolitanam Ecclesiam. 241.a
600.b	Ariani procaces non valent edito Imperatoris cohiberi. 408.d.
Aram Victoria rursus petunt Gentiles. 580.c	quanta in Gregorium Nazianzenum. <i>ibid.e</i>
Ara Victoria quando sublata à Capitolio. 96.b	Ariani & alij heretici lege Theodosij cohibiti. 424.e
Ara Victoria Gentilibus redditur ab Eugenio. 657.e	Arianorum baptisma recipiebat Ecclesia. 735.a.b
Aram Victoria restituendam petiit Senatus nomine Symmachus. 495.a	Ariani inter seipos diuisi. 645.a
Ara Victoria ubi Roma. <i>ibid.</i>	Ariani studere obscurare miracula sanctorum martyrum. 545.e
Arberio iudex in causa aulicorum Constantij. 5.b	Ariani negant, & demones confitentur. 545.e. 546.a
Arbogastes Comes auctor necis Valentianiani. 652.e.	Ariani episcopi cum torque incedere soliti. 451.a
eius virtutes. 654.b	Ariani familiares Iustina provocant Ambrosium ad disputationem, illudunt ei, sed ipsi male perire. <i>ibid.d</i>
Arbogastes aliquando amicus S. Ambrosij. <i>ibid.a.</i> cuius rei causa vincere solitus. <i>ibid.</i> idem genere Francus. <i>ibid.b</i>	Arianorum obstinatio in sanctorum negandis miraculis perstringitur. 536.d. eorum detegitur malitia. <i>ibid.</i> 537.b
Arbogastes cum Eugenio in bello Praefectus. 687.b	Ariani miracula comprobantem hominem à demone obsessum mergunt in piscinam. 546.c
Arbogastes exitus. 692.b	Ariani duobus Ambrosium ludentibus quid acciderit. 451.e
Arcady atas tempore obitus patris. 729.c	Arianorum effrenata audacia, & furor contra Catholicos. 417.a
Arcadio praepotorem Christianum Theodosius querit. 487.b	Ariani ecclesias pelluntur à Theodosio. 418.d.
Arsenium diaconum à Damaso missum obimet. <i>ibid.</i>	vrbe egrediuntur. <i>ibid.e</i>
Arcadius appellatus Augustus. <i>ibid.a</i>	Arianorum dolor ob templum Gregorio datum à Theodosio. 419.d
Arcady etas. <i>ibid.a</i>	Arianorum sub Iuliano in Athanasium persecutio. 94.d
Arcadium coram magistro sedentem stare sine insignibus cogit Theodosius. <i>ibid.b</i>	idem edito Iuliano solum mutat. <i>ibid.e</i>
Arcady & Bantonis Consulatus. 504.e	Arianorum ritus glorificandi Patrem per Filium. 293.e. 294.b
Archia Romana iacturam passa. 430.e	Arianorum erroris confutatio. 236.e
Areopolis terrae motu prostrata. 186.d	Arianorum crudelitas in Catholicos. 237.a
Arethusa Syria quid in Christianos. 64.e. d.	Arianorum persecutio aduersus Aegypti monachos. 339.b
quid in Marcum. <i>ibid.</i>	Ariani sanore Imperatorum haeresim propagarunt. 217.c
Ariana haeresis potentia Imperatoris praeualet. 191.a	Arianorum persecutio qualis. <i>ibid.d</i>
Ariana haeresis diuersis capitibus sibilans. 393.b	Ariani Antichristum inuenerunt. 218.a
Arianorum diuersa secte. <i>ibid.</i>	Arianos idololatriis simillimos fuisse. 516.a
Arianorum conciliabulum aduersus Semiarianos. 195.e	Ariani conuenienti facultatem facit Valentianus. 517.c
Arianorum in Gregorium Nazianzenum contumelia. 401.a. & seq.	Ariani post obitum Athanasij grassantur in Ecclesiam Alexandrinam. 333. d. 334. 335
Arianorum mos fuit partes suas secularibus viribus defendere. 217.b	Ariana haeresis in Ecclesia Mediolanensi progressus ante Ambrosij ordinationem. 373.c
Arianorum & Catholicorum differentia in Ecclesia propaganda. <i>ibid.</i>	Arianus quid ad fidem rectam conuertitur miraculo viso. 523.b
Arianorum fallacia, & errores. 218.b	Arianorum Synodus in Galatia. 240.a
Ariani Concilium generale petunt. 422.a	Ariani quid commiserint in Ecclesia Constantinopolitana post Eudoxij obitum. 243.c. sub Valente. 244.c
Ariani extra vrbem conuentus agunt. 424.e	Ariani ab Oriente pulsi, in Occidentem ad Iustinam veniunt. 288.a
Ariani à Theodosio exagitati ante expeditionem in Maximum. 569.d	Ariani dant penas impietatis. 5.d
Ariani comburunt domum Nectarij Episcopi Constantinopolitani. 573.b	Ariana femina quid in Ambrosium ausa. 421.c
Ariani in Ambrosium concitant Imperatorem. 538.b	à Deo punita. <i>ibid.d</i>
multa ei per calumniam obiciunt. 539.b	Ariani Episcopi recantant palinodiam sub Iouiano in Concilio Antiocheno. 164.d
Ariana haeresis paucos Occidentis Episcopos labefecit. 408.a	Arianus homo captus relaxatur. 540.d
Ariani enecant baptisate filium Valentis Imperatoris. 249. b. & seq.	Ariani lege Valentianiani, immo Iustinae, permisi liberè agere. 517.c
Ariani vexant Antiochenos. 254.e	Ariani à Iuliano restituti. 7.b
Ariani fauore Iustina tumultuari ceperunt. 421.d.	Ariani hominis conuersio. 523.b
agunt apud Gratianum de cogendo Concilio. 422.a	Ariani lapidant Gregorium Nazianzenum, trahunt ad tribunal. 401.a
Ariani detrahunt hymnis sacris ab Ambrosio scriptis. 539.c	Arianorum persecutio acerbissima in Oriente. 280.c
Ariana haeresis rituli. 393.b	Arianorum blasphemie. 281.c
Ariani lege Gratiani perstriciti. <i>ibid.</i>	Ariani persequuntur Macedonios & Nouatianos. 194.a
Ariani Macedonios exagitant sub Valente. 194.c	Ariani Antiochie summa rerum poterantur sub Iuliano. 48.a
Arianos perstringit Nazianzenus. 192.a	Ariani cupiunt videri Catholici. 164.d
Ariani non solum Catholicos, sed hereticos etiam secum non sentientes sub Valente insectantur. 194.a	Ariani Episcopi prostantes fidem Catholicam permisi agere in suis ecclesiis. <i>ibid.e</i>
Ariani commouent Gentiles in Athanasium. 94.d	
Ariani Athanasio in sensum reddere Iouianum conantur. 165.a.	

I N D E X.

Ariani quid Constantinopoli in Catholicos sub Demophilo. 243.b	Athanasius Alexandria contra Arianos Concilium conuocat. 75.a. eiusdem Synodalis epistola. 80.a
Arianorum scelera in sacras virgines & alios. 244.d.	Athanasij ad Liberium epistola. 84.c
eorundem sententia. 245.c	Athanasij epistola ad Ruffinianum. 85.b
Ario & Eunnio anathema dicitur in Synodo Damasti. 351.e	Athanasius rursus persecutionem patitur ab Arianis. 94.e
Arius maior familiaris Augusti. 96.b	<i>ibid.</i>
Arius Iuliano carus. <i>ibid.</i>	Athanasius fuga lapsus eludit quereutes se. 95.d
Arianum rus Gregorij Nazianzeni. 33.d	Athanasius vaticinatus de proximo obitu Iuliani. <i>ibid.c</i>
Ariminensis Concilij res gestae. 178.c	Athanasius quid passus à Iuliano. 96.f
Ariminensis praua confessio lege Iustinae concessa. 518.d	Athanasius persequitur gloriosior. 97.a
Arintheus dux Catholicus praesio est Catholicus. 242.c	Athanasius clam Alexandriam redit. 95.f. 161.b. pro reuera fidei defensione laborat. 161.b
Arintheus dux exercitus Valentis. 234.e	Athanasius à Iouiano restituitur. <i>ibid.</i>
Arintheus Consul Christianus Catholicus. 313.d	Athanasius percarus Iouiano. <i>ibid.</i>
laudatus à S. Basilio. <i>ibid.e</i>	Athanasius scribit ad Iouianum libellam fidei. 161.e
Armenia Ecclesias Basilium visitat. 283.c	Athanasij epistola siue libellus fidei ad Iouianum. <i>ibid.</i>
Armenus Priscilianista occisus à Maximo. 512.c	emendatur in exordio. 162.e
Armorici sedibus pelluntur à Maximo. 480.d.	Athanasius creato Iouiano Synodum Alexandria conuocat. 161.d. & fidei confessionem ad Imperatorem mittit. <i>ibid.e</i>
eorum regio Britannis data. <i>ibid.</i>	Athanasius ab Euzoio & Lucio Arianis Episcopis exagitatus. 165.a
Araces Rex Armenia captus à Sapore & male habitus. 257.c	Athanasius vocatus ab Imperatore venit Antiochiam. <i>ibid.a.b</i>
Araces Rex Armenia Christianus à Iuliano despicitur. 125.c. e	Athanasium Ariani Imperatori criminantur. <i>ibid.a</i>
Arfacius Pontifex idolorum in Galatia. 115.c.	Athanasium defenditur à populo contra Valente. 235.e
ad eum Iuliani epistola. <i>ibid.</i>	Athanasius fuga euasit persecutionem Valentis. 236.b
Arfenius diaconus Romana Ecclesia missus à Damaso ad Theodosium, magister datur Arcadio. 487.b. stans docebat Arcadium. <i>ibid.</i> eam ob causam à Theodosio reprehensus. <i>ibid.</i>	Athanasium agit apud Damasum de damnatione Auxontij. 224.c
Arfenius recedens ab Arcadio perire eremum. <i>ibid.d</i>	Athanasium ad suam Ecclesiam redire iubet. Valens. 236.c
Arfenij vis a emendatur. <i>ibid.c</i>	Athanasius mirè ab Arianis metuatur. <i>ibid.e</i>
Arfenij laudes. 507.d	Athanasius defenditur à populo, ne expellatur Alexandria. 235.e
Artabius Praefectus. 8.a	Athanasius latebras captat. 236.b
Artemisia vxoris Theodori viri clarissimi calamitas. 263.a	Athanasius ad suam Ecclesiam redire iubetur. 236.c
Artemius martyr Antiochia. 41.e	cur non sicut alij exulauit. 237.b
Artemius miles sub Constantino & dux Augustalis sub Constantino. <i>ibid.</i> & 42.a	Athanasius excommunicat Praefectum Libya. 261.a
Artyritatum haeresis. 360.e	Athanasij & Basilij labores pro Ecclesia. 275.e
Aruspices adulantur Iuliano. 127.e	Athanasius mittit Petrum Alexandrinum ad conciliandum Alexandrinam Ecclesiam. 276.a.b
Aruspices admovent Iulianum. 130.e. 133.c	Athanasius Basilij opera vitatur in rebus magni momenti. 282.e. 283.b
Aruspina à Valentiano concessa, sine magia. 312.c	Athanasij officia erga Basilium. 282.e. 283.b
Aruspices frequentant Iulianum. 14.c	Athanasius scribit ad Basilium de lapsis recipiendis. 283.b
Ascalonita Gentiles sequuntur in Christianos. 63.a	Athanasius cur aduersus Basilium commotus. 287.d
Ascalone incensa Ecclesia à Iudaeis sub Iuliano. 118.c	Athanasius gratè suscipit Melaniam, donat ei pellem ouinam. 322.e
Asclepiades philosophus creditus causa incendij Daphnitici templi. 43.d	Athanasius impugnavit Apollinaristas. 354.d
Ascodrogitarum haeresis. 360.e	Athanasij scripta. 332.e. magna auiditate querenda. 333.a
Ascodrogitarum haeresis. <i>ibid.</i>	Athanasij librum Apollinarista corruperunt. 356.c
Astella virgo sanctissima. 471.a	Athanasius agit causam pro Paulino apud Damasum. 328.a
Astella familia in Vrbe clara. 657.a	Athanasius frumenti deportatione impedisse accusatur. 412.b
Asterius magnus Orthodoxus. 257.b	Athanasij obitus. 331.e. eius laudes & scripta. 332.c. e
Asterius cum Eusebio legatus ex Synodo Alexandria. 80.a	Athanasio Petrus in Ecclesia succedit. 333.b
Asterij sophista Episcopi Ariani interitus. 258.c.	Athanasius Episcopus Ancyra interfuit Concilio Antiocheno sub Iouiano. 164.c
eius scripta. <i>ibid.e</i>	Athanasius Ancyranus qualis. 288.a. eius laudes à Basilio praedicata. <i>ibid.b</i>
Athanasius bellum gerit aduersus Phritigernem. 265.e	Athanasius Episcopus Ancyra interfuit Concilio Tyanensi. 183.a
Athanasius Gentilis idololatra statnam adorandam super currum collocat. 266.e	Athanasij Ancyranus laudes. 288.a
Athanasius Rex Gothorum persequitur Christianos. 265.a. 266.d. 268.a	Attalus presbyter haeticus. 450.e
Athanasius victus virtute Crucis. 268.d	Attalus Arianus damnatur in Concilio Aquileiensi. <i>ibid.b</i>
Athanasius Rex Gothorum pacè componit cū Valente. 234.d	Atticè loqui vetiti Christiani à Iuliano. 111.b
Athanasius Rex Gothorum quado obiit. 424.e. funus eius. 425.a	Auaritia clericorum cohibita lege Valentianiani. 268.e
Athanasij reditus Alexandrinum. 73.b	Audentius Hispanus scripsit aduersus Bonifanos. 606.d
Athanasius rediens magna pompa suscipitur. <i>ibid.d.e</i>	Audeus haeresiarca. 268.c. eius errores. <i>ibid.d</i>
Athanasius Episcopus Alexandrinus à Iuliano liberatus. 6.d	Audiani heretici in Gorbia. 268.c
Athanasius cum redit Alexandriam, Concilium conuocat. 75.a. 77	Auemius Episcopus Sirmienis creatur ab Ambrosio. 421.c
Athanasius diffensiones Catholicorum de substantia & hypostasi conciliat. 78.e	Augurinus vacare vetitum. 463.e
Athanasij probatio fidei ad Liberium Papam. 84.a	Augurinus impugnat Ticinum. 214.e
Athanasium Arianis Alexandria discedere cogunt sub Iuliano. 94.d.e	Augustinus Roma quid de Romanis scholis & Carthaginiensibus. 273.b

I N D E X

Augustinus cur Romae studii operam dederit. ibid.c
Augustini natalis dies. 377.b. patris obitu. ibid.c
Augustini educatio, & a pietate discessio in Manicheos. ibid.b
de eius futura conversione praecedens visio. ibid.d
Augustinus Manicheorum auditor. ibid.b. eorum dolis Carthagine inductus. ibid.c
Augustini conversio in somnis patri significatur. ibid.d
Augustini conversionis signa diuinitus data. ibid.
Augustini conversio matris lachrymis adscripta quodammodo. ibidem.
Augustinus Roma licet apud Manicheos, haud Manicheus. 492.c
Augustinus in quibus minor Hieronymo. 464.b
Augustinus desperat de Manicheis. 492.a
Augustinus Carthagine docens quae passus. ibid.
Augustini Romam aduentus. ibid.
Augustinus Manicheorum imperitiam agnoscit. ibid.
Augustini Romam veniendi consilium. ibid.b
Augustinus Carthagine discedit matrem fallens. ibid.b
Augustinus Roma apud Manicheum diuertitur. ibid.c
cum Manicheis versatur. ibid.
Augustino falso adscripti sermones ad fratres in eremo quales. 464.e. 508.c
Augustinus in Heliopoli scriptis nonnullis proficit. 493.d
Augustinus Roma rhetoricam docet. ibid.
Augustinus Mediolanum proficiunt. 501.a
eius professionis causa. ibid.c
Augustinus ab Ambrosio suscipitur. ibid.
Augustinus Ambrosium audit libenter. ibid.d
Augustinus Manicheis renunciat, ut Academicis adhaereat. ibidem.
Augustinus ex concubina filium habuit. ibid.e
Augustini aetas. ibid.b
Augustini aetas. 506.a
Augustini respicientia ab erroribus. 502.b
Augustinus orat coram Valentiniano. 504.e
Augustinus scholam deserit. 505.e. libros contra Academicos, de ordine, de vita beata, & saluatiua scribit, item de immortalitate animae, & de disciplina. ibid.
Augustinus panem yricum dicit inuente Consulatum Bautone. 504.e
Augustini status, cum Mediolani erat. ibid.
Augustinus cupiditatem fluctibus iactatus. 505.a
Augustinus disputat de finibus bonorum & malorum. ibid.c
Augustinus Platoni nimium tribuisse panituit. ibid.
Augustinus Simplicianum adit. ibid. vitam Antonij a Positano discit. ibid.d
Augustinus ad fidei veritatem animum applicat. 502.d
Augustini conversio. 505.e. tempus conversionis. 506.a
Augustinus quando Mediolanum reuersus post conversionem. ibidem.
Augustinus secedit in villam. 505.e. quae ibi scripsit. ibid.
Augustinus quanti fecerit S. Ambrosium. 575.a
Augustini nomine sermo commentarius confutatur. ibid.
Augustinus rediens Romam quae ibi scripsit. 576.a
Augustinus cum Alipio & Euodio conditum vite genus excoluit. 589.b
Augustini baptismi tempus. 573.c
Augustini & sociorum baptismus. 574.c
Augustini in Africam reditus. 586.b. 588.a. 589.b
Augustino vnde argumentum suppeditatum ut scriberet de diuinatione demonum. 607.d
Augustinus cur scripsit de bono coniugali, cum oppugnaturus esset postea Iouinianum. 635.d
Augustinus inchoat presbyteratu. 645.d. vbi illi adhibita a populo. ibid.e
Augustinus monasterium instituit. 646.a
Augustinus auctor monasticae institutionis in Africa. ibid.
de erigendo monasterio oblata occasio. ibid.c

Augustinus quot annis mansit in presbyteratu. 647.a
Augustinus petiit a Valerio orium, ut vacet diuinis litteris. ibidem.
Augustini libellus ad Valerium de concedendo tempore vacationis. ibid.
Augustinus altitudinem diuinae Scripturae mensus, non facile peritiam intellexit. 648.d.e
Augustinus quae scripsit ante presbyteratum. ibid.d
Augustinus exagitat Manicheos. 649.e
Augustinus agit de corrigendis prauis moribus Africana Ecclesiae. 650.a
Augustinus fidei uentus pro debito confugiente ad ecclesiam, ipse collecta indicia soluit. 661.c
Augustini disputatio contra Fortunatum. 662.a
Augustinus exagitat successorem Fortunati. ibid.e
Augustinus consiliarius Carolicis aduersus Donatistas psalmi cantico. ibid. eius scripturae tempus. ibid. & 663.b
Archelaus Comes laborat pro concordia Ioannis cum Epiphania. 676.c
Augustinus in Concilio Hippoensi quale specimen edidit. 682.d
Augustinus impellitur in sanctum Hieronymum. 706.d. reprehendit non pro uocatus scripta ipsius. ibid. admonetur a S. Hieronymo de cauendis Origenis erroribus. 707.a
Augustini reprehensionis littera ad Hieronymum intercepta, & vulgata. ibid.d
Augustini littera vulgata ubique, non nisi post annos duodecim reddit a Hieronymo. 709.a
Augustinus a Hieronymo nunquam charitate diuisus. 710.a
Augustini cum Hieronymo amicitia in dies magis aucta. 710.a.c
Auitus monachus in Syria celebris. 259.a
Aulici Constantij quae passus a Iuliano. 5.a
Aulici Iuliani Christiani persecutionem passus. 17.e
Aurelius diaconus Carthagini, postea Episcopus. 588.d
Aurelius ex diacono factus Episcopus Carthaginensis. 588.d. agit cum Augustino de restituenda disciplina in Ecclesia Africana. ibid.e
Aurelius Episcopus communicans schismaticis Roma punitus. 310.e
Aurelij Episcopi Carthaginensis littera commenticia. 365.b
Aurelius quando factus est Episcopus Carthaginensis. ibid.d
Aurelia Christianus adit S. Hilarionem. 62.a
Ausonij Galli Consulatus. 404.d
Ausonius Gallus anni sui Consulatus bona praedixit. 405.a
Ausonius Gallus laudator Paulini. 712.d
Ausonius prouocat Paulinum uersibus. 713.c.e. & seq.
Ausonius Christianus. 715.b
Auxentius Mediolani exagitur ab Hilario. 216.c. eius artes fallaces. ibid.
Auxentius se det Mediolani fauente Valentiniano Imp. 218.c
Auxentius, licet Arianus, negat Arium, ut videatur Catholicus. ibid.e
Auxentij libellus fidei dolosus. 219.a
Auxentij fallacia ab Hilario detecta. ibid.d
Auxentius decipit populum Mediolanensem & Imperatorem. ibid.e
Auxentius quid in S. Hilarium. 218.c
Auxentius laetus de victoria insultat in Catholicos Episcopos. 222.b
Auxentius exagitat Eusebium Vercellensem. ibid.
Auxentius exagitat Philastrium Episcopum Brixianum. ibid.
Auxentius ab Enagrio exagitur. ibid.d
Auxentius a Concilio Romano damnatur. ibidem.
Auxentius in diuersis Conciliis saepe damnatur. ibid.e
Auxentius cur sero damnatus. 223.c
Auxentius nunquam expelli ualuit ab Ecclesia Mediolanensi, sed sedis usque ad mortem. ibid.e
Auxentij obitus. 362.c
Auxentij duo, senior, & iunior. 520.a.e
Auxen-

I N D E X

Auxentius iunior cur nomen mutauit. ibid.b
Auxentius ad publicam disputationem prouocat Ambrosium. ibid.e
Auxentius delegit iudices laicos. 521.b. eisdemq. Gentiles. 522.e
Auxentius armatur in Ambrosium. 535.e
Auxentius tertius collega Iouiniani haeresiarcha. 630.a
Auxentius omnia mouet in Ambrosium. 535.e

B.

Babylae reliquias Iulianus sportari iubet. 45.e. eorumdem celebris translatio. 46.a
Babylae reliquias mutum reddunt idolum loquax. 42.d. 44.b.e
Babylonius equus Iuliani interit. 127.e
Bacuri spectata in bello virtus. 689.c
Bagaiense Concilium Donatistarum. 697.d. 699.c
Episcopi qui interfuerunt. ibid.
ibi lata sententia in Maximianum pro Primiano. 699.e
Balio Comes occisus a Gratiano. 483.a
Balnea Anastasiana. 194.c
Baptismalis fons in Vaticano. 498.c
Baptismi virtus. 446.d
Baptismi uirtutem Massaliani negabant. 491.d
Baptismi dilatio usq. ad praesentem aetatem reprehensa. 380.e
Baptismo Ariatorum necatus filius Valentis Imperatoris. 249.b.e
Baptismum Photinianorum non recipit Ecclesia. 735.a.b.c
Baptismus ualeris Imperatoris per Eudocium Ariani. 188.e
Baptizare mortuos, haeresis Marcionitarum. 534.a
Baptizari pro mortuis quid. ibid.
Baptizandorum numerus ingens tempore angustia. 559.b
Barbam Iuliani carpunt Antiocheni. 38.d.e
Barbam laudat Iulianus. ibid.
Barba Iuliani. 39.e. 40.a
Barbari vniq. concurrunt in eadem imperij Romani. 170.a
Barbari Crucis uirtute deprepsi. ibid.
Barbari ad fidem perducti. 345.d
Barbari Moguniam inuadunt. 209.b
Barbari in Oriente grassati sub Valente. 375.d
Barbari insurgunt & praesentem, cum fides Catholica uolatur. 387.b. 388.a. 389.c. 391.b. 408.a
Barbari sponte se subiciunt Theodosio. 425.a. 426.a
Barbarorum egressus & consilia aduersus alios barbaros. 375.d
Barse Episcopi Edesse exilium & sanctitas. 306.e
sufficit lupus. ibid.b
Basilica Apostolorum Constantinopolis quado consecrata. 274.a
Basilica diuersa a templis, illa permessa Gentilibus, haec uetita. 479.a
Basilica S. Pauli a Valentiniano constructa, de hac Prudentij aliquot uersus. 527.b. 528.a
Basilica Sicinini. 200.d
Basilius Ancyrae martyr. 35.a
Basilius Ancyranus duo. ibid.c
Basilius Casariensis a Iuliano accersitur. 10.c. in fidei defensione acriter ei resistit. ibid.e
Basilius ad Iulianum epistola fragmentum. ibid.
Basilius fidei assertio per epistolam ad Iulianum. ibid.
Basilius monachi se ab eremo alienant. 28.d
Basilius uita instituit. ibid.
Basilius peregrinatio. 29.a
Basilius inchoat presbyteratu. ibid.b
Basilius quae passus ab Eusebio Episcopo Casarea. 29.e
Basilius & Gregorius proficiuntur in eremum. 30.b. secessionis causa. 31.e
Basilius uita monastica instituit. ibid.
Basilius fuga in Pontum. ibid.a
Basilius de uita sua epistola. ibid.a
quid ibi de uita monastica inuenda ratione. ibid.b

Basilius in eremo accepit litteras a Libanio. 32.a
Basilius Gregorium uocat ab eremo Pontica. 34.b
Basilius cum Gregorio iocis salsi. 33.e
Basilius & Gregorius locus eremi. 34.c. 146.d. 147.d
Basilius & Gregorius professionis in eremum tempus. 35.a
Basilio Magno adscribitur inuicem Iuliani. 136.e. eiusdem uisio de Iuliani interitu. ibid.
Basilius cum Libanio congressus omnino falso asseritur. 143.b
Basilius cum Gregorio destinatus ad necem a Iuliano. 145.e
Basilius scorsum a Gregorio degit in eremo. 147.b
Basilius mater curam gerit filij agentis in eremo. ibid.g
Basilius & Gregorius in eremo uita ratio. 146.c. 147.a.c. 148.c. mutus amor. ibid.
Basilio agrotanti Gregorius explicat psalmos. 149.a
Basilius ad Deum exclamatio de eius in nos beneficiis. ibid.
Basilius & Gregorius in eremo distincta officia. ibid.b
Basilius quanti fecerit Gregorium. ibid.e
Basilius a Libanio laudatus & in magno honore habitus. 150.a
Basilius ad Libanium epistola. ibid.a.c
Basilius discipulus olim Libanij. ibid.d
Basilius Libanium obseruat. ibid.
Basilius eloquentia excellens. ibid.a.b.c
Basilius quae passus a Neocaesariensibus. 151.a
Basilius Apologia aduersus calumnias Neocaesariensium & Sabellianorum. 152.d
Basilius calumniam patitur ob collectos monachos. ibid.
Basilius accusatur ambitus Episcopatus. 153.b
Basilius collegit monachos. ibid.e
Basilius regula uita monastica ceterarum fontes. 155.b
Basilius illustrator uita monastica. ibid.a
Basilius Lampacum ad Synodum uocatus. 174.d
Basilius scribit litteras ad Synodum Tyancensem de inuenda concordia cum Eusebio Episcopo Casarea. 183.a
Basilius & Gregorius uocantur ex eremo ob persecutionem Valentis. 189.c
Basilius opera Gregorius ab eremo abstrahitur. 191.c
Basilius certamen inuit aduersus haereticos. 192.c.e
Basilius Gregorium sibi socium adsciuit in oppugnandis haereticis. ibid.e
Basilius quomodo se habuit cum Eusebio. 193.a
Basilius qualis in functionibus Ecclesiasticis. 193.c. explicat diuinam Scripturam. ibid.
Basilius Eunomium scriptis exagitat. 195.a
Basilius epistola de formica natura quando scripta. ibid.
Basilius tempore famis quid egerit. 207.c
Basilius patrimonium erogant in pauperes. 208.a
Basilius succedit Eusebio Episcopo Casarea. 226.b. 227
Basilius ingressus in sedem tempus. 226.c
Basilius quamdiu in Episcopatu sederit. 227.a. non sine miraculo Episcopatus ordinatus. ibid.b
Basilius officia erga Eusebium. ibid.c
Basilius fugam arripit, ne eligeretur. ibid.
Basilius ad Gregorium epistola post fugam data. ibid.c
Basilius ad Gregorium epistola de electione persona sua in Episcopum. ibid.
Basilius, ne eligeretur, agritudinem simulat. 228.a
Basilius laudes ex epistolis Gregorius senioris. 229.b
Basilius non sine contradictione creatur Episcopus. 230.e
Basilius aduersarij ministri Valentis Imp. 231.b. patitur persecutores ab exordio. ibid.
Basilius quomodo uicerit aduersarios. ibid.e
Basilius creat presbyterum Petrum fratrem suum primo anno sedis sua. 232.a
Basilius matris obitus. ibid.
Basilius fratres decem. ibid.a.e
Basilius littera ad Eusebium Samosatenum exultantem. 239.e
Basilius epistola de Phortano haeretico. 241.a
Basilius Nicopolianos ab Arium uersatos horretur. ibid.e
Basilius praedicat Nicopolitani tranquillitatem futuram. 242.a
Basilius



I N D E X.

Basilium dira laborans egritudine non relinquit Ecclesia curam. <i>ibid.d.</i> mortuus creditur. 243.a	Basilij defensio ab auctore perspicuo declarata. <i>ibid.a.</i> 292. & seq.
Basilij certamen aduersus Valente. 246.e	Basilij in concionando discretio: aliqua tacuit ad tempus. 292.e
Basilij cum Modesto Praefecto constitutio. 247.c	Basilij cum Gregorio in concilio. 293.b
Basilij mira constantia. <i>ibid.e.</i> vincit Modestum. 248.b	à Gregorio laudatur. <i>ibid.</i>
Basilius quid in ecclesia cum Valente. <i>ibid.c</i>	Basilius in scriptis aduersus Eunomium à multis impugnatus, à pluribus defensus. <i>ibid.c</i>
Basilio decernitur exilium. 249.a	Basilius qua in re accusatus fuerit heresis. <i>ibid.d</i>
Basilius Modestum Praefectum sanat. <i>ibid.c</i>	Basilius in hymno glorificationis, cum pro, & vsus. <i>ibid.</i>
Basilius quid in Demosthenem principem coquorum Valentis. 250.b	Basilium in hymno glorificationis secuti sunt plures. 294.e
Basilij miracula. <i>ibid.a.b</i>	Basilius agrotans vsque ad obitum. 295.e
Basilius inuito Valente remanet in sua Ecclesia. <i>ibid.e</i>	Basilius malis pressus Athanasium litteris interpellat. <i>ibid.</i>
Basilium Epbram conuenit diuinitus monitus. 251.b	Basilius pressus calumniis Greg. Nazianzenum accersit. 296.b
Basilij cum S. Epbram Syro congressus. <i>ibid.</i>	Basilij altercatio cum Anthimo Episcopo Tyanensi. <i>ibid.d</i>
Basilij cubiculum seruantur apparitores Eusebij. 252.c	Basilij & Gregorij in praedicatione partita munera. <i>ibid.c</i>
Basilius coram Eusebio Praefecto sistitur. <i>ibid.d</i>	Basilius nouos Episcopos creat in Cappadocia. 297.c
Basilij certamen cum Eusebio Praefecto causa viduae seruata. <i>ibid.a</i>	Basilius curat praeficere sedi Sasimorum Gregorium. <i>ibid.d</i>
Basilius ignominia affectus ab Eusebio. <i>ibid.d</i>	Basilium acriter accusat Gregorius ob Sasimorum Praefecturam sibi delatam. 298.a
Basilius expoliari iubetur à Praefecto. <i>ibid.e</i>	Basilius laudatur à Gregorio. 299.e
à populo liberatur. <i>ibid.</i>	Basilio expositulatur litteris Gregorius. <i>ibid.d</i>
Basilius seruat Eusebium Praefectum à nece. 253.a	Basilius praesidio duci Christianorum se suosq; defendit. 313.e
Basilius consolatus est litteris Antiochenos dira passos à Valente Imp. 259.e	Basilius aliam legationem ad Occidentales mittit. 314.b
Basilius agit apud Athanasium pro pace Ecclesiae. 260.c	item quartam. 317.d
Basilium commendat Athanasium, quod Praefectum excommunicasset. 261.b	Basilius quantum Damaso deferret, & Ecclesiae Occidentali. 314.e
Basilij & Athanasij labores pro Ecclesia. 277.a	Basilius deserit Eustathium Occidentales. 317.e
Basilij legatio ad Occidentales. <i>ibid.c</i>	Basilius ex calumniis aduersariorum male audire cepit apud Damasum, & alios Occidentales. 315.e
Basilius inuenitur causam Meletij aduersus Paulinum. <i>ibid.b.</i> & seq.	Basilius se excusat de communicatione cum Apollinari. 316.a
Basilius pro curanda legatione ad Occidentales litteras Meletij & Eusebij requirit. <i>ibid.e</i>	Basilius rogat Damasum vt damnet Apollinarem. <i>ibid.</i>
Basilium monendum censet Rom. Pontificem, ne sine litteris Catholicorum ex Oriente Romam venientibus communicaret. 279.e	Basilius suggerit Damaso de Paulino Antiocheno, & de Marcelli Ancyranis causa. 316.d.e
Basilius de quibus admonet Romanum Pontificem. <i>ibid.d.e</i>	Basilius magno dolore affectus, cum sentit Damasum à se alienatum. 317.c
Basilij legatio & litterae ad Occidentales. 280.a	Basilij epistola ad Damasum & alios Occidentales. <i>ibid.e</i>
Basilius visitat Armenia Ecclesias. 283.c	Basilius falsè accusatur Rom. Pont. <i>ibidem c.</i> & suspectus Occidentales. 319.e
Basilius recipit Eustathium cum professione fidei Catholica. 283.e. 284.b	Basilius purgat se Romano Pontifici. 318.d
Basilij excusatio ob exceptum Eustathium. 284.b. 285.c	Basilij confessorio de vnitatē & charitate tenenda. 319.c
Basilij communionem respicit Theodorus Episcopus Nicopolis in Armenia. 284.e. 285.c	Basilius petit à Damaso mitti legatos in Orientem. <i>ibid.e</i>
Basilij epistola ad Theodotum de reb. gestis cū Eustathio. 285.d	Basilij cum Damaso & aliis Occidentales contentio absque communionis iactura intercessit. <i>ibid.</i>
Basilius vindique exagitat calumnias. 286.b	Basilius fugillat Occidentales. 320.a
male audire cepit etiam apud suos. <i>ibid.</i>	Basilij obiectio de fastu Rom. Ecclesia diluitur. 322.a
Basilij fame detrimento fuit Eustathius. <i>ibid.</i> 316.a	Basilium fastus arguit Gregorius Nazianz. <i>ibid.b</i>
Basilius ne ira percitus scriberet, triennio nihil scripsit. 286.c	Basilij morbus. 324.b
Basilij admiranda patientia. <i>ibid.c</i>	Basilius consolatus Alexandrinos in persecutione Lucij. 343.e
Basilius accusatur heresis Apollinaria. <i>ibid.e.</i> quomodo se excuset, quod communicauerit cum Apollinari. 287.a	Basilius quid humani passus considerans persecutionem Alexandrinae Ecclesiae. 344.a
Basilium male audit apud Athanasium Ancyranum. 287.c. 288	Basilij alia littera ad Occidentales. 359.c
Basilius à Neocaesariensibus suis hereticus habitus. 288.d	Basilij iusta expositulatio cum Occidentales. <i>ibid.e</i>
Basilij facilitas in deponendis offensione. <i>ibid.c</i>	Basilius epistola consolatur monachos à Valente exagitados. 370.b
Basilius semper & ab omnibus habitus Catholicus ante calumnias illatas. <i>ibid.e</i>	Basilius scribit ad Ambrosium. 371.b. eiusdem cum Ambrosio necessitudo. <i>ibid.e</i>
Basilij defensio aduersus calumniatores suos. <i>ibid.d</i>	Basilius corpus S. Dionysij ad Ambrosium misit. <i>ibid.</i>
Basilius dum confutat Sabellium, trium deorum accusatur asfessor. 289.a	Basilius quid ad Euaissenam Ecclesiam. 377.d
Basilius accusatur heresis de Spiritu sancto. 289.a. 291.d.	Basilij Magni obitus. 382.a
scribit libellum de fide. 289.d	Basilij morientis res gestae. <i>ibid.b</i>
Basilius oppressus calumniis de omnibus dubitare cogitur. 290.a	Basilij finis. <i>ibid.e.</i> è celo orat pro his qui agunt in terra. 383.a
Basilius deplorat suas erumnas. <i>ibid.</i>	Basilij obitus quanto dolori fuerit Gregorio Nazian. <i>ibid.a.b.</i>
Basilij doctrine iuges exploratores. <i>ibid.c</i>	quid de obitu Basilij Gregorius Nazianzenus. <i>ibid.</i>
Basilius rursus heresis accusatur. <i>ibid.e.</i> admonet eum Gregorius Nazianzenus. 291.a	quid S. Epbram Syrus. <i>ibid.e</i>
Basilius in conuicio accusatur heresis, sed defenditur à Gregorio. <i>ibid.b</i>	Basilio concionanti suggerentem sermonem columbam vidit Epbram. 384.a

Basilium

I N D E X.

Basilium omnes imitari cupidi. 384.b. hinc Basilij multi. <i>ibid.c</i>	Basilij scripta. <i>ibid.d</i>
Basilium ad quem Ioannes Chrysostomus scripsit librum de Sacerdotio. 477.b	Basilij Magni longè diuersus ab eo ad quem Ioannes Chrysostomus scripsit librum de Sacerdotio. <i>ibid.d</i>
Basilij regula monachorum cum Gregorio elucubrata. 384.e	Basilij vita scripta ab Helladio. 385.a. qua Amphilochoj nomine fertur spuria. <i>ibid.</i>
Bellerophon: eius morbus monachus calumniosè à Gentilibus adscriptus. 714.e	Bellum Gothicum sub Valente triennale. 188.b
Bellum Gothicum sopitum. 234.d	Bellum inter Persas & Romanos. 134.c
Belli Persici apparatus. 123.b	Belli aduersus Eugenium religiosus Theodosij apparatus. 683.a. & seq.
Bellus apparatus Eugenij. 683.d	Belli tempore non affligendi populi. 684.c
Belli apparatus quales esse debeant. <i>ibid.</i>	Bellum Theodosij aduersus Eugenium, in quo pietas aduersus impietatem dimicat. 687.a. & seq.
Bellum aduersus Maximum, & Theodosij apparatus. 568.a.	Bello decernit Theodosius cum Maximo. 570.c
d. 569	Bella aduersus impios quo modo Christus gerat. 340.e
Bello decernit Theodosius cum Maximo. 570.c	Belli caedes non omnino sine aliquo piaculo. 694.d
Bella aduersus impios quo modo Christus gerat. 340.e	Bellorum & cladum causa heresis & impietas. 387.b
Belli caedes non omnino sine aliquo piaculo. 694.d	Benedicta martyri Roma sub Iuliano. 98.d
Bellorum & cladum causa heresis & impietas. 387.b	Benenolus egregius confessor sub Valentiniano & Iustina. 518.d
Benedicta martyri Roma sub Iuliano. 98.d	Beræensis adolescentis confessio egregia coram Iuliano. 127.a
Benenolus egregius confessor sub Valentiniano & Iustina. 518.d	Beræensis cuius libertas in filio apostata vituperando coram Iuliano. <i>ibid.</i>
Beræensis adolescentis confessio egregia coram Iuliano. 127.a	Byrithi ecclesia sub Iuliano incensa. 118.c
Beræensis cuius libertas in filio apostata vituperando coram Iuliano. <i>ibid.</i>	Berthela pagus apud Gazam. 62.c
Byrithi ecclesia sub Iuliano incensa. 118.c	Bibiana martyri Roma sub Iuliano. 98.d
Berthela pagus apud Gazam. 62.c	Bibliothecam Constantinopolitanam curat Valens. 348.e
Bibiana martyri Roma sub Iuliano. 98.d	Bibliotheca Georgij Episcopi Ariani. 73.a
Bibliothecam Constantinopolitanam curat Valens. 348.e	Blanditiis Iulianus agit. 11.b. 13. & seq.
Bibliotheca Georgij Episcopi Ariani. 73.a	vide Persecutio.
Blanditiis Iulianus agit. 11.b. 13. & seq.	Blessilla virtus. 469.e
vide Persecutio.	Blessilla epitaphium, quod extat, cuiusnam sit. 470.a
Blessilla virtus. 469.e	Blessilla senior mater S. Paule. 469.b
Blessilla epitaphium, quod extat, cuiusnam sit. 470.a	Blessilla iunior filia S. Paule. <i>ibid.</i>
Blessilla senior mater S. Paule. 469.b	Blessilla spectata virtus. 469.e
Blessilla iunior filia S. Paule. <i>ibid.</i>	Blessilla alia item Christiana. 470.b
Blessilla spectata virtus. 469.e	Boas insula locus exilij. 5.c
Blessilla alia item Christiana. 470.b	Bona ablata à templis deorum, sunt data Theodosij iussu pauperibus. 614.e
Boas insula locus exilij. 5.c	Bona relinquij clericis à viduis vetuit Theodosius, sed eam legem reuocat. 636.e. 637.d
Bona ablata à templis deorum, sunt data Theodosij iussu pauperibus. 614.e	Bona relinquij clericis vetitum legibus imperatoris. 268.e.
Bona relinquij clericis à viduis vetuit Theodosius, sed eam legem reuocat. 636.e. 637.d	270. 271.a
Bona relinquij clericis vetitum legibus imperatoris. 268.e.	Bonosiani heretici. 606.d
270. 271.a	Bonosius hereticus. <i>ibid.b</i>
Bonosiani heretici. 606.d	Bonosii plures. <i>ibid.e</i>
Bonosius hereticus. <i>ibid.b</i>	Bonosius Segestanus. <i>ibid.</i>
Bonosii plures. <i>ibid.e</i>	Bonosius Hieronymi collactaneus. 324.c
Bonosius Segestanus. <i>ibid.</i>	Bonosius Aquileiensis monachus. 325.a
Bonosius Hieronymi collactaneus. 324.c	Borbitorum heresis. 360.e
Bonosius Aquileiensis monachus. 325.a	Bosphorij Episcopus Colonia promotor Gregorij Nazianzen. 301.e. ei succenset Gregorius. <i>ibid.</i>
Borbitorum heresis. 360.e	Bostreni à Iuliano excitantur in Titum. 65.e.
Bosphorij Episcopus Colonia promotor Gregorij Nazianzen. 301.e. ei succenset Gregorius. <i>ibid.</i>	Iuliani ad eos littera. 65.e
Bostreni à Iuliano excitantur in Titum. 65.e.	Bostrenorum Episcopi persecutio. 307.e
Iuliani ad eos littera. 65.e	Bretannio Episcopo Scytharum restitit Valenti. 307.e
Bostrenorum Episcopi persecutio. 307.e	Bretannionis Episcopi Scythae fides laudata lege Theodosij. 445.c. 446.b
Bretannio Episcopo Scytharum restitit Valenti. 307.e	
Bretannionis Episcopi Scythae fides laudata lege Theodosij. 445.c. 446.b	

Bretannioni successit Geronius. 308.a
Britanna virgines ad Maximum missae. 480.d
Burdegalense Concilium contra Priscillianum. 511.d
Busris martyr Ancyra. 36.a
Busris martyr admiranda constantia. <i>ibid.</i>
Busris hereticus, ac postea Catholici confessio. <i>ibid.b</i>

C.

Caelestium signorum in membra corporis humani vis, ex Priscillianistis. 456.a
Celia Concordia Vestalis donata statua. 472.c
Celia Concordia Maxima Vestalis exivit statuum Praetextato. <i>ibid.d</i>
Calibatus in Ecclesia custoditus. 517.e
Calibatus ministrorum sacrorum ab Apostolorum temporibus introductus. <i>ibid.</i>
Carimonias Christianorum Iulianus transfudit in Gentilismum. 114.d. 115. & seq.
Carimonia & ritus Christianorum haud humano iuuenta consilio. 114.d
Carimonia Ecclesiae stuporem Valenti Imp. intulerunt. 248.e
Casaraugustana Synodus contra Gnosticos. 453.b. eiusdem Actorum in locum suum restituta, & emendatio. <i>ibid.c</i>
Casaraugustanum Concilium quando celebratum. 454.c
Episcopi in eo damnati. <i>ibid.d</i>
Casarea Cappadociae, antea Maxaca dicta, quando Casarea vocari cepit. 25.d
Casarea Cappadociae metropolis. 301.c
Casariensis quae passim sub Iuliano. 25.e
Casariensis sedis prerogatiua. 675.e
Casariensis ob Christianam fidem à Iuliano vexata. 25.e
Casariensium constantia, & animus in euerendis deorum templis. 26.a
Casariensium in eligendo Archiepiscopo contentiones, & Eusebij electio. 27.b
Casarius frater Gregorij Nazianzeni retinetur à Iuliano, & honoribus ornatur. 11.b. arguitur à fratre. <i>ibid.</i>
Casario irascitur Iulianus. 12.a. & seq.
Casarius recedit à Iuliano. <i>ibid.</i> idem fidei Confessor. <i>ibid.e.</i> eius victoria nobilitas. 12.b
Casarius à Valente Imperatore bene habitus. 169.c
Casarius creatus Comes rerum priuatarum. <i>ibid.d</i>
Casarius Praefectus Vrbs creatus quis. <i>ibid.e</i>
Casarius creatus Quaestor. <i>ibid.</i>
Casarij duo apud Valente Imperatorem. <i>ibid.</i>
Casarius Quaestor terrae motu oppressus, sed Dei ope liberatus. 209.e. ad eum tunc Gregorij Nazianzeni epistola. 210.a
Casarij obitus. <i>ibid.c</i>
Casarij funus. <i>ibid.d</i>
Casarius inter sanctos relatus. 211.a
Casarij scripta. <i>ibid.</i>
Calami tres Valentis perfracti non reddunt atramentum in excavando exilium Basilij. 249.e
Calendarum Ianuarij superstitione Ambrosius abrogat. 379.e
Calices à Donatistis perfracti. 104.a
Calimerus cum Maximo missus à Paulino Legatus ad Synodum Alexandrinam. 76.c
Calixenus Magnae matris sacerdos à Iuliano creatur Pestin n. te. 36.e. eius laudes. <i>ibid.</i>
Calligonus eunuchus Valentiniani mortem Ambrosio minatur, nec impune. 543.a
Callistus scriptor rerum Iuliani. 136.a
Campira dicti Fideles, qui persecutionis tempore in campis agebant synaxes. 532.e
Canes lacerant sacrilegos Donatistas. 102.e
Canon de prerogatiua Ecclesiae Constantinopolitanae cuius sit fidei. 431.e. statutus post dissensionem Timothei Episcopi Alexandrini. 445.a
Canon

I N D E X.

Canon Concilij Alexandrini de lapsis Episcopis restituendis. 77.a
Canon synodi Constantinopolitana de prerogativa eius Ecclesie erroris arguitur. 575.c
Canon de recipiendis lapsis enodatur. 85.d
Canojus idolam in Aegypto. 613.b. eius templi demolitio. ibidem d.

Chareus locus Alexandria. 74.b
Chalcidis evenus. 326.a
Christina à Donatistis proiectum. 202.e
miraculum subsecutum. ibid.
Christi statum aeneam demolitus, suam Iulianus ponit. 67.c
Christi nomen expressum per litteram X, Iulianus intelligit. 40.e
Christum hominē Dominicum vocabant Apollinariſte. 357.c
Christus quo modo dictus homo Dominicus. 356.d. 357.e
Patres vsi sunt etiam his vocibus. 357.e
Christum victorem inuitus cogitur Iulianus confiteri. 137.e
Christiana religio firmiter solidata demonstratur ex vita Iuliani Apostatae. 139.b
Christiana religio quam late pateret tempore Ambrosij. 544.e
Christiana religio quo magis concutitur, magis firmatur. 69.a
Christiana religionis cultum restituit Iouianus. 159.a
& privilegia Ecclesie à Constantino data. ibid.b
Christiana religionis cum idololatria certamen in bello Eugenio peragitur. 687.b. 688. 689
Christianam religionem quibus creuisse putauerit Iulianus. 115.d
Christiana fidei propagatio tempore persecutionis. 345.d.
Christiana femina ducentis filium ad martyrium dignum exemplum. 305.a
Christiana femina constantia & fidei dignum exemplum. 257.e
Christianis proscriptione bona restituit Iulianus. 7.d
Christianos contumelia affici, aut cogi ad sacrificandum vetat Iulianus.
Christianorum dissensiones occasionem præbent detrahendi Iuliano. 8.a
Christiani Galileorum nomine sugillati. ibid. vide, Galilæ.
Christiani iusti lege Iuliani dici Galilæi. 110.a
Christianorum presentia miraculo sacra Iuliani perturbantur. 15.e
Christiani sacro chrismate signati. 16.b
Christianus signatus terrori est demoni. ibid.a
Christiani milites thus offerre recusant. 10.e
qui incaute obrulerunt, reprehensi publice factum detestantur. 21.a
Christiani soliti propinare in nomine Christi. ibid.
Christianorum mos in signando Cruce potula. ibid.b
Christiani sub Imperatoribus infidelibus militantes, in quibus non obtemperarent. ibid.e
Christianorum Constantinopoli degentium constantia in abstinentendo à cibis infectis à Iuliano. 25.d. Antiochia tamen non abstinent. 54.e
Christiani zelo religionis idola sub Iuliano confingunt. 36.c. 38.a. 42.a
Christianorum Ancyranorum de Iuliano querela. 36.c
Christianorum auctori adolescentium sub Iuliano Ancyra constantia & confessio celebris. ibid.
Christiani se ultro deserunt magistratibus. 37.a. 38.a. 64.e
Christianus adscriptum incendium Daphnitici templi. 50.b
Christiani spretis edictis Principum ad martyres visendos curant. 55.d
Christianorum studium in humanis martyribus. 56.d
Christianorum libertas in Christo predicando, & deorum cultu irridendo. 57.a
Christianos à Gentilibus occidi libenter permittit Iulianus. 61.b
Christiani ab Angelo à vinculis liberati. 68.b
Christianorum cades Alexandria ob sacra Mithra effusa. 69.d
Christianis quibus dolis bona abriperet Iulianus. 97.d
Christiani Romæ damnantur morte sub Iuliano magie obtentu. 99.c
Chri-

I N D E X.

Christiano exuit privilegium Iulianus. 106.e
Christiani à Iuliano tributis onerati pro bello Persico. 107.b.
Christianorum leges inflexibile à Iuliano delusa. ibid.e
Christiano Iulianus cogit ad seruanda consilia Evangelica, qua arte. ibid.
Christiani vt sacrilegi à Iuliano vexati legibus. 108.b
Christiani à Iuliano vetiti militare. ibid.
Christiani à docendo prohibentur. ibidem c. non autem à discendo. 109.d
Christiani humaniores litteras discere vetantur à Iuliano. 109.e. 110
Christiani doctores qui scholas deseruerunt sub Iuliano. 112.a. eodem docere permittunt Valentianus & Valens. 173.e
Christiani barbari à Iuliano nominati. 111.e
Christiani vt faciles ad credendum sugillati à Iuliano. ibid.
Christianorum mos peregrinos comitandi. 511.a
Christianorum ritus in Gentilismum transferre studuit Iulianus. 114.d. sed frustra. 115.a. item & disciplinam. 115.d
Christianorum res haud imitari à non Christianis valent. 114.e
Christiani in elemosynis effusi, teste Iuliano. 115.e
Christiani hospites. ibid.
Christiani soliti destruere loca diu Manibus dicata. 122.e
Christianorum exequia ne interdum agantur, prohibet Iulianus. 123.a
Christiani prænuntiant Iuliani interitum. 127.d
Christiani exultarunt obitu Iuliani audito. 138.e
Christiani deos Gentium derident. 139.a
Christianorum erga Deum fiducia & spes certa. 144.e
Christiani sub Iouiano Imperatore respirant. 159.a
Christiani quomodo deputati custodia templorum. 185.e
prohibentur lege Imperatoris. 186.a
Christiani magnis animis insipientes in templa deorum. 187.b
Christianos scemcos esse, illicitum. 312.c
Christianorum effusa largitas in erogando elemosynas. 479.b
Christiani cupidi sepeliri apud martyres. 486.c.d
Christiani optimi cur interdum Manichei vocati. 526.a
Christiani demolientes templa & idola, nihil sibi ex eis vendicabant. 614.e. cesserunt ea pauperibus. ibid.
Chromatij nomine commentitia epistola. 582.e
Chronopius Episcopus damnatus, dum appellat Imperatorem, ab eo reuocatur, & poena mulctatur. 225.e
Chrysoſtomus. vide, Iouannes Chrysoſtomus.
Chryſtiani philosophus vocatus à Iuliano. 4.e
Cibaria omnia inquinata t. abo idololatria Antiochia. 62.d
Cilices præſio sunt Nestario. 446.e
Cinadi cum Iuliano. 14.e
Ciuitates Italia à Maximo deuastate. 551.e
Clades Theſſalonienſium. 618.e. 619.a. 620. 621
Clades illata à Gothis. 392.d
Clarimatis matrona Priscillianaſta uico tracta ad necem. 512.e
Claudius & Secundianus Ariani agunt de cogendo Concilio Aquileiensi. 422.a
Claudianus carus Iuliano. 14.b
Claudianus schismaticus partis Vrsicini. 423.e
Claudianista Donatista. 700.a
Clementis eximit à nece Maximianum philosophum. 173.a
Clementia Theodosij intrinsece predicata, etiam à Gentilibus. 665.e. 572.d. 685.b. 692.b
Clementia Theodosij à ministris reprehensa, quod daret occasionem delinquendi. 620.a
Clementia virtus in Imperatore commendata. 172.a
Clementis V I I I. mensa opipara, sed pauperibus parata. 201.e
Clementianus Tribunus minister necis Gordiani martyris. 98.a

Cleri Romani pars deterior commota in S. Hieronymo. 681.d
Cleri componendi studium in Ambrosio. 378.c
Clerici ne quid capiant ex testamento feminarum, lex Theodosij. 636.e. corrigitur ab eodem Theodosio. 637.e
Clerici forum seculare vitare coguntur. 225.e. & sacerdotes de laicis iudicant, non contra. 449.e
Clerici patres monachorum. 4.c.d
Clericos immunitate frui ante certum tempus prohibent Valentinianus & Valens. 186.e
Clerici extra diocesim ordinati. 238.d
Clerici immunes à tributis. 538.c
Clerici non exiguntur tributum à Catholicis Principibus. ibid.
Clericis concessum priuilegium qui probati essent. 186.e
Clerici Romæ nonnulli inuidantes bonis seculariis. 268.e. 270.a
Clerici aliqui inuidantes morti aliorum, vt rapiant bona relictā. 270.a
Clericis solis denegata successiones. ibid.
Clericos & monachos militare cogit Iulianus. 68.a
Clerici delictis taxantur. 202.a
Clericis aliquid ex testamento accipere vetitum lege Valentianiani. 268.e
Clerici mulierum domos frequentare prohibentur. ibid.
Clerici auarantes munera feminarum. 269.d
Clerici aliquot in Vrbe persequuntur S. Hieronymum. 507.a
Clerici cur aliquando prohiberi fieri monachi. 454.b
Clericorum constra ab Ammiano subobscure tacta. 70.a
Clericorum & monachorum vestium color. 686.d
Clericorum Romanorum doctrina tempore Hieronymi. 507.b
Clericorum immunitas à Gratiano concessa. 380.a
Clericorum priuilegium à Theodosio indultum. 426.b
Clericorum & Ecclesiasticorum omnium auaritia cohibita lege Imp. 268.e
Clericorum auaritiam compeſcuit Gratianus. 408.b
Clericorum delectum qualem habuerit Ambrosius. 379.c
Clerici ex corporis habitu ab Ambrosio cogniti. ibid.
Clericorum fores spate à militibus & Centurionibus. 202.d
Clericorum officium fuisse mortuos humare. 206.b
Cocorum princeps insultans Basilio quid responſi ab ipſo Basilio accepit. 250.b
Codices sacri sublatis à Donatistis. 106.c
Cemeteria Vrbi visitare solitus S. Hieronymus. 224.e
Collatio Hilarij cum Auxentio presentibus Episcopis decem coram Quæſore. 218.d
Collecta indicta ab Augustino pro dissoluendo are alieno. 661.c
Collyridiani heretici. 359.a
Color vestium clericorum quis olim. 686.d
Competentibus quando traderetur symbolum. 540.a
Comes Orientis curatur à Iuliano Saba. 258.b
Concilium Adrumetinum. 697.d
Concilij Alexandrini Synodalis epistola. 80.a
Concilium Alexandrinum sub Athanasio. 75.a
Concilium Alexandrinum sub Iouiano Imp. 161.d
Concilium Alexandrinum contra Eunomij diuinitatem Spiritus sancti asserit. 77.e
Concilium Antiochenum sub Iouiano Imperatore. 164.a. 165.
Concilium Antiochenum sub Gratiano. 392.e
Concilium Aquileiense ab Arianijs quando petitur ab Imperatore. 422.a
Concilium Aquileiense. 447.d. Episcopi eius Concilij viri sanctissimi. ibid.e. Acta eiusdem. 448.d. epistola ad Imperatores. 450.b
Concilium in Armenia, cui interfuit S. Basilius. 283.e
Concilium Bagaiense Donatistarum. 697.d
Concilium Burdegalense contra Priscillianum. 512.e
Concilium in Caria celebratum. 195.e

I N D E X.

Concilium Catenense Donatistarum. 698.b. aliud Concilium Donatistarum. 699.e. Concilium Capuanum. 604.e. Concilium Arianorum in Galatia. 240.a. Concilium Caesarugustanum contra Gnosticos. 453.b. Concilium Constantinopolitanum Oecumenicum. 426.e. collectum opera Damasi. 427.b. 428. Concilio Constantinopolitano quinam interfuert. 427.e. qua in eo gesta. 428.a. eiusdem fidei symbolum. 429.e. Concilium Constantinopolitanum ex Damasi epistola elicit doctrinam de Spiritu sancto. ibid. b. d. ab eodem confirmatum Oecumenici nomen sumit. 433.a. eius rei causa. 436.e. Concilio Constantinopolitano quenam hereses damnatae. 430.e. Concilij Constantinopolitani canones de sede Constantinopolitana. 431.e. 462.e. Concilij Constantinopolitani canones ab Ecclesia Romana recepti. 430.d. & quare non omnes. 436.d. Concilium Constantinopolitanum cur ab Imperatore confirmationem petat. 432.e. Concilij Constantinopolitani subscriptionum censura. 433.a. Concilium Constantinopolitanum ut esset Oecumenicum, Damasi decreuit. 433.b. Concilij Constantinopolit. locus Concordia nominatus. 439.e. Concilij Constantinopolitani decretum de probandis Catholicis. 445.d. Concilij Constantinopolitani ad Synodum Romanam litterae. 459.e. Concilium Constantinopolitanum à Theodosio conuocatum. 487.d. quid in eo gestum. 488.b. Concilium Constantinopolitanum tertium. 487.d. Concilium Constantinopolitanum quartum. 695.e. Concilium Hipponense. 682.e. d. Concilium in Ilyrico. 179.c. Synodica ex eo. ibid. Concilium Laodicenum quando celebratum. 734.d. Concilium Lampfacenum quando celebratum. 171.b. 174.a. 175.a. Concilij Lampfaceni legatio ad diuersos Episcopos. 175.e. Concilij Lampfaceni res gestae. ibid. Concilium Mediolanense contra Iouinianum. 630.b. quae Episcopi interfuert. 631.b. Concilium Papiense. 91.e. Concilium Romanum contra Auxentium. 222.d. Concilium Romanum contra Ursacium & Valentem. 224.a. Concilium Romanum sub Siricio Papa pro rebus Africanis Ecclesiae. 517.a. Concilium Rome à Damaso indictum in causa Flavianii & Paulini. 451.e. Concilium Rome sub Damaso habitum. 457.b. eorum qui interfuert nomina. 458.a. cur Orientales non interfuert. 460.c. 461.a. Acta eiusdem. 462.c. Concilium Romanum contra Apollinarem. 349.a. Anathematizati in eo. 351.e. 352.d. Concilium Romanum sub Siricio. 517.a. Concilium in Sicilia congregatum de Legatis Orientalium Episcoporum ad Liberium. 179.d. Concilium Syde habitum contra Massilianos. 491.e. Concilium Farfense ab Arianis impeditum. 195.d. Concilium Treuerense sub Maximo. 523.b. Concilium Tyanense in Cappadocia. 182.b. Concilium Tyanense obediit litteris Liberij Papa in restituendis depositis Episcopis. 179.a. Concilium Valentinianum. 365.e. Concilia ab hereticis celebrata tempore Basilij. 174.b. Concilium perentibus congregari ab Imperatore quid responsum à Valentiniano. 171.a. b. d. Concilium congregare sine Romani Pont. auctoritate numquam licuit. 171.b. 427.c. Conclonatore aliquid interdum tacere expedit, quod non sit

necessarium ad adstruendam fidem Catholicam. 293.a. Concordia dictus locus Synodi Constantinop. 439.e. Concordia Occidentalium in fide sub Liberio. 178.d. Confessio Begatorum ad Liberium Papam ab hereticis data. 177.b. Confessio Publice sanctimonialis. 57.b. Confessionis auicularis testimonium Paulini. 373.e. Confessores Alexandrini sub Eucio & Valente. 225.b. e. Helopolim in Palestina amandati. 337.c. Confessores Edesseni octoginta euales. 306.d. Conflagratio templi Daphnitici. 43.c. 45.a. b. 50.e. Confirmatio Synodi peritur à Theodosio, qua occasione. 437.c. e. Confirmationis sacramentum à Liberio Papa collatum. 200.b. Constantia ciuitas in Palaestina: eius Ecclesia subiecta Gazensi Episcopo. 59.e. Constantia exempla in non prodendis Christianis. 348.d. Constantia & fidei dignum exemplum in senina. 257.e. Constantia exemplum. 511.a. Constantij obitu gaudet Iulianus. 4.e. Constantij magistratus Christianis infensi. 5.a. Constantius dererior habitus Iuliano. ibid. Constantius Manicheus conuersus ad fidem Christianam. 348.b. Constantius per litteram K. expressus à Iuliano. 40.c. Constantij magistratus male habitus à Iuliano. 5.a. Constantij effusa expense palatii. 6.b. Constantij non for praedices. ibid. Constantinopolis rerum omnium copia circumfluens. 244.a. Constantinopolis in discrimen adducta liberatur à Sarracenis. 391.c. Constantinopolis patria Iuliani. 2.a. Constantinopolis terrae motu concussa. 117.c. Constantinopolim quando uenerit Gregorius Nazianzenus. 398.b. quamdiu ibi fuerit: ibid. coactus eo proficiscitur. ibid. e. à Synodo missus Antiochenis. 399.b. Constantinopolitanam bibliothecam Valens auget & inflaturat. 349.e. Constantinopolitana Ecclesia ab Arianis uexata. 243.c. 245.d. Constantinopolitana Ecclesia post Eudoxij obitum procella. 244.d. eiusdem status. 398.a. Constantinopolitana Ecclesiae status ante aduentum Gregorij. 400.e. eiusdem in discessu. 440.d. Constantinopolitanae sedis praerogatiua an decreta in Concilio Oecumenico Constantinopolitano. 431.e. actum in Synodo de ordinando successore Melerij. 434.c. 435. Episcoporum altercationes. 438.a. Constantinopolitanae sedis primatus, & de ea re canones Concilij Constantinopolitani. 431.e. 445.a. Constantinopolitanae Ecclesiae praerogatiua falso arguitur. 675.d. Constantinopolitanum Concilium Oecumenicum qua occasione celebrari coepit. 426.c. collectum opera Damasi. 427.b. Episcopi digniores qui interfuert. 428.e. Acta eius. 429.a. primum causa Maximi uentilata. ibid. b. editum in eo uolumen fidei Occidentalium, nempe Damasi. 429.a. canonum singulorum sancientorum causa. ibid. b. agunt Patres de Spiritu sancti diuinitate. ibid. c. Symbolum fidei ibi scriptum. ibid. c. secuta approbatio Nicena fidei, & damnatio hereticorum. 430.c. de seruandis uicibus limitibus actum. 431.b. canones. ibid. c. seq. Constantinopolitanum Concilium posterius. 438.b. epistola Synodalis ad Damasum. 459.e. Constantinopolitanae Synodi epistola ad Theodosium. 432.d. perierunt confirmationem Synodi, & cur. 432.d. 433.a. Constantinopolitanae Synodi subscriptionum censura. 433.b. Constantinopolitanae Synodi Episc. iuniores quales. 436.c. Constantin-

I N D E X.

Constantinopolitana Synodus ut esset & diceretur Oecumenica, id ex Damaso. ibid. e. Constantinopolitanae Synodi Episcopi quales. 443.b. eorumdem in astantia. 444.d. Constantinopolitanam Synodum metropoles non construisse. 445.e. Constantinopolitana Synodi ad Romanam littera. 459.e. eisdem legatio. 460.e. Constantinopolitanae Synodus tertia. 487.d. Constantinopolitana Synodus quarta. 695.e. Constantinopolitani Catholici legatos mittunt ad Valentem. 243.d. Legati uero omnes igne & aquis absumpti. ibid. e. Constantinopolitani execrantur esum carniuum in Quadragesima. 24.c. Constantinopolitani priuilegiis donati à Iuliano. 25.a. Cor Regis in manu Dei, usurpatum à Theodosio. 172.a. Corona sacerdotalis pretiosa. 361.d. Corpore uitiatos sed probos ordinandos censet Timotheus. 513.e. Corpore defuncti nondum tumulato, offerri solitum sacrificium. 587.d. Consecratio basilicae Apostolorum Constantinopoli. 274.a. Consecratio Pontificum idolorum. 3.b. Consoberinos inire inter se matrimonium uetuit Theodosius. 637.e. Consubstantialis uox an ex necessitate fidei exprimenda. 292.c. 293.a. Conserudines uariae in Ecclesia non improbantur. 502.b. Conserudine leniter tollenda. 651.a. Consulatus Honorij infantis in cunis. 504.e. Consulatus Paulini. 713.e. Consulatus cur creati non fuerint anno Christi. 435.c. & an uere non creati. 366.d. Controuersia inter Orientales & Occidentales ob nomen hypostasis. 320.d. Controuersia inter Paulinum & Meletium quo modo conciliata. 328.e. Conuersio filij sacerdotis ad fidem. 54.a. Conuersio Augustini. 505.d. Conuiniuum à Maximo Imperatore exhibitum Marimo. 525.a. Conuiniuum Augustae uxoris Maximi exhibitum Martino. ibid. b. Conuiniuum quotidianum exhiberi solitum à Clemente VIII. pauperibus. 201.e. Conuiniua in ecclesiis per agi uetuit Ambrosius. 379.e. Conuiniua sanctorum à calumniis defensa. 201.d. Crux coronata in extis animalium Iuliano sacrificanti apparuit. 15.c. d. item in calo, & in uestibus, cum templum Hierusalem construere parant. 121.a. Crux signum exercitus Theodosij. 684.e. Crux gemmata. 685.a. Crux gemmata sculpta ad sepulchrum Probi. 724.a. Crux arma Theodosij qui Cruce uicit. 690.d. Crucem ferream gestabat in pectore S. Macrina. 397.a. Crucis signum in anulo ferreo. ibid. e. Crucis & reliquiarum cultum irridet Iulianus. 106.c. Crucis signo militant Gothi, & uincunt. 268.d. Crucis signum à Labayo delet Iulianus. 18.c. Crucis uirtute barbari cohibiti. 170.b. Crucis signum in capite Urbis Constantinopolitanae à Constantino postum obrutum à Iuliano. 26.a. Crucis cultum obiectare solitus Christianus Iulianus. 106.c. Crucis signum aquae ac Iulianus recentiores heretici exhorrescunt. 106.c. Crucis signum & reliquias in monili gestandi conserudine. 397.a. Crucis signi hieroglyphicum apud Aegyptios. 614.a. Crucis signum appareret in calo, & in uestibus. 121.a. Ctesiphon mimio Persarum, quid ibi Iulianus. 131.e.

Ctesiphontis in Persia descriptio. ibid. Cubicularij Constantij quae passus sub Iuliano. 5.a. & 7. Cubicularius Imperatoris ualentis dat poenas contumelia in Aphraatem dicta. 256.a. Cycclus Paschalis Theophilij quando cepit, & quando desinit. 421.b. Cyri Theodori iambi pro Gregorio aduersus Basilium. 298.e. Cyriacus Adanorum Episcopus magister Neclarij. 446.d. Cyriacus Episcopus martyr sub Iuliano. 122.d. Cyrinus Notarius male mulctatus. 5.c. Cyrillus diaconus quae passus ab Helipolitans. 64.a. Cyrillus Hierosolymitanus Episc. confirmatus in sede. 455.e. Cyrilli Episcopi Hierosolymorum obitus. 535.a. Cyrenaea Ecclesia à Iuliano uexata. 43.a. Cyriigi Episcopus Eunomius ordinatur. 194.d.

D.

Dadastana, locus inter Galatiam & Bithyniam. 167.b. Damon Iuliani speculator à monacho orationibus praepeditur. 130.c. Demonibus usus Iulianus pro uenciis. 130.b. Demon loco Genij exagitat Iulianum. 133.e. Demon in Hebdomo quid de uictoria Theodosij. 694.b. Demones ueritatem fidei consentent. 546.a. torquentur & fugantur ab Ambrosio, & martyrum reliquiis. ibid. c. Demones ad Ambrosium perdendum missi, eum adire non possunt. 547.b. Demones in obsecris consentent gloriam martyrum. 546.a. Demones consentent se nihil posse aduersus Ambrosium. 547.b. Demones exhorrent reliquias sanctorum martyrum. 633.e. Demones pauent Christianum signaculum. 15.e. Dasofa martyr Rome sub Iuliano. 98.d. Damasci ecclesia incensa à Iudeis sub Iuliano. 118.c. Damascus legatus cum sociis à Liberio. 181.c. Damasci electio. 200.c. ante Ursacium facta. 202.e. quae in eum molitus Ursacium schismaticus. 203.a. Damaso fauent Patres omnes. 202.d. Damasum falso quidam criminantur. 203.a. Damasci criminatores confutantur. 203.d. Damascus accusatur adulterij. ibid. Damascus uirgo. ibid. e. Damascus pro innocenti femina scribit ad Imperatorem Valentinianum. 206.e. Damascus restituitur basilica rescripto Imperatoris. 208.e. Damascus Papa contra Auxentium Rome Concilium congregat. 222.d. Damasci & aliorum Episcoporum epistola contra Auxentium. 223.a. Damascus Papa cur non statim damnauit Auxentium. 224.e. Damasci tempore plures Synodi Rome sunt celebratae. ibid. a. Damascus Papa mittit legationem ad Valentem aduersus Arianos. 246.b. Damasci epistola ad Orientalem Ecclesiam. 282.a. Damascus accepta legatione Orientalium, consolatur eos litteris. ibid. Damascus quae ad Athanasium rescriptit. 282.c. Damasci studium erga Basilium cur frigidescere cepit. 169.c. Damaso datum rescriptum à Valentiniano Imp. aduersus clericorum auaritiam. 268.e. Damasci consensu lex aduersus clericos data creditur. 271.a. Damascus & Occidentales Episcopi in suspensionem inducuntur de fide Basilij. 315.e. Damascus suspendit iudicium suum de Basilio relatione plurimorum. 317.d. Damasci cum Basilio contentio absque caritatis & communione detrimento. 319.e. Damascus & alij Occidentales à Basilio fugillati turpi nota: sed an iure? 320.a.

I N D E X.

Damasus indicat communicandum cum Paulino Antioche-  
no. 327.d  
Damasus quid de tribus hypostasibus scripserit. 328.d  
Damasus Papa diaconus quid passus Alexandria ab Ariano.  
338.a  
Damasus Paulino & non Meletio communicandum scribit  
Hieronymo. 327.d. idem ipse praestat post electionem  
Flavianii. 451.e  
Damasus de Meletio sententia. 328.b  
Damasus agit Roma Conc. contra Apollinarem. 349.a  
Damasus Papa scribit ad Paulinum de recipiendo Vitale.  
350.c  
Damasus anathematismi. 351.e  
Damasus Apollinarem & Timotheum damnat. 351.a. & b  
Damasus epistola de damnatione Timothei. ibidem  
Damasus Synodi canones adversus hereses sui temporis. 351.e.  
352  
Damasus excommunicat violatores Nicanae fidei, licet defun-  
ctos. 353.c  
Damasus damnat heresim Millenariorum. 353.d  
Damasus Synodus, cuius meminit Iustinianus in epistola ad Io-  
annem. 353.c  
Damasus littera commentitia ad Aurelium. 365.b  
Damasus Papa mittit ad sanctum Ambrosium Simplicianum.  
372.c  
Damasus Papa restituit Petrum Alexandrinum. 377.a  
Damasus laudes. 393.c  
Damasus communionem probat Catholicos. ibid.  
Damasus epistola ad Paulinum Antiochenum a Theodoro in  
nomine depravata. 395.c. in Concilio Constantinopoli-  
tano violata. 429.a  
Damasus sepe consulit Hieronymum litteris. 403.c  
Damasus ad Hieronymum littera. ibid.  
Damasus fides edicto Theodosii commendata. 415.e  
Damasus Papa fuit Gregorio Nazianzeno. 416.d  
Damasus agit apud Theodosium pro Ecclesia Orientali ab he-  
resibus subleuanda. 420.d  
Damasus turpissimis calumniis a schismaticis exagitatus.  
423.d  
Damasus iudicium quale. ibid.e  
Damasus studio conuocari iussi Episcopi ad Synodum Const-  
antinop. 427.b  
Damasus auctoritate damnatur Macedonius. ibid.e  
Damasus volumen fidei editum in Concilio Constantinopoli-  
tano. 429.a. receptum a Synodo. ibid.b  
Damasus statuit ut Concilium Constantinop. diceretur Oe-  
cumenicum. 436.e  
Damasus Synodum Constantinop. confirmat, & Oecumeni-  
cam vocat. 433.b. 436.e. eius rei causa. 443.d  
Damasus ob Flavianii electionem agit cum Imperatoribus de  
cogenda Roma Synodo generali. 451.e  
eum iustus de causis tolerat. 462.e  
Damasus subodoratus statuta ab Episcopis Constantinopoli con-  
gregatis, de prerogativa sedum decretum edidit. ibid.  
Damasus apud se retinuit S. Hieronymum. 464.c  
Damasus Hieronymo mittit in epistole Synodalibus scribendis.  
ibidem  
Damasus Papa restitit Gentilibus Senatoribus. 473.c.  
parentes de filia obitu moerentes scripto epitaphio solatur.  
480.a  
Damasus obitus. 496.d. Pontificatus & vita anni. ibid.e.  
in eius Titulo facta miracula. 497.a. & ibid. b. viuens  
caecum sanat. 497.e. puerum in fontem baptismalem  
lapsum incolorem reddit. 499.b  
Damasus miracula B. Laurentio tribuunt Vrsini affecla.  
497.b  
Damasus scripta. 497.d. eiusdem epigramma de fonte bap-  
tismatis in Vaticano. 498.c. eiusdem versus in laudem  
Regis Davidis. 499.d

Damasus ecclesia, & ornatus. 498. a. Platonia ab eo structa  
ad Catacumbas quid. ibidem. in basilica Vaticana quid  
struxerit. ibidem.  
Damasus actus adiecta. 499.b  
Damasus quomodo acceperit a Hierosolymorum Ecclesia Al-  
leluia. 500.b  
Damasus ordinationes. ibid.d  
Damasus basilicam ad viam Ardeatinam, & ad Theatrum  
Pompeij adificat. 498.a  
Damasus in basilica sua sepultus via Ardeatina, in S. Lauren-  
tij basilicam transfertur. 500.e  
Damasus mortuo dies triginta & vnum cessat Pontificatus.  
ibidem.  
Damasus modum psallendi praescripsisse, falsa assertio. 499.b  
Damasus epitaphium quod sibi ipse edidit. 501.a  
Daphniticum oraculum redditur mutum. 44.a  
Daphniticum templum quando exustum. 42.d. 43.c. 49.d.  
cur ex parte tantum exustum. 50.e. Iulianus illud luter.  
51.c  
Daphnitici Apollinis simulacrum. 52.e  
Debitorum confugientes ad ecclesias non dimittantur sine cau-  
tione. 661.d  
Decima & primitia persoluenda. 463.c  
Decimas dandas sacerdotibus, Rom. Conc. decretum. ibid.  
Decreta impia Iuliani prae-textu iustitiae. 107.c  
Decretum de lapsis Episcopis restituendis elucidatum. 85.d  
vide. Lapsi Episcopi.  
Dedicatio Apostolorum Basilicae Constantinopoli. 274.a  
Defunctorum animas precibus adiuvari. 724.d  
Defunctorum corpora sub terra, non de super condenda. 333.a  
Defunctorum animas leuari meritis martyrum. 485.d  
Defunctorum animas inuari sacrificiis. 587.b  
Defuncti corpore nondum tumulato, offerri solitum sacrifici-  
um. ibid.c  
Defunctorum memoria nihil detrahendum piorum rituum.  
651.b. & c  
Defunctorum animas precibus adiuvari viuentium. 210.e  
Defunctorum animas leuari suffragiis. 656.c  
Defunctus curat res filij viuenti. 575.e  
Delicta sibi effingentibus ad declinanda sacerdotia fidem ha-  
bendam cautum est. 366.e  
Delphinus Episcopus Burdegalensis. 453.d. reuocatus Priscil-  
lianum. 454.e  
Demetrias filia Claudij. 727.a  
Demetria filia Flavianii. 98.d  
Demophilus subrogatus in locum Eudoxij in sede Constantino-  
politana. 243.a  
Demophilus iubetur a Theodosio ecclesias reddere Catholicas.  
418.d  
Demophilus Episcopi Ariani obitus. 531.a.b  
Demosthenes princeps coquorum Valentis quid a Basilio audi-  
uit. 250.b  
Depositum viduae defendit Ambrosius. 580.d  
Deus in nos etiam inuitos confert beneficia. 149.a  
Deus tempore persecutionis dilatat Ecclesiam. 344.d  
Dei providentia declarata in Iuliani interitu. 144.e  
Deum quatenus nos intelligere existimandum. 336.b  
Deorum cultus a Iuliano restituitur. 2.c  
Deorum Mater contumelia affecla. 36.c  
Deorum potentia derisa ob Iuliani mortem. 140.b  
Deorum nomen Angelis & sanctis tributum. 352.a  
Deorum Aegyptiorum fana & simulacra a Graccho Praefecto  
deiecta. 481.c  
Deuterius Episcopus Donatista. 214.b  
Dij gentium detersi a Christianis post obitum Iuliani. 140.b  
Dij gentium quales sint, in Iuliano demonstratum est. 133.a  
Dij Aegyptij abdicati. 612.a. 613. 614. 615  
Diaconos coniugatos cum vxoribus permanere in Africa vetat  
Siricius. 517.b  
Diaconi

I N D E X.

Diaconi Constantinopolitani scelus. 636.c  
Diaconisse ne iuniores ordinarentur. 636.d  
Diberia Antiochenus in Iulianum. 38.d. & 39.a.  
in eundem aulicorum in Gallis. ibid.  
Dictiones, & cum, in, varia in hymno glorificationis. 291.a.  
293.e. 294.b  
Die Dominico Priscillianistae ieiunabant. 454.b  
Didymus cognouit interitum Iuliani. 139.a  
Didymi Alexandrini lucubrationes. 528.b. 681.a  
Didymus Alexandrinus laudatus a Rufino. 342.b  
Didymus bis cecus redditus. ibid.e.  
seducit sequentes se Melamiam & Rufinum. ibid.  
Didymus Hieronymum docet. 528.a  
Didymus Alexandrinus magna estimationis apud Hierony-  
mum. ibid.b  
Didymus factus Origenistarum fautor deploratur ab auctore.  
680.c  
Didymus pro qualitate audientium propinabat doctrinam.  
680.e  
Didymi etas. 681.a  
Didymi lucubrationes. ibid.  
Didymus monachus. ibid.b  
Dignitatum cupiditas Paulinum ad heresim traxit. 386.b  
Dynamius Engolismensis Episcopus. 719.e  
Diocletianus quo anno Christi imperare coepit. 366.b  
Dioclis obitus crudelitate Valentianii Imperatoris. 204.c.  
credulus martyr, sicut Diodorus & ipse iustus innocenter  
occidi a Valentiano. ibid.  
Diodori Episc. exulante Meletio res gesta Antiochia. 255.a  
Diodorus cum Flauiano curat Ecclesiam Antiochenam post Me-  
letij exilium. ibid.  
De eodem Diodoro. 257  
Diodorus ordinatus Episcopus Tarsi a Meletio. 399.d  
Diodorus a S. Basilio acceptus. 287.b  
Diodorus Tarsensis fuit Neclario. 442.e  
Diodori Tarsensis fides laudata a Theodosio. 444.b  
Ducefsum limites seruandos ex praescripto Nicani Concilij  
statutum in Concilio Constantinopolitano. 431.b  
Diacesis Ecclesiae Constantinopolitanae. 432.d  
Diogenianus Episcopus Albigenis. 720.e  
Dionis locus restituitur. 494.a  
Dionysij Mediolanensis Episcopi a Cappadocia Mediolanum  
translatio. 371.e  
Dionysij Episcopi Mediolanensis corpus a S. Basilio missum ad  
S. Ambrosium. ibid.  
Dioscorus Vicarius Galliarum persecutor. 100.e  
Dissensionis inter Augustinum & Hieronymum origo. 705.d  
Dispensandi matrimonium illegitimè contractum Principes  
sibi male vsterarunt facultatem. 650.c  
Disputatio publica cum hereticis decreta coram Theodosio.  
488.d  
Disputare de fide, non esse monachorum, sed Episcoporum.  
402.d  
Disputatio rerum fidei non facienda coram iudicibus laicis.  
521.c  
Dissensiones inter S. Epiphanium & Ioannem Episcopum Hie-  
rosolymitanum. 652.e  
Diuinatio demonum. 607.d  
Diuina providentia in suis defendendis. 537.e  
Dometius monachus Persa redarguit Iulianum Nisibi agen-  
tem. 130.a  
Dometij monachi Persa martyrium. ibid.  
Dominica vxor Valentis. 391.d  
Dominica Palmarum. 540.a  
Dominico die ieiunare, Priscillianistarum mos. 454.a  
Dominicum Aureum Antiochenum sub Ariatorum potestate.  
47.e  
Domini legatio ad Maximum qualis. 550.b. & seq.  
Dominus deceptus a Maximo. ibid. d

Donatus Episcopus quae passus a Donatistis. 103.a  
Donatus filius Nini occisus a Donatistis. 102.c  
Donatus grammaticus praceptor S. Hieronymi. 324.d  
Donatus Episcopus Epiri. 719.e. ab eo draco extinctus. ibid.  
Donatus Episcopus Aretinus martyr sub Iuliano. 98.a  
Donati Carthaginensis episc. Donatistarum obitus. 211.b  
Donatistarum legatio ad Iulianum. 101.a  
Donatistarum mira adulatio. ibid. b. ab Augustino repre-  
hensa. ibid.  
Donatistae exules restituti a Iuliano. ibid.c  
Donatistarum furor aduersus Catholicos sub Iuliano. 102.a  
Donatistae inuadunt ecclesias, & occidunt ministros. ibid. b  
Donatistae prociuum sacrum Chrisma. ibid. e  
Donatistae quid in sacram Eucharistiam. ibid. e. miraculum  
ex eo secutum, cum in dem laerantur a cambus. ibid. e  
Donatistae impia scelera committunt. 103.a. 104.a. ibid. e  
Donatistae quid in sacras virgines. 103.a. 104.b. & d  
Donatistae parietes & pauimentum ecclesiarum quomodo exor-  
tizabant. 103.e. 105.e  
Donatistae frangunt & radunt altaria Catholicorum. 103.e  
Donatistae frangunt calices. 104.a  
Donatistae auferebant mitellas a sacris virginibus. 104.b.  
& e  
Donatistae virgines sacras reddunt profanas. 104.d. & e  
Donatistae quid in mortuos & sepultos Orthodoxos. 105.e  
Donatistae declinant conferre cum Catholicis. 212.d  
Donatistae apud se Catholicam Ecclesiam esse contendebant.  
213.a  
Donatistae recentiores aduersantur maioribus. 214.b  
Donatistas rebaptizantes cohibet Imp. Valentianus. 361.b  
Donatistae rebaptizare prohibentur, & ecclesias ablatas Ca-  
tholicis reddere iubentur. 377.a  
Donatistas lege compefcit Gratianus. ibid.  
Donatistae schismate inter se diuisi. 698.a  
Donatistarum plura capita. 699.e. 700.a  
Donatistarum sub Theodosio multitudo ingens. ibid. c  
habent ultra quadringentos Episcopos. ibid.  
Donatistae iura sibi suscipiunt Catholicorum. 702.c  
Donatistae cur tolerari. ibid. e  
Donatistae suis ipsorum factis conuicti. 703.d  
Donatistae vltiores in se ipsos armantur. 704.a.  
voluntarie mortes oppetunt. ibid. b. d. 705.a  
Donatistae sub titulo martyrij inferunt sibi mortem. 704. b. d.  
705.a. Razia exemplo id patrant. 704.e  
Donatistae tanquam Biothanati pereunt. 705.a.  
ibid.  
Dorotheus passus Aemilianus. 37.e  
Dorotheus martyr Edesse sub Iuliano. 129.b  
Dorotheus cum Probo legatus a Basilio ad Occidentales. 276.b  
281.e  
Draco extinctus spuro a S. Donato. 719.e

E.

Ecclesia Catholica penes quos esse dicenda sit. 213.a  
Ecclesia Catholica absque armis vincit. 340.d  
Ecclesia Dei dilatatur, cum ab hereticis angustiatur. 344.d  
Ecclesia Dei viros doctissimos semper habuit. 663.d  
Ecclesia nunquam carere potuit ministris aliquibus lacri  
cupidis. 269.a  
Ecclesia Romana, vide, Romana Ecclesia.  
Ecclesia Orientalis innumeris cladibus agitata. 360.a  
Ecclesia Orientalis innumeris heresibus vexata. ibid. c  
Ecclesia Scythica a Valente inuasa. 307.d  
Ecclesia Perri & Pauli edificata a Rufino. 696.a  
Ecclesia martyrum iusse a Iuliano demoliri, vel succendi. 50.d  
Ecclesia vexata a legibus Iuliani. 109.c  
Ecclesiae a Iudeis sub Iuliano incensa diuersis in locis. 118.c  
Ecclesiae antiquos mores Iulianus imitari conatus. 114.b. 115

I N D E X.

Ecclesia Catholica vetera instituta. 217.b  
 Ecclesia Orientalis sub Valente status miserandus describitur. 275.e. 278.c. nauali pugna comparatus. 295.b  
 Ecclesia Orientalis status sub Gratiano. 460.a  
 Ecclesia Orientalis legatio ad Pont. Rom. 275.e. 277.d. 288.a  
 Ecclesia collata indignissimis administranda. 240.d. 278.d.  
 Ecclesia laboranti subuenire praestat, quam vitam in solitudine colere. 257.b  
 Ecclesia canonem frumentarium non soluebant Imperatori. 412.a  
 Ecclesia vitas non locorum interstitio, sed animorum diuersitate distinguitur. 318.e  
 Ecclesia Aegypti frumentum ab Imperatore accipiebant. 412.b  
 Ecclesia Hierapolitana exuta donatione M. Aurelij. 107.a  
 Ecclesia Orthodoxorum quomodo à Donatistis exorcizate. 103.d  
 Ecclesia in integrum restituta per Iouianum Imperatorem. 156.b. & c.  
 Ecclesia erecta vbi erant idolorum templa. 615.a  
 Ecclesiae praedia à tributis immunia. 538.c  
 Ecclesia quando pendebant tributum. ibid. & 539.a  
 Ecclesia & secularium Principum potestas. 540.a.  
 in rebus Ecclesiae. 541.a  
 Ecclesiam Dei diuinitus regi. 139.b  
 Ecclesias inanium sermonum loca non esse. 463.c  
 Ecclesias ab Orthodoxis ablatis, Catholicis in campo foris eorum. 305.d  
 Ecclesia ritus gloriam dicendi Patri per Filium cum Spiritu sancto. 294.a  
 Ecclesiarum consuetudines quatenus seruande. 502.a  
 Ecclesiarum Patriarchalium ordo, & prerogatiua. 462.e  
 Ecclesiarum parietes aqua salsa expiati. 105.d  
 Ecclesiarum variae consuetudines non improbantur. 502.a  
 Ecclesiastica historia qualis esse debeat, quatuor animalium visione designatur. 1.a  
 Ecclesiastica iudicia à quibus tractanda. 375.c  
 Ecclesiastica iudicia diuersa. 423.e  
 Ecclesiastica iudicia Episcoporum esse. 513.e  
 vbi tractanda. 537.e  
 Ecclesiastici capere ex bonis alterius à Valentiniano vetiti. 268.e. 269. 270. 271  
 Ecclesiastici adire vetantur seculares iudices. 225.e  
 qui eorum causas iudicare non possunt. 512.b  
 Ecclesiasticorum auaritia, & studium captandi voluntates exagitantur. 268.e. 269  
 Ecclesiasticum iudicium seu forum illibatum vult custoditum Theodosius. 513.e  
 Ecdicius Praefectus Aegypti sub Iuliano. 95.b  
 Ecebolus Arianus. 13.c  
 Ecebolij rhetoris inconstantia. 13.c  
 Ecebolij rhetoris apostasia & penitentia. ibid.  
 Eclipsis Solis prodigiosus. 671.b  
 Edesse martyres sub Iuliano. 129.b  
 Edesse Lupus Arianus Episcopus praeficitur. 306.b  
 Edessene Ecclesia persecutio sub Valente. 305.c. 306  
 Edessene femina dignum constantiae exemplum. 305.d  
 Edesseni que passim à Iuliano. 13.d  
 Edesseni Fideles in fide constantes. 305.d  
 Edesseni clerici proscripti. 306.a  
 Edesseni octoginta exules sub Valente. ibid.  
 Edictum Valentis de expellendis Episcopis Catholicis. 235.b  
 Edictum, vide, Lex, Rescriptum.  
 Electio Neclary qualiter se habuit. 443.e  
 quando facta. 444.a  
 Electi in Episcopos simulabant se aliquod admisisse delictum, ne ordinarentur. 366.a

Electio Episcoporum qualiter fieri solita, & qui abusus, cum inualuit vt laici eligerentur. 372.a  
 Electio Basilij. 226.b. 227. 228  
 Eleemosyna Christianorum effusa laudata à Iuliano. 115.e  
 Eleemosyna Christianorum Rome abundantes. 479.c  
 Eleemosynas in obitu carorum effusus dadi consuetudo. ibid.  
 Eleemosynis quantum consideret Ambrosius. 539.b  
 Eleemosynis Christiani etiam infidelibus subueniebant. 115.e  
 Eleusana plebs in Gallia decepta à Priscillianistis. 454.e  
 Eleusinus Iulianus Apostata inuasiatus. 4.b  
 Eleusius Cyzici Episcopus in vincula truditur à Iuliano. 37.c  
 Eleusij heretici obstinatio. 430.e  
 Eleusius Episcopus Cyzicenus quid sub Iuliano. 37.c  
 Eleusius Macedonianus Episcopus. 94.b  
 Eleusius propugnator dogmatis Macedoniani. 175.d  
 Eleusius Episcopus inbetur adificare ecclesiam Nouatianorum. 7.c  
 Eleusius è sede pellitur, & in locum eius sufficitur Eunomius. 194.d. & e  
 Eliphus Tullensis Episcopus martyr sub Iuliano. 99.e  
 Elifai Propheta reliquia vbi. 63.e  
 Eloquentiae studia quatenus Ecclesiasticis & Christianis permissa. 234.a. & seq.  
 Elpidius apostata. 48.a. & e  
 Elpidij Iuliani auunculi & in sacrilegij socij interitus. 48.e  
 Elpidius martyr sub Iuliano. 18.a  
 Elpidius legatus à Liberio Papa in Orientem ad, Arianos. 179.e  
 Emezeni Gentiles insanunt in Christianos. 64.a  
 Emmelia Basilij mater visitat filium in eremo agentem. 147.e. 148.b  
 Emmelie matris S. Basilij obitus. 232.b. quid in obitu. ibidem c. & etas. ibid. mater decem filiorum. ibid.e  
 Envergumenorum monstruosa spectacula. 510.d  
 Ennodij distichon de victoria Ambrosij contra Symmachum. 495.a  
 Ephraem visio de S. Basilio. 251.b. an Graecè loquendi ei gratia impertita fuerit à S. Basilio. 252  
 Ephraem Syri cum S. Basilio congressus. 251.b  
 Ephraem Apollinarem delatit. 358.b  
 Ephraem Syrus laudat Basilium post obitum oratione panegyrica. 383.e  
 Ephraem falso dicitur presbyter à Basilio ordinatus. 386.a  
 Ephraem insaniam simulat, ne Episcopus ordinetur. 386.c  
 Ephraem Edesseni draconi tempus obitus. 385.b  
 restamentum Ephraem. ibid.  
 Ephraem funeris honorem haberi sibi vetat. 385.d. & e  
 Ephraem rogat, cum defunctus est, pro se preces offerri. ibid.e  
 Ephraem scripta quanta auctoritatis fuerint. 386.a  
 publice legi solita in Ecclesia. ibid. quomodo, & à quibus collecta & edita. ibid.  
 Ephraem quid de Paulino discipulo moriturus admonuit. 386.a  
 Ephraem discipulus Episcopatus ambitione hereticus fit. ibid.b  
 Ephraem memoria in Ecclesia. 386.d  
 Epiphaniij primordia. 346.b  
 Epiphanius cum hereticis Antiochia congregatur. 165.e  
 Epiphanius ob egregiam venerationem, & Paulinus ob sanctitatem à Valente non tanguntur vt alij. 236.e  
 Epiphanius à Gnosticis pellicitur. 346.d. 452.e  
 Epiphaniij Actorum scriptor mendax. 347.b  
 Epiphanius scriptis res Hilarioms, cuius erat pernecessarius. 346.e  
 Epiphaniij vita & res gestae. 346.b. 457.b.d  
 Epiphaniij res gestae haud in omnibus constantes. 347.b  
 Epiphanius tentatus in exilio à Gnosticis. 346.d  
 Epiphaniij de Sanctorum veneratione sententia. 427.e  
 Epiphanius recipit Legatos à Pamphylia. 366.a  
 Epipha-

I N D E X.

Epiphanius quando & cur scripserit Ancoratum. ibid.b  
 Epiphanius quando & qua de causa scripsit librum de Haeresibus. 370.e  
 Epiphaniij laudes ex laudatis viris. 371.a  
 Epiphanius venit Romam ad Concilium. 457.b. Hospitatur apud Paulam. ibid.  
 Epiphanius ordinat Paulinianum prebyterum inuitum. 665.e. 666.a  
 Epiphanius in Ioannem excandescit ob Origenis errores, quos ille fouebat. 666.b.d  
 Epiphaniij nomine scripta supposita. 667.b.e. 668.a.b  
 Epiphanius scaderit ne velum cum sacra imagine. 666.e. & seq.  
 Epiphanius quid cum Ioanne Hierosolymitano Episcopo. 651.e  
 Epiphaniij pedes deo iugatur populis. 674.c  
 Epiphaniij res gestae cum Ioanne Hierosolymis. ibid.a  
 Epiphanius calumniam passus de haeresi Anthropomorphitarum. ibid.c  
 Episcopalia iudicia. 423.e  
 Episcopatus contemptus exemplum. 363.a. 386.b. 518.b  
 Episcopatus à Valente tempore collati vilibus personis. 240.d. 278.d  
 Episcopatus quibus in primis conferendi. 180.c  
 Episcopatus ambitione Paulinus hereticus fit. 386.b  
 Episcopatum vt fugerent, quid multi agere solerent. 366.a  
 Episcopus qualis esse debeat. 344.c. 362.d. 440.e  
 Episcopus praedixit conuersionem Augustini. 378.a  
 Episcopi dignitas. 301.a  
 Episcopi electi, ne ordinarentur, simulabant aliquod admisisse delictum. 366.a  
 Episcopi Catholici bene habiti à Iuliano. 6.d  
 Episcopi Aegypti Catholici acti in exilium Diocetarem. 338.c  
 Episcopi conueniunt Constantinopoli, vt Gregorium in sede Episcopali collocent. 426.e  
 Episcopi Aegyptij non vocati ad Synodum, eò quod fauissent Maximo. 427.b  
 Episcopi insigniores, qui intersuerunt Constantinop. Concilio. ibidem e.  
 Episcopi qui ex Aegypto venerunt pro Maximo contra Gregorium. 411.e  
 Episcopi frumentarij. 412.b  
 Episcoporum iudicium quale. 423.e  
 Episcopi Principibus morigeri & addicti quales sint. 436.c  
 Episcopi quatuor vno tempore Antiochia. 277.b  
 Episcopi qui à Valente iusti sunt solum vertere. 240.c  
 Episcopi multi neophyti & laici post Ambrosij electionem sunt creati. 372.b  
 Episcopi nec laici nec neophyti eligi debent. ibid.  
 Episcopi lapsi penitentes restituti, qui Arimini cecidisse videri poterant. 90.a  
 Episcopi lapsi ad Ecclesiam reuersi in eodem statu sepius relictis. 77.b. declaratur hoc. 77.b. 85.a.d  
 Episcopi Orthodoxi omni fide maiores nominati in edicto Theodosij. 445.c  
 Episcopi Donatista tempore Theodosij ultra quadringentos. 700.c  
 Episcopi Galliarum huius temporis clari. 719.e  
 Episcopi qui intersuerunt Concilio Antiocheno, & professi sunt fidem Catholicam. 164.c  
 Episcopi iuniores, qui intersuerunt Concilio Constantinopolitano, quales essent. 436.c. 443.c. eorum in iactantia in litteris ad Damasum datis. 444.d  
 Episcopi qui venerunt Romam ad Synodum. 458.a  
 Episcopi & humiles & erecto animo pro temporis ratione esse debent. 248.a  
 Episcopi exules à Iuliano restituti. 6.d  
 Episcopi exules à Iouiano Imperatore restituti. 161.b  
 Episcopi exules reuocati à Valente inuito. 377.a

Episcopi exules liberati à Gratiano. 392.e  
 Episcopi Thessalonicensis huius seculi. 395.e  
 Episcopi tantum concionari soliti in Africa, non autem presbyteri. 649.a. reprehenditur hac consuetudo à S. Hieronymo. ibid.e  
 Episcopi qui intersuerunt quarta Synodo Constantinopolitanae. 695.e  
 Episcopi duo in vna ciuitate esse prohibiti. 190.e  
 Episcopi in exilium acti impulsu Ariatorum Alexandria. 338.c  
 Episcopi à Firmo legati de pace mittuntur ad Theodosium. 361.c  
 Episcopi Orientales Catholici expulsi à Valente. 235.b  
 Episcopi Orientales cum Occidentalibus digladiantur in Concilio Constantinopolitano. 437.e  
 Episcopi Orientales vocati Romam ad Synodum. 451.e  
 Episcopi Priscillianista damnati in Concilio Caesaraugustano. 453. & seq.  
 Episcopi Hispaniarum qui damnarunt Priscillianum & socios. ibid. d  
 Episcopi quam canere debent iudicium sanguinis. 525.d  
 Episcopi ex quibus assumendi, è magistratibus primum, deinde ex Ecclesiasticis ordinibus. 180.b  
 Episcopi qui intersuerunt Concilio Mediolanensi. 631.b  
 Episcopi Con ilij Tyansenis. 182.d  
 Episcopi depositi recipiunt suas sedes vigore litterarum Liberij Papae. 179.a  
 Episcopi sub scripti Alexandrino Concilio. 82.d  
 Episcopi lapsi an ad suam Ecclesiam restituendi essent penitentes, disputatur in Synodo Alexandrina. 77.a. 85.d  
 Episcopi duo vnus Ecclesia quando & quomodo passim. 77.b  
 Episcopi cur ex laicis sepe eligerentur. 372.b  
 Episcopi Catholici inter se diuisi occasione Ithacij. 525.d  
 Episcopi electione abstinere Valentinianus. 362.e  
 Episcoporum esse, & non Imperatorum curare Ecclesiasticis. 171.b  
 Episcoporum legatio ad Valentinianum pro Concilio conuocando. ibid.  
 Episcoporum suscriptio Concilij Constantinopolitani inuerti. 433.b  
 Episcoporum electio quanta cura peragenda. 228.e  
 Episcoporum electio ex decreto Illyricana Synodi. 180.b  
 Episcoporum electiones vbi agerentur. 527.a  
 Episcoporum postulatione quomodo à populo fieret. 229.a. & seq.  
 Episcoporum vita qualis esse debeat. 440.e  
 Episcoporum Constantinopolit. Synodi descriptio. 442.c.  
 eorumdem iactantia. 444.d  
 Episcoporum palliola in nimis expresse. 690.c.e  
 Episcoporum esse, & non monachorum, disputare de fide. 402.d  
 Episcopos ne sibi eligant heretici. 503.a  
 Episcopos inter se discordes velato pretextu Iulianus in concordiam reuocare sinit. 7.e  
 Episcopos Ariminensis Concilij Taurus detinet & affigit. 5.a  
 Episcopos ultra dioeceses suas intra Episcopalia exercere vetitum Concilio Constantinopolitano. 431.b  
 Episcopos de rebus Ecclesiasticis iudicare. 513.e. eosdem à solis Episcopis iudicari. 521.b  
 Episcopos Principibus adulari, indignum. 524.e. Imperatoribus praestare. 525.a  
 Epistola Ambrosij ad Vercellensem Ecclesiam quando scripta. 308.b  
 Epistola Ambrosij ad Eugenium. 658.b  
 Epistola Ambrosij de obitu Valentiniani. 655.e  
 Epistola Ambrosij de sua legatione ad Valentinianum. 548.a  
 Epistola Ambrosij de causa Flauiani, & Euagrii. 605.a  
 Epistola Ambrosij ad Marcellinum. 540.c  
 Epistola

I N D E X.

Epistola Ambrosij ad Marcellinam de inuentione SS. martyrum Germanij & Protasij. 545.b  
 Epistola Ambrosij ad Theodosium post cadem Theodosianensium. 621.e  
 Epistola Arianorum ad Germinium Semiarianum. 196.a  
 Epistola Athanasij ad Rufinianum. 85.b  
 Epistola Athanasij ad Iouianum Imperatorem de fide. 161.e  
 Epistola Basilij consolatoria ad monachos persecutione vexatos. 370.c  
 Epistola Basilij consolantis Alexandrinos tempore persecutionis Lucij. 343.e  
 Epistola Basilij ad Ambrosium. 371.c  
 Epistola Basilij ad Athanasium. 296.a  
 Epistola Basilij consolatoria ad Antiochenos. 259.e  
 Epistola Basilij ad Occidentales. 314.b  
 Epistola alia Basilij ad Damasum ad Occidentales. 83.c  
 Epistola Basilij ad Euaisenam Ecclesiam. 376.d  
 Epistola Basilij ad Gregorium post fugam. 342.b  
 Epistola Basilij ad Iulianum fragmentum. 100.c.e  
 Epistola Basilij ad Libanium. 150.a  
 Epistola Basilij ad Synodum Tyanensem. 183.a  
 Epistola Basilij ad Theodotum de rebus gestis cum Eustathio. 285.c  
 Epistola Constantinopolitane Synodi ad Theodosium. 432.d  
 Epistola Damasi de recipiendo Vitale. 350.c  
 Epistola Damasi & Aurelij communitate. 365.b  
 Epistola Epiphany aduersus Ioannem Episcopum Hierosolymitanum. 671.c  
 Epistola Epiphany ad Ioannem. 666.d. additamentum ei affutum. 667.b. 668.a  
 Epistola Episcoporum Italia ad Illyricos. 182.b  
 Epistola Germinij Semiariani aduersus Arianos. 196.c  
 Epistola Gregorij Nazianzeni agentis in eremo ad Amphiloebium. 147.e  
 Epistola Gregorij agentis in eremo ad Basilium. 147.d. 148.c  
 Epistola Gregorij ad Basilium creatum Episcopum. 231.a.  
 alia de non timendo aduersarios. ibid.c  
 Epistole dua Gregorij ad Basilium exposulantis de sede Salsimorum oblata. 299.d  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Basilium. 33.b  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Basilium tempore electionis eius. 342.d  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Bosphorium de suo reditu. 189.d  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Bosphorium Episcopum post electionem suam. 301.e  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Casarium a terremotu liberatum. 210.a  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Casarium, cum esset apud Iulianum. 111.c  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Eusebium Casariensem. 31.d  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Eusebium Samosatenum. 230.b  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Eusebium Samosatenum exulantem. 237.e  
 Epistola Gregorij senioris ad Casarienses de eligendo Basilio. 228.e. ibi laudes Basilij. ibid.  
 Epistola Gregorij senioris ad Episcopos coactos ad electionem. 229.d  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Gregorium Nyssenum reprehendens eum, quod eloquentia nimis uicaret. 233.e  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Eudoxium de Basilij obitu. 383.c  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Gregorium Nyssenum, de obitu Basilij. 383.b  
 Epistola Gregorij Nazianzeni ad Nestarium obiurgatoria. 503.a  
 Epistola Gregorij Nazian. de Synodo ad Posthuanum. 487.e

Epistola Gregorij ad Saturninum de Synodo. 488.a  
 Epistola Gregorij recusantis venire ad Synodum. 459.a.c  
 Epistola Hieronymi ad Asellam. 508.e  
 Epistola Hieronymi ad Damasum. 327.e  
 Epistola Hieronymi in Ioannem quando & quo impulsore scripta. 671.c  
 Epistola S. Hilarij de rebus gestis Mediolani cum Auxentio Ariano Episcopo. 217.a  
 Epistola Ioannis a Hieronymo Latinitati donata, sed furto subrepta. 678.c  
 Epistola Iuliani ad Basilium. 10.c  
 Epistola Iuliani ad Arsacium de mutatione rerum Christianorum. 115.c  
 Epistola Iuliani ad Aetium. 7.b  
 Epistola Iuliani ad Alexandrinos de nece Georgij. 71.b  
 Epistola Iuliani de querendis libris Georgij Ariani. 73.a  
 Epistola alia Iuliani ad Alexandrinos de Athanasio. 95.e  
 Epistola Iuliani contra Athanasium. 95.a  
 Epistola alia contra Athanasium. 95.b  
 Epistola Iuliani ad Artabium, qua Christianos nomine Galileorum sugillat. 8.a  
 Epistola Iuliani ad Ecebolium. 13.d  
 Epistola Iuliani ad Bostrenses. 66.a  
 Epistola Iuliani ad Hermogenem. 4.d  
 Epistola Iuliani ad Libanium. 14.a  
 Epistola Iuliani ad Iudaos. 118.e  
 Epistola Iuliani ad Xenonem medicum. 6.c  
 Epistola Iuliani ad Libanium in procinctu militari scripta. 126.d. 127.d  
 Epistola Libanij ad Ioannem Chrysostrum. 476.d  
 Epistola Libanij ad Basilium. 32.b  
 Epistola alia Libanij ad Basilium. 150.b  
 Epistola Liberij ad Episcopos Italiae. 75.d. eiusdem alia ad Episcopos Orientales. 177.c. eiusdem alia de restituendis Episcopis ad eosdem. 179.a  
 Epistola Maximi ad Valentianum pro S. Ambrosio. 543.e  
 Epistola Maximi ad Siricium. 553.b  
 Epistola Meletij ad Occidentales. 278.b  
 Epistola Petri Alexandrini de persecutione Arianorum. 334.e  
 335  
 Epistola Siricij ad Mediolanensem Ecclesiam de damnatione Iouiniani & sociorum. 629.c  
 Epistola Siricij ad Himerium Episcopum Tarraconensem. 506.d  
 Epistola Synodi Antiochena ad Iouianum. 164.a  
 Epistola Synodalis Damasi ex Romano Concilio contra Auxentium. 223.a  
 Epistola Synodalis Episcoporum Gallia ad Orientales. 91.e  
 Epistola Synodalis Donatistarum. 696.b  
 Epistola Synodalis Illyricorum Episcoporum. 180.a  
 Epistola Synodalis ex Concilio Mediolanensi ad Siricium Papam. 630.c  
 Epistola Synodalis ex Concilio Constantinop. ad Damasum. 459.e  
 Epistola Synodalis Concilij Alexandrini. 80.a  
 Epistola Synodi Constantinop. ad Theodosium. 432.d  
 Epistola Synodalis ex Concilio Antiochenu ad Iouianum. 164.a  
 Epistola Synodalis ex Concilio Aquileiensi. 450.b  
 Epistola Valentiniani ad Praxetatum de expellendo Priscilliano. 208.d. alia ad eundem. 208.d. 209.a  
 Epistola Valentiniani de electione Siricij. 506.c  
 Epistola Valentiniani de construenda basilica S. Pauli. 527.c  
 Epistola Valentis Imperatoris de fide Catholica tenenda. 180.e. 181.e  
 Epistola Valentis & Valentiniani ad Arianos de rella fide. 180.e. an Valentiniani etiam verè sit. 181.e  
 Epitaphium a Damaso Papa conscriptum. 479.e  
 Epitaphium Picentia a Liberio Papa consignata. 200.a  
 Epitaphium S. Marcellinae sororis S. Ambrosij. 485.b  
 Epulas

I N D E X.

Epulas faciendi ad Memoriam martyrum mor. 502.a  
 Equus Valentis Imperatoris curatus ab Abraate monacho. 256.c  
 Equi Iuliani interitus. 127.e  
 Equulei torrua qualis. 205.c  
 Erenus Basilij & Gregorij Nazianzeni qualis. 34.c.  
 147.d  
 Error Sozomeni in reditu Basilij ab eremo. 193.e  
 Error Sozomeni & aliorum in tempore Valentis persecutionis. 189.a  
 Error Sulpitij & Gregorij Turon. in tempore obitus Hilarij. 221.a  
 Errores & mendacia de Damaso reselluntur. 202.e  
 Error cuiusdam, Iudis imaginem B. Virginis esse arbitrantis. 125.a  
 Eruditus uir magisteratus contulit Iulianus. 9  
 Etherius tabellarius Damasi ad Hieronymum. 403.b  
 Etruscos Aruspices secum auxit Iulianus. 133.d.  
 vide, Aruspices.  
 Euagrius comes quid sub Iuliano. 5.c  
 Euagrius Antiochenus cum Eusebio venit in Italiam. 90.e  
 Euagrius agit contra Auxentium. 222.d  
 Euagrius Episcopus delectus a Catholicis Constantinopoli. 243.a  
 Euagrius Pampiani Antiochenus rediit ab Occidente quo profectus cum Eusebio Vercellensi fuerat. 316.a  
 Euagrius Ponticus discipulus Gregorij Nazianzeni. 411.a  
 Euagrius Ponticus diaconus Constantinopolitanus. 446.d  
 Euagrius Ponticus cum Nestario remansit Constantinopol. ibidem e.  
 Euagrius Ponticus profectus in Aegyptum. 583.c.  
 fouet Origenis errores. ibid.e  
 Euagrii Pontici scripta. 583.e. 584.b  
 Euaisena Ecclesia in Armenia. 376.d. quid apud eam Basilium. ibid.  
 Euangelium Ioannis repertum in specu templi Hierosolymorum tradit Nicephorus. 122.d  
 Euangelica consilia quo consilio Iulianus seruanda Christianis proponat. 107.e  
 Euangelica historia quaternarius numerus quatuor animalibus consignatur. 1.a  
 Euchaita heretici idem Massaliiani. 491.e  
 Eucharistia super altare. 104.a  
 Eucharistiam in itinere deferendi usus. 484.d  
 Eucharistia mambus accipi solita. 2.e  
 Eucharistiam accipiebant, sed non consumebant Priscillianista. 573.a  
 Eucharistia canibus datur a Donatistis, non sine diuina uicione. 102.e  
 Eucharistia martyri in Gallia sub Iuliano. 99.e  
 Euebrocia & Procula a Priscilliano seducte. 454.e  
 Euebrocia occisa a Maximo cum Priscilliano. 512.c  
 Eudoxius baptizat Valentem Imperatorem. 188.e  
 Eudoxius a Lampasaceno Concilio damnatus. 174.d. 175.c  
 Eudoxius Episcopus Constantinopolitanus sub Iuliano. 24.c  
 Eudoxius qualis fuerit. 430.c  
 Eudoxij Ariani Constantinopolitani Episcopi obitus. 243.a  
 Eudoxiani exagitati a Semiarianis. 94.a  
 Eudoxiani damnati Lampasaci. 174.e. 175.c  
 Eudoxiani in Concilio Constantinopolitano damnantur. 430.c  
 Eugenius & Macarius audacter Iuliano Antiochia resistunt. 41.e. eorumdem martyrium. 42.c  
 Eugenius deportatus in Oasim. 42.c  
 Eugenius martyr Antiochia. 678.c

Eugenius eunuchus fuit Procopio tyranno. 171.e  
 Eugenius creatus Imperator ab Ethnicis. 656.e  
 Eugenij plures. ibid.  
 Eugenius Asellus. 657.a  
 Eugenius famulus Arbogastis dictus. ibid.b  
 Eugenius Imperator legationem ad Theodosium mittit. ibidem d.  
 Eugenius erga religionem Christianam infidus. ibid.  
 eius promotor Flauianus Gentilis. ibid.e  
 Eugenius ab Ambrosio reprehensus. 658.b  
 Eugenius reddidit sumptus ad sacrificia. ibid.e  
 Eugenius decipitur falsis oraculis. 660.a  
 Eugenij ad bellum apparatus comparatus ex demonum praesidiis. 683.d  
 Eugenius Christianus licet esset, tamen deditur superstitionibus Gentilicis. ibid.e  
 Eugenij mina in Mediolanensem Ecclesiam. 687.b  
 Eugenij munitiones simulacra deorum. 693.c  
 Eugenius Alpes nuntius idolis. 687.c  
 Eugenij impietas in bello & vbique ostensa. 683.d  
 Eugenij exercitus signatum primarium idolum Hercules. 687.c  
 Eugenij conflictus cum Theodosio. 688.d. & seq.  
 Eugenius victus & occisus. 691.b  
 Eulalius creatus Episcopus Nazianzenus. 458.e  
 Eulogius presbyter Edeffensis egregius confessor exulat. 306.c.  
 eius exilium cum Protogene. ibid.e  
 Eulogius cum Protogene exul conuertit infideles ad fidem. 307.a  
 Eulogius Episcopus Edessa ordinatus. 397.c  
 Eunapius Sardinianus in monachos infensus. 608.b  
 Eunapius impius quid in martyres & eorum reliquias. ibid.e  
 Eunomius Episcopus Samosatensis Arianus. 238.e  
 Eunomius ordinatur Episcopus Cyzicenus. 194.e  
 Eunomij fastus & horrenda blasphemata. 195.b  
 Eunomij timorem mentis deprimit S. Basilium. 195.c  
 Eunomij res gesta. 195.a. eius blasphemata & mores. ibid.b  
 Eunomius alius Episcopus Samosatae. ibid.c  
 Eunomianus etiam Ariani detestabatur. 393.a  
 Eunomiani edicto Gratiani damnati. 392.e  
 Eunomiani inter se dissidentes. 645.d  
 Eudodius Consul quid cum Martino. 525.a  
 Eudodius diaconus relegatus in Oasim. 239.a  
 Euortius Episcopus Aurelianensis. 365.e  
 Euphrates fluuius in Tigrim fossa deductus. 132.b  
 Eusebii martyr Antiochia sub Iuliano. 55.a. 58.c  
 Eusebii martyr incensor templi Fortuna. 28.a  
 Eusebii martyri causa. 28.b  
 Eusebius Episc. Bononiensis cultor uirginitatis. 378.e  
 Eusebius Bononiensis Episcopus inter fuit Concilio Aquileiensi. 448.a  
 Eusebij Episcopi Casarea Cappadociae electio ipso inuito. 27.  
 b. 28  
 Eusebius infensus Basilio. 29.e  
 Eusebius Episcopus Casarea Cappadociae redarguitur a Gregorio Nazianzeno. 30.d  
 Eusebius Episcopus Casarea Cappadociae interfuit Synodo Tyanensi. 181.a  
 Eusebius reconciliatur Basilio. ibid.e  
 Eusebius Episcopus Casarea Cappadociae fouet Basilium. 193.a  
 Eusebius Episcopus Casarea moritur. 226.a. succedit ei Basilium. 226.a. 227  
 Eusebius eunuchus Arianus praefectus cubili Imper. Constantij necatur. 5.d  
 Eusebij Praefecti in Basilium persecutio. 252.a  
 Eusebius Praef. interficiendus a populo, liberatur a Basilio. ibid.e  
 Eusebius Cremonensis apud Hieronymum Hierosolymum. 678.c  
 Euse-

I N D E X.

Eusebius martyr Hadrianopoli sub Iuliano. 37.e
Eusebius martyr Gazensis. 60.b
Eusebij Samosatensis laudes per Gregorium Nazianzenum. 230.b
Eusebius Samosatensis pulsus in exilium in Thraciam. 237.b
Eusebius exulans a Gregorio Nazianzeno litteris saluatur. ibid.e
Eusebius clam subducit se a suis exulaturus, ne impidiretur. ibid.c
Eusebius Samosatensis in habitu militari lastrat Ecclesias Orientis. 239.c. ad ipsum Basilij littera. ibid.d
Eusebij Samosatensis requiruntur littera ad Occidentales. 277.e
Eusebius Samosatensis nouos ordinat Episcopos, Acacium Be-roae, Theodotum Hierapolis, Eusebium Chalcedis, Isidorum Cyri. 397.c
Eusebij Samosatensis martyrium. occisus a femina Ariana. ibid.d
Eusebij Samosatensis legatio pro restituendis Eccles. ibid.e
Eusebius Vercellensis venit Alexand. ad Concilium. 75.b
Eusebij Vercellensis subscriptio cum fidei professione. 83.a
Eusebius Vercellensis legatus ad erigendas Ecclesias collapsas. ibid.e
Eusebij Vercellensis reditus in Italiam. 90.d. eius laudes. 91
Eusebius & Asterius legati ex Concilio Alexandrino ad Antiochenos. 80.a.b
Eusebij res gesta post reditum. 82.d.e
Eusebius Vercellensis visitat Ecclesias Orientis. 86.a
Eusebius commotus in Luciferum. ibid.c. causa recens. 86.d. 87.a
Eusebij Episcopi Vercellensis res gesta. 93.d
Eusebij Vercellensis obitus. 308.a. idem confessor a maioribus dictus. ibid.c. An dicendus sit vere martyr. ibid.
Eusebij Vercellensis vita & censura. ibid.e
Eusebij scripta 423.e. eius miracula post obitum. ibid.
Eustachius, Elpidius, Marcellus, & socij martyres sub Iuliano. 18.a
Eustathius Macedonianus Episcopus. 94.b
Eustathius a Basilio recipitur cum professione fidei Catholicae. 283.e
Eustathius rursus Catholicam fidem deserit. 285.a
Eustathius Sebastenus legatus cum alijs Romam ad Liberium Papam. 176.b
Eustathius recipit suam Ecclesiam litteris Liberij Papae. 179.a
Eustathius Sebastenus exhibet Synodo Tyanensi litteras Liberij Papae. 183.d. sedem recipit. ibid.
Eustathij Sebasteni res gesta ante & postea cum reuersus est in suam Ecclesiam. ibid.e
Eustathius cui recurrit ad Romanum Pontificem. 184.e
Eustathius Episcopus Antiochenus quo tempore vixit. 244.c
Eustathius rursus in haesim lapsus struit calumnias Basilio. 285.b
Eustathij simulatio detecta. ibid.e
Eustathius Sebastenus olim Roma receptus, qualis esset. 314.d
Eustathij Sebasteni causa ab exordio repetita. 315.a
Eustathius saepe lapsus, & saepe receptus. 183.e. 315.c.d
Eustochium filia S. Paulae. 469.c. laudatissima virgo. 470.c
Eufychius capite damnatus querela Gamalielis Patriarche. 679.a
Euthymius procurat exilium Ambrosij, sed ipse exulauit. 535.d
Euthymij in Ambrosium audacia diuinitus punita. ibid.
Euzodij duo, ambo Ariani. 197.e
Euzois Episcopus Arianus Antiochia. 86.d
Euzois Arianus Episcopus Antiochenus agit contra Athanasium. 165.a

Euzodij Ariani Episcopi Antiocheni obitus. 376.d
Euzois Episcopus Caesareae Palestinae. 197.e
Excommunicationis pena. 261.c
Excommunicatio iaculata ab Athanasio in Praefectum Libya. ibid.b
Excommunicatus Theodosius luget. 624.a
Excommunicatis communicare non licet. 524.d
Excommunicato quae denegentur. 261.c
Exequias Christianorum vetat Iulianus die agi. 122.e
Exercitus Iuliani quasi momento redditus Christianus, eligit Christianum Imperatorem. 156.b
Exercitus Theodosij signum Crux. 687.d
Exercitus Romanus premitur angustijs in Perside. 133.a. & seq.
Exercitum ad vincendum armat religio. 384.d. 386.b. 387.b. 388.e
Exorcizare parietes & pauimenta Catholicorum, opus Donatistarum. 103.c. 104.b
Exilium Meletij. 254.c
Exilium irrogatum a Valente omnibus Episcopis Catholicis. 235.a
Exules sub Constantio restituti a Iuliano. 6.d
Exules sub Constantio recipiunt sua a Iuliano. 7.d
Expeditio Theodosij in Maximum quam religiosi. 568.a. consulit sanctos viros. ibid.b. debellat hereticos. ibid.c.d
Expulsi a belli caedibus. 694.c. & seq.
Exploratores Basilij doctrina. 290.c
Exuperius institutor Furti viduae. 695.d
Exuperius Tolomanus clarus sanctitate. 719.d

F.

Fabia Paulina vxor Praetextati. 473.a
Fabiola penitentia publica. 627.b
Fabri filius parat loculum Iuliano. 127.c
Faces ardentes in funere Christianorum. 210.d. 434.a
Fagadius Episcopus in Gallia. 365.e
Fames ingens in Oriente sub Valente. 207.c
Fastus insimulatus Basilij, an iure. 322.a
Fastus insimulata Romana Ecclesia an iure. ibid.
Faustinus schismaticus fuerit Vrsicino. 202.d
Faustinus presbyter cum Marcellino asserunt libellum Theodosio, eliciuntque rescriptum. 581.a
Federicus Metius translator epistole Iuliani. 67.a
Felix Diabensis Donatista. 102.b
Felix Idicrensis Donatista pessimus. ibid.d.
Felix Praefectus Aeraij dira passus ob sacrilegium. 47.a. 48.a.c
Felix Nolanus martyr studiose Paulinus. 716.a
Felix Episcopi Treuerensis ordinatio. 524.c. 527.a
Feliciani & Praetextati libellus. 701.c
Felicissimus Priscillianista occisus cum Prisciliano a Maximo. 512.c
Felicitas nobilis Romana discipula S. Hieronymi. 471.a
Femina Vercellensis septies iuxta historia. 205.a. 206
Feminarum peregrinatio reprehenditur. 530.b
Femina decepta a Priscillianista. 453.a. vetita a Patribus conuenire in sacris cum viro. 453.c
Femina Antiochena spectata constantia. 557.d
Femina Christiana magna constantia. 257.e
Femina strige maga. 463.e
Festi Proconfulis idololatrae miserandus interitus. 422.b
Festi dies Iuliani Imp. initio ubique Gentium ritu celebrantur. 2.c
Festum ab Alexandrinis statutum ob euasum periculum ex maris exerecentia. 186.a
Fidei arma contra hostes Christianis sumenda. 386.d
Fidei Professio Paulini Episcopi Antiocheni. 166.b
Fides Catholica omnia secum bona affert. 425.a.b
Fides

I N D E X.

Fides Catholica in sede Petri. 663.a
Fides Catholica commendatio. 260.b
Fides sanctorum Patrum custodienda. 162.d
Fidei Christianae propagatio tempore persecutionis Arianae. 344.d. 345
Fidei professio Catholica ex Concilio Illyricano. 180.d. 181.c
Fidei professio Paulini Antiocheni Episcopi. 166.b
Fidei professio Auxentij. 219.a
Fidei professio Catholica oblata a Macedonianis Liberio Papae. 176.a.e
Fidei confessio Basilij ad Iulianum data. 10.e
Fidei regula firmata in Concilio Antiocheno. 396.b
Fidei veritatem demones conspiciuntur. 546.a
Fidei causas ab Episcopis tractandas. 521.b. 522
Fides Catholica armat milites ad vincendum. 387.c. 388.c. 389.c. 391.b. 408.a
Fides Catholica cum impugnatur, barbari insurgunt & superant. 376.b. 387.b. 388.c. 389.c. 391.b
Fides Christiana cum magis concurritur, tunc solidius firmatur. 69.a
Fides Catholica contra Arianos testata miraculis Antiochie. 256.a.c. 257.e
Fides Nicena Synodi ab Athanasio celebratur, & narratur. 162.c
Fides Occidentalem concors sub Liberio. 178.d
Fiducia & psalteria lege Theodosij prohibita. 516.b
Filijs Valentinijs, & filie. 368.b
Firmi presbyteri martyrium sub Valentiano. 348.b
Firmus noluit hominem prodere apud se latitantem. ibid.
Firmus tyrannus in Africa. 361.b. oppugnat eum Theodosius senior. ibid. eiusdem obitus. ibid.d
Flaccilla nominanda est quam Graeci Placillam dixerunt. 515.c. Aelia ei cognomen. ibid.e
Flauia Iouina epitaiphium. 198.b
Flauianus aduersus Paulinum & Apollinarem oratio. 394.b
Flauianus Episcopi Antiocheni causa iterum ventilata Constantinopoli. 490.b
Flauianus prudentia in detegendis Massaliensis. 491.b
Flauianus oratio pro Antiochenis coram Theodosio. 561.a. & seq.
Flauianus Episcopi Antiocheni legatio. 560.c. 561. occurrit magistratibus. 460.e. quid cum peruenit ad Theodosium. 561.a
Flauianus causa rursus Roma agitata. 603.e
Flauianus causa delegata Theophilo Alexandrino. 604.e
Flauianus in Theodosium intra ingratitude. 693.a
Flauianus Praefectus Vrbs sollicitus deus pro victoria Eugenij. 683.d
Flauianus operis monumentum. 693.b
Flauianus Express. relegatus ad Aquas Taurinas. 98.d
Flauianus Episcopus exulante Meletio quid praestiterit. 255.a
Flauianus per calumniam Paulinum accusauit. 394.e
Flauianus & Diodorus curant Ecclesiam Antiochenam post exilium Meletij. 255.a. 257.a
Flauianus quid cum Paulino. 394.b
Flauianus ordinatus successore Meletij in Synodo Constantinopolitana. 434.d. 437.c. 449.e
Flauianus Episcopus Antiochenus eligitur. 437.d. eam rem dignatur Damasus. 452.a. non tamen anathematizat, sed tolerat. 463.e. 531.d
Flauianus praefectus Constantinopolim ad Synodum. 474.a
Flauianus simul cum Chrysofomo docet Antiochie. 653.d
Flauianus ab Angelo admonitus de ordinatione Chrysofomi. 683.a
Flauianus cum concionatur Antiochia, ei desert Ioannes Chrysofomus. ibid.d
Flauianus persequetur Theodosio vt parcat. 685.e. dimittitur. 686.a

Flauianus refugit iudicium. 605.a
Flauianus Gentilis promotor Eugenij. 657.e
Flauianus deorum protector ab eis delusus. 693.d
Flauianus cum Eugenio ad bellum. 687.a. 688
Florentia ciuitatis Ambrosij studiosus. 659.e
Florentinus Comes quid sub Iuliano. 5.a
Florentinus Aquileiensis monachus laudatur. 325.b
Florentinus Puteolanus schismaticus. 423.d
Foedus cum Persis initum a Iouiano. 157.c. foederis conditiones. 158.a
Foedus Theodosij cum Maximo. 517.a
Foenerari vetitum in Rom. Synodo. 463.e
Fons baptismalis in Vaticano a Damaso extractus. 498.d
Fons aris basilicae Vaticanae. ibid.e
Fontes exicati ob Iuliani impietatem. 51.b
Formula illa, Et quod excurrit, quid importet. 212.a
Fortunatus Manichaeus ab Augustino superatus. 662.a. & seq.
Fortuna ara in Palatio a Iuliano erecta. 22.b
Forum Ecclesiasticum illibatum vult Theodosius. 513.e
Forum saeculare clerici vitent. 225.e
Fossa ab Euphrate in Tigridem deducta. 132.a
Fratres appellati aliquando schismatici & haeretici a Catholicis. 211.d
Frigidus amnis, ubi victus est a Theodosio Eugenius. 691.c
Frumentum Hierapolis a Iuliano ademptum. 109.c
Fuga Gregorij in solitudinem. 302.c. reuocatur a patre. 302.c. 303.a
Fuga Basilij, ne crearetur Episcopus. 227.c
Fuga Hilariionis a persecutione. 61.c
Fulgura in pluuia fecit Deus, cum disperditas linguas super Apostolos pluit. 1.b
Fuluij Vrsini sincera fides cum peritia. 690.c
Funarius appellatus pater Valentianus. 168.d
Fundana basilica a Paulino erecta, & reliquijs sanctorum locupletata. 717.e. 718.a
Funera Christianorum agi die prohibet Iulianus. 122.a
Funeris honorem moriens haberi sibi vetuit Ephram. 385.d
Funus infame Iuliani Apostatae. 141.c
Funus Caesarij ritu Christiano. 211.d
Funus Meletij sumptuosum. 434.a. luminaria in eo. ibid.
Funus ingens in exercitu Romano. 134.a. 135. & seq.
Furia vidua clarissima femina. 695.c. nurus probe. 726.e
Furore Iuliani quam vehemens. 23.b

G.

Galatae martyres. 35.a. & seq.
Galates filius Valentis. 134.a
Galileus Christus a Iuliano dictus ignominiae causa. 137.e
Galilai dicti a Iuliano Christiani, quos iugillat ad contemptum. 8.a
Galilai a militia reiecti lege Iuliani. 108.b
Galileorum amentia, in ore Iuliani frequens. 7.b. 8.a
Galileorum nomine carpuntur Christiani. 41.d
Galla nupta Theodosio. 551.b
Galla Placidia pro Galla Augusta. 582.c
Galle Augustae obitus. 638.e
Gallicanus Consularis quid passus sub Iuliano. 99.a
Gallicanus Consularis egregium Christianitatis exemplum. ibid.
Gallorum martyria sub Iuliano. 99.e
Gaudentius & Iouinus spoliant templa idolorum. 600.b
Gaudentij Episcopi Brixiani electio. 518.a. eius res gesta & peregrinatio. ibid.c
Gausfidius de rebus Britannicis libri censura. 481.a
Gaza Syria ciuitas. 50.a. Christianis insensissima fuit. ibid.c.
Gaze incense ecclesia a Iuliano sub Iuliano. 118.c
Gazenses Gentiles persequuntur Christianos. 60.b. 61.c. 62.e. Gazen-

I N D E X.

Gazenses à Iuliano exagitati. 60. b. eius martyres. *ibidem.*  
 & seq.  
 Gazensis Ecclesia & Maiumatensis unita. 58. e  
 Gazensium martyrum reliquia. 60. d  
 Gelasius Episcopus Casarea Palaestina. 697. b  
 Gelasius nullam prerogatiuam cognouit sedis Constantinopolitane. 431. e  
 Gemadij error de Temporibus Ticonij. 214. d  
 Gentiles contra Christianos ex licentia Iuliani ubique armantur. 61. a  
 Gentiles Alexandrini agunt contra Athanasium. 94. d  
 Gentiles ausi sacrificare & aras erigere sub Gratiano. 374. c  
 Gentiles idolorum cultores legibus Theodosij cohibiti. 456. e  
 Gentiles à Ioanne Chrysofomo ad fidem conuersi. 534. c  
 Gentiles exultant de Maximi imperio, & illi fauunt. 481. d.  
 553. e  
 Gentiles Romanos Senatores Maximus spe demulcet. 481. e  
 Gentiles Orgia celebrantes Apollonij oratione immobiles sunt. 68. c. eadem liberati ad Christum conuertuntur. *ibid.* e.  
 Gentiles exultant ob victoriam de Valente. 390. e  
 Gentiles frustra ob Valentem hereticum victum exultant. *ibid.*  
 Gentiles Senatores legationem mittunt pro cultu deorum. 473. b  
 Gentiles quid in Ecclesiam Alexandrinam. 234. a. 235  
 Gentiles Senatores Romani Maximo fauent aduersus Gratianum. 46. d. somnatiibus Maximo Imperium angustantur. *ibid.* e. venientem excipiunt summa cum laetitia. 553. e  
 Gentiles noua capere moliri in Romanum imperium. 640. c  
 Gentilibus imperare recusat Iouianus. 156. c  
 Gentiles agrè ferunt Iouianum Imperatorem creatum. *ibid.* d.  
 Sapor Persae maluit, quam Iouiano Christiano parere. 157. a.  
 Gentiles deident Iouianum Imperatorem. 158. e  
 Gentilis hominis querela in Christum de obitu Iuliani. 140. d  
 Gentilium templa & sacra à Iuliano restituta. 8. a  
 Gentilium in nostros sub Iuliano sententia. 62. e. carnes martyrum edunt. 64. a  
 Gentilium res collapsae Romae sub Gratiano. 481. b  
 restituntur à Maximo. 553. a  
 Gentilium legatio ad Valentianum pro sacris restituendis. 652. b  
 Gentilium Roma res collapsae. 481. b  
 Gentilium superstitio sub Valentiano reuincitur. 374. c.  
 etiam viget sub Valente. 376. e  
 Gentilium turpitudine sacrorum praesextu. 15. a  
 Gentilium Syrorum grassatio in Christianos. 62. e  
 Gentilium turpitudine in prostituendis suis virginibus. 64. c  
 Gentilitas in Christianam religionem armatur in bello Eugemiano. 687. b. 688  
 Georgius Arianorum Episcopus qua passus ab Alexandrinis. 69. b. 70. a  
 Georgius detexit abominaciones Aegyptiorum deorum. 69. d  
 Georgius Ariannus minime adnumeratus inter martyres. 70. d  
 Georgij Episcopi Ariani scelera patrata. *ibid.*  
 Georgij necem agrè ferre simulat Iulianus. 71. a. arguit leuiter de ea Alexandrinos. *ibid.* b  
 Georgij libros omni studio perquirat Iulianus. 72. e  
 Georgij Episcopi Ariani bibliotheca. 7. a  
 Germinij Seniariani aduersus Arianos epistola. 196. c  
 Gerontij diaconi magia. 464. a  
 Geruasij & Protasij corpora S. Ambrosio reuelata. 544. e  
 Geruasij & Protasij traslatio, & miracula in ea edita. 544. e.  
 inuentio. *ibid.* eorum reliquia ad varias ecclesias mirantur. 546. d. Romae basilica iisdem statuitur. *ibid.*  
 Getarum nomine Gothi intelliguntur. 268. c  
 Gildo tyrannus in Africa. 361. d  
 Gildo Firmi frater Donatistis fauet. *ibid.*  
 Gildonianus cognominatus Optatus Donatistarum Episcopus. *ibidem.*

Gladiatores ne sint qui sunt ex familia Imperatoris. 198. e  
 Gloria Patri, &c. in fine cuiusque Psalmi dicendum, cauuum Concilio Rom. 463. d. Orientalis Ecclesia in fine hymnorum addere consuevit. *ibid.* & eius exemplum S. Ambrosius in Ecclesia Mediolanensi secutus. *ibid.* & 539. c  
 Gloria Patri & Filio cum Spiritu sancto, vel in Spiritu sancto, vel & Spiritui sancto. 294. & seq.  
 Glorificationis hymnus quo modo à diuersis pronuntiar solentur. 293. e. 294  
 Gnostici heretici ex Aegypto in Hispanias. 452. d  
 Gnostici tentant Epiphanium. 346. d  
 Gnosticorum nonnulla insituta. 453. d. & seq.  
 & dogmata. 455. e  
 Gog & Magog pro Gothis ab Ambrosio recepti. 387. a.  
 388. b  
 Gordiani Vicarij Vrbi Romae sub Iuliano martyrium, & aliorum. 99. a  
 Gordiani martyris sepulchrum iuxta Epimachum. *ibid.* b  
 Gothia Audiana heresi inscitur. 267. d  
 Gothi Getae vocati. 268. c  
 Gothi martyres. 348. c  
 Gothi quando Ariani facti. 266. b. & quando Christiani. *ibidem.* c  
 Gothi signo Crucis prelati vincunt Athanaricum. 268. d  
 Gothi magno Rom. Imperij damno permisi sunt Istrum transire. 375. e  
 Gothi sub Valente Orientem depopulantur. 377. c  
 Gothi Valentem vincunt. 390. a  
 Gothi federati in diuersis locis occidit iusti. 391. e  
 Gothi superati à S. Episcopo Acholio & fugati. 392. a  
 Gothi deuasant Thracias & Gracias. *ibid.* d  
 Gothi victi à Theodosio. 405. e  
 Gothi in amicitiam recepti à Gratiano. 406. c  
 Gothi subdunt se Romano Imperio. 425. b  
 Gothi ab Athanarico martyrio coronati an Catholici fuerint. 306. d. 267. a  
 Gothorum Ecclesia persecutionem passa ab Athanarico. 265. a. 266.  
 Gothorum bellum civile. 265. e  
 Gothorum bella ab Ezechiele predicta. 387. a. an hoc probetur. 388. b  
 Gothorum Episcopi Theophilus, & Vulphilus. 266. c.  
 & Nicetas. 268. a  
 Gothorum qui tantum facti sunt Ariani. 267. b  
 Gothorum Ecclesia florens. 268. a  
 Gothorum Ecclesia à Niceta excolitur. *ibid.*  
 Gothos literas Vulphilus docuit, easque primus apud eos inuenit. 266. c. d  
 Gothica expeditio Valentis. 172. b. belli exitus. 188. c  
 Gothicum bellum triennale. 188. c  
 Gothicum bellum cum Valente pace sedatum. 234. d  
 Gracchus Praefectus P. siue V. demolitur idola. 481. b  
 Gracia illata clades à Gothis & aliis barbaris. 392. d  
 Graecorum schismaticorum & Donatistarum eadem consuetudo. 105. b  
 Grandinis plaga, qua Oriens afflictatus est sub Valente. 207. a  
 Grata filia Valentianae. 368. b  
 Gratianus pater Valentianae senioris cognomento Funarius. 168. d  
 Gratianus creatus Augustus. 204. b  
 Gratianus post obitum patris cum Valentiano puero imperat. 368. b  
 Gratianus Valentiano honorem Consularis concedit. 374. a  
 Gratianus aduersus hereticos edit legem. 374. b. 393. a. b  
 Gratianus prohibet hereticos conuentus agere. 374. b  
 Gratianus quid de ecclesiastico iudicio rescripsit. 375. c  
 Gratianus mittit copias ad Valentem aduersus barbaros. 377. c

Gra-

I N D E X.

Gratiani lex aduersus Donatistas, qua prohibentur rebaptizare, & restituere iubentur ecclesias. *ibid.* e  
 Gratiani lex contra Manichaeos. 378. a  
 Gratiani lex aduersus Arianos. 393. b  
 Gratiani rescriptum de immunitate clericorum. 380. a  
 Gratianus in expeditione bellica aduersus Gothos positus, perit ab Ambrosio libros de fide. 386. d  
 Gratiani pietas. *ibid.* e  
 Gratianus bellum auspiciaturus quarit fidem pro defensione & armis. *ibid.* d  
 Gratiano certa victoria predicta ab Ambrosio. 387. a  
 Gratiani & Valentianae insignia exercitus. *ibid.* c  
 Gratiani exercitus quibus constaret. 388. a  
 Gratianus ingentem victoriam de barbaris consecutus. *ibid.* d  
 Gratianus Alemannos in Gallia debellat. 389. d  
 Gratianus fauet Catholicis, edictum pro illis dat post obitum Valentis. 392. e. reuocat exules. *ibidem.*  
 Gratianus iubet reddi ecclesias Catholicis. 393. b  
 Gratiani religio. 404. e  
 Gratianus delegit Theodosium Imp. 405. b  
 Gratianus vincit Alemannos. 406. c  
 Gratiani victoria Ambrosij precibus adscribenda. *ibid.* d.  
 priorem vota pro Gratiano. *ibid.* e  
 Gratiani litterae ad Ambrosium. 407. a  
 Gratiani lex aduersus hereticos. *ibid.* d  
 Gratiani lex de collatione clericorum. 408. b  
 Gratianus Princeps Christianissimus dicitur. 407. c  
 Gratianus petit ab Ambrosio de Spiritu sancto tractationem. *ibidem.*  
 Gratianus annuit petentibus agi Concilium Aquileia. 422. a  
 Gratianus rescriptum aduersus Priscilianum schismaticum ad Aquileium. *ibid.* e  
 Gratianus pro Gnosticis rescribit. 455. a  
 Gratianus nesciens fauet Prisciliano. *ibid.* luit penas concessi rescripti. 455. a. 486. d  
 Gratiani, Valent. Theod. leges de basilicis contra Manichaeos, & mendicantes validos. 479. a  
 Gratianus contra Maximum parat copias. 480. c  
 Gratianus nomen rescribit Summi Pontificis. 481. b  
 Gratianus Praefectus Vrbi. de Gentilium superstitione iurisdictionem tribuit. *ibid.*  
 Gratianus iniuncto Commodio comparatus ab Ammiano. 483. d  
 Gratianus proditus à suis occiditur. 375. b. 482. a.  
 etas & regni tempus. 482. c  
 Gratiani probatiissimi mores. *ibid.* d  
 Gratiani amicos persequitur Maximus. 483. d  
 Gratianus excusatur ob decreta pro impijs. 486. c  
 Gratiani vltimum aduersus hereticos & apostatas edictum. 486. d  
 Gratianus Theodosij ex Flaccilla filius. 516. a  
 Gregorius Hispaniarum Episcopus idem cum Elberino. 310. b  
 Gregorius Episcopus Elberinus coniungitur Lucifero Calaritano. *ibid.* a. quid pro eo Theodosius. *ibid.* c. à Theodosio liber dimissus. 311. a  
 Gregorius Elberinus libellum de fide ad Gallam Placidiam dedit. *ibid.*  
 Gregorius Elberinus gloriatur de fide seruata. *ibid.*  
 Gregorius Elberinus recantat palinodiam. *ibid.* c  
 Gregorius Elberinus cur Orthodoxorum praemonis celebratus. *ibidem.*  
 Gregorius Elberini res gesta cum Oso reselluntur. *ibid.* d  
 Gregorius Elberinus laudatur à Theodosio. 581. c  
 Gregorius Nazianzenus vna cum Basilio tentatus à Iuliano, 11. a  
 Gregorius Nazianzenus quid ad Casarium fratrem agentem apud Iulianum. *ibid.* b. c  
 Gregorius Nazianzenus vitam instituit cum Basilio. 28. e  
 Gregorius Nazianzenus proficitur cum Basilio in eremum. 30. c. 32. c. 146. c

Gregorius Nazianzenus agit apud Eusebium pro Basilio. 30. d  
 Gregorius Nazianzenus epistola ad Eusebium. *ibid.*  
 in ea Eusebii cum Basilio inimicitiam arguit. *ibid.* d  
 Gregorius Nazianzenus ordinatus inuitus presbyter. 32. d  
 Gregorius ordinationis in presbyterum tempus. *ibid.* e  
 Gregorius de Basilio mirum desiderium. 33. b. ab eo ad eremum vocatur. *ibid.*  
 Gregorius Nazianzenus epistola ad Basilium. *ibid.* b  
 Gregorius prima secessio. *ibid.* c  
 Gregorius pietas erga parentes. *ibid.* d  
 Gregorius cum Basilio ioci per litteras. *ibid.* e  
 Gregorius & Basilio tempus professionis in eremum. 35. a  
 Gregorius Nazianzenus in Iulianum prohibentem Christianas scientias discere. 111. c  
 Gregorius Nazianzenus inuictinae duae in Iulianum. 144. b.  
 ex earum secunda multa in eum referuntur. *ibid.* c  
 Gregorius Nazianzenus elegans apostrophe in Iulianum. 144. 145. d  
 Gregorius & Basilius à Iuliano destinati ad necem. 145. e  
 Gregorius Nazianzenus quid in eremo cum Basilio. 146. b  
 Gregorius virtutum cultor. *ibid.* e. eius in solitudine vitae institutum. 147. a  
 Gregorius seorsum habitat à Basilio. *ibid.* b  
 Gregorius in eremo epistola ad Basilium. 147. d. 148. c  
 Gregorius & Basilius in eremo austerum vitam genus sectati. 147. c. describitur locus eremi. *ibid.* e  
 Gregorius cum Basilio in eremo vita ratio. 147. b. & seq.  
 Gregorius exercitia corporalia. 148. a. c  
 Gregorius petente Basilio explicabat illi psalmos. 149. a  
 Gregorius epistola ad Basilium de rebus in eremo gestis. 147. d. 148. c  
 Gregorius Nazianzenus & Basilio distincta officia. 149. b  
 Gregorius quanti esset apud Basilium. *ibid.* c  
 Gregorius modestia in corrigendo quod non probaret. 154. a.  
 & seq.  
 Gregorius Episcopus Nazianzenus senior interfuit Concilio Tyansenis. 182. d  
 Gregorius Nazianzenus ad subueniendum Orientali Ecclesia ab eremo reuocatur. 189. c  
 Gregorius Nazianzenus & Basilius vocantur ex eremo ob persecutionem Valentis. *ibid.*  
 Gregorius epistola ad Bosphorium de suo reditu. *ibid.* d  
 Gregorius Nazianzenus reuersus habuit Apologiam de fuga sua. 190. a  
 Gregorius non factus Episcopus Nazianzenus, sed adiutor patris. *ibid.* d  
 Gregorius munus concionandi arripuit. 191. a  
 Gregorius Nazianzenus curat abstrahere Basilium ex eremo. *ibid.* b  
 Gregorius Nazianzenus de plaga grandinis oratio. 207. c  
 Gregorius Nazianzenus scribit ad fratrem à terrae motu liberatum. 210. a  
 Gregorius pro Casario defuncto oratio. *ibid.* e  
 Gregorius Nazianzenus agit omnibus viribus vt Basilius eligeretur Episcopus. 228. c  
 Gregorius Nazianzenus epistola ad Basilium de electione eius. *ibid.* a  
 Gregorius de futura Basilij electione vaticinium. *ibid.* c  
 Gregorius Nazianzenus epistolam dat ad Eusebium Samosatenum pro electione Basilij. 230. b  
 Gregorius audita electione Basilij cunctatus ad eum accedere. 230. e  
 Gregorius epistola ad Basilium electum. 231. a. c  
 Gregorius hortatur Basilium non timere aduersarios. *ibid.* d  
 Gregorius Nazianzenus ad Basilium se confert, vsus moderatione ac verecundia. *ibid.*  
 Gregorius Nazianzenus reprehendit Gregorium Nyssenum, quod nimium studeret eloquentia. 233. e  
 Gregorius litteris occurrit Eusebio Samosateno exultanti. 237. d

C Gregorius



I N D E X.

Gregorius Nazianzenus consolatut litteris Gregorium Nyssenum exulantem. 241.a
Gregorius Nazianzenus non respicit Apollinarem, antequam damnavetur. 287.c
Gregorius & Basilium heresis insimulantur. 291.b
Gregorius Nazianzenus admonet Basilium de his quibus accusaretur ab aliis. ibid.
Gregorius & Basilium in convitiis acerbe profcinduntur. ibid.
cum alter heresis, alter tolerantie male accusatur. ibid.
Gregorius Nazianzenus egregiam habuit orationem pro Basilio heresis insimulato. ibid.
Gregorius Basilium defendit. ibid.
Gregorius & Basilij in concionando distincta ratio, & distinctio. 292.e. 296.c
Gregorius Nazianzenus vocatur à Basilio. 296.b
Gregorius Nazianzenus subiectus Anthonio. 297.d
Gregorius sedi Sasmorum praeficitur à Basilio. 297.d. 298.a. & seq.
Gregorius recusat praefecturam. 298.d. succenset ea de causa Basilio. ibid.
Gregorius querela in Basilium ob sedem Sasmorum. 298.b
Gregorius Nazianzenus exposcit litteris Basilio de sede Sasmorum. 299.e.
Gregorius cogitur tandem accipere sedem Sasmorum. 300.b. eius ordinatio facta coram Basilio & patre Gregorij. ibid.
Gregorius Nazianzenus orat coram Basilio, patre suo, & Gregorio Nysseno. ibid. se excusat. ibid.
Gregorius tentatus ab Anthonio inheret magis Basilio. 301.b
Gregorio occupatis ab Anthonio Sasmis, non datur locus accedendi ad suam sedem. ibid.
Gregorius succenset Basiborio Episc. ob sui electionem. ibid.
Gregorius iterum fugit in solitudinem. 302.a
Gregorius à patre reuocatur ad curam Ecclesie Nazianzenae. ibid.
Gregorius Nazianzenus nat alis contrigit ante Episcopatum patris, immo ante baptismum. 303. & seq.
Gregorius Nazianzenus etas. ibid.
Gregorius suscepit regimen Ecclesie Nazianzenae viuentis adhuc patre. ibid. e. qua conditione. ibid. an fuerit ordinatus Episcopus Nazianzenus. 304.d
Gregorius Nazianzenus Basilium fastus arguit. 322.a
Gregorius Nazianzenus post obitum parentis recedit. 331.a. abiit Seleuciam ad S. Thecla Memoriam. ibid.
Gregorius Nazianzenus anathematismi contra Apollinarem. 354.a. 355
Gregorius Nazianzenus Themistium carum habuit. 369.b
Gregorius Nazianzenus quid in epistola ad Gregorium Nyssenum de Basilij obitu. 383.b
Gregorius Nazianzenus status post Basilij obitum. ibid.
Gregorius Nazianzenus de obitu Basilij ad Eudoxium epistola. ibid.
Gregorius de suo vite statu querela. ibid.
Gregorius Nazianzenus Constantinopolim à Synodo mittitur. 398.a. tempus eius aduentus illuc. ibid.
tempus commorationis Constantinopoli. ibid.
Gregorius non nisi coactus praefectus Constantinopolim. 398.e
Gregorius Nazianzenus primum hospitium Constantinopoli. 400.a. conuictum in ecclesiam Anastasiam. ibid.
Gregorius Nazianzenus clam docet Constantinopoli apud Nicobolum. ibid.
Gregorius domus, ubi Constantinopoli docebat, in basilicam erecta. ibid.
Gregorius cur Theologus vocatus. ibid.
Gregorius primo ingressus Constantinopolim qua passus. 401.a. appetitus lapidibus. ibid. raptus ad tribunal. ibid.
Gregorius in hereticorum persecutionibus, & in aduersis consolatione. ibid.
Gregorius patientia in predicatione Verbi eius in docendo modestia. 408.c. ibid. e

Gregorius Nazianzenus contemptui habitus atque derisus. 409.a. eius virtus innotescit in Oriente. ibid.
Gregorium auditurus Constantinopolim venit Hieronymus. ibid.
Gregorius Nazianzenus Hieronymi magister. ibid.
Gregorius modestia in docendo Hieronymum. 410.b
Gregorius & Hieronymi comparatio. ibid.
Gregorius Nazianzenus ignorauit Latinam linguam. ibid.
Gregorius laudes scripsit Maximi Cynici. 411.b. qua ille sint. 414.a
Gregorius postulatus à populo Episcopus Constantinopolis. 411.d
Gregorius laudat pro concione Episcopos Aegypti. 412.a. eosdem vituperat. 415.a
Gregorius recantat palmodiam de laudato Maximo. 413.d. multa in eum. ibid.
Gregorius à suburbano redit Constantinopolim. 414.c
Gregorius Nazianzenus non paritur fieri Episcopus Constantinopolitanus. ibid.
Gregorius conqueritur de Petro Alexandrino. 415.a
Gregorius Nazianzeno fuit Damasus Papa. 416.d
Gregorius quid contra Maximi scripta aduersus se responderit. ibid.
Gregorius cum Ariano mirum agit. 417.c. ob id reprehensus à populo. ibid. quid in eum illi. ibid.
Gregorius cogitat de discessione. 418.b. cohibetur ne recedat. ibid.
Gregorius Nazianzenus à Theodosio introducitur in templum. 419.d
Gregorius dum ad templum ducitur, quid mirum acciderit. 420.a
Gregorius renuit collocari in throno. ibid.
Gregorius à sicario appetitus quid erga eum. ibid.
Gregorius miraculo ab Ariano insidijs elabatur. ibid.
Gregorius ab Episcopis ad hoc vocatis à Theodosio collocatur in throno. 420.d. 426.e
Gregorius electionis confirmanda gratia Synodus conuocatur. 426.e. confirmatur. 428.d
Gregorius Nazianzenus subscripsit Concilio Constantinopolitano, quo loco. 433.b
Gregorius Nazianzenus sententia de non eligendo successore Meletij ob pacem Ecclesie, sed non accepta: inde mali innumera. 434.e
Gregorius passus inuidiam, quod visus esset fauere Occidentalibus. 435.c. eiusdem in eo constancia. 437.b
Gregorius aduersantur Episcopi iuniores. 435.e. 436. & seq.
Gregorius ageritum fert electionem Flavianii. 437.e
Gregorius electionem impugnant Aegyptij. 438.a. non tamen odio Gregorij. 438.b
Gregorius Nazianzenus concionatur in Synodo de pace custodienda. 438.d
Gregorius ob pacem sedi renunciat. 439.b. cur hoc permittum à Synodo. 439.e
orationem habuit de sedis abdicatione. 439.b. 440.c
Gregorius quanto tempore sederit. 440.a
Gregorius adit Theodosium Imperatorem. ibid.
Gregorius qualem reliquerit Ecclesiam Constantinopolitanam. 440.d
Gregorius conuictio excipi solitus à Theodosio, quomodo ibi esset. 440.b.
Gregorius publice petit missionem à Synodo. 440.e. Apologia cum reprehensione. 441.a. vltima saluatio. ibid.
Gregorius vltimam habet orationem ad C. L. Episcopos. 440.c
Gregorius vite suae rationem defendit. 440.c
Gregorius modestia. ibid.
Gregorius Nazianzenus discedentem nonnulli Episcopi ac lacrymae populi consequuntur. 442.c

I N D E X.

Gregorius quando scripserit carmen de vita sua. 443.b
Gregorius Constantinopolim ad Synodum reuocatur. 458.b
Gregorius Nazianzenus recusat venire ad Synodum. 459.b
Gregorius res gesta, cum reuersus est in patriam. 458.b
Gregorium sede priuatum fuisse, rumor falsus sparsus. ibid.
Gregorius curauit praefici Ecclesie Nazianzenae Eulalium. ibid.
Gregorius egrotat. 459.b
Gregorius littere, quibus se excusat venire ad Synodum. ibid.
Gregorius cur recuset venire ad Synodum. ibid.
Gregorius Nazianzenus quid ad Posthuanianum de Synodo. 487.d. de eadem Synodo ad Saturninum. 488.a
Gregorius Nazianzenus auctor Theodosio sancienda legis aduersus haereticos. 503.a
Gregorius Nazianzenus scribit ad Nestarium aduersus haereticos. ibid.
Gregorius Eleusium Praef. non ieiunantem redarguit. 504.a
Gregorius Nazianzenus status in senectute. 589.e. 590.c. tentationes eiusdem. 591.b. linguam cohibet. 590.e
passus monachos aduersarios. 591.a. appetitus ab eis lapidibus. ibid.
Gregorius Nazianzenus obitus. 589.c. eius res gesta ante obitum. ibid.
Gregorius effugies. 591.e
Gregorius epitaphium. 592.b. laudes. ibid. c. Testamentum. ibid.
Gregorius Nazianzenus perpetuae virginitatis cultor. 594.d. faceta eius epistola de Aegyptia. 595.c. mira eiusdem erga pauperes sollicitudo. 597.a.
Gregorius Nazianzenus propinquorum series. 598.a
Gregorius pater Gregorius Nazianzenus restituit Italiano. 26.d
Gregorius senior quid in electione Eusebij Episcopi Caesarea Cappadociae. 27.c. restituit Praefecto. 28.a
Gregorius senior per epistolam ad Caesarienses datam suffragium dat. 229.b. ibi Basilij laudes. ibid.
Gregorius senioris epistola ad Episcopos de Basilij electione. 229.d
Gregorius senior licet infirmus petit Caesaream ob electionem Basilij. 230.a. operatur vt eligatur Basilium. ibid. & 230.e
Gregorius senioris obitus. 331.b. etas, & tempus praefecturae. ibid.
Gregorius Nysseni Episcopatus. 233.c
Gregorius Nyssenus antea coniugatus. ibid.
Gregorius Nyssenus eloquentie studiosus nimis, ob id reprehenditur à Gregorio Nazianzeno. 233.e
Gregorius Nyssenus ab Ariano damnatus. 240.c
Gregorius Nyssenus exulare iubetur. ibid.
lustrat Ecclesias. ibid.
Gregorius Nyssenus conuenit Gregorium post ordinationem. 300.e
Gregorius Nysseni legatio in Arabiam ex Concilio Niceno. 396.b
Gregorius Nyssenus Macrinam sororem inuisit, & eius funeri interfuit. 396.d. anulum ab ea accepit cum ligno Crucis. 397.a. scripsit eius vitam. ibid.
Gregorius Nyssenus librum de Anima & Resurrectione scribit. 396.e
Gregorius Nysseni in legatione res gesta. 397.b
Gregorius Nyssenus innotescit Hieronymo. 410.b
Gregorius Nyssenus ad Synodum Constantinopolitanam venit. 417.e
Gregorius Nysseni fides laudat a lege Theodosij. 445.c
Gregorius Nyssenus habuit orationem in funere Placillae Augustae. 514.d. idem habuit Panegyrim in funere Pulcheriae infantulae. 515.a
Gregorius Nysseni de peregrinatione sententia explicatur. 530.a
Gregorius Nysseni etas longana. 696.d

Gregorius Papa inexploratos habuit Eudoxianos haereticos. 430.c
Gregorius Papa quid de Synagogis Iudeorum decreuerit. 579.d
Gregorius presbyteri in vita Nazianzenus error. 30.c
Gregorius Tuonenis error de tempore obitus Hilarij. 215.b
Gulielmus Lindanus elucidator & confirmator rerum S. Vrsulae. 481.a

H.

Hadriani Imp. numisma cum Iside. 115.b
Hadrianopolitani martyres. 37.e
Haereticos Apollinaris, & Semarianorum, 77.e. in Synodo Alexandrina damnata. ibid.
Haereticos Apollinaris colligi possunt ex Gregorius Nazianzenus anathematismi. 354.a. b. 355. & seq.
Haereticos Anthropomorphitarum. 267.d
Haereticos Artotyritarum. 360.e
Haereticos Ascodragitarum. ibid.
Haereticos Borboritarum. ibid.
Haereticos Collyridiana vnde dicta & deducta. 359.a
Haereticos Ioniniani. 467.e. damnantur Roma. 628.b. 629. 630 631
Haereticos Iouiniani quas secum vexerit sordes morum. 636.a
Haereticum Origenis capita. 673.c
Haereticos Pusalorincitarum. 360.e
Haereticos Polemiana ex Apollinare deducta. 358.e
Haereticos Priscilliani capita damnata. 453.e
Haereticos Priscilliani inualefcit in Hispania. 451.c. 452.e. 453
Haereticos conuincitur ex consideratione promulgatoris ipsius. 467.b
Haereticos innumera vexant Ecclesiam Orientalem. 360.d
Haereticos omnia secum mala affert. 153.d. 278.c. 281.b.c. 408.a. 425.c. 544.a.b
Haereticos damnata in Concilio Constantinopol. 430.b
Haereticos damnata in Synodo Constantinopol. à Theodosio conuocata. 489.a
Haereticos de Trinitate & Christo varia in Synodo Dumasi damnata. 352.c
Haereticos qua prouenerit ex scriptis Apollinaris. 358.c
Haereticos archas damnat solus Romanus Pontifex. 316.b.c
Haereticos Audiani in Gothia. 267.c
Haereticos Adelphij. 491.e
Haereticos Bonofiani. 606.d
Haereticos Euchaitae. 491.e
Haereticos Eudoxiani damnati. 175.c. 430.c
Haereticos Nouatian, Ariani, & Eanomiani inter se schismate diuisi. 643.d. 644. & seq.
Haereticos Nouatores quam deteriores Iouiniano. 467.d
Haereticos Nouatores, qui persequuntur monachorum statum, quam infelices. 608.d
Haereticos Nouatores sectatores Iouiniani quanto robore suffundendi. 631.d
Haereticos Saccophori. 490.d. 491.a
Haereticos Sacramentarij, iidem Donatista, qui in Ecclesias, & sacramenta, & sacras virgines. 102.b. 103. 104
Haereticos Sacramentarij aequè ac Iulianus horrescunt Crucis signum. 106.c
Haereticos conuenientes simul ne pacem perturbent, capituli pacina sancit Theodosius. 530.e
Haereticos multi à sanctis viris culti & laudati, antequam damnarentur. 287.b
Haereticos lege Theodosij electi. 424.b. 677.a
Haereticos varij à Theodosio lege vetiti conuentus habere. 499.d. item ecclesias aedificare. 447.b
Haereticos exagitati legibus Theodosij, vide, Lex, Rescriptum.
Haereticos clandestinos habent conuentus. 491.a

I N D E X.

Heretici nostri temporis monachis & virginitati infensi perfringuntur. 467.d  
 Heretici student se Ioniano insinuare. 162.e.  
 quid in illos Imperator. 163.b  
 Heretici pro tempore fidem mutant. ibid.c  
 Heretici recantant palinodiam in Concilio Antiocheno sub Ioniano. 164.d  
 Heretici confutantur Patrum sententiis. 488.d. & e  
 Heretici damnati & depositi recognoscunt auctoritatem Romani Episcopi, petentes ab eo restitui. 176.b  
 Heretici quam temere errogent sibi divine Scripturae sententiam. 649.a  
 Heretici multa decem librarum auri puniendi. 680.e.  
 item deportari iussi. 661.a  
 Heretici oblitari gladio seculari ferendi. 526.b  
 Heretici ad gentes Valentiniani in Occidente vigent. 374.a  
 Heretici non communicandum monet Hilarius. 220.d  
 Heretici fauere, quale piaculum, exemplo Gratiani Imperatoris. 455.a  
 Hereticorum Episcoporum astutia in ecclesiis recuperandis. 176.b  
 Hereticorum conditio. 340.e  
 Hereticorum uigis infestatio etiam sub Theodosio. 460.b  
 Hereticorum cur improbatum supplicium. 513.c  
 Hereticorum conuentus tempore Basilij. 174.c  
 Hereticorum doctrina, luporum uulatus. 630.e  
 Hereticorum instabilitas derisa a Themistio. 164.e  
 Hereticorum turpido. 633.u  
 Hereticorum mores deprauatissimi. 513.b. & c  
 Hereticorum mos, cum noua afferant, vetera se defendere proferunt. 290.a  
 Hereticos libere sentire quicquid uellent, Iovinianus permittit. 164.d  
 Hereticos puniri postulant a Gregorio Nazianzeno Catholicici. 417.d. 418.a  
 Hereticos e ciuitate exigendos statuit Theodosius. 502.e  
 Hereticos quantopere execrati sint Catholici. 238.c  
 Hereticos permittere sua dogmata vulgare, est Ecclesia doctrinam damnare. 503.e  
 Hereticos Principum auxilio punire semper consuevit Ecclesia. 526.b  
 Hereticos inquirendos cur Martinus renuit. ibid.a  
 Hereticos ante debellat Theodosius, quam pugnet aduersus Maximianum. 569.d. & 570  
 Heliodori peregrinatio in Oriente. 325.b  
 Heliodorus recedit ab eremo. 326.a  
 Heliodorus Episcopus Alimensis Hieronymi familiaris. 448.b  
 Heliodorus Episcopus Alimensis interfuit Concilio Aquileiensi. 448.b  
 Helipolitani in Palaestina quid in Christianos. 64.a.  
 quid Arethusij. ibid.b  
 Helipolitani turpido. ibid.c  
 Helladij Casariensis Episcopi fides laudata lege Theodosij. 445.c  
 Helladius Basilio substituitur in Ecclesia. 385.a  
 Helladius grammaticus propugnator Serapidis. 609.e  
 Helpidius Praefectus quanta passus ab Iuliano. 18.a  
 Helpidius apostata. 48.a. & e. quos dedit panas. 48.e  
 Helpidius scriptor aduersus Manicheos, ex quo profecit Augustinus. 492.c  
 Helpidius Episcopus Priscillianista damnatus. 453.b  
 Heluidij origo. 466.b  
 Heluidij haeresis. 465.c. confutata a S. Hieronymo. ibid.  
 Heluidij haeresis de B. Virgine. 359.a  
 Heraclides Episcopus in Aegypto laudatus a Theodosio. 581.b  
 Heraclides Episcopus Oxyrinchi. 86.b  
 Herba mira uirtutis in basi Christi statuae. 67.d  
 Hercules simulacrum praedit exercitium Eugenij. 687.c

Hereditates & legata capere clericis interdictum legibus Imperatorum. 268.e. 269  
 Herennius cum Agapeto legatus ad Synodum Alexandrinam. 76.b  
 Hermes martyr sub Iuliano Hadrianopoli. 77.e  
 Hermion uirgo magni nominis. 86.b  
 Hermogenes Aegypti Praefectus. 4.d. quid ad eum Iulianus. ibidem.  
 Hermogenes Episcopus Caesarea Cappadociae. 315.b  
 Hermogenianus Olybrius maritus Iuliana. 727.a  
 Hero Thebanus apostata quae passus. 49.a  
 Herodiade comite noctu uagari mulieres se putantes, excommunicandas cautum. 463.c  
 Hierax hereticus quando uixit. 347.a  
 Hieroglyphica imaginis Serapidis & Isidis. 19.b  
 Hieronymus in Vrbe eruditur rhetoricis disciplinis. 203.d  
 Hieronymus studiosus scriptorum Hilarij. 221.d  
 Hieronymus audiuit Antiochia Apollinarem profitemem. 287.b. 325.e  
 Hieronymus ex Syria eremo scripsit ad Damasum. 322.c  
 Hieronymus ex Syria eremo scripsit ad Rufinum Alexandrianum. 323.b  
 Hieronymus aduentus in Syriam, & institutio uitae monasticae quando contigit. 323.e  
 Hieronymus cum Euagrio peregrinatur in Syriam. 224.a.  
 & b. eorumdem in Cappadociam aduentus. ibid.b.  
 uirtus peregrinationis. ibid.  
 Hieronymi uita primordia. ibid.c. eius praceptor Donatus. ibid.d  
 Hieronymus haud ita pauper natus. ibid.c. quando baptizatus. ibid.d. uisitabat Roma caemeteria diebus Dominicis. ibid. peregrinatus in Gallias, quid ibi. ibid.e. eius reditus Aquileiam. ibid. studium in describendis libris. ibid.  
 Hieronymus Donati auditor. ibid.d  
 Hieronymi cum Rufino coniunctio. 325.b  
 Hieronymus sororem ad meliorem statum restituit. ibid.c  
 Hieronymus ad monasticam uitam animum appellit. ibid.d  
 Hieronymi promotor in eremum Theodosius anachoreta. ibidem.  
 Hieronymi eremus ubi sita. 326.a. socij eius in eremo. ibid.  
 quis illi necessaria suppeditaret. ibid.  
 Hieronymus quae passus in eremo. ibid.b  
 Hieronymi in eremo uita. ibid.  
 Hieronymus in eremo discit litteras Hebraicas. ibid.d  
 Hieronymus a schismaticis Antiochenis in diuersa distrahitur. ibid.e  
 Hieronymus consulit Damasum. ibid.  
 Hieronymi ad Damasum epistola quo tempore scripta. 328.c  
 Hieronymus tricenarius scribit in Abdiam. 329.b  
 Hieronymi aetas exacte cognita. 330.c  
 Hieronymi lucubrationes in eremo. 331.a. epistole ad diuersos datae. ibid.  
 Hieronymus calumniam passus in Syria discedere cogitur. 402.a  
 Hieronymus a Meletij fautoribus Sabellianus appellatur, quod nomen hypostasis re fugeret. ibid.  
 Hieronymus recedens a Syria abiit Hierosolimam. 403.a.  
 linguam Hebraicam ibi addiscit. ibid.b  
 Hieronymus ordinatur presbyter a Paulino Episcopo Antiocheno. ibid.c  
 Hieronymus ordinandus nulli uoluit adscribi titulo. ibid.  
 & 404.b  
 Hieronymi Cardinalatus assertio ab ipso Hieronymo confutata. ibid.  
 Hieronymus pergit Constantinopolim ad Gregorium Nazianzenum. 409.h. ab ipso eleganter elusus. ibid.d  
 Hieronymus duce Gregorio celsa petit. ibid.e.  
 scribit Constantinopoli de Isaia uisione. ibid.  
 Hieronymus

I N D E X.

Hieronymus nouit Gregorium Nyssenum Constantinopoli. ibidem.  
 Hieronymus quamdiu fuerit Constantinopoli. 410.a  
 Hieronymus in quibus superauit Gregorium Nazianzenum. ibid.d  
 Hieronymus fuit Gregorio Nazianzeno. 416.e  
 Hieronymus a calumnia Rufini defenditur. 425.e  
 Hieronymi reditus Romam Constantinopoli per Graeciam. 457.c  
 Hieronymus uenit Romam ad Concilium. ibid.  
 Hieronymi Roma res gesta. 464.b.  
 lucubrationes. 465.b. 468.d  
 Hieronymus Athenas proficiscitur. 457.d  
 Hieronymus annis tribus moratus Roma apud Damasum, cui erat ab epistolis. 464.b. quanta aestimationis esset. ibid.c.  
 de eius Cardinalatu obiectio. ibid.d  
 Hieronymus in quibus Augustino maior. ibid.e. 710.b  
 Hieronymi Cardinalatus assertores primi qui. 465.a  
 Hieronymus scripsit Roma contra Heluidium. ibid.c  
 Hieronymus quando scripsit de uirginitate ad Eustochium. ibid.e  
 Hieronymus insurgit Roma contra Iouinianum. ibid.c  
 Hieronymus confutat Luciferianos. 468.a  
 Hieronymi lucubrationes Roma elucubrata. ibid.a.d  
 Hieronymi nomen in studio Scripturarum. ibid.b  
 Hieronymus quomodo cum uirginibus uersaretur. 469.a  
 Hieronymus Roma qua pia femina colerent. 468.b.d.  
 469.a.b. 471.a  
 Hieronymus psalterium Occidentibus canendum emendasse. 499.c  
 Hieronymus quomodo in Rom. ecclesiam a Hierosolymitana induxerit Alleluia. 500.b  
 Hieronymi epistola ad Damasum de Alleluia psalmis addendo. 510.a  
 Hieronymus persecutionem passus a Romanis clericis. 507.a  
 Hieronymus recedit ab Vrbe. 506.e  
 Hieronymus in Romana Ecclesia clericos subinfensus. 507.a.  
 b. & e. ipse tamen obsequens Romanae Ecclesiae. 508.a  
 Hieronymi de Ecclesia Romana sententia. ibid.  
 Hieronymus quas passus Roma calumnias. ibid.b.  
 ibi de ueste muliebri commentum. ibid.c  
 Hieronymus suam defensionem scribit in epistola ad Asellum. ibid.e. eius libera contestatio. 509.a  
 Hieronymi professio Hierosolimam. 506.e. 510.c  
 Hieronymi discendi studium. 528.c  
 Hieronymus iam senescens sit discipulus Didymi Alexandrim. ibid.a  
 Hieronymus peragravit monasteria Aegypti. ibid.d.  
 eius tunc temporis lucubrationes. ibid.e  
 Hieronymus scribit in epistolas Pauli. ibid.  
 Hieronymus quam sedulus in officio hospitalitatis. 529.d  
 Hieronymi nomine commenticium scriptum. 582.e  
 Hieronymus uere uera scripsit Martyrologium. 583.a  
 Hieronymus quando scripsit aduersus Iouinianum. 632.c.  
 apostrophe in eum. ibid.d  
 Hieronymi scripta contra Iouinianum carpuntur. 634.a  
 Hieronymus uisus est deprimere nimis nuptias exaltando uirginitatem. ibid.  
 Hieronymus pro libris contra Iouinianum scribit Apologeticum. ibid.e  
 Hieronymi scripta usque ad annum decimum quartum Theodosij. 635.d. 636.b. alia ab eo praetermissa. ibid.  
 Hieronymi epistola aduersus Ioannem Episcopum Hierosolymitanum quando scripta. 671.c  
 Hieronymus quanta passus a Ioanne. 676.e. 677.e  
 Hieronymus literis admonet Theophilum. 677.e.  
 exclusus ab eius communione. 678.b  
 Hieronymi aduersarij recensentur. 681.c  
 Hieronymi cum Rufino reconciliatio. 682.b

Hieronymus Alpio in suspitionem arrogantiae adductus calumnijs aduersariorum. 686.a  
 Hieronymus scribit ad Nepotianum de uita clericorum. ibid.b  
 Hieronymi ad Pammachium epistola ad Euriam quando scripta. 695.c  
 Hieronymus cur admonet Augustinum, ut caueat Origenis errores. 707.c  
 Hieronymi iusta querela de Augustino. 708.b.  
 noui censuris exagitatus. ibid.d  
 Hieronymus post annos duodecim accepit litteras ab Augustino contra se scriptas. 709.a  
 Hieronymus redarguit Augustinum. 710.a  
 Hieronymus cum Augustino nunquam caritate diuisus. 710.a  
 Hieronymi cum Augustino perseverauit amicitia & in dies magis aucta. 710.a.c  
 Hieronymi locus elucidatus de Lucifero. 310.a  
 Hieronymi Chronici locus restitutus. 164.e  
 Hieropolitana Ecclesia exuita donatione M. Aurelij. 107.a  
 Hierosolymitanum templum a Iuliano restituendum curatur. 118.a. 119. praesagia tunc ostensa. 119.c  
 Hierosolymitana peregrinatio quam frequens. 529.d.  
 cur aliquando reperitur improbat. 530.a  
 Hierosolymitana sedes subiacet Caesarea Palaestina. 375.c  
 Hilarion monachus fugit persecutionem Gazensium sub Iuliano. 61.d. 62.c  
 Hilarion auriga Christiano praestat beneficium. 64.b  
 Hilarionis miraculum de equis circensibus. ibid.  
 Hilarion Alaphionem ad Christum conuertit. 62.d  
 Hilarion conuersionis Sarracenorum fundamenta iecit. 344.e  
 Hilarion liberat Epidaurum e maris exerecentia. 186.b  
 Hilarion notus ex magnis miraculis, laudem timens, fugam arripuit. 186.d  
 Hilarionis obitus. 346.a. res ab eo gesta scripta ab Epiphano primatum. ibid.  
 Hilarion auriga ab Aproniano tentus. 117.e  
 Hilarion diaconus Romanus Anabaptista. 90.a  
 Hilarion martyr Roma sub Iuliano. 98.a  
 Hilarion diaconus loco Hilarij Episcopi Pictauiensis positus. 94.a  
 Hilarion Episcopus qualis. 95.e  
 Hilarij Episcopi reditus. 90.e  
 Hilarion Episcopus Pictauiensis quid post reditum ab exilio. 91.b  
 Hilarij res gesta a Rufino conscripta. 93.a  
 Hilarij scriptorum laudes. ibid.e  
 Hilarij cum Leone Acta commentitia. ibid.d  
 Hilarion Episcopus Pictauiensis scripsit contra Sallustium Praefectum persecutorem. 100.c  
 Hilarion contra Auxentium agit Mediolani. 216.c.  
 cum eodem congregatur. 218.d  
 Hilarij epistola de rebus gestis cum Auxentio. 217.a  
 Hilarion detegit dolo & fallacias Auxentij. 219.d  
 Hilarion cogitur proficisci Mediolano. 222.b  
 Hilarij uilius admonitio de cauendo Auxentio. 220.d  
 Hilarij obitus tempus. 221.a. lucubrationes eius. ibid.b  
 Hilarij stylus. 221.c. scripta sincera, ueni eius. ibid.e  
 Hilarij defensio a calumnia Centuriatorum. 94.a. 222.b  
 Himerius Episcopus Tarracensis. 506.d  
 Hipponense Concilium. 682.c  
 Hispania oppressa ab haeresi Priscillianistarum. 451.b  
 Hispania Gnosticonum haeresi uastatur, duce Prisciliano. 452.c  
 Hispani scriptores huius temporis. 582.b  
 Hispaniarum Episcopus Gregorius Elberinus. 310.b  
 Hispaniarum Episcopi qui damnarunt Priscilianum & socios. 453.c  
 Historia Ecclesiastica qualis esse debeat, quatuor animalium uisione designatur. 1.c  
 Historicorum Gemilium fides qualis. 134.b  
 Homo

I N D E X.

Homo Dominicus Christus quo modo dictus.	356.c. 357.d.
vsu. pa. um ab Apolliniano. 357. b. & a Catholicis etiam.	
357. a. haud tamen recte dictum.	
Homines immolati a Iuliano, reperti post mortem eius.	142. b
Honorius filius Theodosij quando natus.	487. c. 491. e
Honorij Consulatus in cunctis.	492. a
Honorius creatus Imperator.	671. a
Honorius Imperator exponit publice legendum libellum Donatistarum Iuliano oblatum.	101. e
Honorij etas tempore obitus patris.	729. c
Hormida dux.	38. c
Hospitalitas peregrinorum Hierosolymis.	532. a
Hospitalitas quanti fuerit Hieronymo.	ibid. 531. e
Humana fiducia & spes vana.	526. a
Humanae hostias immolare solitum Iulianum, eo mortuo de- regitur.	142. b
Humi Istrum transire a Valente permisi.	375. e
Humorum egressio.	ibid. d
Hyginus Episcopus in Hispania Priscillianista damnatus.	454. c
Hyginus Episcopus in Hispania hostis Luciferianorum.	310. d
Hyginus Episcopus in exilium missus a Maximo.	549. e
Hylas socius Hieronymi in eremo.	326. a
Hymni ab Ambrosio scribuntur, & a populo canuntur tempore persecutionis.	539. c
Hymnos canendi in ecclesia, & in eorum sine glorificandi Tri- nitatem ritus. 463. d. in Ecclesia Mediolanensi.	539. c
Hymnorum sacrorum scriptores.	ibid. e
Hypatianus Heraclae legatus ad Valentianum Imper. 171. b	
Hyperbole in historia cauenda.	303. b
Hypostasis quo modo a Gracis accepta, & a Latinis.	78. b.
& seq.	
Hypostasis & substantia quaestio in Synodo Alexandrina tra- ctata.	78. b
Hypostasis vocis occasione maximum penè constat est schis- ma.	ibid. d
Hypostasis nominis causa. al. ercationes inter Orientales & Occidentales.	320. d. 321. d
Hypostasis nomen tandem a Latinis receptum.	322. a

I.

Iacobi Episcopi Nisibita corpus è Nisibi Iuliani iussu expor- tatur.	129. e
Ianuarij Kalendarum superstitioem Ambrosius abrogat.	379. e
Ianuarius Flamen Pistensis.	102. c
Iconoclaste ab auctore excitati.	667. a. & seq.
Idacius Clarus dictus quid aduersus Priscillianum.	455. e
Idacius & Irbaeus Episcopi in Hispania aduersarij Priscillia- nistarum.	453. d
Idacius Hispanus Priscillianistas oppugnat.	455. e
Idola fracta ab Aemiliano martyre.	87. e
Idola fracta a Graccho Praefecto.	481. b
Idola a Gentilibus noctu circumducebantur.	173. d
Idola iussu Theodosij fracta.	600. e. 601. a
Idola fert Eugenius ad bellum.	687. c
Idolum Daphnici Apollinis cur redditum mutum.	44. a
Idololatrias insectatur Valens Imperator.	173. c
Idololatrias nouo edicto Theodosius exagitat.	156. b
Idololatrarum scelera referata Alexandria.	687. c
Idololatria a Iuliano restitui coepit.	2. b
Idololatriam esse sinit Valentianus Imp. & sacerdotibus deo- rum privilegia dedit.	312. e
Idololatria Roma sub Gratiano mirè collapsa.	481. b
Idololatria legibus Theodosij ex Senatusconsulto abrogata.	639. c
Idololatria Aegyptiorum profus conuulsa.	612. c. & seq.

Idolorum templa a Iuliano restituta.	8. b
Idolorum cultus quanta turpitudine exercebatur.	14. c
Idolorum templa clausa a Iouiano Imperatore.	166. d
Idolorum cultus etiam tempore Gratiani.	374. e
Idolorum cultores a Theodosio cohibiti.	457. a
Idolorum templa spoliata per Iouinum & Gaudentiam.	600. b
Idolorum sacerdotum clandestina impudicia.	612. d
Idolorum templa S. Martini diruit.	617. a
Ieiunare die Dominico Priscillianista consueuerunt.	454. a
Ieiunandi sabbato consuetudo.	502. a
Ieiunium Ecclesiae praecipuum non transgrediendum.	504. a
Ieiunia Romanae Ecclesiae.	576. d
Igne combusti & in mare mersi Legati Catholici.	245. d
Ignis erupit è fundamentis templi Hierosolymorum.	119. e
Illyrica Synodus sub Valentiniano.	180. a
Illyrica Synodus in sedem sua Enstathium restituit.	183. d
Illyricorum Episcoporum Synodalis epistola.	180. a.
eorumq; fidei professio Catholica.	ibid. d. 181. d.
decreta.	ibid. e
Imago Iuliani inslar Serapidis.	18. e
Imago sacra in velo concessa an fuerit ab Epiphano.	666. e.
& seq.	
Imago S. Stephani in velo diuinitus ostensa.	669. e
Imago hominis non sancti non visenda in locis sanctis.	670. d
Imaginem Meletij Antiocheni domi habuerunt.	254. b
Imagines decorum in Labaris figurat Iulianus.	18. d
Imagines sacras se colere proficitur S. Basilium.	11. a
Imagines sacrae in ecclesijs Cypri.	668. b
Imagines profanae ornatus causa non suspendende in ecclesijs.	670. d
Imaginis festum solenne Alexandrinis.	569. e
Imaginum sacrarum cultus diuinitus probatus.	670. b
Imaginum sacrarum vsus vetus in Ecclesia.	610. b
Immunitates clericorum certo tempore permittunt Valenti- niano & Valens.	186. e
Imperij Romani status mortuo Iuliano.	170. a
Imperij Romani clades ex fide violata.	387. b. 388. c. 389. c.
391. b. 425. c	
Imperium Romanum pessumdatum a Iuliano.	140. d
Imperium Romanum diuisum inter Valentinianum & Va- lentem.	171. a
Imperium Romanum prostratum Theodosius erexit.	405. e.
406. c. 408. a	
Imperator debet elucere clementia.	172. a
Imperatori quid debeat, & quid Ecclesia.	540. a
Imperatoris lex lecta in Ecclesia publice.	270. a
Imperatoris Christiani munus erga Ecclesias.	540. b
Imperatoris ius in Ecclesias nullum.	541. a
Imperatores non se immiscet causis Ecclesiasticis.	225. e
Imperatores Episcopis relinquunt curam agendarum rerum Ecclesiasticarum.	171. b
Imperatoribus praestant sacerdotes.	542. c
Imperatorum effigies quatenus Christiani colerent.	20. c
Impietas licet armata, semper corrui.	340. e
Incarnationis Verbi mysterium.	81. e
Incarnationis Verbi recta fides Synodi Alexandrina.	ibid.
Incendium Daphnici templi. 43. c. 44. 45. 46. 49. 50. 51. 55	
Indulgentia Ambrosij in recipiendis paucitibus.	373. c
Indulgentia impartita vinculis tempore Paschatis.	516. c. d
Indulgentia Theodosij in omnes perducit.	693. d
Iniurias seuerè punit Valentinianus.	168. c
Innocentius magus quid in Ambrosium.	547. a
Innocentius contubernalis Hieronymi in eremo moritur.	326. a
Innocentius F. C. hospes Augustini diuinitus ab vlcere libera- tus.	588. a
Inscriptio fontis baptismalis in Vaticano posita.	498. c
Inscriptio de Cereale.	268. d
Inscriptio de Consulatu Gratiani & Merobaudis.	376. e
Inscriptio	

I N D E X.

Inscriptio statuæ Symmacho dicata.	380. b
Inscriptio de Praetextato Consule designato.	471. b
Inscriptio de Flauiano.	693. a
Inscriptiones adulationes plenae de Iuliano.	141. b
Inscriptiones de aris & sacrificiis.	374. d. 376. e
Inscriptiones de Paulina coniuge Praetextati.	472. b. c. d
Inscriptio de ara dedicatione sub Theodosio.	618. c
Inscriptiones antiquae de Eugenio.	656. e
Inscriptiones de Paulino.	712. e
Inscriptiones de Probo.	721. c. d. 722. b. d. e
Inscriptiones de Proba Faltonia.	725. c. 726
Inscriptiones Olybrij.	727. a
Instantius Episcopus Priscillianista damnatus in Concilio Ca- saragustano.	454. c
Instantius Priscillianista relegatus in Syllam insulam.	512. c
Intercessio sanctorum apud Deum.	383. a. 434. b
Inuestiua orationes Gregorij Nazianzeni in Iulianum.	144. b
Ioannes Apostolus cum Philippo praefecto est Theodosio pugnam.	690. a
Ioannis Baptiste reliquiae dispersae.	63. a.
eadem crematae.	ibid. b
Ioannis presbyteri martyrium.	98. e
Ioannis Baptiste osium reliquia Hierosolymam delata.	63. c
Ioannis Baptista sepulchrum & Elisei celebre, ac miraculis clarum.	ibid. d. e
Ioannis Baptista reliquia collocata super Serapiam.	613. e
Ioannis Baptista capitis inuentio.	640. c.
translatum Constantinopolim.	ibidem.
Ioannis Baptista capitis inuentio historia diuersa.	640.
641.	
Ioannes Baptista proficit Theodosio certanti.	694. b
Ioannes ordinatus Episcopus Apameae a Meletio.	399. d
Ioannes Chrysostronus filius Publice.	57. b. d
Ioannis Chrysostroni mater.	ibid.
Ioannis Chrysostroni etas tempore obitus matris.	58. a
Ioannis Chrysostroni mater vidua iunior quanta virtutis.	58. a. & seq.
Ioannes Chrysostronus discipulus Libanij.	ibid.
Ioannis Chrysostroni homiliae in natali Meletij.	254. a
Ioannes Chrysostronus occasione inuenit libri magicae aris in periculum adductus.	264. a
Ioannes Chrysostronus aduersus Gentiles scripsit.	473. d.
idem aduersus Iudaeos & haereticos.	ibid.
nira secundum.	476. c
Ioannes Chrysostronus qua occasione de anathemate habuit orationem.	ibid.
Ioannis Chrysostroni locus elucidatus de anathemate.	474. c.
475	
Ioannis Chrysostroni etas.	476. b. 477. a
Ioannis Chrysostroni vita ratio.	476. b
Ioannes Chrysostronus quanti fecerit Libanius, & alij viri docti.	ibid. d
Ioannes Chrysostronus orationem habuit in laudem Valenti- niani & filiorum.	ibid. e
Ioannes Chrysostronus quando de sacerdotio scripsit tracta- tum. ibid. qualis ille liber.	477. e
Ioannes Chrysostronus quamdiu moratus in eremo.	ibid. b
Ioannes Chrysostronus ad quem Basilium scripsit librum de sa- cerdotio.	ibid. b. d
Ioannis Chrysostroni res gesta in eremo.	478. b.
scripta eiusdem in eremo. ibid. c. reditus Antiochiam morbi causa.	ibid. e
Ioannes Chrysostronus lector ordinatur.	ibid.
Ioannes Chrysostronus ordines sacros suscipit.	ibid.
Ioannes Chrysostronus creatus presbyter.	531. b.
signis ante pronuntiata eius ordinatio.	ibid. d
Ioannes Chrysostronus Flauiano an Enagrio adhaeserit. ibi- dem c.	

Ioannes Chrysostronus quando concionari aggressus.	532. a.
omnium ingenio stylo seruit.	ibid. d
Ioannes Chrysostronus in concionando desert Flauiano.	ibid. e
Ioannes Chrysostronus redarguitur a femina de sublimi gene- re dicendi.	ibid. d
Ioanni Chrysostrono vnde cognomen, vt Os aureum diceretur. ibidem.	
Ioannis Chrysostromi studium & labores in hereticis ab Antio- chena Ecclesia pellendis.	533. c
Ioannes Chrysostronus curat Marcionitam.	ibid. c
Ioannes Chrysostronus in iurias Marcionitarum modestè pati- tur. ibid. d. eorum ruinam praedicit.	ibid.
ineptias perstringit.	ibid. e
Ioannes Chrysostronus laborat in conuersione Gentilium.	534. b
Ioannes Chrysostronus Casium montem purgavit a demoni- bus.	ibid. c
Ioannis Chrysostromi conciones de statuis.	534. e
Ioannes Chrysostronus diebus singulis Antiochenis conciona- tur.	557. d
Ioannis Chrysostromi gratiarum actio in reditu Flauiam.	565. e
Ioannes Episcopus Hierosolymis sedere coepit post Cyrillum.	535. a.
quasi hic olim.	ibid.
Ioannes Episcopus Hierosolymitanus aduersus Epiphanium al- tercat.	651. e
Ioannes Hierosolymitanus quid in Epiphanium & Hierony- mum.	653. e
Ioannes Hierosolymitanus exclamatur in Epiphanium ob ordi- natum ab eo Paganianum.	ibid. e.
alii in Epiphanium querela.	656. d
Ioannes Hierosolymitanus patronus Origenistarum.	666. c.
ob id in Epiphanium reprehensorem excandescit.	ibid. b
Ioannes Episcopus Hierosolymitanus Hieronymi scriptis exa- gitatur.	671. c. d
Ioannes Hierosolymitanus reprehensus a Theophilo, ipse se ex- cusat. 672. c. errores Origenis, quos Ioannes fuit.	673. c
Ioannes Hierosolymitanus in Epiphanium iniuste commotus.	674. c.
impingit ei haesim Anthropomorphitarum. ibid.	
Ioannes Hierosolymitanus arguitur calumniosus & mendax.	675. a.
eius adulatio.	ibid. b
Ioannes Hierosolymitanus quanta in Hieronymum.	676. e.
677. e. excommunicauit eum.	678. b
Ioannes monachus consultitur a Theodosio de belli euentu.	683. b
Ioannes monachus praedicit Theodosio victoriam & sequentem exitum vite.	683. b. 694. b
Ioannes & Paulus martyres sub Iuliano.	98. a
Ioannes & Paulus martyres putati Iuliani interfectores.	139. e
Iosephe Patriarcha creditur Serapis.	611. d. 612. a
Iouianus Imperator ab exercitu eligitur.	155. d
Iouianus sub Iuliano confessor fides.	156. a
Iouiani genus.	ibid.
Iouiani electio quasi ex Dei miraculo.	ibid. b
Iouiani electio non in ita Gentilicio facta.	157. a
Iouiani in respuendo Imperium dignus praetextus.	156. e
Iouianum Gentiles milites calumnijs ledunt.	ibid. d
Iouianus falso extas inuexisse ab Ammiانو insimulatur.	157. a
Iouianus cum Persis foedus inire cogitur.	157. c.
eiusdem foederis conditiones.	158. a
Iouianus ab Ethnicis derisus.	ibid. e
Iouianus Christiano in pristinum statum restituit.	160. b
Iouianus restituit ecclesijs ablata, quantum fas fuit.	ibid. c. d
Iouiani lex pro tuendis sacris virginibus.	ibid.
Iouiani lex de raptu virginum C. Instinian. & Theod. emen- datur.	ibid. d. e
Iouianus proficitur fidem Catholicam.	161. a
Iouianus	

I N D E X.

Iulianus scribit ad Athanasium, ut ab eo doceatur fidem Catholicam. *ibid. b*  
 Iulianus accipit ab Athanasio fidei libellum. *ibid. c. d*  
 Iulianus quid cum hereticis. 162. e  
 Iulianus laborat ut reducat ad fidem Catholicam hereticos. 163. b  
 Iuliani ad Macedonianorum libellum responsio. *ibid.*  
 eiusdem ad aliorum hereticorum. 164. d  
 Iulianus hereticos sentire quod vellent, ratione permittit. *ibidem.*  
 Iulianus idolorum templa claudi iubet. 166. d  
 Iuliani res pie geste in Imperio. *ibid.* 167. a  
 Iulianus Maximum & Priscum Iuliani magos haud puniuit, sed recepit. 166. e. ea de causa in se Dei iram prouocauit. *ibid.* 168. a  
 Iulianus incendit templum Traiani. 167. a  
 Iulianus quando Antiochia recessit. *ibid.*  
 Iuliani Imperatoris improuius obitus. 167. b.  
 causa eius diuerse. *ibid.* 168. a  
 Iuliani etas & tempus Imperij. 167. e  
 Iulianus male à quibusdam Iouinianus vocatur. 167. e  
 Iulianus inter deos relatus à Gentilibus. *ibid.*  
 Iulianus Imperator in quibus deliquit. 168. a  
 Iuliano datum crimini, quod exornauit sepulchrum Iuliani Apostatae. 168. b  
 Iuliani corpus translatum Constantinopolim. *ibid.*  
 sepultum in basilica Apostolorum. *ibid.*  
 Iulianus an restituerit Labarum. 170. d  
 Iouimianus heresiarcha quando prodiit. 466. a. eius deliramenta. *ibidem.* Metamorphosis. 466. e. qualis homo. 467. a  
 Iouimianus licet apostata, retinere voluit nomen & habitum monachi. *ibid. c*  
 Iouimiani heresis. *ibid. e*  
 Iouimianus heresiarcha damnatur à Siricio Papa. 628. b. 629. c  
 Iouimiani scripta qualia essent. 628. c. eius damnationis auctor Pamphilius. 629. a  
 Iouimiani collega, iudemq; omnes damnati. 630. a  
 Iouimiano quod deum irrogatum est supplicium. 632. a  
 Iouimianus exagitat scriptis Hieronymi. *ibid. c*  
 Iouimiani cauilus, cum oppugnare videtur Manichæos. 635. b  
 Iouimiani heresis quas secum vexerit sordes morum. 636. a  
 Iouina filia Iouini Consulis. 198. b  
 Iouina vetus inscriptio. *ibid.*  
 Iouinus Consul. *ibid.*  
 Iouinus & Gaudentius spoliant templa idolorum. 600. b  
 Iouis Casij templum à Ioanne Chrysostomo purgatum. 534. c  
 Iouis Capitolini templum spoliatum. 601. b  
 Iris amnis in Ponto. 34. c  
 Ifacius monachus quid in Valentem. 389. d. nouit interitum Valentis. 390. b  
 Ifidis imagines. 18. e. 124. d. falso à quodam B. Virgo existimata. 125. a  
 Ifides due. 19. b  
 Ifidi Nutrici vota nuncupata. 124. e  
 Ifidori legatio à Theophilo cum litteris ambigua. 572. d  
 Ifidorus Alexandrinus qualis. *ibid.*  
 Ifidori Alexandrini legatio Hierosolymam. 675. d. qualis ipse Ifidorus. *ibid.* eius res geste Hierosolymis. 676. c  
 Ifidorus Episcopus Cyri ordinatus ab Eusebio Samosateno. 397. d  
 Ifidorus Mercator multa commentus. 365. b  
 Ifidori tractatio de rebus Osij mendacij redarguitur. 311. d  
 Ifmael Persa Legatus martyr. 25. b  
 Istrum Humi sub Valente pertransseunt. 375. d  
 Ithaciana factio improbata. 525. d  
 Ithacius sanctos viros calumniatur. 512. a. damnatus abfoluitur in Synodo Treuerensi. 523. c

Ithacius persecutionem passus à Prisciliano profugit in Gallias. 455. c  
 Ithacij Episcopi defensio. 524. a  
 Ithacius Episcopus accusator Priscilianistarum. 511. e.  
 512. a. eius scripta & obitus. 527. b  
 Italia mittere solet confessores fidei milites. 388. a  
 Italia clades à Maximo illata. 551. e  
 Italia pars à Maximo deuastata. *ibid.*  
 Iudae bene habiti à Iuliano. 118. b. 122. b  
 Iudaei incendunt ecclesias Christianorum diuersis in locis. 118. c  
 Iudaei quo conatu curant restitutionem templi. 119. d  
 Iudaei ad Christum conuersi territi miraculis in extructione templi visis. 121. e. 122. b  
 Iudaei fauet Maximus. 553. a  
 Iudaeos Christianos seruos habere vetat Theodosius. 504. c  
 Iudeorum confessio & respiciencia. 121. e. 122. b  
 Iudeorum synagoga incensa à Christianis. 576. e  
 Iudices dati aduersus aulicos Constantij. 55. b  
 Iudicia Ecclesiastica qualiter moderari voluit Gratianus. 375. c  
 Iudicia Episcoporum diuersa. 423. e  
 Iudicia Ecclesiastica qualia esse debeant. *ibid.* 424. a  
 Iudicium Ecclesiasticum illibatum seruandum. 513. e  
 Iudicium seculare appellans damnatur Palladius. 449. e  
 Iudicium Ecclesiasticum seorsum à iudicio secularium. 225. e  
 Iudicium sanguinis caueant Episcopi. 525. d  
 Iulia Eustochia filia sancta Paule. 469. c.  
 vide, Eustochium.  
 Iuliana filia Probe inscriptio. 725. d. 726  
 Iuliana laudata cum matre à sanctis Patribus. 721. d  
 Iulianus Apostata imperare incipit. 2. a.  
 quo etatis anno. *ibid. b*  
 Iulianus quando venit Constantinopolim. *ibid. a*  
 Iuliani patria & etas. *ibid. b*  
 Iulianus restituere incipit idololatriam. *ibid. c.* 8. b. 114. e  
 Iuliani imperij initio templa aperiuntur, sacrificia immolantur, & festi dies ubique ritu Gentium celebrantur. 31. d. e  
 Iulianus Christianissimum abdicat. 2. c. 3. a.  
 decennio ante clam desinerat. 2. e  
 Iulianus viginti annos Christianus permansit. 3. a. 96. d  
 Iulianus initiatur summo pontificatu. 3. a. & seq.  
 Iulianus quando factus apostata. *ibid.*  
 Iulianus turpis sacrificus. 4. a  
 Iulianus iniurius Eusebii. *ibid. b*  
 Iulianus magos ad se vocat & alit. *ibid. c.* 14. b  
 Iulianus minores Pontifices creat. 4. c  
 Iulianus gaudet Constantij obitu. *ibid. e*  
 Iuliani in Constantium & eius amicos odium. *ibid.*  
 Iulianus iudicio subicit magistratus Constantij. 5. a  
 Iulianus que scripsit ad Hermogenem. 4. d  
 Iulianus respectu Constantij carus etiam Christianis. 5. a  
 Iulianus punit aulicos Constantij. *ibid.*  
 Iuliani munificentia erga prouincias. 6. a  
 Iuliani parsimonia laudata. *ibid. b*  
 Iulianus apud omnes gratiosus. *ibid.*  
 Iulianus remouet inutiles expensas Palatij. *ibid.*  
 Iuliani prouidentia in subleuanda annoa caritate. *ibid. c*  
 Iulianus bene meretur de Episcopis. *ibid. d*  
 Iulianus restituit exules Episcopos. *ibid. 7. d*  
 Iulianus restituit Zenonem medicum. 6. e  
 Iuliani ad Zenonem epistola. *ibid.*  
 Iulianus restituit Aetium heresiarcham. 7. b.  
 eius epistola ad eum data. *ibid.*  
 Iulianus odio Constantij Catholicos restituit. 7. a  
 Iulianus restituit bona exulibus sub Constantio. *ibid. d*  
 Iulianus Christianos, quod quisque veller, sentire permittit. *ibid. e*  
 Iulianus Fidelibus sacrificare volentibus expurgationem praescri-

I N D E X.

scribit. *ibid. d.* nolentes cogi veterat. *ibid. b. d*  
 Iulianus studet paci Episcoporum. *ibid. e.* sed velato praetextu. 8. a  
 Iulianus ad contemptum Christianos Galileos vocat. *ibid.*  
 & ab omnibus vocari facit. 106. a  
 Iuliani rescriptum, quo Galileos fugillat. 8. a  
 Iulianus detrahit Christianorum dissensionibus. *ibid.*  
 Iuliani propensior cura in restituendis templis idolorum. *ibid.*  
 Iulianus matra magistratus. 8. c  
 Iuliani studia in Christiana religione euertenda. 8. c. 37. d  
 Iuliani persecutio omnium acerbissima. 8. d. ab aliis diuersa, & qualis. 16. c  
 Iuliani consilium de stabiliendo Imperio. 8. c  
 Iulianus quo modo Maximum excepit. 9. a  
 Iulianus eruditus fauet. *ibid. d*  
 Iulianus Libanium carum habet. *ibid. e.* 14. a  
 Iulianus Themiastium philosophum praefecit Vrbi Constantinopolitanae. 9. d  
 Iulianus quales delegit magistratus. 10. a  
 Iuliani ludus, & ad decipiendum blanditia. *ibid. b*  
 Iulianus desertiones & apostatus honores tribuit. *ibid. a*  
 Iuliani relaxationes & otia. *ibid. d*  
 Iulianus vocat sanctum Basilium. *ibid. c.*  
 Acta cum eo. *ibid. e*  
 Iulianus blanditur Gregorio Nazianzeno. 11. a.  
 ornat Praefectura Caesarium. *ibid. b*  
 Iulianus aggressus persequi Christianos. 12. a. & seq.  
 Iuliani in persecendis Fidelibus artes. *ibid. c.* 17. c. 37. d.  
 48. e. 102. a  
 Iulianus tentat Caesarium. 12. a. e  
 Iulianus seducit Ecebolium rhetorem Christianum. 13. b  
 Iulianus quid in Arianos Edessenos. *ibid. d*  
 Iuliani epistola ad Ecebolium. *ibid.*  
 Iulianus colat Orbibium medicum. 14. a  
 Iulianus Christianam religionem irridet. 13. e.  
 & cultum magni, Crucis, & reliquiarum Fidelibus obicit. 106. b  
 Iuliani epistola ad Libanium. 14. a  
 Iulianus coluit Nymphidianum & Claudianum. *ibid. b*  
 Iulianus magos & aruspices frequentat. *ibid.*  
 Iuliani regna quibus hominibus referta. *ibid. c*  
 Iuliani stipatores meretricis & cinedi. 15. b  
 Iuliani turpituudo praetextu religionis. *ibid. e*  
 Iulianus sacrificans portentis terretur. *ibid.*  
 Iuliano visa Crux in exitu. *ibid.*  
 Iuliani persecutionis insolite causa. 16. e. & seq.  
 Iulianus qualem persecutionem parat. 16. e. & seq.  
 Iulianus inuidebat Christianis martyrij gloriam. 17. a  
 Iulianus in persequendo versipellis. *ibid. c*  
 Iulianus incipit persecutionem à domesticis. *ibid. e*  
 Iulianus sacrificans praesentia Christiani hominis impeditur. 16. a  
 Iulianus persequitur milites Christianos. 18. b  
 Iulianus mittat Labarum. *ibid. c*  
 Iulianus abolet Crucis signum. *ibid. d*  
 Iuliani munifera cum Serapide. 19. a  
 Iuliani imago inslar Serapidis. 72. c  
 Iulianus imaginibus affectu vocari deus. 19.  
 Iuliani imago cum Antibi. 72. d  
 Iuliani numifmata. 19. a. rauto signata. 40. d. 39. e  
 Iuliani numifera cum Ifide. 19.  
 Iuliani statua, & figura. *ibid.*  
 Iulianus imagine & forma deorum cur fugi voluerit. *ibid.*  
 Iulianus thersificatione decipere tentat milites Christianos. 20. e  
 Iulianus milites Praetorianos Christianos ablegat. 22. a  
 Iulianus suis imaginibus studet decipere Christianos. 19.  
 Iulianus Valentinianum & Valentem redegit in ordinem. 22. b

Iulianus in Palatio locat aram Fortunae. *ibid. a*  
 Iulianum sacrificantem Maris Episcopus publice increpat. *ibid.*  
 e. eundem acriter Eusebii senex arguit. 58. c  
 Iulianus quid in Marini Episcopi Chalcedonensem. 23. a  
 Iuliani affectata patientia. *ibid.*  
 Iuliani preceps furor & insana rabies. *ibid. c*  
 Iulianus qualis in indicando. 24. a  
 Iuliani crudelitas. *ibid. b*  
 Iuliani persecutio diuersis obumbrata praetextibus. *ibid.*  
 Iulianus qua arte decipere tentat Constantinopolitanos Christianos. 24. b  
 Iulianus cibario inquinat idololatriam. *ibid. d.*  
 & aquas omnes. 54. e  
 Iulianus quanto tempore moratus Constantinopoli. 24. e  
 Iulianus bene meretur de conciliis suis Constantinopolitanis. 25. a  
 Iulianus venit Nicomediam: quid ibi egit. *ibid. c*  
 Iuliani aduentus Caesarem Cappadociae: quid ibi. *ibid. d*  
 Iuliani in Cappadocia Ecclesias immanitates. 26. d.  
 & sacrilegia. 107. c  
 Iulianus Byzantium, non Constantinopolim vocat. 25. a  
 Iulianus quando recessit Constantinopoli. *ibid. b*  
 Iulianus Chalcedone recepit Legatos Persarum Regis. *ibid.*  
 quid in eos. *ibid.*  
 Iulianus quid Chalcedone. *ibid.*  
 Iulianus sicut Gentiles grassari in Christianos. 26. c  
 Iulianus quid in Nazianzenos. *ibid. d*  
 Iulianus proficiscitur in Syriam. 28. c  
 Iulianus quid in Galatia aduersus Christianos. 35. a. d  
 Iulianus quid in Basilium Ancyrantum Episcopum. *ibid. a*  
 Iulianus quando venit in Galatiam. 36. b  
 Iulianus venit Pessinuntem. *ibid.*  
 Iulianus Pessinunte sacra & ades Matris deorum restituit. *ibid. e*  
 Iulianus vindicat ignominiam illatam Matri deorum. *ibid. c*  
 Iulianus quid in Cyzicenos. 37. c  
 Iulianus quid in Thracas Christianos. *ibid. e*  
 Iulianus venit Antiochiam. *ibid. b*  
 Iuliani res geste Antiochia. *ibid. c.* eiusdem dira scelera *ibid.*  
 dem patrata. 58. d  
 Iulianus quo modo exceptus ab Antiochenis. 38. c  
 Iuliani Misopogon de sua barba in Antiochenos. *ibid.*  
 ob eam iure reprehenditur. 40. a  
 Iulianus diceris exagitur. 39. a  
 Iulianus quot & quibus nominibus appellatus. *ibid. b.*  
 deus, & impositis nominibus. *ibid. c*  
 Iulianus Victimarius dictus. *ibid.*  
 Iulianus Idoliarius dictus. *ibid. c*  
 Iulianus Tauricremus. *ibid.*  
 Iulianus viciors in dircendo cum Antiochenis. *ibid. e.* 40. a  
 Iuliani barba qualis. *ibid. b*  
 Iulianum de sua barba dicta. *ibid. a*  
 Iuliani querele in Antiochenos. *ibid. c*  
 Iulianus quibus elementis nomen Christi exprimebat, & Constantij. *ibid.*  
 Iuliani inuacina in Antiochenos, quod Christum & non deos colerent. *ibid. c. d.* item ob cultum sanctorum martyrum. *ibid. e*  
 Iulianus cultor Apollinis Daphnici & Iouis Casij. *ibid.*  
 41. a  
 Iulianum apud Iouem Casium conueniant rhetores Aegyptij, & de inueniendo Apissem illa imitant. *ibid. b*  
 Iulianus quid in Artemium & alios martyres Antiochenos. *ibid. e.*  
 Iuliano Antiochia Eugenius & Macarius fortiter resistunt. *ibidem.*  
 Iulianus innumeratas hostias immolat Antiochia. 43. a  
 Iulianus quam multa & magna sacrificia parabat. *ibid. b*  
 Iulianus venas Castalij fontis recludere cogitat. *ibid. c*  
 Iulianus

I N D E X.

Iulianus reliquias Babyle martyris asportari iubet monitus ab oraculo. 45.e
Iulianus Anthiochia ob gloriosam reliquiarum Babyle translationem supplicia in Fideles constituit. 46.c
Iulianus cur Babyle reliquias cum honore transportari permiserit. ibid.e. 49.c
Iulianus timuit Babylam martyrem. 46.e. 50.d
Iulianus pater Iuliani Apostata dira passus ob impietatem, & quid in morte. 47.b. 48.a
Iulianus rescriptum ad Felicem Comitem. 48.e
Iulianus ob incendium templi Apollinis aduersus Christianos questionem exercet. 50.b
Iulianus insani in templo martyrum. ibid.d
Iulianus saepe signis admonitus. 51.a
Iulianus luctus de incendio Apollinis templo. ibid.b
Iulianus falsis pretextibus necat Christianos. 56.b
Iulianus canticis Ecclesiasticis deuidetur. 57.c
Iulianus à Publica sanctimoniali derisus, quid in eam. ibid.b
Iulianus delusus etiam à mimis. 58.b.
& ab Eugenio seno. ibid.c
Iulianus quid Tarfi egerit. ibid.d
Iulianus exagitat Antiochenos. ibid.
Iulianus que contulit Antiochenis. 59.b
Iulianus Constantiam Syria ciuitatem Gazæ adiudicat. ibid. e
Iulianus Antiochia exceptit Legatos Persarum Regis. ibid.d
Iulianus fuit iudices agere contra Christianos, atque Gentiles in eos furere. 61.a
Iulianus Fideles à Gentilibus occidi ridet & permittit. ibid.
Iulianus ingratitude erga Marcum Arethasum suum seruatore. 65.c
Iulianus epistola ad Bostrenses contra Titum. 66.a
Iulianus artes in persquendis Christianis. 67.a
Iulianus quid in Christi statuam aneam. ibid.c
Iulianus statua, vbi Christi erat, collocata, de calo tacta & confusa. ibid.
Iulianus exagitat Aegypti Ecclesiam. ibid.e. 69.a
Iulianus mortem Georgij vlcisci velle simulat. 71.a
Iulianus epistola ad Alexandrinos de nece Georgij. ibid.b
Iulianus laudat Serapidem. ibidem. eius cultor propensior. 72. b
Iulianus epistola de libris Georgij perquirendis. 73.a
Iulianus rescribit contra Athanasium. 95.a
Iulianus epistola ad Alexandrinos contra Athanasium, in qua eum occidi mandat. ibid.
Iulianus nebula comparatus. ibid.c
Iulianus scribit iterum ad Alexandrinos in causa Athanasij. ibid. e
Iulianus obiurgat Alexandrinos. 96.a
Iulianus odium in Athanasium. ibid.a.d
Iulianus Arj amicus. ibid.b
Iulianus ad Christianorum querelas responsio. 97.a
Iulianus persecutio in Romanam Ecclesiam. ibid.b. 98
Iulianus artes in spoliandis Fidelibus patrimonis. 97.e
Iulianus nunquam Rome fuit. 99.c
Iulianus fauet Donatistis. 101. & seq.
Iulianus laxat habenas Donatistis contra Catholicos. 101.c. 103. 104
Iulianus rescriptum pro Donatistis proponi iubet Honorius ad ignominiam eorum. 101.e
Iulianus consilium, miscere turbas in Ecclesia. 102.a
Iulianus cur restituit exules Episcopos. ibid.
Iulianus restituit exules Donatistas. ibid.
Iulianus rescriptum, quo decernitur Christianos dicendos esse Galileos. 106.a
Iulianus lex de ademptione privilegiorum Christianis. ibid.d. de maritis liberè ab vxoribus dimittendis. 116.c
Iulianus indicit tributum Christianis. 107.b
Iulianus praxextu iustitie multa impia decernit. ibid.d

Iulianus lege Euangelica male percepta pugnat contra Christianos. ibid.
Iulianus excludit à militia Christianos. 108.b
Iulianus prohibet Christianos docere publicè. ibid.c
Iulianus inuadet Christianis scientiam. ibid.c.d.e
Iulianus non prohibuit Christianos discere, sed docere. ibid.c. 109.e. huius legis scienda ratio. 111.a
Iulianus Attice loqui prohibuit. ibid.a.b
Iulianus imperitiae insimulat nostros. ibid.
Iulianus qua obiectare solebat in Christianos, eos deridens. 7.b
Iulianus emulatus res Christianorum in Gentilismum eas transferre studuit. 114.a. 115.a
Iulianus edificare parat monasteria & domos hospitalales. 114.c
Iuliano haud concessum imitari Christianorum res. 115.a
Iuliani epistola ad Arsacium de imitatione rerum Christianorum. ibid.e
Iuliani obitus prasagia. 117.b
Iulianus in odium Christianorum fauet Indæis. 118.a. & seq.
Iulianus Hierosolymitanum templum restituendum curat. ibid. diuinitus repellitur. 119.c
Iulianus sanctorum in Christianos sub Iuliano. 118.b
Iulianus Indæos in nostros immittit. ibid.
Iuliani litteræ ad Indæos. ibid.e
Iuliani votum de immolando Christianos Hierosolymis. 122.c
Iuliani lex de sepulchris & funeribus. ibid.e
Iuliani apparatus ad bellum Persicum. 123.b
Iulianus ante bellum omnia mittit consilere oracula. ibid.c. ludunt eum mendaciis. ibid.d.e
Iulianus credi voluit Alexander Magnus. ibid.e
Iulianus decipitur à Maximo philosopho. ibid.d. ab eodem & Prisco. 128.b
Iulianus credebatur transanimationem Pythagoream. 123.e
Iulianus à Sallustio reuocari tentatur à bello Persico. ibid.
Iuliani in auspiciando bello vota. 124.a
Iuliani numisma de nuncupatis votis Isidi nutriti. ibid.d
Iulianus ad bellum recusat auxilia sociorum. 125.c
Iulianus Arsacem Regem Armenia contemnit, quod Christianus esset. ibid. 126.a
Iuliani in auspiciando bello temeritas. 125.c
Iulianus recedit Antiochia profecturus ad bellum Persicum. 126.b
Iuliani iter in Persas. 127.a. res gesta. ibid.
Iulianus superatus ab adolescente Beruensi. ibid.
Iuliani interitus pronunciatum à Christianis. ibid.c
Iulianus in prociatū scribit ad Libanium de suo itinere. 126.e. 127. d
Iuliani equus Babilonius interit. 127.e
Iulianus deceptus ab aruspibus. ibid.
Iulianus in prociatū scribit libros contra Christianos. 128.b
Iuliani scripta. ibid.e. 129.a
Iulianus Edessam venit: quid ibi. 129.b
Iulianus Charis abominanda sacra peragit. ibid.c
Iulianus Nisibi cum esset, efferris insit corpus S. Iacobi Episcopi. ibid.e
Iulianus Nisibi redarguitur à sancto monacho. 130.b
Iuliani nuncij demones. ibid.d
Iulianus credens suis philosophis male perit. 131.b
Iuliani res gesta in ingressu Persidis. ibid.a
Iulianus rursus decipitur falso oraculo. ibid.b
Iulianus immolans Marti terretur prodigiis. ibid.d
Iulianus cultor Martis. ibid. in eum excanduit. ibid.e
Iulianus peruenit Ctesiphontem: quid ibi. ibid.
Iulianus seducitur à Persa transfuga. 132.c
Iulianus inducitur vt succendat naues. ibid.d
Iulianus exercitum in discrimen adducit. ibid.e
Iulianus exagitur rursus trisibus euentis. 133.c
Iulianus ab aruspibus seductus labitur in interitum. ibid.d
Iulianus

I N D E X.

Iulianus à diis delusus & derelictus. ibid.e.
eos exocatur. ibid.
Iulianus cum Persis vltimo certamine pugnat. 134.c
Iulianus in prælio vulneratus. ibid.d
Iuliani morientis oratio. 135.a
Iuliani percussor haud satis exploratus, à Gentilibus quis creditus. ibid.e. & seq.
Iuliani interitus. 135.d. 136
Iulianus diuinitus percussus. 136.c. 137
Iulianus à S. Mercurio martyre creditur percussus. 136.e
Iulianus moriens quid in Christum. 137.e
Iulianus moriens affectat diuinos honores. 138.b
Iulianum transfatum in celum sinxit Gentilitas. ibid.c
Iuliani interitus à normillis absentibus cognitus. ibid.d
Iuliani dies obitus. 139.d. necatus putatur virtute SS. Ioannis & Pauli martyrum. ibid.e
Iuliani Apostata vitæ & obitus firma assertio est Christiana religionis. ibid.b
Iuliani aras & tempus Imperij. ibid.e
Iuliani obitus gaudium attulit orbi. 140.a
Iulianus conclamatus destructor Romani Imperij. ibid.e
Iuliano debet, non Iouiano adscribi Imperij clades. 157.b. 159.a
Iuliani adulatoria inscriptiones. 141.b
Iuliani funus quale. ibid.c
Iuliani sepulchrum Tarfi. ibid. prodigia in eo. ibid.e
Iuliani sacrificia abominanda detecta post mortem ipsius. 142.b
Iulianus post obitum laudatus à Libanio. ibid.c
Iulianus à Libanio Damon laudis gratia nominatus. ibid.d
Iulianus Apostata idem philosophus Cynicus. 143.a
Iuliani mores quales. ibid.e. 144.a
Iulianus profcinditur duabus inuictiuis Gregorij Nazianzeni. ibid.c
Iulianus exagitatus apostrophis & inuictiuis. ibid. & 145
Iulianus Basilium & Gregorium destinauerat neci post reditum è Perside. 145.e
Iuliani amicos perssequuntur Valentinianus & Valens. 173.b
Iulianus Saba monachus nouit absens interitum Iuliani. 138.e
Iulianus Saba Antiochiam à Catholicis accersitur sub Valente. 256. e
Iulianus Saba monachus praxto est Antiochenis à Valente exagitatus. 257. & seq.
Iuliani Saba aduentus Antiochiam. 258.a. egrotans curat se & alios. ibid. sanat Comitem Orientis. ibid.c
Iulianus à febris liberatur Antiochia. ibid. a
Iuliani Saba celebris memoria. ibid.e
Iuliani Saba ingentia miracula. 257.d
Iulianus Saba puerum hospitii à puteo incolumentem educit. 257.e
Iuliani pallio tacto claudus sanatur. 258.b
Iulius Magister militiae Valentis iussit occidi Gothos in ciuitatibus in pace agentes. 391.e
Iupiter Castus in Arabia. 41.a
Iupiter Fulmineus in Alpium iugis collocatus. 687.c
Iura Pontificis Max. idolorum cultus transfata in Præfectum Urbis. 495.d
Iura distincta Regum & Ecclesiarum. 541. & seq.
Iusta filia Valentiniani. 368.a
Iustina relicta Decentij vxor Valentiniani. 271.c
Iustina Augusta cepit perturbare Mediolanensem Ecclesiam. 421.b
Iustina Augusta Arianos fauet. 421.b. 451.c. Ambrosio iniurias infert. 486.c
Iustina legem pro Arianis à Valentiniano extorquet. 517.c
Iustina Augusta libertatem concedit Arianis liberè agendi. ibidem.
Iustina persequitur S. Ambrosium. 519.c. quo tempore. ibid.d.

quam opportunitatem nassa. ibidem.
Iustina profugos Arianos suscepit. ibid.e
Iustina Ambrosium in exilium amandare frustra conatur. 535.c
Iustina Augusta rursus vexat Ambrosium. ibid.b. vi armata oppugnat. ibid.e
Iustina edictum elicit ab Imperatore contra Catholicos. ibid.
Iustina persecutio longè lateq; grassata. 544.e
Iustina persecutio quomodo sedata. 546.c
Iustina miraculis coacta à persecutione Ambrosij desistit. 544.e. 546.c
Iustina immittit scarium in Ambrosium. 547.a
Iustina tollere tentat Ambrosium etiam per demones & maleficia, licet frustra. ibid.
Iustina confusa vlla mansit. ibid.b. ad Ambrosij opem supplice confugit metu Maximiani. ibid.e
Iustina fugam arripit. 551.a
Iustiniani Codicis locus restituitur. 163.a
Iustus Episcopus Lugdunensis interfuit Concilio Aquileiensi. 447. e. 448.c
Iuueninus martyr cum Maximo Antiochia sub Iuliano. 55.a. & seq. idem variis dolis tentatur à Iuliano. ibid.
Iuueninus sententia in contentione de eligenda Meletij successore obinet. 435.e

K.

Kalendarium Ianuarij superstitiones abrogat Ambrosius, & ieiunium ea die inducit. 379.e

L.

Labari effigies in nummis Valentis & Valentiniani. 170.c
Labarum à Iuliano muratur. 18.c. in quam formam conuersum. ibid.d
Labarum restitutum ab Imperatoribus Valentiniano & Valente. 170
Labarum à Iouiano non inuenitur restitutum. 171.a
Labarum, non aquila ducunt exercitum Fidelium Principum. 387.c. & seq.
Leta nurus S. Paula, filia Albini Pontificis idolorum, vxor Toxicij. 469.c. mater Paulæ inuictis. 470.c
Laici non immisceant se rebus Ecclesiasticis. 166.e
Laici esse non debent arbitri disputationis cum hereticis. 521.b.
Laici nec ipsi quidem Imperatores iudicent causas Ecclesiasticas. 225.e
Laici saepe ordinati Episcopi. 372.a. & multi post Ambrosij electionem electi sunt. ibid.
Laici etiam conuigati ad Episcopatus postulati. ibid.
Laici sacerdotia deferre vetitum. ibid.b
Laicos de sacerdotibus iudicare non debere. 521.b. neque de rebus fidei. 522.b
Lampadius Præfectus Urbis post Symmachum. 189.a
Lampadius erogat in pauperes expensas ludorum. ibid.
Lampascenum Concilium quando celebratum. 171.b. 174.a. & seq. ex dicto Concilio legario. 175.e
Lampascenum Concilium ab hereticis Macedonianis celebratum. 174.c. res in eo gesta. 175.a
Laodicea, vbi celebratum est Concilium, non Syria, sed Asia. 734. b
Laodiceæ plures. ibid.
Laodicea Synodus celebrata ante Nicenum Concilium. 735.b. post Neocesariense. ibid.d
Laodicea Synodus citatur à Theodoro, atque à Basilio. 734.e
Laodiceum Concilium quando celebratum. 734.e
Laodicensis Concilij lectio germana restituitur. 735.a.b. Laodi-

I N D E X.

Laodicensis Syria Episcopus Theodorus.	734.c	Legationes Ambrosij ad Maximum duae.	547.c. & e	
Laodicensis Asia celsitatis Episcopus Nunechius.	735.e	Legationes iniuncta diuersis Orthodoxis Episcopis ad explorandam fidem Catholicam diuersarum prouinciarum ex Synodo Constantinopolitana.	445.b	
Lapis super lapidem non relictus in templo tempore Iuliani.	121.e. 122.a	Legationes ex Gallis & ex Africa ad Concilium Aquileiense.	447.e. 448.c	
Lapsi Episcopi an essent in sedem restituendi, agitata in Concilio Alexandrino.	77.a. 80.b. d. 85.c. idem defendit Hieronymus.	91.a	Legati Apostolica sedis ab Imperatore commendati.	181.c
Lapsi recipiendi cum abiuratione heresis, ex sententia Athanasij.	283.b	Legati missi à Concilio Lampfaceno ad Occidentales.	175.e. 176.d	
Lapsos esse restituendos.	421.a	Legati iterum missi ad Synodum Alexandrinam à Paulino.	76.c	
Lapsi Episcopi cum poenitentia saepe recepti.	184.a	Legati missi ad Occidentales à Basilio Probus & Dorotheus.	276.b	
& quando depositi.	ibid.b	Legati missi Constantinopoli ad Valerem aqua & igne absumpti.	243.c. 244	
Latitantem prodere noluerunt Christiani etiam cum sua vita detrimento.	348.d	Legati à Lucifero missi ad Synodum Alexandrinam.	76.b	
Larromianus poeta, idemq; Priscillianista.	513.b	Legati Macedoniam professione Nicane fidei iussur atur communicationem Liberij.	176.c	
S. Laurentij basilica quid contulerit Damasus.	498.b	Legati à Donatistis missi ad Iulianum.	101.a	
Lea vidua sanctissima. 471.a. de Lea & Praxestato antitibis.	ibid.c	Legati Regis Persarum male habiti à Iuliano, effectiq; martyres.	25.b	
Lea viduae obitus. ibid.a. & elogium. ibid.d. eiusdem Oslam translatio.	ibid.	Legati Regis Saporis ad Iulianum Antiochie agentem.	59.d	
Legatio missa à Concilio Alexandrino.	80.a	Legatus Eusebius Vercellensis ad erigendas collapsas Ecclesias.	83.e. 86.b	
Legatio Antiocheni Concilij ad Ecclesias Orientis.	396.b	Leo Papa nullam prerogatiuam cognouit sedis Constantinopolitane.	432.a	
Legatio Antiochenorum ad Theodosium.	559.c. 560	Leonis Pontificis cum S. Hilario Acta commenticia.	93.d	
Legatio à Synodo Constantinopolitana ad Damasum.	460.e	Leopardus martyr Roma sub Iuliano.	94.e	
Legatio Catholicorum Constantinopoli ad Valerem missa.	243.c. 244	Leopardus cum collegis legatus ad Ecclesiam Mediolanensem.	630.a. 631	
Legatio Episcoporum ad Valentianum pro Concilio conuocando.	171.b	Leroius Episcopus Melitenensis exagitat Massilianos.	491.a	
Legatio ex Concilio Lampfaceno.	175.e	Leroij Melitenensis Episcopi aduersus hereticos res gestae.	ibidem.	
Legatio S. Ambrosij ad Maximum.	486.a	Lex Iuliani aduersus Christianos professores.	108.e. 109.	
Legatio Liberij ad Illyricos.	179.d	Lex Iuliani, qua Christiani iubentur dici Galilai.	106.a	
Legatio Liberij Papa ad Valerem Imperatorem.	184.b	Lex lata à Iuliano, ne Christiani militarent.	108.b	
Legatio Sirich ad Mediolanensem Ecclesiam.	630.a. 631	Lex Iuliani arcentur Christiani à docendo.	ibid.c. 109	
Legatio Maximi ad Theodosium post necem Gratiani.	484.a.	Lex Iuliani de arcendis à scholis Christianis professoribus reuocata.	173.e	
item Valentianum ad Maximum.	486.a	Lex Iuliana sublata privilegia Christiani.	106.d	
Legatio missa à Theodosio ad sanctos Aegypti monachos.	568.a.e	Lex Iuliani de sepulchris & funeribus.	122.e	
Legatio Theodosij ad sanctos monachos Aegypti pro precibus ante bellum Eugenianum.	683.b	Lex Iuliani data ad Felicem Comitem.	48.d	
Legatio Eugenij ad Theodosium.	657.c	Leges in sacrilegos latae, aduersus Christianos à Iuliano conuersa.	108.b	
Legatio Petri ad cõcilium Antiochenam Ecclesiam.	276.a	Leges Iuliani aduersus ecclesias propositae.	107.c	
Legatio ad Occidentales à Basilio missa.	ibid.b	Lex Gratiani de iudicio Ecclesiastico.	375.c	
Legatio alia à S. Basilio missa ad Occidentales.	314.b. 317.e	Lex Gratiani aduersus Donatistas.	377.a	
Legatio S. Theodororum Ecclesiae ex Pamphilia ad Epiphanium.	366.d	Lex Gratiani aduersus Manicheos.	ibid.b	
Legatio Domini ad Maximum qualis.	550.b	Lex Gratiani de immunitate clericorum.	380.a	
Legatio Flauiani Episcopi ad Theodosium.	560.c	Lex Gratiani aduersus hereticos.	374.b. 407.d	
Legatio Gregorij Nysseni in Arabiam.	396.b	Lex Gratiani aduersus auaritiam clericorum.	408.b	
Legatio Isidori Hierosolymam.	675.d	Lex Gratiani pro Christianis Catholicis exulibus.	392.b	
Legatio Theophili Alexandrini in Italiam cum litteris ambiguis.	572.d	Lex Gratiani aduersus apostatas & Manicheos.	486.c	
Legatio S. Zenobij Episcopi Florentini ad Valerem.	246.b	Lex Iouiani seuera de custodia sacrarum virginum.	160.d	
Legatio Regis Gothorum pro pace ad Valerem, quam spernit.	390.a	Lex Theodosij aduersus apostatas.	640.a.	
Legatio Reginae Sarracenorum pro accipiendo Episcopo.	344.e	aduersus hereticos.	643.c	
Legatio missa à Gentilibus Roma ad Valentianum ob diras de magis quaestiones.	264.b	Lex à Theodosio post baptismum sancita de fide Catholica, & aduersus hereticos.	415.e	
Legatio Gentilium Senatorum pro cultu deorum ad Imperatores.	473.b	Lex Theodosij aduersus hereticos, ne fabricent ecclesias.	447.b	
Legatio Gentilium ad Valentianum pro sacris restituendis.	652.b	Leges Theodosij aduersus hereticos promulgatae tempore expeditionis in Maximum.	569.d.e. & 570.a	
Legationes Regum ad Iulianum pollicentes auxilium ob bellum Persicum.	125.b	Leges Theodosij aduersus hereticos post tertiam Synodum Constantinopolitanam.	490.c	
Legatio ad Romanum Pontificem pro Ecclesia Orientali.	276.b	Lex Theodosij fugantur omnes heretici.	607.a	
Legationes ex Concilio Antiocheno ad diuersas prouincias.	396.b	Lex Theodosij aduersus hereticos.	424.c	
Legationes diuersae ad Liberium pro reductione hereticorum.	179.d	Lex alia Theodosij aduersus hereticos.	502.a.	

I N D E X.

Lex eiusdem in Manichaeos.	479.b. 603.b	Libanius à Ludimagistro arguta responsione perstrictus.	127.c
Lex Theodosij aduersus monachos hereticos.	631.e	Libanius laudator Iuliani post obitum.	142.d
Lex Theodosij aduersus maleficos.	603.a	Libanij oratio de Iuliano derisa.	ibid.e
Lex Theodosij aduersus Iudaeos.	504.c	Libanij turpes adulationes de Iuliano.	142.d.e
Lex Theodosij, qua abstrahit idololatram.	639.c.	Libanius falsè creditus Christianus. 143. b. fabula de eius cum Basilio congressu.	ibid.
eademq; ex Senatusconsulto lata.	ibid.d	Libanij ingenium & mores.	143.c
Lex alia eodem tempore data eiusdem argumenti.	640.b	Libanius in seruitutem temporis.	ibid.
Lex alia aduersus idololatras.	516.b	Libanij orationes.	ibid.d
Lex Theodosij aduersus idolorum cultores.	456.e	Libanij de Baslij eloquentia iudicium.	150.a.b
Lex Theodosij aduersus deorum cultum.	660.b	Libanius mirifice laudat Basilius.	32.a. b. 150.a
Lex Theodosij aduersus Paganos.	447.c	Libanij epistola ad Basilius.	32.b
Lex Theodosij aduersus validos mendicantes.	479.b	Libanij alia epistola ad Basilius.	150.c
Lex Theodosij aduersus fidei iudicium & psalterias.	516.b	Libanius cur à Basilio amatus.	ibid.d
Lex Theodosij de basilicis aduendis.	479.a	Libanius commendatus, quòd etiam doceret pauperes.	ibid.
Lex Theodosij, qua puniunt seuerè Zodomiricum scelus.	636.a	Libanij epistola ad Ioannem Chrysostrum.	476.d
Lex Theodosij de diaconis.	ibid.d	Libanius an praesto fuerit Antiochenus.	557.a
Lex Theodosij, ne quid clericis relinqui à feminis possit.	636.c.	Libanij obitus quando contigit.	ibid.
abrogata ab eodem Theodosio.	637.c	Libania martyr in Gallia cum sociis sub Iuliano.	99.e
Lex Theodosij aduersus violantes diuinam legem.	416.a	Libellus Ambrosij in Auxentium.	521.b
Lex Theodosij de fori Ecclesiastici immunitate seruanda.	513.e	Libellus Ambrosij ad Theodosium post cadem Theodonicensium.	621.e
Lex Theodosij de dilatione supplicij damnatorum quando, & ubi lata.	625.d	Libellus Augustini ad Valerium de concedendo tempus vacationis.	647.b
Lex Theodosij indulgens illis, qui in ipsum Imperatorem male dicta iactassent.	684.e	Libellus fidei Auxentij.	219.a
Lex Theodosij de irritandis rebus gestis à Maximo.	572.b	Libellus de fide à S. Basilio scriptus.	289.d
Lex Theodosij de debitoribus confugientibus ad ecclesiam non relaxandis absque fidei iustione.	661.b	Libellus à Donatistis oblatus Iuliano. 102. e. expositus legendus publicè ab Honorio Imperatore.	ibid.
Lex Theodosij de tempore Quadragesimae.	607.a	Libellus Feliciani, & Praxestati Donatistarum.	701.c
Lex Theodosij de cultu Quadragesimae.	416.a	Libellus fidei Catholicae oblatus Liberio Papa ab hereticis.	176.e
Lex Theodosij de relaxandis vincis Tempore Paschali.	198.d. 516.c	Libellum supplicem dedit Terentius dux ad Valerem pro fide Catholica, sed ab illo scissus est.	314.a
Lex Valentianum Imperatoris lecta publicè in ecclesia.	268.e	Liber Apollinaris glutino constrictus.	358.b
Lex Valentianum renouans legem Iuliani de arcendis à scholis Christianis professoribus.	173.e	Libri Georgij Episcopi Ariani à Iuliano quaestii.	73.a
Lex Valentianum de Arianis, ut liberè coeant & seruent professionem Ariminensem.	517.c	Libri à Iuliano scripti in prouincis contra Christianos.	128.d
Lex Valentianum contra Manicheos.	347.c	Libri magiae artis à Valente perquiri iussi.	263.d
Lex Valentianum aduersus Donatistas rebaptizantes.	361.a	Libri magici occasione Ioan. Chrysostrum in discrimen adductus.	ibid.e
Lex Valentianum de gladiatoribus.	198.e	Libri sacri sublati à Donatistis.	205.b
Lex aduersus magos & idololatras renouata à Valente precibus Praxestati.	173.c	Libri Sibylli sub Iuliano consulti.	117.c
Lex de duabus vxoribus calumniosè Valentiano adscribitur.	271.b	Liberij Papa ad Episcopos Italiae epistola.	75.d
Lex Valentianum de Rom. scholis & scholaribus.	273.a	Liberius Papa auctor Synodi Alexandrinae.	83.d
Lex de virginibus viduis, & pupillis à Valentiano lata.	274.a	Liberij Papa fidei professionis fragmentum.	84.a.
Lex de scenicis à Valentiano lata.	312.a	quid ad eum Athanasius.	ibid.c
Lex de aruspicina concessa à Valentiano lata.	426.d	Liberius Papa confirmat Synodum Alexandrinam.	85.a
Lex Valentianum, ne clerici aliquid capiant ex vltima voluntate. 268.e. lata consensu Damasi.	271.a	Liberius decipitur à Macedonianis sub Catholico nomine.	176.e
Lex Valentianum & Valentis de privilegiis concessis virginibus, viduis, & pupillis.	187.c	Liberius Papa recipit legatos Lampfacenos.	176.b
Lex Valentianum & Valentis pro synagogis Iudaeorum.	ibid.d	Liberius recepit in communionem Macedonianos sub confessione Catholica.	177.d
Leges Valentianum & Valentis de privilegiis clericorum.	186.e	Liberius scribit pro Macedonianis litteras communicatorias.	ibidem.
Lex Valentis pro Arianis de expellendis Episcopis Catholicis.	335. c. d	Liberij littera de restitutione damnatorum Episcoporum in suas sedes.	179.a
Lex Valentis de monachis ad militiam renouandis.	369.e	Liberij littera ab omnibus absque more obeditum.	ibidem.
Lex secularium coercendi qui diuinam legem contemnunt.	270.b	Liberius Papa magna molitur, nimirum in vnam fidem omnes Christianos adducere.	179.d
Libanius percarus Iuliano.	9.d	Liberius mittit legatos ad diuersas prouincias.	ibid.
Libanij laudes de epistola Iuliani.	14.a	Liberij littera Synodo Tyanensi exhibita, & recepta, & implet.e.	183.e
Libanius cognitor scriptorum Iuliani.	38.d	Liberius excusatur, quòd receperit Eustathium & alios Macedonianos.	185.b
Libanij orationes pro Antiochenis.	ibid.	Liberius excusatur, quòd facile Orientalibus legatis fidem habuerit.	ibidem.
Libanij lucus de incendio templo Daphnetico.	51.c.	Liberius Papa velum dedit S. Marcellinae virgini sorori sancti Ambrosij, in cuius dedicatione habuit sermonem.	199.c
que in eum Chrysostrum.	ibid.d		ibid.b
Libanij deliramenta in luctu exusti templi.	53.b		
Libanius admiratus castitatem feminarum Christianarum.	58.a		

I N D E X.

Liberij Papae sedis tempus & res gestae.	ibid.	Luxum & ornatum sacerdotibus non convenire, Gregorij Nazianzenensis sententia.	441. a
Liberij basilica.	ibid.	Luxus clericorum taxatur.	202. a
Liberij Papae memoria nobilitate laudatur à S. Ambrosio.	ibid. c.		
Liberius Papa inter sanctos adnumeratus.	ibid. d.	M.	
Libidines suas & probra Iulianus Apostata religione velat.	15. e	<b>M</b> acarius Antiochenus cum sociis deportatus in Oasim.	42. c.
Libidines monstrosoe ex heresi Ioviniani provenere.	636. a	eorum martyrium sub Iuliano.	ibid.
Libya Ecclesia vexata à Praefecto Valenio.	261. b	Macarij monachi in Aegypto miracula.	340. a
Libya Praefectus ab Athanasio excommunicatus.	ibid.	Macarius presbyter communicans schismaticis Roma punius.	310. e
Libya sine Lince macellum.	199. b	Macedonius heresarcha damnatur in Concilio Constantino-	
Limenius Episcopus Vercellensis interfuit Concilio Aquileien-	448. a	politano. 427. a. inssu Damasi.	ibid. b
Litteras scribere, Dei donum.	371. c	Macedonius Magister officiorum Gratiani fauet hereticis.	455. a.
Loqui Artice prohiberi Christiani.	111. b	non impune.	ibid. b
Lucifer Episcopus Calaritanus mittit legatos ad Synodum		Macedonij Monachi inigne facinus Antiochia.	556. b
Alexandriam.	76. a	Macedonius martyr in Phrygia.	37. a
Lucifer Episcopus Calaritanus Antiochia creat Paulinum		Macedoniana heresis probata Lampfaci inualefcit.	175. d
Episcopum.	ibid. c	Macedoniana heresis collapsa.	376. d
Luciferi congressus cum Eusebio Antiochie.	86. c	Macedoniani creabant Episcopos, sed cohibiti.	503. a
Lucifer se dividit ab Ecclesia.	ibid. d.	Macedoniani Episcopi.	94. b
causa huius distidi.	ibid.	Maedoniani Legati, profutendo fidem Nicenam, surripunt	
Luciferi cum Eusebio altercationis causa qua verè praesedit.	ibidem.	communicationem Liberij.	176. c
ibidem.		Macedoniani persecutionem patiuntur ab Arianis sub Valen-	
Luciferi reditus in Italiam. 88. c. eiusdem exitus. 88. d.		te.	194. a
90. b. & elogium laetuosum.	ibid.	Macedonius anathema dictum à Damaso.	352. a
Lucifer non dicendus hereticus, sed schismaticus. 88. e. 89. d.		Macedoniorum vastum consilium de mittenda Legatione	
Luciferi Calaritani obitus. 310. a. quomodo dictum immu-		ad Liberium Papam.	176. b
nis ab heresi Ariana.	ibid.	Macedoniorum copiae in Helleponto.	175. d
Luciferiani schismatici causa unde manavit.	86. d.	Macellum Libya, sine Lince, locus in Vrbe sic dictus.	199. b
eiusdem ratio.	86. d. 88. e. & seq.	Machabeorum martyrum solemnitas in Ecclesia.	577. a
Luciferiani schismatici procul ab heresi.	88. e	Macrina S. Basilij aua Neocæsarea agebat.	152. a
Luciferianis in baptisimo minime impingendus.	89. b	Macrina soror Basilij. 232. c. Thecla ab Angelo dicta.	233. d
Luciferiani schismatici eliciunt rescriptum à Theodosio.	580. e	Macrina Gregorij Nysseni sororis virtus & doctrina.	396. e
Luciferiani agentes in angulo Hispaniarum.	311. d.	Macrina obitus, quam Gregorius Nyssenus magistram appel-	
idem reiecti ab omnibus. ibidem e. Saryrus frater Sancti		lat. 396. e. gestabat crucem ferream, & anulum ferreum	
Ambrosij eos viat.	312. a	eum cruce. 397. a. eius vitam scripsit Gregorius frater.	
Luciferiani quando extincti.	ibid.	ibidem.	
Luciferiani confutati à S. Hieronymo.	468. b	Maclarij dicti Manichei, & cur.	348. b
Luciferianum schisma penitus desinit.	582. a	Magos coliti Iulianus.	4. c. 14. b
Lucius Episcopus in Hispania hostis Luciferianorum.	311. e	Magos secum ad bellum ducit Iulianus.	124. a.
Lucius successit Alexandria in locum Georgij Episcopi Ariani.	74. e	ab eis deceptus.	128. a. 131. a
Lucius Episcopus Alexandrinus Arianus agit contra Athana-		Magi aruspices Iuliani ludibrio affecti.	142. a
sium. 165. a. Lucius reicitur.	ibid.	Magorum Iuliani decreta imposta.	ibid. b
Lucius Arianus expulsus convenit Valentem Imperatorem.	389. a	Magi à Valente exagitati, d. oro rescripto in eos. 172. d. 173. c	
Lucius inuadit Ecclesiam Alexandrinam.	333. d. & seq.	Magi & incantatores à Valente diu exagitati.	261. d.
eius immania scelera.	ibid. & seq.	& seq.	
Lucij impietatem publicè detestatur Moyses Sarracenorum		Magi tiam in Occidente insi inquiri.	264. b. 275. c
Episcopus.	345. a	Magie libri à Valente perquiri insi.	263. d
Lucius Alexandrinus Episcopus Arianus agit Constantinopoli		Magias praestigias damnat Concilium Rom.	463. c
apud Demophilum.	418. e	Magistratus Iuliani quales.	10. a
Lucius penitus à sede Alexandria expulsus.	421. a	Magistratus Constantij male habiti à Iuliano.	5. a. 6. b.
eius scripta.	ibid.	mutati.	8. c
Lucius scripsit Paschales epistolas.	ibid.	Magistratus Ethnicis quoque communes esse voluit Theodo-	
Lucius Samosatensis Arianus Episcopus.	239. e	sus.	639. b
Lucius Iuliani de incendio Daphnitico templo.	51. c	Magistratus ad Episcopatum ante omnes assumendū.	180. c
Lucius de Luciferi Episcopi casu & ruina.	90. b	Magistratus philosophus & eruditus collati à Iuliano.	9. c
Ludi Circensibus Gazæ.	62. a	Magister Ludi litterarj delusit responsione Libanium.	127. d
Luminaria in funere.	210. d	Magister Prosculus pecunia inuentor.	575. c
Lupicinus pugnat aduersus Procopium tyrannum.	188. a	Magistris quantus honor habendus, exemplo Theodosij ostendi-	
Lupicinus dux exercitus reprehensus.	376. a	tur.	487. b
Lupicini Romani dicit auaritia & perfidia quid Romanus ex-		Magistri Ludi litterarj esse veriti sunt Christiani.	108. a
ercitus passus.	ibid.	Magnus Comes Arianus obsequitur Lucio.	335. e. 336. b.
Lupus Episcopus Edesse Arianus.	306. b	eius crudelitas.	ibid.
Lustratio Donaristarum, cum tangerent res Orthodoxorum,		Magni Praesidis in Alexandrinam Ecclesiam crudelitas. 336. b.	
per ignem.	104. a. 113. c	337. a	

Maiuma

I N D E X.

Maiuma spectaculum frequentatum ab Antiochenis.	41. c	Marcionita malè pereunt.	533. d
Malchus monachus in Syria celebris.	259. b	Marcionita curatus à Ioanne Chrysoptomo.	ibid. c
Maleficia sanctis viris nocere non posse.	547. a	Marcionitarum ludus.	ibid. e
Malefici Theodosij lege perstricti.	603. a	Marcus Aegyptius haereses Gnosticorum inuexit in Hispanias.	452. d. 455. e
Maleficos excommunicandos praecipitur à Romana Synodo.	463. c	Marcus Arethasius Episcopus qua passus cum suis gentilibus.	64. d
Maleficos seuerissime punit Valentinianus.	275. d	Marcus Arethasius seruator Iuliani ab intereccionē.	65. c
Maleficorum artes plurimum inualuerunt sub Gratiano.	463. c	Marcus Arethasius Semiarianus aliquando.	ibid. d
Mamertini & Neulche Consulatus.	8. e	Marci Episcopi Arethasij martyrium.	ibid. a
Mamertinus Iuliano carus.	5. b. 8. e	eum Catholicum decepsisse.	ibid. d
Mamertinus qualis.	8. e	Marcus Velsius illustrator rerum antiquarum, & rerum san-	
Manichei Roma quid egerint. 347. d. agunt Roma conuen-		ta Vrfula diligens explorator.	481. a
tum. ibid. e. decessi.	348. a	Maria virgo Auditoris signum.	1. d
Manichei praecipis suis obtemperare nequeunt.	347. e	Maria Dei genitrix pro Deo culta ab hereticis Collyridianis.	359. a
Manichei à diametro paguant contra Iovinianum.	635. c	Mariam post partum Iosepho coniunctam, Heluidij haeresis.	ibidem.
Manichei cohibiti lege Valentiniani.	347. c	Marianus monachus in Syria celebris.	259. b
Manichei Theodosij lege exagitant.	603. b	Marina Gordiani vxor damnata ad aquas Saluas.	99. b
Manichaeos lege damnandi sub Valentiniano occasio.	347. c	Marini martyris reliquia.	439. e
Manichaeos lege damnat Gratianus.	377. a. 392. e	Marini in Demophili locum subrogatio.	531. b
Manichaeos lege cohibent Impp.	479. b	Mavis prodigiosa effusio ob terremotum magnam stragem fac-	
Manichaeos appellat Priscillianistas Maximus.	553. d	cit sub Valentiniano. 67. d. quid mali portenderit. 186. e	
Manichaeorum vituperatio.	377. c	Maris Episcopus Chalcedonis quid in Iulianum.	22. e
Manichaeorum Auditor, qui Roma eos congregauit, quis fue-		Maris Episcopus Arianus factus.	23. a
rit.	347. d. e. 348. b	Maris Chalcedonis Episcopus profertur fidem Catholicam in	
Manichaeorum simulata sanctitas.	ibid.	Concilio Antiocheno.	164. c
Manichaeorum nomine cur infamati optimi Christiani.	348. c.	Marius Victorinus deserit scholas, & ad Christum conuertit-	
526. b		tur. 112. b. & seq. quo tempore libros de Trinitate scri-	
Manichaeorum haeresis cognata Priscillianistis.	456. a	psit.	ibid. d
Manichaeus nobilis fit Catholicus Christianus.	348. b	Marna Deus Gazensium. 62. a. idem victus à Christo. ibid. c	
Manuel Persa martyr.	25. b	Marna templum Gazæ clausum.	616. e
Marcella quaesita in coniugem à Cereali.	368. c	Marti immolat Iulianus, sed in eum incensus ira fuit deceptus.	131. c
Marcella argute dictum Cereali nubere recusantis.	ibid.	Martinus quando creatus est Episcopus.	367. b
Marcella amplitudo.	ibid. e	Martinus pro voris ad ieiunia & cilicia confugit.	ibid. a
Marcella vidua doctissima semper discendi cupida.	468. c	Martinus Episcopus cum adit Valentinianum, quid mirum	
ibid.		accidit.	ibid.
Marcella ingenium, virtus, praestantia.	ibid. e	Martini amorum ratio.	ibid. b
Marcella Roma monasteria instituit.	225. d.	Martino Episcopo quid per calumniam Ithacius obiecerit.	512. a
Marcellina virgo soror S. Ambrosij.	379. a	Martinus consentit Maximo, & Episcopis communicat.	523. d. e
eius vite institutio.	379. a	ibid. c.	
Marcellina nuncupat vota S. Laurentio pro felici reditu fra-		Martinus cum Angelo visus colloqui.	ibid. d
tris.	484. b	aduertans Treuerim Synodum terret.	ibid.
Marcellina epitaphium.	485. b	Martinus Ithacio iussus communicare metu mortis multorum	
Marcellinus schismaticus res Luciferi scripsit.	88. c	communicat.	ibid.
Marcellinus schismaticus fauet Vrsicino.	202. d.	Martinus dolet se Ithacio communicasse.	524. c
eorumdem libelli fides.	ibid. 223. e. 580	Martinus corripitur ab Angelo.	ibid.
Marcellinus cum Faustino elicit rescriptum à Theodosio.	581. a	Martinus Maximo praedicit euentum belli Italici.	525. b
Marcellini Comitis error in tempore obitus Damasi.	496. d	Martinus ad conuinium Imperatoris ire coactus.	ibid. a
Marcellini error de tempore obitus Valentiniani.	652. e	Martinus propinat suo presbytero.	ibid. b
Marcellinus Consul auus an pater Melania.	342. a	Martinus quomodo exceptus ab Augusta.	ibid. c
Marcelli Ancyranii haeresis.	276. e. 312. e	Martinus in hereticos inquirere verat Maximum.	523. e
Marcelli Ancyranii causa delata à Basilio ad Damasum.	312. e	Martinus cur dimouet Maximum ab inquisitione heretico-	
no Pontifice.	276. e	rum.	526. a
Marcelli Ancyranii obitus.	317. c	Martinus in crimen adductus haeresis Priscilliana.	512. a.
Marcellus tyrannidem post Procopium sumpsit.	188. a.	526. b	
occiditur.	ibid.	Martinus qua praedixerit Maximo.	571. c
Marcellus martyr sub Iuliano.	18. a	Martinus deicit templa deorum.	617. a
Marcellus Episcopus Apamea destruit templum Iouis Apame-		Martyres Alexandrini sub Lucio Ariano.	236. d
ni. 376. c. 615. d. aqua benedicta praualet aduersus da-		Martyres Alexandrini occisi à Gentilibus sub Theodosio.	609. c
monem.	616. c	Martyres Ancyranii.	35. b
Marcianus Nouatianus Episcopus Agelio Nouatiano suffici-		Martyres Antiocheni sub Iuliano.	37. b. 55. a. & seq.
tur.	504. d	Martyres Galatae.	35. a. 40
ibid.		Martyres Galliarum.	99. e
Marcianus monachus in Syria celebris.	259. a. 504. d	Martyres in Gothia sub Athanarico. 265. c.	ibidem omnes
Marcianus magister filiarum Valentis.	194. b	Catholici.	267. b. 268. c
Marcionita heretici inter Antiochenos Catholicos latebant.	533. a		
Marcionita vexant Antiochenam Ecclesiam.	532. e		

D 2

Martyres

I N D E X

Martyres Gazenses. 60.b  
 Martyres Hadrianoiopolitani. 37.e  
 Martyres innocentes qui sint apud Ammianum historicum. 204.c  
 Martyres sub Iuliano diversimoda passi. 24.b  
 Martyres Legati Regis Persarum sub Iuliano. 25.b  
 Martyres Roma sub Iuliano. 97.d. & seq.  
 Martyres octoginta in mare merse sub Valente. 243.e. 244  
 Martyres Phryges. 36.e  
 Martyres Thracese sub Iuliano. 37.e  
 Martyres qui dicendi. 70.d  
 Martyres post mortem quales. 56.d  
 Martyres iuuare defunctorum animas. 485.c  
 Martyres fugillat Eunapius Genilii. 608.e  
 Martyrum constantia. 16. 65.b  
 Martyrum temple à Iuliano iussa succendi vel demoliri. 50.d  
 Martyrum sepulchra à Gentilibus effossa. 63.a  
 Martyrum gloriam falsis criminibus frustra obscurare conatur Iulianus. 56.b  
 Martyrum corporum virtus. 56.d  
 Martyrum reliquia ne distrahantur, vetat Theodosius. 531.a  
 Martyrum reliquia diuini uisum. 60.d  
 Martyrum reliquias dum Eunapius deridet, hereticos in ecclesiam. 608.e  
 Martyrum cultus in Ecclesia quam celeberrimus. 609.a  
 Martyrum reliquiarum cultus. 56.e  
 Martyrum natalitia frequentari solita conuinit. 379.e  
 Martyrum gloriam inuidebat Iulianus Christianis. 17.b.c  
 Martyrum Basilij Ancyranum. 35.b  
 Martyrum trium Christianorum Phrygum. 36.e  
 Martyrum Legatorum LXXX. Orthodoxorum ad Valente. 243.d. 244  
 Martyrum Theodori Antiocheni. 46.c  
 Martyrum uenit ordinari diaconus à Nestorio. 446.c  
 Martyrologium curatum fingitur opera Theodosij. 582.e  
 Massaliani heretici in Syria detecti & cohibiti. 490.e.  
 491.b  
 Massaliani à Flauiano detecti. ibid.  
 Massaliani Saccophori vocati. 491.a  
 Massalianorum hereses. ibid.c  
 Massaliani eiciuntur à Syria, & damnantur in Synodo Syde. ibidem d.  
 Mater deorum contumelia affecta. 36.c  
 Matris dicens filium ad martyrium dignum exemplum. 303.c  
 Matrimonium consobrinorum vetitum à Theodosio. 637.e.  
 638.a.c  
 Matrimonium illicita concedendi licentiam Principes male usurparunt. ibid.e  
 Matanza dicta eremus ubi Basilus atque Gregorius agebant. 148.e  
 Matanza locus eremi Basilij. 34.c. describitur qualis esset. ibid.d  
 Mathematicos & magos capite punit Valens. 261.e  
 Mauritius Episcopus Andegauensis. 719.e  
 Mauua Regina Sarracenorum fidem Christi propagat. 344.e  
 Mauua Regina Sarracenorum liberat Constantinopolim. 391.d  
 Maximianista Donatista. 700.a  
 Maximianista damnati in Concilio Bagaiense. ibid.e  
 Maximianista redire permitti & recepti. 701.b  
 Maximianus contra Parmenianum electus Episcopus Carthaginensis in schismate Donatistarum. 698.a  
 Maximiani iudicis sententia conuicti inuidiam Damaso. 203.c  
 Maximianus Vicarius Romae. 275.c  
 Maximus philosophus Smyrnae natus, Ephesus dictus. 9.d  
 Maximus philosophus Magus vocatus à Iuliano. 4.c  
 Maximus philosophus quomodo à Iuliano exceptus. 9.a.  
 quanti eum fecerit Iulianus. ibid. 172.c

Maximum philosophum secum ducit ad bellum Iulianus. 219.b. ab eo deceptus. 128.a  
 Maximus philosophus pollicetur victoriam Iuliano. 123.d  
 Maximus philosophus derisus à Christianis. 142.a  
 Maximus philosophus acceptus Iouano. 166.e. 168.a  
 Maximus philosophus dira cogitur pati supplicia. 172.d.  
 quomodo liberatus. 173.a  
 Maximus philosophus à Valente occidi iussus ob magiam. 263.b  
 Maximi philosophi duo, Tyrius, & Smyrneus, qui & Ephesus dictus. ibid.c  
 Maximus philosophus magus qualis post obitum apparuit. 422.c  
 Maximus Ephesus non idem ac Tyrius. 263.c  
 Maximi Cynici duo. 9.b  
 Maximus Cynicus venit Constantinopolim. 411.b  
 Maximi laudes à Gregorio Nazianzeno scriptae. ibid.  
 414.a  
 Maximus Cynicus turbas excitat in Gregorium. ibid.c.  
 adit Gratianum Imp. & offert ei librum. 411.d  
 Maximi studia pro sede adipiscenda. 412.c  
 Maximus intrusus in sedem Constantinopolitanam. ibid.e.  
 ordinatus in domo scenici. 413.b. pellitur à ciuibus extra urbem. ibid.c  
 Maximus se deceptum laudasse pronunciat Gregorius. ibid.d  
 Maximus primo laudatus, vituperatus postea à Gregorio. 414.a.b  
 Maximus pulsus Constantinopoli, Theodosium conuenit: reiectus redit alexandriam. 416.a  
 Maximus in haeresim Apollinarianam labitur. ibid.c  
 Maximus scribit in Gregorium Nazianzenum. ibid.  
 Maximus dum sedet Constantinopoli, ordinationes habuit. ibid.e  
 Maximi causa pertractata in Concilio Constantinopolitano. 428.b  
 Maximum Episcopum non fuisse, declaratum à Synodo. ibid.d  
 Maximus cum Calimero legatus à Paulino ad Synodum Alexandrinam. 76.c  
 Maximus Episcopus Neapolitanus suffectus in locum Zosimi. 88.d  
 Maximus martyr Antiochia. 55.a  
 Maximus tyrannus insurgit in Occidente. 479.d.  
 ex stemmate Constantini asseretur. 480.b  
 Maximus pullet Britannorum auxiliis. ibid.  
 Maximus coloniam in Gallia instituit. ibid.d  
 Maximus Gratianum occidi curat. 482.a  
 Maximus occidit amicos Gratiani. 483.d  
 Maximus cupiditate regnandi fauet Gentilibus. 481.c  
 Maximus mittit legatos ad Theodosium Imperatorem. 484.a.  
 551.d  
 Maximi imperus comprimitur Ambrosij votis. 484.b.  
 eiusdem legatione retardatur ab Italicis inuasione. 486.c  
 Maximus animaduertit in Priscillianum. 512.c.  
 carpitur ob eam rem à Pacato. ibid.e  
 Maximus arrogat sibi causas Episcoporum, licet hereticorum. 514.b.  
 eius cum Theodosio hac ex parte differens collatio. ibid.  
 Maximi cum Theodosio fœdus iustum. 517.a  
 Maximi vxoris erga sanctum Martinum studium. 525.b  
 Maximus Synodo Treuerensi & Ithacio fauet. 523.b  
 Martinum Ithacio communicare compellit. 524.b  
 Maximi factum exerentis gladium in hereticos commendatur. 526.c  
 Maximi & Valentiani causa. 547.e. 548  
 Maximi ad Valentianum epistola pro Ambrosio & Catholicis oppugnatis. 543.e  
 Maximus Imperator pro S. Ambrosio ad Valentianum scribit. ibidem.  
 Maximus

I N D E X

Maximus Alpes transcendere cogitat. 547.d. ad eum legatus Ambrosius liberè loquitur. 548.c. & seq.  
 Maximus non nisi publice vult audire Ambrosium. ibid.b  
 Maximi querela in Ambrosium. ibid.c.  
 vigeat ab Ambrosio. 549.a  
 Maximus quomodo excommunicatus à S. Ambrosio. 550.a  
 Maximus decipit Dominum Legatum. ibid.b  
 Maximus sese infert clam in Italiam. 551.a  
 Maximus deuastat Italicam partem. ibid.e  
 Maximus Mediolanensem Ecclesiam incolumem relinquit. 552.c  
 Maximus redditus mittit omnes sibi conciliare studet. 553.a  
 Maximus populos suam quemque religionem colere permittit. ibid.  
 Maximus scribit ad Siricum Papam de Catholica religione. ibid.b  
 Maximi studium pro fide Catholica. ibid.c  
 Maximus libentissime excipitur à Gentilibus. ibid.e  
 Maximus publice laudatur Symmachus. ibid.  
 Maximus in quanta mala incidit, dum Martino non paruit. 471.c  
 Maximus à Theodosio victus, occiditur à milibus. 570.d  
 Maximi sectatores male perire. 471.c  
 Maximi res gesta per Theodosium irrita redditae. 572.  
 a. b. c  
 Mediolanensis Ecclesia à Iustina cepta turbari. 421.b  
 Mediolanense Concilium contra Iouinianum. 630.b.  
 ex eo Synodica ad Siricum Papam. ibid.c  
 Mediolanensis Ecclesia status ante Ambrosij ordinationem. 373.b. 376.c  
 Mediolanensis Ecclesia tranquillitas sub Ambrosio. 376.b  
 Mediolanensis diuices Sirmiensis Ecclesia. 421.c  
 Mediolanensis Ecclesia à Iustina Augusta perturbatur. ibid.  
 Mediolanense monasterium sub cura Ambrosij. 466.b  
 Mediolanensis populus studiosissimus Ambrosij. 519.c  
 Mediolanensis populus tueretur Ambrosium à Iustina. 536.a  
 Mediolanenses parant fugam à Maximo. 552.e  
 Mediolanenses ab Ambrosio continentur, ne fugiant metu Maximi. ibid.  
 Melania peregrinatio in Orientem cum Rufino. 322.d  
 Melania ab Athanasio donata pelle ouina. ibid.  
 Melania Aegypti eremum lustrat. 323.a.  
 erogat in monachos pecunias. ibid.  
 Melania quanta praestitit monachis tempore persecutionis Lucij Ariani Episcopi. 341.b  
 Melania claritudine generis ab omnibus Praefectis honore habitae. 339.d. eius genus. 342.a  
 Melania occultat & pacit monachos. 341.b. 343.a  
 Melania constantia. 341.c  
 Melania filia anepit Marcellini Consulis. 342.a  
 Melania à Didymo deprauata. ibid.  
 Melania ex Aegypto proficitur in Palaestinam. 343.a.  
 quid ibi passa à Praefide Palaestina. ibid.  
 Melania praefectum Palaestinae suae conditionis certiore facit. ibid.b  
 Melania quid egerit Hierosolymis. ibid.  
 tempus eius commorationis. ibid.  
 Melania in crimen obiecta Hieronymo. 509.a  
 Melania aduersarix praecipua S. Hieronymi. 679.c.e  
 Melania casus lugetur ab auctore. ibid.e  
 Melasippus martyr Ancyra cum Antonio & Carina sub Iuliano. 35.d  
 Melerius Episcopus Antiochia degit tempore Iuliani. 54.b  
 mittit adolecentem conuersum ad Cyrillum. ibid.d  
 Meletij lapsi, ut reciperet sedem suam, cur non habitae ratio. 87.c  
 Meletij redditus Antiochiam quando contigit. 88.a  
 Meletij seorsum colligit suos. 87.d

Meletij imagines vbique honoris causa posite. 254.b  
 Meletij nomen liberis à parentibus imponi solitum. ibid.  
 Meletij effigies & mansuetudo. ibid.c  
 Meletij exulantis egregia virtus. ibid.e. defendit Praesidem ab ictibus lapidum. ibid.  
 Meletius quid passus à Valente Imp. 253.e  
 Meletij exilium. 254.a. quo honore à populo cultus. ibid.  
 Meletij causam tueretur Basil. aduersus Paulinum. 277.b  
 Meletij requiruntur litterae ad Occidentales. 278.a  
 Meletij causam minus exploratam fuisse Damaso putauit Basilius. 327.e  
 Meletio communicandum potius quam Paulino censet Basilius. ibid.  
 Meletij & Paulini causa quomodo concordata. 328.c  
 Meletius cum Paulino transegit. 394.a  
 Meletij cum Paulino modestissima oratio. 394.c  
 Meletius nouos ordines Episcopos, Diodorum Tarsensem, Iouanem Apameae, Stephanum Germanicam. 399.d  
 Meletius visitans monachos Syriae, nouit Simeonem Stylitam. ibid.e  
 Meletius venit Constantinopolim, ut Gregorium collocet in throno. 426.e  
 Meletij obitus Constantinopoli. 433.d. finis sumptuosum. 434.a. translatio Antiochiam. ibid.b  
 Meletian Chrysolomus etiam laudatur. ibid.  
 Meletij memoria cur iij. Id. Febr. adscripta in tabulis Ecclesiasticis. ibid.c  
 Meletio mortuo an alium sufficerent, deliberant Patres Constantinop. Synodi. ibid.e  
 Meletij successor in Synodo decretus Flavianus. ibid.d  
 Meletiani Tarsensibus iuncti. 329.a  
 Mendacium peccatum non esse, Priscillianistarum haeresis. 456.c  
 Mendicantes validi compressi lege Imperatoris. 479.b  
 Mendicantes car Roma tempore Hieronymi abundarent. ibidem b. c  
 Mendicantes pro foribus ecclesiarum esse solebant. ibid.  
 Menedemus legatus martyr vna cum sociis. 243.d  
 Mercurius martyr percussor Iuliani. 136.e  
 Meretrices & cinedi stipatores Iuliani. 14.e  
 Meretricis saniosissima conuersio. 264.d  
 Merobaudus & Gratiani Consulatus. 376.d  
 Merobaudus & Saturnini Consulatus. 479.d  
 Merobaudus occiso. 483.d  
 Merobaudus falso dicitur Gratiano infidus. ibid.e  
 Miles Christianus quibus armis debeller hostes. 386.d  
 Milites Christiani quae passi sub Iuliano. 18.b  
 Milites Christiani à Iuliano thurificatione probati. 20.e  
 Milites multi incaute thura offerunt. ibid. agnito errore publice penitent. 21.a  
 Militum Christianorum gloriosa confessio. ibid.b.  
 & seq.  
 Milites desertores fidei Christiana respiciunt. 155.e  
 Milites in Ambrosium missi agunt pro Ambrosio. 541.c  
 Milites Itali pji. 388.a.  
 fortes fide. 391.b  
 Milites prohibiti hospitari in synagogis Iudaorum. 187.d  
 Milites cohibet disciplina Theodosius. 684.d  
 Militare prohibiti Christiani à Iuliano. 108.b  
 Millenariorum haeresis à Damaso Papa damnata. 353.d  
 Mimas mons Asia nobilitatus nece Valentis. 390.d  
 Mimus Porphyrio per iocum Christianus & martyr sub Iuliano. 58.b  
 Minervius legatus cum Pretextato ad Valentianum Imperatorem causa quaestionum in magos exhibiturum. 264.c  
 Miraculum Crucis coronata in exis Iuliano uisa. 15.c  
 Miraculum ex presentia Christiani in sacris Iuliani factum. 16.b  
 Miraculum de Iuliani statua calidus igne comminuta. 67.c



I N D E X.

Miraculum de Gentilibus Orygia celebrantibus. 68.c  
 Miraculum S. Ambrosij Rome. 380.e  
 Miraculum de Casareo è ruina Nicæa servato. 209.e  
 Miraculum Hilariõis de equis Circensibus. 62.a  
 Miraculum de obmutescencia oraculi Daphnis ob reliquias S. Babyle. 44.d. 45  
 Miraculum de morbo Iuliani senioris ob religionis Christiana contemptum. 47.b. alia ob eandem causam facta. 48.b  
 Miraculum à S. Hilariõne factum in maris fluctibus compescendis. 186.c  
 Miraculum insigne de innocenti muliere Vercellensi adulterij d. immata. 205.c  
 Miracula martyrum contra Arianos defenduntur & probantur. 546.a.b  
 Miracula in Aegypto à monachis facta. 236.d  
 Miracula post obitum Damasi. 497.a. dum viueret. ibid.c.  
 pueri in fontem baptismalem delapsi. 499.b  
 Miracula Damasi Vrsicino schismatico adherentes tribuunt S. Laurentio. 497.c  
 Miracula Hierosolymis de energumenis. 512.d  
 Miracula de sacrosancta Eucharistia, & de ampulla vitrea Chrisianis proiecta & non fracta. 102.d.e  
 Miracula diuinitus edita in constructione templi Hierosolymitani. 120.a.d  
 Miracula Aphaatis monachi Antiochia. 256.a.c  
 Miracula Iuliani Sabæ. 257.e. 258.a.b  
 Miracula S. Donati Episcopi. 719.e  
 Miracula Eusebij Episcopi Vercellensis post obitum. 309.d  
 Miracula ingenia ex reliquiis S. S. Martyrum. 63.d  
 Miracula de victoria Theodosij. 691.d  
 Miracula ad sepulchra Ioannis Baptistæ & Elissæ edita solita. 63.e  
 Miracula in inuentione & translatione SS. Gervasij, & Prothasij. 544.e  
 Miracula sepe Deus per confessores efficit. 497.c  
 Miracula de S. Marcello Episcopo Apameno. 616.b.c  
 Miracula de suppliciis diuinitus irrogatis apostatis. 48.e  
 Miraculis probata fides Catholica tempore Lucij Ariani. 340.a.c  
 Misopogon Iuliani in Antiochenos. 38.d  
 Missus certis horis celebrandas cautum Concilio Romano. 463.c  
 Misse agi solite in priuatis domibus. 380.e. 381.a  
 Misse sacrificium pro defunctis offerendum. 587.a  
 Misse pro defuncto nondum co-pore tumultato. ibid.b.  
 in Misse pro defunctis offertorium quo modo intelligendum; ibid. d  
 Mirbra sacra abominanda refossa. 69.d  
 Mirrella pro velo. 104.b. 105.a  
 Mirrella imponi solite sacris virginibus in Africana Ecclesia. ibidem  
 Mitrellarum diuersa genera. 105.a  
 Modestus Consularis & Prefectus. 247.c  
 Modestus acriter minatur Basilio. ibid.c.  
 victus à Basilio. 248.b  
 Modestus egrotans vocat Basilius, & rogat eum quem persequebatur. 249.c  
 Modestus Prefectus quid Edesse. 305.d  
 Modestus Consul Arianus cum Arintho Catholico. 306.d  
 Dioguntina clades illata à barbaris sub Valentiano. 209.b  
 Monachus missus furari scripta Hieronymi. 678.c  
 Monachi in Ponto ante Basilius. 35.a  
 Monachi fauent Basilio aduersus Eusebium. 30.a  
 Monachi collegæ Basily calumniis sollicitantur. 153.e  
 Monachi Aegyptij exagitati à Valente. 323.b  
 Monachi Aegyptij persecutione Lucij Ariani dire vexati. 339.a.  
 à Melania excepti. ibid.d. 341.b  
 Monachi aduersantur S. Gregorio Nazianzeno. 591.a.  
 lapidibus eum appetunt. ibid.b

Monachi relegati in insulam Aegypti terrent demones, & idololatrias conuertunt ad fidem. 240.c  
 Monachi vocati ad certamen aduersus demones. 615.c  
 Monachi maledicti profunduntur ab Eunapio. 608.b  
 Monachi coniecti in carcerem ab Angelo liberati. 68.b  
 Monachi Palastrini que passi sub Valente. 343.a  
 Monachi in Syria celebres sub Valente Imperatore. 259.a  
 Monachi à Valente militare coacti. 369.c.d.  
 de eare datum rescriptum. ibid.e  
 Monachi tributis vexati à Valente. 370.a. eos litteris Basilius consolatur. ibid.c  
 Monachi in Syria grauiam passi. 369.e. 370.a  
 Monachi Epiphanius consulunt de heresibus. 370.e  
 Monachi heretici lege Theodosij expelluntur. 631.e.  
 isdem quid postea. 661.a  
 Monachi Syri prelo sunt Antiochenis laborantibus vltimo periculo. 555.d. eorundem egregia facinora. 557.a  
 Monachi quoadmodum commorati sunt Antiochia. 557.b  
 Monachi cur veniri fieri ex clericis. 454.b  
 Monachi affines clericis. 507.e  
 Monachus quàm in se sensu essent Romani. 508.b  
 Monachorum processiones. 577.a  
 Monachorum Alexandria, Aegypti, & Palastrinae vitæ ratio. 31.c  
 Monachorum Ponticorum vitæ sublimis. 154.a.b  
 Monachorum singularis abstinentia. ibid.b. 155.a.  
 de eadem Gregorij Nazianzeni iudicium. ibid.d  
 rursus de eorum institutis. ibid.c  
 Monachorum laudes. 370.a  
 Monachorum sanctitas miraculis probata. 340.a.c  
 Monachorum persecutio diuina sub Valente. 369.d. 370.a  
 Monachorum peregrinatio an probanda. 530.b  
 Monachorum Romanae Ecclesie sanctitas. 576.c  
 Monachorum status à quibus laudatus, & à quibus improbatum. 608.c  
 Monachorum cupiditas coercenda. 269.c  
 Monachorum non esse disputare de fide. 402.d  
 Monachorum vestium color. 686.d  
 Monachorum abbatum mos ad pedes Episcoporum se prosternendi. 371.b  
 Monachos in exilium mittit Lucius Arianus. 340.b  
 Monachos Nazareos vocat Gregorius Nazianzenus. 30.a.  
 eorum vitam laudat Libanius. 32.a.b  
 Monachos per litteras Basilius consolatur. 370.c  
 Monachos militare cogit Valens. 369.d  
 Monachi numerà publica subire coguntur lege Valentis; ibid.e  
 Monachos laborare morbo Bellerophonico Gentiles carpebant. 714.e  
 Monachismus in toto Oriente propagatus. 31.c  
 Monachismus sub Basilio floret in Ponto. 153.e  
 Monachismus ab hereticis impugnatus. 152.d  
 Monasterium Mediolani sanctissimum. 466.b  
 Monasteria monachorum & virginum multa instituta Romæ sub Gratiano. 468.e  
 Monastica vitæ redditus suspecta in Hispania propter Priscilianistas. 434.c  
 Monasticam vitam à calumniis vindicat Basilius. 152.d  
 Monica mater S. Augustini quid de futura filij conversione vidit. 377.e. quid illi Episcopus de eadem re praxit. 378.b  
 Monica mater Augustini venit Mediolanum. 501.e  
 Monica sanctitas innotescit Ambrosio. 502.a.  
 ab ipso reprehensa de agape in ecclesia facienda. ibid.  
 Monica mater S. Augustini vigilabat in ecclesia tempore persecutionis Ambrosij. 539.d  
 Monica moriens petit pro se offerri sacrificium Misse. 587.a  
 Monica obitus. ibid.  
 Monile è collo Rheæ dextrum matris sublatum Serena soror Theodosij accepit. 601.b  
 Mon-

I N D E X.

Montenses redeunt ad Ecclesiam, per manus impositionem conciliandi. 517.b  
 Mortem voluntariam sibi consciscunt Donatista variis modis. 704.e. 705.a  
 Mortuus apud sanctos martyres sepeliri soliti. 485.c  
 Mortuos precibus & sacrificiis, non funeris pompa iuari. 385.d  
 Mortuos humani officium clericorum. 206.c. item ritus offerendi. 210.d. & sepeliendi. 397.b. 434.a  
 Mortuus baptizare, Marcionitarum heresis. 534.a  
 Mortuos post quinquennium de heresi accusari vetuit Gratianus. 486.e  
 Moyses Episcopus Sarracenorum ordinandus respicit Lucium Ariantum. 345.a  
 Moyses monachus in Syria celebris. 259.b  
 Mulier innocens septies ita. 205.a. insultat carnificibus. ibid.e  
 Mulieres ne conueniant ad sacra cum viris, quare statutum. 452.e  
 Mulieres sacrificare, alienum ab Ecclesia more. 359.b  
 Mulieris Antiochena spectata constantia. 556.d  
 Mulieris Christiana egregium exemplum sub Valente. 305.e  
 Munerum expensas in pauperes contulit Lampadius Prefectus Vrbs. 189.a  
 Munus gladiatorum quanti fecerit Populus Rom. ibid.  
 Musonius, Proeretus, & Victorinus Christiani ob edictum Iuliani deserunt scholas. 112.a  
 Musonius Episcopus Neocesariensis successor Leontij. 151.c.  
 mirifice laudatus. ibid.  
 Mutuum redditum idolum loquax. 44.a. 45  
 N.  
 Naboris & Felicis martyrum corpora. 545.a  
 Nania Libani ob templi Apollinis Daphnetici consagratorum. 51.d  
 Naualis pugna similitudine descriptus status miserimus Orientalis Ecclesie. 295.b  
 Nauis vna cum Catholicis Legatis incensa ab Ariano. 245.e  
 Naues à Iuliano succensa. 132.d  
 Nazianzum in secunda Cappadocia subiectum Anthimo. 297.d  
 Nazianzena Ecclesia prefatus Eulalius. 458.d  
 Nazianzeni que passi à Iuliano. 26.d  
 Neapolitani Episcopi Zosimus & Maximus. 88.d  
 Nebridius Augustini familiaris. 501.e  
 Nebridius affinis & condiscipulus Augustorum. 487.c  
 Nebridius maritus Olympiadis. 566.c  
 Nebrary oratio in exordio ieiunij Quadragesimalis corrupta. 24.b  
 Nebrarius Neophytus eligitur Episcopus Constantinopolitani. 372.a  
 Nebrary Episcopi Constantinopolitani electio qualiter se habuit. 443.e  
 Nebrarius imperitus retinet viros doctos Cilices. 446.c  
 Nebrario quid iniungat Imperator ob Synodum Constantinopolitanam. 488.c  
 Nebrarius vsus opera Sismij Nouatiani in disputando cum hereticis. ibid.d. au verum. 488.b  
 Nebrary domus incensa ab Ariano. 573.b  
 Neocæsarea in Ponto sedes parentum Gregorij. 33.d  
 Neocesariensis Episcopi. 151.b  
 Neocesariensis Ecclesie status felix quando. 152.a  
 Neocesarienses à Sabellianis corrupti. ibid.b  
 Neocesarienses cum heresi mala omnia sumunt. 153.c  
 Neocesarienses quid in S. Basilio. 151.a. 152. 153. 288.c  
 Neophyti Episcopi eligi non debent. 372.a  
 Neophyti multi post Ambrosij electionem creati sunt Episcopi. ibid.  
 Nepotianus clericus ex milite quid querat à sancto Hieronymo. 686.b  
 Nestabius martyr Gazensis. 60.b  
 Nestoris martyrium. ibid.e  
 Neniita prefectus quaestionibus antiochorum Constantij. 5.b  
 Nicea vrbs terramotu concussa. 209.c  
 Nicæna fides predicatur. 162.b  
 Nicænum Symbolum in Constantinopolit. Synodo receptum. 429.d. eadem de Spiritu sancto aliquid additur. ibid.  
 Niceta Gorborum Episcopus. 268.a.d  
 Niceta martyr quis: an idem cum Episcopo. ibid.d  
 Nicephori error in tempore Episcopatus Basily. 227.a  
 Nicobulus Alypiana neptis S. Gregorij Nazianzeni coniux. 595.b. ad eum S. Gregorij faceta epistola. ibid.c  
 Nicolaus Faber Parisiensis. 485.a  
 Nicomedia terramotu concussa. 116.d  
 Nicopolitana Ecclesia exagitata ab Ariano. 241.a  
 Nicopolitani eieci ab ecclesia. ibid.c. litteris Basily roborantur. ibid.e. predicat illis requiem S. Basilius ius litteris. 242.a  
 Nicopolitani data facultas Catholicum deligendi Episcopum. ibid.b. Basily ad eos littera de dato Episcopo deligendo. ibid.c  
 Nil mensura. 614.c  
 Nilus excrefcens præter Genilium sententiæ. ibid.  
 Nisibi exportatum corpus S. Iacobi iussu Iuliani. 129.e  
 Nisibi sine corpore Iacobi redditur hostibus. ibid.  
 Nisibi ciuitas data Persis. 158.b  
 Nocturna sacra prohibita. 173.c. restituta. ibid.d  
 Nolanus recessus S. Paulini. 715.e  
 Nomina imposta Iuliano derisionis causa. 39.a  
 Nomina schismaticorum Vrsicino adherentium. 274.d  
 Nouatiani consentiunt cum Catholicis de filij diuinitate. 7.c  
 Nouatiani persecutionem patiuntur ab Ariano. 194.a  
 Nouatiani à Theodosio bene habiti. 488.b  
 Nouatiani historici de suis plura memiti. 489.b  
 Nouatiani in Occidente inualescunt. 600.a  
 Nouatiani Romæ agentes quid cum Theodosio. ibid.b  
 Nouatiani redeunt ad Ecclesiam quomodo conciliandi. 517.b  
 Nouatianorum ecclesia diruta ab Eleuso mandatur adificari Iuliani iussu. 7.c. eadem Anastasia dicta. ibid.d  
 Nouatianorum conatus in Oriente. 643.e  
 Nouatianorum inter se schisma conflatum. ibid.  
 Nouatianorum Synodus. 644.b  
 Nouatores dogmatum & institutorum perstringuntur. 151.d.e. 289.d  
 Nouatores sectatores Iouiniani morum quanto rubore suffundendi. 631.d  
 Nouatores heretici quàm deteriores Iouiniano. 467.d  
 Nouatores qua in Damascum, ex S. Basilio. 320.b  
 Nouitas explodenda, & antiquitas reuenda. 586.a  
 Numisma Genij Antiocheni. 52.e  
 Numisma Iuliani cum Iside Nutrice. 124.d  
 Numisma Iuliani cum imagine Serapidis & Iside. 18.c.  
 72.c  
 Numisma Iuliani cum Anubi. 72.c  
 Numisma Iuliani cum tauro. 39.e  
 Numisma Gratiani & Valentiani iunioris. 387.d.e  
 Numisma Hadriani cum Iside. 125.b  
 Numisma Theodosij de victoria aduersus Eugenium. 690.c  
 Numismata Valentiani & Valentis cum Labaro. 170.c  
 Numismata Valentiani iunioris & Gratiani cum Labaro. 387.e  
 Nuptiarum & virginis premis. 630.a  
 Nuptie spirituales. 104.d  
 Nunechus Episcopus Laodicensis. 735.e  
 Nymphidianus carus Iuliano. 14.b  
 Oafena

I N D E X.

O.

**O**afena deportatio. 42.c  
 Oblatio sacrificij pro defunctis. 587.a  
 Oblationes pro defunctis non tollendae, sed corrigendae. 651.b  
 Oblationes pro defunctis cedebant vsui pauperum. ibid.c  
 Occidentalis Ecclesia praestat Orientali. 436.a  
 Occidentis & Orientis Episcopi digladiantur inter se in Concilio Constantinopolitano. 438.b  
 Occidentales omnes Basilij sententia visi sunt condemnati. 320.a.b  
 Occidentales cum Orientalibus verbis non sensu discreparunt. ibid. e  
 Occidentalis Ecclesia commendatio ob fidei sinceritatem. 326.e. 360.b  
 Occidentium concursus fides Catholica. 178.d  
 Occidentalium volumen exhibitum in Synodo Constantinopolitana quid. 429.a  
 Occidentis Episcopus paucos haeresis Ariana infecit. 310.a  
 Octavianum ex Proconsule fugientem ad presbyterum Strimiensem, prodeire ille noluit. 348.d  
 Octavianus Proconsul Africae. 117.a  
 Oliginta Legatorum martyrium sub Valente. 243.e  
 Odium Iuliani in Constantium. 4.e  
 Offertorium in Misis pro defunctis quo modo intelligendum. 587.d  
 Olybrij Praefectura Urbana. 215.b  
 Olybrij & Probini Consulatus. 720.b  
 Olybrius maritus Iulianae. 726.c. eius inscriptiones. 727.b  
 Olympias vidua vrgetur à Theodosio nubere. 566.b  
 Olympias neptis Ablauij, Nebridij coniux. ibid. c.  
 Olympia filia Anysij Secunda. ibid.  
 Olympias mater desponsata Constanti, vxor postea Arsacus Regis Armeniae. ibid. c  
 Olympiadu certamen cum Theodosio. 567.a  
 Olympiadem virginem praedicant. ibid. c. quid de hoc Ioannes Chrysostomus. ibid.  
 Olympiadis vita institutum. ibid. d  
 Olympius monachus peregrinatus Hierosolimam. 397.b  
 Optatus Mileuitanus agit contra Parmenianum. 211.c  
 Optatus quo tempore scripsit. ibid. e  
 Optati locus emendatus & elucidatus. 212.b  
 Optatus inter sanctos & disertos scriptores receptus. 214.e  
 Optati alij plures, sed Donatista. 215.a  
 Optimus Episcopus Antiochenus laudatus lege Theodosij. 445.c. 446.a  
 Oraculum Daphnes mutum reddidit per reliquias sancti Babelae. 44.d. 45.e  
 Oraculum Delphicum & alia muta facta. 53.d  
 Oraculum falsum & adulatorium de Iuliano. 131.b  
 Oraculum commenticium de Iuliano translato ad superos. 138.c  
 Oracula omnia consulit ante bellum Persicum Iulianus. 123.c. 125.e  
 Oracula deorum de exitu belli Persici Iulianus falsa expertus. 123.d. 131.b. alia ambigua. 127.e  
 Oracula Christianorum de Iuliano. 127.d  
 Oracula falsa respondent Eugenio. 660.a  
 Oratio Flautiani coram Theodosio pro Antiochenis. 561.c. & seq.  
 Orationes inuectiuae Gregorij Nazianzeni in Iulianum. 144.c. columna eminentes. 146.a  
 Orationes Libanij in laudem Iuliani derise. 142.c. 143.d  
 Ordines sacri qualem virum deceant. 446.d  
 Ordinatio facta inuito & reluctante ordinando. 665.d  
 Ordinationes praecoqua & repentine damnantur. 29.c  
 Orgia celebrantes orationibus Apollonij redditi immobiles. 68.c

Oribasius carus Iuliano. 13.e  
 Oribasius medicus à Valente proscriptus. 173.b  
 Oriens terramotibus concutitur. 186.e. iterum. 209.c  
 Orientalis Ecclesia à Valente dire exagitata. 235.b.  
 eius status sub ipso miserandus describitur. 275.d. 278.c. 280.a. & seq.  
 Orientalis Ecclesiae legationes ad Pontificem Romanum. 276.b. 277.d. 280.a  
 Orientalis Ecclesiae status tempore S. Basilij. 295.b. 360.c. 376.e. nauali pugna comparatus. 295.b  
 Orientalis & Occidentalis Ecclesiae diuisio ob Meletium & Paulinum. 86.c. 87.a. 434.e  
 Orientalis Ecclesiae status sub Theodosio. 459.c. 460  
 Orientalem Ecclesiam praefendam Occidentali qui dixerunt, irrisi à Gregorio Nazianzeno. 436.a  
 Orientalem Ecclesiam innumera haereses vexant. 360.d.  
 in Orientali Ecclesia vix aliquis reperiri erat purus Catholicus. 376.e  
 Orientales Ecclesiae collapsae per Eusebium Vercellensem Episcopum Legatum restituntur. 83.e  
 Orientales Episcopi quales essent aetate Gregorij Nazianzeni. 436.e  
 Orientales virant Romanam Synodum. 458. a. celebrant ipsi aliam Constantinopoli. ibid. b  
 Orientalium cum Occidentalibus controuersia ob nomen hypostasi. 320.d  
 Orientalium querela ad Theodosium per sanctum Ambrosium. 577.b  
 Origenis haeresum capita. 673.e  
 Origenis errores inualescere incipiunt per Palladium & Euarium. 584. & seq.  
 Origenis erroris causa Epiphanius in Ioannem Episcopum Hierosolymitanum agit. 672.b. c  
 Origenista procurant in Hieronymum armare Augustinum. 705.e  
 Origenistarum fraus in S. Hieronymum. 708.a  
 Origenistarum praecipui. 673.e  
 Origenistarum soboles Pelagiani. 586.a  
 Orisij & aliorum error in tempore persecutionis Valentis. 189.a. 235.d  
 Orisij res gestae cum Gregorio Elberino vt mendaces reselluntur. 311.d  
 Ossa Ioannis Baptistae à Gentilibus dispersa & combusta. 63.a. b  
 Ossa Elisei prophetae combusta à Gentilibus. ibid. b  
 Ossa Patrophili Ariani dispersa. 65.e  
 Otreus Melitinus Episcopus interfuit Concilio Tyansenis. 182.e  
 Otreus Melitinus laudatus lege Theodosij. 445.e  
 Ousia & Τροσaris quid, definitum Concilio Alexandrino. 78.a. de iisdem Basilij & Victorini sententia. ibid. b. d.  
 Catholicorum controuersia. ibid. sententia Graecorum & Latinorum. 40.d. 79.a. 81.b. 320.d

P.

**P**acatus Maximo supplicia de haereticis sumpta obicit. 512.e  
 Paganus Episcopi Barcinonensis scripta. 582.b  
 Paganus Episcopus Petrogoricensis. 719.e  
 Palaestini monachi qua pasi sub Valente. 343.a  
 Palatini Constantij male multati à Iuliano. 5.a  
 Palladius & Secundianus haereticus. 447.d  
 Palladij Ariani Episcopi in Synodo Aquileiensis tergiversationes. 449.a. b. eidem anathema dictum. ibid. b  
 Palladius appellat generale Concilium. ibid. c  
 Palladius appellat iudicium saeculare. ibid. e. damnatus. ibid.  
 Palladius Galata quando profectus in Aegyptum, & quid ibi. 583.b. 584

Palladius

I N D E X.

Palladius rediens in Palaestinam quarit corrumpere S. Paulam doctrinis Origens. 584.d  
 Palladius later inter Catholicos, licet esset Origenista. 585.c  
 Palladius quando Romam venit ad Innocentium Papam. ibid. d  
 Palladius Episcopus Helenopoleos. ibid.  
 Palladius Praefectus Gentilis grassatur in Ecclesiam Alexandrinam. 334.e. 335.b  
 Palladius Magister Officiorum quid sub Iuliano. 5.a  
 Palladius sub Zosimo Papa Romam venit. 585.e  
 Pallia & vela sublata à Donatistis. 105.b  
 Palliola Episcoporum in numismate expressa. 690.c. e  
 Pammachus gener sanctae Paulae maritus Paulinae. 469.c. 470.b  
 Pammachus auctor damnationis Iouiniani. 629.a  
 Pammachus vrget Hieronymum, vt scribat contra Ioannem Episcopum Hierosolymitanum. 672.b  
 Panarium Epiphanius quando & cur scripsit. 371.c  
 Pantaleonis martyris reliquia. 439.e  
 Pantbeon apud Gazam. 62.d  
 Papae, vide infra, Romanus Pontifex  
 Parietes ecclesiarum aqua salsa exptati à Donatistis. 105.d  
 Parisiense concilium. 91.e  
 Parmeniani fastus & arrogantia. 211.d  
 Parmenianus subrogatus Donato in sede Carthaginensi. 211. b.  
 scripsit pro defensione schismatis. ibid. ab Oprato Mileuitano confutatus. ibid. c. item ab Augustino. 214.e  
 Parmenianum confutat Ticonius, licet Donatista. 213.c  
 Parmeniani Episcopi Carthaginensis obitus. 698.a  
 Paschalis cyclus Theophili Alexandrini quando incipit. 421.c  
 Paschales epistolas scribebat Lucius ex more Alexandrinorum Episcoporum. ibid. b  
 Paschales dies quindecim feriandi lege Theodosij. 661.b  
 Paschalis tempore vinctos relaxandos statuit Valentinianus. 516.c. idem seruauerunt Orientales Imperatores. ibid. d  
 Paschalis tempus significandi Fidelibus mos Alexandrini Episcopi. 421.b  
 Passalorinciarum haeresis. 360.e  
 Paternus Episcopus Petrogoricensis. 91.e  
 Pater defunctus curat res filij viuentis. 575.e  
 Patrem, Filium, & Spiritum sanctum semper esse negantibus anathema dicitur. 352.c  
 Patri vt obediat, ab eremo recedit Gregorius Nazianzenus. 190.c  
 Patris auctoritatem quanti fecerit Nazianzenus. 301.a. 302.e  
 Patientia Iuliani afflictata. 23.a  
 Patriarchales sedes nequaquam instituta in Concilio Constantinopolitano. 445.e  
 Patriarchatum sedium prerogatiua ex Concilio Romano sub Damaso. 462.e  
 Patricius Lydus philosophus à Valente ob magiam occidi iussus. 263.b  
 Patrophili Episcopi Scythopolitani ossa dispersa. 65.e  
 Paulimenta ecclesiarum. 105.d  
 Paulus S. Hieronymi studiosissima. 469.b. genus eius & soboles. ibid.  
 Paula minor filia Lete atq; Toxotij, neptis Albini Pontificis. ibid. c. d. nata ex reponitione martyris. ibid. d. 470.e  
 Paula in crimen obiecta Hieronymo. 509.a  
 Paula profecta Hierosolimam. 510.e  
 Paula egregium constantiae exemplum. 511.a  
 Paula in Aegyptum cum S. Hieronymo non iuit. 528.b  
 Paula peregrinatio in Aegyptum. 529.a  
 Paulata tentata ab Origenista. 584.d  
 Paulina filia S. Paulae. 469.c. nupta Pammachio. ibid.  
 Paulina coniux Pretextati impius. 472.a  
 Paulinianus frater S. Hieronymi. 324.c

Pauliniani fratris S. Hieronymi ordinatio facta ab Epiphanius. 665.c. 677.a. b. c  
 Paulinus Episcopus Antiochia creatus à Lucifero Legato S.edis Apostolicae. 76.c  
 Paulinus Episcopus Antiochenus mittit Legatos ad Synodum Alexandrinam. ibid.  
 Paulini electio probata ex Concilio Alexandrino. 80.d  
 Paulini Episcopi Antiocheni confessio & subscriptio. 83.a  
 Paulini electio facta à Lucifero rata habita. 87.b  
 Paulinus Episcopus Antiochenus alteratur cum Vitale. 165.d  
 Paulinus accusatus à Vitale Sabelliana haeresis. ibid. e  
 Paulini Episcopi Antiocheni fidei professio. 166.b  
 Paulinus Episcopus Antiochia cur in ea Ecclesia agere permisit à Valente, & non cum aliis pulsus exilio. 237.a  
 Paulini cum Meletio causa quo modo concorda. 328.c. 394.a  
 Paulini Antiocheni causa à Basilio Damaso proponitur. 316.d  
 Paulinum Meletio praefert Damasus. 327.d  
 Paulino non communicantes restitui eius communioni à Melania. 343.d  
 Paulino Episcopo Antiochia delegata causa Vitalis. 351.a  
 Paulinus transiit cum Meletio. 394.a  
 Paulinus exagitatus à Flauiano. ibid. b.  
 defenditur à calumnia Flauiani. 394.c. 395.a  
 Paulinus Thessalonicae pro Paulino Antiochia positus à Theodoro. 395.a  
 Paulinus Episcopus Antiochenus ordinat Hieronymum presbyterum. 403.c  
 Paulinus Episcopus Antiochenus venit Romam ad Concilium, hospitatur apud Paulam. 457.b  
 Paulino Antiocheno causa à Synodo Romana ad iudicatas. 462.c  
 Paulinus Episcopus Antiochenus moritur, subrogatur Euarium. 603.e  
 Paulinus scriptor vita S. Ambrosij confundit legationes Gentilium ad Imperatorem. 652.b  
 Paulinus discipulus Ephraem factus haereticus. 386.b  
 Paulinus Romanus ex familia Aniciani. 713.b  
 Paulinus vbi natus. ibid. ab Ausonio litteris institutus. ibid. c. e  
 Paulinus Consul ordinarius. ibid. o  
 Paulini Praefectura Urbana. 714.c  
 Paulinus carpitur ab Ausonio, quod laboret morbo Bellerophonaeo. ibid. d  
 Paulinus se à poetici abdicat litteris. 715.a  
 Paulini vita progressus. ibid. c. coactus ordinatus presbyter. ibid. d  
 Paulinus studiosus S. Felicis Nolani. 716.a  
 Paulinus Romanus V. C. cum Therasia coniuge proficitur vitam monasticam. 710.d. 711  
 Paulini Consulatus quando potuit incidisse. 366.d  
 Paulini etas. 710.e  
 Paulini epistola ad Augustinum tempus, de Paulini conversione elogium S. Ambrosij. 711.a. ibid. d  
 Paulinus quomodo Aquitanus dicitur. 712.a  
 Paulinus celebratus ab Ausonio. ibid. d  
 Paulinorum inscriptiones. ibid. e. 713.a  
 Paulini reditus in Italiam. 716.c  
 Paulinus patitur inuidiam à Romano clero. ibid.  
 Paulinus quaeritur de Siricio. ibid. c. 717.a  
 Paulinus à quibus Roma cultus. ibid. c. frequentatus legationibus peregrinorum. ibid.  
 Paulinus erogat sua in pauperes. ibid. d  
 Paulinus erigit Fundanam basilicam. ibid. e  
 collocat illic reliquias. ibid. e  
 Paulini vite institutum in agro Nolano. 718.c  
 Paulinus alius ab illo, ad quem Hieronymus de libris diuinae Scripturae scribit epistolam. ibid. e  
 Paulinus

I N D E X.

Paulinus scripsit defensionem Theodosij.	732.b	Persecutio in Athanasium sub Iuliano.	94.e
Paulini nobile ingenium.	ibid.d	Persecutio in Ecclesiam Alexandrinam sub Iuliano.	96.e
Pauli Apostoli effigies ex pictura cognita Ambrosio.	543.c	Persecutio in Romanam Ecclesiam sub Iuliano.	97.b.98
Pauli Apostoli basilica constructa à Valentiniano.	427.b	Persecutio Ecclesia Mediolanensis per Iustinam.	421.b
ea de re litera eiusdem Imperatoris ad Sallustium Urbis Praefectum.	ibid.c	Persecutio Iustina in Ambrosium vehementior.	518.e
Pauli Episcopi Constantinopolitani corpus reducitur Constantinopolim. 446.e. ecclesia Macedonianorum illi data. 447.a.	ibid.	Persecutio Iustina omnes pertingit Italiae Ecclesias.	544
eius caput creditum Pauli Apostoli.	ibid.	Persecutio Iustina sedata.	546.c
Paulus cum Ioanne martyr Roma sub Iuliano.	98.a	Persecutio Valentis Imperatoris Ariani.	189.b.
Paulus Emeſa interfuit Concilio Tyanensi.	182.d	dira nimis.	191.e
Paulus monachus in Syria celebris.	259.a	Persecutio per Valentem quando excitata.	235.b
Paulus monachus in Syria. 370.a. petiit ab Epiphano ad semitti lib. um de haeresibus.	ibid.c	contra Episcopos.	ibid.c
Pauperes mendicantes Roma abundat praeter ceteris locis. 479.b.	ibid.c	Persecutio acerba Valentis in Antiochenos.	205.d
maneant in portibus Ecclesiarum.	ibid.c	Persecutio Valentis in Ecclesiam Edessenam.	305.d
Pauperibus erogantur expensa ludorum.	187.e	Persecutio Valentis in Scythicam Ecclesiam.	307.d
Pauperum elemosynis detrahit Iulianus.	41.d	Persecutio Valentis in monachos Aegypti.	322.c
Pauperum numerus, quos debeat Ecclesia Antiochena.	532.e	Persona nomen in diuinis quid significet.	81.b
Pauperum oratio magni ponderis aestimatur ab Ambrosio.	539.b	Pestilentia, quae sub Valente fuit.	376.a
Pax inter Romanos ac Persas, eiusque condiciones.	157.c.	Petrus Alexandrinus legatus ab Athanasio in Orientem.	276.a
158.a		Petrus in locum Athanasij subrogatus.	333.b.
Pedes Epiphani deoſculatur populus.	674.c	fugatus quomodo petiit.	ibid.c
Pelagij Laodicensis fides laudata à Theodosio.	445.b	Petri Alexandrini epistola circularis de clade ab Ariano illata.	334.e. & seq.
Pelagius Laodiceae Episcopus interfuit Concilio Antiocheno sub Iouiano.	164.c	Petrus Alexandrinus cruentas vestes Romam detulit inspicandas.	334.d
Pelagius Laodicensis interfuit Concilio Tyanensi.	182.d	Petrus Alexandrinus apud Damasum diu mansit.	
Pelagius Episcopus Laodicensis in exilium pulsus.	239.b	Petrus Alexandrinus à Damaso in sedem restitutus, viuente adhuc Valente Imp.	377.a
Pelagiani ex Origenistis.	586.a	Petrus Alexandrinus fauet Maximo.	411.d.e. 420.e
Peregrinorum multitudo, qui ad sacra loca Palaestinae visitanda confluunt.	529.d	Petrus Alexandrinus moritur, in cuius locum successus est Timotheus. 420. d. quae in Petrum obiecta fuerint.	ibid. e
Peregrinatio Romam ad limina Apostolorum.	35.e	Petrus Alexandrinus à calumnia defenditur.	ibid.e
Peregrinatio ad sanctam Theclam.	29.a	Petrus Galata monachus in Syria celebris.	259.c
Peregrinatio Hierosolymam quam frequens.	529.d.	Petrus germanus S. Basilij ab eo creatus presbyter.	232.a
quando & cur improbat. aliquando.	530.a	Philastrius Brixianus verbera expertus ob defensionem fidei contra Auxentium.	222.c
Peregrinatio non in omnibus laudata.	ibid.b	Philastrius Episcopus Brixianus interfuit Concilio Aquileiensi.	448.b
Peregrinatio ad loca sancta à Vigilantio improbat.	ibid.d	Philippus Apostolus cum Ioanne praefectus est Theodosio pugnanti.	690. a. c
Peregrinationem quo modo improbet Gregorius Nyssenus.	ibid. a. b	Philippus Episcopus martyr sub Iuliano.	37.e
Perſa transfuga decipit Iulianum.	132.e	Philippus Vringheus Louanensis.	52.d
Perſa cum Romanis ultimo certamine pugnat.	134.d	Philo Episcopus Libya nunquam recipere voluit Episcopos lapsos.	310.a
Perſa quasi miraculo in eum fadus cum Romanis.	157.c	Philoromus martyr in Galatia sub Iuliano.	35.d
Perſa cum Theodosio vitro fodere iungitur.	425.a. b	Philoromi peregrinatio Romam ad S. Petrum.	ibid.e
Perſa Legatos & munera mittunt ad Theodosium.	ibid.c	Philosophi à Iuliano bene habiti.	9.d
Perſa conueniunt Ambrosium. 627. e. veniunt postea Romam ad videntiam Probi potentiam.	628.a	Philosophi Antiochia sub Iouiano pallium deponunt.	166.e
Perſis cessit Nisibi ciuitas. 158. b. item Singara.	ibid.	Philosophi malis artibus querunt scire successorem Valentis.	261.e. à Valente occisi.
Perſarum Legati ad Iulianum.	59.d	Phortanus dolose ambit Episcopatum.	241.a
Perſarum Regis Legati martyres sub Iuliano.	25.b	Phortanus pseudoepiscopus Ariani datus Nicopolitani inuitis. 241. a. quid ipse in Catholicos.	ibid. b
Perſici tumultus sub Valente.	172.b	Photinus anathema dictum à Damaso.	352.a
Perſicum bellum susceptrus Iulianus qua premitit.	123.b	Photini obitus & scripta.	373.e
Persecutio Ariariorum qualis.	217.d	Photiniani ne celebrent conuentus Sirmij, Synodus Aquileiensis petiit à Gratiano.	451.b
Persecutio dira Ariariorum in Orthodoxos sub Valente.	244. c. 245.	Photinianos conuenire lege vetuit Gratianus.	ibid.
Persecutio Ariariorum acerbissima in Oriente.	280.c	Photinorum baptisma non recipit Ecclesia.	735.a
Persecutio ingens in Ecclesia Alexandria sub Lucio.	334. a. b.	Phritigernes Rex Gothorum bellum agit aduersus Athanasium.	265.e
335		Phritigernes Gothorum Rex cum suis populis ad Arianos despicit.	266.b
Persecutio Ecclesia Gothica per Athanasium illata.	265.a.	Phryges martyres.	36. d
266.		Pigmenij martirium Roma sub Iuliano.	98.b
Persecutio Iuliani omnium acerbissima indicatur.	8.a.	Pilati innocentia peperam predicatur.	181.b
scribitur.	17.c	Pilostora dicti Catholici ab Origenistis.	552.e
Persecutio Iuliani in Christianos qualis.	122.c. 16.c	Pilos vestis sanctis viris vellere soliti Christiani.	553.b
Persecutio Iuliani diuersa.	17. a. & seq.	Pima-	
Persecutio Iuliani à domesticis incipit.	18. a.		
Persecutio Iuliani in milites Christianos.	18. b. 20.e		
Persecutio Iuliani diuersis velat a praeſcribibus.	24. b		
Persecutio Iuliani in Aegypto.	67.e		

I N D E X.

Pimianus, vel Alpimanus, malè pro Piniano.	ibid. e	Prætextatus Consul designatus obiit. 471. a. quid Damaso dicere solitus. 201. c. de Prætextato inscriptio. 471. a.	
Piniani coniugis Melania iunioris praefectura Urbana.	ibid.	de Prætextato & S. Lea antihæresis.	ibid. c
Pythagoræ animi transfusionem credebat Iulianus.	123. e	de Prætextati coniuge Paulina.	472. a
Placilla Augusta valde pia curauit ne suus vir Theodosius deciperetur ab hæreticis. 490. a. pietas eius erga agrotos & pauperes.	514. e. odium aduersus Arianos.	Prætextata Romane femina temeraria praesumptio & infelix exitus.	472. a
Placilla Augusta obiit.	514. d. eius virtutes egregie. ibidem e. 515. b. error in eius nomine correctus & Flaccillam nominari debere ostensum.	Prætextati obitus causa.	470. d
Placoms quid.	498. a	Prætextati statua Vestalibus erecta.	473. a
Placoton quid.	ibid.	Prætextati & Feliciani Donatistarum libellus.	701. d
Platonis quid.	ibid. b	Prætoriani milites Christiani à Iuliano vexati.	21. e
Penæ Gentilibus, qui in Cyrrillam immaniter saeuierant, diuinitus iniſta.	64. a	Prætoriani milites omnes esse voluit Gentiles Iulianus.	22. a
Penitentes libenter recipit Ambrosius.	373. c	Prætorio pro defunctis.	210. e
Penitentia publica Theodosij.	623. d. 624	Presbyteri in Africa concionari incipiunt duce Augustino, auctore Valerio.	649. a
Penitentia publica Fabiola.	627. b	Primigenia Vestalis lapsa.	495. c
Penitentiam agere contententes quanta digni sint reprehensione.	ibid. a	Primarius cupiditate in hæresim labitur Paulinus.	386. a
Polemnius hæresiarcha.	358. e	Primianus electus in schismate contra Maximianum Donatistam. 698. a. eius res gesta.	ibid. e
Polemnia hæresis ex Apollinari.	ibid.	Primianista Donatista.	700. a
Polygamia etiam à Gentilibus exprobrata.	271. c	Primitia cum decimis persoluenda.	463. c
Polygamia execrabilis fuit Christianis.	272. b	Primus Episcopus in Africa.	102. c
Polygamiam falsò permisisse Valentinianum.	271. d	Primus filius Ianuarij occisus à Donatistis.	ibid.
Pontius leuatus cum sociis à Donatistis ad Iulianum.	101. a	Principes Christiani haud exigere debent tributum ab ecclesijs & clericis.	538. c. 539. a
Pontica solitudo, ubi cum Gregorio Basilus.	34. d	Principes Christiani admonentur.	376. b
Ponticorum monachorum vita institutum.	154. a	Principes heretici vel apostatae soliti exigere tributum ab ecclesijs & personis Ecclesiasticis.	539. a
Pontificis Maximi Gentilicij ritus cura translata ad Praefectum Urbis.	495. c	Principes non excusari, si eorum ministri delinquant.	486. d
Pontificis Maximi ius vlciscendi probrâ Vestalium ad Praefectum Urbis translatum.	ibid.	Principes quanto dispendio non audiant saeculodotes.	578. a
Pontificis Maximi nomen Imperatores vsque ad Gratianum retinent. 481. b. e. inuitis Romanis deponunt.	ibid. e	Principem palam religionem Catholicam proficere, quantum reſerat.	163. d
Pontificatu Maximo Iulianus quomodo initiatus.	3. b	Principum & Ecclesia potestas. 540. a. 541. d. in rebus Ecclesia. 541. a. eorumdem & sacerdotum dignitas.	542. c
Pontificum idolorum initio.	ibid.	Principum epem implorare aduersus hereticos visitatum in Ecclesia.	525. d
Pontifex Romanus, vide, Romanus Pontifex.		Priscillianus martyr Roma sub Iuliano.	98. d
Pontificis Romani summa potestas ab hereticis & Orientalibus Episcopis agnita.	184. e	Priscillianus hæresiarcha inualeſcit in Hispania.	452. c.
Pontificis Romani luxu calumniosè ab Ammiano fugillatus.	201. a. d	& seq.	
Porphyrinus Mimus deluſit Iulianum, & factus est martyr.	58. b	Priscillianus qualis. 453. a. damnatus.	ibid. b
Portenta in sacris visa Iuliano.	15. c	Priscillianista sumebant, sed non consumebant Eucharistiam.	454. a
Posidius in quibus corrigendus ex Augustino.	646. c	Priscillianus factus Episcopus Abilensis.	ibid. d.
Posthumianus Praefectus Praet. quid ad eum Gregorius Nazianzenus.	487. d	eiusdem Romam aduentus.	ibid.
Potitianus Afer proficuum Augustino.	505. a	Priscillianus damnatus appellat Romanum Pontificem.	ibid.
Præceptoribus quantus honor habendus, exemplo Theodosij ostenditur.	487. b	reuerſus à Damaso. ibid. e. & ab Ambrosio.	ibid.
Prædicare Euangelium, in Africa minus Episcoporum, non autem presbyterorum: sed reprehenditur à S. Hieronymo vsus iste.	649. a	Priscillianus nonnullus in Gallia seducit.	ibid.
Praefectura Praetorij omnes quatuor erant.	225. a	Priscillianus seducit Eucheriam, & Proculam eius filiam.	ibid.
Praefectus Urbis idem Viceſaceratus dictus.	713. b	Priscillianus Macedonium corrupens obtinet rescriptum à Gratiano.	ibid.
Praefagia obiit Iuliani	116. d. 117. b. 127. d. e. 130. e	Priscillianus rediens munitus rescripto Gratiani praualet in Hispania.	455. e
Praefagia Valentis obiit.	390. b	Priscillianus in Synodo Burdegalensi damnatus prouocat ad Imperatorem. 511. d. proficiscitur ad Maximium.	ibid.
Praestigiatrices se noctu ferri putantes cum Herodiade, excommunicandas cantum.	463. c	Priscillianus cum suis occisus à Maximo.	512. c
Praestigiator, qui se Eliam & Christum asserbat.	464. a.	Priscillianus ut martyr colitur à suis.	ibid. d
alter, qui se Ioannem dicebat.	ibid.	Priscilliane heresis capita damnata.	453. e. & seq.
Praestigis operam dare quam indignum clerico.	ibid.	Priscilliane heresis nomine mota quaestio optimis etiam Christianis.	525. a
Prætextatus agit apud Imperatorem de renouando rescripto dato contra idololatras.	171. b	Priscillianaista damnati in Concilio Casarugaſtano.	453. b.
Prætextati Urbana praefectura. 208. b. laudatur ab Ammiano. ibid. eiusdem dicitur in maiestatem Romani Pontificis.	201. c	Priscillianaista damnati à Maximo.	512. c
Prætextatus Legatus missus ad Valentinianum Imperatorem ob quaestiones de magis adhibitas.	264. b	Priscillianaista nominat Manichæos Maximus Imperator.	553. d
		Priscillianaista damnati à Manichæis affinitas.	456. a
		Priscillianaistarum hereses quæ.	ibid. b
		Priscus martyr Roma sub Iuliano.	98. d
		Priscus philosophus vocatus à Iuliano.	4. e
		Priscus	

I N D E X.

Priscum magum secum ducit Iulianus ad bellum.	124. a	Prunarum vapore interit Iouianus Imp.	167. d
Priscus philosophia & magia celebris.	166. e	Psalmis in sine subire Gloria Patri, & c. quando institutum.	463. d. in Ecclesia Mediolanensi quando receptum.
Priscus philosophus acceptus Iouiano.	168. b	Psalmorum cantum semper in Ecclesia fuisse.	499. c.
Pritannus Episcopus de senor Irbacij.	455. d	quando inceperit in Ecclesia Mediolanensi.	539. e
Præilegia adempta Christianis à Iuliano.	106. e	Psallendi vsus Ecclesie descendit Basilium.	153. a
Præilegia sacerdotibus idolorum à Valentinianno concessa.	427. a	Psalmodie vsus in Ecclesia verus.	ibid.
Præilegia concessa clericis.	186. e	Psalterium Septuaginta interpretum à S. Hieronymo emendatum.	499. c
Præilegium clericorum à Theodosio indultum.	455. d	Publia Antiochena confessio gloriosa.	57. b.
Præilegium Valentinianni & Valentis concessum viduis, pupillis, ac virginibus.	187. c	eadem mater Iouianus.	ibid. d
Præilegium Ecclesie Constantinopolitana ex Concilio Constantinopolitano.	431. d	Publius monachus in Syria celebris.	259. b
Proba Fultonia dicta. 725. b. de ea inscriptiones.	ibid. c.	Publius monachus retinet demonem nuncium Iuliani.	130. c.
726. & seq. Probi filij.	726. e	hoc factu quid contigerit de diuine.	ibid.
Proba coniugis sepulchrum.	724. b	Pueri Alexandrini Catholici quant a passi.	338. a
Proba laudes.	ibid. c. 725. b	Pueri Samosateni quam detestati sint Arianum Episcopum.	238. e
Probus cum Dorotheo Legatus ad Occidentales.	269. c. 270. c	Pugna Theodosij cum Eugenio.	688. d. & seq.
Probus Ambrosio delegat provincias.	225. b	Pulcheria Theodosij filia.	515. a
Probus cur iubet Ambrosium agere vt Episcopum.	ibid.	Pulcheria infantula laudata à Gregorio Nysseno.	ibid.
Probi præfectura Prætorij. 225. a. qualis.	ibid.		
Probi potentia in admiratione habita.	628. a		
Probus vir clarissimus religione insignis & eleemosynus.	721. b. c. d		
Probi & Proba genus & progenies.	720. d. & seq.		
Probi sepulchri epitaphia.	722. b. d. e		
Probi familia Ecclesia proficua. 723. b. filij eius.	727. a		
Probi sepulchrum.	724. c		
Proborum & Olybriorum genus.	720. c. d. e		
Processiones agunt monachi.	577. a		
Procopius tyrannus emergit. 171. c. quis iste, & vnde ministrata vires ad inuadendum Imperium.	ibid.		
Procopius tyrannus male perit.	188. a		
Proculus Masiliensis inter fuit Concilio Aquileiensi.	448. c		
Prodere aliquem quàm cauerint Christiani.	348. d		
Prodigia in contemptores Christiana religionis.	47. b		
Prodigia ob Iuliani impietatem.	51. a		
Prodigia miranda apparere, dum Iulianus curat restituere templum Hierosolymitanum.	119. a. & seq.		
Prodigia præcedentia interitum Iuliani.	116. d. 117. b		
127. e. 130. e. 133. e. item ante mortem Iouiani.	167. a		
Prodigia immensa ex maris excresecencia & terræ motu.	185. d		
Proeresius professor deserit scholas.	112. a		
Professores Christiani restituti in cathedras.	173. e		
Professio fidei Catholica oblata Liberio Papa à Macedonianis.	176. e		
Professio fidei Catholica ex Concilio Illyricano. 180. d. 181. c	181. c		
Professores Christiani à Iuliano reiecti.	108. e		
Propinatio in Christi nomine fieri solita.	21. a		
Prosperi Chronicon exordio corruptum ostenditur.	443. a		
Prosper in Chronico restituitur.	495. c		
Prosperi error in Chronico.	483. e		
Protasij & Gernasij inuentio, & translatio.	544. e.		
eorum reliquie ad diuersas ecclesias mittuntur.	546. d.		
Roma basilica iis adificatur.	ibid.		
Protogenes exul cum Eulogio. 307. a. fidem ambo prædicant, & conuertunt Gentiles ad fidem.	ibid.		
Protogenes ordinatus Episcopus Charris.	395. a		
Providentia Dei in suis descendendis.	537. e		
Providentia Dei declarata in Iuliani interitu.	144. e		
Provincia reuenat e munificentia Iuliani.	6. a		
Prudentia piorum virorum longè præstantior, quàm aliorum.	550. e		
Prudentius contra Symmachum quando scripsit.	495. b		
Prudentius librum contra Symmachum scripsit ad Honorium Imperatorem.	427. c. 375. a		
Prudentij locus aduersus Symmachum expositus.	375. a.		
427.			

Reliquie

I N D E X.

Reliquie Sanctorum magno honore habite.	63. d.	Rescriptum Valentinianni contra Manichæos.	347. e
ex eis ingentia progredi solita miracula.	ibid. e	Rescriptum aduersus magos & idololatrias.	173. c.
Reliquie S. S. Gernasij & Protasij misse ad diuersas ecclesias.	546. d	renouatur opera Præextati.	ibid. d
Reliquie S. S. martyrum Pantaleonis & Marini Constantinopoli in loco Concordia dicto.	439. e	Rescriptum Valentinianni & Valentis de professoribus Christianis restituendis contra Iuliani edictum.	ibid. e
Reliquie S. Iouanis Baptista à Gentilibus disperse.	63. a.	Rescripta de priuilegiis clericorum.	186. e
eadem collecta.	ibid. b	Rescriptum de priuilegiis viduarum, virginum, & pupillorum.	187. c
Reliquiarum Sanctorum quo modo seruande ex sententia Athanasij.	333. a	Rescriptum Valentis, vt monachi ab eremo ad militiam renouentur.	369. e
Reliquie ne distrabantur vetuit Theodosius.	531. a	Rescriptum Valentis de Constantinopolitana bibliotheca.	348. e
Reliquiarum martyrum cultus. 56. e. 60. d. 333. a. 545. c. 546. d	546. d	Rescriptum pro synagoga Iudeorum.	187. d
Reliquias martyrum exhorrent demones.	63. c	Rescriptum de die Paschatus.	198. e
Reliquias martyrum Ethnicus scriptor deridet.	608. e	Rescriptum Valentinianni de pellendo Vrsicino.	208. c.
Reliquias gestandi in monilibus consuetudo.	397. a	aliud ad eundem de indulgentia.	209. a
Reliquiarum Sanctorum virtus. 44. b eadem magno in honore habentur.	ibid. c. 359. c. 331. a	Rescriptum Valentinianni aduersus schismaticos ad Olybrium.	215. d
Reliquiarum sacrarum cultus.	545. c. 546. d	Rescriptum ad Aginatium Vicarium aduersus schismaticos.	ibid. e
Reliquiarum nundinatione exercebant pseudomonachi.	531. a	Rescriptum Valentinianni aduersus Chronopium Episcopum ad eum appellentem.	225. e
Reliquiarum Babylæ translatio solennis. 46. a. cur eam celebrari magno cum honore Iulianus permisit.	46. c.	Rescriptum Valentis de expellendis Episcopis Catholicis.	235. b
Rescriptum Iuliani ad Felicem de occultantibus bona proscriptorum.	48. e	Rescriptum Valentinianni de questionibus.	264. c
Rescriptum Iuliani contra Athanasium.	95. b	Rescriptum Valentinianni ad Damasum, ne clerici aliquid caperent ex testamento.	268. e. 269
Rescriptum Iuliani pro Donatistis.	101. d	Rescriptum Valentinianni de Romanis scholis & professoribus.	273. a
Rescriptum Iuliani, quo iubentur Christiani dici Galilei.	106. a	Rescriptum Valentinianni de virginibus & viduis.	274. a
Rescriptum Iuliani adempta Christianis priuilegia.	ibid. d	Rescriptum ad Ampelium de renouando Vrsicino exule.	ibid. c
Rescriptum Iuliani, ne Christiani docerent.	108. d	Rescriptum aliud ad Maximinum de renouando Vrsicino.	275. a
Rescriptum Iuliani aduersus Christianos professores.	ibid. e	Rescriptum de scenicis volentibus fieri Christianis.	312. a
Rescriptum Iouiani aduersus raptos virginum.	160. d	Rescriptum de aruspina concessa à Valentinianno.	ibid. c
Rescriptum Valentis aduersus monachos.	369. e	Rescriptum de priuilegiis sacerdotum idolorum.	313. a
Rescriptum Gratiani aduersus Donatistas & Manichæos.	377. a	Rescriptum Valentinianni aduersus Donatistas rebaptizantes.	361. a
Rescriptum Gratiani de iudicio Ecclesiastico.	375. c	Resurrectio carnis qualis apud Origenistas.	674. a
Rescriptum Gratiani pro Catholicis.	393. b	Rex à Deo regitur.	172. a
Rescriptum Gratiani aduersus Vrsicinum.	422. e	Regis cor in manu Dei, vnde à Themistio vsurpatum.	ibid.
Rescriptum Gratiani aduersus auaros clericos.	408. b	Regis boni erga Ecclesiam officium.	540. a
Rescriptum Theodosij de fide Catholica.	415. e	Regis Persarum Legati martyres.	25. b
Rescriptum Theodosij aduersus hereticos.	424. b.	Regum & Ecclesie cura distincta.	540. a
aliud. 447. b. aliud. 503. a. aliud.	530. e	Regum ius in Ecclesiis nullum.	541. & seq.
Rescriptum de priuilegiis clericorum.	426. c	Rhea collo dextratum monile Serena soror Theodosij accepit.	601. c
Rescriptum Theodosij aduersus apostatas.	447. c	Rictimeris & Clearchi Consulatus.	493. e
Rescriptum Theodosij aduersus cultores idolorum.	456. e	Ricomeres dux Gratiani.	377. c
Rescriptum Theodosij de basilicis.	479. a	Rituum Ecclesie auctor Deus.	114. d
Rescriptum aduersus Manichæos. ibid. b. aliud.	603. b	Rodanus Episcopus Tolosanus confessor.	91. c.
Rescriptum de validis mendicantibus.	ibid. d	obiit exul.	ibid. d
Rescriptum Theodosij aduersus hereticos post Synodum tertiam.	490. c	Rodanus Episcopus in Galliis.	365. e
Rescriptum aduersus Iudæos.	504. c	Rodanus Præfectus eunuchorum iussus occidi ob illatam iniuriam vidua.	168. c
Rescriptum Theodosij de foro Ecclesiastico illibato seruando.	513. e	Rogatus pater sancte Paula.	481. b
Rescriptum Theodosij aduersus Gentiles.	516. b	Rogatianus cum sociis legatus à Donatistis.	101. a
Rescriptum aduersus sidicinas.	ibidem.	Rogatisse Donatista.	700. b
Rescripta de relaxandis vinculis tempore Paschatis.	ibid. c	Roma illustrata à Theodosio.	598. e. 599. c
Rescripta Theodosij de irritandis rebus gestis à Maximo.	572. b. c	Roma fame laborat. 492. d. eiecli incolæ foras, ne omnes fame perirent.	ibid.
Rescriptum Theodosij in maleficos.	602. e	Roman qualem quis vult, talem inuenit.	273. e
Rescriptum Theodosij aduersus deorum cultum.	660. b	Roma agentes nonnulli clerici & monachi lucro studentes.	269. d. 270
Rescripta noua Theodosij aduersus hereticos.	ibid. d.	Rome que passi dicteria boni Christiani, occasione Manicheorum.	348. c
quibus nullam decem librarum in eos statuit.	ibid. e	Rome expurgata loca sceleratorum.	602. a
Rescriptum Theodosij aduersus hereticos datum, cum esset in belli procinctu.	688. b	Rome Manichei conueniunt in domo Constantij eorum Auditoris.	347. e
Rescriptum Valentinianni & Valentis Imperatorum ad Casarum de confiscatione prædiorum que templis essent additi.	169. d		

E

Romana

I N D E X.

Romana archidia iacturam passa. 430.e  
 Romana Ecclesia persecutionem patitur à Iuliano. 97.b.98  
 Romana Ecclesia fustus reprehensa, an iure. 555.d  
 Romana Ecclesia supremum tribunal. 424.a  
 Romana Ecclesia prerogativa. 327.a  
 Romana Ecclesia landes. ibid. & Pontificis Romani primatus. ibid. 463.a  
 Romana Ecclesia principatus. 462.e. 507.b. 544.a  
 Romana Ecclesia auctoritas in rebus fidei. 356.a. 402.d  
 Romana Ecclesia clerici aliquot persecuti sunt S. Hieronymum. 507.a  
 Romana Ecclesia sanctitas & peritia laudata ab Augustino. ibid. c  
 Romana Ecclesia quantum tribuat Ambrosius. 502.a  
 Romanam Ecclesiam quanti fecerit Hieronymus. 507.e  
 Romana Ecclesia consuetudo canendi Alleluia. 499.c  
 Romana Ecclesia monachorum sanctitas. 576.b  
 Romana Ecclesia ieiunia. ibid. d  
 Romana Ecclesia sub Iuliano persecutio. 97.b  
 Romana Synodus, vide, Concilium, Synodus.  
 Romana plebs incitata a falsa spe martyrij. 204.a  
 Romana illecebra ad mala atque bona. 273  
 Romanae sibole à Valentiano ad modestiam restituta. 272.e  
 Romani martyres sub Iuliano. 98.c.d  
 Romani clerici haud imperiti. 507.c  
 Romani cleri pars deterior commota in sanctum Hieronymum. 681. d  
 Romanorum clericorum mores tempore Hieronymi, & doctrina. 506.d. 507.c  
 Romanus exercitus in maximum discrimen adductus à Iuliano. 140.e  
 Romanus exercitus eligit Iovianum Imperatorem. 155.d  
 Romani exercitus strages sub Valente. 376.a  
 Romani exercitus clades cum Valente interitu in Thracia. 390.a  
 Romano exercitui inasperata pax oblata à Persis. 158.d  
 Romanus exercitus diuisus inter Valentinianum & Valentem. 171.a  
 Romani Imperij pestis fuit Iulianus. 140.d. 157.c  
 Romani Imperij calamitas Gentilibus insultandi in Catholicos occasionem dedit. 390.e  
 Romani Imperij clades sub Valente heresi adscribenda. 391.b. 392.b  
 Romani imperij status sub Valentiniano & Valente. 170.a  
 à barbaris vindique inuasum. ibid. diuino miraculo seruatum. ibid.  
 Romani Imperij provincia à barbaris vexata. 392.c  
 Romanum Concilium contra Auxentium. 222.d  
 Romanum Concilium sub Damaso in causa Flauiani. 451.e.  
 457.b. 458.a. quid in eo actum. 463.c.  
 vide, Synodus, Concilium.  
 Romanum Concilium sub Siricio Papa de rebus Africanæ Ecclesie. 517.a  
 Romanus Pontifex confirmat Synodos. 85.a  
 Romanus Pontifex arbiter rerum quæ spectant ad fidem. 356.a.c  
 Romanus Pontifex solus damnat hereticos. 316.c  
 Romanus Pontifex Basilij & Orientalium legationibus interpellatus. 276.b. quæ ab ipso petita fuerint. 176.b  
 Romanus Pontifex excommunicationem & priuationem Episcopis comminatur. 223.d. 224.e  
 Romani Pontificis prerogativa. 327.a  
 Romani Pontificis primatus. 423.e. 463.a  
 Romani Pontificis auctoritas. 496.b  
 Romani Pontificis auctoritas in conuocandis Conciliis. 222.e. 427.c  
 Romani Pontificis auctoritas in hereticis dammandis in Oriente. 313.b. 314.e. 316.c

Romani Pontificis summa auctoritas, ex Gregorio Nazianzeno. 356.b  
 Romani Pontificis summa auctoritas in restitutione Petri Alexandrini. 377.a  
 Romani Pontificis summa auctoritas declaratur etiam hereticorum factis. 184.e  
 Romani Pontificis auctoritatem proferunt etiam heretici. 176.b. 184.e  
 Romani Pontificis auctoritatem requiri ad congregandam Synodum. 427.c  
 Romani Pontificis maiestas sub Valente. 201.b  
 Romani Pontificis iudicium querunt Episcopi. 309.c.d  
 Romani Pontificis communionem probari Catholicos. 393.c  
 Romani Pontificis ad Ecclesiam Orientalem litteræ. 282.a  
 Romani Pontificis luxus ab Ammiano sugillatus. 201.a.  
 item à Gentilibus ac hereticis. ibid. c  
 Romano Pontifici calumnia ab Ethnicis illata resellitur. ibidem c. d  
 Romano Pontifici quantum tribuerit Basilus. 314.e.  
 327.e. 328.b  
 Romano Pontifici non communicantes, heretici censentur lege Gratiani. 393.c  
 Romanum Pontificem cathedram Petri tenere saretur Hieronymus. 327.a  
 Romanum Pontificem consulendum, & certiorum faciendum de Ecclesie Orientalis necessitatibus Basilus censet. 276.b. d. 277.d. 280.a  
 Romanum Pontificem reueriti etiam aduersarij. 402.d  
 Romanorum Pontificum auctoritas suprema in restituendis damnatis à Synodo Episcopis. 176.b  
 Romanus Pontificatus desideratus à Prætextato. 471.a  
 Romani nobiles Gentiles noua moliri cœperunt in Romanum Imperium. 640.c  
 Romanis Gentilibus reddita ara Victoria ab Eugenio. 657.e  
 Romani Senatores Legatos mittunt de cultu deorum ad Valentinianum Imperatorem. 473.b. Maximo fauent contra Gratianum. 481.d. scommate Imperium Maximo augurantur. ibid. e  
 Romani Senatores Christiani longè plures quam Gentiles sub Theodosio. 494. d  
 Romanianus Augustini amicus. 501.e  
 Romanus Christianus miles confessor sub Iuliano. 21. d  
 Romanus monachus in Syria celebris. 259.c  
 Rufina filia S. Paulæ, nupta Alerio. 469.c.  
 SS. Rufina & Secunda ecclesiam Damasus absoluit. 498.b  
 Rufinus monachus Aquileiensis. 325.b  
 Rufini peregrinatio in Orientem cum Melania. 322.d  
 Rufinus uisitat monachos confessores. 323.a  
 Rufini iactantia de sua confessione & carcere. 339.b  
 Rufini iactantiam exagitat Hieronymus. ibid. c  
 Rufinus à Didymo deprauatus. 342.e  
 Rufini confessio qualis. 339.b.c.  
 eiusdem commendatio. 343.c  
 Rufini calumnia in Hieronymum de translatis libris de Spiritu sancto. 425.e  
 Rufini opera scripta Hieronymi subripuntur. 679.a  
 Rufini miserandus status deploratur. ibid. c  
 Rufinus opera à Theophili reconciliatus Hieronymo. 682.b  
 Rufinus redarguitur de conficta historia de sancto Hilario. 93.a  
 Rufinus erroris arguitur de Basilij & Gregorij eremi tempore. 193.e  
 Rufini error in solitudinis Basilij causa enarranda. 33.c  
 Rufini error in tempore profectionis Gregorij Nazianzenis Constantinopolim. 398.e  
 Rufinus arguitur à Hieronymo, quod Gregorium Nazianzenum interpretatus esset. 410. d  
 Rufini fabula de corruptis scriptis Athanasij ab Apollinaristis exploditur. 356.c. 357. & seq. Rufinus

I N D E X.

Rufinus confutatur in historia librorum Ambrosij de Spiritu sancto. 425.d  
 Rufinus Comes Orientis à Iuliano electus. 117. b  
 Rufinus Praefectus stimulator Theodosij ad p̄scendum in Thessalonicenses. 620.a. 624.e  
 Rufinus frustra agit pro Theodosio apud Ambrosium. 624.e  
 Rufinus auctus Consulatum cum Praefectura Praetorij. 652.a  
 Rufinus Praefectus vocat Episcopos ad encenia & suum baptismum. 696.a  
 Rufinus Praefectus aedificat ecclesiam Apostolorum ad Quercum. ibid. b. expiat facinus bonis operibus. 697.c

S.

Saba Gothi martyrium. 348.c  
 Sabaiani ieiunium quo ritu seruandum. 502.e  
 Sabatius Nouatianus schisma fecit in secta. 643.e  
 Sabel Persa Legatus in Aegyptum. 25.b  
 Sabinus Episcopus Placentinus interfuit Concilio Aquileiensi. 448. a  
 Sabeliani inuestant Neocæsarienses. 152.b  
 Sabeliani dicitur addunt in errorem Neocæsarienses, & in Basilium concitant. ibid. c  
 Sabellij error in Synodo Damasi damnatur. 352.a  
 Sacerdotes heretici. 491.a  
 Sacerdos templi Diphnitici torquetur causa incendij. 49.e  
 Sacerdos in idolorum conuersio nisi lem Christi. 54.e  
 Sacerdotes se capi alibus iudiciis immiserentes vituperantur. 513.a. deuntantur. 525.l. improbantur. ibid.  
 Sacerdotes à sacerdotibus iudicari debent. 521.b.d.  
 & soli res fidei tractare. 522.b.d  
 Sacerdotes audiendi à Principibus. 578.a. quæ pena dioni, si illi non loquuntur, & isti non audiant. ibid.  
 Sacerdotes testimonio Ambrosij præstant Imperatoribus. 542.c  
 Sacerdotes coniugatos cum vxoribus permiscere in Africa vetat Sircius. 517.b  
 Sacerdotum Imperatori præferendum ostenditur exemplo Martini. 525.a  
 Sacerdotum consilio agendi sacerdotum causa. 579.b  
 Sacerdotum idolorum landesime impudicitie. 602.b  
 Sacerdos idolorum privilegium à Valentiniano concessum. 313.a  
 Sacerdotij dignitatem potentioribus, non dignioribus dandi moerem exagitat Nazianzenus. 29.c  
 Sacerdotalis habitus ex numismatibus. 690.c  
 Sacerdotum Gentilium cōfessio. 15.a  
 Sacerdotum portentis exturbata. ibid. c  
 Sacerdotum in pro animabus defectorum. 587.a. d  
 Sacerdotum offerri solitum pro defuncto, nondum caduere rumulato. ibid. b. d  
 Sacerdotia Iuliani quam celeberrima. 43.b  
 Sacerdotia Iuliani ab oriente detecta post mortem. 142.b  
 Sacerdotia à Iouano uentia. 166.d  
 Sacerdotia deorum per Eugenium restituta. 660.a  
 Sacerdotia iterum à Theodosio prohibita. ibid. b  
 Sacerdotum non dire puniuntur. 48.a  
 Sacerdotum illegia Donatistarum. 103.b  
 Sacerdotum Christiani crediti à Iuliano, & puniti. 108.b  
 Sacerdotum iudicium appellans Paulinus damnatur. 449.e  
 Sacerdotum Gentilium in nostris sub Iuliano. 62.e  
 Sallustius Praefectus Praetorio sub Iuliano quid in aulicos Constantij. 5.b  
 Sallustius Galliarum Praefectus. 99.e  
 Sallustius scripsit S. Hilarij exagitarum. 100.e  
 Sallustius periculis Iuliano, Consulatum auctus & Praefectura. 117. d  
 Sallustius renouare conatur Iulianum à bello Persico. 123.e  
 Sallustius Praefectus creat Imperatorem Valentinianum. 168.c

Sallustius Praefectus agit quæstiones de conflagratione templi Daphnitici. 46.c  
 Sallustij Praefectura Urbana. 527.c  
 Saluanus Episcopus Priscillianista damnatus. 453.b.  
 obiit Roma. 455.c  
 Sallij Episcopi Donatistarum causa. 703.a. quid ipse passus à Donatistis. 703.d  
 Samosatreni studiosi Eusebij ipsorum Episcopi. 237.c  
 non recipiant A. ianum. 238.c  
 Samosatrenorum odium in Eunomium & Lucium Arianos Episcopos. ibid. e  
 Sanctimoniales dictæ castimoniales. 103.a. quæ passæ à Donatistis. 104.b. gestabant mitras. ibid.  
 Sancti pro nobis orant in calis. 434. b. vide supra, Intercessio, Preces.  
 Sanctorum uenerationis & reliquiarum uirtus. 44.c. 359.c.  
 543.d. 544.c. 546.d  
 Sanctorum reliquias uenditare quidam solebant. 531.a  
 Sanctorum locorum ueneratio. 529.d  
 Sanctorum uirorum mores. 320.b. propinquos suos si improbi essent, despexerunt. 595.e  
 Sanctorum, qui in calis sunt, preces pro agentibus in hac uita. 383.a. 434.b  
 Sanctorum uirorum conuiuia defenduntur à calumniis. 201. d  
 Sanguinis iudicium caueant Episcopi. 525.d  
 Sanguine uultuum Iulianus Christianissimum abluipuit. 2. d  
 Sapor Rex Persarum Legatos mittit ad Iulianum. 25.b  
 Sapor Rex Persarum malè habet Arsacem Regem Armenia. 234. d  
 Sapor dux exercitus Gratiani uenit Antiochiam cum edicto Gratiani. 393.c  
 Sardisense Concilium nihil ad fidem addidit. 81.a  
 Sardicenses fidei fides Catholico nomine respuitur. 79.e  
 Sarmata Pannonias inuadunt. 366.d  
 Sarraceni liberant Constantinopolim sub Gratiano. 391.d  
 Sarracenorum Regina conuersio. 344. d  
 Sarraceni fidem Christianam suscipiunt. ibid.  
 Sarracenorum Regina Legatos mittit Alexandriam pro accipiendi Episcopum. 345.a  
 Sarraceni quomodo conuersi ad fidem. 344.e  
 Sarraceno, uni primus Episcopus Moyses detestatur Arrianos. 345. e  
 Sartinus, qualis fuerint. 299. a. collata Gregorio. 300.b.  
 uendita ab Anthimo. 301.e. 305.b  
 Saturni sacerdotis scelera. 612. d  
 Saturninus Episcopus Valensensis. 588.d  
 Saturninus aulicus Constantij malè mulctatus. 5.c  
 Satyrus frater S. Ambrosij uisitat Luciferianos. 312.a  
 Satyrus frater Ambrosij curam domus Ambrosij suscipit. 372.e  
 Satyri, postquam ex Africa rediit, obitus. 484.c.  
 epigraphum sepulture ab Ambrosio scriptum. ibid. e  
 Scenica formosa ab Vrbe subducta. 654.e  
 Scenici reuocantur ab Ecclesia. 312.b  
 Scenicos non nisi in fine uita Christianos fieri uenit Valentinianus Imp. ibid. a  
 Scenicos esse Christianos uentum. ibid. b  
 Schisma Antiochenum. 86.c. quamdiu durauit. ibid. e  
 Schisma Luciferianum uide obortum. 87.a. & seq.  
 Schisma Luciferianum penitus deficit. 582.a  
 Schisma Melitij & Paulini sublatum Antiochia. 394.a  
 Schisma inter Nouatianos. 643.e  
 Schisma conflatum inter ipsos Donatistas. 698.a  
 Schisma inter Damasum & Ursinum. 200.c. 203.a.e  
 Schisma Ursini Gratianus & Valentinianus lege coercerent. 422.e  
 Schismatici Romanicorum repressi. 208.c. 215.b. 216  
 Schismatici Ursini agunt extra Urbem in cyptris. ibid. c  
 168.c

I N D E X.

Schismatici exagitati nouis rescriptis Valentini Imperatoris. 215.d. Schismatici per Olybrium prefectum & Aginatium Vicarium cohibiti. ibid.d.e Schismatici Luciferiani eliciunt rescriptum a Theodosio. 580.e Schismatici reuocati ab exilio. 274.c. eorum nomina edicto comprehensa. 275.c Schismatici ad tempus quiuere. ibid. iterum tumultuantes iterum pulsi. ibid. Schismatici Roma puniti. 310.e Schismatici Damaso constant inuidiam. ibid. Schismatici i Viscini sectatores iterum insurgunt. 422.e. comprimuntur rursus a Gratiano. ibid. poena in eos irrogata. 423.d Schola Carthaginenses extra omnem modicam disciplinam. 273.c Schola Roma ad modestiam restituta. 272.c Scholares Roma lege Valentini ad modestiam restituti. ibidem. Scientias esse Gentilium tantum dicebat Iulianus. 108.d.e Scommata in Iulianum. 93.a Scripta in laudem Iuliani diuino iudicio perierunt. 146.b Scriptura diuina profunditatem sensit Augustinus. 648.e Scythica Ecclesia persecutionem passa a Valente. 307.d Scythia Theodosio cedunt. 425.a.b Scythia metropolis Tomis. 307.d Scythopolitani gentiles insaniam in Christianos. 65.e Sebastien fecerunt in Christianos sub Iuliano. 63.a Sebastianus Valenti Imp. dux strenuus. 390.b Secundianus Episcopus Arianus extra ecclesiam pulsus. 447.d. eiusdem casillationes & condemnatio. 450.a Secundianus & Palladius Ariani Episcopi agunt apud Gratianum de cogendo Concilio Aquileie. 422.a Secundus pater Ioannis Chrysostomi. 58.b Sedium Patriarchalium prerogatiua ex Concilio Romano. 462.e Semariani agunt contra Eudoxianos, & Acacianos. 94.b Semariani pugnaturi aduersus Arianos Concilium agunt Lampfaci, & aliis in locis. 174.c Semarianorum haeresis damnatur. 77.e. 430.b.e Senarconsulium habitum a Theodosio de abroganda idololatria. 639.d Senatores Gentiles propensores in Maximum. 482.d.e Senatores Gentiles Roma magis intenti. 264.b. 275.c. data de his questio. 275.d Senatorum nomine facta petitio de sacris deorum, licet Gentiles tantum id petierint. 494.d Sempudius monachus qua mittat ad Theodosium arma, ut vincat. 569.a Sepeliri apud martyres Christiani optabant. 485.a Sepulchra Christianorum apud sanctos martyres. 483.e Sepulchrum Elisei Prophetae vbi. 61.d Sepulchra Ioannis Baptistae & Elisei miraculis clara. ibid. Sepulchra illibata seruari voluit Iulianus. 122.e Sepulchra Gentilium & loca diis Manibus dicata Christiani soliti demoliri. ibid. Sepulchra a Donatistis violata. 105.d Sepulchra martyrum a Gentilibus reuulsa. 63.a Sepultura Cartholicorum a Donatistis prohibita. 105.d Sepulturam impij curare est graue facinus. 168.b Serapius laudatus a Iuliano. 71.b Serapis vnde dicitur. 611.e. Ioseph creditur. ibid.d.e Serapidis effigies. 72.d. ei maxime addictus fuit Iulianus. ibid.b Serapidis templum a Theodosio deuici insum. 607.b. 608 Serapidis templi demolitio ante predicta. 607.d Serapidis templum quale. 610.b. 611. ornatus eius. 611.a que in eo imposturae erant. ibid.

Socrate s

I N D E X.

Socrate confutatur de Gothis Arianis. 265.d. 266 Socrate commentum de lege Valentini concedente posse duci duas vxores confutatur. 271.c Socrate error in tempore obitus Athanasij. 332.a.b Socrates & Sozomenus reselluntur in narratione Actorum Synodi Constantinopolitanae. 428.a Socrate error de tempore creationis Nestarij. ibid. Socrate error de diuisione diaecesos, & institutione sedium Patriarchalium & metropolitanarum. 345.e Socrate & Sozomeni error in narratione contumeliarum Ambrosio a Iustina illatarum. 486.c Socrate error circa res Ambrosij. 552.e Socrate commentum de Nouatianis Roma agentibus exploditur. 600.a Socrate error de lege Theodosij omnes haereticos damnantis. 643.c Socrate errores de vitibus Nouatianorum. 644.d Sodomiticum scelus inualuit post haesim Iouiniani. 636.a Solis prodigiosa defectio. 671.b Sophronius auarissimus clericorum. 269.e Sophronius Macedonianus. 94.b Sophronius Praefectus vrbis Constantinopolis. 211.b Sortilegijs vacare vitium. 463.c Sozomeni historici maiores. 62.c Sozomeni error in historia reditu Athanasij. 74.e Sozomeni error in tempore Concilij Lampfaceni, & Procopij tyrannidis. 171.c. 174.b Sozomeni error de Concilio Lampfaceno. 174.b. 175.c Sozomeni error circa tempus terrae motus maximi sub Valentiano facti. 185.d. 186.d Sozomeni error in reditu Basilij ab eremo. 193.c Sozomenus corrigitur de balneis Anastasiani. 194.c Sozomenus erroris arguitur de Eustathio Episcopo Antiocheno. 244.c Sozomeni error in tempore profectiois Valentis Casarem. 246.e Sozomeni errores in rebus gestis ab Athanarico. 266.a. 267 Sozomenus confutatur de Gothis Arianis. 265.d Sozomenus erroris arguitur de tempore cladis Thessalonicensis. 619.a Sozomeni lapsus de creationis Nestarij tempore. 428.a Sozomeni error de usu vocis Alleluia. 500.c Sozomeni error de tempore Antiochenorum sceleris in statuam. 554.b Spectaculum lugubre Antiochenorum. 557.e. 558 Spelunca apud Antiochiam, in qua sanctus Paulus habitasse dicitur. 258.a Spiritus sancti diuinitas asserta in Conc. Alexandrino. 77.e Spiritus sancti diuinitas cognita & predicata in Conc. Constantinopolitano. 429.d Spiritus sancti vna eademq. cum Patre & Filio substantia declaratur. ibid. Statua Theodosij ab Alexandrinis quomodo efficta. 569.c Statua affabrefacta a Theodosio seruata. 599.c Statua Imperatoris Theodosij & Placilla ab Antiochenis deuicta. 554.b Statuas quibus dicere fas esset apud Romanos. 472.e Stephanus Episcopus Germanicia ordinatus a Meletio. 399.d S. Stephani imago in velo diuinitus ostensa. 669.d Stephanus hereticus a Iuliano restitutus. 102.a Stilico Comes cremavit libros Sibyllinos. 601.c Stridon patria sancti Hieronymi subuersa a Gothis. 392.e Striga maga femina. 463.c.d Studijs liberalibus legem posuit Valentianus. 272.e Studijs quietius quam alibi, Roma opera dabatur. ibid. Subscriptio Episcoporum Concilij Constantinopolitani inuersa. 433.b Substantia quomodo accepta a Graecis & Latinis diuerso modo. 78.a. & seq. Substantia in quo differat a substantia. 78.b. & seq. Substantia & substantia vocum causa dissensionis inter Orientales & Occidentales. 320.d Suedorum Ecclesiae legatio ad Epiphanium. 366.a Suffragia prodesse defunctis. 385.e. 647.a Sulpitij Seneri error in tempore obitus Hilarij. 221.a Sulpitius Senerus abdicat se a saeculo. 719.a Superstitionem Kalendarum Ianuarij Ambrosius abrogat. 379.e Susanna martyr in Gallia cum sociis. 99.e Syagrii & Antonij Consulatus. 457.b Syda Synodu aduersus Massalianos. 491.e Symbolum Constantinopolitanum editum. 429.c. scriptum a Gregorio Nysseno. ibid. Symbolum Constantinopolitanum quando inter sacrorum solemnium a Latinis cani ceperunt. 430.a Symbolum competentibus quando daretur. 540.e Symmachii Praefectura, & studium erga idololatriam. 187.b Symmachii Consularis domus incensa in Vrbe. ibid. Symmachus inflectit Valentianum ad praestanda quae vult pro deorum cultu. 312.d. 313.a Symmachus statua dicata. 380.a Symmachii auctoritas apud Imperatores. ibid.c Symmachus homo dexterrimus patronus superstitionis Gentilitiae. ibid. Symmachii epistola de statua a Veslali erigenda Praetextato. 472.e Symmachii relatio ad Valentianum pro deorum sacris. 492.d. restitit & confutauit eum Ambrosius. 493.c. quando contigit. ibid.a Symmachii studium pro restituendo deorum cultu. ibid. Symmachus apud Imperatores agit pro deorum cultu. ibid.e Symmachus de defensionem suscipit pro dijs Gentilium, occasione famis ingruentis. ibid.e. quando contigit. 492.d Symmachii postulata. 493.e. contra ea acriter agit Ambrosius. ibid.a.b Symmachus victus ab Ambrosio. 495.a Symmachus accusatus apud Imperatores de Christianis in carcerem detrusis. 495.e. purgatus esse. 496.a Symmachii epistola de Primigenia Veslalis facinore. 495.b Symmachii epistola pro sui excusatione. 496.a Symmachus inseruienti tempori, inconstantia redarguitur. 600.b. laudat Theodosium, qui laudauerat Maximum. ibid. Symmachus agens rursus pro ara Victoria, iussu exulare. ibidem. Symmachus reconciliatus Theodosio adeptus est consulatum. 639.a Symmachus etiam laudator Theodosij. 732.a Synagoga Iudeorum incensa non reparanda a Christianis. 578.d. 579.a. quid de his similibus Greg. Papa. 579.d Synagoga Iudeorum ne hospitia ferent militum. 187.d Synodus Adrumetina. 697.d Synodus Alexandrina sub Athanasio. 75.a. & seq. eiusdem auctor creditur Liberius Papa. 83.d Synodus Alexandrina a Romano Pont. confirmata. 85.a Synodus Alexandrina sub Iouiano Imp. 161.d.e Synodus Antiochena sub Iouiano. 163.e. & seq. Synodus Antiochena post obitum Valentis. 393.d Synodus Aquileiensis. 447.d. & seq. Synodi Aquileiensis epistola ad Imperatores. 450.b. eorum qui ei interfuerunt nomina. 447.e. eiusdem Acta. 448.d Synodus Ariminensis. 178.c. 223.c Synodus Arianorum in Galatia. 240.a Synodus Armeniae interfuit Basilius. 283.e Synodus Bagaiensis Donatistarum. 697.d Synodus Burdegalensis contra Priscillianum. 511.d Synodus CaesarAugustana quando celebrata. 453.b Synodi CaesarAugustana Acta suo tempore restituntur & emendantur. ibid.c

E 3 S ynodus

I N D E X.

Synodus Capuana. 605.a.d
Synodus Cauernensis Donatistarum. 698.b
Synodus Constantinopolitana Oecumenica. 426.c
Synodus Constantinopolitana collecta opera vel assensu Damasi. 427.a
Synodus Constantinopolitana ex Damasi epistola doctrinam elicit de Spiritu sancto. 429.b
Synodus Constantinopolitana Symbolum. 429.e
Synodus Constantinopolitana canonones quos receperit Ecclesia Romana. 430.e
Synodus Constantinopolitana canonones de primatu eius Ecclesie. 431.d
Synodus Constantinopolitana subscriptionum censura. 433.b
Synodus Constantinopolitana locus cur vocatus Concordia. 439.e
Synodus Constantinopolitana posterior. 458.b
Synodus Constantinopolitana ad Romanam epistola. 459.e
Synodus Constantinopolitana a Theodosio conuocata. 487.d
Synodus Constantinopolitana quarta. 696.d
Synodus ab hereticis habitata tempore Basilij. 174.c
Synodus Hipponensis. 682.b
Synodus Ilyricana sub Valentiniano Imperatore. 179.e
Synodus Lampfacena quando celebrata. 171.b.174.a.176.a
Synodus Lampfacena res gesta. 175.a
Synodus Laodicena quando celebrata. 735.736.
Synodus Mediolanensis. 630.c. ex ea Synodica ad Siricum Papam.
Synodus Romana contra Auxentium. 222.d
Synodus Romana contra Ursacium & Valentem. 224.a
Synodus Romana contra Apollinarem. 349.a
Synodus Romana sub Damaso in causa Flauiani. 451.e
Synodus Romanorum qui interfuerunt nomina. 457.e
Synodus Romana sub Siricio. 517.a
Synodus in Sicilia congregata. 179.b
Synodus Syra contra Massilianos. 491.e
Synodus Tyansenis in Cappadocia. 182.d
Synodus Tyansenis obedit litteris Liberij Papae. 179.a
Synodus Treuerensis sub Maximo de causa Ithacij. 513.d.
Synodus Valentina in Gallia. 365.e
Synodus absque assensu Romani Pontificis non licere congregari. 427.433.b
Synodus confirmatio petitur ab Imperat. qua occasione. 432.d.
Synodalis epistola Synodi Alexandrinae. 80.a
Synodalis epistola ex Concilio Antiocheno ad Iouianum Imperatorem. 164.a
Synodalis epistola ad Imperatores data ex Concilio Aquileiesi. 450.b
Synodalis epistola ex Concilio Cauernensi. 698.c
Synodalis epistola Episcoporum Ilyricorum. 180.a
Synodalis epistola ex Concilio Romano contra Auxentium. 223.a
Synodalis epistola ad Damasum. 459.e
Syri Gentiles quid in Christianos. 62.e
Syria celeberrimos monachi sub Valente. 259.a
Syrj. quid gesserit Ambrosius contra Arianorum conatus. 421.c.448.a
Syrj Episcopus ordinatur Anemnius. ibid.
Syrjensis presbyter mortem maluit sustinere, quam prodere apud se latitantem. 348.d
Syrjimus Nouatianus quid suadet Neclario. 488.d

T.
Tarsali barbari. 475.e
Tarsus ciuitas infamata sepultura Iuliani. 141.d
Tarsense Concilium ab Arianis impeditum. 195.d
Tarsenses sic dicti Semiariani. 329.a
Taurus Consul quid sub Iuliano. 5.a
Taurus quid in numismate Iuliani. 39.e
Tauricremus dictus Iulianus. ibid.c
Templum Apollinis Daphniti. 41.a. quando incensum. 42.d.43.44.45.49.d
Templi Canopi demolitio. 602.e
Templum Daphniticum cur ex parte tantum exustum. 50.d
Templum Daphnes incensum iugit Iulianus. 51.c
item Libanius. 51.d.53.b
Templum deorum Matris. 36.e
Templum Hierosolymitanum Iulianus curas restituere. 118.a.119. prodigia tunc ostensa. 119.c. & seq.
Templi Hierosolymitani fundamenta reuulsa. 122.a
Templum Iouis Casij in Arabia. 41.a
Templum Iouis Apamense deiectum. 616.a. demon impedit templi ruinam. ibid.b
Templum Iouis Capitolini spoliatum. 601.b
Templum Serapidis iustum a Theodosio deieci. 607.b
Templum Serapidis quale. 610.b
Templum Trasanti Antiochia a Iouiano crematur. 167.a
Templa idolorum a Iuliano restituta. 8.a
Templa deorum a Ioanne Chrysofomo expurgata. 534.e
Templa idolorum spoliata per Iouinum & Gaudetium. 600.b
Templa idolorum a Iouiano Imp. clausa. 166.d
Templorum idolorum in Occidente ruina. 617.a
Templis deorum apposita custodia Christianorum, ne steruerentur. 187.a. prohibita ab Imperatore. ibid.
Terentius Dux exercitus Valentis. 235.a
Terentius Dux Catholicus fauet Catholicis. 242.b
Terentij Ducis pietas. 313.e
Terentius Dux laudatus a S. Basilio. ibid. a Valente spretus, eiusq. libellus scissus. 314.e
Terentianus Praefectus Tribunus Praetorianorum persecutor sub Iuliano. 98.a. credit in Christum. ibid.b
Terentianus Praefectus Aet. SS. Ioannis & Pauli martyrum scripsit. ibid.c
Terramotus & alia prodigia obitu Theodosij. 695.a
Terramotus ingens excutit fundamenta templi Hierosolymitani. 121.e
Terramotus immensis sub Valentiniano & Valente cum maris excrescentia. 185.d. quid mali portenderint. 186.e
Terramotus ingentes in Oriente. 209.c
Terramotus Nicomedia factus. 116.b
Terramotus, quo Nicæa collapsa est sub Valente. 209.c
& alter, qui Germa partes multas conturbauit. ibid.
Terramotus Nicæa, Orientalis Ecclesia tumultus indicia. ibid.d
Tetradij clarissimi viri conuersio. 719.d
T.H.D. littera nominis successoris Valentis. 262.a
Theatrum Hierosolymis ad necem Fidelium parat Iulianus. 122.c
Thecla dicta S. Marina. 233.a
Thecla sancta memoria Seleucia celeberrima. 29.a.331.c
Themistius philosophus Praefectus Vrbi creatus a Iuliano. 9.d
Themistius deridet hereticos fidem pro tempore mutante. 164.e
Themistij Philosophi ad Iouianum oratio. 167.b
Themistius philosophus admonet Valentem seruare clementiam. 171.e
Themistius ex diuina Scriptura illud usurpat, Cor Regis in manu Dei. 172.a
Themistij

I N D E X.

Themistij alia ad Valentem admonitio. 188.b
Themistius philosophus insanientem in Orthodoxos Valentem oratione cohibere conatus. 259.d. 368.e
Themistius philosophus procul a magicis praestigis. 263.b
Themistius amicus Gregorij Nazianzeni. 369.b
Themistius tum Platonius, tum Peripateticus. ibid.
carus fuit Theodosio Imp. ibid.e
Themistius non solum philosophia celebris, sed potentia apud Imperatores clarus. 369.b
Themistius laudator clementiae Theodosij. 370.a. 425.b. 565.c
Themistio philosopho commendat filios Theodosius. 685.c
Themistius quantum laudauerit Theodosium. 731.e
Theoreticus apostata qua cogitur iussit pati. 49.a
Theodolus martyr in Phrygia. 37.a
Theodoretus male cepit, sed bene consummauit. 395.a.
quid in odium Paulini egerit. ibid.b.
quid in epistola Damasi ad Paulinum. ibid.c
Theodoretus in narratione mortis Felicis Comitris sacrarum largitionum corrigitur. 48.e
Theodoretus fallitur in tempore reditus Meletij. 88.b
Theodoretus erroris arguitur de mora Valentis Constantinopolim. 388.e
Theodoretus erroris arguitur in his qua pro Meletio contra Paulinum scribit. 394.a.
Theodoretus in historia Meletij & Paulini suspecta fides. 395.a.399.d.462.d
Theodoretus Elariani in schismate sectator. 395.b
Theodoretus in epistola Damasi mutat nomen Paulini. ibid.c. 462.e
Theodoretus in creatione Theodosij error. 405.e
Theodoretus consilium de litteris Damasi ad Paulinum. 462.c
Theodoretus refellitur in narratione Actorum Synodi Romanae. ibid.b
Theodoretus corrigitur in narratione Actorum Amphiloichij. 490.a. item in Massilianorum de Syria electione. 491.d
Theodoretus error in his qua sunt temporis. 88.b.490.a. 491.d
Theodoretus error de tempore Antiochenorum sceleris in statuas. 554.b
Theodoretus errore labitur in rebus Paulini & Euagrii. 604.a.c
Theodoretus, & Theodosius in crimen adducti. 262.d
Theodorus legatus martyr vna cum sociis. 242.d
Theodorus fratres Imperatoris in suspicionem adducti, luit capite panam. 262.a
Theodorus Mopsuestenus interfuit quarto Concilio Constantinopolitano. 697.c
Theodorus Mopsuestenus lapsus in haesum. 478.d.
reuoatur Chrysofomi opera. ibid.
relapsus d. terrior factus. ibid.
Theodori martyris per visum admonitio vt Christiani frumentum coctum ederent. 24.d
Theodori martyris die annuifaria Constantinopoli frumentum coctum pauperibus erogatur. 24.e
Theodori Siculi canus. 262.e
Theodori supplicium sub Valente. ibid.b.
Theodori omnes conquiruntur a Valente. ibid.d
item Theodosij & simili nomine necantur. ibid.c
Theodorus martyr Antiochenus. 36.c
Theodori alterius Antiocheni martyris nobile certamen. 46.c.
cum torqueretur penas non sensit. 46.c.47.d
Theodosius monachus in Syria Hieronymi promotor in eremum. 325.e
Theodosius Senior in Africa ingratis occiditur. 461.e
Theodosius Senior, antequam necaretur, baptizari voluit. ibidem.
Theodosius parens cur occisus, & filius Theodosius in discrimen adductus. ibid.

Theodosij filij spectata virtus in rebus bellicis. 362.a
Theodosius minor ad Orientem subleuandum a Gratiano deligitur. ibid.
Theodosius Imp. fauet Gregorio Eliberino. 310.b.
eiusdem ad eum & collegas epistola. ibid.c
Theodosio sagato, barbari Pannonias inuadunt. 366.d
Theodosius Imperator eligitur. 405.c
Theodosij patris, & parentes, nominis significatio. ibid.
Theodosius Imperatoriam purpuram non quaesuit. ibid.d
Theodosius debellat Gothos. ibid.e
Theodosio ostensa visio. 406.e
Theodosius erexit Romanum Imperium prostratum. ibid.b
Theodosius Imp. baptizatus ab Acholio. 394.e.415.b
Theodosij erga religionem Catholicam merita. ibid.d
Theodosius legem aduersus hereticos post baptismum sumxit. ibidem.
Theodosij lex de feriis Quadragesima. 416.a
Theodosius Maximum refellit. ibid.
Theodosius venit Constantinopolim. 418.c.
hereticos ab ecclesijs pellit. ibid.d
Theodosius quid praecipit Demophilo Episcopo Ariano. ibid.
Theodosio in puniendis Arianis visus est paulo figidiolus. ibid.e
Theodosij lenitas in crimen adducta. ibid.
Theodosij res gesta Constantinopoli cum Gregorio. 419.b
Theodosius Constantinopolim ingressus, quibus verbis Gregorium silauit. ibid.c
Theodosius occupat templum, & introducti Gregorium. ibid.
Theodosius vocat Episcopos qui collocent Gregorium in throno iussione Damasi Papae. 420.d
Theodosij aduersus hereticos lex. 424.b.445.b.447.b.
& aduersus apostatas. 530.e
Theodosij clementia in sepeliendo Athanarico Rege Gothorum. 425.a
Theodosij clementia ab Ethnicis etiam predicata. ibid.a.b
Theodosij felicitas. 426.a. quot barbari se ei subiecerint. ibidem.
Theodosius priuilegium imperit clericis. ibid.b
Theodosij litteris vocati Episcopi ad Synodum Constantinopolitanam. 427.d
Theodosius erga Gregor. Nazianzenum propensior. 440.b
Theodosius elegit Neclarium Episcopum. 444.b
Theodosij edictum de fide Catholica, quo dignosci possent heretici a Catholicis. 445.b. id ipsum decretum ex Synodi arbitrio a Theodosio scriptum & promulgatum. ibid.d
Theodosius reuocandas curat reliquias Pauli Episcopi Constantinopolitani. 446.e
Theodosius reuocant Paganos testari. 447.c
Theodosius exagitat hereticos. 447.b.530.e
Theodosij edictum aduersus idolorum cultores. 456.e
Theodosij lex de basilicis Gentilibus restituendis. 479.a
Theodosius Gentilibus ademittit templis, non basilicis. ibid.
Theodosij aduersus Marichaeos edictum. ibid.b
Theodosij lex aduersus validos mendicantes. ibid.c
Theodosij cura propensior in institendis filiis. 487.a
Theodosius noluit Arsenium stantem docere Arcadium filium. ibid.b
Theodosius probat fidem Consubstantialis. 489.a.
an vere fauerit Nouatianis. ibid.b
Theodosius ab Amphiloichio factis admonitus. ibid.b
Theodosius sanctum alias leges post tertiam Synodum Constantinopolitanam. 490.c.d
Theodosij lex alia contra hereticos. 502.e
Theodosij rescriptum aduersus Iudeos. 504.c
Theodosius ex Placilla suscepit Honorium filium. ibid.
Theodosij lex de foro Ecclesiastico illibato seruando. 513.d
Theodosij leges aduersus idololatrias & fiducias. 516.b
Theodosij lex de relaxandis vinculis tempore Paschatur. ibid.c

I N D E X.

Theodosij cum Maximo foedus.	517.a	Theodosij legis de diaconibus faciendae causa.	ibid.d
Theodosij lex de non distrabendis reliquiis martyrum.	531.a	Theodosij lex Ecclesiastica libertati aduersaria, ne quid clericis relinqui possit.	ibid.e. idem monitus ab Ambrosio, abrogat eam legem.
Theodosius Theffalonicam venit ad Valentianum.	551.b	Theodosij lege veterum matrimonium consobrinorum.	637.e
Theodosius consilium capit de puniendo Maximo.	ibid.	Theodosius voluit Ethnicos quoque esse participes magistratum.	639.b
Theodosius Gallam uxorem accepit.	ibid.	Theodosius discessurus ab Occidente, legibus prohibuit Gentilium prociatam.	ibid.c
Theodosij pietas in suscipiendo Valentiano.	ibid.c	Theodosij lex, qua penitus abstulit idololatriam.	ibid.
Theodosius quid ad Flavianum Legatum de Antiochenis.	561.b	item alia addita eiusdem argumenti.	ibid.e
Theodosij clementia erga Antiochenos.	564.d	Theodosij lex aduersus apostatas.	640.a
Theodosius celeriter vult nunciari indulgentiam concessam Antiochenis.	ibid.e	Theodosij reditus Constantinopolim.	ibid.d
Theodosij clementia predicata a Themistio.	565.c	Theodosius transfert caput Iohannis Baptista in Septimum.	ibid.e
Theodosius vult Olympiadem virginem, vt nubat.	566.b	Theodosius rursus expellit hereticos.	643.c
Theodosij expeditio aduersus Maximum.	568.a	Theodosij luctus de obitu Valentianiani.	655.c
Theodosius consulit Iohannem monachum de belli exitu.	ibid.b	Theodosius pergit impugnare idololatriam, eius rescriptum aduersus deorum cultum.	660.b
Theodosius Legatos mittit ad Aegypti monachos pro bello venturo.	ibid.a	Theodosius prohibendo sacrificia, cum Eugenius illa concedit, conciliat sibi Deum.	ibid.a
Theodosius qua accepit a Senuphio arma.	569.a	Theodosius nouis edictis hereticos exigit.	ibid.e
Theodosij statuta ab Alexandrino quomodo efficta.	ibid.c	multam decem librarum in eosdem indicit.	ibid.
Theodosius vincit Maximum.	570.c	Theodosij lex de feriendis quindecim diebus Paschalibus.	661.b
Theodosius quant a in bello aduersus Maximum a Deo sit affectus benefici.	571.a	Theodosij lex de debitoribus confugientibus ad ecclesias.	ibidem.
Theodosij clementia erga Maximi cognatos & alios bello victos.	ibid.d	Theodosius ab bellam venturam aduersus Eugenium, legatos precum mittit ad sanctos.	683.b. quam pius eius bellicus apparatus.
Theodosius recuperatum Imperium Occidentale restituit Valentiano.	ibid.e	Theodosius tempore apparatus bellici aduersus Eugenium tributa relaxat.	684.a
Theodosij mora in Italia post victum Maximum.	572.b	Theodosius illata in se maledicta publica lege dimittere profertur.	584.e. mira eius prudentia in is sancitendis.
Theodosius lege irritat qua a Maximo facta essent.	ibid.c	Theodosij clementia predicata.	ibid.
Theodosius nesciens rescribit pro schismaticis Luciferianis.	581.a	Theodosij bellum aduersus Eugenium.	567, 568, 569, 687.a
Theodosij nomine curatum sngitur Martyrologium.	583	Theodosij exercitus signum Crucis.	687.d
Theodosius pugnaturus in Maximum, ante expugnat hereticos.	569.d.e. 570.a	Theodosius in proximo scribit aduersus hereticos.	688.b
Theodosij aduentus in Urbem & triumphus.	598.d.	Theodosij consiliu cum Eugenio.	689, 690
Theodosius lege irritat qua a Maximo facta essent.	ibid.c	Theodosius in discrimen adductus preces ad Deum fundit.	689.d
Theodosius quant a boni in Urbem cum religione intulit.	ibidem e. 599.a.c	Theodosio offensa viso.	690. a. sancti Apostoli Ioannes & Philippus ei praesto sunt.
Theodosius quid Vrbi.	ibid. & seq.	Theodosius superat hostes Euangelio & Cruce.	ibid.d.e
Theodosius seruatas voluit statuas fabre factas.	ibid.c	Theodosius miraculo diuino vincit.	691.d
Theodosius per Iouannem & Gaudentium spoliat templa idololorum.	600.b	Theodosius indulget hostibus.	693.c.d
Theodosij infusu fracta idola.	ibid.e. 601.a	Theodosij obitus praeannunciatus.	694.c
Theodosius expugnat loca sceleratorum.	602.a	Theodosius expiatur a caede belli.	ibid.
Theodosius quid in maleficos.	603.a	Theodosius ante obitum multa proficua opera fecit.	729.a
Theodosius recedens ab vrbe venit Mediolanum.	607.a	Theodosius moriturus coram senatu habuit oratione de Christi fide sectanda.	728.d. destructor idololorum.
Theodosius quid statuit de Quadragesima tempore.	ibid.	Theodosius commendauit filios Scythion.	729.c
Theodosius quid aduersus hereticos.	ibid.	Theodosij obitus.	728.b. aetas eius, anni Imperij.
Theodosius demoliri iubet Serapidis templum.	ibid. b. 608	Theodosij corpus transfertur Constantinopolim.	ibid.
Theodosius donat pauperibus qua sunt e templis ablata.	615.a	Theodosij cum Traiano comparatio.	731.a. longe Traianus melior ipse.
Theodosius Mediolani cum esset, ab Ambrosio prohibetur ingressi ecclesie.	618. e. & seq.	Theodosius laudatus ab Ambrosio pro conctione.	729.e
Theodosius indulget Theffalonicensibus rogatus ab Episcopis.	619.e. remouetur a sententia a Rufino & aliis.	Theodosius specimen optimi Principis.	730.a
Theodosij natura ad iram facilius, sed cuius placabilis, & ad maiora praestanda proclius.	620.e	Theodosius defenditur a calumnia Zosimi.	551.b. 730.b. 731.
Theodosius beneficus in eos quos obiurgabat.	ibid.	Theodosij defensionem Paulinus scripsit.	732.b
Theodosius scriptis admonetur ab Ambrosio.	621.e. 622	Theodorus Episcopus Laodicea Syriae.	734.d
Theodosij penitentia.	623. c. excommunicatus luget.	Theodorus Episcopus Nicopolis in Armenia submissus Basilio ob receptum Eustathium.	284.b. recusat communicare cum Basilio.
Theodosij cum Ambrosio congressus, & publica penitentia.	625.a	Theodorus Episcopus Nicopolitamus resiliit persecutoribus Valentis.	ibid. d
Theodosius legem sancituit de executione sententiarum damnatorum.	ibid. d	Theodorus Episcopus Hierapolis ordinatus ab Eufebio Samo-	297.c
Theodosius reconciliatur Ecclesie.	626.b	sateno.	297.c
Theodosius maiorem laudem consecutus ex humilitate, quam ex triumpho gloria.	627. & seq.	Theone ecclesia Alexandria inuasa a Gentilibus opera Lucij Ariani.	335.a
Theodosij lex aduersus monachos hereticos.	631.e	Theophilus Alexandrinus ab anno obitus Petri cepit deducere Paschales Cyclos.	421.b
Theodosij lex aduersus Sodomiticum scelus.	636.a	Theophilus creatur Episcopus Alexandrinus.	513.d

Theone

I N D E X.

Theone ecclesia Alexandria inuasa a Gentilibus opera Lucij Ariani.	335.a	Traianus dux sub Valente studiosus monachorum.	259.b
Theophilus Alexandrinus ab anno obitus Petri cepit deducere Paschales Cyclos.	421.b	Traianus dux pius quid in Valente de barbaris.	389.b
Theophilus creatur Episcopus Alexandrinus.	513.d	Traianus in pugna cum Valente occumbit.	390.a
Theophilus Alexandrinus legat Isidorum cum litteris ambiguis.	572.d	Transactio inter Episcopos Catholicos, & Episcopos lapsos sed penitentes.	77.a
Theophilo Alexandrino delegata causa Flauiani.	605.a	Transactio inter Meletium & Paulinum.	328.b. 394.a
Theophilus Alexandrinus demolendum curat templum Serapidis.	608.a.b	Transfereutes se ad alias ecclesias excommunicat Damafus.	352.b
Theophilus Alexandrinus collocat reliquias S. Ioannis Baptista super Serapium.	613.e	Translatio reliquiarum Babyle martyrii solemnem pompam.	46.a.e
Theophilus redarguit Iohannem ob errores Origenis.	672.c	Translatio corporis Pauli Episcopi Constantinopolim.	446.e
Theophilus cur tardius aduersus Origenistas insurrexit.	ibid. e	Translatio corporis Meletij Antiochiam.	434.b
Theophilus littera ad Siricum Papam de Ioanne Episcopo Hierosolymitano.	675.a	Translatio capitis Ioannis Baptistae.	640.d.
Theophilus laborat pro pace Ecclesie Palaestinae.	676.a	diuersa de ea re historia.	641.a. 642
Theophilus lenite curare studet vulnus.	681.e.	Treuerensis Synodus in causa Ithacij sub Maximo.	513.d.
admonet interea ipse Hieronymum.	682.a.	Treuerensis Concilij Episcopi insensi Ithacio ei communicant.	523.d
reconciliat Rufino Hieronymum.	ibid.b	Treuerensis Concilij Episcopi aduentu sancti Martini animo consternantur.	ibid.
Theophilus Castabolorum Episcopus legatus cum sociis ad Liberium Papam.	176.d. 177.c.e	Tribulationis vtilitas.	260.a
Theophilus Gothorum Episcopus.	266.d	Tribunal Romanae Ecclesie supremum.	423.e
Theosebia vxor Gregorij Nyctini.	233.c	Tribunal Ecclesiasticum illibatum vult Theodosius.	513.e
Theosebiam laudat Gregorius Nazianzenus.	ibid.	Tributa a Iuliano Christianis indicta.	107.b
Theosebia Paulini coniux profertur vitam monasticam.	123.b.	Tributa relaxat Theodosius belli tempore.	683.e.
eadem ab Aufonio cur Tanaiquil dicta.	714.d	bona damnatorum restitui iussit.	684.b
Theffalonicensis clades quando accidit.	619.a. & seq.	Tributa vexati monachi a Valente.	370.a
Episcopi impetrant indulgentiam a Theodosio Theffalonicensibus.	619.e. quot in ea occisi.	Tributum haud pendendum ab ecclesiis & clericis.	538.d
Theffalonicenses Episcopi qui hoc tempore vixerent.	395.d	Turbo Episcopus Eleutheropolitanus Athanasus.	88.d
Theffalonicensi Ecclesia quis praesert tempore Constantinopolitani Concilij.	ibid. 396.a	Tyanensis Synodus parit litteris Liberij Papae.	179.a. 181.a.
Thoma Bozij de Signis Ecclesie nobilit commentarius.	139.c	Synodica inde ad omnes Ecclesias.	ibid. b
Thoraces Serapidis e domorum parietibus abrafi.	614.a.	Tyrannus sacerdos Saturni Alexandriae.	602.b.
pro his Crucis signum depictum.	ibid.	eius sceleris.	ibid.
Thracas martyres.	37.e	Tyranni in Africa Firmus & Gildo fratres.	361.d
Thurificatione studet decipere milites Christianos Iulianus.	20.e	Tyrannidis affectata rei.	262.b
Tiberianus Priscillianista damnatus.	512.c. 513.b		
Tiberina regio Ponti.	33.d		
Tiberina laudatio & vituperatio.	ibid.c		
Ticonius Donatista confutat Parmenianum.	213.c		
Ticonij sententia de Ecclesia Catholica.	ibid.d		
Ticonij scripta.	214.a.		
Ticonij regula scripta.	ibid.c		
Ticonius quando vixerit.	ibid.d		
Timotheus cum Apollinari damnatus Roma.	351.b		
Timotheus ordinatus Episcopus Alexandrinus post Petrum.	410.e		
Timotheus quid de Ammone monacho praecedente sibi auriculam.	ibid.e		
Titus Episcopus Bostrensis quas calumnias a Iuliano Imp. passus.	65.e.		
interfuit Concilio Antiocheno.	164.c		
Tomis in Scythia caput.	307.d		
Tomis in Scythia a Valente persecutionem passa.	ibid.e		
Tonsy Constantij pradiues.	6.b		
Tonsures & coqui & similes artifices a Iuliano exacti.	ibid.		
Tonsura clericalis ex numismate expressa.	690.e		
Tormenta diuisissima per Iulianum illata.	24.b		
Torquem aureum gestabant Episcopi Ariani.	450.e		
Toxotius senior, maritus sanctae Paulae.	469.b		
Toxotius iunior, filius sanctae Paulae.	ibid. c		
Traditionibus inherendum.	289.d		
Traiani templum Antiochia incensum a Iuliano.	167.a		

V.

Valentis confessio coram Iuliano.	22.a.
eius exilium.	ibid. d
Valens creatus Imperator a fratre.	169.b
Valens ab exordio Catholicus fuit.	ibid. c
Valens Catholicis sauet tribuens eis magistratus.	ibid.
Valens ad se vocauit Caesarium fratrem Gregorij Nazianzenini.	ibid.
Valentis numismata cum Labari effigie.	170.b.e
Valens in Oriente, Valentinianus in Occidente imperant.	171.a
Valens comitatus fratrem rediit Constantinopolim.	ibid. c
Valens a Themistio admonetur seruare clementiam.	ibid. e
Valens frustra a Themistio admonitus.	188.b
Valentis aduentus Antiochiam quando contigit.	172.b
Valens exagitat amicos Iuliani.	173.a
Valens exagitat magos & idololatrias.	ibid. c
Valens indulget Praetextato vt diu coluntur.	ibid.
Valentis & Valentiniani epistola ad Episcopos Asianos ob sciendam fidem Catholicam.	180.a.
perperam in ea de Pilati innocentia.	181.b
Valens & Valentinianus vetant Christianos templa Gentilium custodire.	187.a
Valens Arianus illeltus a coniuge.	188.e
Valens Imperator baptizatus ab Eudoxio Episcopo.	ibid.
189.a.	
Valens persequitur Catholicos.	189.a
Valentis persecutionis tempus.	ibid.
Valentis quam dira persecutio.	191.e
Valentis Imp. ministri ab exordio sedis Basilij ei aduersantur.	231.b
Valentis cum Gothis pax.	234.d
Valens	



I N D E X.

Valens persecutionem excitat in Orthodoxos. 235.b.  
 promulgat edictum de expellendis Episcopis Catholicis.  
 ibidem.  
 Valens damnans exilio Episcopos Catholicos, cur parit Atha-  
 nasio, Epiphario, atque Paulino. 236.b.e  
 Valens quos voluit Episcopos exulare. 240.c  
 Valens in Constantinopolitana Ecclesie Legatos Catholicos occi-  
 di iubet. 243.d  
 Valentis tempore persecutio acerbior, quam sub Iuliano.  
 245.d  
 Valens venit Cesaream Cappadociae. 246.c.  
 aggreditur expugnare Basilium. ibid.e  
 Valens à Basilio victus. 248.c  
 Valens addit ecclesiam Basilij. ibid.  
 Valens in ecclesia Basilij praestupore deliquit animi passus.  
 ibid.e  
 Valentis Praefectus Modestus egrotans supplex orat Basilium.  
 249.c  
 Valens decernit Basilio exilium. ibid.e  
 Valens non valet scribere exitum Basilij.  
 calami confracti. ibid.  
 Valentis vxor dira patitur per visum. ibid.e  
 Valentis filius egrotans à S. Basilio in meliorem statum de-  
 ducitur. 250.a.c. ab Ariant baptizatus moritur. ibid.  
 Valens ex Cappadocia proficiscitur Antiochiam. 253.c  
 Valens Catholicos persequitur. 254.e  
 Valens quid in Melitum. 255.e  
 Valens Imp. quid in Aphraatem monachum. ibid.d  
 Valentis cucularius contumeliosus in Aphraatem dat poe-  
 nas. 256.a  
 Valentis equus curatus ab Aphraate monacho. ibid.c  
 Valens Themistij oratione cohibitus. 259.d  
 Valens Antiochia habet diram de magis & incantatoribus  
 quaestionem. 261.d. 262  
 Valens ob magorum prognosticum Theodoros & simili nomine  
 homines occidit. 262.b  
 Valentis Edessam aduentus. 305.d  
 Valens quid in Edessanos. ibid.  
 Valentis peregrinatio Ecclesie calamitosa. 307.d  
 Valens persequitur Ecclesiam Syriacam.  
 veritus Scythas persecutionem renocat. ibid.e.  
 victus à Breviamone Episcopo. ibid.  
 Valens scidit libellum Terentij ducis pro Fidelibus oblatum.  
 314.a  
 Valentis persecutio in Ecclesiam Alexandrinam. 323.b  
 Valentis edictum pro Ariant aduersus Catholicos Aegypti.  
 341.a  
 Valentis rescriptum de bibliotheca Constantinopolitana.  
 348.e  
 Valens occidendum curat Theodosium seniore, quare ad ne-  
 cem Theodosium iuniorem. 362.a  
 Valens Antiochia agens aduersus Orthodoxos acrius commo-  
 netur. 368.e. à Themistio admonetur. 369.a  
 Valens oratione Themistij mitigat furor in Catholicos.  
 ibid.a.c  
 Valentis in monachos insolita persecutio. ibid.d  
 Valens monachos militare cogit. ibid. datum ab eo rescrip-  
 tum. ibid.e. quas penas dederit eius culpa. 376.b  
 Valens à monachis tributum exigit. 370.a  
 Valentis Imperium quibus calamitatibus afflictatum. 375.d  
 Valentis impietas barbaros vocavit in vltionem. ibid.  
 Valens causa belli Gothici Antiochiam venit. 377.a  
 Valens Antiochia Constantinopolim proficiscitur. 388.e  
 Valens coactus iubet relaxari exules Episcopos. 477.b.  
 sed non propriis Ecclesiis restituit. 389.e  
 Valens à Constantinopolitans infectatus conuictis. ibid.a.  
 ob id ad bellum proficiscitur. ibid.b  
 Valens quid in Traianum ducem exercitus vera exprobran-  
 tem. ibid.

Valens arguitur ab Isacio monacho. 389.d  
 Valenti ad bellum proficiscenti interitum & exercitus intra-  
 ram praedicit Isacius. ibid.  
 Valens quid in Isacium monachum comminatus. ibid. 390.b  
 Valens invidens Gratiani gloria expectare eum noluit contra  
 Gothos pugnaturus. 390.a  
 Valens recusat pacem à Gothis oblatam. ibid.  
 Valentis pugna cum Gotho. ibid.  
 Valentis interitus dignus scelere. ibid.  
 inscriptio super sepulchrum, & oraculum. ibid.b.d.  
 praesagia Valentis obitus. ibid.b  
 Valens & Ursacius damnati Romae à Damaso. 224.a  
 Valens pseudoepiscopus damnatus in Concilio Aquileiensi.  
 450.b  
 Valentinianus sub Iuliano ab exilio liberatus postliminio redit.  
 160.b  
 Valentinianus Nicaea Bithynia Imperator electus. 168.b.  
 à Sallustio Praefecto creatus. ibid.c  
 Valentinianus quid in Rodanum afficientem iniuria viduam,  
 ibidem.  
 Valentiniani Imperatoris genus, & virtutes. ibid.d.e  
 Valentinianus ex confessore Imperator. ibid.  
 Valentinianus sedat militares tumultus. 169.a  
 Valentinianus allegit collegam Imperij Valentem fratrem. ibi-  
 dem b. defenditur hac eius alio. ibid.c  
 Valentiniani & Valentis rescriptum ad Casarium. 169.d  
 Valentinianus & Valens certant pro Casareo habendo. ibid.  
 Valentiniani & Valentis numismata cum Labano. 170.e  
 Valentinianus & Valens Imperium inter se pariuntur. 171.a  
 Valentinianus proficiscitur in Occidentem. ibid.  
 Valentinianus rebus fidei se immiscere non vult. ibid.b  
 Valentinianus liberum relinquit Episcopis de rebus Ecclesiasti-  
 cis agere. ibid.  
 Valentiniani scire responsum de non immiscendo se rebus Ec-  
 clesiasticis. ibid.  
 Valentinianus & Valens quos Iulianus caros habuit per se-  
 quantur. 173.b  
 Valentinianus & Valens Christianos professores restitunt.  
 ibid.e  
 Valentinianus & Valens idololatriam irrisi.  
 contra sacra nocturna legem ferunt. ibid.  
 Valentiniani & Valentis leges. 186.d. 187. & seq.  
 Valentinianus exordio Imperij fuit quoque pro arbitrio  
 quas vellent sectas sequi. 173.d. 375.a.  
 ob id à Deo punitus. 173.b  
 Valentinianus rescribit pro clericis. 186.e  
 Valentinianus & Valens Christianos vetant templi Genti-  
 lium custodire. 187.a  
 Valentinianus Imperator concedit privilegia virginibus, vi-  
 duis, & pupillis. ibid.c  
 Valentinianus prohibet milites profanare synagogas Iudaeo-  
 rum. ibid.d  
 Valentiniani sanctio de sanctificando die Dominica resurre-  
 ctionis. 198.d  
 Valentinianus licet Catholicus, tamen infamatur tolerantia  
 nimia haereticorum. ibid.a  
 Valentiniani pietas suspecta. ibid. 375.a  
 Valentiniani scititia. 204.c  
 Valentinianus seuerissime punit adulteros. ibid.  
 Valentiniani rescriptam ad Praetextatum de reddend. basili-  
 ca Damaso. 208.c  
 Valentinianus Imperator pellendum iubet ab Vrbe Ursacium  
 cum sociis, scribens ad Praetextatum. ibid.  
 Valentiniani aliud rescriptum ad Praetextatum de indulgen-  
 tia schismaticis concessa. 209.a  
 Valentiniani rescriptum ad Olybrium aduersus schismaticos.  
 216.d  
 Valentiniani rescriptum ad Aginatium Vicarium aduersus  
 schismaticos. ibid.  
 Valen-

I N D E X.

Valentinianus deceptus ab Auxentio. 219.e  
 Valentiniani rescriptum aduersus Chronopium Episcopum  
 appellentem ad Imperatorem. 225.e  
 Valentiniani rescriptum de quaestionibus. 264.e  
 Valentinianus rescripsit ad Damasum, ne clerici aliquid cape-  
 rent ex testamento. 268.e. 269. causa sancienda lo-  
 gu. 269.a  
 Valentiniano calumniose adscribitur lex de duabus vxoribus  
 ducendis. 271.b  
 Valentinianus defenditur à calumnia Socrati de duabus vxo-  
 ribus. ibid.d  
 Valentiniani lex de scholis & discipulis Romae profitentibus.  
 272.e  
 Valentiniani lex de virginibus, viduis, & pupillis. 274.a  
 Valentinianus Imp. reuocat Ursacium ab exilio. ibid.c  
 Valentinianus de maleficio Senatoribus quaestionem haberi  
 voluit. 275.c  
 Valentinianus quid de scenicis rescripsit. 312.a  
 Valentinianus Imperator aruspiciam concessit. ibid.c  
 Valentinianus Gentilium superstitioni sauet. ibid.  
 Valentinianus sinit idola coli. ibid.c.d  
 Valentinianus aram Victoriae concessit Gentilibus. ibid.d  
 Valentinianus privilegium dat sacerdotibus idolorum. 313.a  
 Valentinianus quid lege lata contra Manichaeos. 347.c  
 Valentinianus Imperator occidi mandat presbyterum nolen-  
 tem prodere qui apud eum confugerat. 348.d  
 Valentinianus Donatistas rebaptizantes cohibet. 361.b  
 Valentiniani lex de baptizante non iterando. ibid.  
 Valentiniani oratio de Episcopo eligendo. 362.d  
 Valentinianus latatur Ambrosium electum Episcopum. 363.d  
 Valentinianus cogitur occurrere Martino, sella diuinitus con-  
 flagranse. 367.a  
 Valentiniani Imp. obitus. ibid. c. corpus translatum Con-  
 stantinopolim. 368.b. filij eius & filiae. ibid.  
 Valentinianus iunior Augustus nuncupatur. ibid.  
 Valentiniani iunioris sorores. ibid. eius natalis. 198.a  
 Valentinianus puer à Gratiano allectus in collegam Imperij.  
 ibidem.  
 Valentiniani indulgentia haeretici & Gentiles in Occidente  
 vires sumunt. 374.a  
 Valentinianus Ambrosium ad Maximum legat. 486.a  
 Valentiniani Imp. epistola de electione Siricij. 506.c  
 Valentiniani lex de relaxandis vinculis tempore Paschatis.  
 516.c  
 Valentiniani lex pro Ariant data. 517.c  
 Valentinianus Ambrosium ad disputandum cum Auxentio co-  
 git. 520.e. 521  
 Valentinianus basilicam S. Paulo Apostolo construit. 527.b.  
 huius consilij ratio. ibid.c  
 Valentiniani epistola de construenda basilica Pauli Apostoli.  
 ibidem.  
 Valentiniani Consulatus iij. & Eutropij. 535.b  
 Valentinianus edictum fert de Catholicis ab ecclesiis euicen-  
 dis. ibid.e. persequitur Ecclesiam. 544.d  
 Valentiniani conatus pro basilica Ambrosio auferenda. 535.c.  
 & seq. rei euentus. 541.d.e  
 Valentinianus reprehenditur à Maximo ob iniurias Ambro-  
 sio & Catholicis illatas. 543.d  
 Valentinianus supplex orat Ambrosium, vt opem ferat contra  
 Maximum. 547.c. legat ad eum. ibid.d.  
 quid egerit describitur. 548.a  
 Valentinianus cur Maximum hostem habuerit. 551.a  
 Valentinianus Dominum legat ad Maximum. 550.b.  
 incautus à Maximo opprimitur. ibid.  
 eius auditu aduentu Thessalonica cum matre fugit. 551.a  
 Valentinianus Legatos mittit ad Theodosium de rebus Maxi-  
 mi. ibid.  
 Valentinianus & Iustina fugam arripiunt, vt Maximum vi-  
 tent. ibid.

Valentinianus recuperat Imperium. 571.e  
 Valentiniani haeretici quid in monachos. 577.a  
 Valentinianorum haereticorum sanum incensum à Christianis.  
 576.e  
 Valentinianorum haereses quae. ibid.  
 Valentinianus accessit Ambrosium, vt baptizaretur ab eo.  
 652.e  
 Valentinianus confessor obiit, quod denegasset sacra Gentili-  
 bus. 656.c  
 Valentiniani mores laudari. 654.c. eius probata castitas.  
 ibid.e. scenicam formosam ex Vrbe dimouit. ibid.  
 Valentiniani obitus tempus. 652.d. causa. 653.d.  
 cuius dolo necatus. 615.a. 654.a  
 Valentiniani Imperij tempus. 655.a. aetas eius. ibid.b.  
 corpus delatum Mediolanum. ibid. eius sepulchrum. ibid.e  
 Laudatus ab Ambrosio publica concione. 656.b  
 Valentinianus saluatus per baptismum flaminis. ibid.e  
 Valentinianus Concilium in Gallia. 365.e  
 Valerius Hipponensis Episcopus creat presbyterum Augusti-  
 num. 645.e  
 Valerius primus egit vt presbyteri in Africana ecclesia concio-  
 narentur. 649.a  
 Valerius Episcopus Hipponensis sollicitus ne perderet Augusti-  
 num, cogit eum relinquere sedis Episcopum. 682.e  
 Valerianus Aquileiensis Episcopus in Oriente pollens. 325.a.  
 flores sub ipso Ecclesia Aquileiensis. ibid.  
 Valerianus Episc. Aquileiensis praclarus meritis. 447.a  
 Valerianus Episcopus Aquileius venit Romam ad-Synodum.  
 462.d  
 Varronianus pater Iouiani Imp. 156.a.e  
 Varronianus puer filius Iouiani Consul creatus. 167.b  
 Vasa sacra profanata à Iuliano aunculo Iuliani Apostatae.  
 47.b  
 Vasa sacra in admiratione habita à Gentilibus. 48  
 Vasa sacra fracta pro redemptione captiuorum. 552.c.  
 Vaticana basilica aquas noxias exicat Damasus. 498.d  
 Vaticana basilica fons baptismalis. ibid.  
 & qui in atrio erat. 499.a  
 Vaticani pauperes, qui pro foribus astant basilica. 187.e  
 Vaticinia de interitu Iuliani. 127.c. 138.d. 139.a  
 Vedius Praxetatus. 471.b  
 Velum cum imagine au verè ab Epiphano confectum fuerit.  
 666.e  
 Velorum usus in Ecclesia. 669.b  
 eademque picta erant. ibid.  
 Velum cum imagine sancti Stephani diuinitus ostensum.  
 ibid.d  
 Velum sacrarum virginum. 104.b  
 Vela & palae sublatæ à Donatistis. 105.b  
 Venerandus Episcopus Aruernensis. 719.d  
 Veneris simulacrum in ecclesia Christianorum se collocatu-  
 rum Iulianus minatur. 124.c  
 Veneris templum dirutum à Chrysostomo. 534.d  
 Veneficos Roma morte multat Apronianus. 117.d  
 Veni pugnans pro Theodosio. 689.c. 691.d  
 Venustus Vicarius in Hispania. 117.a  
 Verbi incarnationis mysterium. 81.e  
 Verbi incarnationis recta fides Synodi Alexandrina. ibid.  
 Verbum loco anima in corpore fuisse, haeresis à Damaso dam-  
 nata. 352.b  
 Verbum à Patre productione & contratione seceruenibus  
 anathema irrogatur. ibid.  
 Verbum essentia carere, aut moriturum asserentibus, anathe-  
 ma dictum. ibid.  
 Verbum quo modo humanum corpus suscepit. 350.d  
 Verborum formula, Et qua excurret, quid significet. 212.a  
 Vercellenis Ecclesia viduata a pastore admonetur à S. Ambro-  
 sio de Iouiani haeresi. 366.d  
 Vercellenis Ecclesia post Eusebium Limenius praest. 448.a  
 Vercellenis

I N D E X.

<i>Verellenfis femina innocens adulterij damnata septies icca.</i>	205.a.	<i>Virgines sacra ab Arianis male habita.</i>	245.a
<i>Veritas absque armis vincit, impietas licet armata corrumpit.</i>	340.e	<i>Virgines sacra qua passae à Donatistis.</i>	103.a. 104.b
<i>Veritas ubi sit, ex propugnatoribus haesum &amp; oppugnatoribus earum agnoscat.</i>	631.d.	<i>Virgines sacra gestabant mirrillas.</i>	104.b
<i>Vestalis Maxima Prætextato erexit statuam.</i>	548.e	<i>Virgines ad S. Ambrosium ex remotis Orbis partibus sacranda veniebant.</i>	378.d
<i>Vestalis Maxima lapsa, vadè erubescerent Gentiles eius supplicium.</i>	495.b.	<i>Virgines in domo paterna agere solite.</i>	379.e
<i>Vestaliani numerus.</i>	ibid.	<i>Virginibus concessum privilegium ab Imperatore.</i>	187.c
<i>Vestalium stipendia reddi peti Symmachus.</i>	496.d	<i>Virginum sacrarum genus duplex.</i>	379.a
<i>Vestes clericorum cuius esse soleverit coloris.</i>	686.d.	<i>Virginum sacrarum velum.</i>	105.a
<i>Victor niger subinductus color.</i>	ibid.	<i>Virginum sacrarum in ecclesiis proprius erat locus.</i>	379.b
<i>Vestiana vidua in monasterio sanctæ Macrinæ magni nominis.</i>	253.b	<i>Virginum Christianarum in irridenda gentilitate coram Iuliano libertas.</i>	57.b
<i>Vestiana vidua castitatem Basilij ope &amp; viduitatem tuetur.</i>	252.a. 253.b	<i>Virginum Heliopolitanarum &amp; Aretusiarum martyria.</i>	64.c
<i>Vetus institutio &amp; doctrina quantopere sit retinenda.</i>	151.d.	<i>Virginum vndecim millium Britannarum martyrium.</i>	480.e
<i>Vicesacratus magistratus iunctus cum Prefectura Urbana.</i>	294.d. 543.e	<i>Virginitatem quantopere Ambrosius susceperit.</i>	378.a
<i>Victor dux Iuliani.</i>	38.c	<i>Virginitatis sublimis status.</i>	ibid.e
<i>Victoria ara quando &amp; à quo primum sublata à Capitolio.</i>	97.c	<i>Virginitatis &amp; nuptiarum premia.</i>	630.a
<i>Victoria ara à Valentiano concessa Romanis.</i>	312.c	<i>Virginitatis ofores perstringuntur.</i>	467.d
<i>Victoria aram restituendam peti Symmachus Senatui nomine.</i>	494.a	<i>Virginitatis laudes quorum scripta fuerint celebratae.</i>	465.d
<i>Victoria ara plures Romæ, &amp; ubi.</i>	ibid.b	<i>Viso ostensa Ambrosio de Theodosio.</i>	623.b
<i>Victoria aram petunt Gentiles à Theodosio.</i>	580.b	<i>Visiones sanctorum virorum de Iuliani interitu.</i>	138.d
<i>Victoria aram rursus restituere Symmachus tentat.</i>	599.e	<i>Vita Iuliani Apostata manifestum signum Christiana religionis.</i>	139.b
<i>Victoria ara Gentilibus reddita ab Eugenio.</i>	648.a	<i>Vita Ponticorum monachorum valde austera.</i>	154.a
<i>Victoria parta Theodosio virtute Crucis.</i>	691.a	<i>Vita durissima exemplum Simeonis Stylitæ.</i>	399.e
<i>Victoria non nomen, sed Dei donum.</i>	692.d	<i>Vitalis Episcopus Antiochenus ex parte Apollinaris.</i>	165.d
<i>Victoria Theodosij longe præcognita.</i>	694.a	<i>Vitalis controuersa cum Paulino.</i>	ibid.
<i>Victoria Denum sequitur.</i>	389.c	<i>Vitalis vocatus Romam ad causam dicendam, obtulit libellum Damaso.</i>	349.c.
<i>Victoria sequitur veram religionem.</i>	387.b. 388.b. 389.c.	<i>Vitalis acceptus in communionem ab Orientalibus litteris Damasi.</i>	ibid.d
<i>Victorinus deserit scholas.</i>	112.b	<i>Vitalis causam Damaso Paulino delegat.</i>	350.c
<i>Victorini ad Christum conuersio.</i>	ibid.c.	<i>Vitalis occultat haesum.</i>	351.a
<i>Victorini ad Christum conuersio, fidem alta voce vult profiteri.</i>	113.b	<i>Vitalis edita confessio dolosa detegitur.</i>	ibid.
<i>Victorini lucubraciones.</i>	ibid.c	<i>Vitaliani heretici.</i>	385.d
<i>Victorinus serò conuersus ad sacras litteras.</i>	ibid.d.	<i>Viuuentus Præfectus post Lampadium.</i>	198.d
<i>Victorinus serò conuersus ad sacras litteras, donatus statua.</i>	112.d. 113.e	<i>Vitia corporis viris probis impedimento esse ad ordines non censuit Timotheus.</i>	513.e
<i>Victorij certamen.</i>	99.e	<i>Vltra mensura Nil.</i>	614.c
<i>Vidua à S. Basilio defensa aduersus Eusebium Præfectum.</i>	252.b.	<i>Voces vstratas in Ecclesia interdum non vsurpare permissum.</i>	292.e
<i>Vidua depositum defendit Ambrosius contra rescriptum Imperatoris.</i>	580.d	<i>Volumen Occidentalium in Concilio Constantinop. editum quid.</i>	429.a
<i>Vidua minori celebritate nabeant, quam virgines.</i>	104.d	<i>Volustianus secretò dedicat aram ad sacrificia.</i>	618.d.
<i>Viduis, pupillis, &amp; sacris virginibus concessa exemptio à censu soluenda.</i>	187.c. 274.a	<i>Volustianus in senectute morti proximus baptizatur.</i>	ibid.e
<i>Vigilantius quid Hierosolymis tempore terræmotus.</i>	695.b	<i>Votum Iuliani de immolando Christianis diis Gentium.</i>	124.b
<i>Vigilantius peregrinationes ad loca sancta primus improbavit.</i>	530.d	<i>Vota Iuliani in auspiciando bello Persico.</i>	ibid.
<i>Vigilantius quid de vsu vocis Alleluia.</i>	500.c	<i>Vota Isidi nuncupata.</i>	ibid.c
<i>Vincentius presbyter Luciferianus.</i>	310.d	<i>Vota Fidelium pro Gratiani victoria.</i>	406.e
<i>Vincentius collega Hieronymi ordinatus Constantinopoli.</i>	410.c	<i>Vota Ambrosij pro salute Italia.</i>	484.b
<i>Vincentius Hieronymi comes presbyter ordinatur.</i>	ibid.	<i>Vota S. Laurentio nuncupata pro Satyro à Marcellina.</i>	ibid.c
<i>Vindicta ob persecutionem Ambrosij.</i>	551.d	<i>Vraniius Satyrus frater S. Ambrosij.</i>	485.a
<i>Virgo Vestalis lapsa.</i>	495.b	<i>Vraniius Audianus hereticus.</i>	267.e
<i>Virginem à proposito virginitatis dimouere tentanti quid accidit.</i>	470.d	<i>Vrbannus martyr vna cum sociis.</i>	243.d
<i>Virgines à Gentilibus suis proficitæ.</i>	64.c	<i>Vrbannus Formensis scelestissimus Donatistarum.</i>	102.d
<i>Virgines sacra lege Iouiani defensa.</i>	160.d	<i>Vrbica Priscilliani discipula.</i>	511.d
<i>Virgines sacra sub Iuliano expositæ raptui.</i>	ibid.e	<i>Vrbica propter pertinaciam lapidibus obruta.</i>	ibid.
<i>Virgines sacra nupta Deo.</i>	104.b. & seq.	<i>Vrbs Roma qualis.</i>	273.d.e
<i>Virgines sacra crinita in Africa.</i>	ibid.d	<i>Vrbs fames fauissima sub Theodosio.</i>	492.d.
<i>Virgines sacra quomodo à Donatistis reddita profana.</i>	ibid.	<i>Vrbs fames fauissima sub Theodosio, ob eam pauperes &amp; incolæ ex Vrbe eieci.</i>	ibid.

I N D E X.

<i>Vrsicini damnatio in Synodo Romana.</i>	223.e	<i>Zenobius Episcopus Florentinus à S. Damaso Papa missus ad Valentem Constantinopolim.</i>	246.b
<i>Vrsicinus schismaticus renouatur ab exilio.</i>	274.c	<i>Zenobij Episcopi Florentini cum sancto Ambrosio familiaritas.</i>	659.e
<i>Vrsicini schismatici affectu quamdiu quietè vixerint.</i>	275.b	<i>Zenon medicus Alexandrinus exul restitutus à Iuliano.</i>	6.c.
<i>Vrsicini schisma reuivescit.</i>	422.d	<i>Zenon quibus fuerit, ignoratur.</i>	7.a
<i>Vrsicini schisma lege coercent Gratianus &amp; Valentinianus.</i>	ibidem.	<i>Zenon monachus in Syria celebris.</i>	259.c
<i>Vrsicinus relegatur in Gallias.</i>	423.b	<i>Zenon Tyri Episcopus interfuit Concilio Tyanenfi.</i>	183.d
<i>Vrsicinus falso aseritur creatus Episcopus Neapolis.</i>	424.b	<i>Zenon Episcopus Tyri, vel Maiuma, ordinatur Ioannis Chrysostomi.</i>	478.e
<i>Vrsicinus tumultuatur in electione Siricij post Damasum.</i>	506.b	<i>Zenon martyr Gazensis.</i>	60.b
<i>Vrsicinus improbatum ab Ecclesia, &amp; eligitur Siricium.</i>	ibid.c	<i>Zenon martyr Nicomedie.</i>	25.d
<i>Vrsula Britannia cum sociis virginibus ab Hunnis occisa.</i>	480.e	<i>Zeugetensis solitudo in Syria.</i>	259.b
<i>Vulphilus Gothorum Episcopus.</i>	265.d.	<i>Zeugetinus monachus in Syria celebris.</i>	ibid.
<i>Vulphilus inuentor litterarum Gothicarum.</i>	266.d	<i>Zosimus Episcopus Neapolitanus pulsus ab Arianis.</i>	557.a
<i>Vxoribus duas duci posse, calumniosè à Valentiniano lege sancitum dicitur.</i>	271.b	<i>Zosimi de Libanio error.</i>	ibid.
<i>Vxoribus maritus dimittendi licentiam Iulianus lege indulgit.</i>	116.c	<i>Zosimi error de Galla vira.</i>	728.e
<i>Vxoribus blanditijs Valens in haesum labitur.</i>	188.e	<i>Zosimus detrahit Theodosio.</i>	730.b
	X.	<i>Zosimus calumniator Theodosij.</i>	730.b
	X.	<i>Zosimus reificatione Gentilium historicorum refellitur.</i>	730.b. 731.
<b>X</b> Littera Christum significabat apud Iulianum.	40.c	<i>Zosimi error de loco necis Gratiani.</i>	482.b
	Z.	<i>Zosimi error de bello Theodosij cum Eugenio.</i>	689.a
<b>Z</b> Acharia in templo cades.	181.c	<i>Zosimi studium in fugiendis Christianis Imperatoribus.</i>	551.b
<b>Z</b> Zelus habitus Synodus ab hereticis.	174.c		

F I N I S.



Series Chartarum.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp.

a b c d e.

Omnes sunt Terniones, præter Ppp, e, Quaterniones, & a, Quinternio.

CHRISTOPHORO PLANTINO,  
ARCHITYPOGRAPHO REGIO, S.



VM nostrorum Annalium Tomi primi secundam editionem per-  
necessariam meditaremur; in te ipsum, mi Plantine, solum, inter tot  
celebres sæculi nostri typographos, coniecimus oculos; quippe qui  
inter omnes eniteas facile princeps, utque id præstares, decreuimus  
omnino. Quamobrem quod nostrarum partium fuit, & in prima editione sumus  
polliciti, nostrum studium impigre laboravit, ut primum Annalium Tomum à  
nobis recognitum, emendatum, quam plurimis auctum ac locupletatum accipe-  
res. Quod igitur litteris Apostolicis, absque assensu nostro, facere vetitum est  
alijs, ut tibi vni liceat licentiam libenter ac liberaliter impartimur. Accipiant ita-  
que abs te nostrorum Annalium primi Tomi secundam editionem omnes trans  
montes sitæ prouinciæ, in quas aut nulla aut pauca primæ editionis volumina pe-  
netrarunt, ac denique vniuersus Christianus Orbis ubique diffusus. Habeant &  
te ducem quem sequantur ceteri qui in posterum, nostro tamen consensu, eun-  
dem sunt edituri Typographi. Sciat & Lector, omne esse adulterinū & spurium,  
quod huic secundæ abs te curandæ editioni non fuerit consentaneum. In opus, te  
rogamus, inuigila, te ipsum in hoc Plantinum exhibe, te imitare, atque te ipsum,  
Plantine, supera, si licet. Vale. Datum Romæ, x. Kal. Febr. M. D. LXXXIX.

*Tui studiosissimus Cæsar Baronius, Presbyter  
Congregationis Oratorij.*

CÆS. BARONIUS IOANNI  
MORETO, TYPOGRAPHO  
ANTVERP. S. P.



MAGNA quidem iacturâ bonarum litterarum ex hac vita sublatum esse  
D. CHRISTOPHORVM PLANTINVM, dignæ memorie virum,  
eruditorum eadem est sententia, & par omnium lamentatio: sed id accidisse  
non leui nostrarum lucubrationum detrimento, nobis amplius dolendum fuit,  
siquidem Annales nostros, quos cudendos acceperat, ardentiori complexus studio (quod com-  
mune sit senibus, partus senectutis vehementi amore prosequi) propensiori fouere cura, &  
solicitioni curare cœperat industria; cum inopinatò, licet matura senectute, ex hac vita ad  
præmia eterna à Deo vocatus excessit. Sed leniuit ex parte dolorem, audisse inter omnes ipsius  
alumnos te delectum, probatumque eius calculo dignum Typographie Regiæ successorem, nec  
id pridem, vel vltimo tantum elogio, sed diu ingenij tui vires, & solertiam in rebus agendis  
experitum, ad hoc te aluisse, instituisseque, atque etiam fœdere nuptiarum sibi arcto vinculo  
deiuuuisse: vnde ob eam quoque causam contigerit ipsi letior ex hac vita discessus; cum vide-  
ret in te, alterum se relinquere. Sequimur, mi Morete, per libenter soceri tui de te iudicium,  
tibi que perinde ac ipsi viuenti editionem Annalium nostrorum concedimus. tuarum modò  
partium est, id præstare, ne quid desiderari possit in te, quod omnes exspectabamus ab illo:  
cui sicut magnæ fuit laudis, ea in re à nemine superari, ita maiori ipsi cedet gloriæ, à te vno vin-  
ci, quem à se eruditum atque probatum honestissimæ functionis reliquit heredem. Vale.

PRI-

PRIVILEGII CÆSAREI SVMMÆ.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti, publico Edicto cau-  
tum & sancitum est, ne quis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, aut conditionis fuerit  
quacunque sacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, quæcunque probatorum aucto-  
rum opera, quotquot vel hætenus nondum impressa, vel ab alijs quidem impressa, nouis au-  
tem deinceps scholijs, annotationibus, aut commentarijs aucta & illustrata, Christophorus  
Plantinus, cuius & typographus Antuerpiensis, primus typis procuderit, intra proximum sexen-  
nium à prima cuiusque operis aut voluminis editione, vilo pacto eiusdem vel diuersi chara-  
cteris forma excudat, aut excusa ab alijs, intra eiusdem Maximiliani & Imperij fines venden-  
da importet, seu quouis modo distrahat manifestè vel occultè, sub pœna decem Marcharum  
auri puri, quarum dimidia sisco Imperiali fraudis vindici, residua verò pars prænominato Plan-  
tino cedat, præter librorum ad imitationem impressorum amissionem, quos idem Plantinus  
vbicunque locorum nactus fuerit, per se vel suos, adiumento Magistratus loci, vel citra, pro-  
pria auctoritate sibi vindicare, inque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi  
Edicto manu subscripsit, & sigillum apponi iussit Cæsarea Maiestas. Datum in ciuitate  
Viennæ Austriæ, die vigesima prima mensis Februarij, anno Domini M. D. LXXV.

*Subsign.*

Maximilianus.

*Ad mandatum sacra  
Cæs. M. proprium.*

*Haller.*

SVMMÆ PRIVILEGII REGIS HISPANIARVM.

PHILIPPI II. Hispaniarum Regis, Brabantia Ducis, &c. Privilegio cautum est, ne quis citra  
Ioannis Moreti, Typographi Antuerpiensis, consensum Tomos Annalium Ecclesiasticorum,  
auctore Cæsare Baronio, Sorano, Congregationis Oratorij presbytero, hætenus confectos,  
aut adhuc conficiendos, impressos aut imprimendos, integros vel in epitomen redactos, vilo modo  
imprimat, aut alibi impressos in suas ditiones venales importet: ut latius patet in litteris, Datis  
Bruxella, xx. Augusti, Anno M. D. XCII.

*Signat.*

S. de Grimaldi.

*Et in Concilio Brabantia, Signat.*

I. de Buschere.

ANNALIVM  
ECCLESIASTICORVM

CAES. BARONII SORANI

S. R. E. PRESB. CARDINALIS

TOMI QVARTI


NOVISSIMÆ EDITIONIS PLANTINIANÆ

ANNI M. DC. I.

APPENDIX,

*Collecta ex Additionibus & Correctionibus, quas sub finem posteriorum Tomorum, X. XI. XII. Auctor Ill<sup>mus</sup> adiecit, suis locis, quando Quartum Tomum recudi contingeret, inserendas. At verò hęc singula cum in ordinem sunt digesta, ut velut Tomo suo inserta censeantur debeant. Imò maiori forsitan suo bono Lector separatim eas leget: siquidem priores Auctoris curas posterioribus conferendo, ingenium acuet, iudiciumq; firmabit.*

# ANNALIVM ECCLESIASTICORVM TOMI QVARTI APPENDIX.

**B**  Nno CHRISTI 362. pag. 25. C 5. in Ecclesia celebratur, *adde*: Sed quod dictum est, vsque ad tertium Idus Octobris Iulianum mansisse Constantinopoli: dicendum est, non vltimæ inde migrationis tempore hos Chalcedone esse passos, sed antè, cum contigit, Iulianum illuc tam propinquum locum animi causa esse profectum, vt omnes consueverunt Imperatores, & alij Constantinopoli comorantes. Ceterum quod ad tempus spectat migrationis Iuliani Constantinopoli, ex Ammiano Zosimus mendacij redarguitur, dum ait, decem illic menses mansisse, ac proinde non ante tertium Idus Octobris Iulianum Constantinopoli recessisse, quem iam ante illud tempus Antiochiam peruenisse idem Ammianus ostendit, dum postquam illic Iulianus aliquamdiu commoratus esset, Daphniticum templum illud famosissimum conflagrasse testatur vigesima secunda mensis Octobris. Ceterum eundem Iulianum recedentem Constantinopoli venturum Antiochiam in ipso itinere pluribus in locis aliquantisper substituisse dum ostendit, æquè demonstrat longè impossibile quod ex Zosimo inferitur, vt non recesserit Constantinopoli ante tertium Idus Octobris, dum vult illic mensibus decem mansisse. IULIANVS  
QVANDO  
CONSTAN-  
TINOPOLI  
DISCESSE-  
RIT.

**C** *Eodem anno, pag. 28. C 7.* diximus in nostris ad Romanum Martyrologium Notis, *adde*: Quod autem tam eius Martyris, quàm aliorum, de quibus agitur inferius, natales dies consignati in tabulis Græcorum vel Latinorum, consentire minimè reperiantur temporibus illis, quibus Iulianus iisdem in locis mansisse legitur: planè dicendum est (quod & in Notis est sæpius demonstratum) non semper in Menologiis, seu Martyrologiis, poni diem quo sancti Martyres passi sunt, sed interdum eum notari quo inuenta, vel translata sunt eorumdem veneranda corpora, vel in eorum memoriam basilica dedicata, adeò vt ex notata die in Ecclesiasticis monumentis haud semper possit certa temporis eorum martyrij ratio definiri. *Profecturo* —

*Eodem anno, pag. 38. D 8.* Libanium Rhetorem Antiochenum, scriptorum Iuliani (vt dictum est) cognitorem & arbitrum, *sic corrige*, Libanium Rectorem Antiochenum, cuius scripta Iulianus (vt dictum est) adeò admirari consuevit. cum tamen —

*Eodem anno, pag. 42. D 4.* biduo post Artemij martyrium accidisse oportuit: nam eius Acta habent, passum illum esse decimotertio Kal. Nouemb. *adde*: adeò vt vel in Ammiano vel in illis Artemij Actis errorem inesse oporteat, in quibus non ante incendium templi, sed biduo post Artemius martyrio coronatus habetur. *Porro ante* —

*Eodem anno, pag. 48. A 1.* vera conscripsimus, *adde*: Sed error in dierum numero reperitur: nam ex Ioanne Chrysostomo atque Sozomeno conuincitur ante eiusdem templi incendium Theodoriti martyrium contigisse. *Quæ autem* —

*Eodem anno, pag. 87. A 4.* de cuius diuisionis origine suo loco superius actum est, *adde*: Sed nec sic liberatur Theodoritus quin arguatur erroris: nam ab eo tempore non anni octogintaquinque, vt ait, intercedunt vsque ad Alexandri electionem, sed tantum sexaginta octo, adeò vt dicendum sit errorem in Theodoretum irrepsisse.

*Eadem quoque* —  
*Anno 362. pag. 88. B 9.* affirmare necesse est, *quæ post hæc sequuntur, vsque ad illa verba* Sed iam Luciferum, *dele, quorum loco hæc restituas*: iam ante Valentis Imperium, eum Antiochiam rediisse, à quo inde pulsus est, cum imperare cœpisset; sicque sub Iouiano Imperatore reuersum, sub quo anno sequenti liquet Synodum Antiochiæ celebrasse, vt suo loco dicetur. *Sed iam Luciferum* —

S. HIERONYMI TEX-  
TVS RESTITVTVS.

Anno 363. pag. 164. E 6. post illa verba, & Macedonianum dogma reiecerunt. adde: A Post hæc edita missam ab amico doctissimo Frontone Ducæo hanc quam subiicimus, accepimus schedam de germana lectione & restitutione textus S. Hieronymi, qua sic inquit: At in codice manuscripto S. Victoris ad muros Parisiensis vrbis, & in alijs pluribus ita legitur: In qua homouiso, anomœoq̄ue reiecto, medium inter hæc homouision receperunt, & Macedonianum dogma vindicauerunt. pergit: Quæ lectio planè vera est & legitima: nam *ὁμοούσιος* dicitur Christus, id est eiusdem substantiæ cum Patre à Catholicis, ab Arrianis verò *ἀνόμοιος*, id est dissimilis substantiæ: Meletiani verò intermedium quid meditati, *ὁμοούσιον* adinuenerunt, id est vt dicerent, non eiusdem, sed similis substantiæ esse Filium, atque ita discrimen erat vnus litteræ, id est *ὁμοούσιον* inserta. Sanè quidem apud Socratem lib. 3. c. 21. & apud Sozomen. lib. 6. c. 4. planè fallax & insidiosa videtur asserri, *ὁμοούσιον* interpretatio à Meletianis: sic enim loquuntur, Filium ex Patris substantia genitum, Patri secundum substantiam similem: at eorum dolos reteggit sanctissimus Athanasius in refutatione hypocrisis Meletij, Eusebij, & Pauli Samosatensis, B siue quis alius ab Athanasio tom. 3. Qui enim inquit, Filio adimit, ne sit consubstantialis Patri, sed similem eum statuit, Deum eum esse negat] hucusque in scheda. At ex ea primò dicendum, huiusmodi lectione veteres omnes mendacij arguendos esse, qui dixerunt, ab eisdem Arrianis comprobata esse Nicænam fidem: attamen post Socratem & Suidam superius citatos, qui proximè recitandus est Marcellinus & alij, asserunt, dictos Arrianos in hoc Concilio Nicænam fidem esse professos. At si asseruissent Patri Filio similem, non consubstantialem, non utique Nicænam fidem professi essent, sed magis Macedonianam perfidiam, qua negabatur consubstantialitas, & asserbatur Filij cum Patre similitudo. Sed nec negari potest subscripsisse eosdem Arrianos Nicænae fidei, cuius Symbolum in sua ipsorum Synodali epistola ad Iouianum Imperatorem intexuerunt, vt nuper est proditum, secundum quam ipsorum subscriptionem Marcellinus ipse licet C schismaticus — & que sequuntur usque ad illa verba, ad Theodosium scripsit. quibus addas que sequuntur: Quin Socrates, vt vidimus, testatur, expressius, Arrianos in hoc ipso Concilio consubstantialitati Filij cum Patre assensos esse, aded vt non Arrianus tantum error, sed & Macedonianus videri possit in hac Synodo esse damnatus. Ex horum igitur firmissima assertionem dicentium, receptam in hac Synodo ab Arrianis Nicænam Synodum, cum voce consubstantiali, facta est recitata superius restitutum textus S. Hieronymi. Veruntamen quòd intelligi possit ex sua ipsorum epistola ad Iouianum Augustum, Arrianos non simpliciter vocem recepisse consubstantialis, neque absolute Nicænum Symbolum professos esse, sed apposita sua ipsorum interpretatione, qua dicerent, ita Patres in Nicæno Concilio vfos esse ea consubstantialitatis voce, vt significarent, Filium Patri similem secundum substantiam: vt quoquo modo dicta lectio codicis sancti Victoris subsistere poterit, ita dicendum, non nisi ad fallendum, & circumueniendum nouum Imperatorem, nominibus Nicæni Concilij & consubstantialis, esse vfos hereticos Arrianos, id tantum lucratos, vt ex Arrianis euaserint Semiariani, non autem penitus Orthodoxi. Sicque non expressè, vt ponitur in codice S. Victoris, reiecerint verbum consubstantialis (nec enim id potuit sensisse & scripsisse S. Hieronymus) cum intexuerint illi suæ ipsorum epistolæ synodali Nicænum Symbolum, cui & subscripserint, sed quod (vt dictum est) per dolum malum, captiosam fallaciam, atque subdolum interpretationem videri voluerunt Orthodoxi Nicænae fidei professores, qui re ipsa essent Semiariani, cum Macedonianis sentientes. Qui autem in hæresi Arriana —

Anno 364. pag. 169. E 3. æquissimus iudex & vindex: adde: si demus vnum eundemque fuisse Cæsarium, Gregorij fratrem, & hunc ad quem præfens rescriptum datum inuenitur, sed hoc quidem multipliciter deprauatum inuenitur, ac primum dum in eius inscriptione vterque Imperator Valentinianus & Valens prænotatus habetur, & dies promulgationis conscribitur pridie Non. Februarij. Nam eo tempore tantum abest vt Valens fuerit cooptatus in Imperium à fratre (quod accidisse quinto Kalend. Aprilis, dictum est superius ex Ammiano) vt nec ipse Valentinianus adhuc creatus esset Imperator, quod contigit circa quintum Kalend. Martij, vigesimo saltem die post datum rescriptum. Nec est rursus vt in annum sequentem illud rescriptum referri possit, cum datum habeatur Coss. Iouiano atque Varroniano. Sed & cum datum dicatur Mediolani secundum antiquam lectionem, necessariò dicendum sit, ipsum tunc scriptum, cum illuc Valentinianus aduenit hoc ipso anno; erratum verò fuisse in rescripto, vt vitio librariorum loco Sep. scriptum fuerit Feb. Sed & cum datum ipsum rescriptum habeatur ad Cæsarium Comitum

A mitem rerum priuatarum, diuersum hunc à Cæsarij fratre fuisse, possumus intelligere, quem creatum fuisse Quæstorem, non Comitum rerum priuatarum, habet Gregorius eius germanus; sed & remansisse in Oriente, in Occidentem verò transisse numquam, ex eodem possumus intelligere, ac proinde non sub Valentiniano, sed sub Valente minus Quæstura exercuisse in Oriente. Vt ex his pateat duos eodem tempore fuisse Cæsarios, alterum sub Valente in Orientem Quæstorem, in Occidente alterum sub Valentiniano Comitum rerum priuatarum. Legitur —

Anno 367. pag. 204. B 5. post illa verba, grauitè exagitare, adde: Reperitur in antiquis inscriptionibus Damasus pro vnione sanctæ Ecclesiæ nuncupasse vota Martyribus; quæ & perfoluit, vbi Romanus Clerus, relicto schismatico Vrsicino, Damaso coniunctus est. extat de his vetus<sup>a</sup> inscriptio istis verbis:

SANCTORVM QVICVMQVE LEGIS VENERARE SEPVLCHRVM  
NOMINA NEC NUMERVM POTVIT RETINERE VETVSTAS  
ORNAVIT DAMASVS TVMVLVM COGNOSCITE RECTOR  
PRO REDITV CLERI CHRIVSO PRÆSTANTE TRIVMPHANS  
MARTYRIBVS SANCTIS REDDIT SVA VOTA SACERDOS.]

Sed & quod sequitur epigramma, <sup>b</sup> ad hoc ipsum spectare videtur, cum & furens populus secutus Vrsicinum, proiectis armis, est conuersus ad Damasum: quod de Damaso non tamen à Damaso videri potest esse conscriptum:

MILITIÆ NOMEN DEDERANT ALMVMOVE GEREBANT  
OFFICIVM PARITER SPECTANTES IVSSA TYRANNI  
PRÆCEPTIS PVLSANTE METV SERVIRE PARATI  
MIRA FIDES RERVVM SVBITO POSVERE FVROREM  
CONVERSI FVGIVNT DVCIS IMPIA CASTRA RELINQVUNT.  
PROICIUNT CLYPEOS FALERAS ET TELA CRVENTA  
CONFESSI GAUDENT CHRISTI PORTARE TRIVMPHOS  
CREDITE PER DAMASVM POSSIT QVID GLORIA CHRISTI.]

Iam verò quæ huius anni —

Anno 371. pag. 310. B 8. manifestè declarant, hæc adde: Quòd autem secundum Apostolum, sapientibus & insipientibus debitor sum: hic, vbi agitur de Luciferi obitu, quod contemnens omiseram, addere, impulsus ab amicis, non prætermittam aduersus delira prorsus scripta cuiusdam Ioannis Arca natione Sardi, qui dum de Sanctis Sardinia Insulae volumen edidit, in tertio eius libro, vbi agit de Lucifero Calaritano, eum nouo miraculo ex schismatico conflat in Sanctum, sed in conflatorio mendaciorum, conflator ipse apertissimus falsitatum. Nam in primis cum hæc ait: Calaritana Ecclesia; in qua mortuus & sepultus, suum tam sanctum venerata Præfulem, natalem eius celebravit sanctissimè, erecto sub eius nomine prope Calarim templo, in quo sancti martyres iacent Cefellus & Camerinus. Sic enim habet de martyribus istis vetustissimus codex. ] hæc dum dicit ipse, quem citat antiquum codicem, vbi locorum esset, significare debuisset, sed voluit eiusmodi verborum inuolucro mendacia quæ texuit operire. Sed nolens idem ipse illa detexit, vbi in fine eius opusculi, cum recitat Kalendarium Sanctorum Sardinia Insulae, ab omnibus hætenus receptum & custoditum, in quo per singulos menses certis diebus Sancti qui ibi colantur, positi annotantur: cum in nullo totius anni curriculi die viderit legi Luciferum, ad calcem ista ipse addidit temerè admodum: Sanctus Lucifer: Quo mense tamen, nescimus. ] hæc audax homo, addere præsumens Sanctum Kalendario, quod nec eius loci Archiepiscopo facere licuisset, Sede Apostolica inconsulta. Sed attende quomodo mendacia dum tegit, detegit: Qui nuper dixerat, ac mentitus fuerat, Calaritanam Ecclesiam veneratam esse Luciferum, natalemque eius sanctissimè celebrasse: quomodo non solum quo die celebrandus fuerit eius Natalis, sed nec quo mense, notum esse negauit? Sed & si verum esset, quod numquam probare poterit, celebratum ibi natalem Luciferi statim post obitum eius, & tunc certa sciretur dies, sed intermissa fuerit obliuione deleta: tunc ipsum rogo, dicat, quæ potuit causa intercessisse intermissionis huiusmodi specialis in Lucifero, cum de nullo alio Sanctorum illorum, qui in eadem coluntur Insula, id factum appareat? nisi quòd si quando ibi eius solemini cultu dies natalis fuerit celebrata, eadem iure vetita penitus exoleuerit; vt etiam ab omnium memoria omnino recesserit. Verum nec celebratam aliquando, vel semel saltem quis poterit demonstrare, quod ipse asseruit mentièdo. Sed & turpius mentitus conuincitur, cum ait, eiusdem Luciferi nomine erectum fuisse templum; ipsi tribuens quod in

<sup>a</sup> Antiq. inscrip. in Appendix. pag. 1171. nu. 3. S. DAMASVS VOTVM SOLVIT SS. MARTYRIBVS. <sup>b</sup> Eadem pag. num. 6.

ADVERSVS IOANNEM ARCAM, QUI LVCI-FERVM CALARITANVM EPISC. SCHISMATICVS SANCTORVM NUMERO ADSCRIBIT.

Martyrum memoriam longè ante Luciferum fuerat ædificatum. Absque memoria autem, sine Ecclesia, inquam, illic peculiare loci Martyres cultos esse, quis dixerit? Porro ab ipsis gentilibus suis Romæ degentibus, quos de his rogavi, mendax idem conclamatur auctor atque vesanus, qui ista finxerit de templo Luciferi, quod nunquam extiterit. Quod ut credamus, inde magis inducimur, dum & in his quæ ibidem scribit de Vercellenſi Ecclesia, reperimus insigniter esse mentitum, ait enim: Coniuncta Calaritanæ Vercellenſis Ecclesia diuinas laudes in hymnis Eusebij persequens, auxilium à Lucifero implorare consuevit & opem. ] At aduersus ista adeo falsa reclamatur & exclamatur eadem ipsa Vercellenſis Ecclesia, querens se pati calumniam. Nam qui & hodie in Vrbe est ipſius Ecclesiæ Episcopus Ioannes Stephanus Ferrerius, vir præstanti fide atque doctrina, qui res S. Eusebij, & aliorum eiusdem Ecclesiæ Episcoporum dignè conscripsit, his auditis, exhorruit, mendaciumque pudentissimum id esse testatus, & detestatus, asseruit nullam mentionem prorsus in Vercellenſi Ecclesia de Lucifero, nisi historicè fieri, in precibus nullo modo eius opem & auxilium implorari. Explosis igitur falsis ab auctore prolatis, exufflemus iam inania ad suam vanam sententiam probandam adducta. Nititur auctoritate Petri de Natalibus, qui Luciferum in suo Sanctorum catalogo scripserit. sed non eius est facultatis, non sanctos sua scriptione reddere sanctos, quem in Notis redarguimus, etiam hæreticos in illo suo catalogo miscuisse cum Sanctis. Nec sunt maioris auctoritatis quos citat dixisse, Luciferum defunctum esse Catholicum, cum alioqui respectum iisdem habuisse potuerint ad successores Luciferianos, qui ex schismate transierunt in hæresim, à qua Lucifer abhorruisse sciatur. Somniat verò cum ceteris qui dixerunt, Luciferianos non à Lucifero Calaritano esse denominatos, sed à conficto quodam Lucifero Smyrnenſi Episcopo, antiquioribus penitus refragantibus, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Rufino, Socrate, & etiam Marcellino eiusdem scholæ professoribus, eiusdem saculi scriptoribus, & aliis innumeris hos secutis. Delirat magis, cum ait, Luciferum errorem suum deposuisse in Synodo Alexandrina, quem constat ad illud vsque tempus nunquam errasse, postea verò schismate deuare cœpisse, sed & frustra in subsidium sanctum Hieronymum nominat, quod aliquando Luciferum beatum dixerit: nam ad illa priora Luciferi tempora ipse respectum habuit, cum ille omni gloriæ titulo dignus esset, quem idem paulo post ab Ecclesia scissum schismate docet, dolens viri tanti naufragium. Quem vtinam ostendi posset non errasse, vel de errore palinodiam recantasse. Quam mihi iucundum & optatum foret, offusam caligine stellam iterum suo nitore fulgentem in Regno cælorum (quod est Ecclesia) cernere, & quod cecidit potius quam occidit Lucifer astrum iterum post mille ducentos atque triginta annos nouum inferens orbi Catholico diem conspiceret. Sed Dei non hominis arbitrio calum hoc vertitur, cuius est (quod ait sanctus Iob<sup>a</sup>) stellas claudere quasi sub signaculo: ipseque clauis Dauid, quæ claudit, & nemo aperit. ] Quod autem ad eiusdem Luciferi consortes schismatis pertinet, præcipuè verò quod spectat ad Gregorium

Iob 9.

FIDEI DECRETVM SEMEL SANCTIVM PONTIFEX ROMANVS NUMQVAM MUTAT.

Anno 373. pag. 353. D 6. nec fuerit, *corrigere*, vt vix fuerit aliquando audita. Erant — Anno 373. pag. 356. C 5. à reliqua Ecclesia communicandum esset. *adde*: At non eo sensu à quoquam accipi velim hæc nostra verba: Fidei decreta sancire, & sancita mutare] vt dictum existimet, quod semel de Fide Catholica ab ipso Romano Pontifice definitum est; idem ab ipso mutari posse, atque contraria priori decreto sanciri. Absint hæc ab auditu fidelium, nimis enim crassa stultitiæ est id Orthodoxum quempiam affirmare. Sed secundum quod à Domino dictum est Ieremias: Constitui te super gentes & regna, vt euellas & plantas, destruas & ædifices] non vt ab ipso Propheta voluerit simul præstari contraria, vt eadem quæ euelleret plantaret, & quæ destrueret, rursum ædificaret, absque præuaricationis nota, secundum illud Apostoli: Si quæ ædificauimus hæc destruo, præuaricationem me constituo] sed intellexisse haud dubium voluit, vt operaretur illa circa diuersa: ita dictum accipias de Romano Pontifice, sancire decreta Fidei atque sancita mutare; nimirum rectam fidem decreto sancire, malè verò sancitam à peruersoribus delendo mutare, à cuius decreto ceteri Orthodoxi ita dependant, vt quæ recipienda pronuntiet, omnino recipiant, quæ verò reiiciendo mutauerit, auersentur, prout S. Gregorius Theologus, de quo est sermo, fecisse cognoscitur ab eo dependens, vt perfectissimus Orthodoxus (quod profiteretur) in recipiendo vel damnando, ex ipso Romanæ Sedis arbitrio Apollinaristas, nempe reiiciendo ipsos quos sciret damnatos ab ipsa, recipiendo eosdem quos ab eadem sciret esse receptos, vt pote iam rectæ Fidei consentientes. His igitur

Anno 375. pag. 368. B 6. ratum habuit. *adde*: Quod autem Ammianus eum quadrum

num fuisse testetur, haud probari potest: aduersatur enim Socrates, qui cum natum affirmat Conſ. Gratiano & Dagalaipho, hac ratione hoc anno nouennem fuisse, asserere oportet. confirmant & Tabulæ consulares, dum anno Christi trecentesimo sexagesimo nono habent Consules Valentianum nobilem puerum & Aurelium Victorium. Ex eadem

Anno 376. pag. 375. E 11. hæc Ambrosius, *adde*: Quam autem immensa, nempe vniuersam Europam occupans, quam dira animalium pestis ista, & quomodo à Christianis per signum Crucis facillimè curaretur, quo tanto miraculo Gentiles ad Christi Fidem conuerterentur: est elegans Ecloga Seueri Sancti Endeleichi Rhetoris, (huius meminit sanctus Paulinus Nolanus) vbi hæc postalia:

Buculus. — *Dic age Tityre, Quis te subripuit cladibus his Deus, Vt pestis pecudum, quæ populata sit Vicinos, tibi nulla sit?*

*Non vllis madida est ara cruoribus, Nec morbus pecudum cæde repellitur, Sed simplex animi purificatio Optatis fruitur bonis.*

Tityrus. *Signum, quod perhibet esse Crucis Dei, Buc. Hæc si certa probas, Tityre, nil moror Quin veris famuler religionibus: Christus, perpetui gloria numinis, Cuius filius vnicus,*

*Tityr. Atqui iam properat mens mea visere Summi templa Dei. quin age, Bucule, Non longam pariter cōgredimur viam. Christi & numen agnoscimus.*

*Hoc signum medijs frontibus additum, Cunctarum pecudum certa salus fuit. Sic verò Deus hoc nomine præpotens Saluator vocitatus est.*

*Tityr. Et me consilij iungite prosperis. Nā cur addubitè, quin homini quoque Signum proſit idem perpete sæculo, Quo vis morbida vincitur? Hæc*

*Fugit continuo seua lues greges, Morbis nil licuit. Si tamen hunc Deum Exorare velis: credere sufficit. Vorum sola fides inuat.*

*Ægon. Et me consilij iungite prosperis. Nā cur addubitè, quin homini quoque Signum proſit idem perpete sæculo, Quo vis morbida vincitur? Hæc*

de peste, signo sanctæ Crucis propulsari solita. Quod pertinet ad res bellicas, factum est, vt barbari qui Istrum

Anno 377. pag. 381. C in fine inscriptionis Symmachi hæc addas: Hactenus inscriptio Symmachi, de qua moniti, errorem corrigimus, siquidem secuti fallaces duces, cum ipsis errauimus, dicentes hunc ipsum esse Symmachum Urbis Præfectum, qui pro Ara Victoriæ laborauit. Verum erratum corrigimus, asserentes hunc ab eo diuersum, parentem tamen ipsius prænomine Lucium Auianum, filium verò Quintum esse dictum, cuius tamen Urbana præfectura non ante annum Domini trecentesimo octogesimum quartum contigerit, post annos septem. *Quæ verò sequuntur ab illis verbis, Ad eod homo dexterrimus, D vsque ad illa verba, At visis his quæ Principes, omnino expungenda sunt.*

Anno 378. pag. 396. B 3. addictos Nouatianos. *adde*: Visa est ista iusta reprehensio Theodoret, quousque consuluimus textum Græcum, ex quo idem Theodoretus omni carere culpa probatur, interpres autem hallucinatus conuincitur: sic enim se habet:

*Ὁ μολογία τῆς καθολικῆς πίστεως, ἡ δὲ παλαιὰ δόξα αὐτῆς ἀπὸ τῆς ἐπισημοῦ Παυλίῳ ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, ὅς ἐστι ἐν Θεσσαλονίᾳ, id est, Confessio Fidei Catholicæ, quam Damasus Papa misit ad Paulinum Episcopum in Macedoniam, cum esset Thessalonica.]*

At de his — Anno 381. pag. 448. A 5. post longa diffidia Ambrosio admonente, *ista deleas, nec non citationem in margine*, Ambros. epist. 82.

E *Eodem anno, & pag. C 3 post hæc verba, Laudensis inter Sanctos relati, adde*: Qui sequitur ordine Exuperantius Episcopus Dertonensis, ille esse putatur discipulus S. Eusebij Episcopi Vercellenſis, de quo magna cum laude fit mentio in sermone sexagesimo nono, sed primò de S. Eusebio, apud S. Ambrosium. Qui verò —

Anno, 382. pag. 458. D 1. ex more ab eisdem ordinandum curauit, *adde*: Non adhuc autem consolidata fuisse videntur & vsu recepta, quæ de facta diuisione prouinciæ Cappadociæ in duas sunt dicta superius, per quam Nazianzum sub Metropolim Tyanensem redacta videbatur: nam si constitisset, non Cæsariensis Archiepiscopi sed Tyanensis id muneris erat. Sed quid —

*Eodem anno, pag. 470. E 8. At de Eustochio & Paula sæpè dicendum inferius. Quæ sequuntur post hæc de obitu Prætextati, hinc auferas vsque ad verba, de eo agemus suo loco, inclusiue, quæ habentur pag. 473. B 4. vt enim cuncta suis reddantur annis, agemus de eo post sequentem annum, quo cum ex hac vita migrasse, tribus Symmachi epistolis reddimus*

certiores. hic vero ista subjicias: Quod rursus ad res gestas anni huius spectat: promulgatum constat edictum ab Imperatoribus aduersus Gentilicium idolorum cultum, nempe ut reditus qui pendunt Romae solerent pro sacris faciundis virginibus Vestalibus, pendit omnino cessarent. Hoc quidem hoc anno contigit ex eo possumus affirmare, &c. — ut inferius pag. 473. B 5.

Anno 383. pag. 487. A 8. agens octauum, corrige, agens sextum. Anno 384. pag. 493. E 10. de quo suo loco dicendum. adde: Hoc itaque anno, quo praefecturam Urbanam Symmachus gessit, Praetextatus magni nominis Senator, sed Gentilis, Consul est designatus in annum sequentem. sed infeliciter accidit, ut antequam Consulatam adierit, hoc ipso anno moreretur. De tempore obitus satis liquet ex tribus Symmachi epistolis tunc datis de eius obitu ad Imperatores, quarum postrema de erigenda in eius honorem statua, sic se habet: .

\* Symmach. lib. 10. epist. 23. 24. 25. SYMMACHI DE ERIGENDA PRAE-TEXTATAE STATVA AD IMP. LIT. TERAE.

DD. Theodosio & Arcadio semper Augg. Symmachus V. C. Praefectus Urb. Licet Vectius Praetextatus naturae lege solutus sit, viuit tamen in memoria & amore B cunctorum: atque hoc vno punit inuidiam, quod tantum ei mors ad gloriam contulit, ut huic quoque fortunae liuor debeat inuidere, domini Imperatores. Nam praeter illum populi Romani inuitatum dolorem, etiam Senatus impatiens dispendij sui, solatium petit de honore virtutis, vestrumque numen precatur, ut virum nostra aetate mirabilem, statuarum diuturnitas tradat oculis posterorum. Non quod ille praemia terrena desideret, qui gaudia corporis, etiam cum hominem ageret, ut caduca calcavit, sed quia ornamentis bonorum incitatur imitatio, & virtus aemula alitur exemplo honoris alieni. Hinc factum est, ut rusticis adhuc saeculis optimi quique ciuium manu & arte formati in longam memoriam mitterentur. Atque vnam huic decori nihil facilitas adulantium postea derogasset, quamuis paria non sint, quae dispari arte quaruntur. Dignum est igitur, ut qui in pectoribus plurimorum manet, sit in ore plurimorum. Ille semper magistratibus suis celsior, in alios temperatus, in se feuerus, sine contemptu facilis, sine terrore reuerendus. Cui si quod commodum successione euenit, id ad testatoris proximos mox reuertitur, qui nullis prosperis fractus est, nullius risit aduersa, indecorae ne scius largitatis. Ille quem semper inuitum secutus est honor, cuius aequitati conterminus quisque limites suos credidit. Plura de eo vellem, plura de eo deberem, sed clementiae vestrae testimonio cuncta seruanda sunt. Illustrior enim laus est de caelesti profecta iudicio. Ergo ut probitatis patroni bona temporum vestrorum futuris quoque visenda proponite. Certè ille est Praetextatus, quem iure Consulem feceratis, ut Fasti memores celebre nomen extenderent. Aliis viles fatalia damna reparate. Abierit cum homine praemium, sed iudicium post hominem perseueret. Probate, casibus aduersis gloriam nihil licere. Nam quod meruit à ciuibus, singulare est: illud multis commune quod perdidit.] hucusque Symmachi ad Imperatores epistola de licentia erigendae statuae Praetextato, more maiorum. Non est reiecta petitio, quandoquidem obtinuit quod petit Symmachus ab Augustis, ut memoria Praetextati statua insigniretur: nam quae hactenus in eius basi inscriptio integra conseruatur id admonet, quae paulo inferius recitabitur. Erat adhuc Romae tunc, cum ista contigerunt, S. Hieronymus sacra volumina Paulae & Eustochio aliiisque sanctissimis feminis Senatoriis explicans: id enim importunè nimis illae ab eo praesente extorquere solebant, quod ab eo etiam absente per litteras id facere consueuerunt. His adde quae superius non suo loco posita anno 382. pag. 470. E 9. Porro Romae cum esset idem sanctus Hieronymus hoc tempore, eidem sanctae Paulae — & quae sequuntur usque ad pag. 473. B 2. usque ad verba, de quibus omnibus pluribus egit Symmachus, in clusivè. postea ponere pergat quae sunt huius anni exordio scripta ab illis verbis, Cum igitur Symmachus urbana fungeretur praefectura —

Anno 384. pag. 497. E 2. Hieronymi testimonio dictum est. adde: Porro aureas illas de Virginitate lucubrationes ad sanctam sororem virginem, Irenem nomine, à Damaso scriptas fuisse putamus, quam & defunctam eiusmodi profecutus est epitaphio, quod diu latens, Dei beneficio his diebus in lucem emerit. sic se habet: .

EPITAPHIUM S. IRENE SORORIS DAMASI PAP. \* Antiq. inscrip. in Append. pag. 1172. nu. 10.

HOC TVMVLO SACRATA DEO NVNC MEMBRA QVIESCVNT HIC SOROR EST DAMASI NOMEN SI QVÆRIS IRENÆ VOVERAT HÆC SESE CHRISTO CVM VITA MANERET VIRGINIS VT MERITVM SANCTVS PVDOR IPSE PROBARET BIS DENAS HIEMES NEC DVM COMPLEVERAT ÆTAS EGREGIOS MORES VITÆ PRÆCESSERAT ÆTAS

P. R. O.

A PROPOSITVM MENTIS PIETAS VENERANDA PVELLÆ MAGNIFICOS FRVCTVS DEDERAT MELIORIBVS ANNIS TE GERMANA SOROR NOSTRI NVNC TESTIS AMORIS CVM FVGERET MVNDVM DEDERAT MIHI PIGNVS HONESTVM QVEM SIBI CVM RAPERET MELIOR TVNC REGIA CÆLI NON TIMVI MORTEM CÆLOS QVOD LIBERA ADIRET SED DOLVI FATEOR CONSORTIA PERDERE VITÆ NVNC VENIENTE DEO NOSTRI REMINISCERE VIRGO VT TVA PER DOMINVM PRÆSTET MIHI FACVLA LV MEN. ] Visuntur —

Eodem anno, & pag. E 10. Damasi Episcopi. adde: Sed quod Deus dedit his diebus in lucem afferri quae diutius in tenebris latere eiusdem S. Damasi complures inscriptiones, easdem hic vel alibi in Annalibus suis locis affigere volumus, ut tanti patris vel apex non effugiat incipiamus ab Eutychio: .

B EVTYCHIVS MARTYR CRVDELIA IVSSA TYRANNI CARNIFICVM QVÆ VIAS PARITER TVNC MILLE NOCENDI VINCERE QVOD POTVIT MONSTRAVIT GLORIA CHRISTI CARCERIS INLVVIEM SEQVITVR NOVA POENA PER ARTEVS TESTARVM FRAGMENTA PARANT NE SOMNVS ADIRET BISSENI TRANSIERE DIES ALIMENTA NEGANTVR MITTITVR IN BARATRYM SANCTVS LAVAT OMNIA SANGVIS VVLNERA QVÆ TVLERAT TVRBANT INSOMNIA MENTEM OSTENDIT LATEBRA INSONTIS QVÆ MÈMBRA TENERET QVÆRITVR INVENTVS COLITVR FOVET OMNIA PRÆSTAT EXPRESSIT DAMASVS MERITVM VENERARE SEPVLCHRVM. ]

EVTYCHVS MART. \* Antiq. inscrip. in Append. pag. 1172. nu. 13.

C Hactenus Damasi epitaphium de sancto Eutychio Martyre, quod non in antiquis chartis tantum contigit asseruari, sed & in ipsa etiam marmorea tabula, in qua primum fuit incisum, quae exat in ecclesia sancti Sebastiani ad Caracumbas. Accipe & eiusdem Damasi epigramma de Tarsicio martyre sacram Eucharistiam gestante: .

D PAR MERITVM QVICVMQVÆ LEGIS COGNOSCE DVORVM QVIS DAMASVS RECTOR TITVLOS POST PRÆMIA REDDIT IVDAICVS POPVLVS STEPHANVM MELIORA MONENTEM PERCVLERAT SAXIS TVLERAT QVI EX HOSTE TROPÆVM MARTYRIVM PRIMVS RAPVIT LEVITA FIDELIS TARSICIVM SANCTVM CHRISTI SACRAMENTA GERENTEM CVM MALE SANA MANVS PERICRET PVLGARE PROFANIS IPSE ANIMAM POTIVS VOLVIT DIMITTERE CÆSVS PRODERE QVAM CANIBVS RABIDIS CÆLESTIA MEMBRA. ]

TARSICI MART. \* Antiq. inscrip. in Append. pag. 1174. nu. 2.

\* f. PETEBRET VVLGARE.

haectenus hic de Damasi Papae versibus. Quae verò fertur — Eodem anno, 384. pag. 498. A 4. ad Theatrum Pompeij. adde: Extant adhuc de eadem basilica eiusdem Damasi insignia monumenta, nempe antiquae inscriptiones ibidem ab eo tunc positae, quae diu obliuione sepultae, veluti postliminio reuocatae, suum recipiant locum. sic enim se habent: .

E HINC PATER EXCEPTOR LECTOR LEVITA SACERDOS CREVERAT HINC MERITIS QVONIAM MELIORIBVS ACTIS HINC MIHI PROVECTO CHRISTVS CVI SVMMA POTESTAS SEDIS APOSTOLICÆ VOLVIT CONCEDERE HONOREM ARCHIBIS FATEOR VOLVI NOVA CONDERE TECTA ADDERE PRÆTEREA DEXTRA LEVAQVÆ COLUMNAS QVÆ DAMASI TENEANT PROPRIVM PER SECVLA NOMEN. ]

DE S. LAVRENTIO IN DAMASO DICTO. \* Antiq. inscrip. in Append. pag. 1164. num. II. 12. 13. & pag. 1177. num. 1. \* ARCHIVIA

Ibidem.

NON MIRVM EST FALLAX NIMIVM QVOD FLAMMA MINATVR MARTYRIS AC CORPVS NIL NOCITVRA CREMAT. NAMQVÆ DOCET FIDEI MAGNAM SINE VINDICE PÆNA AD CÆLVM MEDIIS IGNIBVS ESSE VIAM HVNC ETENIM FRVITVR MARTYR LAVRENTIVS IGNEM ET MERITIS SVMMIS NE MORIATVR AGIT.

aaa 5

De



## De eadem Ecclesia.

QVISQVIS PLENA DEO MYSTERIA MENTE REQUIRIS  
HVC ACCEDE DOMVS RELIGIOSA PATET  
HÆC SVNT TECTA PIO SEMPER DEVOTA TIMORI  
AVDITVMQVE DEVS COMMODAT HIC PRECIBVS  
ERGO LETHIFEROS PROPERA COMPESCERE SENSVS  
IAM PROPERA SACRAS LÆTVS ADIRE FORES  
VT TRANSACTA QVEAS DEPONERE CRIMINA VITÆ  
ET QVICQVID SCELERVM NOXIVS ERROR HABET  
ATTICA FELICIS MAGNI CLARISSIMA CONIVNX  
SVMPTIBVS HOC PROPRIIS ÆDIFICAVIT OPVS.

## Aliud.

VERBERA CARNIFICES FLAMMAS TORMENTA CATENAS  
VINCERE LAVRENTI SOLA FIDES POTVIT.  
HÆC DAMASVS CVMVLAT SVPPLEX ALTARIA DONIS  
MARTYRIS EGREGIVM SVSPICIENS MERITVM.] hæc ibi de basilica

S. Laurentij. Porro constat eundem Damasum construxisse via Ardeatina alteram —  
Eodem anno, & pag. B 8. platonias superesse. hæc adde: Quod pertinet ad epitaphium  
ibidem ad Catacumbas inscriptum, idem in chartis hæctenus conseruatum, hic tibi inte-  
grum reddimus his versibus:\*

HIC HABITASSE PRIVS SANCTOS COGNOSCERE DEBES  
NOMINA QVISQVE PETRI PARITER PAVLIQVE REQUIRIS  
DISCIPVLOS ORIENS MISIT QVOD SPONTE FATEMV  
SANGVINIS OB MERITVM CHRISTVM PER ASTRA SECVTI  
ÆTHERIOS PETIERE SINVS REGNAQVE PIORVM  
ROMA SVOS POTIVS MERVIT DEFENDERE CIVES  
HÆC DAMASVS VESTRAS REFERAT NOVA SIDERA LAVDES.]

## In eisdem Actis —

Eodem anno 384. eademq. pag. C 4. erexit in titulum. adde: Extant in citato codice  
alia epitaphia indita aliis sanctorum Martyrum memoriis, quas siue ornauit, vel restituit,  
eodem volumine<sup>b</sup> comprehensa. & inter alia de Mauro puero sic:

MARTYRIS HIC MAVRI TVMVLVS PIA MEMBRA RETENTAT  
QVEM DAMASVS RECTOR LONGO POST TEMPORE PLEBIS  
ORNAVIT SVPPLEX CVLTV MELIORE DECORANS  
INSONTEM PVERVM CUI POENA NULLA DEIECTI.] Sed & ex-  
tant eiusdem Damasi versus, quibus alias exornauit sanctorum Martyrum ecclesias furore D  
barbarico dissipatas, quas ipse restituit, videlicet:\*

DVM PERITVRA GETÆ POSVISSENT CASTRA SVB VRBE  
MOVERVNT SANCTIS BELLA NEFANDA PRIVS  
ISTAQVE SACRILEGO VERTERVNT CORDE SEPVL CRA  
MARTYRIBVS QVONDAM RITE SACRATA PIIS  
QVOS MONSTRANTE DEO DAMASVS SIBI PAPA PROBATOS  
AFFIXO MONVIT CARMINE IVRE COLI.  
SED PERIIT TITVLS CONFRACTO MARMORE SANCTVS  
NEC TAMEN HIS ITERVM POSSE LATERE FVIT  
DIRVTA VIGILIVS NAM MOX HÆC PAPA \*GEMESCENS  
HOSTIBVS EXPVLSIS OMNE NOVAVIT OPVS.

Et de alia ecclesia sita in agro Romano à Gothis demolita tempore obsessæ Vrbis:

HIC FVROR HOSTILIS TEMPLVM VIOLAVIT INIQVVS  
CVM PREMERET VALLO MÆNIA SEPTA GETES  
NVLLIVS HOC POTVIT TEMERARIA DEXTERA GENTIS  
HÆC MODO PERMISSA EST QVOD PERITVRA FVIT  
NIL GRAVAT HOC TVMVLO SANCTORVM PESSIMVS HOSTIS  
MATERIAM POTIVS REPPERIT ALMA FIDES  
IN MELIVS SIQVIDEM REPARATO FVLGIT HONORE  
CVM SCLERE HOSTILI CREVIT AMOR TVMVLVS  
SVSCIPPE NVNC GRATVS DEVOTÆ MVNERA MENTIS  
DIOGENES MARTYR CUI DEDIT ISTA VOLENS

QVIS-

A QVISQVIS AD HOC TEMPLVM PETITVRVS DONA RECVRRI  
SPES SIBI SIT LARGA EST MVNERE VERA FIDES.] Insu-  
& de sanctis Martyribus Felice & Adaucto, eiusdem Damasi ibidem:\*

O SEMEL ATQVE ITERVM VERO DE NOMINE FELIX  
QVI INTEMERATA FIDE CONTEMPTO PRINCIPE MVNDI  
CONFESSVS CHRISTVM CÆLESTIA REGNA PETISTI  
O VERE PRETIOSA FIDES COGNOSCITE FRATRES  
QVI AD CÆLVVM VICTOR PARITER PROPERAVIT ADAVCTVS  
PRESBYTER IS VERSVS DAMASO RECTORE IVBENTE  
COMPOSVIT TVMVLVM SANCTORVM LIMINA ADORANS.] Sed  
& in tumulto sancti Saturnini Martyris via Salaria collocato hos versus incidendos cu-  
rauit:\*

B HORVM MARTYRVVM CVLTVRVM DAMASVS ETISCVPS SERVVS DEI  
SOLA NVNC CHRISTI FVERAT \*CRARTA CINIS AN....  
TEMPORE QVO GLADIVS SECVIT PIA VISCERA MATRIS  
SANGVINE MVTAUIT PATRIAM \*NAMQVE GENVSQVE  
ROMANVM CIVEM SANCTORVM FECIT ORIGO  
MIRA FIDES RERVVM DOCVIT POST EXITVS INGENS  
CVM LACERAT PIA MEMBRA FREMIT GRATIANVS VT HOSTES  
POSTEAQVAM FELLIS VOMVIT CONCEPTA VENENA  
COGERE NON POTVIT CHRISTVM TE SANCTE NEGARE  
IPSE TVIS PRECIBVS MERVIT CONFESSVS ABIRE  
SVPPPLICIS HÆC DAMASI VOX EST VENERARE SEPVL CRVM  
SOLVERE VOTA LICET CASTASQVE EFFVNDERE PRECES  
SANCTI SATVRNINI TVMVLVS QVIA MARTYRIS HIC EST.]

Et de Proto & Hyacintho Martyribus idem Damasi:\*

EXTREMO TVMVLVS LATVIT SVB AGGERE MONTIS  
HVNC DAMASVS MONSTRAT SERVAT QVOD MEMBRA PIORVM  
TE PROTVM RETINET MELIOR SIBI REGIA CÆLI  
SANGVINE PVRPVREO SEQVERIS HYACINTHE PROBATVS  
GERMANI FRATRES ANIMIS INGENTIBVS AMBO  
HIC VICTOR MERVIT PALMAM PRIOR ILLE CORONAM  
Item aliud.

D ASPICE DESCENSVM CERNES MIRABILE FACTVM  
SANCTORVM MONVMENTA VIDES PATEFACTA SEPVL CRIS  
MARTYRIS HIC PROTI TVMVLVS IACET ATQVE HYACINTHI  
QVEM CVM IAM DVDVM TEGERET MONS TERRA CALIGO  
HOC THEODORVS OPVS CONSTRVXIT PRESBYTER INSTANS  
VT DOMINI PLEBEM OPERA MAIORA TENERENT.] Sed profe-  
quamur reliqua ab eodem religiofa excitata ædificia. Quid autem operis—  
Eodem anno, & pag. D 6. post illa verba Leuita fidelis, hæc adde: His addatur item  
de fonte Damasi vetus Inscripcio his versibus:\*

NON HÆC HVMANIS OPIBVS NON ARTE MAGISTRA  
SED PRÆSTANTE PETRO CUI TRADITA IANVA CÆLI EST  
ANTISTES CHRISTI COMPOSVIT DAMASVS  
VNA PETRI SEDES VNVM VERVMQVE LAVACRVVM  
VINCVLA NULLA \*TENEAT: ACATHIVS VOTVM SOLVIT.] Huic  
subditur, quod demonstrat egregium ornamentum, ab eodem Damaso Papa in Ecclesia  
sanctæ Anastasie positum, aliud epitaphium his versibus:\*

ANTISTES DAMASVS PICTVRÆ ORNARAT HONORE  
TECTA QVIBVS NVNC DANT PVLCHRA METALLA DECVS  
DIVITE TESTATVR PRETIOSIOR AVLA NITORE  
QVOS RERVVM EFFECTVS POSSIT HABERE FIDES  
PAPÆ HILARI MERITIS OLIM DEVOTA SEVERI  
NEC NON CASSIÆ MENS DEDIT ISTA DEO.] Sed reuertamur ad  
fontis ornatum positum in basilica Vaticana. Porro de eodem fonte—  
Eodem anno 384. pag. 501. A 7. faciet quia furgere, credo. adde: Rursum verò de loco  
sua:

DE FELICE  
ET ADAV-  
CTO MART.  
\* Antiq. in-  
scr. in Ap-  
pend. p. 1171.  
num. 13.

S. SATVR-  
NINI  
MART.  
\* Antiq. in-  
scr. in Appel-  
pend. pag. 1172.  
num. 2.  
\* s. VITAM-  
QVE

DESS. PRO-  
TO ET  
HYACIN-  
THO.  
\* Antiq. in-  
scr. in Ap-  
pend. pag.  
1172. nu. 9.  
& p. 1173.  
num. 11.

AD FON-  
TEM.  
\* Antiq. in-  
scr. in Ap-  
pend. pag.  
1163. num.  
10.  
\* TENENT

DE ECCLE-  
SIA S. ANA-  
STASIE  
\* Antiq. in-  
scr. in Ap-  
pend. p. 1164.  
num. 6.

\* Antiq. in-  
scr. in Ap-  
pend. p. 1172.  
num. 12.  
DE LOCO  
VBI IA-  
CVERE  
CORPORA  
APOSTOLO-  
RV M.

\* Antiq. in-  
scr. in Appel-  
pend. pag.  
1171.  
num. 1.  
S. MAVRI  
PVERI  
MART.

DE MEMO-  
RIIS MAR-  
TYRVVM IN  
SVBVRBIIS.  
\* Antiq. in-  
scr. in Ap-  
pend. pag.  
1171. nu. 4.  
& sup. 1170.  
num. 3.

\* GEMI-  
SCENS

DAMNASVS DE SVA SEPVLTVRA  
 \* Antiq. in-  
 scr. in Ap-  
 pend. p. 1172.  
 num. II.

fuæ sepulturæ apud sanctos Martyres collocandæ, nisi ipsum reuerentia absterruisset, extat A  
 eiusdem Damasi eiusmodi Inscripção:\*

HIC CONGESTA IACET QVÆRIS SI TVRBA PIORVM  
 CORPORA SANCTORVM RETINENT VENERANDA SEPVLCHRA  
 SVBLIMES ANIMAS RAPVIT SIBI REGIA CÆLI  
 HIC COMITES XYSTI PORTANT QVI EX HOSTE TROPÆA  
 HIC NVMERVS PROCERVVM SERVAT QVI ALTARIA CHRISTI  
 HIC POSITVS LONGA VIXIT QVI IN PACE SACERDOS  
 HIC CONFESSORES SANCTI QVOS GRÆCIA MISIT  
 HIC IUVENES PVERIQVE SENES CASTIQVE NEPOTES  
 \* QVIS MAGE VIRGINEVM PLACVIT RETINERE PVDOREM  
 HIC FATEOR DAMASVS VOLVI MEA CONDERE MEMBRA  
 SED CINERES TIMVI SANCTOS VEXARE PIORVM.]

\* QVEIS

Hoc eodem anno —

SIRICII PAP. COM. MINISTR. *Antiq. in-  
 scr. in Appēd.  
 pag. 1173.  
 num. 9.*

Anno 385. pag. 506. subrogatus est, hæc adde: Fuit Siricius presbyter tituli Pastoris, habuitque comministros presbyterum Sisinium & Tigridem diaconum, ut legitur in antiquis monumentis eius ecclesiæ, quæ in eius restauratione perisse dolemus; quorum loco hæc ex aliis documentis Sisini atque Trigidis reddimus epitaphia: atque in primis de Sisinio his versibus: <sup>b</sup>

PRESBYTER HIC VOLVIT SISSINVS PONERE MEMBRA  
 OMNIBVS ACCEPVS POPVLIS DIGNVSQVE SACERDOS  
 QVI SCIRET SANCTÆ SERVARE FOEDERA MATRIS  
 BLANDVS AMORE DEI SEMPER QVI VIVERE NOSSET  
 CONTENTVSQVE SVO NESCIRET DIVITIS AVLAM

Et de Tigride diacono sic: <sup>c</sup>

SANCTVS AB OFFICIO VITA GRAVIS INDOLE PRISCVS  
 \* SÆCVLVS ATTONITVS LEGIS PRÆCEPTA SECVTVS  
 NOBILIBVS GRATVS QVORVM MAGIS AVCTOR AMICI  
 CARMINE LVCTIFICO DECORAT DE MORE SVPREMA  
 DIACONVS HIC TICRIDA TVMVLO CVSTODE FOVETVR  
 STRINGE DOLOR LACRYMAS QVÆRIS PLEBS SANCTA REDEMPVTVM  
 LEVITAM SVBITO RAPVIT SIBI REGIA CÆLI  
 DVLCIA NECTAREO PROMEBAT MELLA CANORE  
 PROPHE TAM CELEBRANS PLACIDO MODVLAMINE SENEM  
 HÆC FVIT INSONTIS \* VITA LAVDATA IVENTVS  
 INVIDIA INFELIX TANDEM COMPRESSA QVIESCIT  
 NVNC PARADISVS HABET SVMPST QVI EX HOSTE TROPÆA

\* f. VITAE

<sup>d</sup> Ibid. pag. 1173. num. 8.

Ibidem & de Tigride presbytero sic: <sup>d</sup>

PRÆFIXO MORIENS NATVRÆ MVNERE FVNCTVS  
 HIC MEA TICRINVS PRESBYTER OSSA LOCO  
 SEDIBVS EN PROPRIIS MENS PVRA ET MEMBRA QVIESCVNT  
 ISTA IACENT TVMVLO GAVDET AT ILLA POLO  
 PONO METVM DE FINE MEO SPES VNA SALVTIS  
 NAM MIHI FIT CHRISTVS QVO DVCE MORS MORITVR  
 QVIPPE EGO CÆLESTIS CAPTVS DVLCEDINE REGNI  
 DIVERSIS REPARO TECTA SACRATA LOCIS  
 CVLMINA QVÆ HIC LAPSIS TRABIBVS TOTVMQVE NOVANDO  
 PROMERV I SVPERAS LÆTIOR IRE DOMVS.

Hæc de comministris Siricij Papæ, tunc quidem magnæ existimationis eius tituli presbyteri. Sed prosequamur Siricij electionem, quæ quidem contigit non sine tumultu —

Anno 386. pag. 582. B 5. intextam floribus pancarpium, adde: Ornauit verò Placidia Augusta, suadente S. Leone Papa, quod apparet ex huiusmodi antiqua Inscripção, qua etiam declaratur, non Valentianum, sed Theodosium maiorem auctorem fuisse condendæ basilicæ, quod tributum est Valentiano, ed quod in recitatis litteris primo loco inscribitur, Valentianus. sic enim se habet: <sup>e</sup>

\* Antiq. in-  
 scrip. in Ap-  
 pend. pag.  
 1170. num. 6.

THEODOSIVS CÆPIT PERFECIT HONORIVS AVLAM  
 DOCTORIS MVNDI SACRATAM CORPORE PAVLI

PLA-

A PLACIDIÆ PIA MENS OPERIS DECVS OMNE PATERNI  
 GAVDET PONTIFICIS STVDIO SPLENDERE LEONIS.

His sic enarratis —

Anno 392. pag. 655. A 10. minis duobus diebus, *corrigere*, minis diebus octo contingeret numerari: tot enim defunt dies à decima quinta Maij qua obiit, vsque vigesimam tertiam Nouembris, qua fuerat adscitus in Imperium, ut impleatur mensis. Siquidem —

Anno 392. pag. 655. B 8. vigesimum primum, *corrigere*, vigesimum septimum inchoatum: siquidem sub Gratiani & Dagalaiphi Consulatu natum vidimus: sententiam autem Ammiani, qua eum fuisse quadrimum testatur anno trecentesimo septuagesimo quinto, secundum quam dicendus esset obiisse annum ætatis agentem vigesimum primum, superius confutauimus. Sic igitur —

Anno 393. pag. 678. C 6. epistolam Ioannis, *corrigere*, epistolam Epiphaniij.

Anno 395. pag. 727. A 2. ex Probo & Proba genitos filios quatuor, Olybrium, Probinum, Probum, & Iulianam; ex Iuliana verò & eius viro Claudio Hermogeniano Olybrius, sic *corrigere*, ex Probo & Proba genitos tres filios, Olybrium, Probinum & Probum, ex Olybrio & Iuliana progeneratam vnica — *Sic & superius, & inferius Tomo quinto, ubicumque dictum inuenis Iulianam filiam Proba, pro filia corrigere nulum; & in Proba, loco matris, socrum restituas.*

Anno Christi 395. pag. 729. C 6. annos natus viginti, *corrigere*, annos natus decem & octo —

